De origine scientiarum, & primo doctrinalium. Cap. XIX.

Alphorabius in libro de ortu scientiarum. Nihil est nisi substantia, & accidens, & creator vtriusque. Quicquid enim est creatum. Aut est per se existens, & hoc est substantia. Aut non est per se, hoc est quod vocamus Accidens. Haec diuisio per contradietorias fit, inter quas medium, nec cogitari, nec intelligi potest. Accidentia quidem comprehenduntur sensu, nullo mediante, substantia vero ratione, mediante accidente. Quod autem vtriusque creator, praeter illa sit, & largius esse habeat, ex signis euidentibus, & miraculis conuenientibus apud peritissimos est manifestum. Ex his igitur ortum habent omnes scientiae. Nam quia substantia multiplicem recipit diuisionem, multamque partium diuersitatem, hinc oritur est numerus, qui est multitudine composita ex vnitatibus. Et quia substantia naturaliter habet diuidi in infinitum potentia, numerum quoque oportuit in infinitum esse potentia. Hinc igitur orta est scientia de numeris, quae dicitur Arithmetica, & est substantia multiplicandi substantiae partes, & diuidendi, & aggregandi, & minuendi, & proportionandi ad inuicem. Ex quo autem substantia diuidi cepit in multas partes, accidit vnicuique illarum partium aliqua figura disponi, & ex his quaedam est figura rotunda, quaedam triangula, quaedam quadrangula, quaedam vero pentagona, & sic per ordinem. Opus igitur fuit scientiae, per quam accederemus ad figuras, quae continent partes illas substantiae, & haec est scientia mensurandi, quae dicitur Geometria. Per hanc enim scimus mensuras, & compositionem, & lineas

in superficies, & corporibus, & compositionem illarum inter se, quomodo figura proportionalis sit alij figure, & figura in figura, vel super figuram. Praeterea substantia naturaliter mota est, & eius motus in tres species diuisus est, in velocem, & tardum, & medium. Vnde opus fuit arte per quam sciremus illorum motuum mensuras, & comparationes adiuuare, & haec est scientia de motu, quae dicitur Astronomia, per hanc enim cognoscimus cursum planetarum, & compositionem eorum in locis proprijs, dispositionem, retrogradationem, stationem, adaequationem, nec tamen ad aliquid horum valeamus pertinere, nisi per duas praecedentes, scilicet Arithmetica, & Geometria. Porro ex quo substantia mota fuerit, accidit ei sonus, qui in tres partes diuisus fuit. Facutum, & grauem, & medium. Vnde & opus fuit arte, per quam veniremus ad horum scientiam, & eorundem inter se compositionem, & haec est scientia de sonis, quae musica dicitur. Huius utilitas est ad reparandum mores animalium, qui aequalitatem excedunt, & perficiendos decoros illorum, qui perfecti non sunt, & conferuendum eos, qui videtur aequales. Est etiam eius utilitas ad salutem corporis, quia quandoque languente anima, corpus etiam quandoque infirmatur, & comeditur, & curatio fit corporis per curacionem animae. Huius autem scientiae radices sunt tres, metrum, melos, & gestus. Metrum quidem inuentum est ad proportionem intellectus rationalis in dictionibus. Melos autem ad proportionandam partes acuitatis, & grauitatis. Et haec duae radices subiectae sunt sensui auditus. Gestus autem institutus est ad confirmandum se metro, & sono motibus consimilibus, & comparationibus competentibus, & est subiectus sensui visus. Haec igitur ars duobus praecipuis sensibus subiecta est, qui sunt, visus, & auditus. Et in hac complectitur disciplina quatuor, quae dicuntur doctrinales, quia speculatorem suum docent, ac subtiliorem reddunt.

De origine Phisica, & Metaphisicae. Cap. XX.

Tem substantia permutat simpliciter. Nam alia reuertitur, alia pascitur, alia augetur, alia diminuitur, alia generatur, alia corrumpitur, & aliquando infirmatur, aliquando sanatur. Ideo opus fuit scientiae, quae hoc totum ostenderet. Qualiter sunt substantiae permutationes, & quae sunt eius actiones nocentes, & eas pro voluntate nostra repellere, vel augere. Haec est scientia naturalis, quae est de actione, & passione, quae ex quatuor qualitatibus, scilicet caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate adueniunt substantiae quatuor elementorum, & haec siquidem in se latissima est, & largior ceteris scientijs. In hac enim percipitur cognitio omnium accidentium substantiae absolutae, quae conueniunt per circulo lunae, totiusque materiae illius substantiae, cui accidit mutatio formae, seu augmentum, & decrementum. Scientia quoque substantiae superioris, id est sphaerae, circuli mobilis, & motus naturali mobilis deferuentis constitutioni mundi, secundum potentiam, & sapientiam, & voluntatem Dei benedicti, & excelsi. Igitur substantiae cuius cognitio pertinet ad scientiam naturalem, massae sunt quinquae. Ignis, Aer, Aqua, Terra, Coelum. Nam coelum quidem sua natura mouetur, & mouet alia quatuor, ac permiscet, & complexonatur, ac permutat: ipsum autem nec calidum, nec frigidum, nec leue, nec ponderosum, nec multipliciter formatum, vel figuratum, nec nisi in loco permutat, vnde massa eius praeter illa quatuor esse probatur. Considerata autem eius essentia, induxit huiusmodi ad inquirendum de illa, & eius massa. Itaque de substantia caeli emerit cognitio de substantijs, quae in ipso sunt. De stellis enim equalitatem mensurarum, ac diuersitatem dispositionum earum, & hoc totum est scientia de natura, quae ad praesens considerauerunt homines an haberet fortioerem, & an esset aliqua essentia non habens prius, nec posterus, nec principium, nec finem. Haec igitur inquisitio fuit causa cognoscendi Deum creatorem substantiae, & accidentis. Et haec est scientia diuina, quae est finis scientiarum, & perfectio earum, nec restat post eam vlla inquisitio, quoniam ipse est finis, ad quem omnis speculatio tendit, & in ipso quiescit.

De ordine scientiarum. Cap. XXI.

Hoc autem totum, quod diximus adiuuentum est a seipso speculando, lingua loquendo, narrando, interrogando, respondendo. Itaque principium omnium scientiarum est scientia de lingua, de impositione nominum rebus, scilicet substantijs, & accidentijs. Secunda autem est Grammaticae, quae est scientia ordinandi ipsa nomina de rebus imposita, & componendi orationes. Tertia Logica, quae est scientia ordinandi propositiones enuntiativas, seu figuras Logicas, ad eliciendas conclusiones, quibus peruenitur ad cognitionem dictorum, & ad iudicandum de illis, verum vera, vel falsa sint. Quarta vero Poetica, quae est scientia ornandi metra, seu proportionem dictionum, & tem Speculum Doctrinale.

pora pedum, ac numerum eorum. Eius igitur ordinatio, scientiarumque praecedentium, pertinet ad scientiam Arithmeticae, quae postea continuatur ei, ceterisque sicut praedicta sunt. Quintilianus de oratoria institutione, li. 1. Non sunt autem scientiae, qui artes Grammaticam, ut tenuem atque tenuam euulsauiant, nisi fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris conuertet, necessaria pueris, iocunda senibus, dulces secretorum comes, & quae, vel sola omnium studiorum genere plus habet operis, minus ostentationis. Plurimi autem ambitiosa fortunaione a posterioribus incipiunt, dum ostentare discipulos circa sponam malunt. Richardus, ubi supra, in artibus ergo talis ordo seruandus est, prima omnium comparanda est eloquentia, & ideo expectanda est Logica. Deinde per Ethicam purificandus est oculus mentis, & sic ad Theoricam transeundum.

De via cognoscendi in qualibet arte. Cap. XXII.

Aristoteles in veteri Methaphisica lib. 1. Sensum autem quod per oculos est, iccirco praestitit diligimus, quoniam eos nos maxime cognoscere contingit, & multas dicitas ostendit. Fit autem ex multis memorijs vna experientia, & ex multis experimentis fit ars, & vna vniuersalis de similibus acceptio namque magis proficere videmus, sine experientia rationem habentibus. Experientia enim singularium est, ars vero vniuersalium. Actus autem, & oēs generationes circa singularia sunt: non enim medicus hominem sanat, nisi secundum Platonem, aut Socratem, &c. Denique si quis sine experimento rationem habeat, & vniuersalem quidem cognoscit, ignorat autem singulare, multo tamen peccabit in curacione. Scire tamen, & obuiare, magis experimento, quam arte arbitramur. Experti enim, i. practici sciunt ipsum quia, sed per quid, nesciunt. Artifices autem, id est theoriici per quid, id est causam cognoscunt, & oino sciunt. Et sic potest docere, ob hoc theoreticam magis scientiam esse edocimus, quia theoretici docere possunt, practici vero non. Nec oportet ordinari sapientem, sed ordinare, nec huic ab altero suaderi, sed ab hoc minus sapienti. Difficillimum autem est hominibus vniuersalia cognoscere, a sensibilibus enim longissime sunt: maxime vero sensibilia priora, & causa sunt: per hoc enim, & ex his alia cognoscuntur. Item in lib. 2. Sicut autem nocturnum visus ad lucem dici se habet, & intellectus noster ad omnia naturae manifesta. Idem in noua. li. 1. Illud quidem ad quod assueti sumus, magis animo applicabile, quod autem extra illud est inconueniens, immo inopinabile. In hoc quoque scire potes quantum facit consuetudo. Inuenies enim apologos, & fabulas propter consuetudinem magis applicabiles animo, quam sint suae veritates: Verum in sensibus non est aliquid fixum, nec est possibile, ut sensibilia habeant aliquem terminum eorum, cum semper sint in transmutatione. Impossibile autem est, ut aliquis addiscat aliquid, nisi sciat eius principia. Et omnis doctrina fit ex prioribus, aut omnibus, aut quibusdam. Idem in 2. li. Prima actio eorum, qui scientias rerum comprehendere volunt, est perscrutari de difficultibus quaestionibus. Non enim comprehenduntur ea, quae sunt post, nisi per dissolutionem quaestionum difficultium, quae sunt ante. Ignorans enim vnicuique nodum, nec dissoluit potest, nec ligatus ire: Propositiones quidem vniuersales sunt principia omnium scientiarum. Item si quis voluerit scire naturas rerum, perscrutari debet ex quibus componuntur.

Qualiter anima humana per Philosophiam studium, & doctrinam ab ignorantia reparatur. Cap. XXIII.

Vgo in libro de anima, & spiritu. Anima a creatore suo habet principia, ex quo est in genere suo perfecta. Vnde ex quo est, scire omnia, quae ab homine sciri possunt, nisi grauitas carnis esset. Quod per primum hominem, qui ante corruptionem humanitatis, ex quo fuit, perfecte scientiam habuit humanam, probari potest, sed modo corrupta humanitate, ex quo coniuugitur, corrumpitur, nec proprietates suas potest exercere, donec visu, & experientia, & alicuius doctrina excitata incipit discernere, veluti si quis est subilicite oculorum in tenebrosa detrudatur, videre tunc non potest ibi, nisi prius affuecat tenebris, & lumens accendatur. Idem in lib. Didascalion. 1. Anima siue per sensus ad sensibilia exeat, siue per intelligentiam ad inuisibilia ascendant, ad seipsam rerum similitudines trahens regirat, sed etiam in orbem, geminos motus glomerat. Pythagoricum namque dogma erat, similia similibus comprehendere, itaque osum capax, & rerum omnium similitudine inuisitata anima esse dicitur, & ex oibus compositione suscipere non integraliter, sed virtualiter, ac potentialiter conuenire: Haec naturae dignitate oēs habent, sed non oēs aequè nouerunt. Anus, n. passionibus corporis conuoluitur, & per sensibiles formas extra se ipsum abductus, oblitus est quid fuerit, & quia nihil aliud fuisse se meminit, nisi praeterquam quod esse credit. Reparat autem per doctrinam, ut nostram agnoscamus naturam. Summum igitur in vita solatium est sapientiae studium, quod philosophiam

Philosophiam primus omnium nuncupavit Pythagoras. Ipsam...

De studio, & animo studendi. Cap. XXIII.

Rhetores in veteri primo libro. Omnes quidem homines...

Quod doctrina cuiuslibet animo studioso, aliquatenus impressa sit eiusdem notio. Cap. XXV.

Augustinus ubi supra. Iam si quisquam nescienti literas...

Cap. XXVI.

Ve si quis tam curiosus est, ut non propter aliquam causam...

odit incognita, quæ nulla esse vult, dum vult omnia cognita. Seneca ad Lucil. Multi aperta trahunt, condita & obfusca...

Quod tria studentibus necessaria sunt. Cap. XXVII.

Vgo Didascalus, quarto libro. Tria studentibus necessaria sunt...

est, & breuitate gaudet, & si in multa diuiditur, sic in singulis minor. Rogo ergo te o lector, ne nimium legeris...

De studijs inueneris, & primo de Humilitate. Cap. XXVIII.

Vgo ubi supra. Sapiens quidam cum de modo, & forma...

De studijs inueneris, & primo de Humilitate. Cap. XXVIII.

laudabilis quippe est scientia, quam vita inculcat impudica...

De quatuor ceteris. Cap. XXIX.

Vgo ubi supra. Studium querendi ad exercitium pertinet...

ociu, & oportunitas, honestis, & vtilibus studijs suppetat, vtraque ad disciplinam pertinet. Scrutinium autem, id est modus...

Nescio qua natale solum dulcedine emittas. Dicitur, & immemores non sint esse sui. &c.

Magne virtutis principium est, ut dicitur pollicatum exercitatus animus...

De his que studentes impediunt. Cap. XXX.

Tria sunt, que precipue legentium studijs obesse solent. Negligentia, scilicet studij, imprudentia, scilicet ordinis...



*De his, qui studijs inutilibus se occupant. Cap. XXXI.*  
**H** Vgo vbi supra. Scholares nostri aut nesciunt, aut nolunt mundum congruam in discendo seruire, & iocundo, multos studentes, paucos sapientes inuenimus. Mihi autem videtur non minus curandum esse lectori, ne in studijs inutilibus operam suam impendat, quam ne in bono, & vtili proposito tepidus remaneat. Malum est, bonum negligenter agere. Pius in vacuum multos labores expendere. Duo sunt genera scripturarum. Vnum scilicet artium, quae philosophia supponuntur, vt est Grammatica, Dialectica &c. Aliud eorum, quae appendita sunt artium, & in aliqua extra philosophiam materia versantur, vt sunt Carmina poetarum, Comediae, & Tragediae, & Fabulae quoque, & Historiae. Quisquis igitur ad scientiam pertingere cupit, si relicta veritate artium, reliquis se implicare voluerit, materiam laboris plurimam, vel infinitam inueniet, & fructum exiguum. Quapropter mihi videtur primam operam esse dandam artibus, maxime septem liberalibus, quae sunt fundamentum omnis doctrinae, & ita sibi coherent, alter nisi que vicissim rationibus indigent, vt si vel vna de his fuerit, caetera philosophia in facere non possunt. Deinde caetera, si vacant, legantur, quia plus aliquando delectare solent scriptis admixta ludicra. Seneca ad Lucillum epistola, 88. Potest & sine liberilibus studijs venire ad sapientiam, quando cumque partem rerum humanarum, diuinarumque comprehenderit, ingenij copia quarendorum, ac discendorum fatigaberis. Haec tam multa, tam magna, vt habere possint liberam hospitium, superuacua ex animo tollenda sunt, laxum spacium res magna desiderat, & plus seire velle, quam latius est intemperantiae genus. Quid quod ista liberalium artium consecratio molestos, verbosus, inimpellinos, sibi placentes facit, & ideo non discentes necessitaria, quia discunt superuacua. Quam multa librorum Didimus Grammaticus scripsit, miser esset si tam multa etiam, superflua etiam legisset. In his libris de patria hominum, quae dicitur, de Eneae matre vera, & alia, quae erant dediscenda si scires. Idem in 48. Nisi interrogationes vaferimas struxero, & conclusionis fallaxa vero nascens mendacium astrinxero, non poteris, & a fugiendis periculis scernere, pudet me. In re tam seria se non ludimus. Mus syllaba est, Mus autem caelum rodit, syllaba ergo caelum rodit. Pura me istud soluere non posse quod mihi ex ista scientia periculum imminet, quod incommodum si ne dubio verendum est. O pueriles ineptias, quid mihi ludoria ista componis? Non est iocandi locus, aperta decent, & simplicitas bonitatem, etiam si multum supererit, parca dispensanda erant, vt sufficere necessitas. Nunc vero, quae dementia est superuacua discere, in tanta temporis egestate, Idem in 49. Quod inquit non perdidisti habes, cornua non perdidisti, ergo cornua habes. Non vaco ad istas ineptias, ingens negocium in manibus est. Quid agam, mors me sequitur, vita fugit aduersus hoc doce me aliquid. Varro ad Athenensem auditorem. Sunt quaedam, quae eradenda essent ab animo scientis, quia inlerendi veri locum occupant.

*De illis qui artem confundunt. Cap. XXXII.*  
**H** Vgo vbi supra. Est & aliquis error summopere vitandus. Quidam enim, licet ex his, quae legenda sunt, nihil neglexerint, nulli tamen arti, quod suum est tribuere norunt, sed in singulis omnes legunt. In Grammatica de syllogismorum ratione disputant. In Dialectica casuales inflexiones inquirunt. Et quod magis irrisione dignum est, in titulo per se totum librum legunt, & inceptum tertiam vix lectione expediunt. Huiusmodi non alios docent, sed suam scientiam ostentant. Sed vti iam quales mihi tales omnibus apparerent. In qualibet arte, aliud est agere de arte, aliud per artem, Agere de Grammatica quibusdam tantum conuenit, vt Priscianus, Donatus, Servius. Agere vero Grammaticae omnibus. Cum ergo de qualibet arte agimus, maxime in docendo, vbi omnia ad compendium restringenda sunt, & ad facilem intelligentiam euocanda. Non omnia dicenda sunt, quae dicere possumus, ne minus vtiliter dicantur ea, quae dicere debemus. Id tandem in vnaquaque arte quae, quod ad eam specialiter pertinere constitit. Denique cum artes legimus, & quid sit vniuersiusque proprium cognoueris, tunc demum rationes singularum conferre licet. Noli diuerticula multiplicare, quoad usque semitas didiceris. Securus disceres, cum errare non timeris. Hieronymus ad Paulinum. Quod medicorum est, promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant. Scribimus indocti, doctique poemata pessima. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi praesumunt, laecerant, docent anaequam dicant. Taceo de mei similibus, qui si forte ad scripturas sanctas post seculares literas venerint, & sermone compo-

to, aures populi mulserint, quicquid dixerint in legem Dei quae tant, nec scite dignantur quid prophetae, quid apostoli sentierint, sed ad sensum suum incongrui aptant testimonia, quasi grande sit, & non vitiosissimum dicendi genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suam factam scripturam trahere repugnantem, quasi non legerimus Homero centonas, & Virgilio centonas, ac vero sicut etiam Maronem sine Christo possumus dicere Christianum, quia scripserit.

*Lam redit, & vigo. Ec.*  
 Idem ad Pammachium, Felices, inquit Fabius, essent artes, si de illis artifices soli iudicarent.

*De illis qui omnia legere volunt. Cap. XXXIII.*  
**H** Vgo vbi supra. Sunt qui omnia legere volunt, sed infinitus est librorum numerus. Tu non legi infinita, vbi finis non est, nec requies, & ideo, nec pax, vbi vero pax nulla est Deus habitare non potest, quia in pace factus est locus eius. Seneca in Epistola secunda. Primum argumentum compositae mentis exillimo posse consistere, & se cum morari. Illud autem videri, ne lectio multorum actorum, & diuersi generis voluminum habeat aliquid vagum, & instabile, certis ingenij inmodum rari, & inueniri oportet, si velis aliquid trahere quod in animo sedeat fideliter. Nusquam est, qui vbiq; est. Non proleceatibus, nec corpori accedit, qui statim sumptus emittit. Nihilq; tam vtile est, quod in transitu proficit, nihil aequae facultatem impedit, ut remedium crebra mutatio. Itaque distrahit librorum multitudo, & cum legere non possis quantum habueris, satis habere quantum legas. Fastidientis stomachi est multa degustare. Item in 45. Non refert quantum multos libros, sed quam bonos, lectio certa prodest, varia delectat. Varro ad Them. Sic multi libros degustant, vt conuiuij delicias, sed cito transcurra, citius labuntur, Remane philosophia fastidientis stomachum, ad simplicem equam hylarem inuatur communi. Multum interese vtrum rem ipsam an libros incipias. Libri non nisi scientiarum pauperula monumenta sunt, principia inquirendorum continent, vt ab his negociandi principia summat animus. Eo vero tantum studia intermittantur. Gaudent uarietate. Omnia quidem nosse est impossibile, pauca vero non laudabile. Bernardus Claraualensis. Multitudo rerum, & temporis breuitas, non patiuntur omnia comprehendere.

*De his qui legunt, vel audiunt ea, quae statim suo non congruunt. Cap. XXXIII.*

**H** Vgo vbi supra. Caeterum liber non est a culpa, qui alienum usurpat officium. Si monachus es, quid facis in turba, si amas silentium, cur clamantibus assidue interesse delectat? tu semper ieiunij, & sabbatibus insistere debes, & philosophari quavis. Simpliciter Monachi philosophia est. Sed docere inquit alios volo, non est tuum docere, sed plangere. Si tamen doctor esse desideras, audi quid facias. Vilitas habitus tui, & simplicitas vultus, & innocentia vitae, & sanctitas conuersationis tuae docere debent homines, melius fugiendo mundum doces, quam sequendo. In Decretalibus. 3. libro, ultimo titulo. Alexander 3. c. non magnopere. Nullus omnino post votum religionis, post factam in aliquo loco professionem ad physica lege seu mundanas legendas permutatur exire. Si vero exierint, & ad claustrum infra duorum mensium spacium non redierint, sicut excommunicati ab omnibus habeantur, & exentur, & in causa nulla, si parrocinium voluerint prestare adiantur. Reuersi autem in choro, capitulo, mensa, & caeteris vltimi fratrum existant, & ( nisi forte ex licentia se ap. ) totius spem promotionis amittant. Item Honorius tertius c. super specula. Contra religiofas personas exentes ad audiendas leges, vel phisicam. Nos volentes, vt decetero ipso facto sententiam excommunicationis incurant, dist. pre. manda mus qua. tam a dioecesis, & episcopis ipsorum, quam a caeteris episcopis in quorum dyocesis student, monachi tales excommunicati publicentur. Quia vero Theologiae studium cupimus ampliare, & alios clericos Personatus habentes, nec non presbyteros ( nisi ab his infra spacium prescriptum deliterint ) hoc extendi volumus, & mandamus, ut iam ap. post. firmiter obseruari. Beda super Parabolam li. primo. Solum quocumque conceditur haereticorum libros legere, qui adeo solidatus est, in fide catholica, vt nequeat separari laborum dulcedine, vel asturia. Gratianus in decretis. 1. parte, dist. xxxvij. Legitur in concilio Carthago. 4. Episcopus libros gentilium non legat, haereticorum autem legat, aut pro neccitate, aut pro tempore. Item Hieronymus ad Damasum Papam. de prodigio filio Sacerdotes Dei videmus omnes euangelij, & prophetas, comeditas legere, amatoriam bucolico: vni suum verba cantare, tenere virgilium, & id quod in pueris est causa necessitatis, erimen in se facere voluptatis, Nonne nobis videtur in vanitate sentis, & obscuritate mentis ingrediri, qui diebus ac noctibus in diallectica arte torquetur, qui phisicus persecutor oculos trans caelum cleuat, & vltra profundum terrarum, & abyssi in quoddam mare demergitur. Item Rabanus de ecclesiasticis praefatus. Legimus de bono Hieronymo. Quod cum legeret libros Cicero: nis ab Angelo correclus est.

*De secularibus literis ad eruditionem non ad voluptatem legendis. Cap. XXXV.*  
**S** Ed contra legitur etiam, quod Moyses, & Daniel omni scientia Aegyptiorum, & Chaldaeorum eruditi fuerint. Legitur etiam, quod precepit dominus filiis Israel vt explorarent Aegyptios auro, & argento, morali ter instruerent. vt sine auro scientia sine argento eloquentia, apud poetas inuenimus, in vltis salutare eruditionis veritatem. In Leuitico etiam primitias mellis, id est, dulcedinem humane eloquentie domino iubemur offerre. Hinc etiam Beda in libro Regum ait. Turbat acumen legentium, & deficiat cogit, qui eos a lege dis secularibus omni modo existimat prohibendos. In quibus simul si qua inueniantur vtilia, quasi sua lumere licet, alioquin Moyses, & Daniel sapientia, & literis Aegyptiorum, & Chaldaeorum non patenter erudiri, quorum tamen superstitiones, & delicias, alias delirationes horrebant. Nec ipse magister gentium aliquot versus poetarum suis, vel scriptis indidit, vel didit. Cur ergo legi prohibentur, quae tam rationabiliter legenda probantur? Sed seculares literas quidam legunt ad voluptatem, poetarum figmentis, & ornata verborum delectati. Quidam vero eas ad eruditionem addiscunt, vt errores gentilium legendo detestentur, & vitia, quae in eis inueniunt ad vsum sacrae eruditionis deuotij mutant, tales laudabiliter seculares literas addicunt. Vnde beatus Gregor. quendam episcopum non reprehendit, quia eas didicerat, sed quia contra episcopale officium pro lectione euangelica Grammatica populo exponebat. Hinc etiam Ambrosius scribit super Lucam. Legimus aliqua ne ignoremus, legimus non, vt teneamus, sed vt repudicemus. Item Hieronymus super epistolam ad Titum. Si quis Grammaticam autem nouit, vel Dialecticam, vt recte loquendi rationem habeat, & vera, & falsa diiudicet, non improbamus. Geometria autem, & Arithmetica habent in sua scientia veritatem, sed illa non est scientia pietatis. Scientia autem pietatis est, Nolce legem, & sacras scripturas, & intelligere Prophetias. In Euangelio credere, Apostolos non ignorare. Grammaticorum autem doctrina potest quam proficere ad vitam dum fuerit in meliores vsus assumpta. Idem. Qui de mensa, & vino regis nolunt comedere ne polluantur, vique si sapientiam aique doctrinam Babyloniorum scirent esse peccatum, nunquam acquiesceret discere, quod non licebat: discant autem, vt sequantur, sed vt iudicent, atque edocuant. Quoniam si quisquam aduersum Mathematicos velit scribere, imperitus Mathematicos, nisi patet. Et similiter aduersus philosophos disputans, si ignorat dogmata philosophorum. Dicit ergo ea mente doctrinam Chaldaicam, quae moyses omnem sapientiam Aegyptiorum didicerat. Item si quando cogimur secularium literarum recordari, & aliqua ex his discere, quae olim omisimus, non est nostrae voluntatis, sed, vt ita dicam, grauissimae necessitatis, vt probemus ea, quae a sanctis prophetis ante secula multa praedicta sunt, in Graecorum, quam Latini, & aliarum gentium literis contineri. Item Augustinus contra Manicheos. Si quid veri de Deo Sybilla, vel Orpheus, alijque gentium vates, aut philosophi praedixisse perhibent, valet quidem aliquid ad Paganorum vanitatem reuocandam, non tamen ad istorum auctoritatem conplectendam: quantum enim distat de Christi aduentu inter praedicationem Angelorum, & confessionem Demonum, tantum inter curiositatem sacrelegarum scripturarum, & auctoritatem Prophetarum. Item Clemens Papa. Cum enim de diuinis scripturis integram quisquam & firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid, & ex eruditione communi ac liberalibus studijs, quae forte a pueritia attingit, ad assertionem veri dogmatis conferat, ita tamen, vbi vera didicerit, falsa, & simulata declinet. Idem in libro Sententiarum. Ideo prohibetur Christianis poetarum figmenta legere, quia per oblectamenta fabularum uinum mentem excitant ad incontinua libidinum. Non enim solum Tura offerendo demonibus immolant, sed etiam eorum dicta libentius capiunt.

*De diuisorijum doctorem floribus excerptis. Cap. XXXVI.*

**S** eneca Epistola. 84. Alit lectio ingenium & studio fatigatum, non tamen sine studio reficit. Nec scribere tantum nec tam legere debemus, altera res consistit vires, & exhaeret ( de silio dico ) altera soluet, & diluet: inuicem hoc, & illo com-

meandum est, & alterum altero temperandum, vt quicquid lectione collectum est, illis redigat in corpus. Aves enim imitari debemus, quae vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt, deinde quicquid attulerint disponunt, ac per fauos digerunt, sic & nos debemus, quae cumque ex diuersa lectione congeimus, separe. Deinde adhibita ingenij nostri facultate, in vnum saporem varia illa libamenta confundere. Tale animum nostrum esse volo, vt multae in illo artes, multa praecipua, multarum artium exempla sint in vnum conspirata. Hieronymus contra Vigilantium. Operis mei, & studij est multos legere, vt ex plurimis diuersos flores carpam. Idem ad Pammachium. Qui obicit mihi Origenem, obicit etiam cur hominem Iudaeum habuerim praecipuum, cum ego mitio odio, & auerferim circumcissionem. Libros quidem Origenis congregaui, & ideo errores eius non sequor, quia scio omnia, quae dixit: atque vti iam omnium tractatorum habere volumina, vt tarditatem ingenij, eruditionis diligentia compensarem.

*De magistris audiendis, & reuerentis. Cap. XXXVII.*

**H** ieronymus ad Paulinum. Habere autem nescio quid latebris excigit, vnae vocis actus, & in aures discipuli, de actoris ore transfusa fortis sonat. In Actibus Apostolorum sanctus Eunuchus, immo vir ( sic enim eum sancta scriptura cognominat ) cum legeret Isaiam prophetam, interrogatus a Philippo, Parasce intelligis quae legis? Respondit. Quomodo possum, nisi aliquis me docuerit? Ad minores artes veniam, & quae tam lingua, quam manu adiunguntur. Agricole caementarii, fabri, metallorum, lignorumque cautores, lanarii quoque, & fullones, & caeteri, qui variam suppellectilem, & vitia opuscula fabricant, absque doctore assequi non possunt, quae cupiunt. Boetius vbi supra. Qui non nouit subijci, non noscet magistratum, miserumque est fieri magistratum, qui nunquam nouit se esse discipulum. Debet autem discipuli subiectio in tribus consistere, scilicet vt sit attentus ad audiendum, docilis ad intelligendum, beniuolus ad retinendum. Malo quidem barbarientis magistri, licet redioso fructu deliniri, quam seducen-tis eccitatis dulcioris gloriam. Si ergo discipuli summa magistratui subiectio, sit exercitij attentio, beniuolentia animi, docilitas ingenij, luxuria quoque specierum curatio, & felicitas constanti debita professio. Magistro subijci gaudeat, eumque meruendo diligat, & eius mansioni, si fieri potest, cohabitando se inserat, vt cum locus fuerit, ad eum inquirendum recurrat. Varro vbi supra. Illum autem elige eruditorem, quem magis mire ris in suis, quam in alienis. Non tam laudabile est meminisse, hoc enim alienum est, illud proprium muneris est. Nil magnificum doceret, qui a se nil didicit. Falloque magistri nuncupantur auditorum narratores, sic igitur audiendi sunt, vt qui rumores recedunt. Eluculentissimum autem est edocendi genus, exemplorum subductio. Quintilianus 2. li. Non autem id quidem aestimandum est cuius quisque aetatis sit, sed quantum in studijs iam effecerit. Vt praceptorum officium est docere, sic discipulorum prebere se dociles, alioquin neutrum sine altero sufficit. Sicut frustra sparguntur semina, nisi ea permoluit fuerit sulcus, ita scientia coalescere nequit, nisi sociata tradentis, accipientisque concordia.

*De his, qui ad magistratum accedunt. Cap. XXXVIII.*

**B** oetius vbi supra. Iam vero discipulus cum ad perfectionem tendere tenetur, perfectionis effectum causam, vt pote continuitatis constantiam, prout facultas suppetit, menti studeat imprimere. Quid enim constantia lucidius, quid inconstantia nequius. Prima parit, secunda destruit, prima procedit, secunda retrocedit, prima colligit, secunda vero collecta dissoluit. Prudens scholaris semper aliquo consorte gaudeat, cui propriam conscientiam detegere valeat, qui nubila fortuna diligenter subueniat, morboque ingruente sedulum se exhibeat, & si tetra caligo mortis affuerit, superest facultas disponat. Si vero roius euadat, possit ab eo passim, sustentari, procurari, consolari. Vigente quoque ualitudine libellis gaudeat permutatim, questionibus certatim, & commendabili recitatione gradatim, castigationis felicitate conuersum. Et sic inter eos manus dilectionis integritas permaneat, vt primaeu temporis ros instillans, in medio intundans sine vere inebrians existat. Denique boni indolis iuuenis, qui ad magistratum honorem accedere cupit, primo quidem oportet, vt quae ad tanti nominis reuerentiam pertineant sciat, scitaque exprime noscat, nec scriptorum commisioni totaliter se committat. Secundum vt librorum copiam exercitationi sue conquirat, quatenus, cum opus fuerit, eos consulat, nec omnino credat, sicut Niguius, qui Montani magistri sui sententis intantum consultus est, quod omne verbum,

bum, ab ipso ore progressum, quaternis exarabat, & tanquam sacrum existans, nihil aliud magisterij vicem obtinens, in scholis prelicabatur. Vnde multociens, pudore confusus, con-

De his qui hoc officium affectu iam exeque volunt. Cap. XXIX.

Quicunque autem officium illud prosequi desiderat, vniuersa motum honestate oportet ut polleat, in sermone verax, in iudicio iustus, in consilio prouidus, in commissio-

De interiori magisterio ueritatis. Cap. XL.

Augustinus in libro de magistro. Quis autem filium in scholam mittit, ut quid magister cogit discat, ac istas omnes disciplinas, quas magistri docere, profitentur, cum verbis explicauerint, discipuli verum vera dicta sunt, apud semetipsos considerant, interiorum scilicet veritatem, pro viribus intrucentes.

carum, quia presens est eis, quantum illi capere possunt lumen aeternae rationis, ubi haec immutabilia vera conspiciunt, non quod ea aliquando nouerunt, & obliuiscunt, quod Platoni, vel talibus visum est, contra quorum opinionem in libro 13 de Trinitate dicitur, quantum occasio dabat operi Actor. De hoc superius habitum est. 12. libro, ubi actum esse de Anima, capitulo de scientia, & sapientia.

De eruditione puerorum. Cap. XLII.

Augustinus de ciuitate Dei 22. lib. Quis autem ignorat cum quanta ignorantia veritatis, quae iam in infantibus maiore lecta est, homo in vitam veniat. Sed diuina gubernatione non omnino deserente damnatos, contra tenebras istas, cum quibus nascimur vigilat eruditio, plena tamen, & ipsa laboris, ac doloris. Quid enim sibi volunt multimodae formidines, quae parulis adhibentur. Quid pedagogi, quid magistri, quid ferulae, quid virgae, quid alia pueriles poenae, sine quibus dici non potest, quod maiores volunt, qui vix aliquid utiliter volunt. Quid his penis agitur, nisi ut imperitia debellentur, & praua cupiditas intretur, cum quibus malis in hoc seculo viuimus. Quid est enim quod cum labore meminimus, sine labore obliuiscimur. Cum labore discimus, sine labore nescimus: Cum labore streuimus, sine labore somus. Nonne hinc apparet, inquit, velut pondere suo proclini, & prona sit vitiosa natura, & quanta ope, ut hinc liberetur, indigeat. Desidia, segnitia, pigritia, negligentia, vitia sunt vitioque, quibus labor fugitur, cum la-

De libris, & auctoritatibus eorum. Cap. XLIII.

Sidorus libro sexto. Codex multorum est: Liber vnius voluminis: Et dicitur Codex per translationem a corticebus arborum, seu vitu quasi Caudex, quod in se multitudinem librorum, quasi ramorum continet. Liber est interior tunica corticis, quae ligno coheret. Vnde & Liber dicitur, in quo scribimus quia ante usum chartae, vel membranarum de Libris arborum volumina fiebant, id est compaginabantur. Vnde scriptores a Libris arborum Librarios, antea Bibliopolas dictos. Librum enim Graeci Biblium vocant. Folia autem librorum appellata, siue ex similitudine foliorum arborum, vel quia ex foliis sunt, id est ex pellibus, quae de occisis pecudibus detrahi solent. Cuius partes paginae dicuntur, eo quod sibi inuicem compaginantur. Versus autem vulgo vocati, quia sic scribebant antiqui sicut aratur terra, a sinistra enim ad dexteram primum dicebantur sillum, deinde conuertebantur ab inferiori, & iustus ad dexteram uersus. Romae primus librorum copiam adiecit Emilius Paulus Persa, Macedonum Rege deuictus: Deinde Lucullus e Pontica praeda, post hos Caesar dedit Marco Varroni negotiorum, eumque maxime praefecit bibliothecae construenda. Primum autem Romae bibliothecae publicae Pollio Graecas simul, atque Latinas, additis auroreum imaginibus in atrio, quod de manibus magnificentissimum instruxerat: Apud nos quoque Pamphilus martyr, cuius vitam Eusebius Caesariensis conscripsit. Pistratum in sacra bibliotheca studio primus adaequare contendit. Hic enim in bibliotheca sua prope 30. voluminum millia habuit. Hieronymus atque Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe quarentes, ordine profecti sunt, eorumque studia in vno voluminis indiculo comprehenderunt. Marcus, Terrentius, Varro apud Latinos innumerabiles libros scripsit. Apud Graecos quoque Callicterus miris attollitur laudibus, quod tantos libros ediderit, quantos quisque nostrum scribere propria manu vix possit. De nostris quoque apud Graecos Origenes, in scripturarum labore, tam Graecos, quam Latinos operum suorum numero superauit. Denique Hieronymus sex millia librorum eius legitur fatetur. Horum tamen omnium studia Augustinus ingenio, vel scientia sua vicit; nam tanta scripsit, ut diebus ac noctibus non solum scribere libros eius quisquam, sed nec legere quidem occurrat.

De diuersis generibus opusculorum. Cap. XLIII.

Opusculorum genera dicuntur esse tria. Primum genus excerpta sunt, quae Graeci Scholia nuncupantur, in quibus ea, quae videntur obscura, vel difficulta summam, ac breuiter persinguntur. Secundum genus Homiliae sunt, quas Latini verbum appellant, quae profertur in populis. Tertium Thomi, quos nos libros, vel volumina vocamus. Homiliae autem ad vulgus loquuntur. Thomi vero id est libri maioris sunt disputationis. Dyalogus est disputatio, vel collatio duorum, vel plurimorum, quem Latini sermonem dicunt. Scimus autem dictus est, quia inter verumque seruitur. Tractatus est vnus rei multiplex expositio, eo quod trahat sensum in multa sentiendi, contradicendo secum. Commentaria dicta sunt, quasi cum mente, sunt enim interpretationes, ut commenta iuris, commenta euangelij. Apologus est vnus cuiuslibet rei, quae solent quidam accusatoribus, respondere. Panageticus est licentiosum, & lasciuiosum genus dicendi, in laudibus Regum, in cuius compositione homines multis mendacijs adulantur. Factorum libri sunt in quibus Reges, vel Consules scribuntur, a Fastibus dicti, id est potestatis. Vnde, & Ouidii libri Factorum dicuntur, quia de Regibus, & Consulibus editi sunt. Prohemium est incitium dicendi, quod apud nos praefatio nuncupatur, quasi prolocutio. Praecepta sunt, quae quid faciendum, aut quid non faciendum docent. Primum autem praecipuum apud Hebraeos Moyses scripsit. Apud Latinos vero Marcus vates primum praecepta composuit, ex quibus est illud: Postremus dicas, primum taceas. Parabola quippe aliquis, rei per se similitudinem gerit, quod licet sit vocabulum Graecum, iam tamen pro Latino vsurpatur. Problema, quae latine appellantur propositiones. Quaestiones sunt habentes aliquid quod disputatione soluendum sit. Cynismus autem est cum quaeritur, an sit, an quid sit, an quale sit. Argumentum dictum quasi argutum inuentum, ad probandas res. Epistolam proprie Graeci vocant, quod interpretatur latine Mista. Ante chartam enim & membranam vsuim, in dolatis ex ligno codicillis, epistolarum alloquia scribebantur. Vnde & portiores eorum Tabellarios vocauerunt.

De diuersitate Linguarum, ac Idiomatum. Cap. XLIII.

Augustinus de ciuitate Dei 19. libro. Est inter miserias huius vitae linguarum diuersitas, quae hominem alienat ab homine, nam si duo aliqua necessitate simul esse cogantur, quorum neuter linguam nouit alterius, nihil prodest ad eos associandos tanta similitudo naturae, ita ut libentius sit hominem canis suo, quam cum homine alieno. Ididorus in lib. Aethy. 9. Diuersitas linguarum exorta est in edificatione turris post diluuium, cuius superbia societatem humanam diuisit. Nam omnium antea nationem vna lingua, scilicet Hebraea, fuit, quae Patriarchae, & Prophetae vsi sunt, non solum in sermonibus suis, verumetiam in literis sacris. Fuerunt autem ex tribus filiis Noe gentes 73. vel potius, ut ratio declarat. 72. scilicet. 15. de Iaphet. 31. de Cam. 27. de Sem. totidemque linguarum, quae per terras esse caeperunt, quaeque crescendo prouincias, & insulas impleuerunt. Ex primo quidem quot gentes fuerunt tot linguarum. Deinde vero ex vna lingua plures sunt gentes exortae. Linguas autem nunc accipimus pro verbis, eodem modo quo id quod efficitur, per id quod efficit, nominatur, sicut os solet dici pro verbis, & manus pro literis. Tres autem sunt linguae sacrae, quae maxime toto orbe excellunt, scilicet Hebraea, Graeca, Latina. Vnde & propter scripturarum obscuritatem, hanc cognitionem esse necessaria, ut si qua dubitatio nominis aut interpretationis in vnius linguae sermone oriatur ad alteram recurratur. Et Graeca quidem, inter ceteras

ras gentium linguas habetur clarior, nam & Latinis & omnibus est sonantior. Huius varietas, in quinque partibus discernitur. Quarum prima dicitur Cenedo, id est, mixta siue communis dicitur, quae omnes videntur. Secunda Aethica, quae vsi sunt auctores Graeci. Tertia Dorica, quam habent Aegyptij, & Syrii. Quarta Ionica. Quinta Colica. Latinas quoque linguas quatuor esse quidam dixerunt, i. Priscam, Latinam, Romanam, Mixtam. Omnes quidem orientis gentes in gutture linguam & verba collidunt, sicut Hebraei, & Syrii. Omnes autem mediterraneae sermones in palato feruntur, ut Graeci, & Asiani. Omnes autem occidentales verba in dentibus frangunt, ut Italici & Hispani. Syrus, & Chaldaei in sermone vicinus est Hebraeo in plerisque consonans ex literarum sono. Omnium autem linguam homo quilibet, aut audiendo tenere potest, aut legendo, ex praepatore accipere. Cumque linguarum omnium scientia, cuiquam difficilis sit, nemo tamen tam desidiosus est, ut gentis suae linguam nesciat, alioquin brutis animalibus deterior est, nam & illa propriae vocis clamorem exprimit istae propriae linguae noticia caret.

De scientia Linguae, & partibus eius. Cap. XLV.

Alphorabius in libro de diuisione scientiarum. Scientia linguarum omnium naturaliter prima est, quae in duo diuiditur, scilicet, in scientiam considerandi, & obseruandi, quid vnaqueque dictio significet, apud gentem illam, cuius est lingua, & in scientiam obseruandi regulas illarum dictionum. Dictionum enim significantium in omni lingua, aliae sunt simplices, aliae compositae. Simplicium, aliae propriae, ut Socrates, aliae communes, ut Homo. Communium autem aliae sunt rerum nomina, aliae aliarum propria, quae accidunt, ut Nominum genus, & numerus Verbo modus, & tempus &c. Igitur scientia Linguae diuiditur apud omnes gentes, in septem partes. Prima est scientia dictionum simplicium, quid significet vnaqueque, scilicet genus, & speciem vel aliud huiusmodi. Secunda est dictionum compositarum, siue orationum, quibus apud illam gentem videntur oratores, vel versificatores, siue sapientiores apud eos. Tertia est scientia regularum, de dictionibus simplicibus, quae scilicet inquirunt de prolatione literarum & numero earum, & de vocalibus, & non vocalibus. De literis quoque, quae sibi coniunguntur, in syllabam, & de Syllabis, quae quae cui coniungatur ad constituendum dictionem, & cum hoc docet, quae cum qua dictione ordinetur in orationem. Quinta est scientia regularum, ad recte scribendum, & dicitur Orthographia, quae docet, quae littera, cum qua scribi debeat, & quae non. Sexta est scientia regularum ad recte loquendum, & docet distinctiones subdictiones, & accentus graues, & acutos, & circumflexos. Septima est scientia regularum ad versificandum, & haec docet quae syllaba longa, quae breuis, postea de pedibus, & caesuris, deinde de varijs metrorum generibus. Merorum autem varietatem facit numerus vel diuersitas pedum, & appellatur a nomine pedis vel inuentoris. A Hor. Nota quod Alphorabius hic, sub scientia linguarum Grammaticam comprehendit. Superius autem in libro de ortu scientiarum dicit, quod scientia linguarum Grammaticam praecedat, itaque quod ad linguarum scientiam attinet, longum vitioque nimis esset, immo opus imbecillitatis nostrae viribus penitus impossibile, vocabulorum omnium in omnibus linguis origines, atque significationes exponere. Paucorum vero, quae frequenter in scripturis incidunt, nec satis omnibus nota sunt, tam ex Papias, quam aliorum libris, significationes plerumque etiam, & origines studium excerpere, operique praesentis inserere. Praecipue vero latinorum, atque Graecorum. Habent enim Hebraica per se volumen suum, illa quidem, quae in sacra scriptura continentur. De ceteris ergo iuxta ordinem alphabeti, pauca breuiter (verecite folio) prosequamur.

De





Canax, arundo. Capnatis, quia caua est in modum caanae. Canabum, a cannae similitudine dicitur. Cancelli, fenestrae angustae. Candere, fulgere, vel ierurere. Canceri, morbus quidam in carne, paulatim serpens, donec interimat. Canistrum, calathus, ex canna fistula contextus. Canon, regula. Canopeya, Aegyptus. Cantu, quibus nota circundantur. Chaos, caligo confusa. Caparis, herba. Capillatura, capillorum ornatu. Capisterium, vas purgandum tritico aptum. Capitalis, veteranus, uel dolosus, uel superbus. Capitium, ubi caput tunicam intrat. Capitulum, quasi Romanae urbis caput. Capitulinus, capitolio feruens. Capulum sive capulum, funis uendicamenta indomita comprehenduntur. Capula, uas ubi ponuntur reliquia, sive capella. Caplus, caruca undique circumtectae, quasi capsa. Captio, conspiratio, uel opinio. Capulus, mantuarum gladii uel pheretrum. Carabrio, animal simile muscae. Carabus, nauicula. Character, nota, uel figura. Carbasus, lini species, unde sunt vela, quae & carbasae. Cardia, cordis passio. Carectum, herba similis iunco, uel locus caricum. Charybdis, gurgis qui naues absorbet. Carice, ficus. Carices, proprie putredo ligni. Carino, media pars nauis. Carinans, arguens conuicias, uel illudens. Carix, herba quaedam, inde carectum. Carpasia, nauis a carpendo. Carpanus, color uiridis. Carpentum, pompaticum uel huculigenus, quasi carru pompaticum. Carpens euellens, uel nariis. Carpere iter, ambulare. Cartallus, canistrum. Cartilago, ossa tenera, & sine medulla. Casa, agreste habitaculum, palis uirgulisque contextu. Castes, arancarum telae, uel retia luporum, uel pericula, uel xrumnae. Casta, herba uel flos. Castille, bursa, uel facellus. Castes Nouember. Castina, hiatus.

castoreum, unguentum ex testiculis castoris animalis. castra, militum custodia, per circuitum. castrensis, militaris, uel hostilis. castrimargia, gula. catha, iuxta, uel secundum, uel contentus multotum. casa, tabernaculum, uel tugurium, inde casula, cataclysmus, diluuium. catalogus, infortium numerus. cathamane, de mane. cataphasma, inductio. catapulus, aduentus nauium, catapota, genus calicis, cataplectico, obiurgatio. cataraete, fenestrae, uel ostia fluminum. catartica, purgatoria. catafena, confirmatio ex propretate rei. Catasta, scala aetuleo similis, catema, muliebri collare. catemare, instruere homines in fide, ante baptismum. catulo, gulosus quasi catulus, catinum, uas fictile. catus, acutus, prudens, caquabuccina, cornea. caucatum, candidum. cauculus, tumor uesicae uel petra. caudix, radix, uel robur. caule, stabula ouium, uel cohortes. caupo, negociator, uel tabernarius a capiendo dicitur. cauteriata, lacerata, corrupta. cauterium, dicitur, quia urit, quandoque pro signo, quandoque pro cura adhibetur. cautio, scriptura cautionalis. gauus, caballus, uel cancellus.

Ahuc de eodem.

Eleuma, canticum calcarum uindemiae, proprie uero nauarum. celium, genus ferramenti, quod uulgo Celionem uocant. Inde Celata, id est, sculpta. Celones, naues quaedam agiles ad ministerium classis aptae. caementarii, architecti. Caenaculum, dicitur a communione uescendi, quod facere solebat antiqui, ne singularitas luxuriam gigneret. Caenobium, habitaculum plurimorum in communi uescientium. Cenium, sordidum, & odoratum lutum. Cenodoxia, iactantia sive inanis gloria. Canon, Graece, commune, uel nouum Latine. Censor, iudex. Censura, iudicium, uindicta. Centaurus, quoddam genus monstri. Centrum, stimulus ferreus, uel punctus in medio circuli.

centuriae, partes exercitus, in centenos milites diuisae, quibus, qui praesunt Centuriones dicuntur. cerealia, arma uel instrumenta pilloria. cerata, Graece cornua. ceros, coram. cerastes, genus serpentis cornutum. ceranos, Graece, flumen. ceres, fruges. caeremoniae, sacrae culturae, cernuus, magnus, facer, uel fortius sine dolo, alias succus sine folia. cerberum, aiunt canem trium capitum. ceruicatus, uel ceruicosus, quod dure ceruicis est, uel superbus. cerula, alta maria. cerula, ex plumbo uel stagno conficitur. celones, uel caesares, qui secto matris utero extrahebantur. celsio, propria rei concessio. cespes, frutex uel gleba. cestus, coria quo manus suas pugiles arman, & imisti cedunt. cibarius, panis crosius, qui ad cibum seruis datur, nec delicatnr. eicada, genus minuti animalis. eicendela, genus Scarabei. cyclades, insulae in mari, quae sunt 53. cyclon, Graece rotundum. cyclopes, semiferi homines, unum oculum in fronte habentes. cyclus, orbis, sive gyrus. cidaris, mitra. cidoninum, genus pomi. cygnus, Syri dicunt, quodlibet candidum, cillere, mouere. cilex, pirata. cigni, poetae. cilia, tegmina quibus cooperiuntur oculi. chiliarchae, qui mille praesunt, Graece, enim mille, chylia dicitur. ciachi, pondus decem dragmis appenditur. cymbala, acitabula, quae percussa inuicem se tangunt, & sonant. cidari (ut quidam putant) acitabula, quae percussa in modulos concitant. cincinnati, capilli dependentes de capite mulierum. cinnabarium, quidam dicunt minium, alii draconum sanguinem, cinamomum, arbor aromatica. cynomya, musca canina. cinus, latine llex. circinus, circulus, uel instrumentum carpentarii, quod uergendo efficit circulum. circiter, proprie ad numerum pertinet. circa, ad locum, circum ad

tempus. circus, gyrus. circulator, qui famam asportat periculi. circenses ludi, quasi circumuenta pilloria. circum, putant dictum a circui Equorum, quia ibi circummetas E qui currebant. circi foranus, qui aduocationis causa, circum fora, & conuentus uagatur. circumlunium, locus quem aqua circumluit. circumpedes, obsequia seruorum. circum scribere, circumuenire, uel concludere, uel delere, uel in praedictum mittere. cirex, inspirationes. cyrographum, manu scriptum, uel cautio. cis citra, circa. cistae, corbes. cistella, a crustis ex lignis, uel cannis, quibus textur dicitur. clanculo, occulte. classica, tuba. classici, sonus in tuba, uel nauis. clausus, gubernaculum. clerus, Graece fors, uel hereditas. cleronomia, hereditas. climata, plagae caeli, quae sunt quatuor. clinicus, qui delecto non descendit. Nam clios Graece. lectus. clinofus, inclinatus. cloacae fossae balneariae, uel quibus proloantur aquae. clodus, uacillans pedibus. cloes, folles, uel pluma.

Ahuc de eodem.

 Vertigo, est cerebri mentisq; turbatio, qua uidentur omnia ibi in gyrum uolui, uel turbo cum uentus surgit, & terram in gyrum mirit.  
 Veruncant, euellunt.  
 Vertunt, trahunt, scindunt, nauigant.  
 Verruca, genus aegritudinis.  
 Veruex, aries.  
 Veru, uirga, uel contus.  
 Velsi, palci.  
 Vestice, bulle turgentes, ac feruentes.  
 Vespilio, sepulchrorum uiolator.  
 Vesper, stella noctem inditens.  
 Vesperus, idem.  
 Vespertilio, auis nocturna.  
 Vesta, dea Paganorum. Inde uestalis.  
 Vestibulum, introitus, uel atrium, quasi uestiens domū.  
 Veterani, antiqui, uel milites qui post multos labores militie quietis suffragium consequuntur. Idem & emeriti.  
 Veterator, antiquus terguerfator, uel fraudator.

Ab hoc de eodem.

**V** iat, iter, facit. Inde viator.  
 Viaticum, sumptus in uia.  
 Vibrat, crispat, torquet, concutit, micat.  
 Viburna, genesta mollissima uel uirgulta, quaedam humilia.  
 Vicatim, uicissim.  
 Vices, alternationes.  
 Vicia, genus leguminis.  
 Vicissim inuicē, alternatim, uel per uices.  
 Viduare, nudare, desolare.  
 Viger, floret, ualet, fortis est.  
 Villicat, villam agit, id est gubernat.  
 Villicat, uille custos, uel rector, uel dispensator.  
 Vimen, genus uirgulti.  
 Vinacia, acina unde cliquatū est uinum.  
 Vipera, genus serpentis.  
 Virago, uirgo, uel fortis femina, quasi uirum agens, id est opera uirilia faciens, uel mulier, quia de uiro acta, id est,



est, formata. Virecta, viridia loca, uel virgulta mollia. Virginal, membrum uirginis. Virgultum, uirga uel flua minor, idest humilis, uel id, quod de radice arboris pululat. Viritim, fortiter, priuatiu fignillatim, nominatum. Virrosa, fortia uenenata. Viscum, est illud putridum de quercu confectum, quo aues capiuntur, & ex Italia uenit. Visere, uidere, uisitare. Vis superum, ira, uel uolentia Deorum. Vitabundus, uiuenti similis, sicut moribundus, morienti. Vitis, insule, uel ligatur qui bus fluentes religantur capilli, sic dicitur, quia ui tenet. Vitruis patriaster, scilicet q a matre nonus superducitur quasi nouitricus. Vituidus, ualidus fortis agilis. Vitus, plaga cicatrix. Vlgo, humor, sordes, limus. Vliginosa, humida, pinguis. Vlua, brachium. Vlua, palus. Vlula, auis nocturna. Vmbilicus, medius locu corporis quasi uibus illorum. Vmbo, locus in medio clipei. Vmbra, anima simulacra. Vmen, dignitas. Vna sabbati, prima dies post sabbatum. Vncat, curuat. Vncum, curuum. Inde uncinus. Vncus, anchora. Vncia, pondus octo dragmis constans. Vandans, abundans, buliens. Vngula, onix, uel genus est tormenti quo reus in eculeo effoditur, & torquetur ut fides inueniatur, unde & fideula dicitur. Vnguina, vnguenta. Vnicè, summe, singulariter. Vnicuba, uisus uiri uxor. Vniones, quædam margarite. Vniuoca, sunt quando pluriu rerum unum nomen est.

Vola, palma. Volentum, Gallice bonu, uel magnum. Volubrum, ubi porci se uolunt. Voluus, cuius radix est uolubilis, & rotunda. Vorago, profunditas, baratrium. Vori, radices. Voti compos, faciens, quod uult. Votumen, uoti promissum. Votum, donum. Vr, Græce ignis. Vranos, Græce cælum, uel genus piscis. Vreus, uas aquarum. Inde vrcolus. Vri, boues agrestes. Vrina, mensura quam quidam quartarium uocant, proprie autem pro condendis defætorum cineribus adhiberi solet. Vrique, diu, astidue. Vtrina, locus ubi uruntur peccata. Vsurpat, præsumit, illicite utitur. Vtiucapio, adeptio dominium per continuationem iustæ possessionis decemni, uel alicuius temporis. Vtra, Græce substantia. Vtrifilia, uaticii sumptus uel mobilia domus usibus apta. Vtrini ex vno utero ædici. Vulcanus, ignis quasi uolans candor, uel uolicanus, quia per aerem uolat. Vultur, genus auis. Vtruosus, tristis, formosus.

De incipientibus per X. & Y. Cap. LXVII.

X Andicus Aprilis. Xenia, præmia, munera, beneficia. Xenodochium, Græce peregrinorum susceptio uel hospitium. Xilon, Græce lignum. Inde Xilo balsamum, idest lignum balsami. Y Ades stellæ, quin que in motu, y. literæ in fronte tauri positæ.

Ycon, imago, uel similitudo comparata. Inde yconia. Ydea, Græce proprietas uel exemplar. Ydin, Græce uidere. Ydiota, imperitus, uel sine literis. Ydor, Græce aqua. Inde idria uas aquarum lapideum ad lauandum. Ydros formula. Ydra, serpens multorum capitum, uel draco. Yle, materia informis omnium corporum. Ymnus, laus canticum. Ypallage permutatio. Ypanti, obuiatio, uel domini præsentatio. Yper, Græce super, uel trans. Yperapites, fidelis dispensator, ab yper, quod est super, & pites, quod est fides, quasi super alios fidelis. Yperbaton, transensio quedam uerborum ordinem turbans. Yperbole, dictio fidem excedens. Yperborei montes Scythiæ, quia super, idest ultra eos stat boreas. Yperdulia, seruitus, quæ Christi humanitati debetur. Ypocanthaurs, fingitur homo equo mixtus. Ypo, Græce sub, uel infra. Ypodromum, stabulum equorum uel locus ubi equi currebant. Nam ypos equus dromus strata. Ypogeum, antra, uel spelunca. Ypopodes, genus monstri. Ypothami, equi fluuiales. Ypostasi, Græce substantia indiuidua. Ypotheticus, conditionalis. Yris, arcus cælestis uel species gemme aut herbe. Yronia, tropus per contraria quod conatur ostendens. Ylagoge, introductiones. Ylos, Græce iustus uel equus.

De incipientibus per Z. Cap. LXVIII.

Z Aba, id est galea. Inde zabatus.

Zaberna, arca uel armamentum. Zabin, intellectus. Zabulus, Sathanas. Zar, apud Hebræos Aprilis. Zedoar, quædam species aromatica. Zephirus, uentus, qui & faunus. Zelus, emulatio, & in bonam partem, & in malam accipitur. Zelotipia, idest mala superstio contra uxorem. Zelotes dictus est Symon a Chana Galylee. Nam Chana interpretatur zelus. Zema, Græce, ius. Zenones, antea dicebantur, qui nunc Galli Zenones, sicut in z. commutata. Zete, ætiales domus quas frigidas facit aqua subducta hyemalis autem quas calidas facit flamma subducta. Zeuma, iugatio, uel coniunctio. Zeigon enim iugum. Zeuma etiam dicitur in pluribus sensibus uisus uerbi clausula. Zeus, Græce, iunctura. Zyan enim Græce, meritum actum. Zibimig, lanceæ. Zima, Græce, iris uel frumentum. Inde azimis, idest sine fermento. Zinziberr, genus pigmenti. Zis, acutus. Ziuis, mensis. Zizania, herba, quæ & lolium. Zmaragdus, gemma quedam. Zmirmon, resina, quæ & myrra. Zoæ, uita, zodia Græce, signa. Inde zodiacus, signifer circulus qui, 12. signa continet. Zographia, pictor. Inde zographia. Zons, oculus, uel cinctorium. Zoi, idest uita. Zotica, uirtus, idest uitalis in corde consistens, quæ facit uitam membris, & corpori.

LIBER SECVNDVS De Arte Grammatica.

De distinctione & partibus Grammaticæ. Cap. I.



SIDORVS in lib. primo Etymo. Grammatica est scientia recte loquendi, origo & fundamentum liberalium literarum. Hæc in disciplinis post literas communes inuenta est, ut qui iam literas didicerunt per eam recte loquendi rationem sciant. Huius igitur artis primordia literæ communes exiunt, quas librarij & calculatores sequuntur, harumque disciplina uelut quedam huius artis est infantia, uide & eam Varro iterationem uocat. Denique Grammatica nomen a literis accepit, grammata namque Græci literas uocant. Grammatica est scientia gnara recte scribendi, & recte loquendi, secundum unumquodque genus loquelæ in quo composita est, ipse est literalis scientia eo, scilicet quod literatum efficit. Nec dico, quod litera, syllaba, dictio & oratio artis huius sint materia, licet hoc omnes antiqui dixerunt, sed uox potius, uide secundum artem Grammaticam illa quatuor formantur. Huius ergo artis officium est literas congrue in syllabis, syllabas in dictionibus, dictiones in orationibus ordinare, & eisdem competenter pronunciare, ad uitationem solæcismi, & barbarismi. Solæcismus est incongrua dictionum ordinatio, dicta quasi mos solæcismus, a sole ciuitate Græciæ, cuius ciues cum Romanis uenirent, ut latine loqui addicerent, corrupte loquebantur dictiones incongrue ordinabant, uel coniungebant. Barbarismus uero est in congrua literarum uel syllabarum in scriptura coniunctio, siue dictionis incongrua prolatio, quasi mos barbarorum. Dicebantur uero antiquitus barbari omnes præter Græcos & Latinos. Finis huius artis est recte scribere & recte loqui, siue in scribendo & loquendo solæcismi & barbarismi uitatio. Partes huius artis sunt quatuor. Prima est de literis. Secunda de syllabis. Tertia de dictionibus. Quarta de orationibus, uel oratione. Ars enim grammatica est scientia omnium istorum simul, & nullius tantum per se, uide etiam dicuntur partes integrales. Species eius sunt genera linguarum in quibus ars grammatica tractata est, & composita, uocem enim format artifex in diuersa linguatum genera secundum artem grammaticam. Est autem grammatica composita in lingua Græca, Latina, Hebræa, & Chaldaica. Et possunt artis huius species crescere, hoc est, plures esse, ut si grammatica tractaretur in Gallica lingua, siue in aliqua alia in qua nondum tractata est. Hoc ordine docenda est grammatica. Primo est agendum de litera, in qua parte ars notaria continetur. Postea uero addendum est de syllabis, in qua parte continetur ars metrica quæ ad musicam multum pertinet. Tertio de dictionibus docendo, quæ eis accidunt, secundum, quæ debent constitui. Ad uirum agendum est de oratione, docendo quomodo dictiones secundum illa accidentia construuntur.

De Materia eiusdem artis, id est de uoce. Cap. II.

Quoniam autem uox materia huius artis est, tamen etiam quia in descriptione literæ, syllabæ, dictionis, & orationis nomine uocis uirtutis Priscianus. Idcirco diuersorum de uoce ponere sententias, necessarium esse duximus. Stoici namque uocem dixerunt esse aera, ideo corpus, quod plerique nostri temporis tenent & confirmant: ita etiam ut plurimum, eorum turpia quæ incurrant, concedentes quod uox alba, & nigra est, & hærida, secundum diuersas aeris qualitates. Plato uero dixit uocem esse aeris diuam, id est aeris percussione. Sed hanc rursus percussione quidam nostri temporis dixerunt esse passionem passibili qualitati adiunctam. Alij actionem. Alij itaque dixerunt uocem esse substantiam. Alij qualitatem. Alij quantitatem. Alij uero actionem, quæ omnia uipote falsa repellimus. Dicimus enim uocem non esse eorum, quæ sunt res, sed eorum potius, quæ proferuntur. Ad nullum itaque prædicamentum pertinet. Prædicamenta namque rerum naturam sequuntur. Vox uero nihil ponit in rerum natura, quoniam nec substantia est, nec substantiam informat. Est autem uox sonus naturalibus instrumentis formatus. Non est autem substantia, uel accidens, quoniam non est res sed proferitur. Illa itaque descriptio, uox est percussio aeris, & per causam data est, quoniam uox lingua percussione aera formatur. Priscianus uero hanc ponit descriptionem. Vox est aer tenuissimus iustus: aut ergo dicimus eum in sententia Stoicorum fuisse, aut si ab illo errore Pri-

scianum defendere malimus, dicemus descriptionem illam datam esse per causam, sicuti & illam. Dies est sol lucens super terram, non quod dies sit sol, sed quia lux solis diei causa est. Sic & aeris percussio causa est uocis. Tenuissimus autem additur, quoniam in spisso aere uox formari non potest: uide etiam pisces muti dicuntur. Vel tenuissimus secundum antiquos: quia aer in sui natura tenuis est, tenuior cum attrahitur, tenuissimus cum pulmone colatur. Vel tenuis fit cum attrahitur, tenuior cum colatur in pulmone, tenuissimus cum per arterias emittitur: in qua, scilicet emissionem uox formatur. Aliam rursus ponit descriptionem. Vox est suum sensibile aurium, id est, quod auribus sentiat eorum proprie accidit. Bene autem dixit suum aurium, scilicet, quia & auris sentit aliquid, scilicet audiendo, sed non est auris instrumentum tangendi.

De speciebus uocis. Cap. III.

Vox alia articulata est, alia inarticulata. Rursus alia literata est, alia illiterata. Articulata est, quæ copulata est significationi alicui, siue confectioni. Artare enim est copulare. Inarticulata est illa, quæ nulli significationi coniecta est. Literata quoque est illa uox quæ literis iam reperitis scribi potest. Illiterata uero, quæ scribi non potest literis iam reperitis. Si ergo differentia illa quæ literata, addatur ei quæ est articulata, fiet in illa uocis species, quæ est uox articulata & literata, ut Arma uirumque cano. Coniungantur iterum illiterata & articulata, & fiet alia species, ut gemitus infirmorum. Coeat rursus literata cum inarticulata, fiet tertia, ut coax, quæ est ranarum uox. Similiter & cra, quæ uox coruina est. Si uero coniungatur illiterata & inarticulata, fiet quarta, ut mugitus bouum & similia. Et quia restat ut etymologiam eius nominis quod est uox doceamus. Quid sit etymologia breuiter absoluemus. Etymologia est expositio alicuius uocabuli per aliud uocabulum, siue unum siue plura magis secundum rei proprietatem & literarum similitudinem, ut lapis quasi ledens pedem, fenestra, quasi serens non extra. Differt autem ab interpretatione, quæ est translatio de una loquela in aliam. Etymologia serpius fit in eadem loquela. Vox ergo, uel dicitur uocando, uel apud boos, id est, ab hoc uerbo Græco, quod est boos, mutatione. b. literæ in. v. consonantem. Et uide, quod apud Græcos, ab dicitur Latine. Toi est articulus apud Græcos, & uale quantum hoc. Inde dicitur apud boos, id est, ab hoc quod est boos, quod interpretatur sono. Unde compositum inuenitur reboos, id est resono.

De Litera. Cap. IIII.

Litera est pars minima uocis compositæ, id est elementarij sonis distinctæ. Composita namque uox distinguitur hic contra consulam. Et hæc quidem descriptio secundum vim & proprietatem partis integralis data est. Litera quoque sic describitur. Litera est uox, quæ scribi potest in indiuidua. Id est, uox representata figura quasi scriptibilis, & quæ per alias uoces diuidi non potest. Vox igitur ibi ponitur pro genere: sed ad differentiam uocis, quæ non potest scribi, additur, quæ scribi potest. Sed quia hoc totum habet syllaba, & dictio, & oratio, ad differentiam omnium istorum additur, indiuidua. Et hæc est differentia constans ex genere & differentijs. Litera uero secundum etymologiam dicitur quasi legitera, eo, quod præbet iter legendi, siue figuram attendas, siue pronunciationem. Alter quoque dicitur litera a lituris, eo, scilicet, quod antiqui prius scribebant in ceratis tabulis & postea debebant, item dicuntur elementa per similitudinem quandam, quia sicut elementa coeuntia corpus perficiunt, ita literæ coeuntis faciunt uocem literalem. Isidorus ubi supra. Literæ sunt indices rerum, signaque uerborum. His tanta uis est, ut nobis absentium dicta sine uoce loquantur. Earum enim uerba per oculos, non per aures introducuntur. Dicuntur autem quasi legitera, uel quod iter legentibus præstet, uel quod in legendo iterentur.

De Origine literarum, & primo Hebræicarum. Cap. V.

Sus literarum repertus est propter memoriam rerum. In tanta namque rerum uarietate, nec poterant audientibus omnia dici, nec memoria contineri, itaque ne obliuione fugiant, literis alligantur. Literæ Latine & Græcæ ab Hebræis uidentur exortæ. Apud illos enim prius dictum est Aleph. Deinde ex simili enunciatione apud Græcos tractum est alpha. Inde apud Latinos. A. translator ex simili sono alterius lingue literam condidit, ut nosse possimus linguam Hebræam omnium linguarum & literarum esse matrem. Sed Hebræi 22. elementis literarum secundum ueteris testamenti libros utuntur. Græci uero 24. Latini etenim inter utranque linguam progredientes, uiginti tria elementa habent.

Hebræorum

Hebraeorum litterarum lege egerit per Moysen, ut. Aleph Bed Gimel Daled He Vau Zain Es Tes Iud kaf Lamed Mem Nun Samech Hain Pe Fe Zadi Cof Res Schin Tau. Syrorum autem, & Chaldaeorum per Aorah, unde & cii Hg-brazis, & numero, & sono concordant, solum characteribus differant. Aegyptiorum litteras Isis regina Inachi filia, de Grecia veniens in Aegyptum peperit, & Aegyptiis tradidit. Apud Aegyptios autem alias habuisse litteras sacerdotes dicunt, alias vniq. Hieronymus in prologo galat. Viginti, & duas litteras esse apud Hebraeos. Syrorum quoque lingua, & Chaldaeorum restatur, quae Hebraica magna ex parte confinis est. Nam & ipsi viginti duo elementa habent eodem sono, sed diuersis characteribus. Quo igitur viginti duo elementa sunt p qua scribimus Hebraice, quod loquimur, & eorum imitatio vox humana comprehenditur, viginti duo volumina supputantur, quibus quasi litteris, & exordis in Dei doctrina tenenda adducit, & lactens vlti iustit emittitur infantia. Act. v. v. & quibus armatus his, tanquam spiritualibus telis, postea in Ecclesia Dei doceret confidenter. Vnde. 2. Corin. 10. Arma enim nostrae militiae non carnalia sunt, sed potentia Dei ad destructionem munitionum, & cognationes destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & captiuantes omnem intellectum ad obediendum Christo, & paraui subingae omnem inobedientiam.

De Inventione Graecarum litterarum. Cap. XI. Graecarum litterarum vsum primum Phoenices inueniunt. Vnde & Lucanus Phoenices primi magni si ereditur auct. Mansura rubibus voce signare figuris. Hinc est, q. & Phoenice colore librorum capita scribuntur, quia ab ipsis litteris initiu haebuerunt. Suntque eorum quorum nunc est vsus cois nume. 24. videlicet. Alpha. vita. gama. delta. epsilon. zeta. eta. theta. iota. caps. labda. mi. ni. o. micron. pi. rho. sigma. taf. phi. xi. chi. psi. o. mega. Quorum haec sunt figurae ordine ut sequitur.

a. b. g. d. e. z. h. i. k. l. m. n. o. p. r. s. t. v. f. x. c. q. Cadmus agenoris filius Graecis literas a phoenice in Graeciam decem, & sex primus attulit. a. b. g. d. e. z. h. i. k. l. m. n. o. p. r. s. t. v. Palemedes troiano bello tres adiecit. a. b. g. d. e. z. h. i. k. l. m. n. o. p. r. s. t. v. Post quem simonides miles tres addidit. f. z. e. t. u. litteras pythagoras famius ad exemplum vitae hancum primus formauit, cuius virgula subterior prima, et atem significat, incerta, quippe, & quae adhuc se, nec vitius, nec virtutibus dedit, b. ius ad. q. supra est ab adolescentia incipit, cuius dextera pars ardua est, sed ad Beatae vitae tendens. Sinistra facilior, sed ad labem interitae deducens, de qua sic Perlius ait. Et tibi, quae Samius deduxit littera ramos. Surgentem dextro mo stravit limite callem Quingue autem esse apud Graecos mysi cas literas. Prima. v. quae humanae uitae signat, de qua nunc dixi mus. Secunda. b. quae mortem. Nam iudices eandem litteram ad ponebant ad eorum noia, quos supplicio afficiebant. Et dicit theta a po toy thanaton, id est, a morte. Vnde & habet per mediu telu, id est, mortis signum, le qua quida ait. O multu ante alias infelix littera theta. Tertia. t. tau figuram demonstrans dominicae crucis. Vnde & Hebraice signu interpretatur, de qua dictu est. 3. Ezech. per Angelu transi p mediu Hierusalae, & signa tau in fronte vitoru gemetiu, & dolentiu. Reliquas uero duas summa, & vltima sibi veditat Christus. Ipsi. n. principiu, ipse & finis di ces. Ego sum a & o. Coeurrerunt. n. inter se inuicem alpha ad omega usque deducit, & rursus o ad alpha replicatur, ut ostende ret i se Dns, & initiu decursu ad finem, & finis decursu ad initiu. Qualiter apud Graecos omnes litterae numerales sunt. Cap. VII.

Mnes autem litterae apud Graecos, & verba componunt, & numeros faciunt. Nam a, littera apud eos vocatur in numeris vnum, ubi autem scribunt b, uocatur duo, ubi scribunt c, uocatur in numeris eorum tria, ubi scribunt d, uocatur in numeris ipsorum quatuor, & sic omnes litterae apud eos in numeris habentur. Latini autem numeros ad litteras non computant, sed solo verbo componunt, exceptis aliquibus, quae numeros figura demonstrant, ut. c. pro centum, d. pro quingentis. i. pro uno. l. p. pro quinquaginta. m. pro mille. s. pro quinque. & x. littera, quae & in figura crucem signat, & in numero decem demonstrat, Actor. Eg. sunt litterae Graecae, & hi numeri singulis literis respodetes. Alpha, pro. a. Mia. j. Vita. pro. b. Dia. 2. Gama, pro. g. Tria. iij. Delta. pro. d. Tassera. iij. Epsilon. pro. e. Peta quinq. Epsilon nota numeri est. Exa sex. Zira. p. z. Heb da septem. Chi. pro ch. Ogd octo. Titq. Thia noue. Inra. pro. j. Deca decem. Cappa. pro. c. & K. Echafi uiginti. Labda. pro. l. Triantha triginta. Mi. pro. m. Tetrata qua draginta. Gni. p. n. Petaeta quinquaginta. Xi. p. x. Exeta sexaginta. Omicron. p. o. breui. Hebdeta septuaginta. Pi. p. p. Ogdota octuaginta. Cofe. nota numero. Eninantha nonaginta.

De Inventione latinorum litterarum. Cap. VIII.

Sidorus. Latinas litteras Carmentis nymphae prima Italii tradidit. Decem, & septem literis latinis uetus scriptura constabat, scilicet a. b. c. d. e. f. g. i. l. m. n. o. p. q. r. s. t. unde & legitime nominantur illa ratione. I. uel q. ab. e. uocalli incipiunt, & in nuntum sonum desinunt, ut sunt femininales. Vel a suo sono incipiunt, & in uocalem e. desinant, ut sunt mutae. H. aut littera pro sola aspiratione adiecta est postea. Aspirationis sonus est uerbi? eleuatus, cui contraria est profodia sonus aequaliter flexus. K. li teram Salustius ludi magister postea latinis adiecit, ut in sono diuisionem faceret duarum litterarum. c. & q. quae ideo superuacua dicitur, quia exceptis Kalendis superflua indicatur, per. c. n. uinuerfa exprimitur. X. littera usque ad augusti tempus nondum apud Latinos erat, sed pro ca. c. & s. scribentur. Vnde duplex uocatur, quia pro. c. & pro. s. ponitur. A Graecis duas litteras mutua uit latinitas. y. & z. pp. uocata. f. Graeca, & ha apud Romanos vlti ad Augusti tempus non scribebantur. Sed pro. z. duplex. f. pone bat, ut hilaritatis. Pro. y. uero. i. scribebatur. Petrus Helias. De his agit puficianus, sed mo fm figurat mo fm pronunciatione. Que da. n. attribuit litterae pp. hae, q. da. pp. illa. Sunt igitur figurati u 23. quibus utimur. Sciendum uero, q. in hoc numero coputatur Pulicianus. h. licet littera non repraesentat, sed nota fit aspiratio nis. In hoc code etiam numero ponit. y. & z. quamuis non utamur his nisi in barbaris dictionibus. Ideo aut pra mittit de figuris ut ostendat una figuram q. h. g. repraesentare elementa multa, elementa u. a. & n. & plures figuris unum elementum ut. c. & k. & q. Quod autem in abecedario ponitur illa figura, que est, & non ideo ponitur, q. fit littera figura, sed qa syllaba quaedam una figura repraesentatur ut i. littera. Cumque uero. 23. figurae sint, pronunciations earu. i. modi. p. uicidii multoplerum sunt. Quippe cu singulae uocales denos habeant sonos, ut. n. q. de una dixerit de ceteris detur intelligi. A breuis aspirata uel acuitur, ut habeo, uel grauiatur ut habemus. Rursus. a. breuis non aspirata, uel acuitur, ut abeo, uel grauiatur ut animus. Sunt itaque quatuor modi pronunciantia. a. q. corripit. Sex uero sunt q. p. ducit. Producta namque. a. aspirata, uel acuitur, ut hamis, uel grauiatur, ut hamorum, uel circumflexitur, ut hamus. Producta non aspirata, uel acuitur, ut are, uel grauiatur ut atrarium, uel circumflexitur, ut ara. De. h. quaeritur utrum sit uox. Nos autem dicimus, quod non est uox sonus, neque enim plectro linguae formatur, sed ad modum uossis subripitur.

De Accidentibus litterae. Cap. IX.

Petrus Helias. Accidentia ergo litterae dicuntur ea, quae concurrentia faciunt litterae proprietatem. i. concurrentia uocem faciunt esse litteram. Tria ergo sunt, quae accidentia litterae non men, figura, potestas, nisi enim haec tria concurrant non est littera, id est, nisi nominetur, & figura repraesentetur, & pronuncietur. Solent enim antiqui quaerere in quo subiecto haec accidentia habeant esse. Et dixerunt quidam, q. in littera, sed errant, sicut enim substantia manens una, & eadem diuersis uariatur acciditibus, & littera manens una, & eadem diuersis repraesentatur figuris, & modis pronunciatu diuersis. Sunt igitur accidentia similitudine sola, non q. substantias informant, immo nec sequit, q. si sunt accidentia litterae, q. ideo sunt accidentia. Nomina litterarum sunt indeclinabilia, siue q. a barbaris reperia sunt, qui nullam habent declinationem. Siue quia stabilia debent esse, eo q. fundamentum sunt omnis doctrinae. Siue, ideo, q. aliter non poterat esse apud Latinos, cum quaedam litterae dicantur uocales, eo q. per se uoces suas perficiunt, qm ipsa uocalis nomen est simplicius, quod non obseruari posset si uocalium nomina diuersis terminationibus flecterentur. Semiuocalium nomina uocalibus incipiunt, & in ipsas semiuocales desinunt. Vnde nomen. l. in antiquis libris inuenitur scriptum per. e. & l. Et hoc idem in mutarum nominibus apparet, mutarum enim nomina ab ipsis mutis incipiunt. Et in. e. uocalem desinunt, exceptis. q. & k. Vt haec itaque proprietates obseruarentur indeclinabilia man ferunt. Isidorus ubi supra. Nomina autem litterarum gentes ex sono proprie linguae dederunt, notatis oris sonis atque discretis, nam postquam eas animaduerterunt, & nomina illis, & figurarum imposuerunt. Figuras autem partim ex placito, partim ex sono litterarum formauerunt, utputa. i. & o. quarum unius sicut exilis sonus est, ita tenuis uirgula, alterius pinguis sonus sicut, & plena figura. Inter figuras litterarum, & apices ueteres distinxerunt. Apicem dictum propter, quod longe fit a pedibus, & in cacumine litterae apponatur. Est enim linea iacens super litteram aequaliter ducta. Figura enim est, qua tota scribitur. A littera in omnibus gentibus prior est litterarum, eo quod ipsa prior nascentibus uocem aperiat.

De potestate litterae substantialis. Cap. X.

Petrus Helias. Potestas ergo est ipsa pronunciatio. i. modus pronunciatiois propter quam figure, & nomina reperia sunt. Potestas uero, alia substantialis, alia accidentalis. Substantialis, quod ipsa uocalis est, aut consonans. Sic enim pronunciatu littera, ut uel per se uocem suam perficiat, & dicitur uocalis. Vel ut cum alia sonet, & non per se, & appellatur consonans. Hi uero pronunciatiois modi sunt de substantia litterae. Isidorus, ubi supra. Litterae ergo diuiduntur principalit in duas partes, in uocales, & consonantes. Vocales sunt, quae directo hyxu faucium, sine ulla collisione, uarie emittuntur, dicitur uocales, quia per se uocem impleant, & per se syllabam faciunt nulla adhaerente consonante. Consonantes sunt, quae diuerso motu linguae, uel impressione labiorum efficiuntur, & uocatur consonantes, quia per se non sonant, sed iunctis uocalibus sonant. Haec in duabus partibus diuiduntur, in semiuocales, & mutas. Semiuocales dicitur, quod quidam semiuocalem de uocalibus habeant. Ab e, quippe uocali incipiunt, & desinunt in naturalem sonum, ut f, l, m, & ceterae. Mutae aut. m. dicitur, quia nisi subiectis sibi uocalibus nequaquam emittuntur, si enim eis extremum uocalis detraheris sonum inelatum littera mutarum sonat, ut b, c, d, & ceterae. Inter uocales autem i, & u. apud grammaticos uarias habent significationes. Nam modus uocalis, s. modus consonantes modus mediae sunt. Vocales ideo sunt, quia sola postea syllabas faciunt. Consonantes ideo habentur, quia interdum habet post se uocales in eadem syllabis constitutas, ut Iuno, uates. Mediae autem iccirco dicuntur, quia naturaliter sole medium sonum habent, ut ius, uisus, coniunctae alij pinguius sonant, ut Ianus, uisus, sola enim aliter sonant, aliter iunctae. I. uero propterea interdum dicitur duplex, quia quotiescunque in metro inter duas uocales inuenitur, pro duabus consonantibus habetur, ut Troia, geminatur enim ibi sonus eius. V, quoque littera proinde interdum nihil est, quia alicubi nec uocalis, nec consonans est, ut quis. Eadē, & digammon a Graecis uocatur, quando subibet alijque uocalibus iungitur, quia duplex est instar. F. littera, quae duplex galibus habet, ad cuius similitudinem est etas uocales dygammon appellari grammatici uoluerunt. Inter semiuocales autem quaedam liquidae dicuntur, quia interdum in una syllaba postpositae, alijs consonantibus desiciunt, & a metro excluduntur. Ex quibus dux, apud Latinos liquefcunt i, & r. ut flatus, fragor. Reliquae m, & n, apud Graecos liquefcunt, ut Muecteus. Petrus H. lias. Antiquissimi Latini scribebant f, l, o, i, c, u, m, digamma ad repraesentandum u, consonantem, ut in his dictionibus, uado, & uenio. Item ubi hodie ponimus f, ut in facio, & consimilibus, scribebatur tunc ph, aspectus pronunciantes, quam nunc pronunciamus. Placuit uero postea Modernis, ut quia in facio, & talibus nimis aspere sonabat ph, loco eius scribere f. Vide ergo, quod ubique antiqui scribebant ph, nos hodie scribimus f, nisi in Graecis dictionibus, ubi antiquam seuuam scripturam. Inde probat Pri scianus, quod f, non est semiuocalis, sed muta.

De potestate eiusdem accidentalis prima. Cap. XI.

Petrus Helias. Accidentaliter uero litterae potestas quinquplex est. Quamuis prima est, quod littera, uel corripitur, uel producitur. Secunda, quod aspiratur, uel absque aspiratione profertur. Tertia, quod una congrua est alij in sono. Quarta, quod una transit in aliam. Quinta uero, q. una praepositur, uel postpositur ad constituendam syllabam. Vocales igitur apud Latinos omnes sunt acutepites. i. modis corripuntur, modo produciuntur, & conuerfo. Vide ergo, q. uocalis alia longa natura, alia positioe longa. Natura est, quae produciuntur ex in uentione sua, & institutione. Natura enim in uocalibus nihil aliud est, quam mentio ipsarum. Longa positioe est, quando propter duas consonantes sequentes, uel propter unam duplicem produciuntur, ut duxi. Similiter alia natura breuis est, alia positioe.

De ceteris quatuor. Cap. XII.

Mnes igitur uocales aspirantur, quamuis non ubique, & semper praepositur ei aspiratio, ut habeo, habemus, hiems, homo, humus. Consonantes autem quatuor tantum postposita semper aspiratione. Aspiratur ergo c, ut Chremae. T. ut Thraso. P. ut Philippus. R. ut Pyrrhus. De litterarum cognitione, uide ergo, quod inter c, aspiratum, & c, non aspiratum est g. Inter t, quoque, & th, d. Inter p, & ph, siue f, est b. Ergo g, & d, & b, sunt mediae, quia scilicet ex quadam similitudine soni accedunt ad eas, quarum dicuntur mediae. Ita etiam, quod nec tanto spiritu profertur quanto eadem aspiratae, & minore etiam spiritu profertur, quam eadem Speculum Doctrinale.

non aspiratae. Quod inde perpenditur, quoniam in profertendo non aspiratas magis laborant, uel operantur exteriora, profertendo enim medias inter utrumque fit uocis formatio, quod facile perpendes si in praedictis motibus attendas ora uoces naturaliter modulantia. Post hoc sciendum est, si x modis litterarum fieri mutationes, aut per casus, ut homo, hominis, aut per tempora, ut facio, feci; aut per compositionem, ut fallis, in fallis; aut per deruationem, ut fero, factus; aut per transmutationem de Graeco, in Latinum, ut Cyro, Cirus; aut per antiquitatem, ut legendum, pro legundum. De ordine uero sciendum, uocales sibi praeponuntur in dyphthongis ad constituendam syllabam. Dyphthongus ergo est duarum uocaliu concursus in eadem syllaba, cu quadam soni collisione, ut utraque uim suam habeat in metro posito. In eadem syllaba dictum est propter synaliphnam, quae fit inter litteras diuersarum syllabarum, ut utraque uim suam habeat, in metro, additur propter u, quod positum inter q, & aliam uocalem uim suam in metro non retinet, ideoque dyphthongum cum alia uocali non facit. Sunt autem quatuor dyphthongi quibus nunc utimur a, ae, au, eu. Semiuocalium autem m, ponitur ante n, ut Muecteus, quod est proprium nomen; & amuis, sic enim iterandum est, ut a, solum primam syllabam faciat m, uero, & n, simul sint de sequenti syllaba. S. quoque ponitur ante, m, ut smaragdus. Qui enim scribunt z, ante m, uicium faciunt, nunquam enim duplex in principio syllabae posita cum alia potest iungi consonante. Praeterea f, z, ubi scriberetur, fallus est. t. Lucani, uersus in quo ait.

Nunc uero itat metrum eo, quod scilicet praeposita liquefcit.

De syllaba. Cap. XIIII.

Petrus Helias. Syllaba ergo est comprehensio litterarum com sequens sub vno accentu, & uo spiritu prolata. Syllaba namque interpretatur comprehendere. Comprehensio ergo litterarum, quae earum coniunctio per quod differt ab elemento, quamuis una sola littera, ut a, quando est praepositio ipsam nominis interpretationem sortitur, consequens uero additur quasi congrua, ut uidelicet sit absque barbarismo, sed quia hoc totum habet oratio subditur, uo accentu. Item quia tota dictio sub vno profertur accentu, ad eius differentiam additur, & uo spiritu. i. impulsu prolata. Sed Monosyllaba dictio eadem est, & syllaba, & ei illa descriptio conuenit ex eo, quod syllaba est, non ex eo, quod dictio diffinitur, syllaba est uox literalis, quae sub uo accentu, & uo spiritu indistincter profertur, ut dicatur literalis contra consuetam uocem, quae sonis elementariis non est distincta, ut est mugitus Boum, & similia. Verum quia hoc totum habet dictio Monosyllaba additur instanter, ut scilicet sine distantia altera syllaba sequatur in constructione dictionis. Isidorus, ubi supra. Syllaba enim Graecae, Latine conceptio, siue connexio dicitur. Vnde uere illa est syllaba, quae ex pluribus nascitur literis.

De speciebus syllaba. Cap. XIII.

Petrus Helias. Sunt autem syllabae species sex. Est enim syllaba, quae unius literae, ut a; uel duarum, ut ab, uel trium, ut ars; uel quatuor, ut mars; uel quinque, ut stans; uel sex, ut stirps. Quot autem sunt uocales, tot sunt syllabae, quae uero ex literis pluribus constant fere sunt in numerabiles. Sciendum uero, quod licet syllaba tres consonantes habeat, nulla tamen syllaba tres habet uocales, ita scilicet, ut in metro, uim suam retineant. Quamuis enim cum dyphthongo, scribatur, ut in illa, quae, u, tamen non retinet ibi uim litterae. Et ut de litterarum positione in syllaba, aliquid dicamus: uel duae uocales faciunt syllabam, ut illa dyphthongo, quae est au, uel uocalis, & consonans, una uel plures, ita, quod uocalis antecedit consonantem, uel consonans uocalem. Nunquam tamen plufquam tres consonantes antecedere possunt uocalem in eadem syllaba, nec nisi tres sequi, ita tamen, quod si tres consonantes antecedunt uocalem non nisi duae sequentur, quia non ex pluribus literis, quam sex potest syllaba constare. Si antecedens syllaba terminetur in consonantem, necesse est, quod sequens a consonante incipiat, ut arcus, nisi sit dictio composita. Haec enim regula de simplicibus intelligenda est. Isidorus. Syllabae autem, aut breues sunt, aut longae, aut communes. Breues uocatur, quia nunquam produci possunt. Longe, quia nunquam corripit possunt. Communes autem, quia pro scribentis arbitrio, cum necessitas cogit, & produciuntur, & corripuntur. Ideo autem syllabae longae, breuesq; dicuntur, quia per uarias uocum moras, aut dupla, aut simpla spatia temporis habere uidentur. Dyphthongae syllabae Graeco nomine dicitur, quod in eis binae uocales iunguntur, & ex his Tomus Secundus. C apud



apud nos veras esse scimus quatuor, a, ce, au, eu. Et. vero apud maiores tantum celebrata sunt.

De accidentibus syllabe, & primo de accentu. Cap. XV.

Petrus Helyas. Accidit vero syllaba quatuor, tenor, spiritus, tempus, literarum numerus. Tenor idem est, quod tenor... Accentus est modulatio vocis in compositis...

De regulis accentuum. Cap. XVI.

Sidorus, ubi supra. Monosyllaba autem pars orationis si naturaliter brevis est, ut vir. Aut positione longa, ut ars, acutus, accentum habebit. Si vero naturaliter longa, ut res, circumflexum.

tur in principio, ut domus supra, nisi æquiuocè sint ad alias partes orationis, et tunc acciuntur in fine, ut Maria circum omnia, ne si circumflectatur in fine, nomen, vel adverbium esse pateret.

De ceteris accidentibus syllabe. Cap. XVII.

Petrus Helyas. Spiritus vero accidit syllabæ, quia a proprio spiritu, vel leni pronunciat. Et quia restat, ut de tempore agamus. Primo videnda est differentia inter tempus, & accentum.

De pedibus. Cap. XVIII.

Sidorus ubi supra. Syllaba apud metricos ideo semper nominatur, quod sit dimidius pes. Pedes sunt, qui certis syllabarum temporibus consistunt, nec a legitimo spatio, vniquam recedunt.

De dictione. Cap. XIX.

Petrus Helyas. Dictio est minima pars orationis constructa in ordine. Pars orationis dicitur, quia voce, & sensu constituit.

zuit orationem. Per hoc ergo remouetur litera, & syllaba, quæ nulla sententia orationis continetur, licet voce. Sed quia vna oratio quandoque pars est alterius orationis. Idcirco ad eius differentiam addit minima, nulla enim vox minor est dictio. Quoniam vero vna sola dictio dicitur, quandoque oratio ne dictio talis pars orationis videretur, constructæ additur.

De oratione, & partibus eius. Cap. XX.

Petrus Helyas. Oratio est ordinatio dictionum, congruam perfectamque sententiam demonstrans. Et dicitur plures, quod oratio hic ite accipitur, scilicet pro oratione perfecta, secundum quæ ita exponenda est descriptio.

De nomine, & eius significatione. Cap. XXI.

Petrus Helyas. Nomen est pars orationis hoc est, vox significatiua, vel significatiua ad placitum, quæ distribuit id est, diuersis significando qualitate tribuit, communem, vel propriam vni cuique corporum, seu rerum.

qualitatem, ut albus, &c. Quod tamen solunt dicentes Aristotelem intellexit: ubi substantiam illud primum rerum genus, quod per se existit, hic autem intelligitur. quod omne nomen, significat substantiam, hoc est, rem quantumcumque, ut substantiam, id est, vel suscipientem formam, & præter hoc qualitatem, id est, formam, quæ rem ipsam facit esse, ut homo. Hoc nomen significat rem, quæ est homo pro substantia, & humanitatem pro forma.

De Accidentibus nominis. Cap. XXII.

Petrus Helyas. Accidentia vero nomini dicuntur conuenientia ipsi, secundum quæ nomina inter se, vel cum alijs dictionibus competenter habent constructa. Et inde est, quod accidentia patrium orationis dupliciter dicuntur.

De nominibus proprijs. Cap. XXIII.

Petrus Helyas. Nomen proprium est, quod significat substantiam propriam, & qualitatem naturaliter, & proprie, non figuratiuè. Nam per figuram, quæ Græco nomine dicitur Anthonomafia, id est, excellentia, fit quando nomen quod



est multis commune, naturaliter vni, quasi proprium attribui...

De differentiis propriorum nominum, & appellatiuorum. Cap. XXI II.

Petrus Helias. Et quoniam cognomen commune est multo...

De speciebus communibus tam proprijs, quam appellatiuis. Cap. XX V.

Petrus Helias. Species appellatiuorum quedam communes...

De nominibus adiectiuis. Cap. XXVI.

Petrus Helias. Adiectiuum ergo nomen est illud, quod signi...

gnificanti substantiam in eadem parte propositionis, hoc est...

De nominibus tantum appellatiuis. Cap. XXVII.

Sidorus vbi supra. Appellatiua nomina inde vocatur, qui...

na quoque patria, & gentilia, facticia, generalis, specia...

De Patronimicis veris, & non veris. Cap. XXVIII.

Petrus Helias. Agit vero subleuiter de proprijs speciebus...

De formatione masculinorum, & femininorum. Cap. XXIX.

Petrus Helias. Sunt autem patronimica masculina, a pro...

des factum est regulariter patronimicum femininum Enei...

De nominibus possessiuis. Cap. XXX.

Petrus Helias. Possessiuum ergo est, quod signat aliquid ex...

De Formis possessiuorum assumptis a Grecis. Cap. XXXI.

Petrus Helias. Est ergo primo possessiuorum forma, quam...

De Formis proprijs Latinorum. Cap. XXXII.

Petrus Helias. Sunt autem, & alie Latinorum proprijs...

forma, de quibus certas dat regulas, scilicet, quae debeant habere a, ante nus, quae i, producta, quae i, correpta. De illi sergo, quae habent a, ante nus, regula huiusmodi habebitur. Possessiva in us, definitiva, si veniunt a dissyllabis, vel trissyllabis desinentibus in a, nisi sint nomina bruto cum a finalium a, habent ante nus, exceptis, his Iugurinus, Messalinus, terrenus. Similiter, & ea, quae veniunt a semper pluralibus, ut a Thebis Thebanus. Et quae sunt a nominibus desinentibus in ius, ut ab eo, quod est Ticius Ticianus, & ab adverbis in e, longam desinentibus, excepto hodiernus, & quae sunt a desinentibus in culus, vel in cus, supra duas syllabas, excepto masculinus, & quae sunt a neuris, quae habent consonantem ante um, excepto Tarentinus, & quae sunt a nominibus tertiae declinationis, quae crescunt in genitivo, excepto clementinus, veterinus, aeternus, ubi genus, amicus, haec inquam omnia habent a, ante nus. Sed contra primam huius regulae partem obijciuntur haec, scilicet Camerinus, Al. xan. Iulianus, Fabrinus. Sed potest dici, quod vel Priscianus in sequentiis ea excipit, vel quod veniunt a trissyllabis Cameraria, Alexandria, Fabrateria. Opponitur rursus femininus, & pertinus. Sed femininus non est a iocina, sed a femore. Nec pertinus a petra, sed a petros, quod est durus. Martinus vero a matra, & vespertinus, a vesperta non dicuntur excipi, quia de desinentibus in tinus, propriam per se dat Priscianus regulam. Ideo autem dictum est, nisi nomina bruto animalium sint, quoniam, quae sunt ex his dicuntur habere, i, ante nus, ut Aquilinus, Mustelinus. Ideoque dictum est, & quae sunt a neuris, quae habent consonantem, ante um. Quoniam si antecedit vocalis, possessiva, quae inde sunt habent i, ante nus, ut ab eo, quod est Perusium, Perusinus.

De his, quae desinunt in nus. Cap. XXXIII.

Petrus Helias. Et quoniam dictum est de his, quae habent a, ante nus, dicendum est etiam de illis, quae habent, i, productam, vel correptam ante nus, quorum regula haec est. Possessiva in nus, definitiva, quae veniunt a nominibus tertiae declinationis habentibus pares syllabas in Nominativo, & Genitivo, & non desinentibus in r, ut Hercules, Herculis, Herculinus, & quae veniunt a nominibus, secundae declinationis desinentibus in e, ut auster, austerius, vel a nominibus eiusdem declinationis habentibus consonantem, ante us, exceptis desinentibus in cus, vel in culus, supra duas syllabas, ut diuus, diuinus, excepto ab humo, humanus, & colonus, a corallo, & tacturnus, a tacito, & quae veniunt a neuris, in ium, desinentibus, ut Venustum, Venustinus, & quae veniunt a nominibus mutorum animalium cuiuscunque declinationis fuerint, ut lepus, leporinus, & omnia in tinus, quae habent t, a primitivo, ut vesperta, vespertinus. Haec inquam omnia habent, i, productam ante nus. Itaque vespertinus dicitur a vesperta, non a vespere. Vesperta igitur dea est vesperti, vel vespertus est stella, quae vespertus dicitur, hoc vespertum obscuritas, quae fit ita nube interposita in res nos, & Solem, & Lunam, quacunque hora diei, vel noctis, hi vesperti, horum vespertorum, vel haec vespere vespertarum ipsorum officium, hoc vespere, vespertus, tempus officij, haec vesperta, vespere crepusculum inter diem, & noctem, cuius Genitivum ponunt auctores, pro adverbio, ut ibi. Vespere autem Sabbati. Sed opponitur, quod relatio non fit ad adverbium. Dicimus, quod ad nomen positum loco adverbij, saepe fit relatio, ut si dicat Caesar est Romae, quod est caput totius mundi. Illa vero sola, quae in tinus, desinunt, & non habent, i, a principio, corripunt regulariter, i, ante nus, ut cras, crastinus. Si opponatur de pagus, quod facit paganus non paginus. Dicimus, quod quia Graeci est non continetur in illa regula. Pagos enim Graece, villa dicitur Latine. Similiter Christus, quoniam Graecum est facit christianus, non christinus, vel dicamus, quod a Christo regulariter fit christinus, & inde christianus. Rursus secundum hanc regulam ab eo, quod est coccus, cocci derivatur coccinus, na, nu. Quod ergo corripit Iuvenalis ibi. Cauet hunc, quem cocco lava, fuit emphasis, secundum poeticam licentiam. Est autem emphasis figura, quando id, quod breue est producitur, & syllaba, quae longa est breuiatur. Secundum hanc regulam quoque hinc in tinus, ametistinus, adamantinus, smaragdinus debet producere, i, ante nus, similiter cilicinus, quoniam derivatur a neutro desinente in um, quod est cilicium, debet penultima, i, producere. Quid ergo dicit Persius. Hic aliquis cui circa humores hinc in tinus lana est, & Iuvenalis. Vendunt ametistina vatem, poetica est licentia. Dicunt tamen plerique, quod ab hac regula excipi dicuntur omnia a filo, vel lapide sumpta. Cladestinus vero si derivatur a clam, quoniam desinit in tinus, & non habet, a primitivo debet, i, penultimam corripere. Si vero sit compositum a clam, & tenendo, vel stando debet producere, i, ut mediastinus, quoniam desinit in tinus, & ha-

bet r, a primitivo, & inde est, quod possessiva desinenda in nus, quae non habent a, vel, i, ante nus, non possunt sub regula prioris colligi. Sed & illa per enunciationem Priscianus exequitur. Ideoque ad praesens praetermittimus.

De nominibus comparatiuis. Cap. XXXIII.

Sequitur de comparatiuis. Comparatio autem alia rei, alia vocis. Et est comparatio rei, demonstratio existentiis cuiusdam in subiecto, cum quodam augmento. Vnde dicit Boetius. Nihil ad comparationem posse venire praeter accidens. Comparatio quoque vocis est eius proprietatis talis, quae ex se faciat aliam vocem in eadem parte orationis manentem, quae idem significet cum augmento. Sunt autem partes orationis, quae nec rei, nec vocis comparationem habent, ut pronomen, conuincio praepositio. Quod inde contingit, quia pronomen significat substantiam, quae nec augmentum, nec intentionem, vel remissionem recipit, quare rei non habet comparationem, ergo nec vocis, quia eorumque desinit rei comparatio, & vocis, sed non econuincio. Conuincio autem, & praepositio, quia nihil certum significat, carent omnino comparatione. Verbum vero habet comparationem secundum rem. Significat enim actionem, quae inaequaliter potest inesse diuersis, sed non facit ex se aliud verbum, quod idem significet debet manere. Ideoque non dicitur vocis comparationem habere. Similiter, & participium. Cum enim verbum locum positum obtinet ad comparatiuum nomen, & superlatiuum. Illa comparatio irregularis est, ut detero, deterior, deterrimus. Semper enim regularis comparatio in eadem parte orationis debet manere. Nomina itaque sola, & aduerbia vtramque habent comparationem. Illa vero nomina tantum comparantur, quae significant accedens determinando inesse, & cum augmento. Igitur hoc nomen iustitia non comparatur. Gradus vero comparationis est vox significans accedens, & inesse determinans, faciens ex se aliam vocem idem significatorem, vel facta ex alia voce idem significante. Haec ergo tres voces iustus iustior iustissimus, tres gradus comparationis dicuntur esse. Comparatiuum ergo est quod significat magis aduerbium, id est, augmentum indeterminatum, ut hoc aduerbium magis, (& sic remouentur superlatiuum, quae maxime,) & hoc augmentum significat cum intel lectu positum, id est, significat, & nominat, quod & suum positiuum, vel cum participio sensu positum, id est, significat augmentum non circa rem, id est, significat positum, sed circa participes sensus positum, id est, circa coaccidens rei, quae significatur per positiuum, ut vltior. Positiuum enim est, quod vltra significat, significat autem locum, qui nec magis, nec minus recipit. Sed distantia coaccidit loco, quae potest intendi, & remitti, & illam appellat participes sensus positum, circa qua, & vltior significat augmentum. Caetera vero comparatiua significant augmentum circa rem, id est, significat suum positum, & iustior. Quod autem quaedam gentilia inueniuntur quandoque comparari, hoc propter proprietatem gentis, quam significant contingit. Vnde Plautus. Nullus hodie punior me, id est, in habitior. Notandum est, quod potior nascitur ab hoc nomine potis, voce, & non significatione. Illud enim significat possibilitatem, istud meliorem.

De formatione comparatiuorum. Cap. XXXV.

Petrus Helias. Comparatiua, quae a nominibus sunt. Aut a nominibus adiectiuis secundae declinationis sunt genitiuo addita or, correpta i, penultima, ut clarus, clari, clarior. Aut ab adiectiuis, tertiae declinationis addita or, datiuo, & correpta i, ut fortis, fortior. Comparatiua vero desinentia in or, faciunt neutra comparatiua mutata or, in us, ut fortius. Et omnia quidem comparatiua desinentia in or, communia sunt duum generum, excepto senior, quod masculini generis est, quoniam, & eius positiuum senex similiter. Comparatiua quoque deriuata ab adverbis in ra, desinentibus, mutant ra, in e, & accepta ior, formantur, ut vltra, vltior. De caeteris non potest regula dari. Sunt itaque quatuor comparatiuorum genera. Quaedam a nominibus vltatis regulariter, ut doctus, doctior. Quaedam a nominibus vltatis irregulariter, ut munificus munificentior. Quaedam vero ab adverbis, ut supra superior. Dubitatur autem an prior debeat dici comparatiuum, videtur enim significare tempus sicut pridem, quod non recipit magis, vel minus. Dicimus, quod prior significat praeteritum tempus ordinem, & binarium numerum. Cum enim dico. Iste prior fecit haec tria, designo, scilicet, & istum in tempore praeterito, & alium post. Et hunc esse vnum de duobus. Secundum hoc ergo, quod significat tempus, vel numerum, non est comparatiuum, sed in eo, quod ordinem significat.

De comparatiuis deficientibus, & abusiuis. Cap. XXXVI.

Petrus Helias. De comparatiuis vero deficientibus & abusiuis sic habendum est. Sunt quaedam in quibus omnino deficient comparatiua, natura vocis repugnante. Sunt alia quae habent comparatiua, sed irregularia. Adiectiua namque quae habent vocalem ante us, ut pius, non faciunt comparatiua. Regula enim est, quod omnis comparatiuus debet superari genitiuum sui primitiui vna syllaba, si ergo pius faceret pijor, esset nimius hiatus tribus vocalibus continue positus, haec ergo causa est, ut comparatiuum saltem compleatur per circumlocutionem. Sunt autem quaedam, quae comparatiua habent irregularia, ut bonus, melior, iuuenis, plus etiam irregularia est, sed comparatiuum cum soleat cum ablatiuo iungi. Queritur quomodo plus iungatur cum genitiuo, ut plus vini habet quam olei. Ad quod dicimus quoniam suum positiuum constituitur cum genituo, ut multum olei. Regula enim est, quod cum obliquo quocunque constituitur positiuus, & comparatiuus, praeter illam, quam habet ex natura comparatiui constructionem.

De triplici abusione comparatiuorum. Cap. XXXVII.

Petrus Helias. Tribus modis inueniuntur comparatiua abusiue posita, scilicet in significatione, & constructione. In significatione, & non constructione, & in officio. Prima ergo significatio comparatiuorum, est accedens, positum cum augmento, vel res participes accedens illius, propria vero eorum est constructio, quod cum ablatiuo conueniunt, vel cum nominatio interposita quam. Proprium vero illorum est officium, quod in qua oratione ponuntur, ostendatur idem accedens inesse diuersis sed alteri magis. In significatione igitur & constructione duae inueniuntur abusiones. Aliquando enim sine ablatiuo ponuntur, quod est abusus constructionis, & significat pariter id quod positum sine augmento, quod est abusus significationis, ut senioris Aetate, sic est senis. Aliquando similiter sine ablatiuo ponitur, & significat minus positum, ut iustior, id est aliquantulum tristis, Rursus in significatione, & non constructione duae reperiuntur abusiones. Quandoque enim constituitur cum ablatiuo, quae est propria eius constructio, & tamen non significat accedens, vel rem participem sensus positum cum augmento, sed significat positionem accedentis, quod significat in vna persona sine augmento, & remotionem eiusdem in alia, quae est significationis abusus, ut sapiens est sapiens doctior stultus, id est doctus est, stultus autem non. Quandoque vero constituitur regulariter cum ablatiuo, sed significat quod positum contrarij cum minus aduerbio, ut Ponticu mare dulcius, est quam caetera Maria, id est minus amarum. In officio enim multas habet comparatiuum abusiones. Quandoque enim significat augmentum, & cum ablatiuo constituitur, sed diuersa accidentia eidem inesse demonstrat, ita tamen, quod in diuersis temporibus alterum magis, ut iste vir est iustior quam pulcher in pueritia. Quandoque ostenduntur diuersa accidentia diuersis personis inesse, sed alterum magis vni, ut iste est doctior quam ille diues.

De abusiua comparatione vnius ad alium vel superlatiuum. Cap. XXXVIII.

Petrus Helias. Sunt autem, & aliae abusiones cum comparatiuum, scilicet comparatur ad suum superlatiuum, vel ad se ipsam, cum debeat comparatio fieri semper ad suum positiuum, ut Achilles fuit fortior Hector fortissimo Troianoorum, vel Hector fortiore Patrolo. Et vide, quod ad superlatiuum absolute positum, id est, sine genitio plurali, non potest comparatiuum comparari. Non enim potest dici, iste est fortior fortissimo. Sed si ponatur cum genitio, & personae sint diuersi generis, tunc potest fieri talis comparatio. Si vero personae sunt eiusdem generis, non fiet haec comparatio. Non enim potest dici iste Graecus, est fortior Achille fortissimo Graecorum. Item comparatiuum aliquando comparatur, ad se in eadem persona, sed respectu diuersorum temporum, ut iste est factus vir fortior se, puero fortiore eo quem vincit. Aliquando comparatur ad se in diuersis personis, ut Achilles est fortior Hector fortiore Patrolo. Rursus vnus comparatiuus ad alium aliquando in diuersa persona, ut iste est fortior ditore isto alij. Aliquando in eadem persona, ut iste vir fortior se puero probiore alij. Est rursus alia abusus, quia cum comparatiuum debeat significare augmentum, inuenitur ita positum ut aequalitas quaedam designetur. Ad cuius rei euidentiam dicam, quod tribus modis dicimus personam vnam superare aliam in duobus accidentibus. Aliquando enim aequaliter in vtroque, & tunc ponitur tam aduerbium cum vno quam cum alio, ut iste est ta fortior isto, quam iustior. Aliquando plus in vno quam in alio, ut iste est magis fortior isto, tam iustior in vno quam in alio, & tunc cum vno ponimus magis quam cum alio, ut ista est magis fortior isto quam iustior. Aliquando sic, quod indeterminatae vtrumque, & tunc possumus ponere comparatiuos sine aduerbijs, ut iste fortior & iustior, isto. Idem quoque tribus modis comparamus vnam personam duabus in vno accidente, ut iste est tam iustior isto quam illo, vel magis iustior isto quam illo, vel iustior isto, & illo. Item positiuum contrarij cum minus aduerbio, aliquando significat quod comparatiuum, ut iste est minus stulto illo, id est prudentior. Queritur vero an sit dicendum, maior horum est charitas, vel maior his. Dicunt ergo plures Grammatici, quod si comparatiuum cum suo constituitur substantiuo, tunc exigit ablatiuum vel tantum interposita quam, ut socrates maior est illo, vel quam ille. Si vero per se, id est sine suo ponatur substantiuo, tunc potest constitui cum genitio plurali, ut maior illorum veniat ad me, & obinet tunc vim superlatiuum.

ut iste est magis fortior isto, tam iustior in vno quam in alio, & tunc cum vno ponimus magis quam cum alio, ut ista est magis fortior isto quam iustior. Aliquando sic, quod indeterminatae vtrumque, & tunc possumus ponere comparatiuos sine aduerbijs, ut iste fortior & iustior, isto. Idem quoque tribus modis comparamus vnam personam duabus in vno accidente, ut iste est tam iustior isto quam illo, vel magis iustior isto quam illo, vel iustior isto, & illo. Item positiuum contrarij cum minus aduerbio, aliquando significat quod comparatiuum, ut iste est minus stulto illo, id est prudentior. Queritur vero an sit dicendum, maior horum est charitas, vel maior his. Dicunt ergo plures Grammatici, quod si comparatiuum cum suo constituitur substantiuo, tunc exigit ablatiuum vel tantum interposita quam, ut socrates maior est illo, vel quam ille. Si vero per se, id est sine suo ponatur substantiuo, tunc potest constitui cum genitio plurali, ut maior illorum veniat ad me, & obinet tunc vim superlatiuum.

De superlatiuis. Cap. XXXIX.

Petrus Helias. Superlatiuum est illud nomen quod comparatur ad plures sui generis, id est, suae gentis, vel suae proprietatis, suae gentis, ut Graecus ad Graecos, suae proprietatis, ut scelerosus ad scelerosos. Sed quia comparatiuum aliquando comparatur ad plures sui generis, additur & superponitur omnibus, id est, designat personam alij superponi, & multum superare in illo accidente, quod significat. Et addit Priscianus aliam significationem superlatiuum, non quod prima omni & solli non conueniat, sed quia non vbi que, & in illa quidem significatione superlatiuum prolatum per se, id est sine comparatione, habet intellectum positum cum valde aduerbio, ut cum dicitur ille est fortissimus, id est, valde fortis. Vide ergo, quod vbi superlatiuum comparatur significat accedens cum augmento respectu aliorum, ut Achilles fuit fortissimus Graecorum, vbi vero non comparatur, significat accedens cum augmento absolute, id est, sine respectu aliorum, ut Achilles est fortissimus, id est valde fortis. Illud quoque videndum est, quod per comparatiuum potest vna persona comparari ad plures, vel ad omnes alterius generis, ut iste Graecus est doctior omnibus Romanis. Per superlatiuum vero semper fit comparatio inter res eiusdem generis, ut iste Graecus est fortissimus Graecorum, vel iste scelerosus est scelerosior omnibus scelerosis. Erin traxerunt quidem superlatiuorum nihil aliud dignum exceptione inuenio, nisi quod dicit. Quoniam omnis forma superlatiuum habet, i, correptam ante nus, quod videtur falsum esse, quia cum primus sit superlatiuum, habet, i, productam ante nus. Sed non dixit omne superlatiuum, sed omnem formam superlatiuum, id est, in tinus, & in finus &c.

De diminutiuis. Cap. XL.

Petrus Helias. Sequitur de diminutiuis postea ostendit causam inuentionis, originem, formas, & formationes tam verborum diminutiuum, quam eorum, quae non sunt vera diminutiua. Significat autem diminutiuum aliquando diminutionem illius quod principaliter significat, & non illius quod nominat. Aliquando vero non illius quod significat, sed illius quod nominat, ut homuncio. Significat enim principaliter substantialem qualitatem, quam & homo, quae nec augeri nec minui potest. Ut ergo breuiter dicamus, omnia quae deriuantur a primitiuo quod significat accedens, significant diminutionem circa illud quod principaliter significat, excipitur fortasse parulus quod obijci posset. Alia vero significant diminutionem circa illud quod nominat. Et inde hoc esse dictum de veris diminutiuis. Significat ergo omne verum diminutiuum principaliter quod & suum primitiuum. Secundario vero diminutionem vel circa illud quod significat, vel circa illud quod nominat. Vera autem diminutiua nominant personans quibus diminutio inest, illa diffinit itaque hoc modo. Diminutiuum est quod significat diminutionem sui primitiui, id est, circa illud, quod significat suum primitiuum, vel circa illud quod nominat. Sed quia hoc totum habent diminutiua comparatiua, ad remotionem illorum additur absolute, id est sine comparatione vel relatione ad aliud. Et vide, quod diminutiua comparatiua principaliter significant augmentum accedentis. Vnde principaliter comparatiua dicuntur, secundario significant diminutionem augmenti, vnde secundario & non principaliter dicuntur diminutiua. Horum inuentionis tres causae sunt. Prima enim causa est necessitas, quia, si ea quae voces vel significant vel nominant aliquando diminuntur. Et haec quidem sola vera sunt diminutiua. Secunda vero causa est vbanitas, id est curialis irrisio. Ut iuuenalis, vnde fit vt malleum fraterculus effigiantur, appellando quasi paruulum, qui est maximus. Tertia causa est adulatio, id est blandimentum quoddam vt Antonius Secundus. C 4 nialter.



niafter. Et vide, quod ista principaliter significant, quo i sua primitia, sed non significant diminutionem, sed videntur secundario, vel blandimenta. Vnde in proprio dicuntur diminutiva. Diminutiva, quidem vel nascuntur ab appellatiuis nominibus, vt ab eo, quod est rex, regulus, vel a proprijs, vt ab eo, quod est Antonius Antoniafter. Sed quod de illis, quae a proprijs nominibus deriuata sunt. An sint propria, vel appellatiua. Dicimus ergo, quod Antoniafter est proprium nomen, & idem, quod Antonius in significacione principis, & nominacione. Nec est inconueniens si primitiuum idem significat principaliter, quod deriuatum, vel econtra. De hoc autem, quod dicunt diminutiuum esse proprium speciem appellatiuum deriuatum, dicimus hoc esse dictam de illis, quae proprie sunt diminutiva. Ista vero improprie, & sola voce dicuntur diminutiva.

De formis, vel formationibus diminutiuorum. Cap. XLI.

Errus Helias. Omnia diminutiva deriuata a monosyllabis desinentibus in s, vocali antecedente, vt hos solculus, & a nominibus terciae declinationis desinentibus in i, vt, quam in is, quam in e, vt, pater paterculus, testis testiculus, rete reticulum exceptis lapillus, anguilla, vulgula, & deriuata a neutris desinentibus in us, vt manus manusculum. Et a primitiuis desinentibus in or, vt amator amatorculus. Vel a monosyllabis desinentibus in ns, vt pons ponti ponticulus, vel desinentibus in rs, vt pars parti particula. Et a nominibus, quarum declinationis, vt domus domuncula, excepto aculeus ab acu. Haec inquam omnia desinunt in culus, vel cula, vel culum. Porro diminutiva venientia a nominibus desinentibus in x, vel desinentibus in ns, supremam syllabam, vel desinentibus in r, extrema terminacione genitiui id est, in u, & accipit in us, vel in i, vel in u, faciunt diminutiva, vt rex regulus, adolefcentulus, capitis capitulum. Idem femina terciae declinationis, vel quinquae desinentia in es productam, abiectionis, & assumpta cula, faciunt diminutiva, vt nubes nubecula, dies diecula, excepto merces, quod facit mercedula. Rursus, quae desinunt in o, si faciunt diminutiva mutant o in u, & accipiunt culus, vel cula, vt tiro tirunculus, virgo virguncula. Primitiua desinentia in us, siue habeant aliam consonantem ante a, vt pugnus, siue, non vt Afinus. Et desinentia in us si non habeant geminatam, i, ante us, vt antulus. Et quae desinunt in er, secundae declinationis, vt tener. Haec inquam omnia, si illa quae desinunt in nus, abiectionis, (quod dico propter pannus panniculus) duplicent, i, ante us in diminutivis, vt pupillus, asellus ancillus, tenellus exceptis paucis ab illis, quae desinunt, in lus, non geminata, i, ante us, vt paululus. Eademque regula obseruanda est, in femininis desinentibus in na, vt catena, catella, excepto rana, quod facit ranunculus, non ranella. Addit iterum, quod femina desinentia in la, vel in ra, seruant eandem regulam, vt fabula fabellula, capra capella, umbra umbellula, tenera tenellula. Excipiunt a regula desinentia in ra, q, nec sunt a masculinis desinentibus in er, nec habent, i, ante aliam consonantem, in eadem syllaba, vt ara arula, terra terrula, litera literula. Item nomina desinentia in lum, vel in rum, faciunt diminutiuum in ellum, vel illum, vt tantulum tantillum, iucrum iucellum. Nomina, secundae declinationis desinentia in us antecedentibus, e, vel i, mutant us, in o, & accipit lus faciunt diminutiva, vt autus autolus, gladius gladiolus. Sistr & femina, & neutra e, vel i, ante a, vel um, habentia, vt vna vaciula, pallium palliolum. Desinentia in us, si fuerint alia a desinentibus in nus, vel in us, e, vel i, antecedentibus, abiectionis s, accipiunt lus, & faciunt diminutiva, vt seruus seruulus. Similiter, & femina, & neutra, vt luna lunula, primu primulum. De illis vero diminutivis, quae desinunt in aster, vt iurdaster. Vel in cio, vt homuncio, vel in leus, vt auleus, nullam prorsus dat regulam, sed colligit ea per enumerationem.

De denominatiuis, & primo de his quae terminantur in a. Cap. XLII.

Errus Helias. Sequitur de Denotiuis in quibus Aristoteli videtur Prif. esse contrarius. Dicit enim Aristoteles, quod fortis denominatur a fortitudine. Prifcianus vero, quod a fortis fortitudo. Sed Aristoteles respexit hoc, quod prius inest alicui naturaliter fortitudo, quam dicatur fortis. Prifcianus vero respexit ad hoc, quod ab hac voce fortis deriuatur, & formatur hae vox fortitudo, mutacione, vel addicione literarum. At ergo. Deuominatiuum est, quod appellatur a voce, id est, a nomine primitiui sui. Nam ab hac voce, quae est nomen, dicitur nomen denominatiuum: scilicet, quia a nomine deriuatur. Ponit autem postea diuersas formas denominatiuorum, & dicit. Nomina secundae declinationis desinentia in nus, antecedentibus, quot

cunque sint syllabarum, nisi sint nomina regionum, quae deriuantur ex his, & ea rursus nomina secundae declinationis, quae sunt alia ab habentibus. ante us, & a nominibus regionum, quacunque consonante ante us, posita, si desinunt tantum fuerint, vel a dissyllabis composita, & omnia terciae declinationis nomina desinentia in is, quae habent similem genitiuum ut o. Omnia inquam haec, si fuerint declinationis secundae genit, si terciae datiuo, assumunt tia, & faciunt denominatiua, vt amicus amicitia, tritris trinitas. Sed opponitur, quod secundum hanc regulam debuit fides fidi facere fiditia, sed propter euphonia, & ne putaretur a fide, fecit fiditia. Rursus secundum eandem regulam haec, debuit facere gratus grati gratitia: Sed possumus dicere, quod a gratis non a gratus sit gratia. Sequitur & alia regula. Nomina secundae declinationis desinentia in us, quae alia sunt a desinentibus in cus, quae non sunt nomina regionum, & a dissyllabis in us, quacunque alia consonante antecedente. Et rursus regionum nomina pleraque, & tam nomina terciae declinationis, quae non desinunt in is, quae participia terciae, quorum genitiuis superat nominatiuum vna syllaba. Haec inquam omnia, si fuerint secundae declinationis, genitiuo, si terciae datiuo assumunt a. vt violentus a. praedens a. Pleraque vero regionum nomina dictum est propter Corfus Corfi, quod facit Corficia, & Apher Aphri, quod facit Aphrica: Sed opponitur, quod secundum hanc regulam auarus in genitiuo debuit accipere a. & dici auaria. Sed dicitur, quod auarus est compositum ex a. & varo, varus. n. curus, quia habet manus incuruas. Inde sit varitia, quod non est in viu, ex quo componitur auaritia. Opponitur iterum de incuria, quod secundum regulam debuit esse incuria, ab eo, quod est incurus, ab industrius industria. Sed dicimus, vel quod sunt deriuata, vel quod subtrahitur altera. i. propter nimium hyatum. Et inde, quod in omnibus praedictis, debet esse correpta, i. penult. Vnde opponitur thesauria, quod prod. penult. a thesaurius, sed vt ostendatur esse graecum prod. i. similiter, & decania. Male ergo pronunciant, qui dicunt controuersia penult. produ. quando latinu est: Secunda vero forma denominatiuorum est, in a. antecedente consonante de qua Priflagit exequendo tres eius species in la. na. & ra. De his, quae desinunt in la. dicit ita. Si fuerint primitiua eorum secundae declinationis vltimam genitiui vocalem in e. conuertunt productam. Si terciae vltimam datiuo, & assumunt la, vt cautus cauti cautela, custos custodi custodella. Quae vero sunt a verbis, secundae coniugationis a secunda persona abiectionis, s, & assumunt la, vt candeo candelula. De illis vero, quae desinunt in na, dicit, quod siue deriuentur a nominibus, siue a verbis prod. penult. vel natura, vel positione, vt medicus medicina, lateo laterna. De illis rursus, quae desinunt in ra, dicit, quod similem femininis participijs fuerit teporis habent formam, vnde penult. u. habent productam, vt natura, armatura.

De his, quae terminantur in e. i. o. u. Cap. XLIII.

Errus Helias. De illis, qui in e, dicit, quod neutra sunt vt fedita. Et vide, quod neutra in ile, quae non habent masculina ante se, & veniunt a verbis, corripit penultimam, vt vitile. De illis in i, dicit, quod duo sunt, indeclinabilia, secundum quosdam, frugi, & nihili, sed melius est, quod frugi dicatur esse datiuus, & nihili genitiuus, & conueniunt figuratiue cum oi casu, vt homo frugi legit. i. qui ad utilitatem legit, hois frugi misereor, & sic & p. ceteros casus, si hō nihili currit. nullius precij. De forma vero, q est in o, dicit, q masculina deriuata, & coia inueniantur pauca in o. vt hic Cicero, & Comedo Comedonis, quod dicitur corripere pen. quia simile est (oo verbo). Addit quoque, q plurima feminina deriuata inueniuntur modo in io. desinentia, modo in do. & dicit omnia penē esse nomina rerum in corporaliu. De illis ergo in io. dicit, quod sunt plerumque a participijs preteriti temporis assumpto o, genitiuo, & correpta i, vt oratus oratio oratio, nisi, quod interiectus interiecti abiectionis. Plerumque vero, dicit, propter vno, & communiō, quae deriuantur a nominibus vnus, & communis. De illis vero, quae terminantur in go, dicit, quod siue sint primitiua, siue deriuata producant pen. vel positione, vel natura, vt virago, excipit ligo, quod & masculinum est, & instrumentum significat. De illis rursus, quae desinunt in do. dicit, quod veniunt a nominibus, & verbis, & a participijs, & habent, vel e. longam, vel i. vel tu, ante do. vt dulcedo, cupido, fortitudo. Sed quae habent e. ante do. si deriuantur a nominibus, conuertunt terminaciones extremas in e. & accipiunt do. vt dulcis dulcedo. A verbis terminaciones, ponit datiuum personarum, conuertunt in e. productam, & accipiunt do. vt intercario intercapi intercapedo. i. distantia locorum. Habentia

Habentia quoque i. ante do, extremitates syllabarum, secundae personae, vel terciae conuertunt in i. longam, vt cupit cupido. Ibi ter libido, excepto formidas, quod cum facere debuit formidat propter alteritatem vitandam fecit formido. Desinentia in tu do, si veniunt a nominibus secundae declinationis, genitiuo assumunt todo, si veniunt a nominibus terciae datiuo. i. penult. corripit, vt amplius amplifido, suavis suauitudo. Si vero a participijs, vel a participijs desinentibus in us, abiectionis s, assumunt do, vt habitus habitudo. Et vide, quod habentia u. penult. si desinunt in do, licet, non sint deriuata producant eam, vt hirudo. i. sanguifuga. De forma in u, nihil aliud dicit nisi, quod pauca, deriuata inueniuntur in u. vt testa, & inde testa neutrum indeclinabile, & quaedam alia, quae ponit.

De his, quae terminantur in l. m. n. Cap. XLIIII.

Equit de formis denominatiuorum, secundum ordinem semiuocalium, & vocalium, quae semiuocalibus prepononitur. Et primo agit Prifcianus de forma in al. dicens, quod si primitiua ipso modo habuerint penult. productam es, quoque habent, in illa breuem, & haec, vt tribunus tribunal, animus animal. Illa vero, quae desinunt in il. vel in ul. siue deriuantur, a nominibus, siue a verbis, sunt abiectione extremarum vocalium, siue syllabarum, primum, vt vigilo vig, pugillus pug, cosulo consul. De forma in am. nihil dicit, nisi, quod vnum inueniunt iam commune trium generum, & indeclinabile, nequam. Formam vero, quae est, in u, diuersificat, secundum penultimas, quaedam habent, e. longam, quaedam i, ante um. Et vide, quod omnia in bulum corripunt penult. antepenultima vero si. i. haec corripit, vt vestibulum, si vero a, producant, vt canabulum, excipit stabulum, quod corripit antepenult. Nam omnia nomina deriuata a fo. stas, corripunt primam syllabam, excepto ita men, & statua, quae primam producant. Status etiam, & statuum producant. Sed puro, quod regula illa data est, solis declinabilibus. Ideoque dicitur producant, sicut in libro Thebaidos inuenitur: De forma in en, dices, quod omnia degenitua desinentia in en, antecedente m, verba sunt, omnia pene, & neutra. Penē dicit propter flamen, quod quando nomen est sacerdotis Iouis deriuatur a filo. Flamen enim dicitur quasi flamen, quia quando volebat sacrificare Ioui religebat comam filo. Et vide, quod desinentia in meū, si sint a prima coniugatione habent, a. longam penultimam, vt color, solaris, solamen. Si vero fuerint a secunda, & tercia, habent, i. correpta, vt monco, mones, monimen, vel, u. productam, si verbum desinunt in uo, vt acuo acumen. Si vero sunt a verbis quartae, habent, i. productam, vt munio, munimen. Et vide, quod pauca inueniuntur masculina deriuata in en, (scilicet, flamen, quando est nomen sacerdotis. Et pecten, & composita a canendo, & instrumentorum nomina abiectionis, vt tubicen, fidicen, tybica, quod solum ex similitudine compositis, i. a canendo, & instrumentorum nominibus producit penult. Tybia enim mutata, a, in i, & assumpta een de buit faceret tybicen, vtraque i, correpta, sed ne nimis ferret hiatus duae i, correpta transferunt in vnam i, productam. Ideoque penultima dicitur tybicen.

De his, quae terminantur in r. s. Cap. XLV.

Dicit, quod si consonantem habeant ante ar. penultimam syllabam producant, vt Celsar, si vero vocalem, eandem corripunt, vt laquear. Contra hanc vero regulam videtur Iuuenalis facere dicendo, specular, penultima correpta, ibi. Quae venitur claso, latus specularibus antro. Vnde quidam dicunt hanc regulam esse datam, vel de illis in ar, quae superant sua primitiua, vt lupa, lupanar. Vel de illis quorum primitiua habent penultimam prod. Ergo specular deriuatur a specular, cum nō superat primitiuam, & cum suum primitiuum habeat penult. corrept. debet similiter corripere penult. Deriuatum vero a specular, quia suum superat primitiuum penultimam debet producere. De illis vero, quae desinunt in or. vel in ur, dicit, quod alia sunt a prima persona abiectionis o, vt a coloro color, a murmuro murmur. Alia a prima persona assumpta, vt amo amor. Alia sunt a nominibus, vel participijs desinentibus in us, mutacione us in or. vt a fenatus fenator, a tonsus tonsor. Agit inde de desinentibus in s, & primo in as, quorum primitiua si sint secundae declinationis, assumunt genitiuo tas, penultima i, correpta, vt probus probi probitas, nisi, quod quae duplicent in genitiuo, i. extremam earum mutant in e, causa enphonia, vt pius pij pietas, & excepto liber, quod nominatiuo assumit tas, & facta libertas. Si terciae datiuo assumunt tas, i. penultima quoque correpta, vt felix felici felicitas, exceptis paucis, quae si habent b, vel p, siue s, ante, i. ut, o, assumunt tas, vt paupertas pubertas. Saluber ergo, & celebris, quia faciunt feminina salubris, & celebris, quae inueniuntur daum generum communia, faciunt sa

lubritas, & celebritas. Excipitur praeterea vetus, quod facit vetustas. Desinentia in or, quae mutant or, in es, addita tas, vt honor honestas. Praeterea, quaedam sunt similia acclatiuis pluribus suorum primitiuorum, & sunt communia, vt hic, & haec primas, habent autem accentum in fine, secundum regulam syncope. Antiqui enim dicebant hic, & haec primatis. De desinentibus in es. Nota, quod omnia correpta sunt exceptis nominibus quinquae declinationis, vt dies diei. Et exceptis illis terciae, quae habent pares syllabas in nominatiuo, & genitiuo, & illis, quae crescunt in genitiuo, & produ. penult. vt merces mercedis.

Item de his, quae terminantur in s. Cap. XLVI.

Formam vero illam, quae est, in is, diuidit multipliciter, & primo agit de desinentibus in alis, vel ale. Quorum primitiua si sint primae declinationis assumunt nominatiuo lis, vel le, producta a, penultima, vt curia curialis, menta mensale. Si autem secundae, extremam, i. genitiui mutant in a, longam, & assumunt lis, vt farum facti faralis. Si terciae mutant in genitiui in a longam, & accipiunt lis, vt hospes hospitis hospitalis. Sin fuerint quartae, abiectionis s, i. terciae assumunt alis, vt manus manualis. Si vero quinquae abiectionis es, ex nominatiuo assumunt alis, vt species specialis. Secundum hanc regulam, res debuit facere talis, facit autem realis, sed dicitur hoc nomen nō esse autenticum. Postea dicit, quod desinentia in is, quae deriuantur a nominibus, & neutra in le, a quacunque parte orationis nascantur, producant, i. penult. vt vir virilis, excepto par patris, quod facit patris penultima i, correpta. Et vide, quod secundum hanc regulam non deriuatur ab homo humilis. Quae vero desinentia in is, deriuantur a verbis, vel a participijs corripunt penultimam eandem, vt uxor uxor, fictus fictilis. Illud quoque addendum est, quod verba in is, si veniunt a verbis primae coniugationis habent, a, ante penultimam productam, vt amo amas amabilis, excipitur stabilis, quod corripit a, quae sunt vero a verbis, secundae, vel terciae, vel quartae, si habent antepenultimam i, eam quoque corripunt, vt doceo docibilis, credo credibilis, audio audibilis. Sunt tamen, quaedam nomina ex his coniugationibus, quae non habent antepenultimam i, vnde corripunt eam, vel producant pro qualitate verborum ex quibus fiunt, vt quoniam flebilis deriuatur a futuro flebo, antepenult. habent productam, sicut flebo eam producit. Post hoc agit de quarta forma desinentium in is, quae est in aris. Sunt autem, vel a genitiuo nominum, vel a prima persona verborum sic Quaeque litera, vel literae sequuntur. i. vel aliam consonantem, ex qua postrema incipit syllaba genitiui, mutantur in a, longam, & assumunt ris: vt populus populi popularis, miles militis militaris. Si vero extrema genitiui syllaba incipit a vocali, illa quoque mutata in a longam & assumpta ris, fit denominatiuum, vt familia familiaris familiaris, sic etiam molo molis molaris. Eodem modo formantur desinentia in are. vt velum veli valare. Sequitur forma desinentium in ensis. Quod si sunt a nominibus primae, vel secundae declinationis, mutant extremam partem nominatiui singularis vel pluralis numeri, suorum primitiuorum in en. & sunt inde assumpta si: vt Vitica Viticae Viticensis: nisi quod Athenae cam de beret Athenensis, secundum regulam, intercepit i, facit Atheniensis causa euphonia. Porro Flandia facere debuit Flandiis, tamen facit irregulariter, vel per syncopeam Flandrensis. Si vero primitiua eorum fuerint terciae declinationis abiectionis extrema s, genitiui assumunt ensis, vt Carthagoa Remensis, Andegauis similiter etiam Andagauensis, Pictauis Pictauiensis. faciunt autē Remensis Andegauensis Pictauiensis: quasi a Remi re: & ab andegauo pictaui quibus vsi sunt antiqui sicut nos adhuc dicimus Carnorum Carnoti.

Adhuc de eodem. Cap. XLVII.

De his, quae desinunt in bidus dicit, quod designant ea, quae nominant. habere in se res suorum primitiuorum, vt herbis dicitur locus, qui dicitur habere herbas. Porro in bundus, desinentia significant similitudinem, nominant vero substantiam alii similem. Predabundus, n. dicitur quasi similibus predanti. Addit etiam, quod omnia verba in quae, significant similitudinem desinunt in bundus, pene, quod dicit propter tubicundus. Item nomina huiusmodi formae si veniunt a verbis primae coniugationis, habent a, longam ante penult. vt vito vitas vitabundus. Si vero sunt ab aliis verbis, habent i, antepenultimam correptam, vt ludo ludis ludibundus. Et formatur hae omnia a secundis verborum personis: Item omnia in orus, & ora, & orum desinentia penultimam producant piere choros, & thorus, & forum, & decorus, quando deriuatus a decus. Vnde Statius. Decorique vigiles. Addit quoque formam desinentium



definitiam in sus, que duplex est. Aut enim definitia in sus, par...

De secundo accidente Nominis, quod est genus.

Cap. XLVIIII. Ostendam ergo de primo accidente Nominis, id est, de spe...

De diversis terminationibus diversorum generum, secundum ordinem vocalium.

Cap. XLIX. Omnia Latina nomina in a, definitia feminini sunt gene...

tium, ut scriba, que omnia sunt masculini generis. Et exceptis...

De definitibus in e. d. l. m. n. Cap. L.

Definitia in e, inveniuntur duo neutra, lac, & allee. In d,...

De definitibus in r. Cap. LI.

Omnia nomina in r, definitia neutri generis sunt, ex...

vel. f. ante ut, ut auxur, astur, furfur, & exceptis verbalibus, que...

De definitibus in s. Cap. LII.

Mnia nomina in as definitia feminina sunt, exceptis...

Ab hoc de eodem. Cap. LIII.

Omnia nomina definitia in os masculina sunt, flos, exceptis...

De definitibus in x. vel in duas consonantes.

Cap. LIIII.

Omnia nomina definitia in x, feminina sunt exceptis...

De tercio accidente, quod est numerus.

Cap. LV.

Numerus in gramatica duobus modis consideratur, sicut...

De quarto accidente, quod est, figura.

Cap. LVI.

Figura est qualitas quantitatis dictionis. Qualitas autem...

risque participijs, in quo contrarius plane est quibusdam antiquis, qui dixerunt interiectiones esse, proh dolor, & Deo gratias, & cetera similia, quod perridiculum est. Illud etiam addit, quod nomen componitur, vel est nomen, ut paterfamilias, vel cum verbo, ut armiger, vel est participio, ut senatus decretum, vel cum prominiibus, ut huiusmodi, vel cum aduerbijs, ut fatisfacto, vel cum propositionibus, ut imprudens, vel cum coniunctionibus, ut si quis. Enclitica dicitur quasi inelatio, quando aliqua dictio accentu suum remittit in precedentem, unde, que dicitur enclitica dictio. Priscianus itaque contendit probare, quod, si quis, vna pars est, per femininum, si qua. Corrupte namque dictiones solet non enclitica, sed compositio. Dicit autem, quod in si qua, est facta corruptio, aliter enim debuit dici, si que. Ex quo Prisciani argumeto constat, non debere dici, que, vel, qua, in nominatio feminino, sed tantummodo, que. Nequis, id est, quod ne aliquis. Et, si quis, idem est, quod si aliquis. Et componuntur a, quis, quomodo, aliquis i. ab alius, & quis.

Adhuc de eodem. Cap. LVII.

Illud quoque adiungit, quod pluribus dictionibus fit compositio, quam ex duabus, vel etiam tribus, ut cuiuscunque modi, & quod ex compositis fit etiam compositum, ut impotens, ab in, & potens, quod de iuratus a, possum, verbo compositio ex i, os, & sum Addit etiam, quod si ex duobus rebus nominatiuis fiat compositio, & compositum ex utraque parte declinatur, ut respu. reipublica. Si vero alter sit obliquus, & alter reclus, tunc reclus declinatur, obliquus vero non, ut hic magister similitum, huius magister similitum. Si vero compositio fiat ex obliquis duobus, compositum manet omnino indeclinabile, ut huiusmodi. Si quis opponat equivoctum, dicimus esse compositum a nominatio, noctium, quod habebant in vsu an eiqvi. Sullitium dicitur esse compositum a genituo solis, & nominatio statio, vnum tamen excipit auctor a regulis praeiustis, alteruter, quod licet compositum sit ex duobus rebus, alter, & vter, genituum facit alteruter, qui est ex corrupto, & integro. hoc autem factum est propter repugnantiam regularem. Est enim regula vna, quod omnis genitius declinatur in ius, & communis est trium generum. Altera regula est, quod omne compositum ex corrupto, & integro, ex vna tantum parte declinatur. Alterutra, ergo, & alteruter, secundum regulam alteruterius, faciunt genituum. Alteruter vero debuit facere, alteruterius, sed hic hoc effect, tunc non omnis genitius in ius, communis esset trium generum. Quod autem, alteruter, regulis duum generum consentire debuit in genituo, probat subquenter ex eo, quia cum utraque, & pleraque, nominatiui femininorum, secundum regulas accentuum generales, debeant accuratim super ante penultimam accentum habere, tamen ad similitudinem nominatiuorum masculini, & neutri generis habere super penultimam, ut vnum genus in accentu consentiat duobus. Sed ne quis putaret hoc non fieri propter masculinum genus, & neutrum, sed ideo quoniam, que est enclitica coniunctio. Dicit, que, secundum rationem Graecorum in compositio ne enclitica non esse. Quoniam vero alia est Latinarum ratio, dicit, & apposita dictioni, & ut in integra dictione composita, enclitica est, exceptis, itaque, & vti que, differentiae causa, ne duae dictiones putentur esse. Composita vero in corruptis non enclitica. Ideo, que, secundum hanc rationem enclitica est, in pleraque. Illud tamen etiam addit, quod, que apposita dictioni eius significatione non mutata, syllabica magis est adiectio quam compositio. Unde quia plerumque idem significat, quod plerumque non videtur compositio, sed si significatio mutetur, tunc dicenda est compositio, ut vterque, aliud significat, quam, vter, ideoque debet dici compositum. Semivm compositum est, a semus, semma, semum, non a semis, semissis, quod est medietas, & est semivm, quasi semus vir, id est, minus, quam vir, sicut semidus, non quod dimidius sit Deus, sed quia minus sit, quam Deus. Asecretis est consiliarius, qui nouit secreta. Aresponsis, qui dat responsa principis.

De accidente sexto nominis id est de casu.

Cap. LVIII.

Causa inventionis diuersorum casuum in eodem nomine est loquedi diuersitas, aliquando enim loquimur, de re, ut ipsa est, vel agit, vel patitur, aliquando, ut eius aliquid esse dicitur, aliquando ut aliquid designatur ipsi conferri, aliquando agi in ipsam, aliquando, ut ad ipsam fit sermo, aliquando, ut aliquid ostenditur recedere ab ipsa. Itaque omnes casus eiusdem nominis idem principaliter significant, sed modo diuerso. Igitur casus est declinatio nominis, id est, haec variatio, quod vna vox nominis cadit in aliam, vel ab alia. Sed quia non solum nomen habet hoc, addit, vel aliarum casualium di-

ctionum, id est, pronominum, & participiorum, quod maxime fit in fine. Maxime dicit, quia aliquando etiam fit in principio, ut iens, euntis, aliquando in medio, ut paterfamilias. Adiuugit postea, quare nominatiuis dicitur casus, ponendo de hoc sensentias, quas superius in tractatu numeri posuimus. Et ne videatur in possibile, quod casus esset, & reclus, ostendit vulgari exemplo, quod cadere potest, & reclus esse, stilus. Quoniam autem, quaedam nomina sunt indeclinabilia, diuidit ea in Apertum, & Monoptotum. Et est Apertum, quod vnam solum terminationem habet, nec tamen constituit pro omni casu, immo aliquando pro vno solo si est obliquus, ut sponte, aliquando pro duobus, si est nominatiuis masculini, vel feminini generis, ut Iuppiter, aliquando pro tribus si est neutrum, ut fas, & nefas. Nunquam tamen ponitur pro omnibus casibus. Et dicitur Apertum, id est, sine casu, quoniam, a, dicitur, sine, potius, casus. Nec enim, vel voce, vel officio habet Apertum diuersos casus, nisi faciat hoc, vel proprietates neutri, cuius est habere eundem vocem in tribus casibus, vel coincidentia eiusdem vocis in nominatiuo, & vocatiuo, ut Iuppiter. Monoptotum, est illud, quod vnam solum terminationem habet, sed tamen ponitur in omni casu, ut nequam, et dicitur Monoptotum, id est, vnum sed improprie cum non cadit in alium, ut e ab alio, sed tamen propter solum similitudinem dicitur casus, officium enim non cadat voce, cadit tamen significatione, & officio, quia modò implet officium vnius casus, modò alterius. Et ideo dicuntur vnius casus, quia habent officium omnium casuum in vna voce. Aperta vero (ut praedictum est) nec in voce, nec in officio habent omnes casus.

De nominibus casualibus, & formis.

Cap. LIX.

Adiuugit deinde casus nominum ipsorum casualium. Primum ergo casus dicitur Nominatiuus, quia per eum fit nominatio, & habent autem, & multas alias significationes, sed a notioribus contraxerunt nomina. Primum ergo ponitur Nominatiuus, quia primo imponitur. Genitiuus ideo ponitur secundus, quia primus nascitur, a nominatiuo. Datiuus tertius, quia vel habet eandem vocem cum genituo, ut Musa, vel fit ab eo leui mutatione. Accusatiuus ponitur quartus, quod ad inimicos pertinet. Vocatiuus ponitur quintus, quia ceteris est imperfectior, cum se si secundae personae possit subiungi. Ceteri vero casus sicut figuratiue tribus personis possunt adiuugri, ut Ego, vel Tu, Priscianus. Ablatiuus vltimus ponitur merito, cum vltimus ablatiuus reperitur sit. Quippe non est apud Graecos. Graeci tamen adiuugunt cent syllaba accusatiuo, & accusatiuum cum tali syllaba vocabant sextum, & ponunt hunc in vi ablatiuo. Unde dicitur Eurano eum. I. ex celo. Vranos nauis dicitur celum, & est ibi cent, syllaba accusatiuo coniuncta. Unde Romani accepta occasione, sextum casum inueuerunt, quae ablatiuum vocant. Enumerat postea formas casuales. Sunt autem sex Monoptotum, quod vna sola terminatione fungitur pro omni casu, ut nequam. Dyptotum, quod duos tantummodo casus habet, ut fors forte. Triptotum quod tantum tres dicitur vides habet casuales in eodem numero, licet omnes casus habeat, ut templum templi. Tetrapotum a tetras, quod est quatuor, quia habet quatuor tantum, ut puer pueri puero puerum. Pentapotum quod quinque tantum, ut doctus docti docto doctum docte. Exaprotum ut vnum vnius vni vnum vnae vno. Ne autem putaret quis, quod in omnibus consisteret nominatiuus, ostendit eum in quibusdam nominibus d. ficere & etiam quosdam alios casus. Ostendit deinde, quod vbi nos ponimus ablatiuum, Graeci quandoque ponunt genituum, ut quando ablatiuus apud nos iungitur cum praepositione ablatiu casus, ut ex illo, & quando coniungitur comparatiuo, ut fortior illo, vel in tali constructione, sole ascendente fit dies. Datiuum quoque ponunt vbi nos in, vel sub, praepositionibus, nostrum ablatiuum iungimus, ut in illo, sub illo, & quado ablatiuum interpretatur per praepositionem per, ut video lumine id est per lumen.

De formatione Genitiuorum secundum terminationem Vocatiuum, & Mutarum. Cap. LX.

Nomina terminantia nominatiuum in a, siue sint Latina, siue Graeca, id est, a Graeco detorta, masculina, vel feminina, vel comunia, faciunt genituum in ae, dyphthongu. ut scriba scribae. Exceptis octo, quorum masculina terminant plerumque genituum in ius, & datiuum in i. similiter feminina eorum, & neutra, ut vnus vna vni, similiter vllus nullus, solus, alius, vter, alter, totus, & quae componuntur ex his. Quae tamen apud antiquos solent genituum masculini, & neutri terminare in i. & datiuum in o. genituum, & datiuum feminini in ae, dyphthongum, ut vni vnae, vni, & vno vnae vno.

vno. Et propterea dictum est superius plerumque, unde etiam adhuc hodie dicimus nomen aliquo esse neutri generis, non neutrius. Hic autem interierunt nomina communia duum generum, ut hic, & haec Aduena, solere iungi figuratiue neutro generi, ut aduena mancipium. Et ne videretur etiam debere dici hoc aduena, interierunt, quod nullum neutrum, nec prima declinationis, nec quintae potest inueniri in eadem singularis nominatiuus esse neutri generis. d. finens in a, & nominatiuus pluralis. Si quis contra hanc regulam opponat, patcha patcha. Vel dicemus H. braxam, non latinam esse declinationem, vel quod regulariter debeat dici, hoc patcha, huius patchatis, si fuerit neutrum. Si vero vocatiuum tunc debet dici, haec patcha, huius patchae. Addit itaque quia nomina neutri generis terminata in a, in numero singulari (hoc n. totu dicitur intelligi) faciunt genituum addita tis, & sunt Graeca, ut hoc poemata poematis. Nomina Latina in e, correptam desinentia, neutra sunt, & mutata, e, in is, faciunt genituum, ut hoc mare, huius maris, excepto, cepe, quod est indeclinabile. Desinentia in e, productam Graeca sunt, id est, a Graeco detorta, vel Graeco declinantur, ut libe liby, vel mutata e, in a, & accepta e, faciunt genituum in ae, dyphthongum, ut Helena, haec Helena, neutra sunt, vel omnis generis, & sunt Aperta, ut hoc gummum, hic, & haec, & hoc frugi, similiter nihil. De quibus tamen dicit auctor, quod d magis sunt genitui, vel datiu nominum coniuncti figuratiue cum omni casu, & omni genere, ut homo frugi, hominis frugi & similia. Et frugi quidem datiuus est, a genituo frugis, & nihil genituius a nominatiuo nihilum. Desinentia in o, correptam, quae tamen plerumque producantur, si fuerint feminina g, vel d, antecedentibus, mutant o, in i, & accepta nis, faciunt genituum, ut haec carthago, nis, haec dulcedo, nis. Alia vero omnia producant o, & accepta nis, faciunt genituum, ut Cicero Cicertonis. Excipiuntur hic Cardio, Oido, Homo, Nemo, Turbo, Hamo, Apollo, Cupido, Margo, Caro. Terminantia in u, generis sunt neutri, & aperta in singulari numero, sed non in plurali, ut hoc corna. Porro nullus nominatiuus apud nos terminatur in mutam, nisi in ce, vt iac, vel di, vt aliquid, vel i, vt caput.

De eodem secundum terminationem semiuocalium, & primo in l. m. n. Cap. LXI.

Adiuugit vero postea de desinentiis in semiuocales. Nomina desinentia in al, cum sint nomina masculini generis, vel neutri, addita tis, nominatiuus faciunt genituum, ut hoc sal, huius salis, hoc tribunal, huius tribunalis. Sed dicitur, quia neutra producantur semper a, in obliquis casibus. Nomina in el, corrept. desinentia, cum sint omnia neutri generis, addita tis, faciunt genituum, ut mel mellis. Desinentia in el, prod, vel il, vel ol, vel vlad, addita is, faciunt genituum, ut Daniel Danielis Tanquillius, Sol, solis, Consul, solis, excepto, nihil, quod est indeclinabile. Vnum nomen inuenitur in am, quod est indeclinabile, vt nequam. Desinentia in um, mutata um, in i, faciunt genituum, vt templum templi, & sunt omnia neutra, praeter comica mulierum nomina, vt Glycerium. Desinentia in an, aut ia in, vel in on, vel in yo, Graeca sunt, & producantur, vel Graeco declinantur, vt Pan, Panos, ex genituo Graeco fit Latinus mutata os in is, vt Delphin Delphini. Dicit tamen, quod inuenitur Delphinus Delphini, quia sepe ex genituo Graeco Iuuenius fit nominatiuus, vt quod ipsi dicunt Elephanos, & nos mutata os, in us, Elephantus, Elephantis, dicimus, non solum Elephas Elephantis, sic & ab accusatiuo Graeco, dicitur sepe fieri nostrum nominatiuus, vt cum Graeco accusatiuus sit Cassida, nos dicimus haec Cassida. Secundum quod, voluit quidam in hymo esse. Quem tetra, pontus, aethera, & c. vt fit accusatiuus Graeco pro nominatiuo. Alii vero emendant, & aethera. A regula desinentium in an, excipit Euam, per hoc quod interponitur. in genituo. Debit enim esse Euam Euanis, vt Titan Titanis, facit autem Euanis. De desinentibus quoque in on, addit illud, quod talem ferunt penultimam, in genituo Latino, qualis est in genituo Graeco, vt quod ipsi dicunt, Leo Leonos, & nos Leo Leonis. Desinentia in en, correptam, cum sint omnia vel masculina, vel neutra, mutant e, in i, & assumpra is, faciunt genituum, vt hic flamen, huius flaminis, hoc numen, huius numinis. Desinentia in en, prod. cum sint omnia masculina, vel feminina, accepta is, faciunt genituum, vt hic splen, huius splenis, haec Syren, huius Syrenis.

Adhuc de eodem secundum terminationes in r.

Cap. LXII.

Desinentia in ar, accepta is, faciunt genituum vt Caesar Caesaris, Excepto far, quod duplicat, r, in genituo patris addit differentiam secundae personae verbi facti. Illud tamen addit, quod neutra terminantia in ar, si sint derivatiua pro-

ducunt penul, genitui, vt lupa luparis, in quo differunt a ceteris omnibus in ar, desinentibus. Item addit, quod par, producit a, in nominatiuo, vt ibi par auri laus est. Sed in obliquis corripit eandem a, vt ibi. Pari voto, & c. Quae tamen, an par, debet producere a, in nominatiuo, & puto, quod communis est. Desinentia in r, corrept. quod dicitur propter monosyllaba Latina, vt ver, & propter nomina Graeca, vt aer. Hic inquam omnia antecedentibus, s, & t, nisi sint post, stua, quae faciunt feminina in is, vt Eques, Equetris, ei, mutata in r, faciunt genituum, vt Auster Aultri. Excipitur sequetris, quod secundum quodam facit sequetris, cum tamen analogice debeat dici, sequetris. Adit postea ad eandem regulam, quod omnia nomina desinentia in er, quae faciunt feminina in a mutant er, in ri, & faciunt genituum patem in syllabis nominatiuo, vt ater atris, exceptis illis, quae habent laute er, vt miser, vel sp. & prosper, vel n, vt tener, & exceptis a ferendo, vel gerendo, vt Lucifer, Lucifer, corniger, quae omnia accepta r, faciunt genituum, vt miser miser. Excipitur etiam alter, & vter, & compositum inde vt alteruter, quae faciunt genituum in ius. Et omnia genitiuus terminantium in ius, producit penul, nisi auctoritas eam corripat, excepto, alterius, quod corripit eam, eo, quod genituius vincit duabus syllabis nominatiuum, cum caeteri vna tantum. Nomina femininae declinationis si habeant, ante er, mutata er, in ris, faciunt genituum, vt pater patris, excipitur, hic later, huius lateris, sic Iupiter, Iouis, iter, iteris. Quae duo sunt Eche roclira i, diuersifloria. Illud etiam intelligendum est tantum de Latinis, falleret enim in Graecis, cum dicitur Panter, Panteris, crater, crateris, aether, aetheris, quae vero habent, e, ante er, si sint communia, er, similiter mutant in is, & faciunt genituum, vt alacer alacris. Alia vero ab illis quae habent, r, vel, e, ante, r, si sint communia, accepta is, faciunt genituum, vt aer aeris, excipitur, humber, quod facit humberis, & composita inde September, Septemberis, October, Octoberis. Et vide, quod haec regula excipit, quod dicitur mulieris, penul, correpta, computatur enim inter ea, quae corripunt, e, ante ris, & quoniam auctor dicit, qy accipitur is, in nominatiuo, in quo est, e, correpta. Sed tamen qui dicunt mulieris, penultima producta, dicitur Priscianum illud affirmare in libro de accidentibus, & ideo non curauit hic accipere. Item, puer, excipitur ab illa regula Latina, quae feminina faciunt in, a, mutant er, in ri, & c. secundum, quod deberet esse, pui.

Adhuc de eodem. Cap. LXIII.

Nomina desinentia in ir, accepta, i, faciunt genituum, vt vir viri, Martyr Martyris, non est de regula, quia Graecum est. Desinentia in or, accepta is, faciunt genituum m, excepto, ador, quod est indeclinabile, & cor, quod facit cordis, interposita, d, & oia producant, o, ante ris, ut pudor pudoris, exceptis memor immemot, moris, & indecor indecoris, & decor, bicorpor, tricorpor, poris, & arbor boris, & publipor poris, & marcipor poris. Et exceptis neutris, vt marmor oris, & Graecis, vt Hector, Hectoris. Illud autem attende, quod omnia derivata, a verbo decoro, quod habet penul, correptam, similiter habent. Sed derivata a verbo decoro, quod penul, prod. similiter producant eam. Omnia desinentia in ur, accepta is, faciunt genituum, vt Vultur Vulturis, excepto satur futurij, & exceptis robur, & femur, & ebur, & iecur, quae in obliquis habent o, pro, u, vt iecoris.

De eodem secundum terminationes as, es, is, & os.

Cap. LXIII.

Nomina Latina desinentia in as, ablatas, & addita tis, faciunt genituum, vt ciuitas, us, exceptis as, atlis vas, dis, & vas, fis, mas maris, exceptis fas, & nefas, & mugas, quae tria sunt indeclinabilia. Graeca vero si faciunt genituum Graecum in oy, apud nos sunt prima declinationis, vt Lissas, Lissioy dicunt, & nos Lysia. Si vero in os, o, mutata in i, faciunt nostrum genituum, vt Calcas Calcantis, dicunt, & nos Calcantis. Latina desinentia in es, correptam mutata e, in i, & ablata s, & addita tis, faciunt genituum, vt miles militis, exceptis his, quae vel habent penul, ae, dyphthongum, vt praepes praepetis, vel, quae derivantur, a verbis habentibus penul. e, yuenem, vt a tero teris, teres, tis. Et exceptis habentibus i, ante e, vt paries parietis, & femininis in es, correptam desinentibus, vt leges us, quae omnia e, correptam in genituo habent ante ris, praeter iniquis iniquitatis. Et exceptis iterum compositis a pede, vt compes, vel a sedendo, vt oblis. Latina desinentia in es, productam antecedente i, ablata s, & addita i, faciunt genituum, vt merides meridies, excipitur quies quietis. Alia nomina eiusdem terminationis. i. terminata in es, productam, quae sunt alia ab habentibus i, ante es, mutant e, in i, & faciunt genituum, vt caedes caedis. Et exceptis his pes pedis, Ceres Cereis, merces merce-



dis, hæres hæredis, locuples locupletis, & tribus quintæ declinationis, fides, spes, & res. Et vide, quod pes, & Ceres, computat inter producta, cum corripiant penul genitui. Vide quoque, quod non quintæ declinationis, si habeant consonantem ante, corripunt aut penul genitui, ut res, rei, spes, spei. Sin vocalem producant, ut dies, diei. Latina desinentia in is, lo, gam, ablata s, & addita tis, faciunt genituum, ut in his, excepto glis, & vis. Illa vero quæ duplicem habeat nominatiuum, addunt is, & faciunt genituum, ut pulvis, & puluer pulueris. Cætera autem à desinentibus in is, prod. & ab his, quæ habent duplicem nominatiuum, habet similem genituum nominatiuo. Excipiunt lapis, sanguis, pollis, culpis, lemis, capis, castis. Et vide quod, sanguis, ponitur inter correp. cum tamen produci in uenatur, ut ibi, Dum sanguis inerat. Sed forte p. penita hec uia fuit. Masculina latina in os, desinitia, ablata s, & addita tis faciunt genituum, ut hic ros totis, excepto nepos nepotis. Alia vero omnia faciunt genituum in tis, ut compos compos tis, excepto hos, glos, os, custos. Porro Græca, id est, apud nos in Græcis detorta, genituum Græcum sequuntur, os, finali conuer fa in is, ut quanda illi dicunt Minos Minoos, & nos Minois.

De formatione Masculinorum, quæ terminantur in se. Cap. LXV.

Desinentia in us corripunt masculina Latina, si sint retri incorporatiuum nomina, scilicet, vel x. anteceden abas. ut hic uilius h e patens, & hic fluxus, & quæ sunt ononyma i. æquiuoca, hoc est, in eadem uoce e. m uocantibus retri, ut magistratus, quod est æquiuocum ad actionem docentis, & ad dignitatem, quæ habent aliam consonantem sub ead. m syllaba ante us, etiam corporalia, ut fluctus, nisi sint propria, ut angulus, vel mobilia, ut iustus. Omnia in quantum hæc, quartæ sunt declinationis, præter lectus, ti, & iniustus. Porro omnia in us, eundem generis, id est, masculini, alia prædictis, secundæ sunt declinationis, ut uentus uenti, angustus angusti, iustus, iustus, iusti. Excepto arcus, lacus, & specus, & genus, & hic ficius, & m nomen morbi est, & uultus, & arcus, & portus, & portus, & sinus, & pyrus, & currus, & tenuis, & conuus, quæ omnia sunt quartæ declinationis. Et excepto Lepus, oris, quod est tertri, & monosyllabis, ut hic Mus Muris, & exceptis uisus, uillus nullus, iolus, totus, alius, quæ faciunt genituum in us, more quæruendam pronominum. De monosyllabis regulam dat generalem hæc. scilicet, quod omnia sunt tertie declinationis, cuiuscumque sint generis, & omnia monosyllaba in us, producant utiq. omnibus casibus præter Grus, & Fus, quæ ip nominatiuo u, producant in obliquis corripunt.

De formatione caterorum generum eiusdem terminationis. Cap. LXVI.

Omnia fœminina in us, corripunt desinentia, quartæ sunt declinationis, exceptis nominibus arborum, quæ omnia secundæ sunt, præter Quercus, Laurus, Pinus, Cornus, Ficus, & ita secundæ, quæ quartæ inueniuntur. Et excepto hæc Alnus huius Alni, & humus humi, & demus, secundum quod facit domi, & colus, & iucus, quod quia producit penul. in ead. m agnis uidetur pertinere ad regulam desinentium in us, productam. Et excepto Pecus Pecudis, & intercus intercutis. De fœmininis uero desinentibus in us, productam, talem regulam tradit, quod ablata s, addita tis, faciunt genituum, ut uirtus uirtutis, excepto tellus telluris, & palus, dis, quod tamen corripit. Horatius ibi.

Regis opus, sterilitique diu palus aptaque remis. Et excepto incus incudis. Porro quæ apud Græcos in os, terminantur mutant o, in u, apud nos secundæ sunt declinationis, ut quod Græci dicunt Cyros, & nos Cytus, Cytis. Et exceptis illis in ros, quæ si habeant aliam consonantem ante ros, in ead. syllaba, ros uentur in er, ut Menandros, Menander, Addit postea regulam de neutris desinentibus in us, quæ si sunt monosyllaba, producant u, & ablata s, & addita tis, faciunt genituum, ut hoc tus, huius iuris. Alia uero à monosyllabis postea, d, vel n, vel l, ante us, mutant us, in e, corripunt, & faciunt genituum, ut pondus, uellus, genus. Excipiuntur fenus, & pignus cum faciat pignoris non pigneris, mutant us, in o, productam, si sint comparatiua, & accepta ris, faciunt genituum, ut hoc melius, oris. Si uero non sint comparatiua, mutant us, in o, corripunt, & assumunt ris, ut decus decoris. Exceptis quibus uerba adiacent, i, a quibus sunt uerba, leui, quadam mutatione habentia, e, in penul. syllaba, ut uleus, ceris, & inde uleuro, ras. Et exceptis uirtus, uulgus, & pus. Opponitur, quod secundum hæc regulam debent dici tps tps, quia adiacet ei uerbis tpo ro, ras, si d tempero non sumitur. Porro ideo non excepti Pelagus, quia sit Græco Pelagos.

De formatione desinentium in xel in duas consonantes. Cap. LXVII.

Omnia desinentia in x, si ueniunt a uerbis desinentibus in go, ablata x, & addita gis, faciunt genituum, ut a Rego uerbo, rex r. gis. Alia uero ab his Latina subintelligit propter spinx, & phalanx, ablata x, assumpta cis faciunt genituum, ut lux, eis, Excepto nix niuis, & suppellex suppellectilis & fenx fenis, & nex noctis. In penultima tamen habenda est differentia, nam si nominatiui habeant, & naturaliter corripunt ante x, nisi sint monosyllaba, ut nex, necis, uel a monosyllabis composita, ut seminx seminecis, mutant e, in i, corripunt, per obliquos casus, ut uentex, uerticis. Similiter desinentia in x, masculina tantum, quod dicit propter comantia, ut felix, cis, Et Latina quod dicit propter spinx, gis, corripunt, i, penul. genitui, ut hic fornix, icis. Barbara quoque magis corripunt penul. quamuis non habeant i, penul. ut pharnax, acis, Magis dicit, quia in Barbara habentem potestatem producendi, & corripendi, magis tamen corripuntur. Alia uero producant pen. in obliquis casibus excepto filix, quod intelligimus exceptum esse per falix. Et exceptis quæ neque, g, neque, e, habent in genitico ante is, ut nix niuis, & cetera quæ ponit. Desinentia in bs, vel ps, interposita, i, faciunt genituum, ut uis uisus, inops, inopis, Sed uidentur, quod sic, sit ante bs uel ps, & non monosyllaba, ut plebs, mutant e, in i, ut princeps, pis, celebs, bis. Excipiuntur composita a capite, quæ ablata s, & mutata, e, in i, & addita tis, faciunt genituum, ut anceps ancipitis, similiter fœspes, cis. Desinentia in ns, uel is, uel ls, ablata s, & addita tis faciunt genituum, ut mons, cis, ars, pulis, pulis. Exceptis fons fontis, lens lendis, glans glandis, libripens libripentis. Et a corde composita, ut concors concordis.

De terminationibus casuum prima declinationis. Cap. LXVIII.

Omnia singularis Nominatiuus primæ declinationis, aut terminatur in a, ut Roma, aut in as, ut Eneas, aut in es, ut Anchises. Genitiuus uero, & datiuus in æ, diphthongum desinit, & semper habent pares syllabas cum nominatiuo, nisi diuersis fiat, ut uulsi, preantle. Accusatiuus singularis æ, diphthongum genitui sui mutat in am, ut Musa Mulam, nisi q. in Græcis terminationibus in as, uel in es, proferunt autores quandoque accusatiuum more Græco, aut in an, ut Enean, aut in en, ut Anchiem. Et uide quod omnia nominatiuus Latinus a, finale corripit, & tamen quandoque seruat eam productam, sed raro. Vocatiuus uero semper terminatur in a, corripunt, nisi quod si est Græcus, & apud eos producens a, apud nos quoque producit, ut apud uirgiliū, Enea, uigila, Ablatiuus primæ declinationis desinit semper in a, productam. Nominatiuus, & vocatiuus plurales similes sunt, genitui singulari. Genitiuus pluralis sit ablatiuo ab singulari addita iū, quod inde patet, quia producit, a, penultimam. Et uide, quod omnes casus huius declinationis, tam singularis numerus, quam pluralis, habet pares numero syllabas, excepto genitui plurali, qui semper abundat una syllaba, nisi proferatur per synopam, ut grauienū pro grauienarum. Datiuus uero, & ablatiuus plurales sunt ab ablatiuo singulari, extrema a, mutata in is, ut a Musa Mulsis, & ab his Mulsis, exceptis paucis fœmininis, quæ ad differentiam masculinorum, ab ablatiuo singulari assumunt bus, ut Deabus Equabus, Mulabus, & similia, & exceptis his, duabus ambabus.

De terminationibus secunda declinationis. Cap. LXIX.

De declinatione secunda. Dicit itaque, quod sex sunt terminationes nominatiui eius. In er, ut Caper, in ir, ut uig in ur, ut satur, in us, ut clarus, in cus, ut tidens, in um, quæ uel sunt neutra, ut templum, uel fœminina figuratiuè, i, contra terminationem, quæ propria est neutrorum, ut hæc Glicerium. Genitiuus uero semper desinit in i. longam. Datiuus & ablatiuus sunt a genituo mutata extrema i, in o, prod. Porro omnes obliqui casus declinationis secunda, tam singulares, quam plurales, parificantur genitui singulari in syllabarum numero, excepto genituo plurali, qui semper excedit una syllaba, nisi proferatur per synopam. Quod ergo Dij, & Dijs monosyllabæ ponuntur, hoc equidem sit per synopam. i. per subtractionem unius literæ, tunc magis etiam per sinceritatem. i. coniunctionem e, & i, in unam syllabam. Quod probatur, uere res enim i, finale. i. quam modo proferimus in fine illius dictionis, & quæ longa est, scilicet, per ei, diphthongum. Nunc autem monosyllabæ dicitur, Dij subtracta e, Et quoniam ibi scribuntur duæ i, subiungit hoc inde fieri, quod uerissimum solebant geminare longas uocales, quantum ad scripturam, licet unam solummodo pronuntiant, ut ex scriptura uocalis ostendit dicitur.

geretur esse producta. Dicit etiam, quod in Dij, & in Di s, nec non in pronominibus ii, & iis, scilicet bis, ii, causa differentia. Si, n. scriberentur dij, & dis, per unam i, posset di, præpositio esse, & dis, pro dices intelligi. In quo q. & is, uerba sunt, ideoque nisi in prædictis bis esse scriptum, i, posset confuso inde oriri. Rursus si nomina secundæ declinationis terminentur in us, tunc si sint propria habentia i, ante us, abijciunt us, & faciunt uocatiuum, ut hic uirgilius, o uirgili, quæ tamen antiqui terminabant in e, dicentes o uirgili, o Mercurie Nos autem causa breuitatis facta apocopa, dicitur uirgili, Mercuri. Sed uide, quod licet i, in fine huiusmodi uocatiuorum naturaliter sit consonas, proferunt tamen uocaliter. i. uocali affinitate, quomodo in cui, & similibus datiuus, de quibus inducit causa similitudinis, probã do cui, & huiusmodi syllaba esse ratione regulæ. Omnis enim genitiuus in us, desinit, una syllaba suum uultu superare datiuum, ut illius illi, ergo quia cuius, & huius dissyllabi, constat cui & huius monosyllaba esse, & est in datiuo cui, naturaliter i, consonans, sed proferunt uocaliter, eo quod i, consonans tur piter sonat in fine syllabæ, si proferatur consonanter. Debit quoque dici hui, quomodo cui, quia a genituius formatur hui iustemodi datiuo ablata us. Sed quoniam inuenitur in reiectio hui, causa differentia addita est e, & dicitur hui e. Ei quoque datiuus debuit monosyllabus esse, & habere i, consonantem, prolata tamen uocaliter, sed proferunt semper dissyllabice, ne, putetur esse in reiectio, ei. Porro omnia alia nomina secundæ declinationis desinentia in us, præter propria nomina habentia i, ante us, conuersa us, in, faciunt uocatiuum, ut hic Priamus, o Priam e. Excepto filius, quod facit fili. Credo præterea, quod soleamus uti eo, quasi pro nomine proprio, dicentes o fili. Uide & sequitur regulam propriorum in us, terminatiuum. Quamuis dicant alij, hoc esse factum causa differentia, ne si hie diceretur, putaretur esse ab eo quod est filia. Ad dit uero, quædam inæqualiter declinantur, ut uas in plurali secundæ declinationis est, in singulari uero tertie. Similiter dicitur domo secundum secundam declinationem. Domorum autem, & domuum, secundum quartam, & secundam, & domibus semper, nunquam autem domus. Item duo, & ambo, genitiuus habent, & accusatiuus secundum declinationem secundam, datiuus & ablatiuus terminant in bus.

De terminationibus tertie declinationis. Cap. LXX.

Tertie declinatio habet terminationes nominatiui. 78. de quibus exemplificat, & paulo plus, quod dicit propter spinx, formam cuius inter ceteras non enumerat. Genitiuus semper desinit in is corripunt, excepto uis, quia producit. Datiuus uero sit a genituo abiecta s, & producta, i, ut Cicero Cicerois, oni. Omnia uero nomina tertie declinationis habentia genituum similem nominatiuo, si fuerint Græca. i. ab eis derota, uel propria, faciunt accusatiuum in im, ut iudex iudicem, Neapolim, Caribddim, præter alpis, quod facit alpem, de quo tamen, & de eo quod est iyriz, dicit, quod semper sunt pluralia, licet inueniantur singulariter prolata. Cetera uero omnia in em, solam faciunt accusatiuum, ut hunc patrem, leporem. Exceptis istis turrim, burim, securim, puppim, sitim, re stim, vim, peluim, tu sim, maguderim, quorum quedam tantum desinunt in im, ut sitim, quedam tam in em, quam in im, ut tur rem, uel turrim, puppim, uel puppim. Vocatiuus similis est uo nominatiuo, nisi, quod in Græcis seruant autores plerumq. uocatiuum Græcum, ut Thebas, o Thebai, Pallas, o Palla.

De formatione ablatiuus eiusdem. Cap. LXXI.

Ablatiuus singularis in alijs proferunt per e, corripunt, in alijs per i, productam, in alijs per e, & i. Et primo quidem tradit regulam de illis, quæ proferunt per solam i, porro neutra, quæ cum sint appellatiua, & terminant nominatiuum in e, corripunt ablatiuum in i, ut mare, is, excepto gaulape, quæ uero sunt neutra propria faciunt ablatiuum similem nominatiuo, ut hoc Præneste, ab hoc Præneste. Rursus neutra terminantia nominatiui in al, faciunt ablatiuum in i, ut tribunal, ali. Neutra quoq. quæ desinunt in ar, & producant a, pen. in obliquis, ut torcular, calcar, hoc torcular, ab hoc torculari, & hoc calcar, ab hoc calcar. Masculina, etiam eia desinentia in er, uel is, si faciunt neutra in e, proferunt ablatiuum in i, ut hic, & hæc pedestris, ab hoc, & ab hac pedestri. Rursus omnia, nomina, quæ terminant accusatiuum in im, faciunt ablatiuum in i. Quæ uero tam in em, quam in im, proferunt ablatiuum tam in e, quam in i, ut puppim uel puppim, a puppe uel a puppi. Nomina mensium in is, uel in er, desinentia, proferunt ablatiuum in i, ut Aprilis, Aprili, September, Septembri.

Ab hoc de eodem. Cap. LXXII.

Porro quæ triam generum sunt communia, faciunt ablatiuum indifferenter tam in e, quam in i, ut pat, præter hospes & solpes, quæ faciunt in e, solium. Rursus uero omnia quorum extrema syllaba desinit in is, quæ a duabus incipit conuocantibus faciunt ablatiuum tam in e, quam in i, præter in uis, quod facit ui, ut auis auæ, uel au, uingus ab uingue, uel uingui & c. Comparatiua quoque similiter, ut melior, a meliore, uel meliori. Rursus uerba fœminina desinentia in ix, ut uictici, uictice, uel uictici. Desinentia quoque in as, circumflexum accentum in fine habentia, ut primas, & optimas. Porro in Græcis nominibus uentur autores datiuo Græco terminato in e, productam pro ablatiuo, ut Lucanus. Signaq. ab Eufrate & c. Fame etiam inuenitur in ablatiuo producta e, ut apud Lucanum. Nam mandate fame & c. Sed puro inde hoc esse, quoniam antiqui dicebant fames, famei, sub quinta declinatione. Idemque de consimilibus intelligit. Nominatiuus uero pluralis in masculinis, & fœmininis, sit a genituo singulari, mutata is in es, ut huius consulis, hi consules. In neutris uero terminantibus ablatiuum in i, uel tam in e, quam in i, sit nominatiuus pluralis ab eodem ablatiuo corripunt, i, & addita a, ut a mari maria, a felice uel felici, felicia. Excipit autem a uetere, uel ueteri uetere, & a ludicri ludicra, & exceptis comparatiuis, quæ faciunt nominatiuus plurales in a, non in ia, ut maiora. Quæ uero neutra terminant ablatiuum solum in e, mutata eadem e, in a, faciunt nominatiuum pluralem, ut a numine numina. Genitiuus uero pluralis nascitur ab ablatiuo singulari, ita tamen, quod modò in um, modò in ium desinit, quod hoc modo poterit discerni. Si ablatiuus desinit in i, uel tam in i, quam in i, corripunt, & assumunt um, ut a fedile sediliu, a felice, uel felici, feliciu. Exceptis computatiuis, quæ semper carent i, in genituo plurali, ut a maiore uel maiori, horum maiorum, quod tamen quidam dicunt fieri per synopam i, licet. Et exceptis desinentibus in us, & in il, & in or, trium generum, & exeuntibus in er, quædo communis sunt generis, quæ omnia genitiuum pluralem faciunt in um, & non in ium, ut uetus a uetere, uel ueteri ueterum, uigil a uigile, uel uigili, uigilum, memor a memore, uel r, memorum, supplex a supplice, uel supplicat, supplicum. Rursus nomina ablatiuum in e, solam terminantia, quorum nominatiuus in duas desinit consonantes, mutata e, in i, breuè assumunt um, ut uerbs ab urbe, uerbiu m. Exceptis desinentibus in ms, uel ps, quæ omnia e, ablatiuo, conuertentia in um, faciunt genituum, nisi sint a capite composita, ut hyems, princeps. Omnia quoque pluralia, quæ non habent ex se singularia, faciunt genituum in ium, ut uires, uirium. Sed nunquid inuenitur uis. Dicimus quod hoc plurale non est ex illo singulari regulariter. cum secundum regularem formationem a genituo uis, debuit dici ues, non uires. Porro ab alite, dicitur alituum, per interpositionem u, & a boue, boum, subtracta u, quod regulariter deberet dici bouum. Datiuus, & ablatiuus nascuntur a singulari genituo interposita bu, ut huius hominis, his, & ab his hominibus, excepto bobus, euphonicè causa, pro bouibus. Accusatiuus pluralis similis est nominatiuo, licet, & uocatiuus exceptis quibusdam Græcis, quæ faciunt in is, productam, ut hec sardis, has sardis, & Græcis, quæ faciunt in as, & es, ut has paxides, uel paxidas, & quorum genitiuus terminatur in ium, quæ apud ueteres frequenter sunt in is, & raro in es, ut omnes uel omnes, & nominibus semper pluralibus ut hos maneis, uel manes, uires tamen facit in es tantum.

De terminationibus quarta & quinta declinationis. Cap. LXXIII.

Quarta declinatio duas habet terminationes in nominatiuo, unam in us, ut domus, alteram in u, ut cornu, gelu, quod sub una uoce per omnes casus discurrit in singulari numero. In plurali uero declinatur secundum quartam declinationem, & est in omni numero generis neutri. Genitiuus similis est nominatiuo, nisi quod in us, productam terminatur. Ablatiuus uero sit a genituo abiecta s, ideo autem magis a genituo, quia in ablatiuo producit u. Nominatiuus & accusatiuus & uocatiuus plurales similes sunt genituo singulari, nisi in neutris. Ideo quoque magis genitiuus, quia ubique in his producit u, Genitiuus pluralis sit a nominatiuo singulari, quia ubique corripitur u, datiuus, & ablatiuus pluralis a nominatiuo singulari, mutata u, in i, corripunt, & addita bus, ut ab his manibus, nisi quod in quibusdam causa differentia ser uatur u, ut atubus, partubus, arcubus, ne si dicamus artibus: patibus, arcibus, uideantur esse ab arte, parte, & arcu. Quidam addunt sicubus, quod non est regulare. Dicimus tamen etiam portubus, tribus lacubus, nulla differentia cogere. Agit postea de quinta declinatione, cuius nominatiui terminatio una est. i.



in es, prod. vt dies. Et vide si nominatiuus habet i penul. p. ram, tunc productur penultima e. genitiui, & datiu. Si vero habeat consonantem ante es, vt fides. corrumpit penul. genitiui, & datiu, vt fidei. Accusatiuus sic a nominatiuo, s. mutata in m. Vocatiuus nominatiuo similis est. Ablatiuus a nominatiuo fit subtrahendo vltima, s. Nominatiuus, accusatiuus, & vocatiuus plurales, similes sunt nominatiuo singulari. Genitiuus fit, addita ablatiuo singulari, rum. Datiuus, & ablatiuus fiunt ab ablatiuo singulari adiecta bus, vt ab hac re, his & ab his rebus.

De uerbo, & eius significatione. Cap. LXXIIII.

Ost tractatum nominis tractat Priscianus de uerbo, & potidine congruo. Quia nomen repertum est propter substantiam, uerbum uero propter actionem, & passionem, ideo nomen prius est uerbo, sicut substantia prior est actione, & passione. Verbum dicitur a uerberatu aeris, & hoc anthronomali e. i. per excellentiam. Verbum igitur est pars orationis, unum principale significationis genus continens cum temporibus. Verba enim principaliter significant agere vel pati. Sed cum tempore. i. coniugendo, uel in presenti, uel in preterito, uel in futuro. Omne uerbum significat actionem, uel passionem, non quod omne significet id quod est actio, uel passio, sed quia uel hoc, uel aliquid aliud, modo actionis, uel modo passionis. i. cum tempore in terminatione uerbalis, & ut de altero dicitur. Adit etiam quod proprium est uerbi actionem, uel passionem, siue utrunque significat. Quod dicitur propter communia uerba, ut est, osculor. Et quoniam habent hoc infinita uerba sicut & alia, inde est, quod ea sunt orationis pars. Contra illos qui dicunt, quod omne id quod uerbo significatur, est actio uel passio, opponitur de huiusmodi uerbis, uiuo, & dormio. Sed dicunt quod agere, istud uerbum, quandoque ponitur absolute, & tunc est generalissimum, & continet omnia, quae possunt responderi ad hanc interrogationem, quid agit. Aliquando uero transitiuo, & tunc continet solas actiones in aliud, cum motu transientes, ut legere & huiusmodi, itaque uiuo, significat agere. i. aliquid quod potest responderi ad quid agit. Et hoc idem de ceteris uerbis absolute uocatis dicunt. Sed rursus illis opponitur de uerbo substantiuo Est, praesertim cum Priscianus dicat quod substantiuum significat. Dicitur igitur quidam quod Sum, significat ex prima sui inuentione quam absolutam actionem. i. inter res permanentiam, sed inde translatum ad significandam substantiam. Alii dicunt, quod significat actionem quamlibet, uel passionem, non ex se, sed ex adiuncto participio, ut cum dicitur, Sed leges, significat actionem eandem quam Lego, cum uero dicitur, Sit lectus passionem eandem qua legor, & sic ex diuersis adiunctis diuersas actiones significat, uel passiones. Alij dicunt iterum, quod significat actionem talem, scilicet inherentiam praedicti, & si biecti, sed hoc tantum fit quando est tertium adiacens. Cum uero opponitur eis de uocatiuis uerbis, cuiusmodi sunt, & uocor, & nominor, dicunt quod significat passionem duobus modis, absolute, ut Nominor Socrates, & transitive, ut Nominor ab isto. Nos uero facile omnia praedicta soluimus, non enim dicimus, quod omne uerbum significet id quod est actio, uel passio, sed quaequid aliud significet, modo actionis, uel passionis significat.

De significatione uerbi substantiuum. Cap. LXXV.

Primo ergo dicendum est, quod cum sint decem prima rerum genera, omnia tamen idem actu sunt cum substantia. Socrates enim, & albedo Socratis, quantum ad esse, actu non differunt. Quid enim aliud est albedinem Socratis esse actu, quam Socratem album? Substantia itaque iunctiua est accidentium, omnia namque accidentia in se recipit, & copulat sibi, & unit. Quamuis uero substantia, & omnia, quae in ea sunt, idem sint actu, ratio tamen discernit, & distinguat, ut substantiam intelligat, scilicet per se, & accidentia per se. Repertum est itaque nomen ad significandum substantiam eo modo, quo a ratione penditur, & ipsa ab accidentibus discernitur. Hoc autem est istud nomen Substantia, quia dicitur a substango. Res uero ut informis est, sic apta est substare, hoc est, formas recipere, non ut iam formata est. Istud ergo nomen sic significat substantiam ut sine accidentibus intelligitur, Sed quoniam substantia sic unit sibi accidentia & recipit, ut idem actu sint, repertum est nomen etiam quod significat substantiam consue, hoc est, non discernendo ab accidentibus, sed ut substantia cum suis accidentibus unum actu est, hoc est nomen. Ens Substantia enim non sic est, ut sine accidentibus intelligitur, immo sic est, ut acci-

dentibus informatur, ideoque competenter ei attributum est hoc nomen Ens, secundum hoc quod accidentia recipit in se. Dicimus itaque, quod Ens, significat illud idem quod substantia, sed aliter, quoniam substantia significat discernendo, Ens uero consue, sicut dictum est. Unde quamuis Ens, nihil aliud significet, quam substantiam, quia tamen ei datum est, ut canit hoc, quod accidentia recipit in se, inde est, quod hoc nomen Ens, transmittitur ad nominandum accidentia, licet solam substantiam significet, uel cum dicitur? Albedo est Ens. Si enim uere inspicias, substantia sola proprie est, accedens uero inest. Dicimus quod Sum, significat substantiam, sed ut de altero dicitur, scilicet cum tempore, & in uerbalis terminatione, & ita per modum actionis. Et quoniam substantia unitiua est omnium rerum aliarum, & accidentia unit sibi, & copulat. Inde est quod Sum, copulatiuum est, eo scilicet, quod substantiam, quae sibi unit, cetera, & copulat, significet. Quid uero de uerbis sentiamus uocatiuis, loco suo explicabimus. Dicit itaque Priscianus, quod proprium est uerbis significare actionem, uel passionem, siue utrunque. Sed quia hoc habent uerba nomina, ut lectio, addit cum modis, & formis, & temporibus. Sed quia hoc totum habet participium, quamuis enim non habeat modos secundum uocem, habet tamen modos secundum rem, ex adiuncto uerbi substantiuo, ut cum dicitur, Lectus sum, Lectus esto. Ideo ad remotionem participij, addit, sine calu.

De quatuor causis defectuum in accidentibus uerbi, & aliarum partium. Cap. LXXVI.

Numerat Priscianus accidentia uerbi. Sed quoniam quaedam uerba in quibusdam accidentibus deficiunt, antequam agat de eis, causas defectuum ostendit, tam in hac orationis parte, quam in ceteris. Dicit itaque quod duplex est causa defectuum, necessitas naturae, & calu fortunae. Et est necessitas naturae, quando, uel significatio repugnat, ut imperatiuus ceteri prima persona singulari, consignificat enim imperatorem, & nos non possumus nobis imperare, uel quando natura uocis, ut ab eo quod est uerbo, prohibet cursif, femininum elementorum inconsonantia dicere. Calu uero fortunae deficit accedens, quando nec natura significationis, nec uocis repugnat quin uox in tali accidente proferatur, sed tamen non inuenitur in eo prolata, ut prex, in singulari numero in nomi natiuo casu non dicitur. Necessitas itaque naturae in duo diuiditur. In naturam significati, & consonantiam elementorum. Igitur pronomina primitiua tertie personae carent uocatiuis, repugnante natura, idem significatione, propter quam data. i. reperta sunt uocabula. Omne enim pronomine huiusmodi repertum est ad significandum in omni casu suo, de quo sermo est extra proprietatem primae & secundae personae, cum uocati uis semper sit secunda. Eadem quoque causa, in sibi, non potest nominatiuum habere. Sic enim repertum est, ut significet rem ut parietem, uel in reciproca constructione, ut Socrates in uidet sibi, uel in se transitiuo, ut precatur ille, ut se custodiat. In huiusmodi constructionibus factis, & non per uerba passiuo, nominatiuus non potest significare rem, sed solummodo obliquus. Idcirco uero diximus, non per passiuo uerba, quia si per passiuo fiant, res, ut patiens, potest significari per nominati uum, ut Socrates diluitur a seipso, & similia; licet fortasse, nec in huiusmodi constructionibus locum possit habere nominati uus sui, propter relationem quam consignat. Similiter inter rogatiua, & infinita nomina, ut quis, & aliquis, carent uocati uis. Semper enim signant rem abentem, uel quasi absentem; cum uocatiuis significat semper rem finitae, & ut presentem. Propter inconsonantiam uero dicit deficere, cursif, & tonsif, expulsif, pro quo Cicero inquit expulsif, sicut tonsif, pro tonsif, cum illa praedicta exigeret analogia. Masculina enim uerba in tor, desinentia, mutatione or, in rix, faciunt ex se feminina, ut amator, amatrix. Per fortunam quoque, id est calu, dicit deficere quaedam, & hoc duobus modis, uel quia iniustata sunt, ut prex, & ditio, uel quia incontinua sunt propter turpitudinem soni, uel asperitatem, ut quoniam turpe est dicere meturus, asperum nutritrix, dicitur nutritrix, per concisionem, cum regula praedicta ab eo quod est nutritor, exigeret nutritrix. Turpe quoque erat dicere cum nobis, quia turpiter sonat, m, ante, n, nisi sit eiusdem syllabae, ideoque praeposterè proferitur nobiscum, & causa eius, mecum, & secum, & similia; nec enim, mecum, una pars est (ut quidam aestimant) sed duae.

De

De causa differentiae, qua solent quaedam taceri, uel contra regulam proferri. Cap. LXXVII.

Conclouit itaque, quia per unum quatuor modorum praedictorum deficiunt plerumque partes orationis. Plerumque autem dicit ideo, quia causa differentiae solent etiam quaedam taceri, uel etiam contra regulam proferri. Taceri, ut quoniam, fas, non habet genitiuum. Siue enim dicatur, fatis, siue, fanis, siue, falsis, aliud potest significare. Coniung, uero causa differentiae facit, coniugis, ne uideatur secunda persona uerbi, coniugis, si diceretur, coniugis, quod esset regulare. Omnia enim desinentia in, x, debent mutare, x, in gis, ut rex regis, uel in cis, ut uox uocis, & sic facere genitiuum. Ponit, uerum, cum est aduerbium habet accentum in fine, ne uideatur uerbum esse. Venus quoque contra regulam facit Venetis, ne dicatur esse uerbum, si dicatur, ueni, quod uidet regulare. Omnia enim propria in us, corseptam desinentia, regulariter secunde sunt declinationis. Far, quoque in genitiuo duplicauit, r, ne si, faris, diceretur, uideatur esse secunda persona uerbi. Item cum uerba secunda coniugationis desinentia in neo, faciunt praeteritum in nui, ut teneo, tenui, maneo facit mansi, ne si dicatur, manui, putaretur datiuus huius nominis manus. A neo quoque fit neui, ne si diceretur nui, putaretur dici a nuco. Eadem etiam de causa dicitur fac, dic, duc, fer, ne si dicatur, face (quod esset analogum, ut lege) uideatur ablatiuus huius nominis fax, facis. Sic, & de alijs intellige, non tamen in omnibus uinocis, id est in quibus uox est uia, & diuersae significationes solet hoc fieri, ut causa, scilicet differentiae, uel taceantur, uel contra regulam proferantur, ut quod causis indifferenter, & nomea est, & uerbum. Et uide, quod uinuoeca appellat, quae dialectici dicunt aequiuoca.

De Accidentibus uerbi, & primo de Genere. Cap. LXXVIII.

Stentis itaque causis defectuum, reuertitur ad accidentia uerbi, ut de illis agat. Sunt autem octo. Significatio, uel genus, tempus, modus, figura, species, coniugatio, persona, cum numero. Quae duo simul coniungit, quia cuiusque parti accidit persona, & numerus, & e conuerso. Est igitur genus uerbi qualitas uerborum contracta ex terminatione, & significatione. Nec enim sola terminatio facit genus, cum eadem terminationem habeant uerba diuersorum generum, ut Actiua, & Neutra, similiter nec sola significatio. Idcirco de utroque dicendum est. Sunt ergo duae terminationes uerborum omnium ferè in o, & in or. Ferè, dico propter quaedam anomalia, ut Sum, & defectiua, ut Memini. Significationes uero uerborum sunt, uel actus transiens in rationalem creaturam, ut Video Socratem; uel actus transiens in sola non rationalia, ut Comedo piscem, uel actus non transiens, ut uiuo, uel passio illata ab alio, ut Video a Socrate, uel passio nata intransiens, ut Rubeo. Igitur actiuum genus est proprietates uerbi desinenti in o, & faciendi ex se passiuum in or, & significandi actum transiuntem in rem rationalem. Neutrum uero genus, est, qualitas desinenti in o, & significandi aliquid, quod non fit actio transiens in homines, quicquid significet, siue actionem absolutam, ut uiuo, uel passionem natam in tria fecus, ut Rubeo; uel actum transiuntem in rem non rationalem, ut Comedo, praeter facio, & noceo, quae licet sint neutra uerba, tamen habent actionem transiuntem in homines. Passiuum quoque genus, est qualitas desinenti in or, & significandi passionem illatam ab alio, Commune uero genus, est proprietates, uel qualitas desinenti in or, & significandi utrumque, scilicet actionem, & passionem. Deponens uero genus, est qualitas desinenti in or, & significandi unum solum; uel passionem illatam ab alio, uel actionem. Et uide quod hoc accedens genus dicitur significatio, quia ex significatione discernitur. Est itaque significatio, aequiuocum ad tria, ad significandum, ad modum significandi, ad accedens, quod hic uocatur genus.

De Terminatione singularum generum. Cap. LXXIX.

Icti postea, duas species terminantium in Actiuum uerbo, ut amo, neutrale, ut uiuo. Meruo quidem, & timeo, actiua uoce signant passionem, in passiuo actionem. Quid est enim timeo, nisi quod mihi timor inuenitur? Vel timeor, quid aliud, quam timorem incutio. Adit quoque, quod uerba pertinentia ad sensus, ut audio, & uideo, in actiua uoce uidentur passionem significare, & in passiuo actionem; hoc autem inde est, quia actum cuiusque sensus praecedat quaedam passio circa instrumenta sentiendi. Antequam

enim homo uideat, percipiuntur radij oculorum, & antequam audiat percipiuntur aures uoce auribus instrepente. Dicimus ergo, quod huiusmodi uerba actum principaliter significant, secundario passionem, quae actum praecedat. Adit quoque deinde, quod terminatio in or, tres habet species. Passiuam quae fit ab actiuo, ut amor. Communem uero cuius una terminatio actionem significat, & passionem, ut osculor. Deponentem, quae cum actiuo non fiat, alteram tantum significationem retinet, ut scilicet ideo deponens, quia alteram deponit significationem, secundum quod uideatur deponens dici, respectu communis. Bene autem dixit unam, & non alteram determinate, quia sunt quaedam quae solam actionem significant, ut loquor, quaedam quae passionem, ut nascor.

De Aliiis, & Passiuis, & eorum constructione cum Obliquis. Cap. LXXX.

Actiua dicuntur recta, quia scilicet non formantur a passiuo, sed passiuo ab eis: assumpta r, enim faciunt ex se passiuo ista personae, ut amo addita r, fit amor. Sed sunt quaedam neutra, quae ex se faciunt passiuo in tertia persona, ut aror. Unde potest dici aratur terra. Sed quoniam non significat actum transiuntem in rem rationalem, non facit passiuum in prima persona, uel secunda, ideoque non est actiuum. Si ergo quaeratur cuius generis est, aratur. Respondendum est passiuo, in tertia persona, non absolute passiuo. Illud quoque uideandum est, quod uerba actiua aliquando ponuntur absolute, ut amo, aliquando transitive, & non ad homines, ut amo uirtutem. Ex sola ergo potentia iudicantur actiua. Ex quo enim possunt in homines transire, si faciant passiuum in or, sunt actiua, quamuis etiam transiant in alia. Sed dicit aliquis, secundum hoc Lego, non debet dici actiuum, quia non legitur homines, sed scripta ipsorum. Nos autem dicimus, Lego Platonem. Uide Ouidius.

Si quis in hoc artem, populo non noisit amandi. Ma legat &c.

Contendunt enim plerique figuratiue dictum esse, legor, id est, scripta mea leguntur. Sed quoniam significat actum transiuntem in homines, siue proprie, siue figuratiue dicuntur actiua. Actiua construuntur cum genitiuo, ut abstinco irarum; uel cum datiuo, ut impero tibi; uel cum accusatiuo, ut accenso te; cum ablatiuo, & accusatiuo, ut uideo solem oculis. Passiua construuntur cum ablatiuo, adiuncta eidem praepositione, ut accusor a te. Sed uide, quod praepositio non regit ablatiuum, sed ei deseruit, quia absque illa interposita, uerbum passiuum non exigit ablatiuum casum. Si ergo quaeris, quae pars regit te, dicemus, accusor. Item passiuum constituitur cum datiuo, ut seruo tibi. Et dicunt quidam, quod sit acquisitiua constructio, quia per datiuum, nec agens, nec patiens persona designetur. sed ea, ad cuius utilitatem, uel damnum, fit illa passio. Cur autem inuenitur actiuum uerbum, cum ceteris obliquis solis, sed nunquam cum ablatiuo solo. Quoniam ablatiuus cum praepositione iunctus actiuo, uel neutro, significat personam, a qua fit motus, ut Fugio a te. Sed iunctus passiuo, significat personam agentem, uide & ablatiuus casus, proprius dicitur esse passiuorum. Quod quando actiuum uerbum accusatiuo, & ablatiuo iungitur, accusatiuus significat rem patientem, ablatiuus causam actionis, uel tantummodo terminat, ut uideo solem oculis. Illud etiam addit, quod passiuo construuntur, & figuratiue cum accusatiuo, quando scilicet per partem totum ostenditur, ut rumpitur aures, & est synodoche. Est altera figura, quando in passione intelligitur actio, ut Capellae patiscuntur siluas. In hac enim passione intelligitur hac actio, scilicet, quod rodant siluas, eodemque modo dicitur, doceor grammaticam.

De Neutris, & Deponentibus, eorumque significationibus. Cap. LXXXI.

Git deinde latius de Neutris, quae cum habeant formam actiui, tamen significationem non habent. Unde dicit ea contra formam uocis significare, sicut etiam in ceteris partibus inuenitur, ut cum Thebae habeat terminationem pluralem, significat tamen rem singularem. Populus quoque significat pluralem, cum sit terminatione singulari. Glycerum etiam, & similia habent terminationem neutri generis, tamen significationem sunt feminina. Ita quoque, & uerba, cum uideantur quantu ad terminationem actiua, sunt tamen significatione neutra. Est igitur prima significatio neutri uocis actio transiens in rem rationalem, ut calefacio te, & facio te doctum, & huiusmodi alia, quae solo usu neutra sunt.

Tomus Secundus. D sunt,

sunt, cum significatio exigeret, quod essent actiua. Vnde etiam antiqui dicebant, facior. Secunda est passio illata ab alio, vt vapulo a te, & exulo a te. Tertia actio absoluta, vt video, & similis. Quarta etiam significatio est actio transiens, sed non in homines, vt prandeo piscem. Quinta est passio intrinsecus nata, vt rubeo, & huiusmodi alia, quæ licet non egeant obliquis casibus, tamen, vel more actiui figuratiue iunguntur cum accusatiuo, vt, ardebat Alexim, vel more passiu cum ablatiua, vt caleo ab igne. Quædam etiam deponens habent actiuam significationem, vt prestolor te & tibi, & significat vtraque constructio idem. Secunda est passio illata ab alio, vt patior a te, & mereor a te. Et vide quod patior, quandoque iungitur cum accusatiuo, vt, patior mala, sed im proprie. Quod autem nascor, & cetera quædam prædicta passiuæ sunt significationis, patet ex eo, quod more passiuorum assumunt ablatiuum, & datiuum loco ablatiu, vt nascor a te, & tibi, sicut ea, quæ actiua sunt significationis, assumunt vel genitiuum, vt misereor tui, vel datiuum, vt meditor tibi, vel accusatiuum, vt precor Deum. Tertia significatio deponens est, absoluta actio, vel passio intrinseca. Lati enim & moti, legati, gloriosi, passionis sunt intrinsece, sed absolute: tumulari vero, vagari, vaticinari, actiones quoque absolute, & extrinsece. Quarta est passio nata intrinsecus, sed transiens, vt obliuiscor tui.

*De Abusioibus verborum in diuersis generibus.*  
Cap. LXXXII.

Quædam passiuæ quandoque absolute ponuntur, & sic in abusioibus istis citra formam vocis significat. Sed quæritur, cum, videor, ponitur absolute, vt, videor esse bonus, cuius sit generis. Dicit enim Priscianus, in hoc sit profertur, idest cum ablatiua sunt passiuæ, si aliter absoluta, videtur, quod passiuæ absolute. Actiua quoque sicut passiuæ quandoque ponuntur absolute, vt audio acute. Ostendit deinde aliam abusioem actiuorum, scilicet, quod quædam sunt proprie actiua, quæ pro passiuis ponuntur, vt lauro pro lauor. Item quædam actiua terminatione significant passionem, & econuerso, vt memo. Item vnum & idem verbum aliquando ponitur transitive in vna significatione; sed in alia absolute, vt ruo, conuenio. Item quando inuenitur in hac significatione, illi conueniunt, idest similiter venerunt, tunc neutrum est, si vero accipiatur pro alloquo, vt ibi. Vos inquam conuenio d' Iudæi: idest alloquo, tunc actiuum est. Dicit postea, quædam verba esse, quæ tam, actiua, quam passiuæ voce significant vnum, & idem, vt mereo, secundum antiquos, & mereor, sed mereo merens, vnde mereor facit pro præterito, mereus sum. Mereor autem secundum antiquos, (vnde meritum dicitur) faciebat merui. Et puto, quod licet mereo, res, producat primam, mereo, merui, corripit eandem, quia tamen eadem vox erat mereo, in vtraque significatione, factum est a moderata causa differentia, vt diceretur, mereor, deponens. Et quoniam in præterito nulla erat æquiuocatio, retinuerunt præteritum, merui. Quando mereor deponens erat passiuæ terminationis, dederunt etiam ei pro præterito, meritus sum, vt dicatur, mereor, mereris, meritus sum, vel merui. Aliam iterum dicunt abusioem, quod quædam verba actiua primæ coniugationis faciunt alia ex se secundæ, quæ sunt absoluta, vt sordido illum, idest, sordidum facio. Et inde sordeo, idest ex me sordidus. Eodem modo albo illum, & albo, idest illi, & dato, & cetera, quæ sequuntur. Et vide, quod lactare, quod inter cetera ponit, nutritis est, lactere infantis, vnde.

*Lacteo lac sugo, lactio lac præbeo natio.*

Similiter, & pendeo, suspensum est, pendo, suspendentis.

*Pendeo suspensus, pendo dum subleuo pondus.*

Item quædam mutant genus in compositione, quoniam alterius sunt generis simplicia, alterius composita, vt facio neutrum est, reficio compositum, inde actiuum. Et vide, quod dicit, sentio, neutrum esse, & inde compositum. Assentior, deponens, & assentio, neutrum in eadem significatione. Ideoque notandum est, quod sentio acceptum pro intelligo, neutrum est. Quando vero ad sensus pertinet, actiuum esse potest. Addit quoque, quod alijs significationibus, idest, generibus inueniuntur simplicia, in compositione genus mutantia, vt partior, deponens. Et inde, impartio, neutrum, & impertior, deponens in eodem sensu, spicio actiuum, quod quia non est in vfu, probat illud, per aspicio, inde compositum, vade & componitur, conspicor con-

spicaris, deponens, mutata coniugatione. Porro ex facio, componuntur quædam, quæ patitur mutant, & genus, & coniugationem, vt gratificor. Addit quoque, quod licet facio in quibusdam compositis mutet genus, & non coniugationem, in quibusdam vtrumque, tamen sunt quædam in quibus neutrum eorum mutatur, nec etiam accidens, vt calefacio, facio, & similia, quæ in secunda, & tertia persona circa regulam aliorum, quæ tristyllaba, vel ultra sunt, acunt penultimam, quamuis sit correpta. Item quædam in diuerso genere, & diuersa coniugatione, idem significant, vt, labo, quod est neutrum, & primæ coniugationis. Et labor, quod est deponens, & tertie.

*De secundo accidente Verbi, idest de tempore.*  
Cap. LXXXIII.

Tempus, (vt antiquis visum est) tribus modis accipitur generaliter, totaliter, partialiter. Est autem generalis distinctio temporis hæc. Tempus est dimensio motus, & motus mutabilium rerum, dicta generalis, quia omni tempori, conuenit. Totalis vero distinctio est talis. Tempus est spatium, quod cum mundo desinit. Dicitur vero totalis, quia huic toti, scilicet tempori conuenit, ita, quod nulli partii illius. Partialis vero, quam ponit Tullius huiusmodi est. Tempus est pars æternitatis, cum alicuius anni mensura, diurni nocturnive spacij, certa significatione. Appellatur autem æternitatem, illud magnum spatium, quod cum mundo incipit. Dixerunt itaque antiqui, quod secundum hanc viam accipionem. Tempus verbo accidit, quia verbum significat, (vt eis videatur) non illud spatium, sed partes eius. Quod longe aliter mihi videtur. Non enim verba puto configurare temporis quantitatem, sed tempus quando, sicut superius dictum est. De temporis, tamen quantitate, vbi que in hoc tractatu fere loquitur Priscianus, non quod verbum huiusmodi tps significet, sed quæ tps, quando temporum quantitati adiacet, vt per tempus, quod est quantitas personam de tempore, quod est, quando habere possumus doctrinam. Si ergo proprie loqui velimus, dicemus verbum præteritis temporis esse, vel præteriti, vel futuri. Itaque tempus est secundaria significatio verbi non communis proprietatis. Sic enim principaliter agere, vel pati significat, vt secundario etiam quando significat, idest, vel in præteriti, vel in præterito, vel in futuro, vt dictum est. Primum igitur, quod tempus accidit verbo, idest, accidit ei significare cum tempore.

*De diuisione eius in tria tempora.* Cap. LXXXIII.

Luidd vero postea tempus in præteritum, & præteritum, & futurum. Sed queritur an verbum, quod significat præteritum tempus, configit illud præteritum, in quo profertur. Quod si ita est: nunquam veraciter potest aliquis dicere, vel taceo, vel bibo, vel dormio. Ideoque dixerunt alij, quod significat illud præteritum, in quo incipit profertur. Alij, quod significat illud præteritum, in quo res sua agitur. Sed secundum istos semper verum diceret quicumque diceret, lego. Nos tamen dicimus, quod verbum non configit præteritum tempus, sed significat aliquid in præteriti tempore. Ita quod non in aliquo præteriti. Postea vero diuidit præteritum tempus, in præteritum imperfectum, & plusquam perfectum. Et vnde, quod hæc diuisio non fit propter se, tempus enim omne postquam perfectum est, ex toto, & perfecte præteritum est, sed est secundum actiones nostras, vel passiones quasque reliquimus imperfectas, quandoque vero iam pridem perfectæ sunt, igitur in solo præterito tres voces repetuntur diuersæ ad designandas præteritæ actionis, vel passionis diuersitates, quia præterita ex vi præteritionis se vobis prorsus offerunt notitæ. Et vt certius dicam, quantum ad præteriti naturam sunt certissima, cum pleraque præterita, & futura habeant esse incerta. Pleraque dictum est propter necessaria. Ea enim quæ contingunt, quatuor modis veniunt. Casu, vt inuentio thesauri. Libero arbitrio, vt legere. Facilitate nature, vt calami contritio. Natura, vt hominem mori. Sed ea sola, quæ natura eueniunt inuentabilia, & ideo certa sunt. Cetera enim præterita, & futura incerta sunt. Ideoque non sunt voces diuersæ a Latinis repetitæ ad designandas diuersitates præteritæ, & futuri. Græci tamen diuidunt futurum in duo, in infinitum futurum, & pælopost futurum. Nos autem hoc melius per adiunctum determinamus, ut legam in proximo, & huiusmodi.

*De Infanti.* Cap. LXXXV.

Infans est indiuiduum, quod vi astare potest. Dicitur quidam, quod agit hic de duplici præteriti. Ad cuius rei intellectum dicendum est, quod præteritum aliud est simplex, aliud compositum. Simplex vero præteritum est, de quo nihil est præteritum, nihil futurum. Sed in vno simplici præteriti nihil agi potest, statimque transit, vnde tale præteritum non significatur a verbo, nisi substantiuo, vel vocatiuo. Hoc autem simplex sic describitur, quod cum sit finis præteriti, est infinitum futuri: vel ita, quod cum incipit, statim esse desinit. Præteritum quoque compositum est, cuius pars præteriti, pars futura est, & pars existit. Sed tamen illud compositum dicitur præteritum, propter simplicem sui partem, quæ existit. In tali vero præteriti potest aliquid fieri, vnde & dicitur tale præteritum a verbo significare, legunt itaque literam de simplici præteriti sic. Inuitans, id est simplex, præteritum est indiuiduum, quia caret partibus, & addit quod vix stare potest. Quoniam, scilicet statim transit, & aliud succedit: vnde quia tam simplex est, quod nihil in eo perfici potest, nominatur a quibusdam, infans imperfectum. Aliter enim actus in eo adhuc esse non possit. Alij tamen aliter legunt.

*De temporibus per singulos modos distinctis.*  
Cap. LXXXVI.

Dicit itaque indicatiuum modum habere omnia tempora, quia significat talem affectum animi, idest, indicationem, qui omni tempori conuenit. De imperatiuo rursus adiungit, quoniam in præterito dicitur. Natura enim imperandi fert, vt vel in præteriti, vel in futuro aliquid semper imperemus, neci, nunquam autem in præterito. Dicit tamen apud Græcos imperatiuum esse præteriti. Natura aliquando imperamus de re non existente, vt in tempore futuro perfecta sit, & transacta, vt si alicui imperet, prima hora cras aperta sit porta, impero, vt cras prima hora præteritæ actus aperiendi portam. Nos autem sentimus hunc completum circumlocutione. De optatiuo dicit, quod tempora habet omnia, quamuis omnis optatio ad futurum pertinet. Habet igitur præteritum, & præteritum, non quod rem præteritam, vel præteritam desideremus, sed quoniam, vt præteritum, vel vt præterita sit optamus, & iniuncta quidem dicit esse, & præteritum, & præteritum imperfectum, propter cognationem, quæ maxima est inter ea, ex eo videlicet, quod vtrumque imperfectum est. Præteritum enim imperfectum iccirco est, quoniam de eo aliquid futurum est. Item præteritum perfectum, & plusquam perfectum merito coniuncta sunt, quoniam vna, & eadem voce licet optare rem, vel paulo ante, vel multo ante perfectam. De subiunctiuo autem modo, dicit, quod distincta tempora non habet prorsus apud Latinos, cum coniuncta quædam habeat apud Græcos. Ad vltimum vero agit de infinitiuo modo, dicens, quod habet coniuncta tempora, præteritum, & præteritum imperfectum, eo quod vna voce infinitiu designatur vtrumque istorum. Et rursus coniuncta habet præteritum perfectum, & plusquam perfectum. Habet autem infinitiuum vim nominis ipsius rei, & in significatione, & in constructione: vt enim nomen rei ipsius, verbi significat actionem, vel passionem, non determinando illam inesse alicui, sic & infinitiuum. Cum enim dico, Legere est vtile: non determino illam actionem alicui inesse. Rursus vt nomen rei verbi constructum cum verbo substantiuo, & nomine ad designandum qualitatem actionis, sic & verbum infinitiuum. Dicimus enim, Legere bonum est, quomodo lectio bona est. Item omnes alij modi resoluantur in infinitiuum. Quisque etenim aliorum resolutur per verbum designans sui animi affectum, & per suum infinitiuum, vt quoniam lego indicatiui modi est, resoluitur per verbum indicationis, quod est, indico, & per suum infinitiuum, lego enim nihil est nisi, quod me legere indico. Idemque in cæteris modis.

*De Gerundij.* Cap. LXXXVII.

Incipit itaque tractatu de modis verborum, agit de gerundio. Non quod illud verbum esse indicet: sed quia Donatus, & sui, reputauerunt illud esse verbum. Gerundia igitur sunt participalia sunt secundum quosdam desinentia in di, & do, & dum, vt legendi, legendum, legendum. Supina vero desinentia in um, & in u, vt lectum, lectu. Secundum Priscianum vero ista quinque omnia gerundia sunt, vel participalia, sed diuersis de causis sic vocata. Dicuntur enim gerundia, quia gerunt significationem sui verbi, vel quia ex maxima parte gerunt significationem vtramque, scilicet actionis, & passiuus. Quod est quando ab actiuis, & communibus sicut, vt venio causa videndi, idest vt videam, vel Speculum Doctrinale.

videar. Similiter venio visu, idest de loco vbi visus sum, vel vidi, sic & in similibus. Participalia vero dicuntur, quia sunt similia participijs, quæ semper supinantur, idest ab aliquo verbo deriuantur, vel quia similia sunt participijs. Hæc igitur gerundia a quibusdam verba vocantur, quoniam loco verborum ponuntur. Vbi enim ponimus terminationem in di, ponunt Græci infinitiuum verbum, cum genitiui articulo. Vbi nos in do, ponimus, ponunt infinitiuum cum datiu articulo. Vbi nos in dum, ponimus, illi ponunt infinitiuum cum accusatiui articulo. Item constructum cum eisdem obliquis casibus, cum quibus, & verba, & eodem modo, idest transitive, & reciprocæ. Et hoc est quare quibusdam verba videantur esse. Quibusdam autem econtrario videtur, quod cum non significant tempus, verba esse non possunt. Rursus adiungitur quibusdam eorum præpositio per appositionem, vt in legendo, & ad legendum, quod non sic cum verbo.

*Quod Gerundia sunt nomina non verba.*  
Cap. LXXXVIII.

Nos autem Priscianum sequentes, gerundia dicimus esse nomina, illud translata ad significandum, quod verba tempore, & vt habeant constructionem istorum. Illud etiam dicimus, quod tria eorum terminantia in di, do, dum, generis sunt neutri, & triptota, & singularis numeri. Et vide, quod singularis numeri dicuntur, propter solam terminationem, cum indistincte constructantur cum singulari, & plurali numero, vt Legendo Virgilium, & Legendo libros vigilo. Est autem terminatio in di, genitiui casus, terminatio in do, ablatiu; terminatio in dum, accusatiui: vnde præpositiones eis apponuntur. Illa vero gerundia, quæ terminantur in um, & in u, generis sunt masculini, & illud in um, accusatiui casus, illud in u, ablatiuus verbalis nominis quartæ declinationis. Sed dicit aliquis Priscianum esse contra hoc, qui in ordine casuum præteritæ accusatiuum ablatiuo, cum gerundij terminatio in do, quæ est ablatiu casus, præmittatur ei, quæ est in dum. Nos autem dicimus hoc ideo factum, quia loco eius ablatiu ponantur Græci datiuum articulo cum infinito verbo, datiuus autem præteritæ accusatiuo. Dicit iterum aliquis, non posse fieri, ut hæc sint nomina, quia neque substantiua sunt, quia per se poni non possunt, adiectiua non, quia non adiungunt alijs nominibus intransitive, quod non adiectiuus habet conuenite. Sed nihil nocet hoc, non enim omnia nomina substantiua dicimus esse, vel adiectiua. Rursus, quod cum quolibet genere, & persona, & numero constructantur hoc non nocet, cum illud fiat transitive. Verum quia possunt gerundia verba videri, qui hoc estimant corruptiue terminationem in do. Vnde si quis querat, an in vfu gerundium terminans in do, debeat semper produci, analogice quidem deberet, sed tamen propter vsum autorum indifferenter ponendum est. Probat tamen, quod gerundia nomina sunt, ex eo, quod terminantia in do, & in dum, assumunt separatim præpositiones.

*De constructione Gerundiorum.* Cap. LXXXIX.

Ed queritur cum gerundia exigant eisdem casus, quos & sua verba. An debeat dici. In conuertendo dominus captiuitatem Syon, cum quo eum construeretur ibi, dominus. Gerundium enim cum nullo casu videtur debere constructi, nisi cum obliquo casu, cum quo, & suum verbum. Sin autem dicatur. In conuertendo dominum, (vt magister Anselmus voluit) videbitur, quod dominum habeat significare rem, vt patientem, cum tamen domini sit conuertere non conueri. Dicamus ergo, quod quia conuertendo significat tam actionem, quam passionem, iccirco potest constructi cum dominum, vt ille casus significet personam agentem, cum captiuitatem, sicut iste casus significet rem, vt patientem. Et quoniam legendus, da, dum, quando nomen est, habet quosdam obliquos casus eisdem in voce eunt gerundijs terminantibus in di, & in do, & in dum, quando ponuntur in vi nominum, constructantur cum dictionibus eiusdem casus, eiusdem generis, & eiusdem numeri, vt causa legendi Virgilij vigilo, & amandæ virtutis, & emendi mancipij. Cum vero in vi gerundiorum ponuntur, indifferenter constructantur cum eui genere, & numero, & cum eo casu, cum quo, & suum verbum, vt legendum est Virgilium, & Musam. Et queritur cum dicitur, legendum est Virgilium, & similia cum quo constructur. Cum enim sit accusatiuus non videbitur posse constructi cum, est, verbo intransitive. Et licet quidam dicant, quod gerundium sit accusatiui casus, ex vi tñ gerundij constructur intransitive est, est, & est accusatiuo Virgilij transitive. Tomus Secundus. D 2 Alij



Alij vero dicunt, quod eo legendum, ubi ponitur impersonaliter, vade cum hoc verbo est, intransitive constructur. Alia quoque differentia, quod gerundia si sunt ad actum, vel communibus verbis, significant utique se habere actionem, & passionem, vnde Virgilius, cantando, est ut potius in Buccol. Cantando tu illum, aut vnoquam ubi situla. Scandest dum cautes, & passus ibi. Cantando rumpitur arguis, idest, dum cantatur, hoc est dum incantatur.

De Supinis. Cap. XC. Agit postea de Supinis. Dicunt ergo, quod desinens in dum, eadem habet ferè significationem quam desinens in duro, cum, ad, prepositione. Quid est enim, vado venatum, nisi ad venandum, ferè tamen dicit, quia non solum actionem significat, sed etiam locum, ut vado venatum, idest, ad locum in quo venit, quemadmodum, & propria civitatum nomina sine prepositione significant ad locum, ut vado Romanam, nam cum ponitur in vi accusativi huius nominis venationem, quæ significat, non secundum quod inhæret, sed nominando. Venatum vero supinum quidem venationem significat, sed secundum quod inhæret. Adit quoque, quod supinum terminans in u, ablatius est nominis ipsius rei, & debet poni sine prepositione, ut venio, venatu. Similiter venio auditu missam, & similia. Et vide, quod quia legendi actionem significat, & passionem, ideo potest constructi, & in vi accusati ad accusatum, ad modum sui verbi actiui, ut causa legendi Virgilium venio, & in vi passiva cum ablativo, ad modum verbi passivi, ut venio causa legendi, ab aliquo, idest, ut ab aliquo legatur. Idemque de ceteris notandum esse iudico.

De verbis impersonalibus. Cap. XCI.

Impersonalia continentur cum infinitiis verbis, in hoc, quod & hæc, & illa, carent numero, & persona, tamen dicuntur impersonale, non quod omnino nullius sit personæ. Omne enim verbum impersonale tertie personæ est, saltem terminatione, sed quoniam personam non discernit, sed potest indifferenter adungi, & primæ, & secundæ, & tertie personæ sic, curritur a me, & a te, & ab illo. Nec est vnus modus verbi, sed vnus verbum per se, sicut frequentatiuum, & inchoatiuum. Vnde & omnes modos suos habet sicut, & alia verba, & in eisdem temporibus deficient modi impersonalium in quibus, & personalium. Si queratur cuius generis sit verbum impersonale passivæ terminationis, ut curritur. Putamus dicendum esse neutri, quoniam nec actiue, nec passivæ significare videtur. Si opponatur ergo terminatur in o, & non facit ex se passivum. Dicemus illud dictum esse de verbis integris. Si queratur iterum an significet actionem, vel passionem, videtur magis, quod actum significet, cum dicat autor, impersonale hanc differentiam ad infinitum habere, quod infinitum quidem eget altero verbo, ut Volo legere. Impersonale vero actum perfectum significat, ut Curritur a me, pro curro. Et dicimus quoniam eiusdem coniugationis est, cuius & verbum perfectum a quo descendit. Item præter illam constructionem quam habet cum ablativo interposita prepositione, exigit etiam eundem obliquum quem & illud, vnde rationaliter videtur dici, legitur ab illo Virgilium.

De consignato temporis in verbo substantivo, & vocatiua. Cap. XCII.

Exequitur deinde cognationem temporum. Dicit itaque, quod præsens tempus habet cognationem, cum præterito imperfecto, & futuro, cum illo, quia præsens tempus imperfectum adhuc est cum futuro; quia aliqua pars præsentis adhuc futura est. Omne itaque verbum tale præsens significat, cuius pars præteriti, pars futura est, excepto, sum, verbo, quod simplex præsens significare videtur, non enim tam breve momentum est, in quo res non existat. De hoc autem verbo dicit, quod Græci vocant ipsum hi papicticon, idest substantivum. Dicunt quidam tamen, quod ibi debet esse epracticon, quasi extra actionem, sed prior littera prævalet. Et sum, quia tale præsens significat, quod & simplex est, & perfectum, & cui nihil deest, quoniam nihil eius futurum est. Inde fit, ut possit coniungi cum participio præteriti temporis, ad complendum præteritum perfectum passivi verbi, ut amatus sum, ut verborum similium passivis, cuiusmodi sunt deponentia, ut locutus sum, & communia, ut criminatus sum. Sicut enim, sum, simplex præsens significat, sic & nominor verbum vocatiuum, cum enim dico Nominor Socrates, nihil aliud dico, nisi, quod non meum est Socrates, quod per singula momenta verum est. Sed si dicam: nominor ab illo, quoniam significat

passionem, quæ in simplici præsentis non potest inferri, ideo significat præsens compositum.

De proprio significato verbi substantiui. Cap. XCIII.

At videndum est, quod substantia vniuersa est omnium aliarum rerum, & sibi, & inter se, sicut quod capillo vni ta nigredo, longitudo, crispitudo. Substantia itaque capilli his omnibus subiecta est, & aliorum sibi, & inter se, adeo hæc omnia vnit, quod vnus hæc omnia simul confuse, & quasi vnus comprehendit, statum nigredinis non discernendo a statu longitudinis, vel crispitudinis, nec aliquid etiam istorum discernendo a statu capilli, vnde hæc omnia vni ta sunt in eo, quod est videri. Hæc tamen omnia discernit inter se ratio, quoniam potest animi est coniuncta separare, & disuncta coniungere. Ad discernenda itaque decem rerum genera, reperta sunt decem vocabula generalissimorum, sicut in his, quæ superius notata fuerunt de significatione substantiuorum diximus. Ad significandum vero substantiam, ut vniuersa est aliorum, sibi & inter se, reperitur hoc vocabulum Ens. Substantia namque nec sine formis esse potest, nec formæ sine substantia cui sunt vnitæ. Idcirco Ens, merito dicitur significare substantiam, ut aliarum vniuersam, & sibi, & inter se. Accidentia enim non proprie dicuntur esse, sed inesse, hoc ergo vocabulum Ens, ratione significationis de accidentibus non dicitur, sed transumptiue solummodo ratione nominationis. Porro Sum, verbum substantiuum, hoc idem significat, quod & Ens, sed ut dicitur de altero, & hoc vnus interest. Sum, ergo significat substantiam, ut formis tam substantiis, quam accidentalibus substat. Ideoque copulatiuum est quorumlibet substantiualium, vel accidentalium cum substantia subiecta, vel etiam inter se, cum cetera verba seipsa solummodo copulent cum subiectis, & non alia, ut Socrates legit, & confinitia. Sed queritur, quomodo hoc verbum substantiuum Sum, significat hoc idem quod Ens, sive substantia, cum hoc generalissimum sit, verbum autem substantiuum, (ut dicit Priscianus in primo minoris) propria vniuersumque rei essentiam colligit. Vnde sicut dictum est, substantia in quantum generalissimum; significat substantiam eo modo, quo a ratione penditur, scilicet in quantum ab accidentibus discernitur, non autem hoc modo significat substantiam hoc generalissimum Ens, sed substantiam, idest rem, ut formis substantem, secundum, quod dicitur a substantia. Sic & hoc verbum substantiuum Sum; significat substantiam, ut dicitur de altero. Vel (ut Priscianus vult) colligit essentiam vniuersamque rei propriam, idest significat substantiam, ut vniuersam aliorum sibi, & inter se, hoc est formarum, & propriarum qualitarum rerum.

De significatione verbi substantiui. Cap. XCIII.

Ordo sicut substantia est vniuersa aliarum rerum sibi, & inter se, ita quoque, & substantia vniuersa est nominum sibi, & ceteris rebus. Nomina namque primò substantiis fuerunt imposita, & ipsi per impositionem vnita. Vide ergo, quod quia substantia albedine participat, reperitur sibi hoc nomen albus, alba, album, ad nominandum substantiam, ex eo, quod albedine participat. Ut autem cognoscatur quid est, quo participat ipsa, & vnde dicitur alba, reperitur sibi hoc nomen albedo, ita ut inuentionis ipsius causa, quodammodo esset substantia. Constat enim, quod hoc nomen, albus, primum reperitur est, antequam hoc nomen, albedo, inueniret: hoc enim ex illo per derivationem habet formam. Sicut ergo reperitur fuerat verbum substantiuum ad significandum substantiam, secundum quod aliarum rerum sibi, & inter se vniuersa est, ita quoque reperitur fuit verbum vocatiuum, ad significandum substantiam, ut ipsa nominum sibi, & ceteris rebus vniuersa esset. Ideoque in prima, & secunda persona copulatiuum est nominum, & substantiis, & ceteris: ut vocor Socrates, nominaris Apollonius. Itaque verba substantiua, & vocatiua dicuntur similem vim habere. Tum quia substantiam significant, ut aliarum rerum, uel nominum est vniuersa. Tum quia hæc sola aliorum cum alijs sunt copulatiua. Illud quoque addit, quod aliqua verba sunt inter præteritum, & futurum, idest tale præsens significat, quod neque est præteritum, neque totum futurum. Vnde concludit, quod præsens tempus, quasi quodam puncto, coniungit præteritum, & futurum.

De

De cognatione temporum, & vocum eorum. Cap. XCIV.

Stendit deinde, quod ex præteriti tempore nascitur præteritum imperfectum. Quoniam cum quid præsens est, si ad finem non perducatur, exinde poterit dici præteritum imperfectum. Vel de vocibus legatur, ut ex præteriti tempore, idest ex voce præsentis nascitur vox præteriti imperfecti propter cognationem, quæ inter illa duo tempora est, cum vtrumque, scilicet sit imperfectum. Item ex præteriti nascitur præteritum perfectum, quod etiam fit ratione cognationis. Quoniam dum præsens est actio, iam aliquid eius præteritum. Postquam vero præsens terminatur, omnino & perfecte est, exinde præteritum perfectum est, ut autem nascatur a præteriti, mutat plerumque quoddam litteras præsentis, idest principales, ut ago, egi, mediam, ut doceo, docui. Vel etiam mutat tempora, ut lego, legi. In præteriti namque prima syllaba corripitur, in præteriti autem producit. Item quandoque par est in syllabis cum præteriti, ut lego, legi, quandoque excedit, ut do dedit. Porro præteritum plerumque perfectum nascitur a præterito perfecto, siue de ipso tempore, siue de vocibus legatur hoc cognationis ratione: quoniam cum actio nuper perfecta inuenerata fuerit, tunc opus est voce præteriti plusquam perfecti. Adit deinde, quod futurum nascitur ex præteriti, quod de temporibus non potest legi. Nec enim quod pars futura est, similis est futuro. Vel præsens est medium, idest, copula præteriti, & futuri. Concludit itaque, quod tam præteritum imperfectum, quam futurum, nascitur ex præteriti. Ideo vtrumque seruat consonantes præsentis, ut dico, dicebam, dicam, in omnibus his seruat est e. littera præsentis. Quoniam vero plusquam perfectum a perfecto nascitur, ideo quoque conseruat ipsius seruat, ut dixi, dixeram. In modo tamen substantiuo, futurum seruat consonantes præteriti perfecti, ut dixi, dixeram. Nam ne nullam cum præterito videretur habere affinitatem: cum quo minimam, & quasi vltimam habet cognationem, ideo quoque in substantiuo, quasi fere vltimo, formatum est rationabiliter futurum a præterito. Vnde etiã in plerisque verbis, ex participio præteriti temporis, formatum participium futuri, ut amatus, amaturus. In plerisque dictum est propter neutra, quæ carent participio præteriti temporis, ut venio, tamen alibi dicitur participium futuri nasci ab vltimo supino, ut ab amatu, addita rus, sit amaturus. Quoniam eiusdem enim formæ sunt participia præteriti temporis, & supini, potest fieri, ut ab vtroque eorum formetur participium futuri. Item propter cognationem futuri temporis cum præteriti, nascitur quoque participium futuri temporis, a participio præsentis, ut amans, amantiss, amaturus, in dus, sit amandus. Confirmat autem cognationem supradictam, tam tempore, quam vocatione anomalorum, idest, irregularium, vel inæqualium declinatio, ut quod a fero, anomalum sit ferebam, a præterito, tuli, tuleram. Idem quoque fit in participijs, ut a latu, lacurus, a ferens, ferendus. Quamuis in sum; anomalum non fit cognatio in voce præteriti imperfecti, & futuri, & præsentis, ut sum, eram, ero. Prædictam rursus temporum cognationem probat ex eo, quod infinita verba a præterito habent rationem futuri, per quod & infinitum, ite, suppletur per futurum infiniti.

De speciali defectu quorundam verborum in quibusdam temporibus. Cap. XCVI.

Vt autem quædam verba, quæ carent præterito perfecto, & plusquam perfecto, & futuro substantiuo, quod a præterito nascitur, ut desinunt in seo, si tamen sint inchoatiua, quod determino propter posco, & discio, & palco, quæ habent præterita cum non sint inchoatiua, licet habeant formam inchoatiuorum. Et vide quidem verba inchoatiua principaliter significant, quod sua primitiua, sed inchoationem secundario. Adit quoque de meditatijs, quod in prædictis temporibus deficient. Tamen in Euangelio inuenitur e futuri, a meditatiuo, quod est elurio, idest meditor edere. Meditatiua quoque principaliter significant, quod sua primitiua secundario meditatiuonem, vtraque vero alia ratione præterito carent, alia ratione futuro. Quoniam significant inchoationem actus, ut inchoatiua, vel ut meditationem, ut meditatiua. Præteritum vero significat actionis perfectiorem, quare repugnat eis præteriti natura. Sed futuro substantiuo carent, quia sua origo deficit, idest præteritum. Sunt & alia verba, quæ solo vsu deficient.

Speculum Doctrinale.

ciunt in quibusdam temporibus, non repugnante significatione, ut ferio, sisto, tollo. Et quædam alia in præterito, inter quæ ponit furo. Quod enim dicit Scdulus. Nec minus, & clari fuerunt in illa tyranni ficticiu est. Hæc autem quæ in præterito vsu solo deficient mutantur præterita, ut ferio, percussis; sisto, statui, a statuo. Vel ut quidam volunt, statui, a sto. Sed lune nalis voluit, sisto, habere statui in præterito, nam & sapie obedi nec vim transiui, sicut statuo, ut sisto gradum. Cetero, quoque, cum nullam habet significationis affinitatem cum verbo cresco, mutatur ab eo præteritum, creui. Inde compositum est credo, quasi cretum do. Nihil enim aliud est credere, nisi dare considerationem sic esse. Adiungit iteum & alia verba, in quibus tamen præteritum, & omnia, quæ ex ipso for manitur, solo vsu deficient in passiuo, & communibus a deponentibus, in quo aperte est contra illos, qui, amatus sum, dicunt esse vnus verbum, & huiusmodi alia. Dicit enim præteritum eorum suppleri per participium præteriti temporis, & verbum substantiuum ei adiunctum, ut amatus sum, vel fui. Et ne tantam de verbis desinentibus in or, videatur, est, audit, & hoc contingere in quibusdam desinentibus in, o, ut gaudeo gaudius sum, quæ neutropassiva vocantur. Et volunt quidam facere differentiam inter neutropassiva, & neutropassiva. Dicentes illa esse neutropassiva, quæ sunt neutra, & significant passionem, ut vapulo. Illa esse neutropassiva, quæ in parte habent litteraturam neutri, in parte vero passiu, ut gaudeo, audeo, soleo, fido, fio. Sunt autem numero quatuor. Impersonalia, quæ nascuntur ex te, nullo modo habent futurum infinitiu, idest sub vna voce, nec per circumlocutionem, ut poterit, poterit, & similia. Sed quæ ab actiuis, vel neutris, ut amatur, vel curritur, habent per circumlocutionem, ut amaturus, vel curritur. Pleraque neutra secunde coniugationis deficient in futuro infinitiu, ut nec per circumlocutionem inueniatur copleri, ut retere, rubere, & similia.

De Tertio accidente verbi, idest de Modis. Cap. XCVII.

Modus igitur duobus modis consideratur in grammaticæ, cum secundum rem, tum secundum vocem. Et est modus secundus res, affectus animi circa actionem, vel passionem. Diversos enim affectus de actione eadem, vel de passione habemus. Aliquando enim afficimur ipsam indicare, aliquando imperare, quandoque optare, quandoque coniungere. Ad hos autem affectus animi designandos secundario reperitur quædam vo cum collectiones, quæ dicuntur modi secundum vocem. Quamuis autem quatuor tantum sunt affectus animi, qui a verbis significatur, quinquæ tamen modi verborum secundum vocem esse dicuntur. Nam infinitiuus non proprie modus dicitur, cum nullum animi secundario significet affectum. Sed hoc vno modo meruit appellari, quoniam omnes alij, qui proprie dicuntur modi, resoluntur in ipsum. Et huiusmodi verba appellantur infinita, quia nec numeros, nec personas diffiniunt. Sed cur impersonalia verba non dicta sint infinita ratione eadem, puto, quia habent terminationem tertie personæ, vnde personalia possent videri: ideo dicta sunt impersonalia, ut ipsa nominis ratio negaret ea diffinire personas, quod facere videbatur terminatio. Verba vero infinita non habebant terminationem ob quam viderentur aliquis personæ, ideoque non oportuit illa sic appellari impersonalia. Dicta autem merito sunt infinita, quia in constructione semper ponuntur, cum verbis finitarum personarum, & numerorum. Vnde facile videntur frequenter per se, & sine vilius personalis additione ponitur in constructione, ut ibi. Curritur ad vocem iocundam, &c. Modus autem a moderando verbum dicitur, quia omne verbum per modos suos certissime distinguitur. Accidit autem verbo modus vterque. Sed modus secundum rem accidit verbo, idest eius est secundaria significatio. Modus secundum vocem, magis est communis quædam proprietates vocum diuersis personis, temporibus, & numeris, eundem affectum animi designantium, quàm quod dici debeat talis collectio vocum. Igitur modi diuersi sunt inclinationes animi, quas varia sequitur declinatio, in quo & modus secundum rem, & modus secundum vocem utigit. Bene autem ait declinationem affectus mentis consequi, quia collectiones vocum, quæ dicuntur modi secundum vocem, repetuntur propter modum secundum rem.

De numero, & ordine modorum. Cap. XCVIII.

Adit postea, quod quinque sunt modi. Primus quoque dicitur indicatiuus, quo scilicet indicamus, quid secundum Tomus Secundus. D 3 dum



dum temporum varietatem, vel a nobis agatur, vel alijs. Multas autem interierit causas, quare primus debeat poni, tum quia perfectus est personis, & temporibus. Et quia ceteri modi ab eo sortiuntur regulam, id est formationem; tum quia & nomina, & verba, & participia ab hoc modo soleant derivari; tum quia prima positio verbi facta est in prima persona presentis verbi in dicitur. Prus enim homo suam, quam alterius novit actionem, & prius presentem, quam aliam; tum quia et sentiam rei significat, id est rem suam ponit, esse, vel fuisse, vel fore significat, quod ceteri modi non faciunt, sed affectus designant de re non dum existente. Inductione quadam venit ad probandum, quod indicativus ceteros modos precedit, sicut nominativus ceteros casus, & sicut presentis tempus prateritum, & futurum. Et vide, quod causa ordinis modorum ostendit, & ordinationem temporum, quod in tractatu de tempore fecerat. Dicit ergo presentis precedere, quia in ipso sumus, tum de praterito loquimur, & futuro. Et quia secundum presentis temporis noticiam intelliguntur praterita finita. Per hoc enim, quod cognosco hunc presentem actum, scilicet Socratem discipulare, intelligitur ipsum quidem disputasse, vel disputaturum fore. Et ostendit quot modis sit ex presentis actu notitia, tribus, scilicet modis. Duobus quidem a vero presentis, uno autem a cogitato, & unus modus veri presentis, cum ex illis, quae videmus in presentis fieri, nos perpendimus illa, quae naturaliter sequuntur ex his, ut cum video solem occidentem suo motu naturali super terram revertiturum. Excogitatio quoque presentis cognoscimus futura similitate, ut si cogitem diluivium in presentis quale sit, ex hac cogitatione conspicio rationem, id est similitudinem futuri diluivii. Adde quoque, quod indicativus iure precedit ceteros modos, sicut prima persona secundam, & tertiam: eo quod illa sine his, istae vero sine hac esse non possunt, sicut etiam singularis numerus precedit pluralem, & sicut actuum verbum precedit passivum. Secundo ponitur imperativus, & licet in singulari numero prima deficiat persona, praterito, & deficiat tempore, quia tamen plena sine alterius partis adiunctione facit significationem, praeponitur rationabiliter optativo, qui adverbio vitam indiget, ut plenum sensum significet. Tertius optativus, ante subiunctivum. Non enim solo indiget adverbio subiunctivo, vel conjunctione, ut plenum significet sensum, verum etiam altero verbo. Quartus subiunctivus, quod nomen suum non a secunda significatione, (ut ceteri modi) habeat, sed a constructione, quia scilicet, vel subiungitur, vel alterum verbum sibi subiungit, licet inde plurimas habeat significationes. Nunc enim dubitationem significat, ut si videam intelligo, nunc confirmationem, ut Qui mare, qui terras omniditione tenerent, Nunc suasionem, ut Prodest, ut legas. Nunc imperationem, ut Ne facias. Nunc possibilitatem, ut Facere si placuisset. Infinitivus etiam, cum personis, & numeris deficiat, merito ponitur ultimus, praeteritum cum sicut dictum est, nec proprie dicitur modus.

De Quarto accidente: quod est species.  
Cap. XCIX.

Nunc ad speciem transeundum est. Dicit ergo duas esse species verborum, primitiva, scilicet & derivata, quas in omnibus ferè orationis partibus dicit inveniri. Ferè, autem dicit propter participium, quod nunquam primitivum invenitur. Vox primitiva species est, quae accepit primam positionem a natura. Derivata species est, quae per quandam elementorum consonantiam, & significationis convenientiam, a prius positus nascitur, & prius repertis. Enumerat itaque derivatorum species verborum. Quartum prima est verbum inchoativum. Nascitur quidem inchoativa plerumque a verbis neutris, ut a caleo, caleo. Fiant tamen & ab actibus, ut a cupio, eu piscio. Sunt autem omnia tertiae coniugationis, & sunt a secunda persona presentis, addita eo, excepto hisco, quod sic dicitur, non hisco. Secunda derivatorum species est verbum meditative, & est semper quartae coniugationis, & sit a participio prateriti temporis, vel a supino ultimo, assumpta, ut a lectus, vel lectu, lecturio. Inveniuntur autem primitiva formam inchoativorum habentia, ut quiesco, non autem formam meditative habentia. Opponuntur tamè prurio, & luxurio. Sunt autem utraque neutri generis. Tertia species est verbum frequentativum, & definit in to, vel in so, vel in xo. Et derivantur plerumque ab ultimis supinis mutatione extremæ, u, in, o, ut a scripto scriptosa cursu curso nexu, nexo. Significat autem verbum frequentativum secundario frequentiam. Et ut communiter loquar, omnia hæc verba lego, legisco, lecturio, lectito; eundem actum significant principaliter, sed diversa secundario. Sunt autem omnia frequentativa pri-

mæ coniugationis. Quarta species derivatorum est verbum desiderativum, ut visco, id est cupio videre. Quinta vero species est verbum diminutivum, & definit in lo, ut sorbillo, id est sorbum sorbo. Sunt praterea quedam imitativa, ut parvillo, quod est patrem imitor. Enumerat, & pleraque alia nullam certam speciem habentia. Verbum quoque impersonale enumerat, ut speciem derivativorum verborum, unde apparet, quod verbum est per se. Sunt & alia verba, quæ ex verbalibus nominibus, vel participijs nascuntur, ut regno, derivatur a rex. quod est nomen verbale, nascuntur enim a rego, & a multis alijs quoque nominibus derivantur, ut a cornice, cornicor. Addit quoque verba quaedam derivari ab adverbis, ut perhendinare, id est, quod prolongare, derivatur a perhendine adverbio, si enim dicam, perhendine, id est percipere una die dabo tibi equum, idem est ac dicerem, differo tibi librum dare vique cras, vel post cras: sic procrastino, idem est, quod in crastino differo.

De Quinto accidente: id est figura.  
Cap. C.

Ostendit speciem vero tractat Priscianus de figura, hoc modo: Dividit prius figuram in simplicem, & compositam, & decompositam. Et illud quidem manifestum est, quod verba quaedam de tribus etiam partibus componuntur, ut perterrefacio. Exequitur postea compositam figuram, ostendendo quid vis compositionis operetur in verbo. Dicit ergo, quod in compositione mutantur coniugationem, ut do das, prima coniugationis est, reddo, distertis. Sunt alia, quæ & coniugationem, & genus commutant, ut sperno, nis, actium est, & tertie coniugationis, a sperno, naris, inde compositum deponens, & conjugationis primæ. Ostendit deinde aliam vim compositionis, scilicet, quæ causa compositionis declinantur intrinsecus. Aliquando namque declinamus composita sine iunctura, ut reclamo, mas. Aliquando post iuncturam compositionis, ut perficio, perfeci. Aliquando in iunctura, ut abigo abegi, sed nunquam iuncturam. Illud quoque addit, quod quæcumque vocalis fuerit a principio illi personæ indicativæ, eadem invenitur principalis in tota declinatione et verbis, excepto ago, egi, & eo, iui. Et vide, quod istud dictum est de solis regularibus verbis, non autem de anomalis. Componuntur autem verba, vel cum nominibus, ut amplifico ab amplum, & facio, vel cum verbis, ut calefacio; vel adverbio, ut maledico; vel cum præpositione, ut indicio.

De Sexto accidente: id est Coniugatione.  
Cap. CI.

Ost figuram tractat Priscianus de Coniugatione. Est autem coniugatio diversorum verborum regularis declinatione. Quæ quoniam modis quatuor variatur, ideo quatuor coniugationes esse apud nos dicuntur. Est autem prima coniugatio declinatio verborum, a, ante s, vel ris, in secunda persona presentis indicativæ modi habentium, ut amas, & amaris. Et dicitur prima, quoniam vocali discernitur. Secunda est, declinatio verborum, vt audio audis, & audiris. Et dicitur quarta non quia quarta vocali discernatur, sed quia per i, longam discernitur, quæ natura posterior est, quam i, brevis, quæ tertiam coniugationem discernit. Ut tamen magis proprie loquar, videtur coniugatio esse verborum quaedam, secundum prædictas declinationes similitudo, ut sit declinationis verborum proprietates, non eorum secundaria significatione. Verba ergo, quæ nullo prædictorum declinantur modorum, nullius coniugationis sunt. Causa inventionis verborum in hoc accidente, est communis quædam ipsorum similitudo. Itaque coniugatio dicitur, quia vna, & eadem declinatione plurima coniunguntur verba. Et cum decem sint coniugationes apud Græcos, apud nos tantum quatuor, ostendit qualiter decem eorum coniugationes ad nostras quatuor reducuntur.

De persona, & numero.  
Cap. CII.

Persona, ut ait Boetius, est rationis naturæ individua substantia, id est res singularis, quæ ratione vri potest. In hac autem persona tres sunt diversitates. Prima persona est, quæ loquitur de se. Secunda ad quam sermo dirigitur. Tertia de qua sermo est. Et non solum res rationalis, sed etiam quilibet res de qua sermo est, tertia persona dicitur. Unde dicit Priscianus, quod vna tantum est persona prima, vna tantum secunda, plurales autem & diversæ tertiæ. Dicitur autem persona, a personando, producta tñ penultima, ad dñam imperatam verbi persona. Nam histriones in theatris ad representandas diuer-

diversas personas, diversas quoque solebant assumere larvas, & diversos ornatus pro personarum dignitatibus. Unde etiam & hoc nomen, persona, ad designandam dignitatem translatum est, vel honorabilitatem. Ex his quoque tractatum est ad eam, quæ dicitur in arte grammatica. Quod autem prima dicitur, vel secunda, vel tertia, tractum est ab ea significatione, secundum quam honorabilitatem, siue dignitatem designat. Nam potest equidem res loquens de se, esse sine re, ad quam quis loquitur, vel de qua. Ideoque ratione dignitatis dicitur prima. Illa quoque ad quam quis loquitur, potest esse sine ea de qua. Est itaque persona, communis proprietates, non secundaria significatione vocum. Prima & secunda persona verborum finita sunt, quia voces harum res, vt præteritis designant. Tertia vero infinita est, quia caret demonstratione. Item verba primæ, & secundæ personæ non adiungunt sibi nomina per se, nisi sint substantiva verba, & vocativa, vt Petrus sum, Priscianus vocor. Item prima persona sibi, & secundam, & tertiam coniungit, vt ego, & tu, & ille legitur. Secunda vero non nisi tertiam concipit, vt tu & ille factus. Tertia vero non nisi aliam tertiam concipit, vt iste, & ille faciunt. Addit postea, quod licet imperativus prima persona singulari deficiat. Postea cur primam personam pluralem habeat. Cum enim dico legamus, non mihi impero, sed aliis quibus me connumeror. De infinitivis quoque, & impersonalibus, & gerundijs dicit, quod in omnibus deficiunt naturaliter. exigente hoc significatione, vel inventione. Verba quoque aliquid sibi, ad cuius similitudinem sunt, retinentia, quæ & ficticia dicimus, vt tinnite, & similia, in quibusdam deficiunt facillime, sicut & exceptam significationem actionem, & pluit, roinat, fulminat, non nisi per prosopopeiam in prima, & secunda invenitur persona. Post hoc addit de numero, sed de hoc accidente dictum est, in tractatu nominis.

De declinatione, vel inflexione verborum.  
Cap. CIII.

Prima persona adiuorum, & neutrorum definit in o, quod & in prima coniugatione mutat o, in as, & facit secundam, vt beo, beas. In secunda autem mutat eo, in es, producendam, vt doceo doces. In tertia quoque si habeat hæc, a, ante, o, abiecit, o, & assumpta, si secunda vt facio, eis. Quæcumque vero alia littera præfixa ante, o, conuertit, o, in is, si secunda, vt lego legis. Excipiunt volo, fero, edo, quæ sunt anomala, de quibus latinitas autor sigillatim pertractat. At ergo, quæ fero cum facere debet ferret, ferit, ne videretur esse a ferio, causa differentiæ synopatur i, & facit fers, fert. In secunda quoque plurali dicitur fertis pro feritis synopata i. In omnibus alijs servat regulam tertiæ coniugationis, nisi in his, quæ a secunda persona singulari nascuntur. Cum autem volo debere facere volis, dicimus vis, ne si diceretur volis videretur datus, vel ablativus pluralis huius nominis, quod est vola, volæ. Tertia quoque persona debuit esse volit, si d synopata i, dicebant antiqui volit. Nos autem dicitur volit, o, mutata in u. Prima autem persona pluralis habet u, pro i, volumus pro volimus. Secunda quoque pluralis sit a tertia singulari, addita is, quod & in ceteris verbis solet fieri, vt vult vultis. Tertia vero pluralis secundum regulam tertiæ coniugationis, sit a prima singulari, o, conuertit in unt, vt volo volunt. In ceteris autem temporibus servat regulam tertiæ coniugationis. In imperativo deficit, quia secunda persona presentis indicativæ corrupta est, a qua solet nasci secunda persona imperativi. Quiddam etiam dixerunt hoc verbum carere imperativo, eo quod significat voluntatem, quæ debet esse libera, cum imperatio cogit, quod nihil esse manifestum est, ex quod compositum ab eo habet imperativum, scilicet noli, licet volo careat imperativo, pro eo tamè vt mur subiunctivo velis, lit. Optativus eius quoque corruptus est, tã in presentis, quam in futuro. In presentis ideo, quia secunda persona indicativæ, ex qua oritur, corrupta est, in futuro propter accipitum significationem, quæ esset, si diceretur volam, las, lat, pro quibus dicitur velim, lis, lit. Edo autem cum deberet edis facere, synopata d, & e, & i, conglutinatis in ei diphthongo n, & hac conuertit in e, productam, facit secundam personam esse, ne si diceretur edis, esset dubitatio an haberet e, correptam, vel productam. Tertia vero persona nascitur a secunda, addita t, ne si s, mutaretur in t, quod sit in ceteris, vt doces, cer, autaretur esse coniunctio, cum diceretur es, et. In plurali autem numero ferat hoc verbum regulam tertiæ coniugationis, & in omnibus quæ nascuntur a prima persona. In omnibus vero, quæ a secunda persona nascuntur, corripitur ut esto, estote, essent, esse.

De formis prateritorum in generali.  
Cap. CIIII.

In verbis primæ coniugationis, prateritum semper excipit suum presentis una syllaba, ut amo, amaui. Excipit duobus, iuvo, iuui, & lauo, laui, in quibus etiam ex his composita intelligemus. Et in omnibus dissyllabis verbis, quibus interposita est consonans, si sint pares syllabæ, in praterito, & in presentis, semper penultima prateriti producitur, vel natura, vel positione, ut iuvo, iuui, rego, rxi. Si vero nulla consonans interueniat in principio, semper corripitur penultima prateriti, ut luo, laui. Excipit istis, isteno, stuxit suo, fluxit: neo, neui. Rursus cum autem à trissyllabis presentibus sunt dissyllaba praterita, producitur penultima prateriti, ut sedeo, di. In crescentibus vero prateritis, si fiat repetitio principij, tempora penultimæ, & antepenultimæ presentis, servantur semper in penultima prateriti, ut curro, cucurri; posco, poposci. Excipiuntur hic pelo, pepulsi; tango, pungo; disco, percello, rundo. Et vide quod in prateritis geminantibus principium, semper prima corripitur. Nota quod percello, perculi, ponitur inter ea, quæ non geminat principium, sicut nec finem, quod puto factum esse propter simplex cello ceculi, quod cum alijs deberet excipi. Item melius est dicere cecidi, quam cedi. Formæ erga prateritorum octo sunt. Quarum prima est in ui, ut amaui, & est quatuor coniugationibus communis. Secunda, quæ est in secunda, tertiæ tantum, & quartæ conuenit, intercepta u, consonante, ut cupiui, cupij; audiui, audij. Tertia vero, quæ est in ui, diuisas, communis quoque est omni coniugationi, ut secui, habui, posui, aperui. Quarta quæ est in si, & quinta quæ est in xi, conueniunt & secundæ coniugationi, ut risi, auxi, & tertiæ, ut lusi, duxi. Et quartæ, ut hausi, sanxi, & iuxi. Sexta vero definit in i, antecedente consonante, quæ in presentis tempore ante o, uel eo, uel io, inuenitur, communis est omni coniugationi, vt iuvo, iuui; video, vidi; bibo, bibi; repetio, repeteri. Septima est, quæ geminat consonantem in principio, in prima coniugatione vt dedi. Et in secunda, vt momordi. Et in tertia, vt didici. Octava quæ geminat consonantem in fine inuenitur in tertia coniugatione, vt credidi. Omnisigitur penultima prateritorum terminantium in vi, produciunt, vel natura, vel positione. Omnis autem penultima prateritorum terminantium in ui diuisas corripitur, vt verui. Omnis quoque penultima terminantium prateritum in si, produciunt vel vel natura, vel positione, vt risi, arsi. Rursus omnis penultima terminantium in xi; produciunt, quod si habeat e, produciunt natura, aliter vero positione. Quæ vero seruant consonantes presentis temporis postas ante o, vel io, penultimas habent longas natura, vel positione, quæcumque sint in presentis, vt iuvo, iuui. Excipiuntur bibi, & scidi, & composita, ex his penultimas corripientia.

De formatione prateritorum, ac supinorum primæ coniugationis.  
Cap. CV.

Radix itaque generalibus prateriti perfecti regolis, tradit & speciales regulas secundum diversitas coniugationes. Igitur omnia verba primæ coniugationis, tam a diuisa, quam neutralia, a secunda persona indicativæ abiecit, & addita ui, faciunt prateritum perfectum, vt amas, amaui. Excipit his, quæ in ui, diuisas, faciunt, subtracta as, a secunda persona, & additis vi, vt domo, crepo, mico, frico, seco, sono, tono, veto, cubo, plico, quod, & plicui facit, & plicui, neco similiter necui, vel necui. Excipit etiam istis quatuor, steri, dedi, iuui, laui. Et excipit quæ cum sint ex his composita remanent præteritum in aut. conuertentia ui, in tum, faciunt supinum, vt amaui, amatum. Quæ vero in ui, diuisas definiunt, si e, ante o, habuerint, mutant ui, in tum, vt secui, secutum. Cum vero micui debuit facere micum, non est in visu, quoniam & a mingo, fit micum. Excipitur plicui quod facit plicum, & quæ ex eo coponuntur, vt explicui, explicitum. Cætera vero quæ cum in vi, diuisas definiunt, non habent e, ante o, in presentis, vi, conuertit in tum correpta penultima, & faciunt supinum, domum, domitum, steri vero facit statum, supinum, penultima producta, quomodo dedi datum; correpta penultima. Et vide quod omnia nomina a sto, derivata, a, penultimam, vel antepenultimam corripunt, vt status, a, um, & stabilis, statim vero apud Statium inuenitur penultima, producta. Composita autem a sto, variè proferunt supina, vt astrum, astatum. Si militer & in ceteris. Iuui quoque facit iutum, & adiui ad iutum, laui quoque lautum.

Omnia verba terminantia in eo, secunda sunt coniugatio... Mnia verba terminantia in eo, secunda sunt coniugatio...

Ab hoc de eodem. Cap. CVII.

Mnia autem alia verba secunda in deo, prateritum faciunt per ui, diuisas, & eo, mutata in i, & assumpta tum, debent facere supinum, vt candeo, candui, canditum. Ra...

habent consonantem aliam coniunctam ei, in eadem syllaba, vt fleo, & exceptis compositis ab oleo, vel leo, quod non est in via, vt deleo, redoleo, quod tamen fecit redolui, & redoleui, similiter, & ab oleo,

De regulis verborum tertia coniugationis, que desinunt in io. Cap. CVIII.

Post hoc progreditur ad tertiam coniugationem. Et primo quidem dicit de illis, que desinunt in io, sed prateritum aiod, dicens i, posita ante, o, consonans est, in prima persona, vt aio. Et similiter in tertia plurali, aiunt. Ait vero, dicit esse presens, & poni pro praterito. Ad vltimum dicit non esse tertiz coniugationis, licet plerique estimant, sed quartae, eo quod impatiuus eius inuenitur terminans in i, vt apud Neuium dicentem. An data est sponsa perignans, vel ai, vel nega. Addit quoque, quod vnum inuenitur in io, vntecedente, in quo. Est autem tertiz coniugationis, quia Terentius ponit imperatiuum eius inque, & secundum tertiam inuenitur tota fere eius declinatio. Fere dicitur, quia omne verbum tertiz coniugationis si habet i, ante, o, in presenti, futuatur etiam i, in futuro, vt facio faciam, pro eo ergo, quod inquit debuit facere inquam, habet frequentissime inquam, deficit autem in supino, licet prateritum sit inquit, inquit. Agit autem postea de verbis tertiz desinentibus in io, secundum ordinem consonantium praepositurum. Et primo de illis, que habent, e, ante io, est ergo regula, quod omnia verba tertiz coniugationis desinentia in cio, antecedente, a, mutant eam in e, pro ducunt, & abiecta, o, faciunt prateritum, vt facio, feci, iacio, ieci. Composita quoque ex his, licet mutant in presenti a, in i, seruant tamen regulam prateriti, que est in simplicibus, vt officio, officii. Que autem desinunt in cio, antecedente i, mutant eam in e, & cio, in xi, & faciunt prateritum perfectum, vt aspicio, aspexi, excepto elicio, quod facit eliciui. Ex illis autem que habent, a, ante cio, faciunt supina a presenti io, conuersa in tum, vt facio, factum, iacio, iactum, nisi quod composita ex his, que in presenti mutant a, in i, in supino, a, verunt in e, vt factum, iactum. Que vero terminant prateritum suum in xi, conuertentia xi, in tum, faciunt supina, vt aspexi, aspexitum. Elicui vero facit elicuium. Rursus in dio, inuenitur, vnum tertiz, fodio, fodi, & supinum fossium. Omnia verba, que in di, faciunt prateritum perfectum, supina faciunt in tum, vt prandi, pransi sum. Excepto dedi, & ab eo compositis. Addit quod deponentia in dior, faciunt supina in tum, vt ordior, orsum. In gio, autem desinentia producta antepenultima, & ablata o, extrema, faciunt prateritum, conuersa o, in tum, faciunt supinum. vt fugio, fugi, fugitum. Verba quoque tertiz coniugationis desinentia in pio, antecedente ca, mutant, a, correptam in e, productam, & abiecta, o, & producta, i, faciunt prateritum perfectum, vt capio, cepi. Supinum autem, tam eius, quam omnium terminantium prateritum in pi, vel pui, vel iui, proferunt per pui, vt cepi, captum, scalpsi, calptum, emi, emptum. Rapio quoque, & ex eo composita proferuntur, per ptum, vt raptum, correptum. Desinentia in pio, antecedente co, o, in vi, conuertunt, & producta penul. faciunt prateritum, vt cupio, cupiui. In vi, velo diuisas faciens prateritum inuenitur vnum, rapio, rapti, & ab eo composita. Et praterita sapio, sapiui, vel sapui. Funt autem supina a cupiui, & sapiui, mutata vi, in tum, vt cupiui, sapiui. In rio, quoque inuenitur vnum, pario, perperi, & ex eo composita. Supinum eius est partum, licet dicatur pariturus, assumpta, i, in compositis tamen mutatur, a, in e, in supino, vt reperitum.

De catervis habentibus vocalem ante, o. Cap. CIX.

Deponentia in rior, inueniuntur duo, & composita ab eis, orior, oreris, vel oriris, morior, moteris, vel moriris, ram secundum tertiam coniugationem, quam secundum quartam. Supinum ab orior, est orrum, licet dicatur otiturus. A morior, cum futuri participium inueniatur moriturus, factum est participium prateriri mortuus, geminata, u, pro mortuus, vel moritus, quod magis esset regulare. Desinentia in rio, faciunt praterita per si, geminata, si, vt quatio, quassii, qud tam non est in vsu, incutio, incussi. Et vide qd licet in quatio, scribatur, t, habet tamen sonum, c. Dicitur. Remigius, qd quotienscunque duae vocales sequuntur, t, altera quarum semper existat, i, habet, t, sonum, c, nisi precedat, s, vel, x, vt quatio, commixtio. supina aut sunt a prateritis praedictis, i, mutata in tum, vt quassum, vnde quassio, as. In rior vnum inuenitur deponens, prior, ta tertiz, quam quartae coniugationis, cuius supinum in ita, desinit penul. producta, positum. Item verba in vo, diuisas desinentia, quacunque antecedente consonante mutant, o, in i, & faciunt

faciunt prateritum perfectum, vt acuo, acui, Exceptis struo, struxi, pluo pluui, & ex his copiosissima vero supina faciunt conuersa, i, in tum, & producta, u, penul. vt acui, acutum, Excipiuntur ratur, qd corruat penul. & qd probat erutus, & ditutus, vel etiam ratur, quod habet, i, & qd probat raturus. A spu, & metuo, & pluo, debuerat esse spui, & merutum, vel inuitutum, & plutum, licet non sunt in vsu. Caetera vero in no, terminantia, mutant extremam syllabam prateriti in tum, vt, struxi struxit, liqui lectum, excipitue fluxum. Desinentia in vo, v, loco consonantis posita, penultima desinente in i, extremam, o, conuertunt in, i, & faciunt prateritum, vt soluo solui, voca. In vero naturaliter facit antecedente, uo, conuersa in xi, sicut prateritum, vt vno vixi. Que vero ex praedictis faciunt prateritum in ui, conuertunt, in tum, u, redente in vocalem, vt solui solutum. Que vero in, xi, mutant xi, in tum, vt vixi, vixitum.

De habentibus consonantem ante, o. Cap. CX.

Verba desinentia in bo, vocali longa antecedente, bo, conuertunt in pi, faciunt prateritum, vt scribo scripsi. Caetera vero terminantia in bo, mutant, o, in i, in praterito vt bibi. Excipiuntur inebumbo inebui, & tertiz coniugationis composita a cubo. Que vero ex praedictis terminant prateritum in phi, mutata phi, in tum, faciunt supina, vt scripsi, scripsitum. Que vero terminant prateritum in bi, assumunt tum, vt bibi, bibitum. Deponentia in bor, desinentia, mutant bor, in plum, & faciunt supinum, vt labor, lapsum. Desinentia in co, antecedente, n, abiecta, u, & o, conuersa in i, faciunt prateritum, producta penul. vt vincto, vincti. Si vero, s, praedat mutant sco, in ui, nisi sint inchoatiua, que caret praterito perfecto, vt queisco que ui, prater conuictico, qd facit conuicti, & compositi, dispe, scit, dicit, poposci, & eius composita. In co, vero desinentia, vocali naturaliter longa antecedente in xi, prateritum faciunt, vt dico dixi, antecedente vnum inuenitur, parco, qd facit perperi, vel parsi. Leo quoque penul. breui in presenti proferunt, quam produciunt in praterito, & mutat, o, in i, vt leo, icis, vnde icus. Supina in ci terminantium prateritum i, in tum, conuertunt, vt vici, viciui, eadem etiam regulam seruant, liqui licet, & eius composita. Que autem in vi, syllabam proferunt, prateritum, mutant eam in tum, vt requiesci, requiescitum. Cogno sco vero, & agnosco, irregulioris vi faciunt cognitum, & agnitum. Pafco, facit partum. Compesco, depesco, dilco, & potico, a presenti supinum faciunt, compescio, potescio, & addita ui, vt compescitum, scitum. In xi, autem faciunt secundum regulam in xi, terminantium, mutando xi, in tum, vt dixi dictum, duxi ductum, peperi, vel parsi facit partum. Desinentia in sco, in antepenultima, velle, vel i, correpta habentia, faciunt supina in tum, vt pacifcor, pacifcorum. Nauticor, nauticum, abiecta etiam n, vnde fit quod habeat, a, penultimam naturaliter breuem, licet producatur postione. Alia autem desinentia in sco, habentia in antepenultima, vocales naturaliter longas, faciunt supina in tum, abiecta, e, vt nator, natum. Exceptis desecior de fedum, compositis cor commentum, adipsicor adeptum. Desinentia in do, si habuerint penul. longam naturaliter, do, conuertunt in si, vt ludo lusi. Excepto cedo cessi, quod geminauit, s, & exceptus cedo cecidi, pedo pepedi, & fido, cuius prateritum non inuenitur, & cudo, quod facit rationabilibus cudi, licet secundum alios faciat cudi, & strido, quod facit stridi. Que vero componuntur a praepositione & do, duplicant di, in praterito, vt reddo, reddidi. N, vero ante do habentia, o, mutant in, i, & faciunt prateritum, vt si aute, n, habuerint, u, vel, i, amittunt, n, vt fudo fudi, scindo scidi. Caetera vero seruant, n, vt pando pandi, tendo tendi, tundo tundi. Cado quoque ne nomen esse patetur ( dicitur enim cadus cadi) facit cecidi. Illud quoque addit, quod composita a duplicantibus syllabas in praterito non duplicant penul. syllabam, exceptis compositis a do, vt prodo prodidi, vel a sto, vt resto restitui, vel a disco, & posco, vt dedico, dedidici, reposito repositi. Addit vero quod excipitur, etiam diuisi. Supina vero compositorum a do, si sint tertiz coniugationis, sunt mutata, o, in i, correptam, & assumpta tum, vt reddo reddiditum. Item verba tertiz in do, desinentia, exceptis compositis a do, das, do, mutant in tum & faciunt supinum, vt cedo cessum. Cado etiam facit casum, producta tamen penul. Est enim regulare, quod in omni supino vel participio prateriti, produciunt, a, penul. exceptis statum, satum, & ratum. Illud quoque addit habentia, n, ante, do, si amittunt, n, in praterito, amittunt eam in supino. Et si sit penul. breuis in praterito, geminat, s, vt scindo scissum. Sin autem producatur habet vna, nisi quod cedo, & pando, faciunt cessum, & passum, geminata, s, il. Quod n. dicitur a pado pansum. (Vnde. Expansus in cruce manibus) ratione caret, cum dicat autor, quod pando, & pario, faciunt passum. Non est ergo dicendum expansus, sed expassus

Pedo autem supinum non habet. Sed comedo facit tam comestum, quam comestum. Similiter tendo tensum, & compositum inde, ostendo. Similiter strido, & fido, desinunt in supinis. Addit rursus vnum esse anomalum edo es, quod antiqui dicebant, edo edis, penul. correpta, vnde comedo comedis. Supinum autem eius debet esse esum, vel estum, quo nunc raro vituntur.

Ab hoc de eodem. Cap. CXI.

Mnia verba desinentia in go, mutata go, in xi, faciunt prateritum, vt pingo pinxi. Exceptis desinentibus in go, antecedente, r, que conuertunt go, in si, vt mergo merxi, nisi sint a regendo composita, quae licet in presenti patiantur syn copam, e, penultimam, seruant tamen ca in praterito, vt pergo, perexi. Excipiuntur etiam frango, ego, lego, & composita inde, que sequuntur simplicia in praterito, prater negi, go, intelli go & diligo. Pango quoque cum facit pegi, vel pepigi, excipitur, cum facit panxi, de regula est. Excipiuntur praterita tango pango pupugi, quod tamen facit punxi, & composita ex his. Supina in si, terminantia in praterito, per sum, proferunt, vt merxi mersum. Alia vero omnia in gi, vel xi, supina faciunt in tum, vt rexi, rextum, legi lectum. Et vide quod pango, pro ca no, caret supino, in alij significationibus facit partum, sigo fixum facit. Abieciunt tamen, u, quae, a, vel, i, ante m, in penul. presens habent vt figo factum, prater cinctum tinctum, & coru composita. Ango quoque, d. sterentia causa seruant, n, vt antictum, quod non est in vsu, sed quidam protulerunt anuus, eius participium. Deponentia in gor, mutant or, in tum, & faciunt supina, vt fungor factum. In ho, desinentia mutant ho, in xi, & faciunt prateritum, vt traho traxi, & secundum supradictam regulam xi, in tum, proferunt supina, vt traxi traxitum. Verba terminantia in lo, in i, faciunt prateritum, vt alo alui. Exceptis duplicantibus, que si a muta incipiunt geminant princi palem syllabam, vt pello pepuli. quorum tamen composita non eam geminant. Alia vero duplicantia, ante, o, alia inquam ab his que incipiunt a muta, conuertunt, o, in i, vt vello velli, vult si, q non est regulare. Et ex hoc potest haberi quod, o, consonans non est muta. Percello quoque facit perceli, & excellio excelli, vel vt alij dicunt, excellui. Supina vero ex habentibus vnam, i, exeunt in tum, vt colo cultum. A duplicantibus autem, i, nascentia, exeunt in tum, vt fallo factum, pello pulsum. P fallo tamen non habet supinum, nec tollo, nisi quod pro supino eius, vituntur sublatum, similiter nec volo. Desinentia in mo, vocali longa antecedente mutant, o, in pi, & faciunt prateritum, & si in tum, conuertentia faciunt supinum, vt sumo, sumpsi, sumptum. Caetera vero in mo, per vi, diuisas exeunt, vt gomo gemui prater emo emi, & vi, in tum, proferunt supina, vt vomitum. Emo autem facit emptum. Pemo in si, secundum regulam facit praesum. Verba tertiz coniugationis desinentia in no, faciunt prateritum per vi, syllabam, vt sino siui. Exceptis desinentibus in no, antecedentibus, o, vel g, que per vi, diuisas faciunt prateritum, vt pono posui, gigno genui, quomodo & composita a cano, vt succino succinui. Et exceptis desinentibus in no, antecedente, m, que conuersa no, in pi, faciunt prateritum, vt temno tempni. Supina vero a terminantibus prateritum in vi diuisas sunt, subtracta, u, & addita ui, correpta pen. vt posui positum. Composita a cano, seruant terminationes simplicis, conuersa in e, Cantum, dicitur in simplici, & succentui in composito, tempni vero facit tempnum, Que vero faciunt prateritum in vi, syllabam, mutant eam in tum, vt siui, situm.

Iterum de eodem. Cap. CXII.

Verba desinentia in po, antecedente m, subtracta m, & o, conuersa in i, faciunt prateritum penul. producta, t, rui po, rui. Que autem habent e, breuem, penul. mutant o, in vi, diuisas, vt strepo strepi. Que autem habent i, vel r, vel e, productam ante po, o, in si, conuertentia faciunt prateritum vt scalpo scalpsi. Supina vero a terminantibus in pi, sunt mutata, i, in tum, vt rupi ruptum. A desinentibus vero in diuisas vi, faciunt subtracta, u, & addita tum, vt strepi, strepitum. Ab exeuntibus vero in pi, sunt mutata si, in tum, vt scalpsi scalpsitum. Verba desinentia in ro, terminant prateritum per vi, syllabam vt tero triui, nisi quod composita a sero, ris, si mutant significationem simplicis proferunt prateritum per vi, diuisas, vt desero, deserui, & exceptis gero gessi, vno, vlli, curro cucurri, & que componuntur ex his. Vero n. secundum Seruunt versi facit, secundum Carisium autem verri, quod vsus comprobatur. Supina vero a terminantibus prateritum in vi, syllabam sunt mutata vi, in tum, vt triui, tritum, nisi quod seui, habet etiam pro, e, a, penul. correptam. Dicitur. n. satum, pro serum. Ab eo quoque composita habent, i, pro, a, vt in situm, & similia. Deserui vero, & inserui, & exerui, faciunt deseruum, & inseruum, & exeruum. Vlli quoque facit vsuum. Que vero duplicant, r, in praesenti ante



ti ante, o, ro, cetera in sum, faciunt, supinum, vt vero verum. Verba tercia in so, desinentia, conuertunt, o, in, i, & assumpta...

De verbis, quarta coniugationis. Cap. CXIII.

Mnia verba actiua, vel, neutralia quarta, desinunt in io, ex ceptis eo, & quo, & veno, & qua sunt ex his coposita. Omniaque, que a secunda persona presentis abieca vli...

De Participio, & vtrum sit pars orationis per se. Cap. CXIII.

Excetis itaque duabus partibus orationis principalibus i. Nominis, & Verbo, tractat sublequenter de Participio, quia proprietates accipit a nomine & verbo. Vnde participium dicitur quasi accipiens partes. i. proprietates a predictis partibus. Et dixerunt quidam non esse partem orationis...

re. Pauca etiam cum accusatiuis, & figuratiue, vt exofus bella. Ideo autem figuratiue, quia exofus, ponitur ibi loco participii...

De definitione participij. Cap. CXV.

Sic ergo participium est pars orationis, quae pro verbo accipitur. i. vel vbi poni non potest, at, vel vbi, non adeo commode. Et quoniam vnum verbum ponitur pro alio, vt colo, pro amo, vel aro, vel habito, subiungit ex quo & deriuatur...

De origine, & formatione participiorum. Cap. CXVI.

Itic itaque, quoniam participium quod est tam praesentis, quam praeteriti imperfecti, nascitur a prima persona verbi praeteriti imperfecti, conuersa iam, extrema syllaba in ns, vt amabam, amans. Quod ideo factum estimo, vt idem, & communis possit esse formationis modus...

us. Huiusmodi tamen etiam actiue inueniuntur, vt cgnatus sum piscem. Itaque si deficiit supina, desiciunt quoque & praeteriti temporis participia, & ea quae sunt futuri in rus, desinentia. Adiungit quoque, quod quorumcunque tempora desinentia sunt verba, & eorumdem temporum participia desiciunt, vt odi in praesenti quidem deficit, quare & in participio praesentis temporis. Quomodo tamen odi licet sit praeteritum, accipitur etiam pro praesentia quoque usus, vnde exofus compositum est, & pro praeterito & praesentis ponitur. Memini tamen quauis sit praeteritum, quia & p praesenti accipitur facit memineus participium, quod & pro praeterito ponitur. Addit ergo quaedam habere formam participiorum, quae quia sine tere...

De accidentibus participij, & primo de genere & casu. Cap. CXVII.

Participium autem accidentia sunt sex genus, & casus, tempus, significatio, numerus, & figura. Dicit itaque quod participio accidit, & genus masculinum, vt amatus, & femininum, vt amata, & neutrum, vt amatum. Quonia quoque ceterum generum accidit participio, vt hic & haec, & hoc amans, non, n. accidit ei commune duum generum, neque epichonem prohibente natura. i. significatione participij. Quoniam n. participium retinet, quodammodo verbi significationem, cuius est generi omni nominum indifferenter adiungit, sicut & illud quod autem dicit participia pene habere vim adiectiuorum. Ideo dictum est, quia licet adiaceant parti cepia, significat tamen cum tempore, quod fieri adiectiua nomina nullo casu desiciunt, ita nec participia. Addit quoque, quod participia declinantur per similitudinem nominum desinentium in ns, vel mobilium desinentium in us. Sicut n. dicitur hic, & haec & hoc infons infontis, ita hic, & haec, & hoc legens legentis. Et sicut albus, ba, bum, ita lectus, ta, dum, &c. Excepit illis quae sunt a verbis quarta coniugationis in eo desinentibus, vt icnatis, quoniam quentis.

De tempore participij. Cap. CXVIII.

E tempore vero dicit, quod eadem tempora accidit participijs vox & verbis infinitis, hoc autem ideo, quia sicut eadem vox infinitiui est praesentis temporis, & praeteriti imperfecti, vt osculari, ita & eadem vox participij, vt osculans, & sicut oscularum esse vel fuisse, est & praeteriti perfecti, & plusquam, ita & oscularum. Et sicut futuri infinitiui est oscularum, ita quoque & oscularum futuri participij. Addit vero quod cum sicut quique significationes verborum actiua, passiva, neutra, communis, & deponens. Ab actiua quidem & neutro sunt participia praesentis & futuri temporis, sed in actiua significatione, semper apud nos desiciunt participia praeteriti temporis, pro quibus tamen vtiuntur nomine infiniti, qui, & verbo praeteriti temporis, vt qui amauit. Nam participium praeteriti temporis, etiam actiua significationis debuit significare, & substantiam agentis, & actionem praeteritam, itaque illa cum locutione, perfectae sententiae completum. Verbum quoque passiuum facit ex se duo participia, alteri. i. praeteriti temporis, vt amatus, & alterum futuri, vt amandus. Deficit autem semper apud nos in participio praesentis temporis, quod tam complemper per nomen infinitum, quia, & verbum passiuum praesentis temporis, vt qui amatur. Per qui nanque substantia per amatur passionem praesentem intelligimus. A neutris vero sicut diximus, sunt duo participia, alterum praesentis, vt stans, alterum futuri, vt staturus. Quaedam tamen neutrorum inueniuntur etiam habere participia praeteriti temporis, vt ceno cgnatus, prandeo prandus, & similia. Et puto in illis hoc solete neutris contingere, quae significant actum transeuntem in rem non rationalem, ob hoc illam habent verba passiva, sed in tercia tantum persona, vt ceno piscem, dicitur & similiter, piscis cgnatur. Inde est quod inueniuntur participia praeteriti temporis, & passiuae significationis cgnatus, vt piscis cgnatus a me, quod tamen etiam quoniam a verbo neutro est, ponitur & actiue vt cgnatus sum, i. cgnauit. De neutris passiuis quoque dicit per se, quod habent participia trium generum, vt gaudeo, gaudes, gauisus, gauisurus. A verbo autem communi quatuor nascuntur participia. Vnum praesentis temporis, vt criminans, quod actiue tantum est significationis. Alterum vero praeteriti temporis, vt criminatus, quod tam actiue quam passiuum est, vt criminatus sum, & criminatus ab illo. Tertium vero tantum actiue, vt criminaturus. Quartum tantum passiuum, vt criminatus. A deponenti rursus sunt tria participia. Vnum praesentis temporis, vt sequens. Alterum praeteriti, vt secutus. Tertium

futuri, vt secuturus. Addit quoque, multa ex verbis apud nos hodie deponentibus, apud antiquos fuisse communia, vt & participia eorum praeteriti temporis, & in actiua inueniuntur significatione, & passiva, vt auxiliior, & auxiliarius illum & ab illo.

De significatione, numero, & figura. Cap. CXIX.

Participio accidere dicitur significatio. Sed puto quod significatio participij dicitur, hic non eius significatum, sed modus significandi, vel actiue, vel passiuae, vel aliter, quem & a verbo suo contrahit, & accidentalem esse participio patet. Si quis autem obiciat quod alius modus est significandi in nominibus substantiue, alius adiectiue. Ideoque significationem debere similiter accidere nomini, sciat quod illi modi significandi, nomini sunt quasi substantiales, vnde & diuersas faciunt nominis species. Quae autem ad numerum pertinent, ex tractatu nominis requirunt. De figura dicit participia accipiunt figurata a verbis quod participium per se nunquam componitur. nisi praeteritum compositio verbi, cuius est participium, siue sit compositum, siue decompositum. Subiungit itaque quod participia simplicia sunt vel decomposita plerumque, quod dicitur propter illa participia quae non seruant iuncturam compositionis, vt contingit non facit continctus, sed contractus. Seruat itaque iuncturam simplicis participij tactus, non iuncturam compositionis sui verbi, quod cum sit compositum debet dici, non decompositum. Enumerat postea formas participiorum praeteriti temporis, quae sunt septem. In rus, ctus, ptus, stus, sus, ptus, xus. Et nota quod ab halo quoque halauit, & spiro spirauit, sunt nomina participia halitus, & spiritus, similia participij praeteriti.

De Pronomine, & eius significatione. Cap. CXX.

Hoc aggreditur Priscia, tractatum Pronominis, cum Donatus statim post nomen tractat de ipso. Videns ergo Donatus, quod nomen ideo praeteritum verbo, quia substantiam significat, quae prior natura est propria verbi significatione, praeiungit quoque ratione consimili pronomine, quia substantiam significat, debere verbo praeponi. Auctor tamen iste considerans, quod pronomine, causa verbi, sicut postea demonstrabitur, reperitur est. Quod autem participium a nomine & verbo contrahit proprietates, merito statim post nomen, & verbum debuit poni, vt etiam rationem sui nominis seruaret. Pronomen itaque quartum merito obtinuit locum. Distat autem inter nominis & pronominis significationem, quod illud quidem substantiam & qualitatem significat, istud vero meram substantiam. Nam substantia tribus modis accipitur. Vno modo sumitur a substantiando. Et dicitur a Graecis hipostasis, ab hip, quod est sub, & stasis, quod est stans, vel status. Hoc modo primordialis natura, quia formis omnibus substat, merito dicitur substantia. Dicitur alio modo a subsistendo, & dicitur a Graecis vstosis, i. subsistentia, secundum quam acceptionem conuenit formae, cuius modi est humanitas, quia sub se sicut quodammodo fluxum materiam, quam informat, sicut ex artificialibus possumus intelligere. Ecce n. antequam ceram imprimatur figura, in fluxu quodam est, & confusione, quia quamlibet formam potest accipere. Cum vero figura ei imprimatur, iam ab illo fluxu retinetur, quoniam certam assumit formam, vt dum illam retinet, recipere non possit aliam. Dicitur ergo tertio modo substantia a subsistendo, quae a subsistendo. Et tunc dicitur a Graecis vsta, a nobis autem proprie essentia, secundum quam conuenit composito ex vtroque. i. rei. Ex materia quidem proprietatem contrahit substandi, ex forma quidem subsistendi, propter enim materiam formis tam substantiabilibus quam accidentalibus habet substatere, propter formam vero determinatum quid est & distinctum, quod est rem ipsam subsistere. Nomen ergo significat substantiam, & qualitatem. i. rem, vt forma subsistentem, siue illa formam habeat vt homo, siue non habeat, vt albedo, hoc enim nomen ita rem suam discrete significat etiam determinate, quasi formam qua ab alijs rebus discernatur habeat, quam uis tamen nullam habeat formam, quia formae nulla forma est, Pronomen vero significat substantiam sine qualitate, i. significat rem vt substantia. Vnde & in libro constructionum suppositum dicitur significare, quia non formam, sed formae rem, vel sicut formae suppositam, sine formae tamen respectu significat. Dicitur ergo meram substantiam significare, non quae informat, & ab oi qualitate exuta, hoc n. est vt materiam primordialis significat, sed quia re vt substantia, & sine respectu formae significat. Cum ergo dicitur Virgilius scripsit Bucolica, idem scripsit Eneida, hoc nomen, idem, rem illam quam hoc nomen Virgilius, ad quod refertur, significat, sed tantum vt substantiam, & sine qualitate respectu.



De diffinitione, & proprietate pronominis. Cap. CXXI.

Ita ergo pronomen est pars orationis, quae accipitur pro nomine proprio vniuersali, quod totum quoniam infinitis nominibus euenire videtur, ut ei quod est, qui adiuugie, personaeque finitas recipit, quod non habet qui. Sed quaeritur, cur dicatur pro nomine proprio, magis quam pro appellativo: ad appellativum namque saepe refertur, ut cum dicitur, homo currit, idem disputat. Ad quod dicendum est, quod appellativum nomen, & habet significatorem communem qualitate, & habet hoc officium, ut ostendat de qua specie rerum, vel genere sit id de quo est sermo, ergo nec significatorem, nec officium pronomen ponitur pro nomine appellativo. Nomen vero proprium significat propriam qualitatem, & est eius officium ostendere de quo sermo est, sperando illud ab omnibus alijs, quamvis hoc saepe non fiat, equivoce ut impeditur. Pronomen vero, quod significatorem proprii nominis non habet, eius tamen officium habet, id est determinat. & si paratur ab omnibus alijs ostendit, de quo sermo est. Quamvis ergo referatur appellativum, non tamen pro ipso ponitur, sicut demonstrativum est, sed pro proprio nomine ponitur, hoc est ad complectendum officium, quod faceret proprium nomen, si ibidem poneretur. Et ideo dicitur proprium esse pronominis ponitur pro nomine proprio. Sed quia quandoque appellativum nomen auctoritative i. per excellentiam pro nomine proprio ponitur, ut Vhs pro Roma. Ideo addit Priscianus, quod praeter hoc, proprium est pronominis, certas significare personas, hoc est determinare circa substantiam, utrum de se loquatur ipsa, an aliquis ad eam vel de ea, & quantum facit appellativum nomen positum pro proprio. Sed opponitur, quod quando pro nomine refertur ad appellativum nomen, non significat determinate, quia nec nomen ad quod refertur. Sed dicitur, quia illud determinat significat, quod nomen, ad quod refertur, & hoc proprium pronominis est facere. Immo cum dicitur, homo legit, idem disputat, nomen quod praefertur, ad certitudinem personae vult trahere. Illud quoque videndum est, quod pronomen duabus de causis loco proprii nominis ponitur, pro necessitate in prima, & secunda persona, quia omne nomen terciae personae est, & pro commoditate, in tertia. Dicitur namque Socrates legit, quamvis dici possit, & Socrates disputat, tam commodius est dicere, & ipse disputat, ut determinetur, de eodem Socrate dictum esse, quamvis fiat & alix quamplures causae inventionis pronominum, ut Diferentio, Demonstratio, Illatio.

De accidentibus pronominis, & primo, de specie. Cap. CXXII.

Post hoc enumerat pronominis accidentia, quorum quaedam sunt secundariae significationes, quaedam vero communes vocum proprietates. Inter hoc autem, Demonstrationem, & Relationem non enumerat, quia pronomini sunt quae substantiam, quoniam propter demonstrationem, non enim est differentiam reperita sunt, licet tamen dicat hoc omni pronomini accidere, ideo quod principaliter significant substantiam secundario illa. Accidunt itaque pronomini sex, species, persona, genus, numerus, figura, casus. Quid sit autem species & categoriae, ad speciem pertinet, ex tractatu nominis requiritur. Octo igitur dicitur esse pronomina primitiva. Ego, tu, sui, ille, iste, hic, & ipse. Haec omnia dicit primitiva esse, vel simplicia, i. in primitiva esse, quod & simplicia, ut illud, vel, subiunctivum ponatur. Non autem dicit ea simplicia esse quantum ad figuram, sed quantum ad sensum. Derivativa namque duplicem habent significationem, ut meus, quod significat possessorem, & possessionem, primitivum simplicem, i. unam habet significationem, similiter, &c. Vel quia quaedam apud Graecos aequipollentia quibusdam istorum sunt composita, ideo ad differentiam istorum, dicitur haec esse simplicia. Consequenter dicitur, septem esse derivativa. Meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras. Sed quaeritur, cur idem, nec inter primitiva, nec inter derivativa enumerat. Quod vel ideo facit, quia derivatione accepit strictius more suo, ut non complectatur composita, vel fortasse quasi pro eodem pronomine reputavit simplex pronomen is, & idem, compositum ab eo & demum, per apocopaum, Concludit itaque Priscianus, esse pro nomina quod dicitur propter quis, quibus, & quantus &c. quae Donatus pronominum esse putavit, imple autem nomina.

Cur Donatus quis, qualis, & quantus, putavit esse pronomina Priscianus autem nomina. Cap. CXXIII.

Quibus itaque inspicitur, quod formas rerum sequuntur pronomina. Omne etenim nomen ex communi qualitate datus est rei, vel ex propria, ut hoc nomen, homo, datum est ab humanitate, hoc nomen Plato, a qualitate propria, quae sicuti nominis

Platonitas appellari potest. Cognovit itaque, quod, quis, cum interrogatum sit substantiam, substantiam significat. Et quia qualitas sine communi, haec propria est, & determinat, quis, nunquam interrogatum est, confite, & nihil determinando significat, concludit quod, non non qualitate, sed substantiam sine qualitate significat. Hoc autem inquit proprium est pronominis, ideoque quis, pronomen est. Praeterea inquit, cum, quis, ponitur interrogatum, omnia comprehendit nomina, quae possunt ad ipsum responderi, & quodammodo pro eis ponitur. Cum enim quaeritur, quis hoc fecit, idem est ac si quaeratur, utrum Socrates fecerit illud, vel quis alius. Et quoniam inquit proprium est pronominis pro nominibus ponitur, ideoque, quis, pronomen est, haec sola de causa, non significatio nis ratione, putavit qualis, & quantus, & cetera huiusmodi, esse pronomina. Priscianus tamen rem aliter inspicit, & quamvis, n. quis, substantiam sine qualitate significat, quia tamen substantiam inquit infinite significat, non debet putari pronomen, cuius est finite substantiam significare. Praeterea inquit, quamvis qualitas rem determinet, nihil tamen infinite significat certitificat. Quis, vero sicut infinite substantiam, ita etiam infinite qualitate significat. Quis, n. interrogative positi, nuntius ad quamlibet substantiam, qualiter communi qualitate, vel propria determinanda, propter quas nomen reperitur est, significat, enim infinite substantiam, & qualitatem, & non ergo potest dici pronomen. Praeterea licet, quis, comprehendat quodam modo nomina omnia, quae ad eius interrogationem possunt responderi, pro nullo tamen proprio nomine potest poni, quod omne pronomen habet facere, ideoque, quis, non est pro nomen. Quoniam vero qualis, & quantus, & cetera huiusmodi substantiam non significant, sed vel qualitatem generalem, vel quantitatem, vel aliam huiusmodi, ideo inquit non sunt pronomina. Nihil enim nisi substantiam pronomen significat, Subtilius inspicit Priscianus, & quos ille secutus est, ideoque illi acquiescendum est. Vide ergo quod quoniam pronomen suam habet propriam modum significandi, quia nulli alii convenit.

Cur pronomen in tertia persona, plures habeat voces quam in ceteris. Cap. CXXIII.

Mouet vero postea quaestionem, cur prima, & secunda persona singula habeant pronomina, cum sex habeat vocum diversitates tertia. Ad quod sciendum est, quod in prima & secunda persona idem operatur demonstratio, quae vocum operatur multitudine. Quoniam enim pronomina prima, & secunda personae demonstrativae semper significant, & rem vel praesentem, vel praesentem semper designant, adeo certa & definita est eorum demonstratio, ut diversitate vocum non egeant. Tertia vero persona non semper praesens est, vel demonstrativa. Sed quandoque designatur demonstrativum, aliquando relativum, modo praesens, ut in modo ab eis, ut ille; modo prope posita; modo longe posita; propter has ergo sex proprietates tertiae personae distinguenda, repetita sunt sex vocum diversitates necessario in tertia, ne si una vox praesentem significaret, & abentem, & esset in pronominum consilio, quod certam omnino debet habere significationem. Quod autem in prima & secunda pronominum persona, adeo certa sit demonstratio, probat ex eo quod demonstratio certa, & relatio causa est quare tria principalia pronomina nec discernant genera, nec consequenter declinentur, sed possunt, ut una vox ab alia non inspicitur: nec enim, mei, genitivus sit ab ego, nec, mihi, genitivus mei. Certa tamen demonstratio vel relatio facit ut in eadem terminatione tantum sint generum, absque confusione. Quod enim in discernendis generibus faceret, vel articulationum, vel diversitas terminationum, hoc idem in ipsis operatur demonstratio. Sicut etiam, & illud supplet, quod consequens casuum operaretur inflexio. Cum enim dicimus, ego, vel, tu, ex certa, vel praesentis, vel eius ad quem sermo dirigitur, demonstratione, an ad masculinum genus vel ad femininum ex illa prolatione pronomen pertineat, cognoscitur. Ita quoque licet mei, non inflectatur ab eo, quoniam tamen personam eius qui loquitur demonstrat, genitivus eius pronominis esse percipitur. Et hoc idem de tui, & sui, dicendum est. Cetera autem tertiae personae pronomina, & vocis qualitate genera discernunt, & consequenter declinantur, ut ille, illa, illud, illius, illi. Et vide quod illa tria pronomina ego, tu, & sui, dicuntur principalia, quoniam ad discretionem trium personarum principaliter sunt reperta, cetera tertiae personae pronomina propter diversitatem tertiarum magis reperta sunt. Non autem necesse sunt, ut consequenter habeant principalia pronomina declinationem, quomodo nomina, quorum multitudine propter forum ex quibus data sunt, diversitas, tanta est, ut si possint, nec consequenter

quenter declinentur infinite multitudinis essent, & ideo confusa, certa autem & definita demonstratio trium principalium pronominum, vel relatio, pauca admodum exigebat esse pronomina, cum idem in ipsis demonstratio certa faciat, vel relatio, quod in nominibus vocum multitudine, vnde necessarii non erant, ut consequenter haberent declinationem, immo potius, ut non haberent. Cum, n. pro nominibus propriis ponantur, quae primae tum declinationis sunt, ut scilicet, tu, tertia, non magis vni eorum terminationi succedere debebant, quam alij: vnde factum est ut necessarii evitarent consequentiam terminationis. Quae vero propter diversitas tertiarum proprietates, ne vlla incurteretur confusio cetera in diversis vocibus reperta sunt pronomina, ut omnia certa, & absque confusione essent, & diversis terminationibus discernunt genera, & consequenter habuerunt declinationem.

De pronominiibus demonstrativis, & relatiuis. Cap. CXXV.

Pro nominibus alia sunt demonstrativa tantum, ut ego, & tu, & alia tantum relatiua, ut sui. Alia demonstrativa simul, & relatiua, ut ille. Est autem demonstrativum quod reperitur est ad demonstrandam rem quam significat ex sua prolatione, ut sit demonstratio pronominis rei, quam significat ex vi prolationis suae oculis, vel intellectui certa presentatio. Relativum vero quod reperitur est ad significandum de quo praecessit sermo, vel cogitatio, nam & ad illud de quo quis cogitat, facit sit similem relationem, ut sit pronomini relatio certa quaedam, & quae si per recordationem repetita cognoscitur. Pronomina prima, & secunda personae tantum demonstrativa sunt, quae prima & secunda persona sunt ut praesens significat. Pronomina vero tertiae personae alia dicitur esse demonstrativa tantum, ut hic, & iste, alia tantummodo relatiua, ut is, & sui, alia demonstrativa sit, & relatiua, ut ille, & ipse. Tunc autem dicitur ipse relatiuum esse, quod per se, sine coniunctione pronominis primae, & secundae personae ponitur, ita tamen cum tertiae verbi persona coniungatur. Si, n. dicas, ego ipse scribo, vel tu ipse scribis, in his quidem verbis, ipse, primae personae, vel secundae est, & demonstrativum ponitur. Semper, n. ipse, alij pronomini coniunctum, recipit eius proprietatem. Potest tamen satis congrue dici, quod est ibi, ipse, & Socrates tertiae sit personae, sed per adiunctionem habet officium primae, vel secundae. Post hoc assignat differentiam inter demonstrationem, & relationem dicens, quod nomina ex vi demonstrationis primam faciunt cognitionem, ex vi relationis secundam, dicitur et demonstrationem interrogationem reddunt, primam ostendere cognitionem cum re ex interrogatione pateat dubiam, quae demonstratio pronomine subiuncto certificat. Illud quoque adiungit, quod quis ipse, referri possit ad iste, & ille, pronomina in prima cognitione non posita, tamen conuersio fieri non potest, quia, ipse, pro se positum in tertia persona semper relatiuum est. Quod autem sine interitu in pronominis alterius primis & secundis verborum personis adiungitur, ut ipse scribo, ipse scribis, quod nec nomina facere possent, nec ille, vel alia dictio tertiae, puro, quod facit discretio. Adeo, n. discretio, est, ut propter discretionem expressionem habeat adiungi per se verbo primae & secundae personae, quomodo si ei additum esset, ego, vel tu, cum absque dubio tertiae sit personae.

De pronominiibus derivatiuis sine possessiue. Cap. CXXVI.

Agitur deinde de pronominiibus derivatiuis dicens, haec septem esse. Quorum unum, i. meus, a genitivum sing. mei, primae personae formatur, duo vero noster, & nostras, a genitivum plurali eiusdem personae, scilicet nostris, vel nostris. Quartum quoque, quod est tuus, formatur a genitivum sing. secundae personae tui, corrumpitur, n. pen. quod non faceret, si formaretur a nominatiuo, tu. A genitivum rursus plurali secundae personae vestri, vel vestri, formatur duo vester, postivum, & vestras, quod gentile est, sicut et nostras. Haec autem duo, i. nostras, & vestras, circumflexo accentu debent ferri in fine. Integris, n. eorum infatis, & vestris, vebantur antiqui, quae nunc proferuntur per syncopam. Haec autem est syncopatorum regula, & apocopatorum, quod super quam vocalis erat accentus in integris, super eandem remanet, post apocopa, vel syncopam, si tamen vocalis illa remanserit, hoc autem dico propter amasti, & similia quibus non remanet. Denique a genitivum tertiae personae sui derivatur septimum pronomem, i. suus, de quo dicitur quod intrinsecus esse est vtriusque numeri, nam est possessivum possessore significat intrinsecus, possessionem extrinsecus. Possessor dicitur in arte Grammatica cuius aliquid dicitur esse. Possessio autem quod alicuius esse dicitur, sine domus, servus, siue quicquid in quolibet aut possessore, indeterminate possessio significat. Meus, ergo significat possessorem simul, & possessionem infiniti cuius aliquid. Cum, n. dico meus, significo mei, aliquid, sed quid non determino, nisi vel equus, vel aliquid aliud adiecto. Itaque possessivum significat possessorem intrinsecus, i. ex

se. Ex prolatione sua, sine vlio extrinsecus adiecto determinate significat cuius, possessionem vero significat extrinsecus, i. se cundum, quod aliquid extra sibi exigit adiungi ad determinandum, quid alicuius dicatur esse, vel sit. Pater ergo, quoniam suus, est quod possessorem significat, resolutum in genitivum primitivum, hoc est sui, qui tamen singularis est numeri, & pluralis, & ita esse est vtriusque numeri, ita ad singulari ad plurali numerum potest referri ut suus illius, suus illoius, quae tamen constructionem quaedam asserit non valere, nisi suus poneretur pro propriis. Nos autem Prisciano consentientes, congruam dicimus constructionem suus ser uos Platonis, vel istorum ministrat mihi, ita ut suus, ad genitivum, vel singularem vel pluralem relatiue dicatur. Et dicimus, quod meus, possessivum primae est personae, eo quod primam significat pro possessore, nec tamen meus, est dictio primae personae, sed tamen modo tertiae, quoniam cum tertijs personis semper construitur ex se. Si mulier movet deinde quaestionem, cum cetera pronomina possessiva deriverentur tam a singulari numero quam a plurali, cur aliqua genitiva pronomina non derivantur a pronominiibus singulari numeri, videlicet ut essent pronomina mea, & tua, quod nostras, & vestras. Ad quod equipollenter respondet, quod a singulari non poterant dici, significatione genitivum pronominum repugnante, quia scilicet patria, vel gens vnius esse non potest, sed multorum possessio.

De differentijs inter nomina derivatiua, & primitiua. Cap. CXXVII.

Agitur in eis quae praedicta sunt assignavit autor differentiam inter derivatiua pronomina, & primitiua secundum significationem, quia videlicet derivatiua significant duas personas possessoris, & possessionis, quod non primitiua. Assignat rursus & aliam, ut a quibusdam vtriusque constructionem, quod possessiva indigeat adiunctione nominum ad perfectam faciendam constructionem, primitiua vero non semper. Si, n. dicam, ego scripsi, non est subintelligendum Socrates, nec apponendum ad perfectionem, nisi ad absentem loquendo dicatur, ego Socrates scripsi, & hoc est quare, ait non semper. Si, n. aliquis hoc scriptum videret, ego scripsi, non addito proprio nomine, nihil certum per illud pronomen comprehenderet, vnde cum ad absentem loquimur, indiget huiusmodi pronomen adiunctione nominis, vel oportet ut praemittatur propria nomina, ut Cicero Bruto salutem. Deinde possunt poni pronomina. Vel non semper, i. non oia dixi propter relatiua. Aliam deinde differentiam assignat, scilicet quod hic, & haec, & hoc non adduntur primitiuis pronominiibus in declinatione, ad discernenda genera, & casus, & numeros quo nominibus. Illa, n. discretionem, & casuum, & numerorum, quae faciunt articulationem, complet primitivorum pronominum demonstrationem, vel certa eorum relatio, sed possessivis solent proponi, hoc tamen nisi propter nomina sequentia, ut hic meus servus. Obijciunt tamen quod in constructione possit dici hic ipse, cum dicat Priscianus in libro constructionis, quod ipse apponitur ois pronomini, excepto sui. Propterea dicunt plerique quod non intendit autor hic differentiam inter possessiva, & primitiua assignare, sed quandam proprietatem demonstrativorum pronominum ponere. Igitur articulationem non possunt eis proponi, nec est in constructione. Quoniam ergo pronomina primitiua finita sunt, articuli vero infiniti, haec maxima causa est quare sibi non potest adiungi. Cum ergo hanc assignare differentiam contendat, praemittit, quod apud Graecos articuli nonquam praeponuntur pronominiibus demonstratiue positus, ut inde competentius descendat ad articulationem pronomina, quae loco articulorum in declinatione funguntur.

De articulis, & articularibus, pronominiibus. Cap. CXXVIII.

Articulus ergo apud Graecos pars orationis est, quae secundam notitiam supposito demonstrat, i. quae consignificat de quo praecessit sermo vel cognitio. Nihil, n. significat, si solum consignificat relationem. Semper, n. in constructione relatiue ponitur. Articulus autem sumitur a verbo articulare, quod idem est quod copulare. Dicuntur et plures, quia dicuntur minimi artus in compositione corporis, ideo per similitudinem quandam apud Graecos dicitur quaedam pars orationis articulus, quia minima est osium aliarum partium, vel quoniam pauci sunt apud Graecos articuli, vel quia monosyllabi sunt, vel ex paucis literis constant. O, namque, & os, sunt articuli, vel quia ad articulos oes nervi conveniunt in corpore, & coniunguntur. Cum autem articulus omnis sit relatiuus, quidam tamen articuli ex officio quodam dicuntur praepositivi, eo scilicet quod in declinatione praeponuntur pronominiibus ad discernenda genera & casus, sicut hic, & haec, & hoc apud nos, nec ibi significant relationem, sed solum generum, & casuum discretionem, licet idem articuli in constructionibus relatiue ponantur. Subiunctivi vero dicuntur apud Graecos articuli,

articuli, quibus semper relative videntur. Et, o, quidem prapositionis est articulus. Os, vero subiunctiuus. Vel certe ideo, qui de articulo prapositionis dicuntur, quia licet ois articulus, eo q re- latus est, in constructione semper subiunctiue ponitur, tam e quidam articulus est, qui primam facit relationem, & secundam cognitionem, vt, o, alius vero est, qui facit secundam relationem & tertiam cognitionem. Sicut. n. apud nos dicitur, Virgilius scripsit Bucolica, is Georgica, id e Eueida. Et, is, facit primam relationem, id e, secundam ita quoq; & Graecus dicitur. Virg. scripsit Bucolica, o Virgilius Georgica, os Virg. Eueida, ita vt, o, primam relationem faceret, os vero secundam. Est igitur, o, prapositionis articulus nec tñ est prapositionis dictio. Imo subiunctiuus, qm refert se. Sed dicitur prapositionis articulus respectu alterius articuli, qui postponitur. Quoniam vero hic, & huc & hoc prapositionatur in declinatione ad discernenda genera & casus, sicut quidam articuli apud Graecos, inde videntur esse articuli, sed nō sunt, quia demonstratiue constructuntur, & nunquam relative. Et est in constructione postea substantiam significant, non ergo sunt articuli, sed pronomina. Sed qm in declinatione videntur articulo obuenire, inde articula pronomina dicuntur. Quod et articulus facile potest videri, qm id e valet, quod olitos apud Graecos. Quod compositum est ex o, prapositionis articulo, & lito pronomine, & praeteritum cum relative ponatur, sicut & ipse articulus. Sed quoniam non solum pro articulo ponitur, sed pro composito ex articulo & pronomine, tum e quia substantiam significat, iccirco nō est articulus. Idem quoq; valet quantum olis, quod est compositum, ex nomine infinito tis, & os, subiunctiuo articulo. Vnde ex interpretatione videtur idem articulus esse, pteritum cum ponatur relative, sed non est pari, ratione praedicta. De pronominiibus, in quibus dicitur vocatiuus. Et in quibus non. Cap. CXXIX.

Vlli pronomine hēt vtm casū, nisi primitiuū secundū pō sō ut, vt, o, tu, & ovis. Et possessiuū primū, vt, o, mihi, o mea vxor, o meum mancipiū. Ergo itaq; habere non potuit, eo q primitiuū sp discernat personā, cum ois vocatiuus sit secundū personā. Relatiua quoq; pronomina, vt sui, ideo non pnt, qm relatio secundā semper facit cognitionē, sed vocatiuus primā. Demonstratiua vero tertia nō, quia tertia sp discrete designat personam, nullus vero vocatiuus tertiae personae. Nullū autē possessiuum em q possessiōis significat, habere potest vocatiuū, sem per. n. significat possessore eō nō, quo per genitiuū primitiuū significatur. Genitiuus. n. significat tē, vt eius est aliquid, vocatiuus vero, vt ad eam dirigitur sermo, non ergo possessiuū poterit vocatiuum habere, nisi respectu possessionis qua m significat. ad eam. n. dirigitur sermo per vocatiuū possessiuum, vt, o, mi fili; Cum ergo secunda persona non possit possidere secundam, possessio secundae, vel erit prima persona, vel tertia, sed vocatiuus nec primae, nec tertiae potest esse. Possessiuū ergo secundae, respectu possessionis, non potest vocatiuum habere, sed constat, q nec respectu possessionis. Suis vero qm relatiuus, sp ponitur, ideoque in secunda cognitione, ideo quoque non potuit hē. Dicit tñ in libro constructionū, q rationabiliter potest dici, q, vt Euannder filii, nisi vsus deficeret, si voluit hoc esse dictum secundum q suus, accipitur pro proprio, non em q relative ponitur. Quæstionē vero interseruit. cur tertia persona possideat tertiam, cū nec prima primā, nec secunda secundā, quod inde prouenit, qm cum vno semper modo designetur prima persona, idem constructione, & praeteritum, similiter, & secunda. Ideo dicit vna persona tantum esse prima, & vna tantum secunda. Vnde nec prima poterat possidere primā, nisi seipsam possideret, nec secunda secundā. Tertia vero, diuersis modis significatur, vt praedictum est. Vnde & diuersae dicuntur esse tertiae personae, ideoque poterit vna tertia, & aliam tertiā possidere, vt iste est illius seruus. Quod autē ait figuratiue posse dici meus sum, & tuus es, & non aliter, potest ita intelligi, vt notetur ibi figura in Iocatione, quia alium seipsum significat, q ad quem fuit instituta. Meus sum. n. nihil aliud est nisi, q meū sum pteris. i. liber eū tñ institutum sit, meus, vt possessorem significet & possessionē. In constructione quoque ibidem est figura, quia non est ibi in transitione inter personā possessionis, & verbū, licet satis improprie notatur ibi possessio. Vide ergo qm meus per se ponitur, quid significet, qm vero adiungitur nomini, vt meus amicus sum, tunc habet seipsum recipiendum. Ego amo me. Illud quoque videndum est, quod ait tertiam. s. non posse transire ad primam, vt secundam, nisi figuratiue, vt suus illius sum, vel suus illius es filius, sed ad aliam tertiam personam potest, s. non figura transire, vt suus est illius iste. Illud quoque addit quod sui, semper refertur ad tertiam personam, sicut ponatur pro composito pronomine tertiae personae, quod apud Graecos reciprocum est, sicut pro simplici, quod transitiue ponitur apud

eos, & retrahit. Reciprocū quidē ponit, vt Socrates miseretur sui. Retrahitur, vt Socrates rogat me, vt ego miseretur sui. De secundo pronomine accedente, quod est persona. C. CXXX. Ostendit tractat de persona. Videtur ergo plerisque, duobus modis accipi persona haec in arte. Vno. s. modo secundum rem, altero secundum vocem. Vt persona secundum rem dicatur suppositum loquens de se, vel ad quod quis loquitur de ipso, vel de quo. Vel est forma vocis praesentis loquens de se, vel ad quem loquitur quis de ipso, vel de quo. Quoniam autem vnumquodque suppositum loquens de se, prima sit persona, quantum tñ ex eo dicitur prima qm loquitur de se. Loqui vero de se vnum quid, est, omni supposito huiusmodi eodem mune, ideo non nisi vnam primam dicimus esse. Eadem quoque ratione, non nisi vnam secundam, quod quoniam diuersis modis tertia designatur, vt supra dictū est, diuersae tertiae dicuntur esse. Bene autem hoc nomen, persona, ab historicis ad artem grammaticam transumptum est. Dicit namque vñ persona, quoniam modis diuersis quodammodo sonat. i. vel qui loquitur de se, & c. Et fortasse prius est natura loqui de se, deinde ad alia de ipso, postea vero de alio. Accidit autem persona pronomini, vt si de supposito loquamur, sit eius significatio secundaria. Nam ego, sic significat suppositum, q secundario significat proprietatem loquendi non nisi vnam eorum intelligit. Persona vero secundum vocem, ois est vocis proprietates. Obicit postea contra descriptionem primae personae, quā posuerat, quia non videbatur ei in plurali numero conuenire. Cum. n. dicit, quis legitimus, non solum de se pronunciat, sed de alio, vel de aliis secum, nam idem est ac si, dicitur, ego, & tu, & ille, vel illi, vel ego, & tu, & ille legitimus. Vide tamen qm prolatum plurale principaliter designat illum qui profert, adiungendo alios ei. Est ergo conceptio personatum cum aliqua persona per verbum eundem personae, aliam, vel alias sibi adiungit personas in eodem actu vel passione, vt ego, & tu legitimus, vel ego, & tu docemur. Concipit autem prima, secundam, & tertiam, secunda vero primam non concipit, sed solummodo tertiam. Sed quaeritur cum dicitur, ego & tu legitimus, cum quo verbo constructur, ego. Ad quod dicimus, q cum verbo plurali legitimus; nec est vitium, sed figura, habet enim haec diuersorum numerorum coniunctio rationem, quoniam, s. prima aliam sibi personam in actu illius verbi sibi confociat. De tertio eiusdem accidentis de genere. Cap. CXXXI. Ostendit tractat de genere, de quo eadem quae in tractatu nominis dicta sunt, pronomini rursus conueniunt. Dicit itaque, q omnia pronomina mobilia sunt, & tamen subiunctiuum est voce vel significatione, propter nostras, & vestras, quae sola significatione (quae ois est rebus diuersorum generum) sunt mobilia, non est voce. Oia, inquam, exceptus tribus, ego, & tu, & sui. In primis duobus quoque demonstratio sola facit discretionem generum, in tertio autem extra relatio, cum non solum relatio fuit causa quare sit trinum generum, verum etiam similitudo terminationis cum obliquis casibus pronominum primae & secundae personae. In i, & in e, quae ois sunt trinum generum, idem quoque similitudinis factum est, vt in eadem voce ois sit trinum generum, quod de pronomine, is (licet relatiuum sit) dici non potest. Tria ergo primitiua pronomina, ego, & tu, & sui, fixa sunt, & non mouentur per genera, sed oia alia mobilia sunt. Vide ergo q mobilitas nominum est, quae reperta est circa nomina, & hūc est eam possessiua pronomia ab ipsis nominibus, vt meus, a. um. Mobilitas quoque pronominum est illa, quae reperta est circa pronomina, vt ille, illud, sed quoque habent eam nomina quaedam ab ipsis pronomini bus, vt aliud, illud, illud quoque addit, quia pronomina triū sunt generū, vel in vna terminatione, vel in diuersis. Quoniam ad hoc reperta sunt, vt pro propriis nominibus ponantur, quae partim sunt masculini generis, partim feminini, partim neutri. Quæritur tamen cur pronomine primae & secundae personae habeat neutrum genus, cum pronomine primae personae semper de signat loquentem de se, nunquam aut loquitur de se nisi mas vel femina. Huius solutio est, q in manibus inueniuntur, & quaedam nomina neutri generis, vt hoc Basson, & in feminis similiter, vt hoc Glycerium. Sunt autem haec neutra sola terminationis ratione, secundum significationem nanque sunt feminina. Est iterum alia solutio, q res quae nullus est sexus, potest per figuram illam quae dicitur prosopopeya. i. confirmatio, introduci de se loquens, vel vt ad ipsam fiat locutio. Illud quoque addit, quod derivatiua pronomina, quae oia sunt trinum generum, sunt intrinsecus. i. secundum possessorem, quem ex se & ex vi suae prolationis significant posita. Et vir enim, & mulier, & mancipium potest dicere, seruus meus. i. seruus mei. Eadem vero possessiua discernunt genera extrinsecus, id est secundum

quam possessionem, quam significant, & secundum quam aliquid extra sibi adiungi exigunt ad ipsius determinationem. Est autem illa discretio generum per terminationem diuersitatem, vt meus, a. um. Antiqui autem dicebant intrinsecus. i. per primam syllabam, extrinsecus. i. per vltimam. Item possessiua pronomina, quantum ad possessorem pertinent, loco proprii nominis accipiuntur, quantum ad possessionem pertinet, appellatiua sunt & communia, quoniam. n. qm; propria sibi adiunguntur nomina, vt meus Socrates, magis tamen em vim possessionis assidue sibi appellatiua. Ponit deinde duas inter possessiua pronomina, & nomina. Quarum prima est, q possessiuum pronomine quemlibet potest possessorem designare. Possessiuo vero nomina of possessori sunt communia. Hecoreus. n. nullum significat pro possessore, nisi Hecoreus. Quod possessiua nomina tertiam personam semper pro possessore significant; possessiua vero pronomina quandoque primam, quandoque secundam, quandoque tertiam. De quarto accidente, quod est figura. Cap. CXXXII. Ostendit hoc agit de figura, de qua etiam in tractatu nominis sufficienter dictum est. Itaque dicit quod ois pronomine simplex est, aut compositum. Nullum. n. decompositum inuenitur pronomine. Addit quoque quod tria pronomina per nominatum eius casus componuntur, sicut, hic, hic. Quaedam alia componuntur per obliquos, vt eum. i. ecce, eum, illum. i. ecce illum. Componuntur autem tria praedicta sic, vt quaedam eorum ponatur vnum simul cum alio, vt illic, ab iste, & haec, & istae ab iste, & hoc, & istoc ab istud, & hoc, pro vno enim pronomine reputamus, iste, istud. Is vero componitur cum demum per apocopam um, cum dicitur idem, quod cum masculinum est productum, penultimum neutrum corrumpit eandem i, & est, idem, quasi iterum is. Et sciendum quod is, proprie primam facit relationem, idem vero secundam, vt Virgilius scripsit Bucolica, is Georgica, idem Eueida. Illud etiam addit quod idem in neutro componitur per geminationem, idem, idem, & desinit in obliquis casibus, cum vero sit pronomine ponitur frequenter pro aduerbio, similiter, vel sepe. Illud quoque adiungit, quod idem tam masculinum q neutrum, in nominatiuo singulari ex duobus corruptis coponit, similiter accusatiuum masculini, & feminini, d. n. eundem & eandem, non per, sed potius per n. In caeteris. n. compositis est solet, m, mutari in n, d, sequente, vt quaedam quaedam. Dicitur autem pleriq; q quidam, compositum est, ex qui, & damno. Qui enim dicit quidam, quodammodo damnat vniuersitatem, eo quod designat particularitatem. Alii dicunt quod componitur, ex qui, & demum, quod melius est. Magis in videri potest syllabica adiectio, nisi q Priscianus videtur ponere illud pro composito. Illud vero addit, q idem tam masculinum quam neutrum, ois alios casus praeter nominatiui singularis, & accusatiui habet copositos ex integro, & corrupto, vt eiusdem. Vnde et composito plurali inuenitur eadem & eisdem, vel iidem, ita tñ vt cum scribantur duo, i. vnum tantum pronuncietur. Item adiungit, q hic componitur, & iste, per eos casus tantum, qui desinunt in c. absque datiuo hūc, quod non componitur, licet desinat in c. Et puto quod ideo non componitur, quia hūc non habet, proprie, sed causa euphonie. Quidam tñ dicunt illic, & huiusmodi alia non fieri per compositionem sed methaplasmum finis, i. per transmutationem. De syllabis adiectionibus pronominum. Cap. CXXXIII. Illud quoque adiungit, q egomet, & alia hmoi, de quibus postea videri, q sint composita non sunt, sed potius est parago, vel epicalis, i. portectio, vel syllabica adiectio. Et vide q oibus casibus primae, & secundae personae adijciuntur, met, syllaba, ois si tantum genitiuo plurali & nominatiuo, ne si dicatur, tu met, videatur esse tertia persona verbi tumeo. Ideoq; adijciuntur ei, te, syllaba breuis, vel temet, vel tute, vel tutemet. Hoc et addit q ablatiuū possessiuū pronomini adsumunt per adiectionē syllabicae apte, & hoc tñ in feminino genere, vt meapte, no nostrapte, vestapte. Adijciunt iterū q praedictae adiectiones syllabicae non sine causa adijciuntur pronominiibus, sed causa discretiois plerūque, vt egomet feci. i. ego, & non alius; pleiūq; aut causa maioris significationis, vel expressiois, vt egomet feci. i. qui tantae sum dignitatis. Illud quoque, q, ce, additur articulis pronominiibus, vt hiecc, huiusce, & similia. Apud Terentium inuenitur quoque hocce, quod vt compositum ex hocce, & ce, sed, e, mutatur in i, breuem in compositione. Sūt tñ qui dicunt, q totum hoc, id est cine, additur ei pronomini, quod est hoc, vt non tantum ce, adijciatur ei, sed et cine. Illud quoque addit, q nominatiuo plurali, em antiquos, additur ce, sed interponitur, s. causa euphonie, vt flicatur, hiecc. Adijcitur et

ce, aduerbio illi, vt dicitur illic, & tunc est accentus super penult. vnde facta est quasi apocopa vltimae syllabae, remanet illic accentus in fine em regulā apocopatorum. Quod autem egomet & hmoi alia, non sunt composita, probat ex eo quidem. Ois quod componitur est ex corruptis, in duas intelligibiles partes diuiditur, sed met, & pte, & hmoi alia nihil per se dant intelligere, quare ex his nulla est compositio. Illud quoque inuit, q ecce aduerbium ex vi demonstrationis importat, & implicat verba quibus vtimur in demonstrationibus. s. aspice, cerne, & consilia quae oia accusatiuum casum exigunt. Ideoque verisimile est, q qm illud aduerbium in constructione est sine verbo, det ponit cum accusatiuo casu, vt ecce illum. ecce vide illum, quantum tñ ponitur in constructione cū alio verbo, vt, hic ecce rex venitur, non oportet ei accusatiuum adiungi, sed nominatiuum, quod qm; sit per defectum, vt ecce homo, & subintelligitur venit, vel aliquid aliud huiusmodi. De pronominiibus quibus per anastrophe hęc prapositionis, cum, prapositionis. Cap. CXXXIII. De meū, tecum, & caeteris hmoi dicit, q duae partes, sunt. i. prapositionis prolata cum ablatiuo pronominis per anastrophe. i. per recti ordinis conuersionem. Nam si diceretur cum nobis, turpis & obscena prolatio esset. Ideo facta est anastrophe, vt dicatur nobiscum. Et quia hac ratione fiebat in vno, & in oibus alijs, nihil. n. inquit mirum, cum multis alias oēs habent proprietates. s. q pro genitiuis ipsorum ponuntur cū verbis impersonalibus, interest, & refert, ablatiuū possessiuū. Cū. n. dicitur interest imperatoris, vel refert. i. ad utilitatem eius est, vel ad ipsum refertur. Dicit tñ per ablatiuum non per genitiuū interest, vel refert mea, ne si dicitur interest mea, fiat dubitatio, an primitiuū genitiuus, an possessiuū. Iste quoque de caeteris intelligendum est. Improbatur deinde sniam Donati qui putabat, mecum, vel caetera aduerbia composita esse. Post hoc agit de numero. Quid autem sit numerus, & caetera quae ad numerum pertinent, ex tractatu nominis requiritur. Illud quoque addit, q nulla monosyllaba prapositionis patitur anastrophe, nisi, cum. Ideoque fingitur fortasse vi enclitica. i. in clina tua, hoc est in clina accentum praecedentis syllabae super se, cum dicitur nobiscum, & similia, super vltimam nanque syllabam pronominis est accentus. De Casu pronominis. Cap. CXXXV. De casu autem pronominis tractat ad vltimū dicens quidem primitiua pronomina primae & tertiae personae non possunt hē plus quinq; casibus, quia scarent vocatiuo, id est supra dicta. Sed primitiuum secundae personae sex habet casus. Non tñ sex diuersas terminationes. Dicit. n. postea, q nulla pronomina inueniuntur hexapota. Addit quoque, q possessiuū primae personae hēt vocatiuū, vt meus, o mi. & nosster, o nosster. Et vide q quia meus, primam significat pro possessore personam, cū vocatiuus primae non potest esse personae. Ideo vocatiuū respectu possessoris hē non potuit, pteritū, quia em q significat, reuoluitur sp in genitiuū primitiuū, & non in alium casum, vt meus filius i. filius mei. Respectu ergo possessionis solius vocatiuum habuit, ad quem sermo dirigitur. Nostras quoque in eadē voce, & nominatiui casus est, & vocatiui. Alia vero possessiua pronomina carent vocatiuo. Cū tuus, secundae personae pro possessore significet, vocatiuus aut sp ad secundā dirigatur personā, nec sit nisi vna secunda. Iccico si diceretur tue, eadem personā pro possessore significaret, & possessionē. Itaq; vñ & idē seipsum possideret, q nequit esse. Suis autē quis vñ hē potest, desinit tñ in vsu. Addit iterū, q pronomini alia sūt monoptota. i. vnus casus, vt istuc, eccū. Alia triptota & c. & est triptota vt sui. Tetraptota vt tuus. Pentaptota vt ille. Nullū autem inuenitur hexaptotū, nec pronomine, nec nomen, exceptis tribus nominibus quae terminant in us, & genitiuum in ius, vnus, solus, & totus. Inueniuntur. n. apud antiquos vocatiui eorum, o vne, o sole, o tote. Vllus. n. inquit, & nullus, & alius, vocatiuus habere non possunt, cum abneget praesentiuū demonstrationē, vocatiuus vero tē significat sp pntem; vel quasi pntē. De quatuor declinationibus pronominis. Cap. CXXXVI. Dicit quoque declinationes pronominiū esse quatuor. Et est prima consimilis variatio genitiuorū, caeterorūq; casuum in tribus personis principalium pronominum, vt mei, tui sui mihi tibi, sibi, me, te, se. Et dicit prima quia tres personae principalium pronominum continentur in ea. Secundū vero modū dicit esse cuius genitiuus singularis terminatur in iu, vt ille, illius; isto istius. Et dicit secunda, quia quaecunque pronomina sunt eius declinationis, sunt primitiua, cū oia sequentiū declinationū sunt derivatiua. Tertiū dicit corū esse, quae mobilitate declinantur, vt meus, um, mei, me, mei. Quae quia derivatiua sunt, iure post



post primitiua in tertia declinatione ponuntur. Quarta est cuius genitiu singularis terminatur in eis, ut nostras nostratis, vestras vestratis, quia quia derivantur a derivatiuis, in re declinatio eorum quarta ponitur, & vltima. Itē declinatio alia nominatis est, alia pronominalis. Et est in talis quae in nominibus, & circa ipsa primo repera est, ut albus, habū, similiter Apinas Arpina eis, utraq; tū quarū translata est ad pronōia. Dicimus n. meus, a. um, & nostras, atis. Itaq; secunda declinatio noium, est tertia pronominali. Tertia quoq; noium, quarta est pronominali. Cum ergo queratur cuius declinationis est, meus, oportebit ut tēdatur tertiae pronōium, ut per hanc determinationē oīs dubitatio remoueat. Similiter ad, cuius declinationis est nostras, rēdendū est quartae pronominali. Pronominalis rursus declinatio est, quae in pronominalibus primo, & circa ipsa repera est, ut illa cuius genitiuis terminatur in ius, quae tū ē translata est ad qdēd. nōia, ut vnus, na, num, vnus, & similia. Vnde quidā, ut Donatus putauit hac esse pronomina. Si ergo queratur cuius declinationis est vnus, respōdetur secundae pronominali.

De vnaq; eorum sigillatim. Cap. CXXXVII.

De pronomibus primae declinationis, vide qd qui genitū apud Graecos terminatur in oys, apud nos terminatur in is, ut illi dicitur Demostenoy, & nos Demostenis, & qui apud Graecos in oy, apud nos terminatur in i. Illi. n. dicitur Priamoy & nos Priami. Sicut ergo illi dicitur emoy, vel emoytia & nos dicimus mei, vel mis, tui, vel tis. Similiter quoq; dicere debuimus sui, vel sis; sed ne videatur verbū esse, taceatur a nobis. Et vide qd mei, & tui, & sui, sunt primitiuorū genitiui, q̄ possessi uorū. Hoc autē iterū est, qd qdā genitiui primitiuorū cū dictione cuiuslibet generis, vel casus vel numeri, recte p̄nt constitui, ut mei ager, & mei agros, & in constructionibus intranstitiuis eadem genera, & casus & numeros sibi exigunt adiungi. Itaq; qñ sint genitiui primitiuorū, qñ possessiuorū, constructionis rōne discernitur. Post hāc sui, non p̄t h̄c nominatiuum, quia Graeci in tribus personis, & simplicia habēt pronōmina, & cōposita. Simplicibus vero vtuntur, & in constructionibus intranstitiuis per nominatiuos, & in simplicibus uisitiua per obliquos, vel ēt in re transitiuā. Cōpositis vero vtuntur in reciproca constructione, ad designandā rē, ut cā transit actus, qd nō p̄t fieri nisi per casum obliquū. Vtuntur ēt cōpositis, ubi possessor agit in suā possessionē, ut Socrates videt se tui sui. Sic Gigēns non ponet genitiuū simplicis, sed cōpositū tūmodo, nec ibi iteū possēt ut nominatiuo. Quā ergo, sui, sic repetitum est apud nos vt p̄prie vt cōpositi Graeci h̄cāt, necessario nō habuit apud nos nūm. Ponitur tñ ēt reuāsiuē, sed improprie, & hoc ēt: tñ in obliquo. Illud ēt adiungit, qd nō p̄t se, sine obliquo nō facit transitionē, & qm̄ cui verbo adiungitur nūm, eidē nō p̄t obliquus illius addi sine transitione, vel reciprocatione. De secunda declinatione dicimus, qd a grō terminante in ius, sit datus ablati us, ut sit minor vna syllaba q̄ genitiuis; vnde huius ablati us, facit datus hui, manente i, naturaliter consonan te, licet vocaliter proferatur, & addatur ei c, ad differentiā, hui, interiectionis. Verū post datus cui, licet i, sit s̄r consonans, quae tñ vocaliter proferatur, non p̄t poni in metro dictione incipiens a vocali nisi fiat finalis. Addit quoq; qd oīo nōia se quā rā declinationem pronominali terminantū genitiuū in ius, vnus, vnus; solus, solus &c. Illud quoq; addit, qd quidam protulerūt, huic, dissyllabice, ut ibi. Falus huic pennas &c. Cui quoq; posuit Terentianus s̄r. De tertia declinatione dicimus, qd cum meus deberet regulariter facere vocatiuū, Me, duas c, breues verrit in i, longam, causa inquit euphoniae, ut dicatur in vocatiuo, o, mi. Quidā autē putauerunt, qd mi, esset genitiuus vel datus primitiuū, prolatus per sincopā. Quod ideo auctor improbat, qd mi, cū ponitur vocatiue, nunq̄ adiungitur femini no, vel neutro, quod tñ possēt fieri si esset genitiuus, vel datus primitiuū. De quarta declinatione quoq; idē prōfius dicimus, quod supra, nisi qd nostras, & vestras circumflexum accentum habent super vltimam syllabam, propter regulam apocoparum, nostratis enim & vestratis solebant esse integra.

De quibusdam vocabulis, quae putata sunt esse pronomina, cum non sint. Cap. CXXXVIII.

Post hoc autē, quia quidā putauerunt, o, esse vocatiuum pronominalis. Alij vero articulum. Remouet vtrunq; Et prius qd non est vocatiuus, quia nec est a nominatiuo, deinde, quod articulus. Nam, o, ponitur semper demonstratiue. Articulus vero relatiue. Quamvis enim idem interpretatur, oītōs, quod est cōpositum ex o, praepositiue articulo, & pronomine iūtōs, tamen non est articulus, cum nec etiam ex articulo, sit cōpositum, sed ex pronomine is, & aduerbio demum. Quia quod interpretatur hosti, quod est cōpositum ex os, subiunctiuo articulo, & nomine infinito, tis, tamen simplex est,

nec cōpositum ex articulo, ut hostis, nec articulus est. Dicit quidem multa sunt apud nos simplicia, quae apud Graecos sunt cōposita, ut sanctus simplex est, quod dicitur agyos. Et cōpositum, ex a quod est sine, & qd, quod est terra. Et econuatio, moyōs, a, ud Graecos simplex est, quod apud nos dicitur inep̄tis, & est cōpositum ex in, & aptus. Est autē, o, aduerbium vocandi, sicut heu, respondendū est etiam aduerbiū optā di, & est ēt interiectio. Quando igitur est aduerbium vocandi, pra; onitur vocatiuo calui, & non alij. Quod autē interrogatiua ut quis: & infinita ut aliquis: & abnegatiua ut nullus: & distributiua, ut vterque, & relatiua, ut qualis, vocatiuus carere. Rō inquit est, quia hāc omnia carent demonstratiue, sine qua vocatiuus non potest esse. Distributiua quoq; ad diuersas videtur pertinere personas. Qui enim dicit, vterq; vestrum faciat hoc, idem est, ac si dicat, tu & ille, cum vocatiuus ad solam secundā petiueat, ergo quoniam, oīs, distributiuum est, improprie d̄r vos oēs, & huiusmodi. Item quidā putauerunt, quos, esse pronomina vt Donatus, tū quia declinatur ad modum quorundam pronominum, quis, cuius, sicut ille, illius, tum quia ponitur pro quo liber nomine nobis ignoto. Ignorato enim nomine, quantum quis, tū & quia substantiā sine certa qualitate significat. Relatō det itaque ad singula. Et prius quidem ostendit, quod multa quoque alia nomina modo pronomina declinantur, quae cum omnia, vel certum numerum significat, vt vnus, solus, vter, alter, alius, vel significat quantitatem, vt totus, quantus & tantus, pronomina vero solam substantiam, quomodo propter declinationem dicuntur pronomina. Qualis vero, & talis infinita qualitate significat, pronomina vero solam substantiam, quae nō sunt pronomina. Quod autē interrogatiua pronominalibus ponitur, nihil est, cum ignorantiam substantiam, & infinita significat, vt iteī pro qualitate infinitas, quare, nec putandum est pronomina. Deinde inquit, quid stultius est, quam vnus, & vter, & alter, propter declinationem dicere pronomina, cum sit regula Grammaticorum generalis, quod omnia vocabula numerorum sunt nomina. Contra hoc autem, quod quidam obiecebant talis, & tantus, & tot, esse pronomina, cum sint demonstratiua, & demonstratio sit pronominum propria, respondet hoc fallum, quia & quaedam aduerbia sunt demonstratiua, vt en, ecce. Differt tamen demonstratio nominum ab ea, quae est pronominum, quia pronomina vnū quid ostendit, & nihil extra, talis autem, etiam id cuius respectu dicitur, demonstrat, vt talis purus apparere, qualis patet eius. Praeterea oportet, vt pronomina eiuſdem sit generis, & vnū cum eo quod demonstrat, sed non nomina, vt si videntes mare dicamus, Talis est Nilus cum illud neutri, hoc autem sit masculini. Illud quoque addit quod talis, & tantus, & tot, si dicatur ad abentes, relatiua sunt in respectu dicta, non quod ibi sint secundam cognitionem facientia. Cum enim dicitur, qualis Hercules, talis Theseus fuit, licet de abente dicitur, erit relatiuum qualis Theseus, talis, facit ibi primam cognitionem respectu qualis, quod ad ipsum refertur. Quod si ibidem, talis, sit relatiuum oportebit vt qualis, faciat ibidem primam cognitionem respectu, talis, quod ad ipsum refertur. Idem ergo ex vna prolatione, & respectu eiuſdem, primam & secundam faciet cognitionem quod nequit esse, nisi illud dicamus, quod, qualis, dicitur ibi infinite, & non relatiue, & hoc quotiens. Talis d̄r de abente, vt sit sentus, qualis fuit Hercules. i. qualiscunq; fuerit, talis Theseus fuit. Constat autem quod talis, si dicatur ad praesentem, tunc demonstratiuum est, vt talis fuit Socrates, qualis. I. Ille quem video, & tunc sine dubio, qualis, relatiuum est. Item quia pronomina certas faciunt personas, alius autem illas abnegat, conuincitur non esse pronomina, quia in certam tertiam significat, quae incertum est pro qualitate. Rursum p̄ nomen relatiuum pro illo nec mine ponitur, ad quod refertur, & tandem cum eo personā significat. Cum autē d̄r Cicero scribit, & alius recitat, de alia d̄r persona, quare alius non est pronomine. Rursum ambo, & vterque, & alteruter, cum sint relatiua, i. in respectu dicta non habent demonstratiuam, nec possunt habere. Ideoque vocatiuus habere non possunt, vide ergo, qd vt dicamus ambo, congrue oportet praeterea ad quod illud dicamus nomen, vt Sotres & Plato venerunt ad me, & ambo recesserunt. Idem de vterque, & alteruter, vnde dicuntur relatiua non sicut idem, & is, sed relatiua. i. in respectu dicta. Distincit itaque ambo, & duo, quia in respectu dicimus ambo, sine respectu

respectu duo. in hoc quoque quod ambo congregat, duo numerat. De Praepositione & ratione nominatiuis eius. Cap. CXXXIX. Post tractatum de partibus orationis declinabilibus, tractatum quoque indeclinabilium aggreditur, & agit primo de praepositione, tum quia solet semper in constructione praeponi, tum quia repta est propter nomen, quod prius est natura, ut deseruiat, scilicet obliquis casibus. Aduerbium vero reperitur est propter verbum, quod est posterius natura. Dicit itaque qd, Praepositio est pars orationis repta propter vnū aliq̄d principale significationis genus, vel significationis indeclinabilis, quae praeponitur, id est debet praeponi aliis partibus orationis, quoniam quaedam praepositiones inueniantur, quandoque postpositae, natura tamen earum exigit eas semper praeponi, vel appositione, scilicet quando retinet vim dictionis, & deseruit obliquo casui, vt ad domum, vel compositione, vt addu co. Docet postea quare praepositio per se prolata, debet acui in fine. Ideo, scilicet debet semper acui, id est expectat, & deside rat adhaerere, & coniungi sequenti dictioni, quapropter acui tur in fine, & suspenditur, donec habeat, quod expectat, scilicet partem cui exigit adiungit, quam postquam sibi associat, quasi vna pars efficitur cum ea, quia cum per se prolata incertae esset significationis, cum dictione cui adiungitur, certificatur. Ideoque adiuncta sequenti dictioni acutum accentum in grauem cōuertit, habet enim quod desiderat, nec amplius debet suspendi. Et id, id est quod praepositio separata debet acui, praepositio grauari, confirmat Donatus. Addit deinde, quod praepositiones in proficiis rarissime praepolentur, excepta cum. Nam & apud Tullium reperitur quocum, quibuscum. Prae quoque postpositio apud Terentium. Mediē autem ponitur de, & ob, vt quae de re, quam obrem, quae tamen a quibusdam putantur esse cōposita, quod nos minime putamus. Itaque dicit iterum, quod praepositiones proprium est separari, id est per appositionem praeponi casualibus. Sed coniunctim, id est per compositionem, tam cum habentibus casibus, quam cum non habentibus. Vide ergo, quod hāc descriptio data est, & secundum vim vocis, id est secundum rationem huius nominis praepositio, & secundum causam inuentionis, non secundum rationem significationis. Addit quoque quod praepositiones quando apponuntur a poetis plerumque postpositiue proferuntur, quod sine metris scribentes rarissime faciunt, nisi in, cum, quae postponitur semper in mecum, tecum &c. rarissime dicitur, quia Tullius praepositionem, de, aliquando postponit, dicens, quo de agere, & similia. Illud etiam addit, quod quando praepolentur, mutant accentum, nisi differentia prohibeat. Igitur per se prolatae acutum accentum habent in fine, praepolentur vero suis casualibus grauantur per omnes syllabas, vt ante domum. Quod si supponantur mutant accentum, non enim grauantur omnibus syllabis. Sed si fuerint monosyllabae acuntur praeter, cum, quae postposita post me, re, se, nobis, vobis, patitur enclitica, id est inclinationem. Inclinat enim super se accentū. Si vero fuerint dissyllabae acunt penultimam, nisi differentia prohibeat, vt apud Virgilium, maria omnia circum, acuit finale ne accusatiuus nominis, vel aduerbium esse putetur. Nec hoc tamen vniuersaliter est accipiendum. Sine enim cum sit praepositio licet sit postposita, acuit penultimam secundum vsū, quamvis differentia imperatiui a sino finis hoc prohibeat, sed vsus sequendus est, analogia sciēda. Illud etiam addit, quod coniunctiones, vel praepositioe, vt quoniam, vel communes, vt igitur, saltem, similiter mutant accentum, quia praepolentur grauantur omnibus syllabis, post ostētae acuntur in principio. Subiunctiue vero coniunctiones postpositae non mutant accentum, quia nunquam praepolentur. Ideoque de illis reticuit, cuiusmodi est, quidem, & consimiles. De Differentia inter Praepositiones, & Coniunctiones. Cap. CXL. Signat postea differentias inter praepositiones, & coniunctiones, scilicet quod coniunctiones praepolentur nunquam possunt componi, nisi cum declinabilibus his infinitis, si qua, nequa, nec dixit quod praepolentur non possent componi cū indeclinabilibus, hoc enim falleret in situando, & similibus, sed potius, quod non possunt componi cum aliis declinabilibus, nisi cum illis. Et vide, qd maluit ista ponere, in quibus dicitur ex cōpositione corrumpitur, quam si quis, ne quis, ne forte, quis negaret in illis fieri compositionem. Porro cum indeclinabilibus possent componi postpositae, vt atque, & si, & similia. Item praepositiones praepolentur casualibus, & cōpositae, & appolentae. Coniunctiones vero, nec praeponi possunt aliis partibus, nisi in appositione, nec supponi, excepta, quae haec enim supponitur in compositione, vt vbiq; bene ait, non aliis partibus, quia con-

iunctio coniunctioni, & praeponi potest, & supponi per compositionem, vt atque enim uero. Si obiciantur siquando, nequando, quandoquidem, postea, qd quando etiam aduerbium est, & illa ex quando sunt cōposita, dicemus quoniam etiam coniunctio est. Item si opponatur nescio, & nequeo, dicemus quod ex aduerbio, non ex, ne, coniunctione cōposita sunt. Iterum addit, qd vbiq; & vndique, & similia magis videntur dici per syllabicā adiectionem, quam dici cōposita, ex que coniunctione. Ideo scilicet quod in omnibus illis, cum nihil coniungat, vim suam non seruet, quod semper facere debet in compositione, quomodo facit hoc, in atque. Rursum nec in omnibus illis seruat, que vim encliticam, vt in vndique, & vtiq; & vtiq;. Quam tamen in omnibus illis seruet, si cōpositio ex ea coniunctione sit. et. Dicit tamen alibi Prisci, quod vterque cōpositum est, quod vel secundum aliquorum sententiam dixit, vel fortasse, quia in vter que quodammodo retinetur vis coniunctionis. Quid enim est, vterque istorum legit, nisi quod iste, & ille legit. De Differentia inter Praepositiones, & Aduerbia. Cap. CXLI. Post hoc etiam assignat differentias inter Praepositionem, & Aduerbia, dicens quod praepositiones pluraquam trium syllabarum non possunt esse, aduerbia etiam plurimum, vt alii quando. Item quod aduerbia quaedam derivatiua sunt, praepositiones autem omnes primitiuae sunt, secundum Graecos. Ergo, ablique, secundum eos videtur esse aduerbium, nisi dicamus, quod non est derivatio, sed syllabica adiectio. Probat deinde, quod extra, & intra, & alia huiusmodi non sunt praepositiones, sed aduerbia, quia scilicet possunt adici verbis sine casualibus dictionibus, vt Ego curro in campo, et extra. Subintelligitur, n. curru. Hoc quoque quod dicitur, in campo, adiacet verbo curro, ad modum aduerbij. Addit quod extra, & infra, & huiusmodi aduerbia, quae casibus obliquis deseruiunt, dixerunt Latini esse praepositiones, & quia praepolentur casualibus, & quia illis praepolentur grauantur omnibus syllabis, quod suum est praepositionis, vt extra domum. Quod autem dixit, quae solent casibus adiungi, intelligendum est de casibus diuersae significationis, propter pridie, quod solent temporalibus iungere, vt pridie Calen. nec tamen a Latinis ideo praepositio dicebatur. Dicebant autem huiusmodi aduerbia Latini praepositiones esse, vel propter causas praedictas, vel quia nunc interpretantur, quod apud Graecos praepositiones, nunc illud quod aduerbia, quod cum dicit, designat non propter hoc magis debere praepositiones, quā aduerbia dici, & sic partem aduerbiam attenuat. Si enim dicam, ante ora patrum, id est coram patribus, hic ante significat hoc, quod hāc praepositio Graeca, Chro. Itaque sciēdū est tres fuisse de his sententias. Quidam enim dixerunt infra, & extra, & huiusmodi alia, quae nunc casualibus iunguntur, nunc autem verbis sine casualibus, esse tantummodo praepositiones, & non aduerbia. Alii dixerunt quod quando casualibus iunguntur esse praepositiones, quando autem verbis sine casualibus esse aduerbia. Fuerunt, & qui dicerent hāc tantummodo esse aduerbia, sed casua lia, scilicet quae obliquis deseruiunt, quandoque casibus, quomodo & praepositiones, hanc vero sententiam ad vltimum confirmavit Prisci, licet iterum, & hanc, & ceteras cum quadam dubitatione interferat. De Compositionibus Praepositionum. Cap. CXLI. Onit autem commune de praepositionibus regulam, scilicet quod cōpositae inueniuntur tam in nominatiuo, quā in obliquis casibus flexis ab eo, unde collegerunt antiqui, quod praepositio nunquam componitur cum obliquo, nisi cōpositio praeterea in nominatiuo. Nobis autē ex auctoritate non videtur posse haberi, sed illud potius, quod cōposita cum nominatiuo inuenitur, & cum obliquo eiuſdem, vt indoctus, ti. indocto. Quare, & inuicem dicemus esse cōpositum, nec praeterea compositionem in nominatiuo, hoc idem, & de haecenus dicemus, nisi qd qm̄ significationē magis vt componi ab hoc aduerbio. Illud quoq; addit, qd praepositio nunquam inuenitur cum verbo, nisi per cōpositionē, q. a. in verbis intelligitur semp nominatiuus, vel vocatiuus, quantum ad significationē. Et quia his casibus nunquam additur praepositio per appositionem ideo nec in verbis. Cum participiis non ponitur in compositione secundum verborum figuram, ex quibus nascuntur, nisi praecedat verbum eius cōpositum, vt inducens ab induco. Per appositionem vero praepolentur accusatiuo, vel ablatiuo participiorum, sicut & nominum. Praepolentur, & praepositio praepositioni per compositionem, vt in perterritus, & coniunctioni, ut absque. Dicit tamen, quod magis est syllabica adiectio. Quoniam hāc coniunctio, que quotiens in compositione ponitur retinet, vim suam, id est vim copulatiuam, vt in atque, vbiq; cumque, vero non retinet, derivatio est per syllabicam adiectionem. Tomus Secundus. E. Additur



Audire etiam aduerbio per compositionem, ut perinde. Illud etiam addit, quando prapositiones componuntur cum aliis paribus in eam potestate considerant, id est ut composita dictio sit eiusdem partis, cum illa, cui prapositionis additur. Quod nuicem non est compositum, cum vicem sit nomen, & nuicem si una pars est, sit aduerbium. Dicamus ergo, quod in eorum potestate incident sepius, rarissime vero, vel nunquam, id est, fiet prapositionis. Absque, etenim, non per compositionem dicitur, sed per adiectionem, que syllabæ.

De Accentibus Aduerbiorum, & prapositionibus compositorum. Cap. CXLIII.

Vt autem apud Græcos que dam dictiones dissyllabæ, habentes penultimam acutam, quibus prapositionis compositionem iuncta sit, ut addat aliquid significationi, accentum acutum de penultima transferunt in ante penultimam. Quando enim dicunt paralexos, antepenultimam acutur. Est enim pars composita a para prapositione Græca. Cum ergo apud Græcos prapositionis composita in multis dictionibus hoc faciat, apud nos hæc hoc idem, in vno aduerbio, scilicet inde, hoc enim per se prolatum acutur penul. Qui si de, vel pro, vel similes prapositiones et per compositionem addantur, acutur antepenul, ut proinde, deinde, subinde, & similia. Ne si grauetur inquit, prapositionis ponendo acutum accentum super penul, putetur per appositionem ante aduerbium poni, quod fieri non licet propter hanc ergo Priscianus, rationem, voluit plerique idem in ceteris aduerbiis compositis, non solum prapositione, verum etiam cum quibusdam alijs obseruari, ut etiam debeat dici, aliunde, antepenultima acuta. Est ergo super hoc controuersia nec irrationabilis. Priscianus testatur hoc in vno aduerbio, inde, solere hoc fieri, quapropter videtur secundum autorem eundem dicendum esse delonge, alonge, penultima acuta, similiter & de ceteris aduerbiis, quæ non sunt composita ex inde, aduerbio, si fuerint tamen ex alio aduerbio, & prapositione composita. Quod si ita est, dicendum est, deinceps, abintus penultima acuta, quod contra communem vsum est, omnes enim acutere solent in his antepenultimam. Quid igitur dicendum primum æquidem, nec ex his, quæ dicuntur in tractatu de prapositione, nec ex his, quæ in libro accentuum potest haberi, ut in aliunde, antepenultima debeat acui. Non enim ait in libro accentuum, omnia aduerbia composita sub vno accentu pronuntianda sunt, sed potius omnia aduerbia, quæ a prapositionibus componuntur, non intellegendum est, ut dixerat sub vno, id est non sub pluribus, hoc enim habet omnis dictionis, ut vno accentu regatur, sed sub vno accentu inquit, id est sub eodem, & consimili, hoc est vno modo accentu andi, scilicet vt antepenultima debeat acui. Dicimus itaque, aliunde, dici debere regulariter, vt accentum habeat penultima, si tamen vix ecclesie in qua forte tibi legendum fuerit, aliter habeat, sequere vsum nisi tantæ fuerit auctoritatis, vt prauum vsum emendare possis: si enim obiicitur, quod aliquando habet accentum acutum super antepenultimam, sciat hoc fieri causa differentie ab aliquanto. Porro liber ille de accentibus, a plerisque dubitatur a quo factus sit, vt ergo certum aliquid ponamus, illam regulam accentuandi antepenultimam acutem in aduerbiis compositis, non dicimus obseruandam esse regulariter, nisi in compositis abinde aduerbio, & prapositione, si Priscianum autorem sequi velimus, nec quidem quod in libro accentuum dicitur, pro autentico habemus. Videtur ergo nobis regulariter dicendum, delonge, alonge, & similia, vt super penultimam ponatur accentus. Analogia tamen (vt sepe diximus) scienda est, vix vero sequendus. Magister enim locutionis est, & vix quidem inter infanos videtur doctum, species quædam furoris est. Qui tamen dicunt regulam in omnibus aduerbiis compositis obseruandam esse, literam Priscia sic exponunt, prapositionis solet hoc facere in vno, scilicet in vna parte orationis, aduerbio, sicut in inde manifestum est, sed videtur plane inuicere, quod in solo inde, fieri, solet, quod enim innuitur rationi, quam autor inducit, illa equidem ratio probabilis est, & non necessaria, alioquin eadem ratione diceremus induco antepenultimam acuta, quod omni caret ratione.

De Appositionibus Prapositionum cum casualibus. Cap. CXLIIII.

Apud Græcos prapositionis tribus adiungitur casibus, per appositionem, id est genitiuo, datiuo, & accusatiuo. Apud nos autem tantum duobus, id est accusatiuo, & ablatiuo, nisi auctoritate sua vtantur nostri poetae Hellenismo, id est more eorum, ut Virgilius. Curram tenuis, pro tenuis curibus. Dicit etiam, quod toachris cuius interpretatio est tenuis, aduerbium est apud Græcos, & non prapositionis. Inde est, quod tenuis, rara apud nos prapositionem.

ponitur. Addit quoque quod nominatiuis non adduntur prapositiones per appositionem, quia ipsi sunt intransitiui, id est ex vi nominatiui non significant rem, vt in eam transeat actus, sed intransitiue iunguntur cum verbis. Ideo autem diximus ex vi nominatiui, quia constructi cum verbo passiuo bene significant rem, vt in eam transeat actus, quia rem patientem, sed hoc est ex vi passiuo verbi prapositiones autem per appositionem prolatæ, semper transitionem exigunt, vnde rationabiliter adduntur accusatiuo, vel ablatiuo, qui transitiuus sunt, id est designant in quem sit actus. Quod autem apud Græcos genitiuo, & datiuo apponuntur, opinor causa penurie factum. Quoniam enim carent ablatiuo, coguntur iungere prapositionem cum genitiuo vel datiuo, vt compleant vim ablatiuo cum prapositione prolata. Sed non possunt vel non debent adungi puo, cum similiter sint transitiuus, ipsis genitiuorum consignificationibus, nec non etiam datiuorum, propter implicitam quodammodo quorundam vim prapositionum. Quid enim est, lego discipulis meis, nisi lectionem facio ad eos, vel quid est, Ille equus est Secretus nisi ad ipsum pertinens. Non autem prapositionibus appositis, alia possunt apponi, propterea verisimile est his casibus prapositiones per appositionem non posse adungi. Quod autem adiungit, nihil carens casu per se transitiuum posse esse, appositionem habet propter prapositiones, & propter verba transitiuia. Sed hoc soluit per hoc, quod ait, per se, id est ex sua vi, hoc est nisi aliud sequatur, scilicet casus obliquus, vel nisi subintelligatur. Obiicitur tamen, quod nec sic, obliquus transitiuus est p se, sed potest dici, quod per se positus significat, ut eius, vel, ut ei, vel vt eam, vel vt ab ea, quæ omnia ad res cum transitione dictas pertinent. Ideoque obliqui etiam positi per se, merito dicitur transitiuus.

De Multitudine Prapositionum apud Latinos. Cap. CXLV.

Illud quoque addit, quod multiplices prapositiones sunt apud nos, quam apud Græcos. Quia cum apud illos singulæ multas significationes habeant, nos ad vnamquamque illarum, vnam habemus prapositionem. Itaque singulæ prapositiones Græcorum complent significationem multarum apud nos, vt, peri, ponitur pro circum, & super, non quando super significat locum, sed quando consignificat memoriam, vt ibi, multa super Priamo, id est de Priamo. Iterum, quia aduerbia localia, quæ solent prapositioni casualibus computauerunt Latini esse prapositiones, quia scilicet prapositionis casualibus grauantur omnibus syllabis, vt pone tribunal aduersus hostes, & huiusmodi alia, quæ omnia Græci dicunt esse aduerbia, tum quia pleraque aduerbia apud eos non possunt componi, cum omnes apud eos prapositiones, & postponi solent, & apponi. Tamen quia cum verbo ponuntur, & apud Latinos sine casualibus, vt ibi, pone subit cõiunx. Quod autem per appositionem ponatur super casualis, rarissime, id est nunquam patitur prapositionis. Semper enim vel apponitur casu, vt vado ad domum, vel subintelligitur, vt, de post fuerantes, subintelligendum enim est (vt antiquis videtur) exit stente, Sed quomodo potest fieri, vt si dicam, De vltra mare venit Pompeius, ibi intelligatur, existente. Dicunt ergo plerique, quod in, de, post fuerantes accepit cum, de post, vna pars est composita, & exigit accusatiuum similiter, de sub cuius pede, &c. dicunt enim, de sub manu, partem compositam esse, & quod exigit ablatiuum. Alij quod in, de, post fuerantes, exigit post, accusatiuum istum fuerantes, & quod de, vt regulariter ibi ponitur, & nullum casum exigit. Idemque de similibus dicendum. Dicunt etiam plerique, quod post fuerantes, ponitur loco cuiusdam ablatiuo. Concludit itaque, ex prapositionis tria apud nos in prapositionibus Græcorum obseruationi contraria, scilicet, quod quædam prapositiones apud nos certam habent significationem, quod dicit secundum eos, qui, intro, & cetera aduerbia casualia reputant inter prapositiones, & quod quædam nunquam componuntur, ut apud, erga, circiter, & quod quædam nunquam separantur, vt di, & dis, sed ob hoc tantum vocantur prapositiones, quia loco prapositionum ponuntur in compositione.

De Diuersis acceptionibus Prapositionum. Cap. CXLVI.

Prapositionis quandoque assumitur causa significationis, vt imprudentibus, pro valde prudentibus. Significat etiam, in, quandoque priuationem, ut impius, id est sine pietate. Et ordinem, ut, ex in Gorgoneis, &c. Ponitur etiam loco aduerbi extra, ut exul, id est extra solum. Addit quoque, quod subtrahe nominibus faciunt ea pro aduerbijs accipi, vt domo venio. Item prapositiones postæ loco aduerbiorum, ut interiectionis suum

uum mutant accentum, ut apud Terentium. Perpulchra credo dona, per enim debet hic acui & grauari. Et sunt qui dicit per pulchra, duas partes orationis esse. Alii vero dicunt vnâ partem compositam esse & verius esse videtur. Pro etiâ loco interiectionis, ut apud Lucanum, pro tristitia fata. Et ideo ibidem acutur. Quod ergo plerique dicunt debere scribi cum aspiratione, ph. facta apocopa ab interiectione integra prod, id nulla auctoritate tuetur, sed hoc tantum quod pro prapositione ponitur pro interiectione, quod non dicit esse mirandum, cum Græci, & prapositiones pro aduerbijs, & de conuerio solebant ponere. Et nos etiam aduerbia loco nominum, ut mane nouum, & sponte sua, & rite ne facta, pro ritu. Dicit tamen alibi, quod sponte, uomé est, & ponitur pro aduerbio, secundum quod diuersas diuersorum dicit sententias. Secundum quando significat vt catha, vel meta, prapositionis vim obtinet. Cum enim catha sit æquiuocum apud Græcos, hic opinor significat, quod iuxta, vt secundum ea, id est ad similitudinem eorum. Meta, quoque accipitur pro de, & trans, & propter. In hac autem significatione ponitur, secundum pro meta, vt apud Lucanum. Secundum Emathiam lis tanta datur, id est propter Emathiam. Sed quid significat, cum dicitur secundum Lucam, & similia? puo idem quod iuxta, quasi sicut similitudinem eorum. Meta, quoque ponitur loco, dia, casualis. Græca coniunctionis, vt propter te, i. causa tui. Quando autem ponitur loco, para, quod est iuxta, tunc habet vim prapositionis, vt propter amicum, id est iuxta, sed quid est, quod dicit, propter, ibi habere vim prapositionis cum iuxta, secundum ipsum sit solummodo aduerbium, & ibi propter, ponatur pro iuxta. Fortasse secundum eos dixit hoc, qui iuxta putauerat esse prapositionem, vel potius, quia para, loco cuius ponitur, ibi propter, prapositionis est apud Græcos, quamuis iuxta aduerbium, loco eius quandoque ponatur. Addit etiam, quod ob, ponitur pro casuali coniunctione, ut ob auspicium. In compositione vero habet vim prapositionis, vt obeuntia terras, id est cuncta circa. Circum, tamen aduerbium est, sed Græcus poneret ibi prapositionem, dicit etiam, quod ob coniuncta cū alijs partibus, simul cum illis accipitur pro casuali coniunctione, ut quomobrem.

De Communi significatione Prapositionum. Cap. CXLVII.

Prapositiones secundum Græcos nihil certum per se significant. Cuiusmodi inquit apud nos pené sunt omnes monosyllabæ, pené dicit propter præ, quod per se prolatum certam habet significationem loci. Mutant itaque significationes suas ex diuersis adinstitis, vt ad modo consignificat personam, sed de consugio, modo loci, vt ad Troiam, id est apud Troiam, modo tempus, ut ad bellum Persici, Macedonici, modo numerus, vt ad quinquaginta milia uenerunt. In compositione quoque modo, consignificat intentionem, vt affirmat postea s, pro d, modo directionem ad personam vel ad aliam rem, vt alloquitur ar ridet. Quæ ergo uere, & indubitabiliter sunt prapositiones, nihil certum per se significant, quæ uero certam habent significationem, cum secundum rationem Græcorum inter aduerbia pleræque, poni debeant, vt supra, & intra, & infra, & huiusmodi, Latini tamen posuerunt inter prapositiones, pleræque dictum est, quia, inter, certam habet loci significationem. Quoniam tamen nunquam sine casuali inuenitur, non concedit, vt etiam secundum rationem Græcorum debeat dici aduerbium, sed prapositionis. Item prapositiones retinet quandoque eandem significationem, tam in compositione, quam in appositione, vt inuado hostem, id est in hostem vado, & hic enim, & ibi, contra significat. Aliquando diuersas, vt de te loquor, id est causa tui, deprimus, id est infra primo. Quandoque etiam abundat in compositione, ac si essent dissyllabæ adiectiones, vt nihil, scilicet sensus habeat addere, vt emort pro mori. Quandoque uero designant locum, & hoc quadripartito, vt significent quo, vel vbi, vel vnde, vel qua.

De proprijs significationibus earum, quæ accusatiuo deseruiunt, & primo de Monosyllabis. Cap. CXLVIII.

Post hoc pertractat singulas prapositionum quarumcumque significationes. Et primo earum, quæ deseruiunt accusatiuo, quas diuidit in monosyllabas, dissyllabas, & trissyllabas. Sunt enim inquit vnissyllabæ, vt plerisque Latinorum videtur e, ad, ob, per, post, cis, trans, plerisque, dixit propter, post, quod alii dicunt esse aduerbium casuale. Bissyllabæ uero sunt apud, ante, citra, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, prope, pene, vltra, præter, propter, supra, vsque, penes. Trissyllabæ sunt, circiter, aduersus, secundum. Quarum pleræque ex his secundum rationes, Græcorum dicit esse aduerbia, pleræque autem dicit, quia ad, & ob, & per, secundum rationem Græcorum etiam non sunt aduerbia, sed post, & ante, & circa, & citra, & si

milis. Siquidem si plures inueniuntur prapositiones, uel bissyllabæ, uel trissyllabæ accusatiuo casui seruientes, non est curandum, quia de illis tantum agit, quæ Græcorum prapositionum interpretationem habent. Dicit ergo, quod ad, & appositum, & compositum significat quandoque proximitatem, vt adeo ad Troiam, id est iuxta Troiam. Quandoque causam, vt ad quid fecisti hoc, id est cuius causa: Quandoque similitudinem, vt ad vnguem, id est ad vnguis similitudinem explanatum. Quandoque etiam contrarietatem, vt ad illum mihi pugna est, id est contra illum. Quædoque, uero tempus, vt ad bellum Persici, Macedonici, hoc est vsque ad bellum. Quandoque iterum adiectione, vt ad hæc mala, id est super hæc alia addita sunt. Ob appositum significat. Aliquando causam ad modum dia Græcæ prapositionis, quæ pro casuali coniunctione accipitur. Aliquando etiam significat accommodatione, vt ob meritum, id est pro merito, vel secundum meritum. In compositione consignificat, vel contra, vel circum, ut obambulo, id est circumambulo. Per significat ali quando dia Græcam, secundum quod est localis, ut perumpor, quasi per medium rumpor. Consignificat etiam tempus, sed quasi locum, ut per annum fuit mecum. Dicit enim Priscianus, quod omnia localia possunt etiam esse, & temporalia. Addit etiam, quod ita quoque alijs rebus, quasi loco iunguntur, ut per virtutem suo laudabilis, in quo virtus, quasi locus laudabilis se ostendit. Est etiam per, iurandi, ut per Iouem. Consignificat quoque perfectionem plerumque in compositione, vt percurro, id est perfecte curro. Quandoque locum, vt perumpor. Quandoque ponitur loco, valde, aduersus, ut perecator. Consignificat etiam, per, abnegationem, ut perdidit, id est sine fide.

Adhuc de eodem. Cap. CXLIX.

Addit, quod post, & componitur, vt postpono, & separatur, & significat inquit, meta, prapositionem, sed non quædo loco fin, accipitur, quæ ualeat quantum, con, prapositionis. Post ergo sicut meta, quandoque significat ordinem loci, vt post montem. Quandoque tempus, vt post multum temporis, quandoque ordinem alterius rei, vt post pietatem uoluntas ponenda est, quandoque pro aduerbio temporali, postea, absque omni casu, scilicet vt, longo post tempore. Nam quando inquit prapositionis est, ablatiuo iungi non potest, quia deseruit accusatiuo. Illud etiam addit quidem, si post deriuatur posterus, & postica. Cis, quoque dicit componi, & appari, & locum significat, quid est enim Cisalpina, Gallia, nisi quæ inter nos est, & Alpes, quandoque etiam transfertur ad tempus designandum, ut cis definitum tempus, quandoque etiam ad alias res, vt cis naturæ leges, sed magis & frequentius loco additur, præsertim quoniam ad alias res ut locum significat. Trans etiam, & componitur, vt transtheco, & apponitur, vt trans mare. Amittit autem quandoque in compositione n, & s, vt traduco. Et uide, quod videtur locum trans significare, sed modo diuerso. In transtheco nanque significat vltiorem locum, ita quod vsque ad ipsum. In trado quoque quasi transitionem localem, ab vno in alterum. In transgredior quasi localem accessum. Apposita quoque trans ponitur loco per, aduersus, vt trans mare, & significat idem tunc, quod vltra. Addit postea, quod omnes monosyllabæ prapositiones cuiuslibet casui deseruiunt, & apponuntur, & componuntur, excepta cum, pro qua semper, con, in compositione inuenitur, & n, conuertitur in, m, sæpe, vt communis, sicut, m, quoque solet per compositionem conuerti in, n, vt tantundem. De clam uero ostendit, quod aduerbium debeat dici, quia significat qualitatem, quod non prapositiones, sed aduerbia facere solent, & facit ex se diminutiuum clanculum, quod nulla prapositionis facit, & potest proferri sine obliquo. Et quia interpretatio apud Græcos aduerbium est, prapositionis tamen obliquo casui, sicut & multa aduerbia localia, vt clam te factum est.

De Dissyllabis, quæ accusatiuo deseruiunt. Cap. CL.

Post hoc agit de dissyllabis prapositionibus, quæ accusatiuo iunguntur, dicit ergo, quod apud significat in loco, ut apud Numantiam. Iungitur etiam personis, id est nominibus personarum, ut apud Athenienses, in quo tamen & personas, quasi locum significat. Vnde etiam vnam dicitur habere significationem, scilicet in loco, nunquam autem componitur. Ante & componitur & apponitur, & significat locum, vt ante eo vel tempus, vt ante annum, quod secundum adiuncta potest dinosci, uel etiam ponitur pro antea, aduerbio. Deriuatur ab antea, antiquus, & antiquarius. Citra non componitur, & significat locum, vt cædè fere habet significationem, quæ habet cis, nisi quod cis, solet plerumque prapositioni proprijs nominibus montium uel fluminum, reliquis uero magis solet addi citra. A cis, deriuatur citra, a quo citer, ceterior, citimus. Vnde catho. Citer ager, Tomus Secundus. E 2 id est

id est vicinus. Et licet cis, & citra, prepositiones a Latinis esse putentur, tamen interpretatio eorum apud Græcos aduerbiū est. De circa quoque dicitur, quoniam significat id, quod peri Græca, sed tunc quando peri, ponitur pro iuxta. Nam & ponitur pro de vel pro iuxta, & multas alias significaciones habet apud Græcos. Circa, & ad locum pertinet, vt cum dicitur circa forum, & ad tempus, vt circa viginti annos, addit etiam quod circa, nunquam preponitur in compositione, sed postposita componi inuenitur cum ablatiuo, vt quocirca, & habet vim casualis coniunctionis, hæc dictio composita. Inuenitur quoque sub iuncta circum prepositioni, & videtur composita dictio esse, qd fieri non potest. In sequentibus enim dicit, quod circa non cō ponitur. Quod autem circum circa debeat dici, probat auctoritate Domati dicentis, quod præpositio aut præcedit verbum, vt præfero: aut aduerbium, vt expresse: aut participium, vt præcedens: aut coniunctionem, ut absque: aut seipsum simplicem fecit relationem, quasi diceret, præpositio præcedit præpositionem. Dicit autē Priscianus, quod circum circa significat, idem quod apud Græcos amphipecti, quod valet ac si diceret, ex omni circum. Cum verò sit prepositum eius hoc in loco de dissyllabis præpositionibus age, ad iungit tamen de circiter, quia & Græce præpositio peri, significacionem retinet, acceptæ pro iuxta, sed differt a circa, quod circiter ad solum tempus pertinet, ut circiter Calendas Ianuarias. De e, ergo quoque dicit, q significat idem quod peri, sed quando peri significat affectum. Et tunc nominibus personarum iungitur, quando bonus siue malus affectus in eas designatur, vt erga propinquos, hæc præpositio nunquam componitur.

Adhuc de eodem. Cap. CLII.

Contra verò quandoque significat aduerbationem, vel malum affectum, vt contra adulterum dico: quandoque repugnantiam, vt contradico: quandoque localem positionem, sed aduerbium, vt stat contra: deriuatur autem ab eo contrarius. Extra verò significat idem, quod hoc aduerbium entos, quod deriuatur ab ex, quæ præpositio est tã apud nos, quàm apud Græcos, tamen apud nos, & aduerbium esse dicitur, quia sine casualibus verbo ad iungitur, & præpositio etiam, quia casualibus præposita, per omnes syllabas grauat. Quod autem extra loco præpositionis ponitur, dicit nihil mirum videri, cum & ex præpositio in quibusdam compositis inuenitur posita pro extra, vt exul, idest extra solum, deriuatur autem ab eo extraneus, & externus. Inter, quoque inuenitur composita, & apposita, vt inter amicos, cum verbo sine casuali, vt tu dextrorsum, ille sinistrorsum, ego curro inter. Vnde videtur velle, quod debeat dici aduerbium, & deriuatur ab in, & significat quandoque quod dia, & significat tunc locum, & inuenitur semper composita, vt interrumpit. Quandoque significat, quod en, & tunc localem positionem, vel quasi localem. In qua significacione, & potest apponi, vt Conuerfque oculos inter se, atque ora tenebant, & potest componi, vt in illo exemplo, quod sequitur, interea loci, quod sub vno accentu debeat proferri, & valet quantum in eo loci, quod quandoque significat meta, & significat locum, vel quasi locum, ut iter vicinos. Vbiq; ergo locum significat. Inter ea vero ab inter deriuatur, quod dicit semper esse aduerbiū, dicunt autem plerique, quod intercapedo significat distantiam loci. Interalium distantiam temporis. Intra vero significat, quod entos, aduerbium, & habet contrariam significacionem ei, quod est extra. Et vide, quod cum ab in, deriuatur inter, & intra, & intrus, & intro, hæc duo vltima nunquam præponuntur casualibus, sicut nec foris, & foras, quæ similem habent significacionem. Ab intra vero deriuatur intrinsecus, & internus, & introrsus. Infra temporaliter plerumque ponitur, vt infra decem dies. Proprie, & principaliter significat locum, sicut contra, & citra, & contrariam gerit significacionem ei, quod est supra, quod excessum localem significat, vel quasi localem. Infra vero eius contrarium, quamuis abusive inueniatur postum pro intra, deriuatur autem ab infra inferius, inferior, inimus. Iuxta enim significat, quod toentos, aduerbium, sed dicta est a Latinis præpositio, videtur tamen pro æqualiter sumi apud Salustium. De pridie, etiam dicit, quod more præpositionis iungitur cum accusatiuo, vt pridie Calendas. Est ergo, pridie, temporale aduerbium, & casuale. Vnde reliquit intelligendum, quod licet, iuxta, iungatur obliquo casui, non tamen minus est aduerbium, si cum verbo possit constitui sine casu obliquo, vt tu longe sedebas a rege, ego iuxta.

De Monosyllabis ablatiuo deseruiensibus.

Cap. CLII.

Post hoc progreditur Priscianus ad præpositiones, quæ solo casui ablatiuo deseruiunt. Harum autem quedam sunt Monosyllabæ, ut a, ab, abs, e, ex, pro, præ, cum, & clam secū-

dum quosdam est aduerbium. Quædam autem dissyllabæ, ut coram, palam, siue, absque tenus, quarum omnium, scilicet dissyllabarum interpretaciones apud Græcos aduerbia sunt. Sed quoniam casibus obliquis deseruiunt per transitionem personarum, idest vt notetur transitio ad aliam personam, ut coram rege hæc omnia locutus sum. Latini eas quidem præpositiones esse asserunt. Quando autem sine casibus obliquis ponuntur, & intransitiue, aduerbia ab eisdem putantur. Dicit tamen, quod sine, & absque, & tenus, nunquam inueniuntur sine ablatiuo, videtur itaque velle, quod hæc proprie apud Latinos sunt præpositiones, licet etiam interpretaciones earum apud Græcos sint aduerbia. Aduerbia namque verbis iunguntur intransitiue, & omnibus casibus indifferenter. Dicit ergo, quod monosyllabæ omnes fere eandem vim habent, quia & locum, & tempus, & ordinem æqualiter significant, sed differunt, quoniam quando consonantes sequuntur a, & e, solent præponi in appositione; vt a domo, e ture. Ab, vero & ex, præponuntur non solum vocalibus, sed etiam consonantibus. Ab, in compositione præponitur omnibus literis absque e, vel q, vel t. Adferuntur est compositum ex absque b, mutetur in f, sequetur f, in aufero b, mutatur in u, non in f, licet sequatur f, sic si diceretur aufero b, mutata in f, vt dederit ab, ad, componi, non ex, similiter arripio, b, conuertitur in r. In alporto non conuertitur b, in p, sed in f, ne si dicat alporto, videretur esse compositum ab ad. De e, vero dicit, quod tam in appositione, quam in compositione inuenitur ante b, vt ebibo, & d, vt educo, quod producit penultimam, si dicatur educo cis, & corripit eam si dicatur educo cas, quod est nutrire. Ponitur etiam e, ante g, ut egero, ante h, ut elino, ante m, vt emineo, quod est amonere, ante n, ut enervo, quod est neruus nerui, ante r, ut eruo, ante u, & i, consonantes, vt euoco eijcio. Et ecce habemus, quod debeat dici eicio, non solum eicio. Similiter ergo abijcio, & deijcio, addit vero, quod consonantibus ceteris a, b, & d, & g, & i, & m, & n, & r, & t, & u consonantibus non præponitur e, sed ex, vt excubo, effero, vbi x, mutata est in f. Ad iterum, quod omnes prædictæ præpositiones, idest a, ab, abs, e, & ex, vim habent consimilem, nisi quod a, & abs, iunguntur verbis passiuis, vel ablatiuis, idest quæ ablationem designat vt aufero, & similia. E quoque in compositione postum, vel significat priuationem, ut enodis, quasi sine nodo, vel intentionem, ut eludo, vel ponitur pro extra, vt educo, i. extra duco. Similiter, & ex, in compositione, vel ponitur pro extra, ut excludo, vel designat priuationem, ut explico, quasi a plica remoueo, vel intentionem, vel perfectionem, vt exoro, efficio.

Adhuc de eodem. Cap. CLIII.

De, vero quandoque significat apo, & tunc est materialis, ut hic anulus est de auro. Quandoque peri, & tunc memoratiua est, ut de partibus orationis. Quandoque ponitur, pro Catha, & tunc significat locum, vt descendit, idest descendit scando. Quandoque significat intentionem, ut de primo. Quandoque priuationem ut demens, idest sine mente. Similiter, & pro, quandoque significat locum, & in appositione, vt pro templo, & in compositione, vt procurro. Quandoque tempus, ut prospicio, proauius quod tamen dicunt plerique componi a procul: eo quod in proauius corripitur, pro similiter & cetera omnia in quibus pro, corripitur, vt proteruus, quod est a toruo. Alii vero dicunt quod more Græco corripitur pro, præpositio apud nos in compositis distionibus. Ponitur autem, pro, loco e, vel super, ut prominet, pereminet, vel supereminet. Ponitur etiam pro ante, vt prostratus, & pro ad, vt pro viribus suis, pro in, ut pro testimonio. Ponitur quoque interiectiue, & circumflectitur, vt apud Salustium. Pro Deum, &c. Et ponitur admiratiue, Præ vero, & apponitur, & componitur. Ponitur autem pro ad, vt apud Terentium. Hic ego contempsi illum præ me, idest ad comparationem mei. Ponitur etiam pro ab, vt apud eundem, ut sit misera pro amore, &c. Ponitur quoque pro super, ut præsideo, Pro valde vt præcellis. Pro ante ut præcurro, Deriuatur autem ab eo præter. Cum vero, & aduerbium potest esse quando temporale est, & præpositio quando significat idem, qd sin, & est tunc copulatiua, vt cum duobus pugno: Non inuenitur autem in compositione, nam loco eius in compositione semper ponitur. Cumque, etiam, mutat n, in m, quando b, vel m, vel p, sequitur, vt combibo, imbibo, communis, immunis, compello, impello. Sequentibus autem l, vel r, commutat n, in eas, ut colligo, illido, corripio, irripio. Inuenitur tñ n, integra sequentibus l, vel r, sed raro, nec debet fieri. Porro clam magis debet dici aduerbium, deriuatur ab eo clandestinus, unde constat, quod penultima correpta habeat pronunciarum, cum non habeat t, a primitiuo.

De

De dissyllabis eidem casui deseruiensibus.

Cap. CLIII.

Oram quoque, & palam, quamuis equipollentia eorum apud Græcos sunt aduerbia, quia tamen deseruiunt obliquis casibus, a Latinis dicuntur præpositiones, sed mihi, inquit magis videtur, qd debeat aduerbia dici casualia. Cum sine casibus verbis possint adiungi, deseruiunt autem coram, & palam, quoniam, coram, ad singulares pertinet personas, vt coram rege. Palam vero ad omnia. Ponitur etiam per se, vt palam est, id est manifestum omnibus. Sine, autem, & absque, apud Latinos sunt præpositiones, & conuincunt vtramque abnegationem, nec inueniuntur in compositione. Fallum ergo est, qd siuecruer sit compositum a sine, & cetera, vel siuecruer a sine, & caris, sed sic intelligendum est, quod sine, nunquam inuenitur integra in compositione, cum, absque, in compositis nullo modo inueniatur. Sine, quoque verbum imperatiuum est, sed differt accentu, quia cum præpositio est, præposita grauat per omnes syllabas, vt sine timore. Postposita vero acuit penultimam, vt te sine nihil. De absque vero dicit quod deriuatur ab absque: eum, est compositum sicut videtur plerisque, quoniam, quæ nunquam amittit vim suam in compositione, sed semper in ea operatur copulationem, vt in atque, & in similibus, vbi ergo vim suam amittit debet adiectio syllabæ d, ei. Tenus, iungitur non solum ablatiuo, verum etiam Græco more genitiuo, sicut apud Virgilium, & ceterum tenus, &c. quamuis possit dici, quod genitiuus est positus pro ablatiuo.

De his, quæ vtrique casui deseruiunt, & primo de in.

Cap. CLV.

Post hoc agit de his, quæ vtrique casui iunguntur. Sunt autem quatuor, in, sub, super, & subter. In ergo quando significat motionem ad locum, vel ponitur pro cõtra, tunc solum accusatiuo iungitur, vt in verbum vado, in adulterum dico. Quando etiam ponitur pro ad, accusatiuo iungitur, vt impulit ad latus, pro in latus. Cum autem ponitur pro en Græca præpositione, deseruit ablatiuo casui, idest quando localem permanentiam significat, vt in Italia, in Vrbe. In compositione quoque aliquando priuationem significat, vt iniustus. Aliquando intentionem, vt imprimo. Igitur accusatiuo iungitur quando duritiam, vt in, visio quam hic videt in dies longos est. Rursus quando ad in, subauditur, vique, tunc etiam iungitur accusatiuo, vt in vitam æternam. Item certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem, id est, vsque ad illum diem. Rursus quando in, ponitur pro iuxta, tunc etiam deseruit accusatiuo casui, vt in hunc modum contendant, & iterum misit ad Ezechiam in hæc verba. Rursus quando in, ponitur pro per, exigit accusatiuum, vt ibi. Iusti intrabant in eas, idest per eas. Rursus quando in, ponitur pro supra, tunc quoque iungitur accusatiuo, vt Hieronymus in Mathæum. Beda in Marcum. Rursus quando ponitur pro super, iungitur accusatiuo, vt ibi, in omnem terram gloria tua loquetur pacem in populo. Quando autem in aliquo loco motio fieri ostenditur, tunc iungitur ablatiuo, vt curro in campo. Item quando pro inter, vel pro intra, ponitur, ablatiuo solummodo iungitur, pro inter, vt ibi. Accepisti dona in hominibus, idest inter homines. Et ibi similiter, Benedicta tu in mulieribus. Et in Apostolo. In quibus, & vos vo. Rursus ponitur pro intra, vt ibi, oratio mea in sinu meo con. Rursus in pro per postum plerumq; iungitur ablatiuo, vt ibi loquens Deus patribus in prophetis, idest per prophetas. Rursus aliquando ponitur pro ad, & iungitur ablatiuo, vt dominus erit in latere tuo. Quandoque etiam accusatiuo, vt impulit in latus, Rursus quandoque pro ante iungitur ablatiuo, vt ibi, Intra in conspectu tuo oratio, & est hoc mirabile in oculis nostris.

De sub, & super, & subter. Cap. CLVI.

Vb vero, quando significat ad locum, & ponitur pro ante, vel per, iungitur accusatiuo, ponitur autem pro ante, vt ibi sub lucem exportant calathis, idest ante lucem. Ponitur quoque pro per, vt ibi. Et sub noctem cura recurat. In compositione vero semper sub vel localem habet significacionem, vt suppono, supprimo, subeo, vel vim diminutiua, vt subrideo, idest parum rideo. Mutat autem, b, in sequentem consonantem, quando ea quibus adiungitur sub, incipiunt a c, vt succurro, vel, f, vt sufficio, vel a g, vt suggero, vel ab m, vt summito, vel a p, vt suppono. De super vero, & subter, dicit quod habent contrarias significaciones, & locum significant, Speculum Doctrinale.

iunguntur etiam tam ablatiuo, quàm accusatiuo. Quibusdam tamen videtur figuratiue ablatiuo iungi, vt ibi, gemina super arbore fidunt, similiter & ibi, fronde super vridi, vbi super, vel ponitur aduerbiallyter, vel pro in, vt alibi dicit. Quando tamen ponitur pro de proculdubio iungitur ablatiuo, vt ibi, multa sub priamo ro, &c. Inuenitur etiam adiungi verbo, vel nominatiuo participij, & tunc sine dubio est aduerbium, vt ibi, Ecce super mœssi, idest valde mœssi. Inuenitur etiam in compositione, vt superideo. A super quoque deriuatur superbus, & superus, & supremus.

De Prepositionibus inseparabilibus.

Cap. CLVII.

Inseparabiles præpositiones sunt, hæ, di, dis, re, se, an, con, quæ quamuis in contextu orationis per se poni non possunt, vnde nec partes propriæ possunt vocari, quia tamen in compositione addunt aliquid significacioni, & præponuntur, iccirco præpositionibus connumerantur. Et di, quidem, & dis, eandem habent significacionem, quia separationem significant, vt diui do, distraho, quod dia, præpositio facit apud Græcos. Tunc enim ponitur dis, quando sequitur, e, vt disscumbo, vel, f, vt differt, in quo s, mutatur in f, vel sequente, pro, vt disscipulo, vel, f, vt dissero, vel, t, vt distraho, vel i, consonante vt dissecans. Quibuscumque vero consonantibus alijs sequentibus præponitur di, vt dimitto, diruo, diduco, digero, diluo, & vbiq; perducitur di, excepto, dirimo, diserto, in quibus corripitur. Non ergo debet dici dissumpo, sed potius dirumpo. Et vide, quod cum dixit alijs consonantibus sequentibus præponitur di, non negant, & præponi posse aliquibus prædictarum. Ideoque non potest obijci disunctiuus si præponitur di. De re, vero, dicit quod, vel factum est a retro per apocopam, vnde respiratio, idest retro aspiratio, vel potius a re, deriuatur retro, sicut ab ex, extra. De, se, quoque dicit, quod quandoque ponitur pro dia, conuincunt separationem, vt secubo, idest seorsum cubo. Quandoque etiam significat abnegationem, vt securus, quasi sine cura: deriuatur autem seorsum, a se, sicut a de, deorsum. Quibusdam tamen videtur sumptum esse a semis, quod facit separationem, dimidium enim significat, alijs autem videtur, a secus. Am vero significat idem, quod peri, apud Græcos, quod est circum, vt ambio, quod est ab am, & eo, sed, b, interponitur. De con, vero nihil aliud dicit, nisi quod loco cum, præpositionis accipitur.

De quibusdam dictionibus compositis.

Cap. CLVIII.

Siqua, & nequa, composita sunt, a si, vel ne, & quæ sit huiusmodi compositio. Nec enim secundum Priscianum dicitur, quæ, vel qua, in nominatiuo, sed tantum quæ, Sunt autem siqua, & nequa, tam singularia, quàm pluralia, vt siqua mulier, idest si aliqua, vel siqua animalia, idest si aliqua. Similiter, vbiq; secundum Priscianum non est compositum, vult enim, quod in quibuscumque coniunctio non operatur vim coniunctionis, illa non sunt composita, sed per adiectionem syllabæ deriuata. Pridie temporale aduerbium est, a prima, & die, & deseruit accusatiuo casui, vt pridie Calend. idest die præcedenti Calend. dicimus primum diem mensis, a calo, quod est voco, quia die illo ascendebat turrem antiquitus Romæ sacerdos, vt populum conuocaret ad nundinas, in clamans ter calo, propter quod non nisi pluraliter dicimus Calende. Videtur tamen velle alibi, quod cum dicimus pridie Calendas subaudiendum sit ante, sed diuersas secutus est opiniones. Videtur intercapedo non fieri ab intercapio, vnde enim formaretur, dixerunt ergo plerique, quod aliud est intercapio, aliud intercipio. Intercepere, enim est quasi reprehendere. Intercepere autem, quasi ad distantiam localem videtur pertinere, vt inde dicatur intercapedo, distantia localis, sicut interuallum designat distantiam temporis. Interrex, dicitur custos regni inter duos reges, præteritum, scilicet, & futurum. Est autem in compositis ab ex, dubitatio quedam, quando, enim sequitur vocalis post ex, ita in quibusdam pronuntiare consueuimus, vt videatur x, adherere sequenti vocali, vt exaudio. In quibusdam autem per se, & quasi distinctum videtur sonum suum habere, vt exquo, sonat enim cum præcedenti est, & distinctum ab e, sequenti. Sed in his nihil aliud attendere debemus nisi vsum, & euphoniã. Constat enim, quod in omnibus compositis ab ex debet x, coniungi, & literari cum præcedenti e. Extorris dicitur ab ex, & terra. Expedio, compositum est ab ex, & pedica, quod est a pedes, & capio pis. Denique, si est compositum, a denuo componitur, & que. Deiero est a de, & iuro, quod si Tomus secundus. E 3 depo-



deponitur proutque significat, quod per se est verum intencive, significat quod valde iurare. Proclivius est compositum a clivo. Est enim proclivius, quasi ante clivum. Clivum autem dicunt, quodam loci quasi inclinationem. Dicitur a di, & emo interposita r, & e, mutata in i.

De Aduerbio. Cap. CLIX.

Post hoc agit de aduerbio, eo quod adiacet verbo, sicut ergo verbum post nomen ponitur, sic aduerbium, quod propter verbum reperitur est, debuit poni post prepositionem, que causa nominis inuenta est. At ergo aduerbium est pars orationis indeclinabilis, cuius significatio verbis adicitur, id est quod ad hoc fuit inuentum, ut verbis adiciatur. Ita ut earum significatio, determinet significationem verborum, sicut enim adiectiva nomina habent se ad substantia, ita quoque aduerbia, sic tam ad adiunguntur verbis, ut nec genus, nec numerum eorum sibi assumant. Adverbiorum quaedam adiunguntur verbis omnium temporum, ut recta. Quaedam verbis diuersorum temporum, ut ipsa tempora separatim significent, ut hodie, & cras. De non, quoque dicit, quod non adiungitur imperatio, nisi in compositione, ut noli, & hoc (ut opinor) ideo quia, non, significationem est abnegationis, quae est contraria affirmationi, & imperatum nihil affirmationis, vel negationis significat. Porro noli, verbis compositum quasi ut infiniti obtinet, significat enim infiniti, hoc autem significatio imperatum non respicit. Item dicit, quod aduerbium sine uerbo, & participio plenam non habet sententiam. Non quia cum dico bene, qualitatem plenam, & determinatam non significat, sed quoniam aduerbium quasi adiectiuum est verbi. Ideoque ex significatione verbi, aduerbii significatio pendet. Videtur uelle, quod aduerbium in omni constructione referatur ad uerbum, sed nunquid dicimus, omnis homo fere est auarus, ut fere, reddatur ad omnes, & non ad uerbum, sic enim dicimus, omnes fere, quasi pauci sunt, qui non sint auari, sed si ad sensum respicias, & ibi fere ad aduerbium reddatur ad uerbum. Idem enim est, omnis homo fere est auarus, ac si dicitur, nullus est fere, qui non sit auarus. Idemque in consimilibus obseruandum est constructionibus.

De Accidentibus Aduerbio. & primo de Specie. Cap. CLX.

Post hoc enumerat accidentia Aduerbio, sunt autem tria. Species, significatio, figura. Igitur aduerbia quaedam sunt primitiua, ut non a quaedam deriuatiua, ut, clam, clanculum. Et uide, quod statim, a statu, quod est nomen participiale, unde qui statim penult. producta ponunt in metris, contra regulam facere uidentur. Omnia enim quaeque a uerbo sto, stas, deriuatur, corrumpunt a, excepto staturus, ra, rum, & statum. Hanc enim regulam longe tradidit Priscianus. Quare cum statim median te participiali nomine a sto, stas, deriuatur, debet corrumpere a, sed quoniam in statio inuenitur producta, dicimus illam Prisciani regulam, de solis datam esse declinabilibus. Item hic aduerbiu, ab hic pronome dicitur, sed haec nulla uidetur esse deriuatio, cum eadem sit uox prorsus utrinque, sed non est prorsus eadem, quia hic aduerbium semper producit, hic uero pronome cum Priscianum semper corrumpi debet, quamuis uersificatores moderni, hic pronomen indifferenter ponant. Illud etiam addit, quod nomina sub diuersis casibus, quae aduerbiis inueniuntur posita, ut nimium pro nimis. Multum quoque quod nomen est, similiter & primum, & una, quod est nomen pro simul aduerbio. Similiter, hac, quod est pronomen, ponitur aduerbialiter, ut apud Virgilium. Hac fugerent Grai, &c. Adiungit iterum, quod per nominatiuum ponuntur aduerbialiter nomina, ut fors, & uota facit, &c. Et sole recens orto, pro recenter, Per genitiuum etiam, ut Romae, Militiae, Tarenti. Datur quoque casus ponuntur pro aduerbiis, ut uesper, fortis, ruri: Actiu etiam, ut Romam Athenas. Et ablatiu, ut forte alternis, ponuntur aduerbialiter, de quibus iterum ponit exempla, ut apud Virgilium: Alternis dicentis, &c. id est alternatim. Et uide, quod forte ablatiuus est a nominatiuo fors, qui in raro usu est. Iterum dicit, quod cum nomina pro aduerbiis ponuntur, indeclinabilia manent, licet diuersis casibus nominum iungantur, id est non uariant casus, ut sublime uolans, sublime uolantis.

De Formis Aduerborum, & primo de terminantibus in a. Cap. CLXI.

Adiungit, quod aduerbia primitiua uniformia sunt, id est, unumquodque suam separatim formam habet. Ideoque nullam inquit regulam a similitudine, uel collatione aliorum possunt accipere, quoniam regula semper similitudine eiusdem proprietatis inter diuersa continet. Deriuatiua uero sub aliqua certa proferuntur forma. Quoniam quaedam eorum terminantur in e. Alia in es. Alia in r. per hoc, quod ait, subnotauit multorum in eadem forma conuenientiam. Itaque similitudi-

ne proprietatis adhibita, sicut enim a docto, fit doctè. o, in e, longam conuersa, sic a pulchro pulchrè, plerumque possunt accipere rationem, id est regulam, suae naturitatis, quae a primitiuis secundum similes terminationes deriuantur. Plerumque autem inquit, diximus propter excepta, uel anomala, ut bene, malè, driter. Deinde exequitur singulas aduerbiorum formas, secundum diuersas eorum terminationes. Et incipit primo a terminantibus in a. Dicit ergo, quod aduerbia terminantia in a, uel sunt primitiua ut ita, uel composita, ut praeterea. De ita, interponit, quod ipsum solum habet, a, correptam, quamuis quidam corripitae puta aduerbium. Ideoque ad differentiam uerbi imperatiui dicitur, ut ibi hoc puta non iustum est, uide & plerique dicitur uerba, compositum esse ad aduerbio puta. De compositis autem dicit autor, quod omnia producuntur terminale a. Si quis ergo postea finali correpta inueniat, necesse est duas esse partes intelligat. Antea uero finali correpta non potest poni, cum duae partes esse nequeant. Illud quoque dicit, quod ablatiuus terminans in a, ponitur pro aduerbiis, ut una, qua, nequa, de quibus ponit exempla, quae manifesta sunt, nisi quod in illo, Nequa scire doles, &c. Sciendum est, nequa, poni pro uequando.

De Puta, & Quisputas. Cap. CLXII.

Eputa uero opinor, quod magis debeat dici adiectio syllabica, uel in eo, quod est quisputas, de quo tamen dubitatio est, & controuersia. Quidam enim dicunt duas esse partes, quis, & putas, & terminantes partes ubi dicitur, quisputas maior est in regno, propter Hieronymum, qui super illum locum dicit, uerbo interrogatiuo uisus est, cum nulli omnino interrogatiuum uerbum esse possit denique respondente, cum quo uerbum illud in hac oratione constituitur, & quomodo intransitiue uel transitiue, quod nullatenus inuenient, nisi forte dicat aliquis subintelligendum, ut & constituit ita. Quis est maior in regno caelorum, ut putas stultus? Et ignorantis uisus nunc dedi reuelatum, quoniam de huiusmodi defectu, nec auctoritatem, nec probabilem possemus habere rationem. Dicimus ergo, quod quisputas una pars est simplex, & est putas syllabica adiectio, & quod totum hoc scilicet quisputas sub uo accentu debet proferri, & correpta penultima. Quod autem ait Hieronymus uerbum ponitur ibi, non pro illa orationis parte, sed pro quolibet sermone.

De Nominibus locorum, quae ponuntur aduerbialiter, & primo de simplicibus. Cap. CLXIII.

Radit quoque regulariter, quae propria locorum nomina sub uo casu debeant aduerbialiter poni, de quo nos quoque ad maiorem euidentiā plenius, quam ab autore isto dicitur, non grauius dicere. Primo ergo uidentur esse, quod omnia propria nomina apud Latinos, uel sunt prima, uel secunda uel tertiae declinationis, exceptis duobus Virginiū nominibus, spes spei, & fides fidei. Dicunt tamen plerique fides fides dicendum esse pro nomine uirginis, sed uisus Ecclesiae habet ea sicut praedixi. Illud quoque uidentur esse, quod nomina locorum dicit hic non nomina nationum, sed ciuitatum, castrorum, uicorum, & uillarum quae omnia appellat. Cum ergo sint aduerbia locorum quatuor interrogatiua, ubi, quo, qua, unde. Videndum est, quae propria locorum nomina sub quo casu loco aduerbii, ad quod istorum responderi debeant. Omnia igitur propria nomina locorum, si prima fuerint declinationis, uel secunda numeri singularis, ad ubi sub genitiuo casu debent responderi, ut ubi est Caesar? Romae, Tarenti. Si fuerint pluralis numeri, sub ablatiuo casu debent responderi, ut ubi est Plato? Athenis. Rursus si propria nomina locorum tertiae sint declinationis, ad ubi sub ablatiuo casu sine praepositione debent responderi, ut ubi est ille? Chartagine, &c. Rursus omnia nomina propria locorum cuiuscumque sint declinationis uel numeri, ad quo sub accusatiuo sine praepositione addita debent responderi, ut quo uadis, Romam, Athenas, Tarentum, Chartaginem. Rursus omnia nomina locorum, cuiuscumque sint declinationis, uel numeri, ad unde, & qua, sub ablatiuo sine praepositione debent responderi, ut unde uenis, uel qua transibis, Roma uenio, Roma pertransibo, similiter Athenis, Chartagine, Tarento. Sunt autem quaedam nomina ciuitatum terminantia in is, de quibus sub quo casu debeant responderi est dubitatio, ut Pictauis, Andegauis, Turonis, Aurelianis, Remis, quae omnia licet plerique uideantur esse tertiae declinationis, ut tamen praecipuis in hac arte uidentur, indeclinabilia debent dici, solebant enim antiqui dicere, Remi, Remorum. Et nos solum ablatiuum in usum retinimus, quo pro omni utitur casu, sub uia, & eadem igitur terminatione ad omnia praedicta aduerbia debent huiusmodi nomina responderi, ut ubi est ille? Remis, quo uadis? Remis Pictauis,

tauis, non Remis, Pictauis, rursus unde uenis, Remis uenio, qua pertransibis, Remis pertransibo.

De nominibus locorum, quae sunt per nomina Sanctorum, & primo de compositis. Cap. CLXIII.

Uide iterum quaedam loca, quae nominibus Sanctorum celebrantur, praecipue nancupantur, ut Sanctus Dionysius, de quorum responsione potest dubitatio haberi, si quis ergo subintelligat: aduerbia praedicta, debent omnia huiusmodi, sub genitiuo casu, addita praepositione responderi: unde uenis, de Sancti Dionysii, subintelligitur enim in hoc, & in aliis huiusmodi, uico, uel uilla, uel castris, uel aliquid huiusmodi, sicut in Calendario ad notandum festum Beati Petri, inuenitur scriptum Sancti Petri Apostoli, subintelligitur festum, uel aliquid cōsimile. In quo si quaeratur, quo uadis? congrue respondeatur, ad Sancti Dionysii, subintelligendo uicem, uel alium accusatiuum huiusmodi. Ut tamen minus ueritas satisfaciam, dicatur, quod quia nomen Sanctus, est appellatiuum, & in praedicto exemplo praepositione per casum quem exigit aduerbium, interrogatiue praepositione, addita sibi congrue praepositione, potest congrue respondere, ut quo uadis, ad sanctum Dionysium, unde uenis, de sancto Dionysio, qua pertransibis, per sanctum Dionysium, ubi est ille, apud sanctum Dionysium. Mihi tamen uisus magis Latine est supra dictum modum Respondendum. Item quaedam sunt propria nomina locorum ex nominibus appellatiuis, & propriis nominibus composita, ut Mons pessulanus, Pontifara, &c. de quibus quoque multa quaerit. P. imo enim praecipue cuius declinationis dicitur debeat. Si enim Pōstfara primum dicitur declinationis esse, sub genitiuo ad ubi respondetur, si ergo quaeratur, ubi est ille? respondendum erit Pontifara, quod uisus non habet. Dicitur itaque, quod cum ex utraque parte fiat declinatio, ut Mons pessulanus, Montis pessulani, hoc nomen intrinsecus tertiae declinationis est, extrinsecus secunda. Similiter licet ex una tantum parte fiat declinatio in quibusdam illorum, ut Pontifara Pontifarae, dicitur alterius declinationis esse intrinsecus, alterius extrinsecus, ut Pontifarae intrinsecus, quod est tertiae, extrinsecus prima eo, quod extrinsecus in a diphthongum terminat genitiuum. Intrinsecus uero in is. Quia ergo in omnibus istis praepositione nomen appellatiuum, uidetur debere responderi eodem casu, quos aduerbia exigunt interrogatiua, praepositionibus sibi congruis, ut quaerenti, quo uadis, ad Montem pessulanum, apud Pontemifara, rursus, unde uenis, de Monte pessulano, de pontefara, licet plerique uideatur debere responderi sine praepositione, secundum regulas quas praemisimus.

De nominibus appellatiuis, quae ponuntur similiter aduerbialiter. Cap. CLXV.

Raterea tria sunt appellatiua, quae ad similitudinem priorum ad praedicta uerba habent responderi, ut militiae, militiam, militia; domi, domum, domo; humi, humum, humo. Ut si quaeratur, ubi est ille, respondendum est domi: quo uadis domum: unde uenis, uel qua pertransibis, domo uenio, uel domo pertransibo. Et uide, quod cum quaeritur, ubi est ille? non potest responderi congrue, domi, nisi uel de domo eius, qui interrogat, uel qui interrogatur, uel de quo quaeritur. Alioquin cum quaeritur, ubi est ille? respondendum est praepositione praeposita, ut in domo regis, uel huiusmodi alia. Unde Tullius ad determinandum de cuius domo dicitur, addit pronomen, domi mea, domi tua, ut totum hoc domi mea, pro uo ponatur aduerbio. Et uide, quod hoc nomine, rus, utitur similiter Horatius pro aduerbio, ut quaerenti, quo uadis, secundum eius usum debeat responderi, rus uado, unde uenis, erure. Porro militiam appellabant antiqui antonomastice, expeditionem Romanorum. Illud etiam sciendum est, nomina nationum ad praedicta aduerbia, non sine suis praepositionibus responderi debere, ut ubi est ille, in Italia: quo uadis? ad Italiam, & similia. Illud quoque attendit autor, quod propriis nominibus locorum solebant etiam antiquae praepositiones addere, ut ad certam opidum, & alia huiusmodi, de quibus plura ponit exempla. Quae uero fortasse quis, cur quaedam propria nomina locorum, sub genitiuo respondeatur ad ubi, cum alia sub ablatiuo ad eandem interrogationem soleant reddi. Sciendum ergo, quod responsio facta ad ubi, semper retinet significationem ablatiuus, sed quia a Graecis, & alia huiusmodi, uentur pro ablatiuo, quo carent, habuimus, ut propria locorum nomina aduerbialiter poneremus. Ad hoc notandum, quod ad eorum similitudinem ponimus in quibusdam genitiuos casus, pro aduerbiis, in aliis uero utitur ablatiuus, quod exigit propria significatio responsionis. Genitiuis tamen respondendum in prima, & secunda declinatione, ut in tertia, eo quod genitiuus primae terminetur in a genitiuus secundae in i, genitiuus tertiae in is. Multa inueniuntur aduerbia terminantia in e, uel is in i, pau-

ca uero in is. Illud quoque uidentur esse, quod ad ubi, congrue respondent haec aduerbia hic, ibi, illic. Ad quo autem ista, hic, illic, istuc. Ad unde uero, hinc, illinc, istinc. Ad qua quoque, hac, illac, istac.

De Aduerbijs primitiuis, quae terminant in e. correptam. Cap. CLXVI.

Post hoc agit Priscianus de aduerbiis terminantibus in e. Et primo in e. correptam, quorum quaedam dicit esse primitiua, quaedam uero deriuatiua. Primitiua sunt ut pene, a quo penissime. Ne quoque ponit inter terminantia in e. correptam, quod sit quod est aduerbium in interrogandi, uel affirmandi, positum pro certe. Quia enim, ne, dehortatiuum est producitur. Inde etiam terminatur in e, correptam, ex quo composita sunt deinde. subinde, proinde, exinde, quae omnia, si composita supra dicta antepennit, habet acutum, de quo duplicem reddit rationem. Cum enim inueniantur exin, & dein, dicunt quidam, quod habeat de praedictionem. Item de exinde, deinde. Ideoque retinuerunt naturalem accentum, qui ante adiectionem erat super primam de. Alii uero dicunt, quod quia sunt composita ex praepositionibus de sub, per, ex, in principio positae, acutum in his assumpserunt accentum, ut ex acuto accentu ostendantur illae praepositiones in compositionem redactae: praepositiones enim separatae cum praepositione habent grauari. Ut ergo praepositiones illic redactae ostendantur in compositionem acutum, sicut si, & ne, cum praepositione ponuntur per compositionem quae, ut supra, neque, debet enim acutus accentus super primam syllabam esse, in his, pp praedictam causam. Aliqui, non ideo acutus antepennit, ut compositum ostendat esse, sed causa differentiae ab aliquanto, ita enim affinitum sonant, d, & t, ut ex sono non possit discerni utrum eorum puniatur, nisi esset in accentu differentia. Ideoque aliqui a, antepennit, causa differentiae acuit in legendo. De alioquin, sic habetur, ut si ex nomine, & quin, dicitur componi, producat penult. si uero ex aduerbio alio, & quin, communis sit, penultima, ostendit in aduerbio, Horatius tamen producit penult. in sermonibus, unde magis uidetur sic debere proferri.

De Deriuatiuis eiusdem terminationis. Cap. CLXVII.

Deriuatiua aduerbia in e, correptam, definitia dixit esse, ut a peragro peregre, a puno, impune per compositionem, similiter ab abundo abunde. Nomina quoque definitia in e, correptam, inueniuntur pro aduerbiis posita, ut facile, sublime, forte, sponte, & mane, quae duo confirmat esse nomina ex aliorum coniunctione, dicitur enim sponte sua, mane primo hoc tamen magis secundum alios uidetur dixisse, cum dicit ali bi ea esse aduerbia pro nominibus posita. De compositis quoque aduerbiis in e, correptam definitibus adiungit, ut exinde, deinde, & nunc primo de his, quae principaliter agit. Vtpote, uero dicit compositum ab, ut, aduerbio, & pote, nomine, quod nascitur a masculino potis, unde quia scilicet pote, nomen est, dixit Parisius. Qui, id est, quomodo, pote uis dicam. Post hoc agit de definitibus in e, prod. dicit itaque se primitiua in e, produ. non inuenisse, bene autem ait pluraliter primitiua, unum enim inuenitur, scilicet ne dehortatiuum. Deriuatiua autem multa sunt in e, prod. definitia, quae formantur a ditiuis singularibus hominum secundae declinationis, o, conuersa in e, longam, ut huic clare, & inde clare, eodemque modo in ceteris, exceptis bene, & male, quae licet fiant a bono, & malo, tamen definit in e, correptam. Addit, quod multi ditiui nominum secundae declinationis terminati in o, sub eadem terminatione ponuntur pro aduerbiis, ut falso, pro false, consulte, sed saepe inquit corrumpunt, o, quando transeunt in aduerbia, saepe dicit, quia ad uerbialiter posita inueniuntur in, o, producta. De necessario, quoque dicit, quod ualeat quantum necesse, sed in hoc differunt, quod necesse, esset tertia persona uerbi substantiu. Necesse autem quibuslibet uerbis potest adungi, & dicunt plerique, quod necesse est aduerbium primitiuum, mihi tamen uidetur nomen indeclinabile, tum quia semper eget persona uerbi tertia, tum quia non erit nominatiuum cum quo constituat est, uerbum, cum dicitur, necesse est Sortem esse animal, ubi necesse cum quo iungitur, nomen esse dicimus. Sed sunt dialectici quidam nimis simplices, qui concedunt totum hoc. Sortem esse animal, poni pro nominatiuo, & loco nominatiui constitui cum est uerbo. Sed dico si fiat sermo de dicto, sic non erit modalis praepositio. At illam resoluti sic Aristoteles. Sortes ex necessitate est animal, ut illa modalis, non de dicto, sed de Socrate, fiat potius sermo. Item neutra nominum secundae declinationis accipiuntur pro aduerbiis, ut multum, nimium, & parum pro paruum, quod dicit, quia in aduerbio parum, u, sin copatur, parui, enim rectè diceretur.



VT ergo regulam breuiter colligam, aduerbia derivata a nominibus secundum declinationis sunt a dative, o finali in e, longam conuersa. Excipiuntur inquit a duro, dure, driter, a largo, largi, largiter, ab humano, humaniter, a firmo, firmiter, respicit autem hæc exceptio ad illa, quæ desinunt in er, non ad ea, quæ in e. Illa enim inæqualem habent derivationem. Non enim a nominibus secundum declinationis regulariter deriuantur, & desinentia in er hæc sunt ea, quæ superius dixit anomala. Ponit autem exempla, & de quibusdam alijs, quæ non recipiunt vsus, ut inuenerit, seueriter, & addit, quæ habundè fit ab habundo, & habundanter, ab habundans. Et inde, quæ superius dixit habundè corripere e, hic autem ponit illud inter ea, quæ producunt, forsitan ut designat, et quæ aduerbia in e a uerbis derivata, & producere licet, & corripitur, & uerba in o, terminantia, licet illis in aduerbijs huiusmodi magis ea corripiat. Itè videtur, quæ habundo compositum est ex ab, & udo as, non habet aspirationem, si deriuatur ab habudo, ut plerisque uidetur tunc in principio aspiratur. Illud etiam addit, quod quædam sunt aduerbia, quæ non plane suam a nominibus a quibus deriuantur contrahere uidentur significationem, ut a ferus fere, pro prope, fatuus, sane pro certe, a sensus sensim pro paulatim, quodammodo tamen contrahant.

De Aduerbijs, quæ terminantur in i, o, u. Cap. CLXIX.

ADdit postea pauca esse primitiua, quæ desinunt in i, ut heu, ubi, ubi. Inueniuntur quoque nomina terminantia in i, pro aduerbijs postea, uel per genitiuum, ut domi, uel per dative ut uesper, uel per ablatiuum, ut qui, pro quomodo, & vnde. In o, inueniuntur primitiua, ut quando, & ex eo composita, siquando, nequando. Inueniuntur quoque deriuata in o, ut a eis, cito, ab intus intro. Inueniuntur etiam composita, ut præsto a præ præpositione, & sto stas, & profecto, a pro & facto nomine. Inueniuntur nomina in o, aduerbialiter prolata, ut falso, merito, & similia, sed quando ponuntur pro aduerbijs corripuntur, quandoque, non autem semper. In u, quoque inueniuntur deriuata, ut a die diu, & interdiu, id est, interim dum dies est, quod est ab inter, & diu. Nomina autem in æ, dyphthongum desinentia, ponuntur pro aduerbijs, ut Romæ, militiæ. De terminantibus uerò in oe, au, ei, hob, ab, dicit quod interiectiones sūt sed Græci eas commenerant aduerbijs.

De His, quæ terminantur in e, i, m, t. Cap. CLXX.

EXequitur quoque aduerborum formas secundum ordinem consonantium. Primo ergo dicit, quod inueniuntur primitiua in e, desinentia, ut sic, donec, & deriuata, ut illic, illic, & similia. Et uide, quod omnia aduerbia in e, desinentia producta natura, uel positione extrinsecam syllabam, excepto donec. Quod si uocalem habuerint longam naturam, circumflectuntur in fine, donec, ergo cum uocalem naturaliter corripit habeat, acut penult. Composita etiam inueniuntur in e, ut adhuc, & similia. Pauca inueniuntur in i, ut semel, pol, edepol, & uel coniunctio, quæ quando pro ualde accipitur, aduerbium qualitatè respicienda est. Sunt autem primitiua desinentia in am, ut clam, cora, desinentia uerò composita, ut nequaquam, prætereaquã, quando est similitudinis, ac compositionis, uel electionis aduerbium accipitur. Dicit etiam bisariam, & trisariam, & omnifariam esse composita a ferendo, uel secundum alios a fando. Primitiua aduerbia inueniuntur in em, ut item, & tandem, & composita ut uidem, quod est ex item, & demum, similiter ibidem, & ididem, & identidem, quod est ex idem, & idem. In im, quoque inueniuntur denominatiua a nominibus deriuata, ut a parte partim, uel participalia, id est a nomine participiali formata, ut saltum saltim, id est saltando, uel etiam uerbalia, ut præsertim, & confestim, & componitur præsertim, ex præ & sero ris uerbo tunc enim dicimus præsertim, cum aliqua sententia præsertitur, id est præsertur alijs sententijs interdicitur, uel componitur a præ & sero, & tunc est denominatiuum. Confestim uerò componitur ex con, præpositione, & festino as. In um, quoque, inueniuntur primitiua, ut iterum, sursum, & deriuata uerò composita, ut dextrorsum, sinistrorsum, quæ uel deriuantur a dextra, & sinistra, uel componuntur ex iisdem nominibus, & orsum aduerbio, similiter uidentur aduerbia composita orientem uersum, occidentem uersum, eo quod sub uno proferantur accentu, sed melius est dicere, quod orientem uersum, duæ partes sunt, & quod aduerbium postpositum inclinatur sibi suprapositum nomen. Illud quoque dicit, quod actutum, id est cito, deriuatur ab actu. Et quod nomina terminantia in um, inueniuntur aduerbialiter posita, ut multum, & huiusmodi. Desinentia in, n, pauca sunt, ut en, forsar, forsitan.

De His, quæ terminantur in r, s, t, x. Cap. CLXXI.

ET quando pro ualde accipitur, tunc aduerbium est, uel loco aduerbii. Inueniuntur a nominibus uel participijs tertie declinationis, exeuntia in ter, quorum regula hæc est, si in ens desinit nominatiuus, is, genitiuus conuertitur in er, ut sapiens, ter, ter. Cetera uerò adsumunt dative ter, penult. corripit, ut fortis, ti, ter, & excipiuntur facili, & difficili, quorum primum habet facile pro aduerbio, pro facilliter, & uero facile diffucili, p difficili. Excipit etiam os, qd facit omnino, & ommiter, A tribus, & quatuor nascuntur aduerbia ter, & quater. Obiter quoque compositum est ab ob & iter, ut obiter dixit hic mihi. Idem erat in itinere. Inueniuntur etiam alia composita in er, ut paulisper, tantisper, parumper. Postea dicit, quæ inueniuntur a nominibus deriuata in as, ut aliàs, & habet extremam circumflexam. In es quoque productum: ut fides, & Hercules. Pleraque tamen desinentia in es, nascuntur, a nominibus numerorum, ut a quinque quinquies. Et deinde, usque ad mille. Nam quæ a numeris infra quinque positis deriuantur, non terminantur in es. In is correptam inueniuntur quædam aduerbia, ut nimis, & satis, qd etiam loco nominis positum accipitur, & facit ex se comparatiuum, ut satis. i. melius. Item inueniuntur terminantia in us, correp. & primitiua, ut penitus, rursus. Et deriuata, ut stirpit, diuinitus, dr & diuine, & humane, sed differunt, nam diuinitus & humanus, significant a diis, & hominibus, diuine & humane, ad similitudinem Deorum, & hominum. Aduerbijs quoque cum sit nominatiuus ponitur pro aduerbio, quò nullus pro minime, quod mirum non debet uideri, cum fors sit nominatiuus pro aduerbio ponatur, & omnia comparatiua, quæ similia sunt nominibus comparatiuis neq. aduerbia inueniuntur, ut clarus, & ocyus, & similia. In ens quoque inueniuntur aduerbia, ut totiens, & quotiens. Male igitur dicunt, qui toties præcipiunt dici, & quoties. In t, etiam inueniuntur aduerbia, ut fat, & durat, ut, i. tantummodo, & componitur ex dam, & taxo uerbo, qd est uel astimare, uel dicere, uel licitari. In x, etiam desinit quædam, ut uix, pax, quod est Græcum, & comitum aduerbium, & significat, quod tantummodo. Quædam uerò desinunt in, ac, ut nunc. Alia in ps, ut deinceps, qd est compositum a dein, & cep. pro. Illud etiam addit, quæ a nominibus deriuantur aduerbia, ut sapiens sapienter, uel a pronominibus, ut ab ille, illic, uel a uerbis ut detero deterius, uel a participijs, ut ab indulgens indulgenter, uel a præpositionibus, ut ab in, inter.

De Figura, & significatione Aduerbij. Cap. CLXXII.

OLt speciem tractat Priscia de figura, sed omnia, quæ ad figuram pertinent, in tractatu nominis, expedita sunt. Post hoc agit de significatione. Habet autem questionem, utrum significationem uocet significatum, uel significandi modum, quorum utrumlibet dicatur. Alia quoque suboritur, quæ cur significatio magis dicatur accidens aduerbio, quàm cæteris partibus, cū uerbaque aliarum partium significationem habeat quò aduerbium. Primum ergo dicendum, quod significatio in hoc loco ( ut opinor ) dicitur diuersitas significationum. Bene autem significatio dicitur accidens aduerbio. Accidens namque partibus orationis dicitur conuenientia ipsis, & quæ uel inter se, uel cum alijs conuenienter habent conuenientiam. Aduerbia uerò sunt diuersitatem significationum, diuerso modo cum uerbis habent conuenientiam. Nā quod præteritum tempus significat, ut heri, & cum præterito uerbo conuenienter, non cum futuro, uel cum presenti, quia significatio non conuenit cum cæteris partibus orationis, iccirco non eis accidere dicitur, quemadmodum aduerbio. Dicit ergo, quæ aduerborum alia sunt temporalia, alia uero localia. Post quas species multas alias subiungit, sed temporalium diuisionem primo exequitur. Horum igitur alia communiter tempus significant, id est diuersa tempora indifferenter alia differet. Quæ uerò differet, alia significant præteritum tempus, ut multoante, alia presens, ut nunc, alia presens, & præteritum perfectum, ut modo: proprie ergo dicitur nunc lego, nec nisi improprie, nunc legi, sed & modo lego, & modo legi proprie habet dici, & in hoc differet nunc, & modo. Sumitur autem, & nunc pro infinito aduerbio, quod est aliquando, unde & nunc ( licet non satis proprie ) iungitur cū præterito imperfecto, sicut aliquando, quædam uerò futurum tempus significant, ut eras. Sunt & alia diuersorum temporum communia, ut olim, dudum, quondam, unde Virgilius. Forsan, & hoc olim meminisse iuuabit. Quando etiam & ex eo composita diuersorum sunt temporum communia, ut aliquando, siquãdo, nequando, quæ omnia dicit infinita, quia particulas temporis indeterminatè significant, ut si dicam, aliquando scribã. Est autem quando relatiuum, ut ibi, Quando eram inuenis peccati, ubi subintelligitur tunc, & ad quando, habet ibidem referri. Est etiam infinitum, ut quando ueniam, uel quando faciam, uel dicamus, quæ ponitur pro quocumque, & sic ponitur infinito, accentu.

accentu tamen discernuntur. Nam si est interrogatiuum acut primum, si uero relatiuum, uel infinitum, per omnes syllabas grauatur. Illud quoque addit, quod ponitur pro aliquando, & pro quoniam coniuuctione casuali, ut apud Virgilium, quando hæc te cura remordet. i. quoniam.

De Aduerbijs localibus. Cap. CLXXIII.

ADuerborum localium quædam habent communes locorum significationes, quædam discretas. Eorum uerò, quæ discretas habent significationes, alia significant ad locum, ut hic, alia in loco, ut hic, uel ubi, quod quando interrogatiuum est acut penult. quando uero relatiuum est, grauatur per omnes syllabas. Ita quoque, & uide, Quædam autem significant de loco, ut hinc, illinc, quædam per locum significant, ut hac illac. Sunt rursus, quæ communes habent locorum significationes, ut peregrè sum, quandoque autem ad locum, ut peregrè eo, in peregrinationem, quandoque de loco, ut peregrè aduenio, i. peregrinando de alio loco ad istum uenio, quæ significat per locum, ut peregrè transco. Similiter ponè, & super huiusmodi alia, quæ quia inquit casibus iunguntur, & eis præposita grauantur putantur esse præpositiones, licet proculdubio sint aduerbia, propter quod tradit differentiam inter præpositiones, & aduerbia, hanc. scilicet quod illa proprie dicenda est præpositio, quæ unquam separata per appositionem sine casualibus potest proficisci, ut, e, ex. Aduerbia uerò, licet casualibus, ut ultra murum, ponè domum, tamen cum uerbis sine casualibus poni possunt, ut apud Virgilium. Ponè subit conuincet. In hoc quoque differunt, quod aduerbia per se prolata, certam habent significationem, ut ultra, per se locum significant, præpositio uero non, sed ex diuersis adiectis, diuersas contrahit significationes. Aliud enim significat, de, cum dico, de partibus orationis, aliud si dicas, de loco in locum. Illud quoque adiungit, quod sunt quædam aduerbia ad locum significatiua tantummodo, ut dextrorsum, & similia. Eodemq; modo Italiam uersum, Siciliam uersum, significat ad locum, quæ aduerbia esse composita ostendit accentus, quia, lab vno proferitur accentu, nisi illud dicatur, quod uersum, & uersus postposita inclinatur sibi nomina, ut supra demonstratum est. Illud etiam dicit, quod militiæ significat in loco, cum pro aduerbio ponitur, quomodo uesper, in tempore significat. Et, quod localia aduerbia pro temporalibus ponuntur, ut inde, proinde, uel postea, & ubi pro postquam, & hic pro tunc, temporalia uero nunquam pro localibus.

De Cæteris speciebus Aduerborum. Cap. CLXXIII.

ONit deinde tertiam speciem aduerborum. i. aduerbium dehortatiuum, ut ne, quod accipitur pro neque, & tunc est coniuuctio casualis. Sciendum tamen, quod in his ponitur et ne, pro ualde: Sunt rursus aduerbia abnegatiua, i. abnegatione conuersione, ut non, haud, & huiusmodi alia. Addit quoque, quæ alia partes ponuntur pro aduerbijs diuersarum significationum, & est quædam dicitur ponitur pro uia, ut nullomodo, nullatenus, uide uideret uoluisse, quod nulla illarum sit composita dictio, quod si ita est, non sub uo accentu debet proficisci, sed qui accentu pronunciantur super ante penultimas, dicunt nullomodo duas esse partes, & tamen debere sub uo accentu proficisci, ut notentur pro uia particula poni. Idem, & de nullatenus. Sunt etiam qui dicunt, quidem, nulla pars est composita, sed dicunt Prisc. dixisse duas partes, quia duæ integræ ibi inueniuntur coniunctæ, licet per compositionem, quod satis potest esse. Sunt etiam quædam confirmatiua, i. confirmationem significantia, ut profecto, & similia. Inueniuntur etiam duæ partes pro uo aduerbio confirmatiua, ut quamuis, & cur non, & quid istic, interrogatiua ponuntur, pro certe. Addit tamen, & alterius speciei aduerbia, quæ appellatur iriatiua, ut medius finidius. Illud quoque dicit, quod per præpositio pro aduerbio iurandi ponitur, quod nunquam fit, nisi casuali coniuucta sit: Adiungit rursus optatiua, i. optationem significant, ut utroq; o, utinam componitur ab uti, & nam. Item quædam sunt horatiua, ut age, quod uidetur inquit plurale habere. Sagite, sed quia agite, de uerbo traslatum est in aduerbium, licet ibi proprietate uerbi amittat, tamè non significationem, sed uel irigen te, pluribus tamen adiungitur personis, ac si uerbis ibi proprie esset. Agit uero postea de remissiuis aduerbijs, quæ dicit horatiuis esse contraria, quia cum illa motum animi ex citare uideantur, remissiua contrario sedant, ut paulatim, & similia. Præter hoc etiam sunt aduerbia qualitatè, ut bene. Quantitatis, ut parum, Similitudinis, ut sicut. Dubitatiua quoque, ut forsitan. Congregatiua, ut simul. Differentia, ut seorsum. Ordinatiua, ut deinde. Interiua, ut proforus. Comparatiua, ut magis, & minus, de quo dicit, quod adiunctum cum qualitate contra,

ria, significat, quod comparatiuum contrarij positui, ut miuus stultus, dicitur pro prudentior. Adiungit postea de superlatiuis, cuiusmodi sunt maxime, & minime, & similia. Et uide, quod cum ocyus, & ocyllime, dicantur deriuari a nomine Græco ochy, tamen habent nomina Latina ex quibus deriuantur, loeyor, & ocyllimus. Non enim quantum ad uocem fit, sed quantum ad significationem a duobus dicimus his anomala. Vbi enim Græci dicunt dis, & Latini dicunt bis. Ceteri autem numeri à uocibus suis faciunt regulariter aduerbia, ut a tribus ter, a quatuor quater. Et uide, quæ a quinque, usque ad mille, desinunt aduerbia in es, produ. ut a quinque quinquies, a quatuor deriuata, & a tot terminantur, in eis, ut quotiens, & totiens. Et sunt aduerbia hæc numeratiua. Et sic addit pro uia specie numerali.

De Aduerbijs equiuocis, & de ordine Aduerborum. Cap. CLXXV.

ILLud etiam adiungit, quod sicut sunt nomina synonyma, & polionima, ita quoque, & aduerbia. Polionima sunt æquiuoca, quæ, scilicet, pluria significant, ut ibi tempus, & locum, similiter habent diuersas significationes, quo, qua, quando, cum sint relatiua, & interrogatiua, & infinita. Tandem, quoque, & est aduerbium temporale, & coniuuctio expletiva, & sic accipitur æquiuoce, similiter & o, & est aduerbium admirandi, uel indignandi, & est proprie interiectio, sed interiectio, & aduerbium tantam habent affinitatem inter se, ut species unius dicatur species alterius. Est quidem uocandi, & admirandi, ut ibi, O qualis facies, & c. Est et aduerbium indignandi, ut apud Cicero, o tempora, o mores. Est etiam optandi, ut A illis, o placidus. i. uinum asis, & est iterum, o, nomen literæ, & sic ponitur æquiuoce. Inueniuntur synonyma, ut uidelicet, cum sint diuersa uoce, sunt eisdem significationis, ut olim, dudum. De ordine etiam aduerborum adiungit, quod magis debent præponi uerbis, quam supponi, quomodo adiectiua nomina substantiuis, ne liceat auditoris animo euegari, sed suspensus expectet substantiui adiunctionem, & ita demum rem substantiui cum determinatione simul intelligat, uelut cum dicitur, Albus homo. Tamen sciendum, quod aduerbia licet etiam præposse proferre, exceptis monosyllabis, quæ omnia debent præponi, ut non, ne, dum, cum, quando est temporale, quod ideo determino, quia aliter acceptum habet præpositio esse. Ita, quoque, & per, præponitur semper, quando ponitur aduerbialiter pro ualde, ut per pulchra. Item demonstratiua aduerbia, ut ecce, & interrogatiua, ut cur, quare, & horatiua, ut age: & similitudinis, ut quasi: & uocandi, ut heus, & optandi, ut utinam. Hæc omnia, inquam semper uerbis præponi.

De Interiectione. Cap. CLXXVI.

POST hoc adiungit de Interiectione, quia tantam habet cū alijs affinitatem, ut Græci eā inter aduerbia posuerint. Et ideo, quia interieccio habet in se uim uerbi. Interieccio, n. sicut aduerbijs, uel adiungitur uerbis uel uerba ei subaudiuntur, uide habet significationem ubi in se. Inde est, quæ Latini uia partem per se ab aduerbijs separandam esse uoluerunt, præsertim cū, nullum aduerbijs significet esse cū uerbi cui adiungitur, quod interieccio, uide & Osanna dicitur, quasi salua obsecro. Nam osi, idem est, quod salua, anna uero interieccio est obsecrationis, propter, quod & uerbum obsecrationis in illa interiectione intelligitur. Et ne quis opponeret, quoniam doctè signat, quod docet. Subiungit, quod interieccio plenam animi motus significationem habet in se, etiam si non addatur uerbum. Et uide, quod interiectiones illis tantum uerbis adiunguntur, quæ affectus ipsa signant, ut, papè tantum uerbo significanti admirationem. Si quæras quare addatur ei tale uerbum, cum interieccio eius intellectu in se habeat, credo ad maiorem rei expressionem. Item sciendum est, quod non solum interieccio significatiua, ut papè significat affectum, sed etiam uoces, quæ non inueniuntur ad placitum, sed per admirationem interiaciuntur, cogente pulsi cuiusque passionis animi, ut ha, hei, & similia. Et uide, quod interiectiones aliæ significant affectum gaudij, ut euax, aliæ doloris, ut hei, aliæ timoris, ut atar, admirationis, ut papè: his conueniant quidam Grammatici mutationes illiteratorum sonituum, ut risus, habere. Indignationis phi. Differunt uerum hæc a supradictis naturalibus, quoniam illæ nihil aliud sunt, quàm naturales soni literati. Istæ uero mutationes illiteratorum sonituum, quia non sūt cū pronuntiatione literali. Itè quædam uoces sūt acceptiones diuersas ad diuersas partes orationis pertinent, ut o, cum significat indignationem, uel dolorem, uel admirationem, interieccio est. Quando autem est uocandi, uel optandi, est aduerbium: cū autem nomen est ipsius literæ, nomen est. Ita quoque

quoque, a potest esse prepositio, & nomen. Sic etiam pro, prepositio est, & interiectio, ut apud Lucanum. Pro si rem casit in urbem. Quod ergo quidam aspirant hoc modo, pro, cum interiectio est, error est. Dicunt tamen, quod pro, in: gra debuit esse interiectio, ut vasa, sed apocopata est vltima, o, sed hoc ex nulla habet autoritate. Illud vero, quod prepositio sit, & etiam interiectio, ex auctoritate hoc in loco habemus. Illud quoque addit, quod accentus interiectionum in eam sunt, quia non plana, & expressa voce proferuntur, immo secundum coniunctionem affertus animi alio, & alio accentu pronunciantur. Vide ergo, quod interiectionum g. n. r. a. posuit s. interiectiones significatiuas ad placitam, & naturales, quae sunt soni literati, & imitatorias. Nunc vero addit, quod aliae partes interiectionum possunt proferri, vel singulae, ut in sandum, vel plures, ut Pro facinus. Item notandum est, quod quae voces propriae interiectiones sunt, semper primitiuae sunt, ut papae, euas, & his similes.

De Coniunctione. Cap. CLXXVII.

Ad vltimum de coniunctione. Causa inuentiois coniunctionum est haec, videlicet, ut habeamus qualiter, vel duo casualia cum eodem verbo iungere possimus, ut Decretes, & Plato disputant: vel duo verba cum vno casuali, ut Plato legit, & disputat, vel duo aduerbia, cum eodem verbo, ut, & bene, & doctus legit. At ergo, Coniunctio est pars orationis indelimitabilis coniunctiva aliarum partium orationis, siue coniungat sensum eorum, ut copulatiua, siue distinguat, ut disiunctiua. Quod autem apponit vim, vel ordinem demonstrans, non est (ut opinor) de corpore descriptionis, sed quaedam diuisio compositionis. Vim ergo intelligit actor copulationem, quado, s. coniungit duas substantias cum vno accidenti, vel econuerso, siue diuersa accidentia diuersis subiectis. Et, ut absolutius dicam vim vocat potestatem omnium coniunctionum, nisi continua riarum, vel subcontinuarum. Ordinem vero vocat consequentiam, quando, s. coniunctio demonstrat, quod vna res naturaliter necessitate consequitur alia, qui ordo, in solis continuatiuis, & subcontinuatibus consideratur.

De Figura, & Specie Coniunctionis. Cap. CLXXVIII.

Accidunt autem coniunctioni tria, s. figura, species, ordo. Speciem autem dicit, quam alij potestatem nominant, quae eo, quod significat consideratur. De figura nihil aliud dicendum hic, nisi quod de nomine tractando diximus. Sunt autem coniunctiones quaedam simplicis figurae, ut ar, sunt aliae vero compositae, ut atque, etenim. Quod autem haec sunt compositae patet ex accentu. Agit postea de accidenti secundo, i. de specie. Species autem appellat hic, diuersitates coniunctionum, secundum diuersitatem significationum, sunt autem multae. Prima quarum dicitur decopulatiua, ut ar, & quoque, quando ponitur pro que, sunt aliae copulatiuae, quae per abnegationem sensum copulant, ut nec, neque. Vide ergo, quod aliae sunt affirmatiuae, ut que, & huiusmodi. Aliae sunt negatiuae, ut nec, neque. Secunda species dicitur continuatiua, vide ergo, quod coniunctio casualis, & magis, & minus communiter accipitur. Magis communiter accepta quinque species habet. Nam alia est continuatiua, alia subcontinuatua, alia adiunctiua, alia effectiua, alia proprie casualis. Et haec est quam minus communiter causalem diximus vocari. Harum autem quinque specierum duae primae continuatiua, s. & subiunctiua consequentiae necessitate absolue sunt. Tres vero reliqua ab omni consequentiae necessitate absolue sunt. At ergo quoniam continuatiuae sunt quae signant continuationem rerum, i. rem rei continuari, ita quod vna res ab alia ex necessitate consequitur, ut si iterum dormit. Dicit autem, quod ista coniunctio, si, rerum consequentiam demonstrat, quandoque, & quandoque casualis est illa, s. quinta species, quae necessitatem consequentiae non habet, ut si legas doctus eris. Similiter, si, siue, seu, tam continuatiuae sunt, quam causales non necessariae. Quotiens enim, si, in oratione ponitur, aliam oportet praecessisse orationem, cui si, supponatur. Porro, quia descriptio continuatiuarum superius data, subcontinuatibus etiam conueniebat, determinat, quod continuatiuae signant qualis sit ordo, & natura rerum, i. quae res in illo ordine nate sunt, ut vna posita ex necessitate altera sequatur, signat dico cum dubitatione essentiae. Subcontinuatibus vero consequentem, i. conuenientem, & necessariam causam continuationis, i. rei continuatae ad alteram non conditionaliter, sed cum essentia rerum, ut quia, quoniam: ut si dicas, quoniam ambulat motuetur, signans utrumque fieri, & ambulationem, & motum, conuenientem ordine, ita quod i. ambulatione sit causa, ad quam motus sequitur ex necessitate. Ergo ille conditionaliter, & dubitativus, istae vero per affirmationem rerum essentiam demonstrat.

Adiunctiuae coniunctiones dicuntur, quae subiunctiuo modo adiunctae, vel causam finalem non iam esse, sed ut sit, vel efficiendum, si sit, aliquid consequi ex necessitate ostendunt. Velut si dicam, Exerce te, ut sis sanus, ut sanitas finalis causa exercitij est. Rursus cum dicam, Si legas doctus eris, haec coniunctio, si, adiunctiuo modo, ostendit causam efficiendam, i. lectionem non tam esse, sed si sit, ostendit fore, doctum sequi non ex necessitate. Effectiua coniunctio est illa, quae effectum per iudicium iuncta, causam non necessitatio probate nititur, ut Legi, na doctus sum. Et nota quod ut, pro ory, Graeca coniunctione accipitur, & tunc nullam denotat causam, quous ipsa sit adiunctiua, cuius est causam ostendere, ut si dicas, Non dum conuigit, ut per altum nauigarem. Proprie casualis dicitur, quae causae per indicatum iuncta, effectum probat necessitatem, ut quoniam prodest igitur lege. Pro terea dicit, quatenus, esse adiunctiuam coniunctionem, quando in a Graecam coniunctionem significat, quod ideo determinat, quoniam duas partes possimus intelligere, quatenus, vel etiam, pro ory, Graeci accipi, sicut supra dictum est de ut. Et vide, quod in illo exemplo Virgilij. Cum faciam vitulum, non est, cum, aduerbiu temporale, sed est coniunctio posita pro, si. Illud quoque addit, quod nomina, vel pronomina, vel prepositiones, vel aduerbia loco casualium coniunctionum inueniuntur: pronomina, ut ideo, quod alij compositum dicunt esse ab id, & eo, pronominiibus. Alij dicit, quod duo illa pronomina irregulariter coniuncta, sunt pro coniunctione posita. Nomina quoque inueniuntur poni pro coniunctione, ut qua causa, qua propter, quam obrem.

Adhuc de quibusdam speciebus coniunctionum.

Cap. CLXXX.

Git postea de approbatiuis, quae approbant rem cui adiunguntur, ut equidem merui, ecce, equidem, approbatiua est. Dicit etiam, quod causales illae, quae adiunctiuae sunt, ponuntur pro approbatiuis, ut apud Virgilium: Dij si qua est caelo pietas. Distinctiuae autem sunt, quae cum verba coniungant, tamen res, & sensum distinguunt, ut alteram esse, alteram non esse significat, ut vel dies est, vel non est. Haec aliqui indicatiuae sunt, aliquando dubitatiuae. Indicatiuae inquit, ut aut lux est, aut tenebrae. Omnis, n. habens oculos ex oratione ipsa concipit, quod membrum eius concedere debeat. Cum aut dicitur, aut prodest diuitias querere, aut non, dubitatiua est ibi aut, coniunctio; quia sepe prodest, & sepe non dicitur querere. Subdistinctiuae sunt, quae cum vocem habeant distinctiuarum, utrumque tamen eorum, quae quantum ad vocem videntur distinctiuae esse signant, vel simul, i. in eodem tempore, vel discretim, in diuersis temporibus. Simul, ut apud Terentium, vel rex mihi, &c. quasi alij mihi agebant gratias, vel, i. etiam rex. Et rursus Alexander siue paris, id est, Alexander qui & paris dicitur. Discretim autem, ut tota die vel legit iste, vel cogitat, non haec duo simul, sed nunc hoc, nunc illud. Item si dicam, Vel tu nunc mihi accommoda, vel etiam penula, subdistinctiua est, quod autor ostendit. Nam hoc videntur sonare, quod alterum solum petam. Si quis ad intentionem inquit meam respicit, videbit me utrumque petere, & libenter accipere. Ut etiam ibi vel esse distinctiua, ut sit sensus. Accommoda, vel alteram tantum, vel utraque, hoc, n. non potest simul esse. Ad dicit etiam, quod vel, diminutiue ponitur, ut apud Lucanum. O felix si te, vel sic tua Roma videret, vel, n. posuit pro saltem. De distinctiuis, quae electiuae dicuntur agit postea, haec autem sunt quae diuersis praepositis nos aliquid eligere ex eis ostendimus, ut diues esse malo, quam pauper, i. hoc, non illud. Duplicatur etiam quam, & est quamquam, aduersatiua coniunctio.

Adhuc de eodem. Cap. CLXXXI.

Post hoc adiungitur de aduersatiuis, haec sunt, quae aduersum conuenienti significat. Recte autem dicitur conuenienti. Aduersari namque, & negare rem prius concessam puerile esset, sed quod est conueniens rei prius concessae, sepe abnegamus, & contrarium posuimus. Et vide, quod saltem, cum sit aduersatiua, habet etiam diminutiua significationem. Ita quod simul habet utranque vim. Et est aduersatiua conuenienti, hoc solo respectu, quia diminuit conuenienti, minus, quam sit conueniens ponit, ut si amicum rogans dicas. Si non vis iuare me charitate, saltem iuua me precio. Minus enim conueniens est iuare precio, quam charitate. Illud quoque addit, quod, ne, inuenitur significare diminutionem, ut apud Salustium: Ne illud corruptis moribus, &c. pro nedom, quasi dicat res secundum sapientum animos fatigant. Et supponitur pro ironia. Nendum illi &c. q. d. si res secunda sapientum aios fatigant, poterit fatigare animos corruptorum, quod minus est. Postea dicit, quod apud Graecos abnegatiuae sunt coniunctiones, & an, nos autem huiusmodi non habemus, sed sine illis vimur verbis

verbis subiunctiuis in eadem significatione, ubi enim Graeci dicunt, en fecillum, nos dicimus, fecillum, si potuissent. Collectiuae sequuntur, quae & rationales dicuntur, quoniam per illationem alcius rei colligunt rationem, ut ergo, igitur, itaque, quoniam antepulsi. Accipitur, quia si non acuat, duas partes sunt. Et vide, quod rationalis coniunctio inuenitur expletiae, ut apud Terentium. Mihi ne ergo. Hic enim ergo, quantum ad sensum nihil operatur, similiter, & quin expletiae ponitur, ut apud Virgilium. Quin occidit uno, &c. De dubitatiuis addit sublequenter, haec sunt quae dubitationem significant, ut an, & ne correpta, quod ideo dicit, quia quando producit, negatiua est, ut Ne facias. Est autem differentia inter aduerbia dubitandi, & inter coniunctio nes dubitatiuas, quia haec aliqua coniungunt, ut si dico, Vide an Sortes sit sanus, an non. Illa autem nihil coniungunt, sed vres tantum adiunctiuum. Et vide, quod dubitatiuae coniunctiones frequentissime sunt interrogatiuae. Interrogatiua tamen non est species coniunctionum, sed accidens, nulla enim coniunctio ex vi coniunctionis interrogatiua est: potest enim dici, quod in ipsa interrogatiua copulat, ut cum dicitur Est ne Sortes sanus? hoc enim exigit addi, vel subintelligi, Est ne Sortes sanus, an non est sanus: quoniam plerique dicant, ne, quando interrogatiua ponitur, esse aduerbium interrogandi, quemadmodum quando eadem, ne, productum, est aduerbium prohibendi, quod fatis congrue potest dici. Illud quoque addit, quod, ne, confirmatiue ponitur, & tunc aduerbiu est. Item quod haec locutione apostropham accipit. Item quod necne accipitur pro an non, & tunc est dubitatiua. Completiuae sunt, quae orationem complet, & non sensum, quae & expletiae dicuntur, quoniam extra plenum sensum orationis ponuntur: illis enim sublati integer manet sensus. Et vide, quod illae eadem quae copulatiuae sunt, ad alias species coniunctionum pertinent plerumque, ut si dicas, Eneas vero, & pius, & fortis fuit, hic expletiae ponitur vero. Sin autem dicas, Eneas quidem pius fuit, Vixes vero alturus, hic pro copulatiua accipitur. Potest tamen dici, & distributiua, quia diuersas res diuersis attribuit personis. Est itaque copulatiua coniunctio alia simpliciter, alia cum distributione.

De Ordine Coniunctionum, ceterarumque partium.

Cap. CLXXXII.

Executis accidentibus coniunctionum, agit de ordine, qui communis est peno omnibus dictionibus. Pene dictum est, quia sunt quaedam dictiones, quae licet solum habeant ordinem, tamen nullis in eis respectus ordinis habet, ut homo legit, vel legit homo, indifferenter habetur. Dicit itaque Priscianus, quod dictionum quaedam praeposuntur naturaliter, ut praepositiones casualibus: Naturaliter autem dicit, quia etiam inuenitur praepositio postposita, ut nobiscum, sed hoc non habet ex natura, & vi praepositionis. Habent etiam coniunctiones suum ordinem, quaedam semper praeposuntur, ut at, ac, aut, vel, nec, neque, si, quin, quatenus, si, seu, siue, ni. Sed dicitur si, postposita esse, quia necesse est, ut praeposatur aliquid. Aliae semper postponuntur, ut quae, ne, ve, he, dicuntur encliticae, id est inclinatiuae. Aliae autem peno omnes a praedictis indifferenter, & postponi possunt, & praeponi. Pene dictum est propter et, & atque, quae non possunt postponi, nisi poetica auctoritate, ut Virgilius. Suspiciet altam lunam, & voce praecatur. Actor. Haec de singulis partibus orationis earumque proprietatibus, iuxta Petrum Helyam, qui Prisciani summam breuiter colligit, ac diligenter exposuit ad praesens excerpta sufficiant, nunc ad cetera, quae communia sunt transeamus.

De Analogia partium. Cap. CLXXXIII.

Sidorus ubi supra. j. lib. Analogia Graecae, Latinae similium comparatio, siue proportio nominatur. Cuius haec vis est, ut quod dubium est, ad aliquid simile, quod non dubium referatur, ut in certa certis probentur. Ordo autem modis comparatio Analogiae colligitur, id est qualitate, comparatione, genere, numero, figura, casu, extremitatibus syllabarum, & similitudine temporum, si quidem de his vnum defuerit, iam non est analogia, i. similitudo, sed est anomalia, id est extra regulam, ut Lupus, & Lepus totum conuenit, sed dissentit casu, facit enim Lupi, Leporis. Nam regulariter est, dum quatuor utrum Trames, masculinum sit, aa femininum, similis est illi in omni declinatione Limes, & erit masculus. Item in comparatione positiuorum, ut si dicas, Doctus, magnus, positiuus sunt, & sui similes. Fit & per diminutionem, ut puta Funem masculinum esse Finiculum ostendit, sicut Marmor neutri esse generis Marmusculum indicat: nam quod genus in principalitate est, id esse solet in diminutione, sed hoc non semper, ut pistrinum, pistrilla: sed quia scire debemus ex positione declinationem, & ex diminutione genus colligere.

De Constructione partium orationis. Cap. CLXXXIII.

Priscianus in lib. constructionum. Praedictarum vero partium ordinatio fieri solet ad constructionem orationis perfectae. Quam scilicet constructionem dictionum Syntesim Graeci vocant. Sicut enim literae, quae dicuntur prima, & indiuidua materiae esse vocis humanae, non quocumque modo iunctae, sed per aptissimam ordinationem coeunt, faciunt syllabam, & syllabae dictionem, sic & dictione, orationem. Est enim oratio comprehensio dictionum aptissime iunctarum. Quidam vero solacium imperitiae suae quarentes: non oportere autem, querere causas ordinis elementorum, & ordinationes casuum ac generum, & temporum ipsarumque partium significantes fortuitas esse positiones ordinationum, sed ex hac opinione contingeret generaliter nihil per ordinem accipi, nec contra ordinem peccare, quod penitus stultum est estimari. Sicut igitur a sapientibus apta ordinatione partes orationis traditae sunt, cum primo nomen, secundo uerbum postierunt. Nulla quippe oratio completur sine his, quod in illa constructione licet ostendere, & verbigratia. Idem homo lapsus, heu hodie concidit. Hic omnes insunt orationis partes, absque coniunctione, quae si addatur aliam orationem exigit. Ab hac inquam si nomen aut uerbum subtrahas imperfecta sit oratio: si uero cetera subtrahas omnia, & omnino necesse est orationem deficere. Verum tamen sicut in elementis alia sunt uocalia, quae per se uocem perficiunt, alia consonantia, quae sine uocalibus hoc agere nequeunt. Sic & in dictionibus quaedam per se dicendae sunt, ut in uerbis maxime imperatiuis, vel nominibus, vel pronominiibus, saepe uidebitis, vel etiam aduerbiis, quae quando adiciuntur antecedentibus actionibus, vel orationibus, ut cum ad illos, qui optime dicunt aliquid, aut agunt, clamamus, bene, recte, disterte. Aliae uero sunt, quae ceterarum sine adiunctione partium ad perfectionem sensus proferri non possunt, ut praepositiones, aut coniunctiones, quae semper per significat, & non per se, uide & significatio variatur illarum, ad vim sibi coniunctarum. Multae uero sunt dictiones, ad quas res explanandas, maxime necessariae est constructio, quia diuersas habent significationes, quae per ordinationem declarantur, ut in uerbis amato, docere, & secunda sunt, & tertiae personae, additione uero pronominum discernuntur, ut amato tu, amato ille. Sic, & in nominibus diuersi casus, aut generis, aut numeri, similes uoces inueniuntur, ut huius poetae, huius poetae, huius poetae, o poetae. Multa quoque, & in aliis partibus inuenies similia, nec aliter ea discreta, nisi ex ordinationis consequentia, id est casus casibus, genera generibus, & cetera congrue disponendo. Confusio namque significationis, per ordinationis iuncturam, & accidentium discuitur.

De Constructione ad intellectum referenda.

Cap. CLXXXIII.

Omnis autem constructio (quam Graeci Syntesim vocant) ad intellectum uocis est referenda. Itaque per diuersas figuras in constructione solent autores accidentia uariare. Quae quamuis ad ipsas dictiones incongrue deponita esse uideantur, ratione tamen sensus ordinata rectissime esse iudicantur. Verbigratia. Prima persona, & tertia in vnum figuratiue coeunt, ut apud Virgilium. Ille ego qui quondam. Est enim intellectus. Ego Virgilius, ille Virgilius, qui scripsit Bucolica, uel Georgica. Diuersi quoque numeri, ut idem in primo Eneide. Pars in frustra secant, per partem Troianorum multi intelliguntur. Diuersa genera, ut Praeneste sub ipsa, namque neutrum est, sed quoniam uerbs intelligitur, ad intellectum magis, quam ad uocem nominis ipsa femininum reddidit. Idem quoque per accidentia omnium partium orationis frequenter inuenitur. Actor. De constructione singularum partium breuitatis causa praetermitto, maxime quoniam in praecedenti de illis tractatu, iuxta magistrum Petrum Helyam, multa quoque de ipsarum ordinatione occasionaliter interposita sunt.

De Orthographia. Cap. CLXXXV.

Sidorus ubi supra. Orthographia Graecae, Latine recta scriptura interpretatur. Ortho, enim recta, graphia, scriptura dicitur. Haec disciplina docet scribendi notitiam, ut puta, ad, est, est praepositio, d, literam, cum est coniunctio, t, literam accipit. Haud quando est aduer. negandi d, litera terminatur, & aspiratur in capite, quando autem coniunctio est per, t, literam sine aspiratione scribitur. Apud praepositio per d, scribitur sicut, apud patrem, quoniam ueteres saepe apud, pro ad, uisunt, duabus literis ex his medijs subtrahitis. Equus, quod est animal, p, e, solam scribendum, & quus, quod est iustus, per x dyphthongu scribendum. Exsul addita s, debet scribi, quia exsul dicitur extra solum esse. Exultat melius sine s, litera scribitur, nam cum ipsa x, e, & s, coniter, quomodo cum in ea fit, rursus ei additur alia. Aequor per dyphthongum scribendum est, quia ab x, qualitate,



qualitate, non ab aqua est nomen factum. Factus, quod est de formis per e, solum scribendum. Factus, quod est pactum cum eo, solum scribendum. Quas, quod est filius per g, scribendum, quia facit generatus. Hic est aspiratio nota, in latino tantum vocalibus adiungitur, ut honor, humus, homo, aspi ratur, & consonantibus, sed in Graeco, & Hebraeo, non in his. K. litteram antiqui praeponebant, quoniam a sequebatur, ut Kapur, Kanna, Kalamus. Nunc autem Karthago, & Kalenda, per eandem tantum scribuntur. Quoniam autem Graeca nomina quaecumque sequantur vocali per h, sunt scribenda. Ora finium per o, hora dierum per h, scribendum est. Onus si de onere venit, per o, scribendum est. Si de honore cum aspiratione. In duabus quoque verbis constat, veterum erat, ut cum eadem littera alium intellectum correpta, alium prolecta haberet, longe syllabae apicem apponcbant, ut puta populus an arborem significaret, an hominum multitudinem, apicem distinguebatur. Sic & ubi litterae consonantes geminabantur, sicutam superponebant, ut sella, terra, asseres ( veteres enim non duplicabant ) qua nota ammoneretur lector geminandum esse litteram, nunc tamē duplicanda littera, & duplicata scribuntur. Idem in lib. 6. Glos solum studium, quod loqui debeas competenter scribere, & quae scripta sunt sine aliqua erroris ambiguitate profere. Vox enim articulata a peccatis nos sequitur, scribenda vero ratio ab imperitis, ita perfectum hominem duo sibi ista vendicat, ac descendunt.

De Materia, & instrumentis scribendi. Cap. CLXXXVI.

Verae litterarum materies parvulorum nutrices. Ipse dant ingenium pueris, primordia sensus. Graeci autem, & Turci primum ferro in ceris scripserunt, postea Romani iussurunt ne grafium ferreum, quis haberet. Postea institutum est, ut ceram otibus scriberent, grafium autem Graeco, Latine scri ptorū dicitur. Nam grafia scriptura dicitur. Chartarum vltim primum Aegyptus inuenit, quae apud Memphisitam vrbem. Memphis, enim ciuitas est Aegypti, ubi chartae vltis inuentus est primum, sicut ait Lucanus. Confectur bibula Mé phisica charta papyro. Bibulam autem papyrum dixit, quod hu morem bibat. Charta autem dicta, quod carptum papyri regi mem deceperunt glutinam. Pergamentum reges cum charta indi gerent, membranas primi excogitauerunt, unde & pergamenarum nomen hucusque tradente sibi posteritate seruatum est, haec & membrana dicitur, quia ex membris pecudum detrahuntur. Fiebant primum coloris lactei, id est crocei. Postea vero Romae candida membrana reperta sunt, quod apparuit inabile, eo quod & facile sordescant, ac emque legentium ledant. Mébrana autem, aut candida, aut laeta, aut purpurea sunt. Candida naturaliter existunt. Luteum membrana bicolor est, quod a confectore vna tingitur parte, id est crocatur. Purpurea vero insciuntur colore purpureo, in quibus aurum, & argentum li quefcens patefcit in litteris. A scribendo Scriba nomen accepit. Instrumenta scribae calamus, & penna. Ex his enim verba paginis insciuntur, sed calamus arboris est, penna anis, cuius aciem in duo diuiditur in toto corpore vnitae seruata. Credo propter mysterium, ut in duobus apicibus vetus, & nouum testamētum signaretur, quibus exprimitur verbi sacramentum sanguine passionis effusum. Dicitur autem calamus, quod liquorem ponat, vnde & apud nautas, calare, ponere dicitur. Penna autem a pendendo vocata, id est volando, est, ut diximus auium.

De Pronunciacione. Cap. CLXXXVII.

Actus. De accidentibus dictionum, vel syllabarum multa superius dicta sunt. Quod autem est in syllaba, vel dictione accentus, hoc esse videtur in oratione positura, quia modum pronunacionis ostendit, de qua hic pauca subiungā. Istudo, in lib. Ety. 1. Positura est ad distinguendos sensus per cola, & comata, & periodos, quae dum ordine suo apponitur, sensum nobis lectionis ostendit. Dicitur autem positura, vel quia punctis positus annotantur, vel quia ibi vox pro intervallo distinctionis deponitur. Prima positura subdistinctio dicitur, eadem & comma. Media distinctio subsequens est, ipsa & cola. Vltima distinctio, quae totam sententiam concludit, ipsa est periodus, cuius, ut diximus, partes sunt cola, & coma, quarum diuersitas punctis diuerso loco positus, demonstratur. Vbi enim in initio pronunacionis, nec dum plena pars sensus est, & tamen respirare oportet, ut puta. Si vinco, sic coma, id est particula sensus, ubi autē in sequentiibus iam sententia sensum praestat, sed adhuc aliquid superest, est sententiae plenitudine, ut puta. Si vinco, & pereco, sic cola, ubi verò iam per gradus pronunacione plenam sententiae clausulam facimus, ut puta. Si vinco, & pereco, quid me ibi vinces re praestat, sic periodus.

De Barbarismo & Solacismo. Cap. CLXXXVIII.

Arbarismus est vna pars orationis vitiosa in communi fer mone. In proanato Methaphasmus. Et sic duobus modis, pronunacione, & scripto. His bipartitis, quatuor species superponuntur. Adiectio, detractio, immutatio, transmutatio litterae, syllabae, temporis, toni, aspirationis. Fiant etiam Barbarismi per hiatum. Sunt & male compositiones, id est Cacophoniae, quae vitia nonnulli Barbarismos putant, in quibus sunt Metastasis. Labdacismi, Iotacismi, hiatu, collisiones, & omnia quae plus aequo, minus resonantia ab eruditis auribus respuuntur. Solacismus est vitium in contextu partium orationis contra regulam artis Grammaticae factum. Fit autem duobus modis per partes orationis, aut per accidentia partium orationis. Per partes sunt Solacismi, cum alia pro alia ponitur, et etiam in eadem parte orationis, ut cum ipsa pro se non in loco suo, neque in conuenit ponitur. Per accidentia ut genere, &c. Solacismus in prosa, in poemate Schema nominatur.

De Careis vitij Grammaticae. Cap. CLXXXIX.

Vni Barbarismus, & Solacismo decem vitia nominantur, hoc modo. Acyologia est in propria dictione, ut hinc ego si potui tantum sperare dolorem, sperare enim dixit pro timere. Cacophonon est obscena enuniciatio, vel in composita dictione, vel in verbo, ut Numerum cum nauibus aequat. Et Arrixe aures Pumphile. Pleonasmus est adiectus verbi superuacua ad plenam significationem, ut sic Ore locuta est, pro sic locuta est. Perilogia est superuacua verborum adiectio, sine vlla vi rerum, ut ibant quo poterant, & quo non poterant non ibant. Macrologia est longa sententia res non necessarias comprehendens, ut legatu non impetrata pace, retro unde venerant domum reuersi sunt. Tautologia est eiuudem dictionis repetitio vitiosa, ut Ego met ipse. Eclipsis est defectus quidem necessariae dictionis, quae desit deat praecisa sententia, aut. Hic fecum, deest enim, loquebatur. Tapinosis est humilitas rei magnae, non id agente sententia, quae ostendit, ut Penitusque caecenas Ingentes, iterumque milite amato complent, id est multae legionis armatorum militum impleuerunt caecenas. Cacofineton est vitiosa compositio dictionum, ut Versaque inuenctum terga fatigamus hasta. Amphibologia est ambiguitas dictionis.

De Metaphismo. Cap. CXC.

Metaphasmus est transformatio quaedam recti, solitij, sermonis in alteram speciem metri, oratus, necessitatis ve causa. Huius species sunt. 14. Prothesis est appositio quaedam ad principium dictionis litterae, vel syllabae, ut gnaton pro nato, & reulit pro tulit. Epenthesis est appositio ad mediam dictionem litterae, vel syllabae, ut reliquias, & Induperatur pro Imperator. Paragoge est appositio quaedam ad finem dictionis litterae aut syllabae, ut magis pro mage, ut potestur pro potest. Apheresis est ablatio de principio dictionis, & contraria prothesis. Syncope est ablatio de media dictione litterae aut syllabae, contraria epenthesis. Apocope est ablatio de fine dictionis litterae aut syllabae paragoge contraria. Extasis est extensio syllabae, contra naturam verbi. Sillole est correctio syllabae contra naturam verbi, contraria extasi. Dierefsis est diuisio syllabae unius in duas facta, ut est. Olli respondit rēdit res abai longai pro eo, quod est abae longae. Sinerctis est conglutnatio duarum syllabarum in vna facta, contraria dierefsis. Sinaliphe est per interceptionem concurrentium vocalium lubrica quaedam, leuisque, collisio, ut Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur. Elipsis est consonantium cum vocalibus asperet concurrentium, quaedam difficilis, ac dura collisio, ut Multum ille terris inctatus, & alto. Antithesis est litterae pro littera positio, ut olli pro illi. Metathesis est translatio litterarum in alienum locum, nulla tamen ex dictione sublata, ut Euandre pro Euader, & Timbre pro Timber.

De Schematibus. Cap. CXCI.

Schemata Lexeos sunt, & Dianocos, id est figurae uerborum, & sensuum. Sed Schemata Dianocos ad Oratores pertinent, ad Grammaticos Lexeos. Quae cum multa sint, ex omnibus necessaria fere sunt. 17. quorum haec sunt nomina. Prolimpfis est praesumptio rerum ordine scutarum, ut Continuo Reges ingenti mole Latinus procedunt castris. Zeuma est vnus uerbi conclusio, diuersis clausulis apte coniuncta, ut Tronigena interpres diuum, qui numina pbebi, Qui tripodas Claii lauros, qui fidera sentis, &c. Ipozoculis est figura superiori contraria, ubi diuersa verba singulis quibuscumque clausulis subiunguntur. Silepsis est dissimilium clausularum per vnum verbum conglutinata conceptio, ut hic illius arma, hic curus fuit. Anadiplosis est conglutinatio dictionis ex vltimo uerbo praecedetis versus, & in principio sequentis, ut Sequitur pulcherrimus astur. Altur ego videns. Anaphora est relatio eiuudem uerbi per principia versus plurimorum, ut Nate meae vires, mea magna potentia solus.

Nate

Nate patris sumi, qui tela Cyphoea temnis. Epanaleus est uerbi in principio versus positi in eiuudem sine repetitio, ut Ante etiam ceptum dicitur regis, & ante. Epizeulis est eiuudem uerbi in eodem versu, sine aliqua dilatione conglutinatio, ut Meme assum, qui feci, in me conuertere ferrum. Paranomasia est quotienscumque de nomine aliud efficitur nomen, vel ut quaedam denominatio, sub vna significatione diuersa dictione, inceptio est amantium sed amencium. Scelysonomatio est multitudo nominum coniuictorum quodam ambitu copulandi, ut Marsa manus, peligna cohors, festina iure ius. Paronomon, est cum ab eiuudem litteris diuersa verba sumuntur, ut o Tite, tute tace, tibi tanta Tyrane tulisti. Omethelenton est eam dissimili modo dictiones plurimas finiuntur, ut eos reduci, qua relinqui, deuehi, quom dseri in liliu. Omoetopoton est, cum in similes casus exeunt diuersa serba, ut merentes, stentes, lachrymanes, commiserantes. Poliptoton est multitudo casuum varietate distincta, ut, litora litoribus cotraria, fluctibus vndas. Imprecor, arma armis pugnent, ipsique nepores. Ienos est leteris orationis tenorem suum, vsque ad vltimum seruans. In principio celum, terram, camposque liquentes. Lucentemque globum Lunae Tyraniaque astra. Spiritus intus alit, &c. Polifineton est in multis nexa coniuictioibus dictione, ut Adamasque, Thoasque, Pelidesque Neapitolomusque, &c. Dilation situe aliiueter est figura superiori contraria, carens coniuictioibus, ut Ite, ferte citi flammis, date tela, impellite remos.

De Tropis. Cap. CXCI.

Tropus est dictione translata a propria significatione, ad non propriam, ornatus necessitatisve causa. Sunt autem tropi. 13. Metaphora est rerum uerborumque translatio, hoc fit modis quatuor, ab animali, ad aiale, ab inanimali ad in aiale, ab inanimali ad in aiale, ab inanimali ad aiale. Cathare sis est usurpatio nominis alieni, ut parricida dicimus eum, qui occidit fratrem suum, aut piscinam, quae pisces non habet. Methalensis est dictione gradatim pergens ad id, quod ostendit, ut Speluncis abdidit aris, & Post aliquot mea regna vidēs mirabor aristas. Methonomia est dictione quaedam, veluti trans nominatio, huius multae sunt species, aut enim per id quod co tinerid quod continetur ostendit, ut, Nunc pateras libate Iouii, aut contra, ut Vina coronam, aut per inuentorem id, quod inuentu est, ut Sine Cerere, & Bacho friget Venus, aut contra, ut Vina praecuram. Antonomasia est signatio vice proptij nominis, quae fit modis tribus, ab animo, a corpore, extrinsecus. Epiteton est superposita dictione cum proprio nomine. Na Antonomasia vice nominis sustinet, Epiteton nunquam est, sine proprio nomine, ut Dira Celeno, Diua Camilla. Fit etiam Epiteton modis tribus, ab animo, a corpore, extrinsecus. His duobus tropis, vel vituperamus aliquem, vel ostendimus, vel ornamus. Sinedochie est significatio pleni intellectus capax, cum plus minusve pronuniciat, aut enim a partetorem ostendit, ut Puppaeque teg, Puppaeque tuorum, aut contra. Onomasia, id est nomen de sono factum, ut Tinnitus eris, clangorque tubarum. Pempthrafsis est circumlocutio, quae fit aut ornadae rei causa, quae pulchra est, aut miranda, quae turpis est. Hiperbole est transcentio quaedam uerborum ordinem turbans, cuius species sunt quinque, hiperologia, anastrophe, paxenthsis, themesis, sinchresis. Histerologia, vel histeron proteron, est sententiae cum uerbis ordo mutatus, ut Torrere parant flammis, & frangere saxo. Anastrophe est uerborum tantum ordo praeposterus, ut Italiam contra, pro contra Italiam. Parerthesis est interpositio ratiocinatio diuersae sententiae. Themesis est vnus compositi aut simplicis uerbi scctio, dictione vna, vel pluribus interiectis, ut Septem subiecta trioni, pro Septentrioni, & saxo cere comminuit brum. Sinchresis est hiperbaton ex omni parte confusum. Hiperbole est dictione excedens fidem, augendi minuendive causa, augendi, ut Niue candidior, minuendi, ut tardior restudine.


De Allegoria, & quibusdam alijs figuris. Cap. CXCV.

Allegoria est tropus, quo aliud significatur, quam dicitur, huius species sunt multae, & quibus eminent 7. Ironia, antistras, enigma, Carientismus, parocmia, sarcosmos, antimos. Ironia est tropus, pro contrarium, quod conatur ostendens, hanc nisi grauitas pronunacionis adiuuerit, confiteri videtur, quod negare contendit. Antiphrasis est vnus uerbi ironia, ut Bellum minime bellum, ut Lucus eo, quod non luceat, & Parce eo, quod nulli perant. Enigma est obscura sententia per occultam similitudinem rerum, ut mater me, gē nui, eadem mox gignitur ex me, quod significat aquam in glaciem conualefcere, & ex eadem quibus effluere. Charient-

mos est tropus quo dura dicta, gratius proferuntur, ut cum interrogantibus nobis, nunquid nos quaesierit aliquis. Respondetur Bona fortuna, vnde intelligitur neminem nos quae sisse. Parocmia est accommodatum rebus temporibusque pro uerbium, ut. Aduerfus stimulum cales, & Lupus est in fabula. Sarcosmos est plena odio atque hostilis irrisio, ut En agros, & quam bello Troiane petisti Hesperiam, metire iacens. Antimos est tropus multiplex, numerosaque virtutis. Namque Antimos putatur omne quicquid simplicitate rustica, & facta satis vrbantate positum est, ut illud. Qui Baniom non odit ame tua carmina Meui. Atque idem Vulpes iungar, & mulgeat Hircos. Omoefs est minus notae rei per similitudinem eius, quae magis nota est demonstratio, huius species sunt tres. Icon, parabola, paradigma. Icon est personarum inter se, vel eorum, quae personis accidunt comparatio. Parabola, est rerum genere dissimilium comparatio. Paradigma est enat ratio exempli hortantis aut deterrentis.

LIBER TERTIVS.

De Logica, & eius intensione. Cap. I.



LOGICA est scientia ordinandi praepositiones enuniciatas secundum figuras logicas, ad eliciendas conclusiones quibus peruenitur ad cognitionem dictionum, & ad iudicandum de illis, vtrum vera sint an falsa. Isidorus in lib. etymo. 3. Logica est rationalis scientia, in qua disputatur quemadmodum in rerum causis, aut vitae, & moribus veritas ipsa quaeratur. Logos enim apud Graecos, & sermonem significat, & rationem. In Phisica quidem causa naturam quaerendi, in Ethica ordo viuendi. In logica vero ratio intelligendi versatur. Phisicam primum apud Graecos Thales Milesius, vnus ex septem sapientibus inquisuit. Hic ante alios caeli causas, atque vim rerum naturalium contemplata ratione suscepit. Quam postmodum Plato in quatuor diffinitiones distribuit, id est Arithmetica, Geometria, Musica, Astronomiam. Ethicam Socrates primum ad corrigendos, & componendos mores instituit, omneque studij eius, ad bene viuendi disputationem perduxit, diuidens eam in quatuor virtutes animae, id est Prudentiam, Iustitiam, Fortitudinem, Temperantiam, &c. Logicam vero, quae rationalis vocatur, Plato subiunxit, per quam discussis rerum morumque causis, vim eorum rationaliter perferutatus est, diuidens eam in Dialecticam, & Rethoricam. Richardus in lib. ex ceptrionum. Logica diuiditur in Grammaticam, & Rationem differendi, Grammatica est scientia recte loquendi. Et diuiditur in Litteram, Syllabam, Dictionem, & Orationem. Ratio differendi diuiditur in probabilem, necessariam, & sophisticam. Et necessaria quidem pertinet ad philosophos, Sophistica ad sophistas. Probabilis aut diuiditur, in Dialecticam, & Rethoricam. Dialectica est disputatio acuta, verum a falso distinguens. Rethorica est disciplina, ad persuadendum quaeque idonea.

De intensione logica. Cap. II.

Alphorabius in libro, de diuisione Scientiarum. Logica intendit dare regulas, quibus orationis veritatem deprehendimus, vel intus, vel apud alios, vel alij apud nos, non tamen ad verificandum omnem orationem, logicae regulis indigemus. Eorum enim quibus ratiocinando vitmur, quaedam sunt, quae probatione non egent, in quibus scilicet, nullus error esse potest, ut, Omne totum est maius sua parte. Alia vero quae probatione indigent, quia potest in eis homo decipi. Et ea quidem de quibus sic probatio duo sunt, scilicet sermo in voce, ratio in mente, interpretatio vero fit utroque. Vnde id quod verificat sententiam apud se, est Logos fixa in mente. Id autem, quod verificat eam apud alium, est Logos exterior cum voce. Logos autem qua verificatur sententia, vocabant antiqui Sillogysmum, siue fixa sit in anima, siue exterior cum voce. Interpretatio itaque logicae sumpta est a summa intentionis nominis qui triplex est. Logos enim, i. ratio, Alia est exterior cum voce, quae per linguam interpretatur, id quod est, in mente. Alia fixa in animis (quae dicitur mens conceptus) qua dictiones significat, vnde illa significans est, ista significata. Tertia vero est virtus creata in homine, quae discernit inter bonum, & malum, & scientias ac partes earum apprehendit, & hoc est in omni homine. Sed in infansibus, & in quibusdam adultis infirma, est, non valens actiones suas perficere. Quoniam igitur haec scientia dat regulas de Logo exteriore, & interior-



te, quibus certificatur, utramque vero tertia Logos regit, & cōprehendit id, quod rectius est. Iccirco logica a Logos icundū tres huius nominis intentiones derivatur. Quamvis autem plures scientiæ dent regulas de Logo exteriore sicut Grammatica. hæc tamen quæ dirigit ad illud, quod omnino necessarium est, dignior est hoc nomine. Præterea quamvis Grammatica, & Logica conveniant in hoc, quod vtraque dat regulas de dictionibus. Differunt tamen in hoc, quod Grammatica non dat nisi de dictionibus vnius generis tantum. Licet enim multæ gentes conueniant in regulis eius, vt q. dictionum alia sunt simplices, alia compositæ, & huiusmodi. Ipsa tamen ars in omni lingua nõ intendit, nisi in quantum est proprium illius linguæ, nec curat siue conueniat alij genti, siue non. Logica vero non dat regulas nisi secundum q. conuenierint in dictiones omnium gentium.

De Partibus Logice, siue artis Syllogisticae.

Cap. III.

Elementa uero, quibus scientia verificatur, quinque sunt. scilicet Demonstratiua. Topica, Sophistica, Rhetorica, Poetica. Demonstratiua proprium est dare scientiam certissimam de proposita questione, Topica uero rationibus probabilibus, aut uerisimilibus de re dubia fidem facere. Sophistica uero simul lare, vel dissimulare, & facere putare uerum esse, quod non est, & e conuerso. Vnde Sophistica dicitur sapientia deceptiua. Rhetorica proprium est sermonibus suis auditorem mouere, & inclinare ad id, quod uoluerit, vt credat ei quod dicit, & generet in eo cognitionem proximam certitudini. Poetica uero sermonibus suis facere imaginari aliquid pulchrum, vel factum, quod non est ita, vt auditor credat, & aliquid abhorreat, vel appetat. Quamuis enim certum sit non ita esse in ueritate, animi tamen audientium exiguntur ad horrendum, vel appetendum, quod imaginatur. Iste sunt igitur species artium syllogisticarum, & locutionum quibus utuntur homines, ad uerificandum aliquid in omnibus rebus. Et sermones quidem syllogistici, aut sunt in anima fixi, scilicet intellectibus pluribus signatis, & ordinatis, ad aliquam rem uerificandam, aut extra cum uoce compositi, scilicet ex dictionibus pluribus ligatis, & ordinatis, significantibus illos intellectus, scilicet ad uerificandum adiuuantibus. Quonia autem ueritatis certa cognitio non habetur, nisi per demonstrationem, compositus est liber Posteriorum Analyticorum, qui doceret qualiter, & ex quibus demonstratio fieret. Quia uero demonstratio non nisi quoque syllogismo fit, & syllogismus ex propositionibus constat, necessarius quoque fuit liber Priorum, in quo docetur ex quot, & ex qualibus propositionibus, & qualiter secundum modum, & figuram syllogismus contextitur. Ite quoque propositiones syllogismus componere non possunt, nisi prius ipse suis terminis componantur, ideo necessarius fuit liber Perihermenias, qui doceret ex quibus, & ex quot terminis propositio consisteret. Denique quia propositio nunquam ex terminis bene componitur, nisi prius cuiusque termini significatio cognoscatur, institutus est liber Categoriarum, ad docendum quot sint genera terminorum, & quæ significatio cuiusque eorum. Sunt igitur octo partes logice, scilicet Categoriæ, Perihermenias, Analytica priora, & posteriora, Topica, Sophistica, Rhetorica, Poetica. Harum vnaquaque propriū habet, de quo agit, & ad quod intendit, & modum quo agit, & utilitatem, quæ ex ea prouenit. Sed quoniam pars quarta uehementioris probationis est, sublimitate ac dignitate omnibus antecellit, & ad eam solum tota logica principaliter intendit. Itaque tres partes, quæ antecedunt eam ordine doctrinæ, non sunt nisi præparationes, & introductiones ad illam. Cæteræ quoque quatuor sequentes, non nisi propter ipsam inueniuntur. Et hoc duabus de causis, vna est, quia vnaqueque est quasi instrumentum eius sustentas, & adiutorium ad eam, uidelicet vt probabilibus, & uerisimilibus assuescant moueri, qui adhuc demonstratione uti nesciunt. Secunda causa est propter cautelam, si enim partes istæ nõ distinguerentur inter se, propriis nominibus, ac regulis, & intentionibus, profecto contingeret, quod homo cum uellet probationibus certam ueritatem apprehendere de aliqua re, quandoque nescius ueretur Topicis, vel Sophisticis, vel talibus, quæ nullam certitudinẽ faciunt, sed vel imaginari, uel credere, uel errare. Siquis deceptus crederet se certitudinem percepisse, & quærens ueritatem incideret in errorem. Sunt ergo scientiæ necessarii libri Categoriarum, & Perihermenias.

De Dialectica, & libris Aristotelis.

Cap. IIII.

Vgultimus. Dialectica est ars artium, scientia scientiarum, siue qua nulla perfecte scitur. Istod. lib. 2. Dialectica est disciplina ad differendas uel discernendas rerum causas in uenta. Ipsa est philosophiæ species, quæ dicitur Logica, id est rationalis, diffiniendi, querendi, & differendi potens. Docet enim in pluribus, quæstionum generibus quemadmodum disputan-

do uera, & falsa diiudicentur. Hanc quidem primi Philosophi in suis dictionibus habuerunt, non tamen ad artis redigere peritiam. Post hos Aristoteles ad regulas quasdam huius doctrinæ argumenta perduxit, & dialecticam nuncupauit, pro eo, quod in ea de dictis disputatur. Actor. Idem igitur in libris suis eandem artem ad plenum serẽ prosequitur. Nam omne dicibile, aliud est incomplexum, aliud complexum. Incomplexum aliud mixtens intra, & de hoc agit in libro Prædicamentorum. Aliud extra, & de hoc in libro sex principiorum. Complexum aliud est inordinatum siue absolutum, & de hoc est liber Perihermenias, ubi de enunciatione sine respectu, aliud ordinatū. Et hoc dupliciter, vel ad omnem materiam indifferens, hoc in libro Priorum; vel ad aliquam materiam determinatam contractum. Et hoc tripliciter, vel ad necessarium, & hoc in libro Posteriorum; vel ad probabilem, & hoc in libro Topicorum; vel ad Sophisticam, & hoc in libro Elektorum. Quæuis Grammaticæ, & Rhetoricæ partes sine rationali philosophiæ. Logica tamen sola a Logos quod est ratio denominatur, eo quod ei actus rationis præcipue attribuitur, quæ est ordinare causam respectu effectus, hoc autem fit per syllogismum. De isto & eius partibus probantur omnes proprietates, & passionis, quæ in Logica ostenduntur, & ideo Logica rationabiliter diuiditur secundum exigentiam syllogismi, & partium eius. Quia autem determinatur aliquod in Logica de syllogismo, aut de partibus. Si de partibus, aut agit de parte remota, scilicet de termino, & sic est liber Prædicamentorum, aut de parte propinqua: & sic de enunciatione, & est liber Perihermenias, intelligitur tamen quæ enunciatio fit pars propinqua syllogismi, prout accipit formam propositionis. Si determinatur de syllogismo, aut ergo de abstracta, & qualiter materia specialis, & sic determinatur in libro Priorum. Ibi enim docet Aristoteles formam generalem syllogizandi non applicatam tali materie vel tali. Aut de contracto ad materiam specialem, & hoc vel ad necessarium, & sic est syllogismus demonstratiuus, de quo agit in Posterioribus. Vel ad probabilem, & sic est syllogismus Topicus, de quo agit in Topicis. Aut ad materiam apparentem tantum, & sic syllogismus Sophisticus, de quo agit in libro Elektorum. Et sic patet diuisio istorum sex librorum Logice.

De diuisione Logice, siue Dialecticæ.

Cap. V.

Oertus in Topicis. Omnis quidem ratio differendi, quæ & Logica dicta est, in duas diuiditur partes, vnam scilicet inueniendi, quæ Topica dicitur, id est localis, & alteram iudicandi, quæ Analytica, id est resolutoria nuncupatur: Actor. Et nos itaque sic Logicam diuidimus ad præfens. In Logica uero non docetur immediate rerum cognitio, sed via per quam res possunt cognosci. Via autem hic differens est, prout facit cognoscere complexum & incomplexum, quia incomplexum aut cognoscitur per prius, & sic via diffinitiuam, aut per posterius, & sic via diuisiuam. Si cognoscitur complexum, aut per prius cognoscitur, & sic via Syllogistica, aut per posterius, & sic via inductiua. Et hoc inspiciebat Boetius, quando in Topicis suis distinxit Logicam in artem diuidendi, id est diffiniendi, & colligendi, hoc est argumentandi: quia diuisio est via in diffinitionem, & diffinitio via in diuisionem. Et etiam diffinitio est medium demonstrandi, propter hoc non distinxit Aristoteles artem diuidendi, & diffiniendi ab arte colligendi, sicut patet in secundo Posteriorum. Ars iterum colligendi diuiditur à Boetio in artem inuentiuam, & iudicatiuam. Iudicatiua autem duplex est, Prior quæ procedit per medium, quod est causa inferendi tantum, sicut est scientia libri Priorum. Iudicatiua quæ procedit per medium, quod est causa inferendi, & essendi, sicut est scientia libri Posteriorum. Similiter duplex est inuentiua, quia inuentio proprie per signum est. Iudicium autem per causam. Signum autem duplex est, est enim signum probabile quod est sæpe, & vt in pluribus, quod consideratur in libro Topicorum Aristotelis. Et est signum fantastium, quia raro est, & vt in paucioribus, quod consideratur in libro Elektorum. Sed liber Prædicamentorum, & Perihermenias præparant materiam incomplexam, & complexam, in remota tamen dispositione, tam scientiæ inuentiuæ, quam iudicatiuæ: & ideo non continentur neque sub inuentiua determinatè, neque sub iudicatiua, sed indifferenter (vt dictum est) præparant materiam istis, & illi. Et sic potest distingui Logica quo ad uerbum Boetij in principio Topicorum. Patet etiam ex hoc ordo prædictorum librorum, quia prius est terminus, quam enunciatio, quæ præcedit syllogismum. Syllogismus etiam contractus ad materiam necessariam præcedit contractum ad probabilem, & probabile præcedit apparentem tantum, sicut habitus priuationem. Alij uero libri ab istis, vt libri Boetij, & Porphyrij sunt de bene esse, siue de introductione, & facilitate cognoscendi esse ipsius artis.

De I/a.

De I/agogis Porphyrij. Cap. VI.

Et quia liber Prædicamentorum primus, est inter omnes alios libros logices, in quo libro traditur via cognoscendi multa, quæ dicuntur in Prædicamentis, patet quod accedenti ad logicam primo inspicendum est liber Porphyrij. Nam præter hoc etiam ualeat (vt ipse dicit) & ad assignationem, diffinitionem, & omnino ad ea quæ uilia sunt in diuisione, uel demonstratione. In prædicamento uero ordinantur species, & genera in linea recta, species sub, & genera supra, & sunt ibi differentie diuidentes genera, quæ a latere ordinantur in prædicamento. Species autem conuertuntur cum suo proprio, & sic oportet cognoscere proprium. Vel ideo necessaria est proprii cognitio in Prædicamento, quia in proprietate propria differunt unum genus prædicabile ab alio, sicut differunt quatuor ab alijs in eo quod est facere æquale, uel in æquale, hoc enim est ei proprium. In communibus autem proprietatibus, sicut in eo quod est non suscipere magis, aut minus, communicant substantia, & quantitas, & sic necessaria est cognitio accidentis communis. Igitur ad hoc quod cognoscatur Prædicamentum, & proprietates eius, necesse est cognoscere quatuor prædicta, quæ ad assignationem diffinitionum ualent, quia species est, quod diffinit genus, & differentia est quibus diffinitio constituitur. Non haberetur igitur diffinitio, nisi haberentur hæc tria. Proprium uero, & accidentis non ponuntur in diffinitione, & ideo debent cognosci vt remoueantur a diffinitione. Item & ad ea quæ sunt in demonstratione sunt prædicta uilia, quia proprium est illud quod demonstratur de specie substantia, per diffinitionem, quæ est medium demonstrandi: quæ diffinitio fit ex genere, & differentia, uel ex his quæ sumuntur ad proportionem horum, quia licet sic genera, & differentie non ingrediuntur demonstrationem, prout huiusmodi, diffinitio tam quæ est medium demonstrandi fit ex proportionalibus generi, & differentia, & sic uile est cognoscere prædicta quatuor in demonstratione. Accidentis autem commune alienum est a demonstratione, & ideo uiliter cognoscitur, vt remoueat. Item ad assignationem diuisionum sunt uilia, quia diuiditur genus per species, & differentias, & diuiditur tum per accidentia propria, tum per communia: per propria, ut animalium, aliud uisibile, aliud inuisibile: per communia ut animalium, aliud album, aliud nigrum, & sic omnia prædicta quæque uniuersaliter intrant diuisionem. Quia igitur uilis est cognitio horum ad diffinitionem assignationem, (vt prædictum est) ostenditur etiam esse uilis ad Topicorum doctrinam, quæ tota finaliter ordinatur ad diffinitionem, uerum tamen ibi consideratur prædicta. scilicet uniuersalia secundum quod constituuntur, aut destruantur per media in terminando problemata, uel quia per eadem media possunt generis, & differentia contrahi, uel destrui. Dicit ibidem Aristoteles, quod differentia cum sit generalis sub genere collocanda est. Species uero non habet subiectum, nisi indiuiduum cuius inspectio sub arte non incidit, & ideo non ibi ponitur inter prædicta. Cum autem sic dialectica, & sophistica, & tentatiua sint ex eisdem, scilicet communibus prædictis, habetur per consequens, quod uniuersalium scientia, sit uilis ad sophisticam, & tentatiuam. Itaque meritò liber ille dicitur I/agogicus, i. introductorius in logicam. Istodrus ubi supra. I/agoga Græcè. Latine introductio dicitur, eorum. scilicet philosophiam incipiunt, continent in se demonstrationem primarum rationum, de qualibet re, quod sit, suæque cetera atque substantiali diffinitione declaratur, nam posito primo genere, deinde species, & alia quæ uicina esse possunt subiungimus, ac discretis communibus separamus, tandem interponentes differentias, quousque ad proprium eius, de quo querimus, signata eius expressione perueniamus, ut puta, Homo est animal rationale, mortale, terrenum, bipes, tris capax. Opiniones Philosophorum, & quæstiones de esse uniuersalium.

Cap. VII.

Actor, quia uero de esse uniuersalium uaria fuit opinio philosophorum. Stoici namque dicebant species, & genera nihil aliud esse, quàm indiuidua. Academici uero siue Platonici dicebant, hæc esse ideas in mente diuina. Peripatetici uero, quorum magister fuit Aristoteles ponebant, quod uniuersale sit quædam natura communis indiuiduis, quorum sententia Porphyrius magis consentit. Idem in principio libri sui, tres de uniuersalium esse quæstiones proponit, quas tamen determinate recusat, quonia altioris negotij sunt. i. Methaphisici. Diuersimode tamen uniuersale pertinet ad considerationem Methaphisici, & Logici. Methaphisici quidẽ gratia sui esse, huius enim est considerare de ente, quod diuiditur in uniuersale & particulare. Logici uero in quantum est dicibile, uel prædicabile. Prima quæstio quæ tangit Porphyrius est. Vtrum uniuersalia subsistentia sint, an in solis nudis, & apud intellecti-

bus posita, id est, utrum habeant esse in natura rerum, an non. In hac tamen clausula, quidam inculcationem uerborum esse dicunt. Alij uero uocabula sic distinguunt ut intellectus dicatur solus, cui nihil extra respondet, at si quis Chimeram intelligeret, cui nihil in re respondet. Nudus autem dicitur intellectus, siue fantasmate, quia fantasma quasi operimentum est intellectus, nec aliquid proprie nudum dicitur, nisi quod aptum naturæ est uisiti. Vel secundum alios nudus dicitur intellectus materialis, qui, si nondum indutus est forma, sicut nuda est materia informis. Purus autem dicitur intellectus, uel qui nullo modo materiæ est admixtus, ut est Diuinus, uel Angelicus, uel qui parum aut nihil de corpulentia, siue de fece materiæ recipit, ut est intellectus maxime formalis. Secunda quæstio est, posito quod uniuersalia sint, utrum corporea sint an incorporea id est uerum subiecta sint sensibus, sicut corporea uel non. Tertia est, dato quod incorporea, uel separata sint a sensibilibus an in sensibilibus posita, id est uel actu existant absque indiuiduis. His autem tribus quæstionibus tangitur triplex esse, quod habet uniuersale secundum triplicem sui considerationem. Per primam enim tangitur esse eius, quo ad Methaphisicum, cuius est consideratio de ente. Per secundam esse eundem, quo ad Mathematicum, cuius est corpus & quamlibet quantitatem considerate. Per tertiam uero, quod ad Phisicum, cuius est sensibilia cognoscere. Ideo uero quæstiones hæc, de genere potius ac specie, quam de ceteris uniuersalibus mouetur, quoniam hæc duo principalia sunt, in quibus alia fundantur, uel per modum unum substantiæ, quem habent, quia quid significat, potius uidentur separari posse, & stare per se, quam alia.

De prima quæstione scilicet an sint etc. Cap. VIII.

Quod autem uniuersalia sint multipliciter prebari potest. Primo quidem, quoniam aliter nulla esset eorum scientia. Dicit enim Aristoteles in Posterioribus, quod non entis non est scientia. Præterea, quoniam ens diuiditur in uniuersale, & singulare, diuisum autem de suis diuisiuis prædicari debet. Item Aristoteles in præfatio lib. ubi comparat demonstrationem uniuersalem particulari, dicit, quod ens uniuersale uerius est, quam particulare, dicit etiam quod uniuersalia necessaria sunt, & perpetua. Sunt igitur in rerum natura, quod concedimus. Sed contra hæc obijciunt, quod idem uideatur esse solum in intellectu & non simpliciter, iuxta prædictam Platonis sententiam, nam dicit ipse Plato, quod genus & species ideæ erant in mente diuina, antequam in corpora prodirent. Dicit quoque Boetius, quod uniuersale est dum intelligitur, particulare dum sentitur. Item quicquid est, ideo est, quia unum numero, & singulare est. Uniuersalia autem non sic, quia sic essent hæc aliquid. Præterea dicit Aristoteles in libro de Anima, quod uniuersale, aut nihil est, aut posterius est. Sed posterius esse non uidetur, quoniam ab uniuersali ad particulare consequentia non conuertitur, ergo nihil esse probatur. Item nec exiit in esse per creationem, quia tunc esset hoc aliquid, & singulare. Nec per generationem, quia tunc esset corruptibile, tale est enim omne generabile. Nec est per artificium, uel opus nostrum, quia sic esset compositum, & apud diuersos diuersificari posset. Uniuersale uero simplex est, & idem apud omnes. Nec a casu, quia sic iam non esset ex necessitate. Est autem necessarium, & perpetuum (sicut iam dictum est). Item si esset, aut unum, aut multa esset. Si unum, cum unum, & multa sint opposita, & oppositum in opposito non sit, uniuersale iam unum in multis, non erit, quod tamen Aristoteles dicit. Si multa cum iterum singularia multa sint, iam non erit ponere unitatem in rebus.

Afferio, quod uniuersalia sint in rerum natura. Cap. IX.

D primum respondeo, quod uniuersalia non solum in intellectu sunt, sed & in re. Nam homines indiuiduam quandam inter se naturam communem participant, quæ est humanitas, per quam unumquodque dicitur homo, & illa a quolibet eorum participata dicitur uniuersale, & est similitudo specialis ipsorum. Ab ipso tamen intellectu accipitur præter indiuidua. Sicut enim linea, quamuis non possit esse præter materiam, non tamen falsus est intellectus, qui capit eam sine materia, quia non intelligit eam separari a materia, sed intelligit eam non habito respectu ad materiam, & bene hæc potest. Si & uniuersale, licet absque singularibus, uel præter singularia non sit, potest tamen intelligi non habito respectu ad ea. Plato uero non loquebatur de uniuersali secundum id quod est, sed de similitudine uniuersalis, quæ erat in mente diuina ab æterno, sicut nec partes est in mente artificis antequam fiat, sed similitudo parietis. Has igitur æternas rerum similitudines appellauit Plato Ideas, siue uniuersalia. Quoniam ad horum similitudinem fiebant indiuidua. In hoc tamen est differentia, quod similitudo in mente artificis humani fit a rebus, quæ sunt extra,

ibi

Ibi autem econverso. Ex verbo autem Boecij supradicto, non habetur, qd vniuersalia sint tantum in intellectu, sed quod natum est ab intellectu apprehendi per se loquendo. Senfus enim apprehendit particularia tantum, intellectus autem, vniuersalia particularibus abstractum. Ad aliud dicitur, qd ibi est figura dictionis, quia cu vniuersale dicat quale quid, accipitur sub eo, quod est quicquid. Alij vero soluant dicentes, qd vniuersale est vnum numero non numerositate materiz sicut singulare, sed numerositate essentiz: vna enim numero est essentia communis hominis, quae communiter respectu particulariu se extendit. Ad aliud dicendum, qd quantum ad esse naturae posterius est vniuersale. Natura namque primo & per se operatur in singulari, & ex consequenti in vniuersali, & sic loquitur Aristoteles in li. de Anima, tanquam philosophus naturalis. Sed quantum ad esse rationis prius est vniuersale, quia ratio primo capit vniuersale, & ex consequenti particulare, hoc modo debetur ei consequentia. Ad aliud dicendum, qd vniuersale egreditur in esse per generationem, non tamen primo sed ex consequenti, quia generatio Sortis, generatur ex consequenti, homo. Et hoc habetur i lex principijs, qd, natura occulte operatur in his. Ad vltimum dicendum qd vnum multipliciter dicitur, sicut in primo Philosophorum Aristotelis innuitur. Indivisibilitate, vt punctus. Continuitate, vt linea. Genere vel specie, vt vniuersale, & tale contactus sub se multa, nec opponitur multitudini quam continet.

Vtrum vniuersalia corporea sint, an incorporea. Cap. X. Ica secundum questionem probatur, qd vniuersalia non sunt corporea, quoniam omne corporeum est compositum, & corruptibile, & sensibile, vniuersale vero simplex est, & incorruptibile, & intelligibile. Econtra vero obijciuntur. Quia corpus est species quantitatis, & etiam substantia corporea species est substantia. Species autem vniuersale est, ergo aliquod vniuersale est corporeum. Item incorporeum de corporeo predicari non potest, quare nec Homo de Socrate, nisi sic aliquid corporeum. Ad hoc est dicendum, qd vniuersalia secundum se sunt incorporea, per sua tamen incorporantur indiuidua, & corpus quidem, prout est species quantitatis, non est corporeum, sed in corporeum, quoniam est vniuersale. Ista ergo propositio, qd libet corpus est corporeum, vera est de corpore prout est substantia corporea singularis, & non prout est quantitas vniuersalis. Per idem responderi potest de substantia corporea, prout est species substantia, quia, si non est corpus sensibile, nisi secundum sua indiuidua. Vnde vult Aristoteles in Topicis, qd ponens res sensibile corpus esse genus animalis peccat, quia prout corpus est genus, natura est vniuersalis, & non sensibile. Ad aliud dicitur quidam, qd incorporeum nullo modo corporeum est, nec de corpore predicari potest, vniuersale vero corporeum est, non primo, sed ex consequenti, quia, si in indiuiduis incorporatur. Alij vero dicunt, qd in argumento illo fallacia est accidentis, quamuis enim hoc attributum predicari de Sorte, vel de corpore remouetur ab hoc accidente incorporeum, non propter hoc oportet, qd remouetur ab hoc subiecto.

Vtrum vniuersalia separata sint a singularibus, an non. Cap. XI.

DE tertia questione discussio erat (vt supra dictum est) inter Aristotelem, & Platonem, nam Aristoteles dicebat vniuersalia esse in singularibus. Plato vero haec esse a singularibus separata. In mente diuina. Quod autem ita sint separata, videtur etiam per Aristotelem in Elencis, vbi dicitur, qd vniuersale est vnum ex omnibus. Praeterea nec sunt vera materia singularium, nec vera forma, alioquin non predicarentur de illis, quia neutrum istorum potest de composito predicari, nec sunt in eis. Econtra vero legitur in libro Posteriorum, qd vniuersale non est vnum praeter multa, sed vnum in multis. In praedicamentis quoque scriptum est, qd destructis primis substantijs, impossibile est aliquid aliorum remanere. i. vniuersalium, quod esse possit, nisi illa in primis essent. Solario de praedicta Philosophorum dissensione, potest dici, qd Plato considerabat similitudinem vniuersalis, vt superius dictum est. Aristoteles considerabat esse eius, vnde secundum eius intentionem dicendum est, vniuersalia esse in singularibus. Ad id quod contra obiectum est de Elencis, dicendum est, qd duplex est causa per quam vniuersale contrahit suum esse, habet enim causam materialem ipsa singularia, vnde dicitur in sex principijs, qd omnis communitas a singularitate procedit. Quantum ad istam causam non est vniuersale vnum praeter multa, sed vnum in multis, sicut in Posterioribus dicitur. Habet etiam causam efficientem, intellectum, abstractentem commune a particularibus. Vnde dicit Boecius, qd vnumquodque vniuersalium substantiam suam sumit, non ex his, ex quibus est. i. ex singularibus, sed ex his, a quibus efficitur. i. ab intellectibus. Quantum igitur ad istam causam, est vnum extra omnia, sicut dicitur in Elencis, & hoc est eius esse, quod dicitur solent habituale. Ad aliud dicendum, qd vniuersale est vera forma singularium. Sed duplex est forma. Quaedam enim est altera pars compositi, & haec non potest de composito predicari. Altera vero est quae compositum ipsum consequitur, & haec bene est de composito predicabilis, eadem est enim cum ipso. Talis autem est forma vniuersalis respectu singularium, vt humanitas respectu cuiuslibet hominis. Si vero quaeritur vtrum hoc vniuersale homo sit in quolibet homine, secundum se totum, an secundum partem. Dicendum est, qd secundum se totum. i. secundum quamlibet sui partem distinctiuam, quia simplex est, nec a loco capitur, nisi per accidens, id est in suo singulari: non autem secundum quamlibet sui partem subiectiuam est in quolibet homine.

Vtrum vniuersalia sint res, an nomina, & quare tot, & non plura. Cap. XII. Praeterea quaeri solet, vtrum vniuersalia sint nomina, vel res. Quod autem sint res iam dictum est superius, & probari potest per hoc, quod dicit Porphyrius. Istarum inquit rerum speculatione. Item vniuersale idem est apud omnes, nomen autem non sic, ergo vniuersale non est nomen, sed res. Econtra vero sic obijciunt: Vniuersale dicibile est, & predicabile, res autem non predicatur, aut subijciatur, sed potius nomen rei siue vox significatiua. Vltimo vero quaeritur, quare quinque sunt vniuersalia, nec plura, nec pauciora. Ad primum dicendum, qd vniuersalia res sunt, & apud Metaphysicum sunt altera differentia entis, prout vero consideratur vniuersale a logico conditio est vocis signata, vel ordinabilis in genere, quia logicus non accipit rem, nisi prout significatiua. Dicendum ergo qd oportet ipsa vniuersalia, prout veniunt ad vsum logici, esse per nomina praesentia, cum sit termininalis artifex. Et sic est quaeritur, an sint res, an nomina. Dicendum quod res per nomina designata, res sunt rationis, & talis res significata per nomen subijciatur, vel predicatur, & illa notitia. Iquantum ad hoc, qd cadunt sub regulis artis, eadem sunt apud omnes. Ad vltimum dicendum, quod numerus vniuersalium multis modis potest sumi. Vno modo sic iuxta modos praedicandi, quia vniuersale, aut predicatur in quid, aut in quale. Si in quid, & de differentibus numero, sic est species. Si in quale, & de differentibus specie, sic est genus. Si in quale, aut igitur substantiale, & sic est differentia, aut accidentale, & tunc aut conuertibile, & sic est proprium, aut non conuertibile, & sic est accidens. Aliter vero sic. In naturali composito exigitur materia & forma, & vno istorum duorum, & proprietates habentes, & ortum ex principijs proprijs, vel communibus ipsius compositi. Ad modum itaque compositi accipitur species, ad modum materiae in composito accipitur genus, ad modum formae differentia, ad modum proprietatis oriens ex proprijs principijs compositi sumitur proprium, ad modum orientis proprietatis ex communibus principijs compositi accipitur accidens commune. Aliter quoque sic vniuersale est conditio rei ordinabilis in genere. In genere autem predicabili est ordo rerum illius generis inter se. Et est ordo rerum vnius generis ad res alterius. Ad ordinandum vero res eiusdem generis tria concurrunt, genus in species, & species in differentias, & differentia a latere. Res autem generum diuersorum ordinantur inuicem sicut accidens ad subiectum, & tunc aut sicut accidens commune, & sic est accidens, aut sicut per se accidens ad proprium subiectum, & sic est proprium.

De Genere, & Specie. Cap. XIII.

Porphyrius, eorum ergo quae predicantur. Alia de vno solo dicuntur, vt indiuidua, alia de pluribus, vt genera, species, differentiae, & propria, & accidentia communiter. Genus tripliciter dicitur. Caliquorum ad vnum aliquod se habentium, & ad se inuicem collectio, vt Romanorum genus a Romano dicitur. Item vniuersaliumque generationis principium genus dicitur, vel ab eo qui genuit, vel a loco in quo quis generatus est, vt Horestes a Tantalos dicitur habere genus, & Plato ab Athenis. Item apud Philosophos genus dicitur, quod de pluribus specie differentibus, in eo quod quid est, predicatur. De pluribus inquam, ad differentiam indiuidui. Differentibus specie, ad differentiam, speciei, & proprii. In eo quod quid est, ad differentiam differentiarum, & communiter accidentium. Species autem dupliciter dicitur. Primo modo vniuersaliumque forma, vt Priami species de qua est imperio. Alio modo ea quae sub genere ponitur, & de qua genus in eo quod quid est, predicatur. Item species est, quod de pluribus numero differentibus, in eo quod quid est, predicatur, sed haec est distinctio speciei specialissima. Nam in vnoquoque praedicamento est aliquod generalissimum, quod scilicet cum sit genus, non est species. Et quaedam

specialissima, quae cum sint species, non sunt genera. Quaedam vero subalterna, quae sunt species, & genera. Extrema autem vna habent habitudinem generalissimam. Ad ea, quae posteriora sunt, specialissima vero ad superiora. Media vero duas, quae ad superiora species, & ad inferiora sunt genera. Non est autem ens esse omnium generis, neque nota vniuersae dicuntur entia. Sed decem sunt posita prima genera, quasi decem prima principia, quorum ad ens ratio, & nomen est solum, non est distinctio rationem. Decem vero sunt generalissima. Specialissima vero in numero quodam sunt, non in distinctio, siue, quod ad nos. Indiuidua autem infinita sunt. Quae per generalissima ad specialissima descendere iubet Plato quiescere. Infinita vero inquit relinquenda sunt. Neque enim horum posse fieri disciplinam. De differentibus igitur ad specialissima, necesse est diuidentem per multitudinem ire, ascendentibus autem ad generalissima multitudinem colligere. Collectiuum enim multorum in vnam naturam species est, magis autem id, quod est genus. Particularia vero, & singularia econverso in multitudinem diuiduntur id, quod vnum est. Participatiua namque speciei sunt plures homines vno homo, particularibus autem vnum, & communis plures. Diuisiuum enim semper est, quod singulare est. Collectiuum autem, & adunatum est, quod commune est. Indiuiduum autem dicitur, quod de vno solo predicatur, vt Socrates, & hoc album, quoniam horum vnumquodque ex proprietatibus constitit, quarum collectio, nunquam in alio eadem erit, vt sunt, scilicet patria, parentela, forma, figura, locus, tempus, propria nominatio.

De Differentia, Proprio, & Accidente. Cap. XIII.

Differentia tripliciter sumitur. Ceterum, n. aliquid differre, qd alteritate quadam quocumque differit modo, vel a se, vel ab alio, vt Socrates a Platone alteritate quadam. vel ipse a se, vel puero, vel iam viro, & aliquid faciente, vel quiescente. Proprie vero inseparabiliter accidit, vt oculorum caecitas, vel nasi curuitas. Magis autem proprie specifica differentia, vt Homo ab Equo rationali qualitate. Duae primae spes alteraturum tunc faciunt, ista vero tertia facit aliud, vt igitur a superioribus incipiunt, differentiarum aliae sunt separabiles, vt sanum, & aegrum, aliae inseparabiles, & harum aliae sunt per se, vt rationale hominis, aliae per accidens, vt aquilum esse, vel symum. Illae quidem quae per se sunt in substantia rationem. i. distinctionem accipiuntur, & faciunt aliud, eadem nec magis, nec minus recipiunt, quia vniuersaliumque distinctionem complent. Esse autem vniuersaliumque vnum, & idem est, neque intentionem, neque remissionem suscipiens. Ille vero, quae sunt in accidentibus, nec in substantia rationem cadunt, nec aliud faciunt, sed sunt has alteratio sola consistit, & aliquo modo se habent de permutatione, intentionemque suscipiunt, & remissionem. Item inseparabilium differentiarum, quae per se sunt, aliae quidem sunt in quas genera in spes diuiduntur, aliae sunt quae diuisae sunt generi constitutivae sunt, & completiue specierum. Diuiduntur enim in aequali, & irrationali differentia, & rursum mortali, & immortalis. Sed rationalis, & mortalis, constitutivae sunt hominis, rationalis autem, & immortalis Dei. Denique quaedam differentiam sic distinctiunt. Differentia est, quae abundat spes, a genere. Item differentia est, quae de pluribus specie differre videtur in eo, quod quale est predicatur. Item differentia est, quae aptum naturae est diuidere, quae sunt sub eodem genere. Item differentia est, quae differunt a se singulari. Interius autem perferunt, & speculantes. Differentiam esse dicunt, id quod ad esse conduci. cum alio ducit. scilicet cum suo genere, & quod esse rei pars est. i. distinctio, quae notificat esse rei. Proprium vero quadrifariam dicitur. & id, quod soli alicui speciei accidit, est non omni, vt homini Medicum esse, vel Geometram, & quod omni est non soli, vt esse bipedem, quod omni, & soli, sed aliquando non semper, vt in tenebris canescere. Et quod omni soli, & semper vt esse risibile. Nam & si non semper rideat, risibile tamen dicitur per aptitudinem ridendi naturalem. Et hoc est proprie proprium, quia est conuertibile cum eo cuius est. Accidens est, quod adesse, vel abesse praeter subiecti corruptionem. Diuiditur autem in duo. Aliud enim est separabile, vt homini dormire, aliud inseparabile, vt nigrum in Coruo, & Ethiopae. Potest autem vterque albus intelligi praeter subiecti corruptionem. Sic quoque diffinitur accidens. Accidens est, quod contingit eidem inesse, & non inesse, vel quod nec est genus, nec species, nec differentia, nec proprium, semper autem in subiecto subsistens. Differt autem proprium a differentia, quia hoc quidem de pluribus speciebus se de dicitur, vt rationale de homine, & de Deo proprium autem de vna sola. In hoc etiam ipso differre ab inseparabili accidente.

De Differentia, Proprio, & Accidente. Cap. XIII.

De Differentia, Proprio, & Accidente. Cap. XIII. Differentia tripliciter sumitur. Ceterum, n. aliquid differre, qd alteritate quadam quocumque differit modo, vel a se, vel ab alio, vt Socrates a Platone alteritate quadam. vel ipse a se, vel puero, vel iam viro, & aliquid faciente, vel quiescente. Proprie vero inseparabiliter accidit, vt oculorum caecitas, vel nasi curuitas. Magis autem proprie specifica differentia, vt Homo ab Equo rationali qualitate. Duae primae spes alteraturum tunc faciunt, ista vero tertia facit aliud, vt igitur a superioribus incipiunt, differentiarum aliae sunt separabiles, vt sanum, & aegrum, aliae inseparabiles, & harum aliae sunt per se, vt rationale hominis, aliae per accidens, vt aquilum esse, vel symum. Illae quidem quae per se sunt in substantia rationem. i. distinctionem accipiuntur, & faciunt aliud, eadem nec magis, nec minus recipiunt, quia vniuersaliumque distinctionem complent. Esse autem vniuersaliumque vnum, & idem est, neque intentionem, neque remissionem suscipiens. Ille vero, quae sunt in accidentibus, nec in substantia rationem cadunt, nec aliud faciunt, sed sunt has alteratio sola consistit, & aliquo modo se habent de permutatione, intentionemque suscipiunt, & remissionem. Item inseparabilium differentiarum, quae per se sunt, aliae quidem sunt in quas genera in spes diuiduntur, aliae sunt quae diuisae sunt generi constitutivae sunt, & completiue specierum. Diuiduntur enim in aequali, & irrationali differentia, & rursum mortali, & immortalis. Sed rationalis, & mortalis, constitutivae sunt hominis, rationalis autem, & immortalis Dei. Denique quaedam differentiam sic distinctiunt. Differentia est, quae abundat spes, a genere. Item differentia est, quae de pluribus specie differre videtur in eo, quod quale est predicatur. Item differentia est, quae aptum naturae est diuidere, quae sunt sub eodem genere. Item differentia est, quae differunt a se singulari. Interius autem perferunt, & speculantes. Differentiam esse dicunt, id quod ad esse conduci. cum alio ducit. scilicet cum suo genere, & quod esse rei pars est. i. distinctio, quae notificat esse rei. Proprium vero quadrifariam dicitur. & id, quod soli alicui speciei accidit, est non omni, vt homini Medicum esse, vel Geometram, & quod omni est non soli, vt esse bipedem, quod omni, & soli, sed aliquando non semper, vt in tenebris canescere. Et quod omni soli, & semper vt esse risibile. Nam & si non semper rideat, risibile tamen dicitur per aptitudinem ridendi naturalem. Et hoc est proprie proprium, quia est conuertibile cum eo cuius est. Accidens est, quod adesse, vel abesse praeter subiecti corruptionem. Diuiditur autem in duo. Aliud enim est separabile, vt homini dormire, aliud inseparabile, vt nigrum in Coruo, & Ethiopae. Potest autem vterque albus intelligi praeter subiecti corruptionem. Sic quoque diffinitur accidens. Accidens est, quod contingit eidem inesse, & non inesse, vel quod nec est genus, nec species, nec differentia, nec proprium, semper autem in subiecto subsistens. Differt autem proprium a differentia, quia hoc quidem de pluribus speciebus se de dicitur, vt rationale de homine, & de Deo proprium autem de vna sola. In hoc etiam ipso differre ab inseparabili accidente.

Speculum Doctrinale. Et quaedam

Et in hoc quoque, quod proprium aequaliter participatur, accidens autem secundum magis, & minus.

De Decem praedicamentis. Cap. XV.

Sidorus vbi supra. Sequuntur Aristotelis Categoriae, quae Latine Praedicamenta dicuntur, quibus per varia significationes omnis sermo conclusus est. Instrumenta Categoriae sunt tria, id est prima, & quiuoca, secunda, & vniuersa, tertia denominatiua. Equiuoca sunt, quae multorum rerum nomen vnum est, sed non eadem distinctio, vt Leo. Nam quantum ad nomen pertinet, & verus, & pictus, & caelestis Leo dicitur, quantum ad distinctiorem pertinet, aliter verus distinctus, aliter pictus, aliter caelestis. Vniuersa sunt, quando duarum, aut plurium rerum nomen est, & distinctio, vt Vellus. Nam & Byrrus, & Tunica nomen vestis possunt accipere, & eius distinctiorem, & equiuocum in generibus esse intelligitur, quia & nomen, & distinctiorem dant formis suis. Denominatiua, id est derivatiua dicuntur, quaecumque ab aliquo solo differentia casu secundum nomen habent appellationem, ut a bonitate bonus, a malitia malus. Categoriae species decem sunt, id est Substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Situs, Locus, Tempus, Habitudo, Agere, & Pati. Plena vero sententia de his ita est. Augustinus magnus orator, filius illius, stans in templo hodie insulatus, disputando fatigatur. Vna autem subiectio est, id est proprium, quae ceteris subiacet. Reliqua nomen accidentia. Aristoteles in libro Categoriae. Horum itaque complexione ad inuicem sic affirmatio vera, vel falsa. Nam ea, quae sine complexione dicuntur vel sunt, nec vera, nec falsa sunt. Etiam autem quaedam de subiecto dicuntur, & in subiecto nullo sunt, vt Homo. Quaedam autem in subiecto quodam sunt, & de subiecto nullo dicuntur, vt quaedam Grammatica, & quodam album. Alia vero & de subiecto dicuntur, & in subiecto sunt, vt scientia, quae cum sit in anima, de subiecto dicitur, vt de Grammatica. Alia quoque nec de subiecto dicuntur, nec in subiecto sunt, ut aliquis homo, vel aliquis equus. Simpliciter autem indiuidua, & singularia de subiecto nullo dicuntur, in subiecto vero nihil ea prohibet esse, quoniam sunt accidentia, vt quaedam Grammatica. Quando autem alterum de altero predicatur, vt de subiecto, quaecumque de eo, quod predicatur dicitur, & de subiecto dicuntur. Et eorum quidem quae de subiecto dicuntur, necesse est, & nomen, & rationem de subiecto predicari, vt homo de quodam homine predicatur, animal vero de homine, ergo de quodam homine predicatur animal. Et quaecumque predicati differentia fuerint, eadem erunt, & subiecti. Eorum vero quae in subiecto sunt, scilicet accidentium, in pluribus quidem nec nomen, nec ratio de subiecto predicatur, scilicet in nominibus abstractis, vt est albedo. In aliquibus vero nomen predicari potest, rationem vero impossibile est, scilicet in concretis, vt est album. Porro diuersorum generum, & non subalternatum positorum diuersae sunt species, & differentiae. Eorum igitur, quae sine complexione dicuntur, singulum aut substantiam significat, vt homo, aut quantitatem, vt bicubitum, aut qualitatem, vt album: aut ad aliquid, vt duplum: aut vbi, vt in loco: aut quando, vt heri, aut sicut, vt sedere, aut habitum, vt armatum esse, aut facere, vt secare: aut pati, vt scari.

De Praedicamento Substantiae. Cap. XVI.

Substantia prima est, quae proprie, & principaliter, & maxime subsistere dicitur, quae neque de subiecto dicitur, neque in subiecto est. Secundae autem substantiae dicuntur species, & earum genera in quibus, scilicet speciebus sunt primae substantiae, quae idea maxime dicuntur substantiae, quia omnibus alijs, scilicet substantijs & accidentibus subiacent, vel subiectae sunt, & alia omnia de ipsis predicantur, aut in eis sunt, quapropter illis non existentibus impossibile est aliquid aliorum remanere, & quod omnia, aut de subiectis eis dicuntur, aut in subiectis eis sunt. Ideoque etiam secundarum substantiarum magis est substantia species, quam genus, quia propinquior est primae substantiae, & euentius assignatur prima substantia per speciem, quam per genus. Commune autem est omni substantiae in subiecto non esse, sed non est hoc substantiae proprium, quia conuenit, & differentiae, non enim est in homine, vt in subiecto, bipes, gressibile. Inest autem substantijs, & differentijs, & his omnibus de quibus predicantur vniuersae predicari, nam si gressibile de homine dicitur, & ratio gressibilis de eodem predicatur. Videtur autem omnis substantia hoc aliquid significare, & in primis quidem substantijs manifeste verum est hoc, sed non sic in secundis, sed magis quale aliquid significant, id est qualem quandam substantiam, Tomus Secundus. F scilicet



scilicet inferioribus commuuen. Inest autem substantijs nihil eis esse contrarium. Sed hoc conuenit etiam alijs, vt quantitati. Præterea licet substantia sit a substantia magis, & minus, quia scilicet quedam pluribus substat, quedam paucioribus, vnaquæque tamen substantia, secundum hoc ipsum quod est, in essentia, non suscipit magis, & minus, non enim vel a se ipso, vel alter ab altero, dicitur magis, vel minus homo. Maxime vero substantia proprium esse videtur, quod cum sit vnus & idem numero, contrarium suscipere non potest. Neque enim color idem numero erit albus, & niger, neque eadem actio praua & studiosa, sed idem homo numero aliquando quidem albus, aliquando niger, similiter prauus, & studiosus. In alijs autem nullis, sic inuenitur, nisi forte quis inter dicens, huius esse orationem, & visum. In opinione, quia si vera sit oratio, sedere quendam, eo surgente erit falsum. Et si quis vere putet sedere aliquem, eo surgente falsum videtur illi, eadem (dico) visum habenti. Sed si quis hanc recipiat instantiam attendat distantiam. Oratio namque & opinio non in eo quod ipsa recipiant aliquid, quod in eis aliqua passio, vel mutatio fiat contrarium suscipere dicitur, sed in eo quod circa alterum facta sit passio. I. circa remanem in eo quod ut sit vel non sit, in eo etiam dicitur oratio vera vel falsa, non in eo quod capabilis, vel susceptibilis sit contrarium. Substantia vero ipsa in se suscipit contraria, quare proprium sit substantia cum vnus & idem in numero sit, secundum sui mutationem contrarium esse susceptibile.

De Prædicamento Quantitatis. Cap. XVII.

Quantitas diuiditur in continuam, & discretam. Continuum quidem est cuius particula ad communem terminum copulantur, vt linea, superficies, corpus. Quæ mensuratur interior. Potes enim linea sumere communem terminum, ad quem eius particula copulantur. I. punctum & superficiem lineam, & corporis superficiem. Præter hæc autem continua sunt locus, & tempus, quæ mensurantur exterior. Nam locus continuatur, vt locum enim quendam corporis particula obtinent, & ad quendam terminum copulantur, ergo & locus et particula, quæ singulas corporis particulas obtinent, ad eundem terminum copulantur, ad quem & corporis particula, sic & ad præteritum, præteritum, & futurum copulantur. Discretum vero est, cuius non est terminus communis, ad quem copulantur, vt numerus, & oratio, horum enim partes semper distorere sunt, & separare. Item quantitas alia constat ex particulis habentibus positionem ad se inuicem, vt linea. Vnaquæque enim eius particula sita est alicubi, & assignari potest, vbi sita sit in plano. I. in superficie, & ad quam particula exterior copulantur. Sic est etiam de plano, & de solido, id est corpore, similiter & de loco. Alia vero ex non habentibus positionem, vt numerus, & tempus: non enim permanent temporis particula, quod autem non permanet positionem non habet, sed magis ordinem quendam. I. vt aliud sit prius, aliud posterius. Talis est & numerus, quia prius numeratur vnus, quam duo, & duo, quæ tres. Similiter & oratio, non enim eius particula permanent, sed dictum est, & non potest amplius sumi, ideoque positionem non habent. Actio. Ecce quædam quantitas spēs exprimit Aristoteles, quarum ratio numeri, sic potest assignari. Omnis quantitas ex partibus constat, aut igitur ex partibus coniunctis, aut inconiunctis. Si ex coniunctis, aut ergo mensurantibus, intra aut extra. Si intra, hoc potest esse, aut vna dimensio, & sic est linea; aut duabus, & sic est superficies; aut tribus, & sic est corpus. Linea namque continetur tantum longitudine, superficiem longitudo, & latitudo: corpori vero longitudo, latitudo, & profunditas. Et in hoc immatio perfectissima consistit dimensio, vt dicit Aristoteles in libro de celo, & mundo. Si ex partibus mensurantibus extra, aut ergo permanentibus, & sic est numerus, aut non permanentibus, & sic est oratio. Aristoteles, vbi supra. Præterea igitur quantitates hæc sunt solæ, quæ diximus, alia vero secundum accidens, vt album dicitur multum, quia multa est superficies. Et actio longa, quia tempus longum, multa vero, eo quod motus multus. Quantitati quidem nihil est contrarium, nisi multa dicat paucis aliquis, esse contraria, vel magnum paruo, sed horum nihil est quantitas, nihil enim per se magnum vel paruum dicitur, sed ad aliud comparatum, hæc ergo ad aliud sunt. Præterea non sunt hæc sibi contraria, quod enim non est sumi per se ipsum, sed tantum ad aliud relatum, quomodo huic aliquid erit contrarium, alioquin contingeret idem ipsum simul contraria recipere. Idem enim aliquid est ad hoc quidem magnum, ad aliud vero paruum. Non enim videtur quantitas suscipere magis, & minus, neque enim est aliud alio magis bicubitum, nec quicquam magis dicitur numerus, quam tria. Proprium autem maxime quantitates est æquale & inæquale dici.

De Prædicamento, Ad aliquid. Cap. XVIII.

Ad aliquid sunt quæcumque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur. Genitiuè, vel quomodolibet aliter ad aliorum. scilicet datiuè, accusatiuè, vel ablatiuè. Omnia autem relatiua ad conuertentiam dicuntur, vt seruus domini, & dominus serui. Hoc dico si conuenienter assignentur, si enim ala assignetur aui, non conuertitur vt fit autem ala, neque enim prius conuenienter assignatur est ala aui, non enim dicitur ala aui, in eo quod aui est, sed in eo quod ala. Multorum enim aliorum alæ sunt, quæ aues non sunt, vt Apum. Dicitur ergo alati ala, & ala alatum, sic enim conueniunt, quia conuenienter assignatur. Aliquotiens autem & nomina fingere oportet, si posita non sunt: nam si remanserit assignetur, non conuertitur vt dicitur nauis remi. Sunt enim naues quatum remi non sunt. Dicitur ergo remus remata rei remus, aut quomodolibet aliter dicitur sit, nomen enim non est passiuè. Conuertitur autem si conuenienter assignetur, remittunt enim reme remittit esse, similiter caput capitati, & capite capitatum. Denique omne quod ad aliquid dicitur, si conuenienter assignetur ad id ad quod dicitur, omnibus alijs circumscriptis, quæcumque accidentia sunt, & illo solo relicto ad quod assignatum est, semper ad ipsum dicitur, vt circumscripto bipede, vel homine, & omnibus quæ sunt accidentia domino id est extranea, relicto vero hoc solo quod dominus est, semper seruus ad eum dicitur. Seruus enim semper domini seruus est, & e contrario quocumque, si non est dominus neque seruus. Omnia itaque relatiua dicuntur conuertim. Videtur autem aliquid simul esse natura, vt duplum, & dimidium, dominus, & seruus, hæc enim inuicem se ponunt, & auferunt, sed non in omnibus hoc verum videtur nam scibile sublatum simul aufert scientiam, non autem conuertitur, nam sublatum animal non est scientia, scibilia tamen sunt plurima. Similiter autem his se habent & ea, quæ in sensu sunt, sensibile enim prius est, quam sensatum. Igitur enim, & aqua, & cætera ex quibus animal constat, prius, sunt quam animal, vel sensus. Videtur autem relatiua, magis & minus suscipere, vt æquale, & simile. Quædam tamen nequaquam, vt duplex. Inest autem contrarietas in relatione, vt cum virtus vitio contrarium sit, vt rumq; eorum ad aliquid est. Similiter disciplina & ignorantia, non autem ita est in omnibus, quam duplici nihil est contrarium, nec triplici, neque alicui talium. Actio. Hæc enim sunt. Vere relatiua: nam sicut veræ substantia, vel veræ quantitati non est aliud quod contrarium, ita nec veræ relationi, nisi sit qualitas, vel habitus naturam qualitatis. Et nota quod habitudo inter correlatiua, quædam est genitiua, vt inter duplum & dimidium, dicitur enim dimidium duplum, & e conuerso. Quædam dicitur, vt cum dicitur alicui simile. Quædam ablatiua, vt minore maior. Et huiusmodi habitudines, secundum quosdam, sunt species in hoc Prædicamento. Individua vero sunt ipsa correlatiua. I. duplum, & dimidium: dominus, seruus, & huiusmodi. Sciendum est quod quædam sunt relatiua non vera, sed secundum dictionem tantum, vt habitus, affectus, disciplina, positio, quia, saluatum esse dicitur, habitus enim habitus alicuius est, & similiter cætera. Sed hoc secundum prædictam relationem dictionem, quam recte assignata est, vt patet ex sequentibus. Aristoteles, vbi supra. Habet autem questionem, vtrum aliqua substantia dicatur ad aliquid. De primis quidem substantijs verum est, quod nulla, similiter & de quibusdam secundis. Non enim dicitur homo alicuius homo, nec bos alicuius bos, supra, nisi possessiue. In alijs autem dubitari potest, nam manus dicitur alicuius manus, & caput similiter. Quare prædicta definitio eorum, quæ ad aliquid sunt, non est sufficienter assignata, alioquin, vel nimis difficile, vel impossibile est soluere, quia aliqua substantia ad aliquid esset. Sed proprie ad aliquid sunt, quibus hoc ipsum esse, est ad aliquid se habere. Itaque neutrum relatiuorum sine reliquo sentiri, vel d. sumi potest. Et qui nouit vnum scire, & reliquum, quia relatiuè esse, est ad aliqd quodammodo se habere, quare nulla substantia relatiuorum est. Fortassis autem erit difficile de huiusmodi rebus considerate declarare. Dubitari vero de singulis non erit inutile. Actio. supra. Vbi sunt probabiles rationes ad vtramque partem contradictionis. Aliter. n. sumitur dubitatio, secundum quod est priuatio scientia, & sic est inutile.

De Prædicamento Qualitatis. Cap. XIX.

Aristoteles. Qualitas est, secundum quam quales esse dicuntur. Huius species sunt quatuor. Vna. scilicet habitus, & dispositio. Differunt autem hæc duo, qui, diuturniores, & permanentiores sunt habitus, vt virtus, & scientia. Hæc enim difficile mouentur, nisi forte grandis mutatio facta sit ab agitudine, vel alio huiusmodi. Actio. Sic enim narrat Boetius, in commento suo, de quodam, qui propter febres totam notitiam literarum amisit. Aristoteles. Affectiones autem,

autem, id est dispositiones sunt faciles, & cito permutabiles, vt calor, frigiditas, agritudo, sanitas, sunt tamen habitus dispositiones, dispositiones autem non necessario sunt habitus. Qui enim habitum retinent, quodammodo dispositi sunt ad ea quæ habent, qui non dispositi sunt non necessario habitum retinent. Secunda species, est naturalis potentia vel impotentia, secundum quam cutores, vel pugillatores dicuntur, eo quod naturaliter habent potentiam facile currendi, vel pugnantia fatiati. Similiter propter naturalem potentiam, nihil a quibuslibet accedentibus patiendi, egrotatiui, propter impotentiam. Similiter & durum dicitur, quod habet potentiam non citius secari. Mole vero quod impotentiam habet eiusdem rei. Tertia species est passibilis qualitas, & passio, vt dulcedo, & amaritudo, calor, & frigus. Quæ quidem, non quod illa, quæ ista suscipiunt aliquid patiuntur, neque enim mel, quoniam aliquid passum sit icicero dulce dicitur, sed quod horum singula secundum qualitatem sensum passionis perfectiua sunt, passibiles qualitates dicuntur. Dulcedo enim passionem quam adam, secundum guttum efficit, & calor secundum tactum, similiter & alia. Albedo autem, & nigredo, & alij colores alia de causa, quia, scilicet ab aliquibus passionibus inuoluntur, vt erubescens aliquid fit rubescens, & timens pallidus, siue autem secundum naturalem substantiam, id est complexionem talia in alio sunt, siue per agritudine longam, vel propter ætatem, vel aliquid tale contingant, nec facile prætereant, sed diu permanent, passibiles qualitates dicuntur. Quæ vero ex his facile soluantur, & cito transeunt, passionem dicuntur, non autem qualitates, quia non secundum eas quales esse dicuntur, non enim qui propter verecundiam rubet, dicitur rubescens, nec cui pallor propter timorem venit, pallidus, sed magis aliquid passus. Et hoc quidem ex parte corporis. Similiter autem & secundum animam passibiles qualitates, & passiones dicuntur, vt dementia & ira. Nec qui contristatus irascitur, dicitur irascendus, sed magis aliquid passus. Quarta species est forma, & circa aliquid constans figura. I. claudens aliquid, vt triangulus, & rectitudo, & curuitas. Rarum autem, & ipsum, & asperum, & lene, positionem quandam partium potius, quam qualitate videntur significare. Spissum quidem eo quod partes ipsæ sibi propinquæ sint, Rarum autem eo quod se inuicem distent, Lene quidem eo quod in rectum sibi partes iaceant. scilicet ita, vt nulla supra aliam sit. Asperum autem eo quod hæc quidem superior, illa vero inferior sit. Actor. Forma & figura in hoc differunt secundum quosdam, quod forma est in rebus animatis, & inanimatis, figura autem in solis inanimatis. Alij dicit quod differunt sicut longitudo, & linea. I. forma sit in abstractione, figura in concrectione, sed vtraque differentia, nec essentialis est nec vera. Alij quod differunt sicut materia & quantitas, forma enim est terminus materia, figura vero quantitas, & sic præcedit forma figuram. Sed si forma, vt hic sumitur, est terminus materia, melius esset in Prædicamento substantia, quam qualitas. Ad veram ergo differentiam assignandam, dico quod forma est terminus figura. Sed figura dupliciter sumi potest. Vno modo secundum quod figura dicitur, quod terminus rebus continetur, & sic est quantitas. Vel secundum quod figura est clauso terminorum, & sic est qualitas. Sic etiam triangulus potest sumi dupliciter eadem dupliciter, secundum hoc potest solui obiectio, quia videtur generari esse permixta. Item forma dicitur terminus motus naturæ, in vnoquoque complexionato.

De multiplici acceptione huius nominis Forma. Cap. XX.

In summa vero nota, quod forma multipliciter sumitur. Vno modo secundum quod dicitur de substantijs separatis. Alio modo secundum quod dicitur de perfectioribus separabilibus, vel non separabilibus. Item secundum quodlibet accidens dicitur de nouem prædicamentis. item secundum quod comprehendit omne quod est præter primam substantiam, & sic sumitur in libro sex principiorum, cum dicitur. Forma est compositioni contingens, id est compositio adueniens, simplici & inuariabili essentia consistens, id est cum alio sitens, quia, si per se non potest, simplex quidem est eius essentia, quia sine compositione materia, & formæ, non autem partium. Inuariabilis autem est de sui natura, licet varietur per substantia. Potius autem dicitur compositionis contingens. Quia quædam adueniunt gratia materia, vt albedo, hæc inest homini gratia corporis, quædam gratia formæ, vt rationalitas homini gratia animæ, quædam ratione compositi, vt risibile. Est autem compositio quædam naturalis, vt qualibet substantia corporea sit ex materia & forma. Quædam artificialis, vt domus sit ex lignis, & lapidibus, & cæmentis, Quædam logica, vt species, vel distinctio sit ex genere, & differentijs, Quædam Mathematica, vt linea sit ex lineis mediante puncto. De tertia hic agitur. Ex libro sex principiorum. Forma autem quædam a natura videtur esse, vt ratio, quædam Speculum Doctrinale.

vero ab actu, vt calor, scilicet per motum acquisitus. Item forma diuiditur in substantialem, & contingens, id est in substantialem & accidentalem. Substantialem comprehendit secundas substantias, accidentalem vero omnia nouem prædicamenta. Quæ substantia contingunt, id est adueniunt. Et horum quædam infra substantiam simpliciter considerantur, vt linea, superficies, corpus, huiusmodi enim adueniunt ipsi substantia immediate. Quædam vero extrinsecus, vt agere, & pati &c. De his quidem quæ subsistent, id est de substantijs, & de his quæ substantia immediate adueniunt, vt sunt quantitas, & relatio, agitur in libro Prædicamentorum. De reliquis vero, quæ scilicet extrinsecus adueniunt, in libro sex principiorum.

De ordine & numero specierum qualitatis, & quantitatis. Cap. XXI.

Ratio autem & ordinis, & numeri quatuor specierum qualitatis, sic potest haberi. Omnis qualitas aut est sensibilis, aut insensibilis. Si insensibilis, aut ex parte animæ, & hæc est prima species. scilicet habitus, & dispositio. aut ex parte corporis, & hæc est secunda. Naturalis potentia vel impotentia. Dignior est autem anima quam corpus, ideo & prima species, quam secunda, & ob hoc prior. Si est qualitas sensibilis, aut sensu proprio sentitur, & hæc est tertia species. scilicet passio & passibilitas, aut sensu communi, & sic est quarta species, forma, & figura. Patet autem ordinis ratio, quia sicut Aristoteles in libro de Anima, prius agit de sensu proprio, quam de communi, sic & in Prædicamentis, prius est obiectum sensus proprio, quæ sensus communis, minus error in sensu proprio, quam in communi. Aristoteles, vbi supra. Qualitates igitur hæc sunt quæ prædicantur sunt. Qualia vero sunt, quæ secundum has denominatiue dicuntur, vt a candore candidus. Quædam enim non denotantur ab his, quia non sunt imposita nota qualitatis ipsis, vt calor, & pugilator, secundum naturales valitudines dicuntur, quibus nota posita non sunt vt ab eis denominatiue quale non dicitur secundum ipsam qualitatem, vt virtutem habens studiosus dicitur, sed non denominatiue dicitur a virtute. Inest autem contrarietas secundum quod quale est, vt inuicem iusto contrarium est, & album nigro, non tamen in omnibus ita est. Rubro enim, & pallido, & hmoi coloribus. I. medij, nihil est contrarium, scilicet per se, sed tantum per accidens. Suscipit autem qualitas magis, & minus. Leonereta non abstracta. Album. n. magis, & minus altero dicitur. Similiter & iustum, iustitia vero a iustitia non multum aut magis, & minus, autem dicitur, nec sanitatem a sanitate. Sed ista, quæ secundum hos affectus dicuntur, id est disponuntur, & denominantur, magis, & minus recipiuntur. Non autem omne quale secundum magis, & minus dicitur, vt triangulus, quadrangulus, & alia figura. Quæcumque. n. distinctio. n. trianguli & circuli. recipiunt, oia similiter trianguli & circuli sunt. Horum igitur quæ dicta sunt nihil est proprium qualitatis, sed hmoi proprium est secundum eam simile & distimile dici.

De Prædicamento Actionis. Cap. XXII.

In libro sex principiorum. Actio est secundum quam in id quod subsicitur agere dicitur. Actionum alia est anime alia corporis. Differunt autem, quoniam corporea necessario mouent subiectum in quo est anima, vero actio non mouet id in quo est anima ipsam, sed conuocatum. Actio namque dum agit mouet corpus. Per se, conuocatum vero per accidens, ipsa vero immutabilis permanet, & immutabilis, quia nec secundum locum mouetur, nec secundum aliorum quæcumque motum, nisi forte secundum alterationem. Locus siquidem corpus est, actio vero non, & impossibile est, non corpus, corpore moueri, quare solū corpus mouetur localiter. Hoc tamen in quibusdam dubitabile videtur. Nam speculo immobili permanente, motus imaginis fieri videtur ad oppositi mutationes. I. per motum rei visæ ab vna parte speculi ad aliam. Sed conuenientius dicere est, quod non ibi vera forma existat. Sciendum autem, quod ois actio in motu est. scilicet causa in causato, oisque motus in actione firmabitur, sicut causatum in causa. Proprium igitur actionis est in motu esse, sicut proprium motus in actione. Et hoc quidem palam est in actionibus generatis, siue effectiuis, in destructiuis autem est obiectio. Quod. n. destruit in motu quidem est, nihil tamen agit sed quod actum est destruit. Dico autem actionem, non quid. I. vt aliquid construat, sed in quod. I. subiectum in quod agit exigere. Non est autem motus actio, sed quale, nam & quæcere quale est, & quæcumque contraria sunt in eodem genere sunt generalissimo. Naturalis proprietates actionis, est passio ex se inferre in id quod subsicitur, ois. n. actio passio efficit, & ois passionem inferens actio est. Coniungit autem & actio. n. ex actione efficitur actio. n. eius quod per se mouet, eius actionis quod aliud est generatio est. Quamobrem & actionis, & passiois actus generalis est. Qualitas autem ex se gignit facere, vt calor, id quod est calefacere. Qualitas vero particulariū. I. per se, & vniuersaliū Tomus Secundus.



per accidens, effectiuus est situs sine posicio, vt asperi, & lenis. Similiter, & quantitatam, vt linea superficies, & soliditatis, oia enim hęc a situ substantiam, & generationem habent. Quantitas autem quantitas effectiuus est, & generatiua, vt longitudo linea, latitudo planum, altitudo solidum. Qualitas quoque qualitas, vt calor caliditatis. Sic etiam, agere & pati causa est. Indispositiones namque, compositione, s. quatuor qualitarum sic generatio quędam simplicium, elementorum, quam in motu actione consistere necesse est. Qñ vero causa est tempus, vbi vero locus. Hęc autem corpus, quia, s. habitus, est proprietas derelicta ex adiacentia ornamenti ad ornatum. Eorum vero, quę in subiecto non sunt, indiuiduarum. i. primarū substantiarum corruptio quidem est in primis, in qualitaribus quatuor contrariis, generatio vero in elementis. Secundarum vero substantiarum causa indiuidua sunt. Recipit autem facere, & pati contrarietates, & magis ac minus. Nam calefacere, & infrigidare, contraria sunt, & magis ac minus recipitur, similiter, & sicari, & humesceri.

De Pradicamento Passiois. Cap. XXIII.

Passio est effectus illatioque actionis, effectus respectu agentis, & illatio respectu actionis. Secundum hanc aliqua patiuntur magis, & aliqua minus. Sunt enim quedam animalia ceteris, nobilioris complexionis, vel potentie. ut brutum a iure, q. plures, s. habet virtutes aia sensitiua, quā arbor. Nam vegetatiua, quidem habent virtutem generatiuam, nutritiuam, augmentatiuam. Bruta vero super hoc motiuam, & apprehensiuam. Animalia quoque sunt rationalia brutis, q. a præter quinq. virtutes prædictas, habent etiam intellectiuam. Oia vero, quę de generatione dicta sunt, & de actione generatiua passionem, etiam de passione per actionem in rebus generata dici possunt, quodam tñ pbatione non recta, sed transmutata, quia, s. in capitulo de actione passio considerata est in concrecione, hic autem in abstractione. Dicitur autem passio multipliciter. Vno modo secundum q. vnaqueque actio aia passio dicitur, vt amor, odium, tristitia, gaudium, hęc n. oia sunt passibiles aia actiones. Alio modo id, qd in naturam agit, i. in rem naturalem, vt quilibet agnatio, vel etiam amaritudo, & dulcedo, & hmoi quę passionem inferunt, sic autem est passio tertia species qualitas. Tertio modo prima generatio actionis immediata, & sic sumitur hic. Non est autem passio in agente, sed in eo, qui actum suscipit operantis. Cetera de hac materia in libro de generatione tractantur. Aristoteles in libro de generatione, & corruptione. Omnino quidem simile a simili rationabile est non pati, etiam omnino alterum, s. dissimile, non. nialbedo a linea partium, aut e converso, nisi s. accidens, vt si alba, vel nigra, sit linea. Necesse est itaq. faciens, & patiens esse simile, & idem genere. Specie vero dissimile, & contrarium, innatum est. n. corpus a corpore partem, saporem a sapore, calorem a calore, & vniuersaliter homogeneum, ab homogeneo. Huius causa est, qm in eodem genere contraria sunt oia. Contraria vero agunt, & patiuntur aequiuocum. Itaque passiva, & actiua inuicem sunt contraria, & media, & vniuersaliter in his generatio fit, & corruptio. Porro vniuersaliter agens assimilatur sibi patiens, quapropter necesse est patiens in agente transmutari. Sic enim in contrarium erit generatio, dum, sages speciem suam generat in patiente. Quomodo autem in motione primum quidem mouens nihil prohibet esse immobile. In quibusdam autem, & necessarium est, vt in prima causa, vbi vniuersum ro mouens necesse est moueri, sic & in actione. Primum quidem agens impassibile est, vltimum autem, & patiens, nam quęcumque non habent eandem materiam agunt, & impassibilia sunt, vt medicina faciens sanitatem, nihil patitur a sanato, ipsa est enim primum agens. Cibum autem cum sit vltimum agens, ac tangens, & ipse patitur. Aut enim calefit, aut infrigidatur, aut aliud, quid patitur simul agens. Materiam quidem dicimus eandem esse contrarium cuiuslibet, & ipsa secundum q. materia passiva est, vnumquodque vero indiuisibile, id est a hominum, necesse est impassibile dicere, non enim possibile est pati nisi per vnum medium supra, molle vero dicitur aliquid in partiendo, subactiuum enim molle.

De Pradicamento Quando. Cap. XXIII.

Ex lib. 6. principiorum. Qñ vero est, quod ex adiacentia tēporis relinquatur. Tempus autem, qñ non est, vtriusque in. s. temporis, & qñ, ratio coniuncta est. Diuiditur etiam, qñ s. in diuisionem temporis. Nam aliud quidem relinquatur ex præterito, aliud ex præterito, aliud ex futuro, præteritum, & futurum quantitates sunt, & continuantur ad præsens. Præteritum quidem non quod in substantia permaneat, sed qñ in excessu suo nondum præterit, quia. s. pars eius copulatur ad præsens, vel quia quod semel est præteritum semper est præteritum.

Futurum vero, quia necessarium est contingere, futurum. s. in ratione futuri, licet non id, quod futurum est, quod tantundem est acti in statu. acti præsens effectus, nulla est enim differentia in eo, quod permanet, & quod futurum est, & quod abicit. s. quantum ad essentiam temporis, quia hæc tria copulantur adinuicem sic & qñ præteriti, & futuri ad præsens copulatiue reducuntur. In quocumque tempore est, vel erit, vel fuit, in eodem, & qñ est, vel erit, vel fuit, quia s. m tempus, qñ dicitur, a quo. s. causatur. Qñ itaque, quod ex præteriti est, cum ipso præteriti simul est, & qñ ex præteriti, & quod ex futuro, nunquam simul erunt. In hoc ergo differt quando, ab eo quod est vbi, quia vbi, & locus a quo fit, nunquam in eodem sunt, sed vbi, in circumscriptione est, id est in contento. Locus autem in continente. Sicut autem tempus nunc primum quidem futurum est, secundum autem præsens, posterius vero præteritum, sic & quando, vnum & idem, primum quidem ex futuro est, secundum quod ex præteriti, posterius vero ex præterito. Item sicut tempus aliud simplex, quod cum simpliciter actione recedit, s. quo minus apprehendi non potest. Aliud vero compositum, quod. s. ex composita actione est. Sic & qñ, aliud simplex, s. quod in momento est, & nunc est. Aliud compositum, vt in hora, die, hebdomada, & hmoi. Item sicut partes tēporis sibi sine motu succedunt, sic & partes qñ. Differunt autem tempus, & qñ, quia s. m tempus est aliquid mensurabile, ut motus diurnus, at s. m qñ, nihil mensuratur, sed s. m id dicitur aliquid temporale, & variabile. Inest autem oñ qñ non suscipere magis, & minus, quia, s. s. dicitur aliquid diuinius alio, non hoc est s. m naturam ipsam, sed s. m naturam distantiam. Qñ quoque nihil est contrarium, nam qñ quod est ex præteriti, vnum & idem, & de futuro est, & de præterito. Impossibile autem est de eodem indiuiduo duo simul contraria predicari. Est autem qñ, in oco quod incipit esse, vt est corpus, omne namque corpus aliquando est, & suscipit temporum alterationes. Alteratur enim in ætate, & vere, & c. similiter autem, & anima. Quidam enim acutus speculatur in hyeme, quidam in ætate, secundum instrumenti complexionem, id est corporis, anima enim huic coniuicta, complexionis eius concomitatur, vt qui arida, & gelida complexionis sunt, demeriores in autumno sepe sunt, quibus vero sanguis dominatur in vere, similiter & in aliis fit, secundum similitudinem ipsorum animalium, & temporum.

De Pradicamento Vbi. Cap. XXV.

Vi est circumscriptione, id est totalis comprehensio corporis, a loci circumscriptione procedens, locus est in eo, qñ caput, vbi, vero in eo, quod caput. Videtur autem non omni rei adesse, anima & enim nusquam est, quia nullum locum occupat, vel implet. Nunquam enim locus alio occupatus contenta, potest aliud capere occupante permanente, nam granum adueniens modio non potest ingredi, nisi aere quo impletur expulso, nequaquam igitur duo localia in eodem loco simul esse poterunt, nec idem vnum in diuersis. Anima autem aliquid capere potest, quam animam, scilicet corpus, quare localis non erit anima, cum locum non occupet, similiter & alia quęcumque corporis rationem non habent, loci circumscriptione carent. Habent autem questionem, vtrum idem sit in diuersis locis. Et enim vox, cum sit aer, in auribus diuersorum est, quare corpus idem in diuersis locis est, vnum simpliciter vnum, & idem totum in pluribus, impossibile est inueniri. Sed dici potest diuersorum sensus esse imaginabiliter se generantium, & similiter, id est, quod diuersorum sensus sentiant voces, figuratiter se generantes ad similitudinem primę uocis, quia scilicet vox prima, ex ore prolata, generat aliam sibi immediatam similem in aere, & illa iterum aliam, & sic deinceps donec perueniat ad aures diuersorum, sicut fit in circulis ad genoratis in aqua, cum ab lapide proicitur, sed secundum hoc videtur, quod quedam vox non fit animalis, illa scilicet quę imaginabiliter fit, quia non profertur ab animali. Ad hoc quidem omnem uocem animalis esse dicimus, quęcumque ipso profertur sit, quamuis, scilicet alia non profertur per se, sed p accidens, unde & vnius quidem vox ad aures diuersorum dirigitur, non tamen vna, & eadem, scilicet numero, sed specie, diuersorum aures attingit. Vbi autem aliud est simplex, scilicet quod a simplici loco procedit. Aliud compositum, scilicet quod ex composito. Locus simplex est origo, & constitutio eius, quod continuorum est, qui, s. continet tale totum, quod est predicabile de sua parte. Compositus autem ( vt dictum est ) habet particulas copulatas ad eundem terminum, ad quem & corporis particule coniunguntur. Corporis vero partes ad partem, quasi ad vltimum terminum. Primo enim, & principaliter copulantur ad superferriem, igitur loci particule soliditatis particulas claudunt. Etenim loca simplicia, minimi corporis occupatiua sunt, quare nec locus sine corpore, nec soliditas est sine

est sine loco. Oritur autem dubitatio de sphaera extrema, scilicet octaua, locus enim in alio esse non potest qñ ambitur, sed qñ ambitur. s. contentibus igitur nobis illa sphaera esse localem, consistere necesse est, aliud præter eam esse, in quo extremitas eius consistat, nihil autem est extra illam, quare extremitas eius in loco non est. De huiusmodi vero determinare, insolitum quidem, & occultum, & contra sensum humanum. Caret autem vbi, intentione, non enim alterum altero dicitur magis in loco, licet maiorem locum possideat. Vbi quoque non inest eo exartetas, sicut nec loco, nam etiam sursum & deorsum, quę maxime se distat videntur, contraria nõ sunt. Alioquin duo eadem contingeret inesse contraria, & in super idem esse sibi contrarium. Idem n. est sursum & deorsum, comparatione diuersorum.

De Pradicamento Situs. Cap. XXVI.

Ofitio est quidam situs partium, & generatiuus ordinatio. i. rei generatę secundum quam dicuntur stantia, & sedentia, aspera, & lenia, & quomodolibet aliter disposita. Solet tamen quatuor de aspero, & leni, recto, & curuo, triangulo, & similibus, vtrum. s. positiones sint, quandam enim partium positionem significare videntur. Asperum enim dicitur, cuius partium vna alteri supereminet. Lenis autem cuius particule æqualiter portatę sunt. Non sunt autem positiones ea quę dicta sunt omnia, sed qualia circa situm existentia, ex eo namque q. partes sic dispositę sunt, talia sensibus videntur. Actor. Ex æquali, s. positione lenis apparet aliter, & ex inæquali asperis. Sed videtur haberi contrarium in Pradicamento. s. q. asperum & lenis, sicut positiones, & non qualitates. Ideo nota q. asperum & lenis dupliciter est considerare. s. penes eorum causam efficientem, & sic positiones, vel penes formalem, & sic qualitates. Item nota q. ex duobus membris, quę posita sunt in definitione positionis, s. situs partium, & generatiuus ordinatio, potest elici diuisio positionis, quę ponitur in fine capitulo. Quidam enim innata est a principio. s. ipsius substantię naturalis coordinatio, & hoc est in principis adueniens, vt ea quę in asperis, & lenibus, vel æqualibus, vel inæqualibus inest. Alia vero a co factio motu naturę, vt sessio, statio, & huiusmodi. Ex textu. Suscipere autem videtur situs contrarietatem, vt sedere, ad id qñ est stare contrarium videtur. Contraria enim sunt, quę in indiuiduo, eodemque tempore simul impossibile est repetere, sed vi eissim possibili inesse. Sedes n. stare potest, & stans sedere, ipso autem sedente, impossibile est ipsum stare. Sed tamen videtur secundum hoc, vnum pluribus esse contrarium, non enim magis videtur sedere, contrarium ad sedere, quam ad accumbere, hoc autem esse in conueniens, nam & si pallidum albo, & nigro videatur contrarium, non tamen est, quia ex vtroque in eodem est, pallidum enim & reliqui colores medi, ex albo & nigro conficiuntur. Amplius quidem ratio contrarietatis est, circa eundem subiectum natura existere: verum iacere, & sedere non sunt circa idem natura, nam sedere circa rationalia, iacere autem & accumbere circa irrationalia, ideo non sunt contraria. Proprium autem positionis est, nec etiam magis, nec minus suscipere, non enim sedens magis, vel minus altero dicitur, neque accumbens. Magis autem proprium positionis esse vñ, substantię proximę assistere, oibus alijs formis suppositis.

De Pradicamento Habitus. Cap. XXVII.

Habitus autem est corpus, & eorum, quę circa corpus sunt adiacentia, corpus quasi habitum, & eorum quę circa corpus, & c. i. eorum quę habentur tam corpus quam non corpus, unde secundum hoc, hæc quidem habere, illa vero haberi dicuntur, non secundum totum, sed secundum partes, vt calcium esse, secundum pedes dicitur. Suscipit autem habitus magis, & minus. Armator enim equus pedite dicitur, & calciator qui cum caligis, & calciamentis est, quam q. cum caligis solum. In habitu vero nihil est contrarium, proprium est autem habitus in pluribus quidem, vt in corpore, & in his, quę circa corpus sunt existere secundum partium diuisionem. In paucis alijs autem hoc inuenies, scilicet in quantitate solū, & in his quę sunt ad aliquid, in quantitate, vt in numero. Nihil enim tot partibus distribui possibile est, vt numerum. In ad aliquid vero, vt est similitudo, & dissimilitudo, hæc enim in pluribus similibus, & dissimilibus in sunt. Non autem omnis quantitas, aut relatio huiusmodi est. Habitus vero in pluribus necessario consistit, quare magis proprium eius est, q. alicuius alterius. Ex libro Pradicamentorum. Habere autem multis modis dicitur, sicut qualitatem aliquam, vt scientiam, vel virtutem: aut quantitatem, vt magnitudinem: aut ea q. circa corpus sunt, vt vestem: aut in membro, vt anulum in manu: aut membrum, vt manum: vel pedem: aut in vase, vt in continente, vt in lagenam: aut in possessione, vt domum vel agrum: vel est sicut vir vxorem habere dicitur, & vxor virum. Sed hic modus aliter

missimas esse videtur, in eo quo. est habere. Nihil enim aliud dicimus vxorem habere quam cohabitare. Fortassis & alij modo di habendi apparebunt, sed hi sunt, q. dici consueuerunt. A. hoc. In summa igitur nota q. eorum quę habentur, quędam in sunt, quędam non. Et eorum quę in sunt quedam habentur a natura, vt pars a toto, quędam a situ, vt noem prædicamenta accidentalit. Eorum vero quę non in sunt, quędam adiacet, quędam non, vt possessiones. Eorum autem quę adiacent, quędam secundum continuationem, & horum quędam ad totum, vt indumentum, quędam ad partem, vt anulus. Quędam autem secundum discontinuationem, & horum quędam adiacent proprie, vt vitis, ager: quędam improprie, vt vir, & vxor.

De consequentibus Pradicamento, & primo de magis, & minus. Cap. XXVIII.

Ex libro vi. principiorum. Dicitur autem magis, & minus aliquid suscipere tripliciter. Aliud enim quidam, magis & minus causari secundum incrementum, vel diminutionem eorum quę suscipiunt subiectorum formas. Quod si esset, nulla ratio hominem, & animal, & substantiam cum magis, & cum minus dici prohiberet. Præterea lapis minor lapide dicitur, qui nunquam intentionem, vel remissionem passus est, & Margarita albor Equo, non secundum substantię magnitudinem, vt palam est. Alij vero dicunt secundum ipsius accidentis quantitatem. Quod si verum esset, vtrique magis albus Homo, vel Equus, quam Margarita dici posset, quia maior albedinis quantum accidit Equo, quam Margaritę. s. secundum ex tentionem, non secundum intentionem. Tertij dicunt sicut vtriusque, s. subiecti & accidentis augmentum, & diminutionem. Sed prima & secunda opinio destructa, destruitur & tertia. Itaque magis, & minus dicuntur accidentia secundum, q. propinquiora vel remotiora sunt tertię, sive primę vocis impositioni, vt album dicitur in quo est pura albedo. Quanto igitur album ad vocis impositionem accidens puriori inuenitur albedine, tanto magis album assignabitur. Ideo autem substantię non suscipiunt magis, & minus sicut accidentiaque earum impositio in termino est, quem transgredi impossibile est. Sed & quedam accidentia sine magis, & minus sunt, vt triangulus, & quadrangulus, vel quia in substantiarum designationem huiusmodi nomina accipiuntur, nam quadrangulum, & qualitas nuncupatur, & corpus quadrangulum, vel etiam ratione prædicta, quia. s. huiusmodi impositio in termino facta est, vltra quem transgredi possibile non est, quemadmodum & in superlatiuis.

De Oppositis. Cap. XXIX.

Aristoteles in libro Pradicamentorum. Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter. Quidam vt relatiua, quę scilicet eia ipsa quę sunt oppositum, dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ea scilicet datiuę vel accusatiuę & cetera. Quidam vero vt contraria, & horum quędam sunt immediata, quorum scilicet alterum subiecto in quo nata sunt fieri necesse est inesse, vt sanitas, & ægritudo, par & impar. Quidam vero mediata, quorum scilicet non est necesse alterum inesse suscipibilis. Et in quibusdam horum nomina posita sunt his, quę media sunt, vt albi nigri, fulcum & pallidum. In aliquibus autem non, sed per extremorum negationes determinantur, vt inter bonum & malum, neque bonum neque malum. Malo autem aliquando etiam malum contrarium est, vt egestati superabundantia, sed hoc rarum est, pluribus autem bonum malo contrarium est. Circa idem vero, aut specie aut genere secundum naturam habent fieri contrarietates, vt lanquor & sanitas, in corpore animalis. Albedo, & nigredo simpliciter in corpore. Necesse est autem omnia, contraria esse, vel in eodem genere, vt album & nigrum sub colore. Vel contrarij generibus, vt iustitia sub virtute. Iniustitia sub nequitia, vel ipsa esse genera, vt bonum & malum, quę non sunt in genera, sed ipsa sunt genera aliorum. Item contrarietatem mediatorum, quędam sunt quorum neutrum determinate inest, vt albedo, & nigredo homini, quędam vero quorum alterum, vt caliditas igni, & candor niui. Quidam autem vt priuatio, & habitus, & hæc circa idem aliquid fieri habent. Tunc autem priuari dicimus vnumquodque suscipibilium habitus, quando id quod apti naturę est habere nullo modo habet, vt edentulum, vel cęcum, non quia non habet dentes, aut visum, sed quia quando contingit habere, non habet. Differunt autem hæc a contrarijs, quia ab vno contrarium in aliud potest fieri mutatio, nisi alterum interite naturaliter, vt igni calidum esse. A priuatione autem in habitum mutari impossibile. Quidam vt affirmatio, & negatio, & in his solis proprium est semper alterum eorum esse verū, & alterum falsum. Omnia namque supradicta sine vlla complexione sunt. Nihil autem incomplexorum verum, vel falsum est.

De hoc quod est prius, & simul, & de motu. Cap. XXX.
Rius autem alterum altero dicitur quadrupliciter. Primo quidem & proprie, secundum tempus, ut quod est antiquius. Secundo quod non conuertitur secundum substantiam consequentiam, ut vnum esse, sed non conuertitur. Tertio secundum quandam ordinem, ut in Grammatica, elementa syllabis, & in Rethorica, prohemium narratione Quarto quod melius est, & honorabilius, sed hic modus prioris, pene alienus est a ceteris. Videtur autem, & praeter hos alius esse modus. Eorum enim quae conuertuntur secundum essentiam consequentiam, illud quod alterius quomodolibet causa est, digne prius natura dicitur, ut si homo est, vera est oratio, qua dicitur esse hominem, & econtrario. Ipsa autem res est causa quare oratio vera sit, & ideo natura prior est. Sic igitur quinque modis dicitur. Simul autem dupliciter esse dicuntur. Simpliciter quidem & proprie secundum tempus, ut quorum generatio est in eodem tempore. Secundo modo naturaliter, scilicet quaecumque conuertuntur secundum quod est esse consequentiam, dum tamen vnum non sit causa alterius, ut duplum & dimidium, similiter & ea quae ex eodem genere, & diuerso a se invicem diuiduntur, ut volatile gressibile, & aquatile, ex opposito animal diuidunt, natura simul sunt. Genera vero semper priora sunt, quia non conuertuntur, secundum quod est esse consequentiam. Motus autem species sunt sex, & motus quidem communi contrarium est distans. Motibus autem particularibus, quae per singula sunt. Generationi corruptio, augmentationi diminutio. Secundum locum autem mutationis, secundum locum quies videtur opponi, & forte in contrarium locum mutatio, ut ei quae est superius, ea quae inferius. Alterationi vero non videtur aliquid esse contrarium, nisi forte secundum qualitatem quies, vel in contrarium qualitatis mutatio, est enim alteratio mutatio secundum qualitatem. Actor. Nota quod motus dupliciter considerari potest, aut secundum quod est actus imperfectus cuiuslibet rei naturalis, & est via deducens sibi naturalia in esse, & sic est transcendens. Aut secundum quod est perfectio naturalis potentiae, & sic opponitur quieti contraria. generatio quidem & corruptio non sunt proprie motus, sed mutationes. Augmentum est ad imperfectum ad perfectum, diminutio vero est e conuerso.

De libro Perihermenis. Cap. XXXI.
Sidonius, ubi supra. Sequitur de hinc libro Perihermenis subtilissimus nimis, & per varias formas iterationesque cautiissimus. De quo dicitur. Aristoteles, quando Perihermenis scripsit, calamum in meate tingebat. Omnis quippe res quae vna est, & vno significatur sermone, aut per nomen significatur, aut per verbum, quae duae partes orationis interpretantur quicquid concepti mens ad loquendum. Omnis enim locutio concepti rei mentis interpretis est, hanc Aristoteles vir in rerum expressione, & faciendis sermonibus peritissimus Perihermeniā nominat, quam interpretacione nos appellamus. Quae res mente conceptas, plures sermonibus interpretatur, per catharsin, & apostasin, per affirmacionem, & negacionem. In his itaque Perihermenis supra dictus philosophus de sex principijs tractat. id est de nomine, & de verbo, de oratione, de enunciatione, de affirmacione, de negacione, de contradictione. Actor. Quoniam autem, ut dicit Aristoteles, vna est scia, quae est vnus generis cuius partes, & principia & passiones per se considerat. Sciendum quod Dialectica dupliciter consideratur, vno modo ut ars, & sic de omnibus est, & sic non est alicuius generis determinati. Et traditur sic in libro Topicorum. Alio modo ut est scientia, & traditur in libro Priorum, & sic logica est de syllogismo. Igitur in libro Praedicamentorum agit Aristoteles de materia remota syllogismi. id est de terminis. In libro autem Perihermenis, de materia propinqua ipsius syllogismi. id est de essentialibus. In libro autem Priorum agit Aristoteles, de syllogismo plenarie. In li. i. Topicorum & Posteriorum & Elenchorum, de paribus. id est de speciebus ipsius syllogismi. Et nota quod in libro Praedicamentorum agit Aristoteles, de praedicabili, & subiectibili. In hoc autem libro, proprie de enunciatione, quae anthonomastice nuncupatur interpretatio. Iste liber, quod de enunciatione est, de interpretatione intitulat. Nam per se, propositio graeca est, & a qualet huius propositio, de Hermenis at Graece, id est quod interpretatio Latine. Vnde hocius Hermenis gēsis ē, & ponit per ablatiuo, more Graecorum, non hinc ablatiuo. Sed quia prius oportet cognoscere interpretationem, & ipsas interpretationes, ponitur capitulum in quo agit de interpretatione in communi. Et sic postea descendat ad interpretationes speciales, simplicem, & compositam.

De interpretatione, vel significacione. Cap. XXXII.
Agit ergo de interpretatione siue de significacione, primo determinans, quae significant, & quae significantur, dicit

quod literae & voces significant. Intellectus autem & res significantur, & assignat proprietates significantium, & signum dicitur, dicens, quod voces, & literae non sunt eadem apud omnes. Intellectus autem & res sunt eadem apud omnes. Horum igitur quatuor litera habet ita signum quod non est signatum, significat enim vocem, & non significatur ab alio, & hoc intelligendum est de litera in scripto. Litera enim, quae est elementum vox est, vox autem significat & significatur, significat enim intellectum, & rem, significatur autem a literis. Res autem significatur, & non significat. Intellectus vero significatur, & non significat, proprie loquendo, significatur enim per vocem, non autem proprie significat rem, sed est similitudo rei. Unde non dicit Aristoteles quod intellectus sit nota rei, sed dicit quod intellectus similitudo rei est. Differunt esse nota, & esse similitudinem, quod enim aliquid sit nota, hoc habet secundum placitum, similitudo non secundum placitum, sed magis secundum naturam. Soler tamē dicit, quod intellectus est signum & signatum, signatum per vocem, signum dicitur rei, sed melius est dicere sicut praedictum est. Nam proprie loquendo intellectus non est signum rei. Dicitur enim philosophus distinguens signum, quod signum est speciem suam ingens sententia, & aliam relinquens intellectui, tale autem non potest esse intellectus, passiones enim animae non ingeunt speciem suam sententia, ut aliud relinquunt in intellectu siue in potentia intelligibili, passiones enim animae a sensu percipi non possunt, non ergo proprie signa dici possunt, sed similitudines, sicut iam est dictum. Sciendum est autem quod quadrupliciter dicitur intellectus. Vno enim modo dicitur intellectus potentia intellectiva, quae est nobilior vis animae, & sic non est verus, nec falsus est, & iste appellatur intellectus passibilis vel materialis. Secundo modo dicitur intellectus habitus principiorum demonstratiuorum, sicut dicit Aristoteles. Intellectus est habitus principiorum, scientia vero conclusiuorum. Et sic intellectus semper est verus. Tertio modo dicitur lux quaedam, quae illuminat intellectum passibilem ad intelligendum species receptas in fantasia, & hic appellatur intellectus agens, & talis neque verus neque falsus est. Quarto modo dicitur species rerum extra, quae sunt in anima, sicut in speculo species rerum sunt, & non res, sic & in anima. Unde Aristoteles, Lapis aon est in anima, sed spes lapidis est in anima. Iste appellatur intellectus formalis, adueniens enim intellectui materiali in format illum & perficit. Appellatur etiam iste intellectus, intellectus adeptus, acquiritur. n. per sensum in intellectu possibili, & hoc quarto modo tantum accipitur hic intellectus, cum dicitur quod voces sunt notae intellectuum. Et istos intellectus vocat passiones, vel quia anima in apprehendendo patitur, laege sumpto vocabulo patientis, sicut dicitur inuenit oculo patitur, quando recipit coloris immutationem. Vel forte melius, id est quia affectationes animae sunt. id est qualitates in tertia specie qualitatis, talis enim passio, vel intellectus qualitas est animae.

De vocibus significantur ad placitum. Cap. XXXIII.
Taque vox est tenuissimus, ictus plectro lingua. Eolumine linguae formatus. Vocum alia significantia, alia non significantia. Vox significatiua est illa, quae aliquid significat, ut homo. Vox non significatiua est illa, quae nihil significat, ut bu, ba. Significantiarum alia significant ad placitum, alia naturaliter. Naturaliter est illa, quae a natura procedit, ut gemitus iustorum, latus canum. Ad placitum est illa quae ad voluntatem instituentis aliquid significat, ut homo, animal. Item significantiarum ad placitum, alia est nomen, alia est verbum, alia oratio constans ex his. Aristoteles in lib. Periherm. Nomen est vox significatiua ad placitum, siue tempore, cuius nulla pars separata significat, est autem finita & recta: non homo enim, non est nomen simpliciter, sed nomen infinitum. Catonis quoque, vel Catoni non sunt nomina, sed casus nominis, quia scilicet cum est vel fuit, vel erit adiunctum, nec verum, nec falsum significat, nomen vero semper scilicet rectum. Verbum est quod significat tempus, cuius pars extra nihil significat, & est semper alicuius eorum, quae de altero dicuntur nota, id est signum. Est etiam finitum & rectum, ut currit, non currit enim verbum non dico, sed verbum infinitum, quia similiter est in quodlibet quod est, vel quod non est. Similiter curtebat, vel curret, non verbum est simpliciter, sed casus verbi, non enim significat praesens tempus, sed quod illud complectitur. praeteritum & futurum. Oratio est vox significatiua ad placitum, cuius partium aliquid significatiuum est. Actor. Oratio enim alia perfecta, quae fit ex nomine & verbo, & perfectum sensum generat in animo auditoris, ut homo currit. Alia imperfecta, quae imperfectum sensum generat in animo auditoris, ut homo albus. Item orationum per se clarum alia indicatiua, alia imperatiua, alia deprecatia, alia optatiua, alia conuinctiua, alia infinitiua.

De

De oratione enunciatia, qua est propositio. Cap. XXXIII.
Aristoteles ubi supra. Enunciatia, id est indicatiua oratio verum vel falsum significat, nam deprecatia nec vera nec falsa est, & ceterae similiter. Optatiua, hortatiua, & iustusmodi, quae magis ad Rhetores, & Poetas pertinent, enunciatia vero ad logicum, quam quidem necesse est ex verbo, vel ex casu verbi esse. Idem in libro Priorum. Propositio est oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo. Haec autem, aut vniuersalis, aut particularis, aut restricta. Boetius ubi supra. Propositio est oratio verum vel falsum significans. Huiusmodi duae sunt species. scilicet affirmatiua, vel negatiua. Harum aliae sunt vniuersales, aliae particulares, aliae indefinitae, aliae singulares. Item propositio enim, aliae sunt praedicatiuae, quae simpliciter proponunt, aliae conditionales, ut cum praedicatiua condicio copulatur, ut ex duabus vna conditionalis efficiatur. Conditionaliū propositio enim, aliae simplices, quae praedicatiua habet sui partes, quarum prima antecedens, posterior consequens, ut si caelum rotundum est, volubile est. Aliae vero continuae, & harum multiplex est differentia, de quibus agit in libris de hypotheticis syllogismis. Simplicium hypotheticarum quatuor sunt differentiae. Aut. n. ex duabus affirmatiuis categoricis constant, aut ex duabus negatiuis, aut ex affirmatiua & negatiua, aut e conuerso. Actor. Dicitur hypothetica ab hypotes, quod est sub, & thesis quod est positio, quasi suppositiua. Alia modo ab hypothetis, quod est conditio, quasi conditionalis. Est sciendum quod sex sunt species hypotheticarum. scilicet conditionalis, copulatiua, disiunctiua, temporalis, localis, causalis. Et nota quod per quae, quaritur de propria qualitate, siue de essentia propositiois, quae est categorica, vel hypothetica. Per quales, de communi qualitate, quae est affirmatiua vel negatiua. Per quantas, de quantitate categoricis solum, eo quod omnis quantitas est penes subiectum. Unde versus. Quae ca, vel hyp. qualis ne. vel af. v. quanta per in. fin. Item propositio alia vna, alia plures. Vna sic diuiditur, alia primo vna, alia conuinctiua vna. Primo vna est, quando vnum solum subicitur, & vnum solum praedicatur, ut homo est animal. Conuinctiua vna, quando plura subiciuntur, vel praedicantur, ex quibus fit vnum per essentiam, ut alia rationale est homo, vel ut hic homo est animal rationale mortale. Propositio plures, sic diuiditur, alia conuinctiua plures, quando plura coniunguntur sub vna voce, ut canis currit. Vel alio modo quando plura coniunguntur per vnam conuinctiua, ut Sorites currit & Plato disputat. Alia vero plures in conuinctiua, quando subiciuntur plura, vel praedicantur, ex quibus non fit vnum per essentiam, ut hic Sorites albus, grammaticus, musicus currit.

De terminis categoricis propositiois. Cap. XXXV.
Aristoteles in lib. priorum. Terminum autem voco in quae resolutur propositio, ut praedicatum, & de quo praedicatur, appositio, vel diuisio esse, vel non esse. Boetius, ubi supra. Propositio enim itaque praedicatiua partes, terminus appellamus. Subiectum quae minor terminus est, & praedicatum qui maior, & ab huiusmodi privilegio praedicatiua propositio vocatur. Saepetamen etiam, ut hi termini sibi inueniantur aequales, ut cum dicitur, homo est rationalis. Sed hoc semper euenire necesse est, ut si inaequales termini sint, maior semper de minore praedicatur. Si vero aequales vtrumque conuersa praedicacione dicitur, ut autem minor de maiore praedicatur, nunquam contingit. Terminos autem voco, nomina, vel verba, quibus propositio necitur. Saepetiam oratio de oratione praedicatur, ut Socrates cum Platone, & discipulis de philosophiae ratione pertractat. Sic etiam quandoque nomen subiectum est, oratio praedicatum, aliquando autem e conuerso. Actor. Praedicatiua propositio ipsa est categorica, sic dicitur a categorizando. id est praedicando. Trahit enim hoc nomen a praedicato, tanquam a digniori parte, huius enim principales partes sunt subiectum, & praedicatum, & copula, secundaria vero sunt sine categorica materia. id est dictiones conuinctiuae. Quae per se non significant, sed cum adiuncto, ut praepositiones, conuinctiuae, &c. Cetera namque categoriceumata sunt, ut nomen & verbum. Itaque subiectum est de quo dicitur aliud. id est praedicatum. Praedicatum est quod dicitur de alio. id est subiecto. Copula est inter vtrumque, ligas subiectum & praedicatum. Est autem duplex copula. scilicet implicita, ut homo currit, explicita, ut homo est animal. Et dicitur categorica praedicatiua, & hoc nomen trahit a praedicato.

De suppositionibus terminorum. Cap. XXXVI.
Conditiones autem terminorum, siue partium principalium categoricis propositiois sunt supponere, appellare, copulare, quorum genus est significare. Significare est rem aliquam ex instructione principali designare. Itaque suppositio est alicuius rei substantiaue designatio. Substantiua dicitur ad differentiam adiectiuorum, quae designat rem suam adiacentem. Speculum Doctrinale.

rem, unde non dicitur proprie supponere, sed magis copulare. Suppositio enim alia discreta quam. scilicet habet terminus discretus, ut Sorites. Alia communis, quam habet terminus communis, ut Homo. Et haec est multiplex. Quaedam enim est naturalis, quaedam accidentalis. Naturalis est, quam habet terminus communis, non ab alio sed virtute propriae significationis, ut iste terminus, homo, sumptus per se potest supponere pro homine, qui est, & qui non est, si dicatur omnis homo. Accidentalis est illa, quam contrahit terminus ab extrinseco, sicut ab alio restringente. Accidentalium alia simplex, alia personalis. Simplex est illa, quam habet terminus communis pro forma communi, non attingendo aliquod inferius, ut cum dicitur, homo est species. Personalis est illa, quam habet terminus communis, reddens locutionem veram pro aliquo, vel pro aliquibus suorum inferiorum. Huiusmodi suppositioem dicitur habere iste terminus, homo, in hac propositione, homo currit. Item per se naturalium alia confusa, alia determinata. Determinata est illa, quam habet terminus communis, reddens locutionem veram pro aliquo supposito, ut cum dicitur, homo est albus. Confusa dicitur suppositio, quando virtute locutionis exigitur, quod terminus teneatur pro omnibus, vel pro pluribus suorum inferiorum. Confusarum alia mobilis, siue distributiua, alia immobilis. Mobilis est illa, quam habet terminus in quo potest fieri descensus pro quolibet suorum inferiorum. Immobilis dicitur illa, quam habet terminus supponens pro pluribus, pro quibus non licet descendere. Et hoc patet in hac propositione, omnis homo est animal. Iste enim terminus, homo, confusam & mobilem habet suppositionem, quia licet sub eo descendere ad quodlibet inferiorum hominis. Ille autem terminus, animal, habet suppositionem confusam immobilem, quia non potest fieri descensus pro quolibet supposito. Ex iam dictis patet, quod non valet argumentatio ista, homo est species, ergo aliquis homo est species: immo secundum fallaciam figure dictionis arguitur, quia a simpliciter ad determinatam. Et si obijciat quod particularis, & indefinita conuertuntur. Dicimus, quod verum est, sed haec propositio, homo est species, non est indefinita, immo singularis, quia homo, nomen proprium est ipsius speciei, unde respectu huius praedicati non est terminus communis, sed tanquam terminus discretus. Similiter omnis homo est animal, ergo animal est omnis homo, quia in prima propositione, ly animal, confunditur a signo, in conclusione vero non, cum signum subsequitur, immo determinate supponit pro aliquo, pro quo non contingit recipere veritatem. Et sciendum quod dicitur pro regulari in suppositionibus, signum vniuersale affirmatiuum terminum sibi immediate adiunctum confundit mobiliter, tamen post mediante compositione adiunctum confundit immobiliter, quod patet hic, omnis homo videtur animal. Item signum vniuersale negatiuum, terminum sibi adiunctum, siue mediate, siue immediate confundit mobiliter, unde sequitur nullus Homo est A finus, ergo Sorites non est hic A finus. Per hoc quae iam dicta sunt pro solui hoc sophisma, omnis homo, est omnis homo.

De appellatiuibus. Cap. XXXVII.
Appellatio vero dicitur quaedam proprietates, quae inest termino, eo quod ille potest accipi pro aliquo supposito actu existenti, unde dicitur a suppositione, eo quod suppositio est indifferens respectu entium, & non entium. Appellatio vero respectu entium, vnde si dicatur, omnis homo, ly homo, supponit pro omni eo, cui per inesse sua forma, vel potuit, est in propositione restringitur suppositio, sicut cum dicitur, omnis homo currit, ly homo, non per appellare hominem, qui non est, sed hominem existentem solum, vnde suppositio eorum est, quae appellatio. Et sciendum quod suppositio termini multipliciter restringitur, quaeque per qualitatem nominis adiectiui, quaeque per actum participij, quaeque per actum verbi circa terminum implicitum, alio modo per dictiones. Et sciendum, quod restrictio, siue coarctatio, nihil aliud est, quam cois suppositionis ad minus eorum restrictio. De restrictione quae fit per dictiones, talis datur regula. Terminus eorum non restrictus ab alio, supponit verbo de partibus, non habent vim ampliandi, supponit tamen pro eis quae sunt, ut si dicatur, omnis homo currit, sensus est, omnis homo eus currit. Et dicitur non restrictus, quia talis terminus per restringi, ita quod non supponit pro eis, quae sunt, ut si dicatur, homo, qui fuit, non est, vel homo, qui non est, legit. Non habet vim ampliandi, dicitur, quod quaedam sunt verba ampliandi, ut haec. scilicet, laudatur, opinatur, quilibet in praesenti tempore, terminus supponit tali verbo, non restringitur ad puros entes, ut si dicatur, per currere, homo solet legere, per. n. iste terminus homo supponit pro homine qui non est. Similiter si dicatur, homo laudatur, homo opinatur, vnde huiusmodi verba dicitur ampliare suppositionem terminorum, quae cum inuoluerbis indifferenter praesentem supponere praesenti & non entis, & hoc forte est, quia res significata saluabilis est, tam in non ente, quam in ente, quod

Tomus Secundus. F 4 non



non videtur in alijs verbis. Notandum tamen, qd dicta regula solet assignari de termino habenti sufficientiam appellationis, cuiusmodi terminus dicitur habere tria appellata. Vnde solet dici, qd terminus communis, non habens sufficientiam appellationis, retrahitur ad non entia, pro illis supponendo. Vnde si diceretur, omnis Fenix est, vel omnis homo est, vnico homine existente, falsum dicitur, cum hmoi termini supponant pro non existente, cui non conuenit esse. Et hoc dicebant ponentes, qd signum vniuersale termino cui adiungitur, exigit de necessitate tria appellata, qd tamen non dicimus, quia signum vniuersale nihil aliud significat circa terminum, nisi quonia vniuersaliter significat. Vnde si habeat plura appellata pro tribus, virtute signi actu subiicitur, si plura non habeat, pro tempore solum, ad qd restringitur, nec virtute signi vniuersalis pro alijs non existentibus subiiceretur, cum hmoi signum vniuersale, circa terminum cui adiungitur nihil aliud exigit, nisi formam vniuersalem, natam esse in pluribus, siue actu siue potentia, sicut hanc formam vniuersalis, homo, siue no sint actu, sed per temporis successionem, sicut hoc vniuersale Fenix. Et valet similiter si habeat esse in pluribus, & hoc exigente non forma, sed materia circa quam. Sed materia circa quam, attenditur huiusmodi forma, vt hmoi vniuersalia, Sol, Luna. Vnde dicimus, qd iste sunt vera, ois Homo est, vnico hoie existente, ois Fenix est, omnis Sol, omnis Luna, & consimiles. Item terminus supponens verba de preterito, supponit indifferenter pro eis, quae sunt, vel quae fuerunt. Apponens vero tantu supponit pro eis, quae fuerunt. Vnde non sequitur, posito qd modo Sortes sit albus, & nunquam fuerit albus, sicut Sortes, ergo Sortes fuit albus, quoniam in prima ly albus, indifferenter supponit siue copulat pro albedine, quae est, vel quae fuit. In con clusione vero p albedine quae fuit tantum. Item terminus ois supponens verba de futuro, indifferenter supponit pro eo, quod est, vel erit tantum. Vnde non sequitur, Album erit Sortes, ergo Sortes erit albus, posito qd Sortes sit modo albus, nec amplius erit. Item terminus ois immediate coniuuctus ad terminum designantem speciale accidens, restringitur secundum exigentiam qualitatis illius adiuncti, vnde si dicimus, homo albus currit, ly homo, restringitur ad albos, & sic de consimilibus.

*De communicantia propositionum in terminis.*  
Cap. XXXVIIII.

Propositionum quaedam participant vtroque termino, vt omnis homo currit, nullus homo currit, quaedam altero tantum, & quaedam neutro. Item participantium vtroque termino, quaedam participant ad eundem ordinem, quaedam ad ordinis conuersionem, quando de praedicto fit subiectum, & conuersio, vt omnis homo est animal, quoddam aial est homo, Item participantium vtroque termino ad eundem ordinem, quaedam sunt contrariae, vt vniuersalis affirmatiua, & vniuersalis negatiua, de eodem subiecto, & de eodem praedicto, secundu vocem & rem, vt omnis homo currit, nullus homo currit. Quaedam subcontrariae, vt particularis affirmatiua, & particularis negatiua. Quaedam subcontrariae, vt vniuersalis affirmatiua, & particularis affirmatiua, vel vniuersalis negatiua, & particularis negatiua. Quaedam contradictoriae, vt vniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua, vt omnis homo currit, quida homo non currit. Vel vniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua, vt nullus homo currit, quidam homo currit. Lex contrariarum talis est, qd si vna est vera, reliqua erit falsa, & non conuersio, quia nunquam possunt simul esse verae, sed falsae in contingenti materia. Lex subcontrariarum est, qd si vna est falsa, reliqua erit vera, sed non conuertitur, possunt enim simul esse verae in materia contingenti, sed nunquam simul falsae. Et dicuntur subcontrariae, quia sub contrarijs ponuntur. Lex contradictoriarum est, qd si vna est vera, reliqua erit falsa. Lex subalternarum est, qd si vniuersalis est vera, sua particularis erit vera, & non conuertitur. Et dicuntur subalternae, eo qd vna alij supponitur. Et sciendum qd triplex est materia. Naturalis, in qua praedictum naturaliter inhaeret suo subiecto, vt homo est animal. Contingens, in qua contingenter, vt homo est albus. Remota est illa, in qua praedictum nullo modo inhaeret suo subiecto, vt homo est albus.

*De conuersionibus, & Equipollentijs.* Cap. XXXIX.

Tem propositionum participantium ad ordinis conuersionem, quaedam conuertuntur simpliciter, quaedam per accidens, quaedam per contrapositionem conuertuntur. Simpliciter est, quando de subiecto fit praedictum, de praedicto subiectum, manente eadem qualitate, & quantitate, vt nullus homo est lapis, nullus lapis est homo, quida hō est aial, quoddā aial est homo. Et simplex est, quasi sine plica. Conuersio per accidens est, quando fit de subiecto praedictum, & conuersio, manente

eadem qualitate, sed mutata quantitate, vt ois homo est aial, quoddam animal est homo. Conuersio quae fit per contrapositionem, est quando fit de praedicto subiectum, & conuersio, manente eadem qualitate & quantitate, & terminis finitis mutatis in infinitos, vt omnis homo est animal, ergo ois non aial, est non homo. Vel sic, quoddam aial est homo, ergo quoddā non homo non est non aial. Item negatio praeposita signo vniuersali affirmatiua, vel particulari, semper aequipollet suae contradictoriae, vt non omnis, quidam non aequipollet, non nullus, quidam non aliquis nullus. Item negatio postposita signo vniuersali affirmatiua, vel negatiua, aequipollet suae contrariae, vt omnis non nullus, nullus non omnis. Particulari vero postposita aequipollet suae subcontrariae, vt quidam non, & quidam nō, aequipollet, quidam non, & quaedam sic. Item negatio praeposita & postposita aequipollet suae subalternae, vt non omnis, non quidam, non nullus non, quidam non, non aliquis, non omnis. Item negatio praeposita remouet qualitatem & quantitatem, postposita vero remouet qualitatem tm. Vñ versus. Prae cōtradi post sit cōtraria cōtra. Pone subalterna facietq; negatio signū.

*De propositionibus modalibus.* Cap. XL.

Propositio large sumpta diuidi habet per has dffias, de inelle, & modales. De inelle est illa, quae aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo enunciat, sine modo compositionis, vt Socrates currit. Modales est illa, quae cum modis cōpositionis aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo enunciat, vt Sortes currit necessario. Modi autem sunt sex. I. veru, falso, contingenter, possibiliter, impossibiliter, necessario. Similiter nota a quibus descendunt modi dicuntur. Verum, falsum, &c. Vnde Aristoteles non determinauit de illis modalibus, quae sunt per modos aduerbiales, vt Sortes currit necessario, quia hmoi modales sunt ex noie & verbo simpliciter, & in hmoi subiecti res, & praedictum esse vel non esse, sicut in propositionibus de inelle, & propter hoc sunt enunciations simpliciter. Illae autem quae sunt per modos nominales sunt enunciations, secundū quid ex noibus, & verbis obliquis, & huiusmodi modalibus, esse vel non esse sunt subiecta, modi vero appositionis. I. praedicta, vt Sortem currere est necessarium, & de hmoi modalibus determinat Aristoteles in li. Perihermenis. Et sciendum qd ois modalis nominalis est singularis, quoniam in hmoi modalibus subijcitur hoc dictum, quoniam is est sensus. Sortē currere est veru. i. hoc dictum vel hoc enunciatum Sortem currere est veru, & sic de alijs. Item omnis modalis affirmatiua est a compositione modi, negatiua a negatione modi. Item sex sunt modi nominales, de quatuor vltimis modis dicendum est, & nota de istis. I. veru, falsum, quoniam propositiones, quae sunt per hmoi modos conuertuntur cum propositionibus, de inelle. Vñ de bene sequitur, Sortem currere est veru, ergo Sortes currit, & conuerso Sortem currere est falsum, ergo Sortes nō currit, & conuerso. Alia dffia est, quare nō determinat de hmoi, qm non possunt conuerti cum modalibus, quae sunt per alios quatuor modos. Non enim sequitur Sortem currere est falsum, ergo Sortem currere est impossibile. Similiter Sortem currere est veru, ergo Sortem currere est necesse.

*De lineis earum secundum distinctionem quatuor modorum.*  
Cap. XLI.

Et sciendum qd scdm illos quatuor modos quatuor sunt lineae. Vna de possibili, alia de contingenti, & sic deinceps. Et ad formadum primam lineam, talis datur regula. Cuiusque dicto affirmato datur possibile, eidē attribuitur contingens, ab eodē remouetur impossibile, & ab eius cōtradi toriē opposito, remouetur necesse. Ad formadum scdam, datur talis regula. Cuiusque dicto negato attribuitur possibile, eidē attribuitur contingens, ab eodem remouetur impossibile, & ab eius cōtradi toriē opposito remouetur necesse. Ad tertiam talis. A quocūq; dicto affirmato remouetur possibile, ab eodē remouetur contingens, eidē attribuitur impossibile, & eius cōtradi toriē opposito attribuitur necesse. Ad quartam talis. A quocūque dicto negato remouetur possibile, ab eodē remouetur contingens, eidem attribuitur impossibile, & eius cōtradi toriē opposito attribuitur necesse. Exemplum omnium pns figura demonstrat. Possibile est esse, contingens est esse, non impossibile est esse, necesse est non esse. Possibile est non esse, contingens est non esse, non impossibile est esse, necesse est non esse. Non possibile est non esse, contingens est non esse, impossibile est esse, necesse est non esse. Non possibile est non esse, non contingens est non esse, impossibile est non esse, necesse est esse. Prima & scda subcontrariae sunt. I. ita qd redduntur singulari singulari, & quasi particulae sunt. Tertia & quarta cōtrariae, & quasi vtes sunt. Prima & quarta subalternae sunt, scda vice particularis supplet, scda & quarta cōtradi toriē. Prima & tertia si inter.

De

*De Equiuocatione singularum modernum.*  
Cap. XLII.

Præterea sciendum, qd est possibile quoddam cum re & cum actu, vt scribentem scribere. Quoddam cum re & ante actū ut non scribentem scribere. Quoddam ante rem & ante actum, ut antichristum currere. Item est potentia propinqua. vt hominem ridere & potentia remota, vt hunc hominem esse episcopum. Impossibile quoddam est per se. I. qd non potuit, nec potest, nec poterit esse verum, vt Deum non esse. Quoddam per accidens, quod. I. non potest, nec poterit esse verum, potuit tamen, vt me non fuisse. Item est impossibile absolute, vt Deum non esse. Et est impossibile respectiue, vt te non sedere dum sedes. Contingens quoque duplex est, est enim contingens natū, quod. I. magis se habet ad unam partem contradictionis, quam ad reliquam, vt hominem canescere in senectute, & est contingens ad vtrūlibet, siue vagum siue erroneum, quando aequaliter se habet ad vtrūque, vt te sedere, & te non sedere. Necessarium vero multipliciter dicitur. Vno modo idem quod vtile, vt necessarium est Deo seruire. Alio modo inenitabile, ut necessarium est hominem mori. Alio modo familiare, ut iste homo est mihi necessarius. Alio modo cessans ab esse, & huius duplex est. I. necessarium per se, quod non potest, nec potuit, nec poterit esse falsum, vt Deum esse. Et necessarium per accidens, quod. I. nec potest, nec poterit esse falsum, potuit tamen, ut Caesarem fuisse. Item est necessarium quoddam absolute, ut Deum esse, quoddam respectiue, ut te sedere dum sedes.

*De Quaestionibus.* Cap. XLIII.

Boetius vbi supra. Quæstio est dubitabilis propositio, in qua necesse est omnia ferre considerari, quae de propositione dicta sunt. Et in praedicta quidem quaestione dubitatur, an subiecto praedictum inhaeret. In hypothetica vero quæstio an illud, quod antecedit comitetur consequens. Quæstio nis duas sunt species. Vna scijsse Theosis, quae de re ceteris circumstantiis nuda quærit ac differit, vt voluntas ne summū bonum sit. Haec a nobis propositio, vel propositum dicitur, & tales maxime a dialecticis ad disputationem sumuntur. Altera vero Hypothesis, quae scilicet per sonis, temporibus, factis, ceterisque circumstantiis implicata est, vt iure ne Cicero in exiliū, dubio rei publicæ tempore detur datur, quia in insū populi ciues Romanos interemit, haec a nobis dicitur causa. Quæstio Theosis, in quatuor species diuiditur, aut enim est de genere, aut de accidente, aut de proprio, aut de diffinitione. Parect autem fieri, & de differentia, sed tantum est de differentia quære re, quantum si de genere non dubitetur. Quæstio vero de eodem diffinitioni aggreganda est. Quæstio autem in comparatione aliquid adducens, in accidentis dubitatione ponenda. Omnis autem quæstio, vel ex ratione differendi, vel ex naturali, vel ex morali trahit speculationem.

*De Argumentis.* Cap. XLIIII.

Argumentum est ratio, rei dubiae faciens fidem. Ideo hanc esse notiore quaestione necesse est, quia notis ignota p bantur. Argumentorum alia sunt probabilia, & necessaria: alia probabilia quidem, sed non necessaria: alia conuerso: alia vero neutrum. Probabile est, quod videtur omnibus, vel pluribus, vel sapientibus, & his, vel omnibus, vel pluribus, vel maxime notis, atque praecipuis, vel quod unicuique artifice secundum propria facultatem, vt de medicina medico. Necessarium est, quod videtur ita est, & aliter esse non potest. Probabile igitur, & necessarium est, ut hoc. Si quid cuiuslibet rei addatur, hoc totū magis efficitur. Neque enim quisquam ab hac propositione dissentiet, & ita se habere necesse est. Probabile, & non necessarium est, cui facile quidem animus acquiescit, sed veritatis non tenet firmitatem, ut si mater est, diligit filium. Necessarium, & non probabile, vt obiectū lunaris corporis euenire solis defectum. Necessarium neque, nec probabile, vt Dyogenem habere, quae non perdidit cornua, quoniam id habet quisque quod nō perdidit. Et talia quidem, nec argumenta dici possunt, quonia his nulla fides est, quae nec in opinione, nec in veritate constituta sunt. Sed nec illa videntur esse argumenta, quae cum sint necessaria, non tamen auditoribus approbantur, quia si ipse qui iudicat hoc non probat, nec illud quidem probat, quod ex huiusmodi ratione conficitur, quoniam ergo rei dubiae fides non fit, argumentum esse non videtur, sed non est ita, huiusmodi enim alius argumentis probabilibus ac necessariis demonstrantur, sicque cognita, & credita ad alterius rei, de qua dubitatur fidem trahunt. His ergo quibus nondum demonstrata sunt, ad ali quid aliud probandum argumentum esse non possunt. Qui autem prioribus rationibus corum fidem cepserunt, ea siquid ambigunt, argumenta vocatae possunt, Quoniam igitur omnis ratio

discerendi quatuor facultatibus, earum velut opificibus subiecta est, id est Dialectico, Oratori, Philosopho, Sophiste. Sciendum quod Dialectico, & Oratori duae species argumenti simulantur, scilicet probabile, & necessarium; probabile, & non necessarium. Ambo enim in communi argumentorum materia versantur, & probabilia siue sint necessaria, siue non, probabilia tamen sequuntur. Philosopho autem demonstratori similiter duae, scilicet probabile, ac necessarium, necessarium ac non probabile. Hic enim de sola veritate pertractat, & ideo siue sint probabilia siue non, non refert, dñmodo non sint necessaria. Quarta uero species quam, nec argumentum recte dici posse monstrauimus, solis Sophisticis est attributa.

*De Argumentationibus.* Cap. XLI V.

Boetius ubi supra libro secundo. Argumentatio est argumenti per orationē explicatio. Huius duae sunt species. I. Syllogismus, & Inductio. Syllogismus est oratio in qua quibusdā positis, aliud qd dā p ea, qd concessa sunt euenire necesse est. Inductio est oratio p quā a particularibus ad vniuersalia fit progressio. Saepē etiam multorum collecta particularitas, aliud quoddam particulare demonstrat, vt, si neque nauibus, nec curribus, nec agris forte praepomuntur, nec rebus quidē publicis rectores forte ducendi sunt, sed arte. Quod quidem inductionis genus maxime solet esse probabile, & si non a quam syllogismo habeat firmitatem. Syllogismus enim ab vniuersalibus in particularia descendit, & est in eo firma veritas, si veris praepositionibus cōtextatur. Inductio uero interdum a veritate deficit, ut cum dicitur. Qui scit luctari luctator est, qui canere cantor, qui edificare edificator, ergo qui scit malum malus est. Mali siquidem notitia bono deesse non potest, virtus enim scit diligit, aspernaturque contrarium, nec vitari potest vitium, nisi cognitum. Sic & alij duo argumentationis modi, quorum vnus a syllogismo, alter ab inductione ducit exordium, scilicet enthymema, & exemplum. Enthymema quippe est imperfectus syllogismus, cum. I. altera propositionum praetermissa, festinata inferitur conclusio, vt homo est animal ergo est substantia. Exemplum quoque nō ex pluribus, vt inductio, sed ex parte partem approbat, vt oportet a Tullio consule necari Catilinam, cum a Scipione Graecus fuerit interemptus. Siue autem enthymema, siue inductio, siue etiam exemplum, omnes est syllogismo ducuntur, & ex eo fidem capiunt, sicut in prioribus analecticis ostenditur.

*De Locis Dialecticis.* Cap. XLVI.

Sidorus in lib. Etymologiarum secundo. Topica est inueniē dorum argumentorum disciplina. Boetius in Topycis. Topy corum autem intentio est verisimilium argumentorum copia demonstrare, quod vti que fiet de signatis, e quibus argumenta probabilia ducuntur. Idem in lib. 2. Locus est argumenti sedes, sedes autem argumenti partim est maxima propositio, partim differentia maximae. Maxima est vniuersalis, ac principalis indemonstrabilis, ac per se nota propositio. Quae ideo locus dicitur, quia sicut locus naturalis continet corporis quantitatem, sic & ista intra se tenet conclusionis consequentiam. Et aliquando quidem in ipso argumento sumpta, vt cum dicitur, quod diurnus bonus est, melius est eo, quod parui temporis est, regnum diurnius est quam consularis, ergo melius. Haec prima praepositio maxima est, ita enim nota est, vt extrinsecus probatione non eget, & ipsa alijs esse probatio valeat. Aliquando vero extra posita, vt cum dicitur. Inuidus est, qui alienis bonis affigitur, Sapiens alienis bonis non affigitur, ergo non est inuidus. Hic maxima non videtur inclusa, sed tamen vires argumentationi subministrat. Hec, si quorum diuersa est diffinitio, ipsa quoque diuersa sunt. Quoniam igitur argumentum oportet rei dubiae facere fidem, id quoque notius ac probabilius esse, quam illud, quod probatur, necesse est, ut argumentis omnibus illa maximam fidem tribuant, quae ita per se nota sunt, vt aliena probatione non egent. Differentia maxime est, qua differet vna maxima ab alia, vt est hominis differentia, non enim in eo, quod maxime sunt differunt, sed in hoc, quod haec a genere, & illa a diffinitione, &c. A for. Hic igitur locus simitur a terminis siue differentijs maximae propositionis, & est habitudo inferentis ad illatum. Verbigratia. Locus a diffinitione nihil aliud est, quam habitudo diffinitionis ad diffinitum. Boetius vbi supra. Huiusmodi autem loci vniuersaliores sunt ipsis maximis propositionibus, sicut rationalitas homine, ideoque pauciores. Semper enim, quae vniuersaliora sunt pauciora sunt, & ideo facile sub scientia cadunt, quia non tanti numeri sunt vt cito a memoria dicentis elabantur. In praedictiuis inquam quaestio nibus nihil aliud quaeritur, nisi an subiecto praedictum inhaeret. Quod si fit, quaeritur an in se sit ei genus, an vt accidēs,

an vt

an vt proprium, an ut diffinitio, tantum vero in se accidens maxime pertinet. Quod enim, nec ut genus, nec vt proprium, nec vt diffinitio inest, & in inest, vt accidens in se necesse est. De Locis extrinsecis, & intrinsecis secundum Thomistum. Cap. XLVII.

L Ocorum igitur quos in maximam differentia constitui mus, sic facienda est diuisio. Horum alij sunt intrinseci, qui scilicet in terminis in quaestione positus, id est praedica to, & subiecto ducuntur. Alij extrinsecus assumuntur. Alii vero sunt eorum medij, qui inter utroque verantur, quia. scilicet terminis parim in quaestione positus, partim extra sumuntur. Locus intrinsecus duplex est, scilicet a substantia, & concomitantibus substantiam. A substantia proprie locus est a diffinitione, quae substantiam integre demonstrat, huic autem adiungitur locus a descriptione, quia descriptio saepe ponitur verae diffinitionis vi ce. Diffinitio quidem genus, & differentia sumit, descriptio vero subiecti intelligentiam claudit, quibusdam accidentibus, & vnam proprietatem efficientibus, vel etiam substantialibus, praeter genus conueniens aggregatis. His etiam tertius adiungitur scilicet a nominis interpretatione, quae est quasi nominis ipsius diffinitio, vt philosophia est amor sapientiae. Locus a concomitantibus substantiam multiplex est, scilicet a toto, a parte, a causa, ab effectu, siue generatione, a corruptione, ab vltimo, a communitate accidentibus. Totum autem dupliciter dici solet, scilicet totum vniuersale, vt genus, & totum integrale. Licet autem non solum in substantijs, verum etiam in quantitate, in tempore, in loco, & in modo, totum partes quoque respicere. Causa vero quadruplex est, scilicet efficiens, materia, forma, finis. Locus etiam extrinsecus multiplex est, scilicet a rei iudicio, id est ab auctoritate, a simili, a maiori, a minori, a proportione, ab opposito, a transsumptione. Horum singuli proprias habent maximas, verbigratia. De re iudicio talis datur maxima. Quod omnibus, vel pluribus, vel doctis videtur hominibus, ei contradicere non oportet. De proportione vero talis. Quo d in vnaquaque re euenit, id in eius proportionali euenire necesse est. Oppositorum genera sunt quatuor, de quibus supra. Locus medius triplex est scilicet a casibus, a coniugatis, a diuisione. Casus est alius nominis principalis inflexio in aduerbium, vt a iustitia, iuste. Coniugata dicuntur, quae ab eodem diuerso modo deducta fluxerunt, ut a iustitia iustus. a. um. Ex quibus omnibus in promptu argumenta sunt. Diuisio autem omnis, aut negatione fit, vt omne animal, aut habet pedes, aut non habet, Aut partitione, ut omnis homo, aut est sanus, aut aeger, & ex utroque genere sunt argumentationes. Fit autem vniuersaliter diuisio vel generis in species, vel totius in partes, &c. Et Graeci quidem Themistii diligentissimi scriptoris, ad intelligentiae facultatem omnia renouant, talis est locorum diuisio.

De Alio modo diuidendi locos secundum alios. Cap. XLVIII.

A Cror. Est alia diuisio locorum iuxta Marcum Tullium, quam Boetius ponit, & Isidorus in libro. Etymo. in hunc modum. Isidorus vbi supra. Diuisio Topicorum, siue locorum, ex quibus argumenta ducuntur triplex est. Nam alia est in eis de quo agitur haerens alia quae dicuntur effecta, quae quodammodo ex rebus alijs tracta noscuntur, alia quae assumuntur extrinsecus. Argumenta, quae in eis de quo agitur haerent, in tribus diuisa sunt, prima a toto, secunda a parte, tertia a nota. Effecta argumenta sunt, quae quodammodo ex rebus alijs tracta noscuntur. Sunt autem numero quatuordecim, id est a genere, a specie, a simili, a differentia, a contrarijs, scilicet a consequentibus, ab accidentibus, a repugnantibus, a coniugatis, a causis, ab effectis, a comparatione. Quae triplex est, scilicet maiorum, minorum, parium. Item argumenta, quae dicuntur extrinsecus, quae Geri Tegno, id est artis expertes vocant, ut est testimonium. Testimonium uero constat ex re, ac diuiditur quinque modis, primo ex persona, secundo ex naturae auctoritate, tertio ex temporibus auctoritatum, quarto ex dictis factisque maiorum, quinto ex tormentis. Testimonium omne est, quod ab aliqua externa re sumitur, ad faciendam fidem. Persona vero qualicumque est, quae testimonij pondus habet ad faciendam fidem, sed morum probitate debet esse laudabilis. Naturae auctoritas est, quae maxima uirtute consistit. Testimonia multa sunt, quae afferunt auctoritatem, id est ingenium, opes, aetas, fortuna, ars, uisus, necessitas, & concursio rerum fortuitarum. A dictis factisque maiorum petitur fides, cum Priscorum facta, dictaque commemorantur. A tormentis fides praebetur, post quae nemo creditur velle mentiri.

De Oppositis. Cap. XLIX.

Contrariorum genera quatuor sunt, quae Aristoteles antinomia, i. opposita vocat. Primum genus est contrarium,

quod iuxta Ciceronem diuersum uocatur pro eo, quod tantum contraria sibi opponuntur, vt non eorum sint quibus opponuntur vt sapientia, stultitia. Quod genus in tres species diuiditur. Nam sunt quaedam eius quae medium habent, & sunt quae sine medio sunt, & quaedam sunt quae medium habent, & tamen sine nomine sunt, nisi utrumque vocabulum crearet. Candidum, & nigrum medium hent: quia inter eos saepe color pallidus vel fulcus inuenitur. Sine medio sunt quotiens vnum de duobus accidit, ut sanitas, uel infirmitas, horum nihil est medium, ea autem quorum media sine nomine sunt, vt infelix, medium habent, non felix. Secundum genus est relatiuum, quae ita sibi opponuntur, ut ad se conferantur, sicut duplum simplex. Tertium genus est oppositorum habitus uel oratio, quod genus Cicero priuationem vocat, qua ostendit aliquid quempiam habuisse, vnde priuatus est, cuius species sunt tres. Quarum prima est in re, secunda in loco, tertia in tempore conuenit. In re, ut caecitas, & visio in oculis. In loco, vt caecitas, & visio in oculis locus est. In tempore congruo, vt infantem non dicitur, sine dentibus eum, cui dentes adhuc artas parua negant: non est enim priuatus dentibus, quos nondum habuit. Quartum vero genus ex confirmatione, & negatione opponitur, ut Sortes disputat, Sortes non disputat, quod genus quartum multum habet apud dialecticos consuetum, & appellatur ab eis valde oppositum, siquidem & tertium non recipit. Nam ex illis quaedam habere tertium possunt, vt in contrarijs candidum, & nigrum. Tertium est nec candidum, nec nigrum, sed fuscum, vel pallidum. In relatiuis quoque, vt multa & pauca, tertium eius, nec multa nec pauca, sed mediocria. In habitu vel oratione, ut visio & caecitas, tertium est nec caecitas nec visio, vt lippiudo: hoc ergo legit non legit, tertium nihil habet.

De Syllogismis, & eorum figuris. Cap. L.

E quuntur dialectici syllogismi, vbi totius artis eius utilitas, & virtus ostenditur. Quorum conclusio plurimum lectorem adiuuat, ad veritatem inuestigandum, tantum ut ab sit illi error decipiendi aduersarium, per sophismata falsarum conclusionum. Boetius vbi supra. Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positus & concessis, aliud quiddam, per eam quae concessa sunt, necesse est euenire. Syllogismorum alij sunt Categoricali, qui. omnibus predicatiuis propositionibus textuntur. Alij, vero Hypothesici, quorum, & propositiones conditione praemissa necluntur. Actor. Omnis syllogismus fit ex duabus propositionibus ante conclusionem, ex tribus terminis, quorum vnus uocatur maior extremitas, alius medius, alius minor. Medius est, qui bis sumitur ante conclusionem. Tres sunt figurae syllogismorum. Prima est quando id quod subicitur in prima, praedica tur in secunda: ut omnis homo est animal, Sortes est homo, ergo Sortes est animal. Secunda est, quando id quod praedica tur in prima praedica tur in secunda, vt nullus homo est lapis, omnis margarita est lapis, ergo nulla margarita est homo. Tertia est quando id quod subicitur in prima, subicitur in secunda: vt omnis homo est animal, omnis homo est risibilis, ergo quoddam risibile est animal. Prima continet. ix. modos, quorum quatuor concluduntur directi, & quique indirecti. Directa conclusio est, quando maior concluditur de minori. Indirecta quando minor de maiori. Secunda continet quatuor, & concluduntur directi. Tertia continet sex, qui similiter directi concluduntur. De quibus sunt hi versus. Barbara, celarent, darij, serio, baralypro, Celantes, dabitur, sapelmo, strifelomorum. Cesare, caneltes, festino, baroco, darapti. Felapton, disamis, datif, brocardo, ferison. Et sciendum, quod omnes alij modi, quatuor primis reducuntur in hos quatuor, ductu possibili, excepto quarto secunda, & quinto tertio, qui reducuntur p impossibile. Et sciendum est, quod omnis modus designatus per dictionem incipientem a b, debet reduci ad Barbara. a. a. cad Celarent. a. d. ad Darij, & c. quod patet per hos versus. In sibi consimilem vult litera quaeque reduci. Ductu possibili, baroco brocardo remotis. Item sciendum est quod, a, denotat vniuersalem affirmatiuam, e. vniuersalem negatiuam. i. particularem affirmatiuam, o. particularem negatiuam. s. simplicem conuersionem, p. conuersionem per accides, in ordinis transmutationem c. reductionem per impossibile. Item sciendum est, quod ex puris particularibus, vel indefinitis non contingit syllogizare, similiter nec ex puris negatiuis. Isidorus ubi supra. Itaque formulae categoriarum, id est praedicatorum syllogismo rum sunt tres. Modi vero syllogismorum hypotheticorum, qui sunt cum aliqua conclusione sunt septem. Primus modus est: Si dies est lucet, est autem dies, lucet igitur. Secundus modus est: Si dies est lucet, non lucet, non est ergo dies. Tertius modus est ita, Non & dies est, & non lucet, at quia dies est, lucet igitur. Quartus modus, ita est aut dies est aut nox, a: quia dies est, nox igitur non est. Quintus modus est ita, Aut dies est aut nox, at quia

quia nox non est, dies igitur est. Sextus modus est ita, Non & dies est, & non lucet, dies autem est, nox igitur non est. Septimus modus est ita, Non & dies est, & nox, at quia nox non est, dies igitur est.

De Quatuor speciebus syllogismi. Cap. L.I.

Rhetoriles in Topicis. Syllogismus est oratio in qua quibusdam positus aliquid aliud, per haec, quae postea sunt, ex necessitate accidit. Huius species sunt quatuor. Prima est demonstratio, scilicet syllogismus ex primis, & veris, aut ex talibus, quae per aliqua prima, & vera, quae circa ipsa est, cognitio nis principium sumptum. Sunt autem prima, & vera, quae non per alia, sed per seipsa fidem habent. Non enim oportet in discipularibus principijs inquirere propter quid, sed vnumquodque principiorum ipsum esse fidem. Secundus est dialecticus syllogismus, qui scilicet ex probabilibus est syllogizatus. Probabilia vero sunt, quae videntur omnibus, vel pluribus vel sapientibus, & his vel omnibus vel pluribus, vel maxime notis, vel praecipuis. Tertius est litigiosus, qui scilicet ex his, quae videntur probabilia, non sunt autem, & qui ex probabilibus, aut ex his, quae videntur probabilia est apparet. Et horum quidem primus litigiosus, & syllogismus dicitur. Reliqui vero litigiosus est syllogismus. Syllogismus autem non, quia videntur quidem syllogizari, non autem syllogizatur. Quartus syllogismus, qui scilicet ex primis veris, nec ex probabilibus, sed ex his, quae conueniunt alicui disciplinae, non tamen ex veris parallogismus facit, vt in geometria, & in ceteris.

De Syllogismo demonstratiuo, & eius materia. Cap. L.II.

I Dem in libro. Posteriorum. Demonstratione uero syllogismi facientem scire. Scire autem opinamur vnumquodque simpliciter, & non sophistico modo, quod est secundum accidens cum causam arbitratu cognoscere propter quam res est, & quoniam illius est causa, & quia non est contingens aliter se habere. Necesse est igitur demonstratiuum ex veris quidem esse, & immediatis, & notioribus, & prioribus, & causis conclusionis, huiusmodi enim principia propria sunt ei, quod sic demonstratur, & sine his non erit demonstratio. Ex veris igitur oportet esse, quia quod non est, non est scire. Ex primis autem, & ex indemonstrabilibus, quia non sciet, non habes ipsorum demonstrationem. Causas quoque, & notiores, & prioris oportet esse, Causas quidem, quia tunc scimus cum causas cognoscimus, & si vere causas sunt, priores, & notiores existunt. Priora autem, & notiora dupliciter sunt quo ad nos, quae sensu, proxima sunt, scilicet singularia, haec vero quae longius, scilicet vniuersalia. Ex primis quidem est, quod ex principijs proprijs est, idem enim primum dico, & principium. Est autem principium demonstratiuis, propositio immediata. Immediata vero est, quia non est altera prior. Idem in libro Priorum. Differat autem demonstratiua propositio a dialectica, quia demonstratiua, quidem sumptio est alterius partis contradictionis, non enim interrogat, sed sumit quae demonstrat. Dialectica vero interrogatio contradictionis est. Nihilque dicitur vt fiat vtriusque syllogismus, na & qui demonstrat, & interrogat syllogizat, quidem aliquid de aliquo esse, vel non esse, quare syllogistica quidem erit propositio, simpliciter affirmatio, vel negatio alius, de alio. Demonstratiua vero, si vera sit, & per primas propositiones sumpta: Dialectica autem percunctanti quidem interrogatio contradictionis, syllogizati vero sumptio apparentis, & probabilis. Itē in lib. Posteriorum. Demonstratiua igitur determinat alteri sumit, quoniam verum est. Enunciatio uero quamlibet contradictionis partem. Contradictio autem est oppositio, cuius non est medium secundum se. Immediati autem principij syllogistici, supra, alteram partem, quam non est, monstrare, nec necesse est habere ad docendum, aliquod positionem dico. Quam uero necesse est ad quilibet descendendum habere, dignitatem, vel maximam propositionem uoco. Positionem autem, illa quidem, quae quamlibet partium enunciationis accipit, vt cum dicitur, aliquid esse, vel non esse, suppositio est. Quae uero sine hoc diffinitio. Diffinitio namque positio est. Ponit enim arithmetica unitatem esse hoc indiuisibile secundum quantitatem. Suppositio autem non est, id enim quod quid est vnitas, & esse unitatem, non est idem. Quoniam autem in demonstratione, & credere, & scire rem necesse est, non solum praecognoscere prima, aut omnia, aut quaedam, sed magis cognoscere, temper enim propter quod est vnumquodque, illud magis, vt propter, quod amamus, illud magis amicum est. Quare si quid scimus per prima, illa scimus, & eredimus magis, quam posteriora propter illa. Quoniam autem impossibile est aliter se habere id, cuius simpliciter scientia, utique necessarium, erit hoc scibile, quod est secundum demonstratiuum scientiam, hoc est quam habemus in habedo de-

monstrationem. Ex necessarijs itaque syllogismus est demonstratio. Accipiendum est igitur ex quibus, & qualibus demonstrationes sunt.

De Hoc, quod est de omni, & per se, & vniuersale. Cap. L.III.

D E omni, quidem hoc dico, quod non in quodam est, & in quodam non, nec aliquando sic, nec aliquando non, vt de omni homine animal, quia si verum est dicere hominem, & animal, & si alterum nunc, & alterum. Nam & instantias sic proferimus interroganti de omni, scilicet aut si inde in quodam non, aut si aliquando non. Per se autem sunt, quaecumque sunt in eo, quod quid est, vt triangulo inest linea, & linea punctum, substantia enim ipsorum ex his est. Item quaecumque in sunt in ratione, dicenti, quid est, vt linea inest rectum, & circulare, numero par, & impar, & ysocheles, quod est aequilaterum, & altera parte longius. Quaecumque uero neutraliter insunt, accidentia sunt, vt muscum, vel animal. Item per se sunt, quae non de subiecto alio quodam dicuntur, vt ambulans, cum alterum quoddam sit ambulans, & album substantia uero, & quaecumque hoc aliquid significant, non alterum aliquid sunt, quam quod uere sunt, quae quidem igitur non de subiecto sunt per se dico. Quae uero de subiecto accidentia. Item per se est, quod propter ipsum vniuersum inest, scilicet tanquam effectus causa, vt interfectione interisse. Quod autem non propter ipsum inest, accidens est, vt me ambulante choruscare. Quae ergo dicuntur in simpliciter scilibus per se, sic sunt sicut in esse predicantibus, aut in esse propter ipsa, quae insunt ex necessitate. Vniuersale autem dico, quod cum sit de omni, & per se est, & secundum quod ipsum est. Quaecumque igitur vniuersalia sunt, ex necessitate rebus insunt. Per se autem, & secundum quod ipsum est, idem est, vt per se inest linea punctum, & rectitudo, quia secundum quod linea est. Quae autem per se insunt, necessario rebus insunt.

Quod Demonstratio sit ex necessarijs, & proprijs. Cap. L.III.

E X veris quidem est, & non demonstrantem syllogizare, non autem ex necessarijs, hoc enim proprium est demonstrationis. Vnde & instantias ita serimus ad opinantes demonstrare, quoniam non sit necesse, sed opinantur alter contrin gere, nam corrumpetur utique medium, nisi sit necessarium, quare syllogizans habebit quidem rationem, nescit autem, quia quod corrumpti contingit, possibile est, & contingens. Est autem necessarium ex non necessarijs syllogizare, sicut verum ex non veris, non autem e conuerso, vnde cum non est necessaria conclusio, nec medium possibile est esse necessarium. Quoniam igitur, quod sit aliquis demonstratiue, oportet ex necessitate inesse, patet quod & per medium necessarium oportet habere demonstrationem, aut si non, nec fiet propter quid, nec quia necesse est illud esse, sed aut opinabitur nesciens, aut neque opinabitur. Accidentium autem non per se, non est demonstratiua scientia, non enim necessaria sunt, quae contingit non esse, quare non est necesse conclusionem eorum scire propter quid sit, etiam si semper sint, non autem per se, propter quid enim scire, est per causam scire, propter ipsum ergo oportet medium tertio, & primo medio inesse, non est autem ex alio genere in aliud descendente, demonstrare, vt geometricum in arithmetica. Tria sunt enim in demonstrationibus. Vnum quidem quod demonstrat, conclusio, id est passio, quae probatur de subiecto, & inest ei per se. Aliud vero dignitates ex quibus est demonstratio. Tertium uero subiectum cuius passiones, & per se accidentia ostendit de monstratio. Ex quibus igitur subiectis demonstratio fit, illa eadem esse contingit, quorum autem alterum genus est, vt arithmetica, & geometriae non est demonstratiue conuenire, nam arithmetica semper habet genus proprium, circa quod est demonstrare, & alia similiter. Quare ex eodem genere necesse est media, & vltima esse, propter hoc geometriae non est demonstrare quod contrariorum eadem sit scientia, nec alterius scientiae, quod alterius est, nisi forte sic se habeant ad imicem, quod altera sit ab altera, vt perspectiua ad geometriae, & consonantia ad arithmeticae. Manifestum est autem si sint propositiones vniuersales (scilicet de omni & per se, &c.) ex quibus est syllogismus, quod necesse est, & conclusionem esse perpetuam huiusmodi demonstrationis, & simpliciter, vt est dicere demonstrationis, non est ergo corruptibilem demonstratio, neque scientia simpliciter, sed secundum accidens. Similiter autem se habet de diffinitione, quae habet necessitatem siue perpetuam, quoniam diffinitio quidem est, aut principium demonstrationis, aut demonstratio positione differens, aut conclusio quaedam demonstratiuis. Eorum etiam, quae saepe sunt, demonstrationes & scientiae sunt, vt lux defectus. Actor. Ad hoc talis potest fieri demonstratio.



Itatio. Omne luminosum, priuatum lumine terræ obiectu deficiat, luna est luminosum, &c. ergo luna deficit, hic si respicias ad naturam subiecti, quod est luna, necessaria est demonstratio. Respicendo autem ad naturam passionis, quæ est deficere, demonstratio est secundum quid. Et hoc exponit Aristo. in textu dicens, quod secundum quod huiusmodi sunt semper sunt. In quantum autem non semper, secundum partem sunt, id est secundum aliquam partem temporis.

De Facultate inueniendi medium, & de numero questionum. Cap. LV.

Item in textu. Solertia est subtilitas quædam medij inueniendi, in non perfecto tempore, id est subito, ut si quis vidit, quod luna semper habet splendorem ad solem, statim intellexit propter quod hoc sit, scilicet quod id illustratur a sole. Aut videns pauperem disputantem cum diuite, cognouit quoniam accommodatum est, omnis enim causas medias videns, cognouit & vltimas. Idem in 2. libro. Questiones autem sunt æquales numero, his quæcumque verè scimus. Querimus autem quatuor, quia est, propter quod est, si est, quid est. Cum enim verum hoc sit, an non sit, querimus, in numerum ponentes (ut verum sol deficiat an non) ipsum, quia querimus. Cum autem scimus ipsum quia, propter quod querimus. Quædam autem & alio modo querimus, ut si est, aut non est Centaurus, aut Deus. Cognoscens autem quia sit, quid igitur sit querimus, hæc igitur, & tot sunt quæ querimus, & quæ inuenientes scimus, cum enim querimus, quia est, aut si est, querimus verum sit medium ipsum an non. Cum autem propter quod, aut quid est, tunc querimus, quid sit medium. Dico autem, quia est, aut si est, in parte aut simpliciter in parte quidem, ut verum luna deficit, simpliciter autem, ut si est, aut non est luna. In omni itaque questione contingit querere, aut si est medium, aut quid est mediū. Causa autem, & medium idem est.

De Syllogismo dialectico. Cap. LVI.

Item in lib. Topi corum primo. Dialecticus syllogismus est ille, sicut dictum est, quoniam scilicet ex probabilibus syllogizatus est. Est autem dialectica utilis ad tria, scilicet ad exercitationem, ut possimus facile ad propositum argumentari. Item ad obuiationes, ut disputando possimus falsa improbare. Item ad secundum philosophiam disciplinas, quia potentes ad vtraque dubitare, id est vtramque partem contradictionis rationes adducere, facile in singulis speculabimur verum, & falsum. Valer etiam ad prima, & principia eorum, quæ sunt circa vnaquaque disciplinam probanda, scilicet. Et hoc est proprium, vel maxime conueniens dialecticæ. Cum enim inquisita sit, ad omnium methodorum principia viam habet, habemus autem perfecte methodum, id est artem, quando similiter habemus, id est sufficienter, scilicet quantum ad nos, licet non semper quantum ad alietum. Nō enim Rhetor omnimodo persuadebit, nec Medicus semper sanabit, sed si nihil omisit ex contingentibus, sufficienter eum disciplinam habere dicemus. Considerandum est igitur ex quibus est methodus, id est ara dialectica, hoc est: ex quibus sunt orationes, & ad quot, & ad quæ problemata, & quomodo abundemus his. Orationes si quidem, id est disputationes dialecticæ sunt ex propositionibus. Syllogismi autem de problematibus, id est ad problemata, scilicet ad vtraque partem contradictionis probandam, vel improbandam, quam continet problema.

De Propositionibus, & Problematibus. Cap. LVII.

Vt autem æqualia numero propositiones, & problemata. Nam ex omni propositione problema facies transumpto modo, id est adiuncta nota dubitandi, cum aduerbio negandi. Verbigratiā, si dico, Putas ne animal gressibile bipes, sit hominis distinctio, propositio est. Si autem dico, verum animal gressibile bipes distinctio est hominis, an non, problema sit, similiter & in aliis. Sunt enim propositionum, & problematum genera quatuor, nam omnis propositio, & omne problema, aut terminum, aut genus, aut proprium, aut accidens indicat. Est autem terminus, id est distinctio, & oratio, quid est esse significans. Genus est, quod de pluribus, & differentiis specie, in eo, quod quid est prædicatur. Proprium est, quod quidem non indicat, quid est esse, soli autem inest, & conuersum prædicatur de re. Accidens est, quod nihil prædicatur est, inest autem rei. Idem accidens est, quod contingit vnicuique inesse, & non inesse. Quod autem ex his, & per hæc, & ad hoc sint orationes dialecticæ, vna quidem fides est per inductionem. Considerans enim vnamquamque propositionem, & problematum, videbit aut a distinctione, aut a proprio aut genere, aut ab accidente esse factam. Alia quoque fides est per syllogismū. Necessè est enim, omne quod de alio prædicatur, aut conuersum prædicari, aut non. Si conuersum, aut significat, quid est esse, & sic est distinctio, aut non, & sic

est proprium. Si autem non conuersum, aut est ex his, quæ in distinctione subiecti dicuntur, & sic est genus, aut differentia, aut non ex his, & sic est accidens. Differentia vero generalis, cum genere collocanda, vel ordinanda est. Dicitur autem quatuor differentiarum in decem prædicamentis sunt, & omnis ab his propositio facta, aut quid est, aut quale, aut quantum, aut aliquid aliorum significat, nam quod postum hominem in subiecto dixerit quis, quod postum est esse hominem, & quid est dicit, & substantiam significat. Quando vero albo colore postum, dixerit quod postum est, album esse, vel colorem, quid est dicit, & quale significat, similiter, & de cæteris.

De Diffinitionibus utriusque prout spectant ad dialecticam. Cap. LVIII.

Non autem omnem propositionem, nec omne problema dialecticum esse ponendum est. Sed propositio dialectica est interrogatio probabilis, aut omnibus pluribus, aut sapientibus, & his vel omnibus, vel pluribus, vel maxime notis non extranea. Sunt etiam dialecticæ propositiones illæ, quæ similes sunt probabilibus, ut si probabile est, contrarium eandem esse disciplinam, & sensum eundem, contrarium esse probabile apparebit, & si vnam esse Grammaticam, & Musicam vna, hæc enim similia sunt. Item illæ, quæ probabilibus sunt contrariæ, secundum contradictionem protense supra, secundum esse vel non esse, secundum prædicata, vel subiecta. Ut si probabile est, quoniam amicus oportet benefacere, probabile est, quoniam amicus non oportet malefacere, secundum contrarium contradictionem. Item quæcumque opinionones sunt secundum artes inuentæ, propositiones sunt dialecticæ, scilicet cum ponit aliquis ea, quæ videntur his, qui in arte probati sunt. Verbigratiā, de his quæ in geometria, ut geometer, de his, quæ in medicina, ut medicus. Problemata autem dialecticæ, est speculatio contendens electionem, vel figam, ut ad veritatem scientiam, aut ut ipsam, aut ut ad inuicem, aut aliquid aliud huiusmodi. Quædam enim vitæ est scire ad eligendum vel fugiendum, ut vtrū voluptas fugienda sit, an non. Quædam vero ipsa quidem per se ad neutrum horum, sed ad inuicem sunt, ad aliquod talis, plurima enim per se scire non volumus. Propter alia autem, ut per hæc alia cognoscamus. Sunt autem, & problemata, de quibus contrarij sunt syllogismi, quia dubitationem habent, vtrū sic se habeat res an non. Positio est extranea opinio alicuius notorum, secundum philosophiam. Est ergo positio, quidem problema, non autem omne problema positio est, quia problemata quædam sunt, de quibus neutro modo opinamur. Nec oportet dialecticum omne problema, nec omnem positionem considerare, sed ea de quibus dubitabit alicuius rationis, id est certitudinis indigentis, & non pæng, vel sensus, nā quæ dubitat vtrum oporteat Deum vereri, & parentes honorare, vel non, pæng indiget, qui vero vtrum nix sit alba, vel non, sensus, neque ergo quorum propinqua demonstratio est, neque quorum valde longe.

De Instrumentis abundandi syllogismi. Et primo de propositionibus eligendis. Cap. LIX.

Rationum dialecticarum species sunt duæ, scilicet inductio & syllogismus. Inductio est a singularibus ad vniuersalia progressio. De syllogismo vero, quid sit, iam superius dictum est. Inductio quidem verisimilior est, & planior, & secundum sensus notior, & pluribus communis. Syllogismus autem violentior, & ad contradictionem efficacior. Instrumenta autem per quæ abundemus syllogismi, scilicet sunt quatuor. Vnum, scilicet propositiones sumere, id est eligere. Secundum vero quoniam, id est quot modis vnumquodque dicitur posse diuidere. Tertium differentias inuenire. Quartum similitudinem considerare. Sunt enim, & horum tria quodammodo, scilicet causaliter propositiones facere, id est vnumquodque illorum trium instrumentum est ad quartum, quod est sumptio propositionum, ut quoniam eligendum est, quod bonum, vel suaue, vel quod ex parte, hæc propositio sumpta est a distinctione nominis. Et quoniam differt sensus a disciplina, quia illa potest amitti, & iterū sumi, sensus autem non, hæc differentijs. Et quoniam similiter se habet sanarium ad sanitatem, & euechium ad euechiam, hæc a similibus. Eligende sunt autem propositiones non solum probabiles, sed & his similes, ut quoniam contrarium eandem est disciplina, quia idem sensus. Et quoniam videmus incus suscipientes aliquid, non extra mittentes, quia in auditu, & in cæteris sensibus ita est. Oportet etiam potendere contrarias apparentibus secundum contradictionem, ut superius dictum est. Est autem figuratim completi propositionum, & problematum partes tres, scilicet ethice, phisicæ, logicæ.

De Consideratione simplicis, & multiplicis. Cap. LX.

Vtrum autem aliquid multipliciter an non multipliciter dicatur. Primum in contrario perspicendum, si multipliciter, siue spe, siue noie, distinet. Quædam specie, id est si gnificatione, & etiam nominibus diuersa sunt, ut acuto in voce contrarium est graue, acuto autem in magnitudine obtusum, & ita contrarium acuto multipliciter dicitur, ergo & acutum, nō enim idem acutum graui, & obtuso erit contrarium. In quibusdam autem nulla est in nominibus differentia, sed tantum in specie, ut in albo, & nigro, vox enim alba, & nigra dicitur, & etiā color, sed non similiter. Nam eorum quæ sunt idem specie, id est sensus. Album vero in colore, & in voce non eodem sensu indicamus, sed hoc visū, illud auditū. Præterea considerandum, si vni est aliquid contrarium, illi autem nihil, aut si vtrique quid est, non idem autem, ut albi, & nigri in coloribus solum, in voce nihil, nisi forte rauum. Præterea si horum plura sunt media, ut albi, & nigri, illorum autem vnum sicut in voce rauum. Kur sus in eo, quod contradictorie opponitur, considerandum si multipliciter dicitur vnum, scilicet non habere visum aliud non vti visū, quare & videre multipliciter. Similiter & in priuatione, & in habitu, nam si vnum multipliciter, & reliquum. Item in casibus, nam si iulle multipliciter dicitur, iustum, similiter, & econuerso. Consideranda sunt etiam nouem Prædicamentorum genera, si eadem sunt in omnibus. Nam si non eadem, patet æquiuocum esse, quod dicitur, ut bonum in medicina effectuum est sanitatis, in homine autem significat quale, ut calum vel iustum, in tempore vero quando, quare æquiuocum est. Consideranda etiam genera eorum, quæ sub eodem nomine sunt, verum sint diuersa, & non subalterna, ut Añus dicitur animal, & vas, idem æquiuocum est. Hoc autem considerandum non solum in problemate, sed etiam in contrario. Si enim contrarium multipliciter dicitur, & propositum, oportet enim ad distinctionem respicere, quæ ex opposito sit, vel subiecto, & accidente, ut albo corpore, & alba voce, perempto enim subiecto, eandem rationem vtrique oportet relinquere. Hoc autem non accidit in æquiuocis, ut in his, quæ nunc dicta sunt, nam corpus album est corpus talem colorem habens, vox alba est vox bene audibilis. Intercepto itaque corpore, & voce, non idem est in vtroque quod restat quando non est vniuocum: Item considerandum si non sunt comparabilia secundum magis vel similitudinem, ut alba vox, & alba vestis, acutus humor, & acuta vox. Hæc enim neque similiter dicuntur alba, vel acuta, neque alterum magis altero, vniuocum autem omne comparabile est, secundum magis vel similitudinem. Rursum si eorum, quæ sub eodem nomine sunt diuersæ differentie sunt, ut coloris, qui est in corporibus differentie sunt congregatiuum, & disgregatiuum visus, eius autem qui in melioribus non sunt eadem differentie. Item si vnum est species, & alterum differentia, ut album in corpore species coloris, in voce autem differentia. De eo ergo quod multipliciter dicitur, per hæc, & similia perspicendum, quod quidem ad hoc vitæ est, ut ad rem, & non ad nomen, frons syllogismi. Si enim latet quoniam, id est quot modis nomen dicitur, contingit interrogantē, & respondentem, non ad idem ferre intellectum. Manifestato autem quoniam, dicitur, ridiculosus videbitur interrogans, si nō ad hoc opponat, scilicet quod dedit respondens. Valet itaque, & ad non paralogizari, & etiam ad paralogizare, scilicet si nesciat respondens quoniam dicitur.

De Consideratione diuersitatis, & similitudinis. Cap. LXI.

Differentias autem considerandum est, & in his, quæ in eodem genere ad se inuicem, ut in quo differt iustitia a fortitudine, & etiam ex alio ad aliud, in his dū taxat, quæ non nimium differunt, ut in quo differt sensus a scientia. Nam in his, quæ nimium differunt manifeste sunt omnes differentie. Differentias quidem inuenire vitæ est, & ad syllogismos de eodem, & diuerso, quia differentiam quamlibet propositōrum inuenientes, ostendentes erimus, quoniam non idem, & etiam ad cognoscendum, quid est, eo quod propriam substantiam cuius que rationem conuenientibus differentis separare solemus. Similitudines autem considerandæ sunt in his, quæ sunt in diuersis generibus, ut sicut disciplina se habet ad disciplinatum, sic sensus ad sensatum, & sicut mens in anima, sic in oculo visus. Si milliter & in eodem genere, si aliquibus inest aliquid, idem in eo similia sunt. Maxime autem in his, quæ multum distant oportet exerceri, quia facile in reliquis, & similia possunt conspici. Horum autem speculatio utilis est ad inductiuas rationes, quia circa singula in similibus vniuersale aggredimur inducere. Item ad syllogismos ex hypothese, quia probabile est quemadmodū in vno similitudine habet, sic, & in reliquis. Item ad diffini-

tionum assignationem, quia potentes respicere, quid in vno quoque sit idem, non dubitamus, quod oporteat genus diffinites propositum ponere. Omnium namque communium, quod maxime in eo, quod quid est prædicatur, genus est, sed etiam in multis distantibus vitis est ad diffinitiones similitudinis consideratio, ut quoniam idem est punctus in linea, & vitas in numero, vtrumque enim principium est, vniuersale principium numeri esse dicitur, punctum vero principium lineæ.

De Considerationibus ad problema, de accidente absoluto terminandum. Cap. LXII.

Item in libro secundo. In solis autem accidentibus contingit quo, id est secundum partem, & non vniuersaliter. Idcirco difficillimum est eam, quæ ab accidente conuenientem nominationem conuerti, nam & a genere, & a proprio, & diffinitione conuerti necesse est, ut si animal inest alicui, verum erit dicere quoniam animal est, similiter & in aliis. Nihil enim horum contingit secundum quid inesse, sed tantum simpliciter. In accidente vero nihil prohibet inesse secundum quid, ut albedinem, vel iustitiam, quæ non sufficit ostendere, quod albedo, vel iustitia inest, ad ostendendum quoniam album, vel iustum est. Itaque ut problematum de accidente quædam vniuersalia sunt, quæ ad particularia. Et vtraque genera constituta, vel destructa. In his autem dupliciter peccatur, scilicet mentiendo, ut si quis alii cui dicat in esse, quod non inest. Et postquam locutionem transgrediendo, ut si extraneo nomine rem appellet, sicut Platani Hominem. Vnus igitur locus, id est consideratio est, si quod secundum aliquem alium modum inest, ut accidens assignatum est. In quo maxime circa genera peccat, ut si quis albedinem colorari dixerit, ambulationem moueri. Nullum enim genus de nominatim de specie dicitur, sed omnia vniuersalia, quæ secundum nomen, & rationem. Alius locus est, inspicere quibus inest, quod omnibus, aut nulli inesse dictum est. Oportet autem incipere a prioribus, id est speciebus, & inde vsque ad indiuidua, ut si dictum est, Omnium oppositorum eadem est disciplina, perspicendum vtrum eorum, quæ sunt ad aliquid, & contrarium eadem est ad indiuidua, scilicet vtrum iustus, & iniustus, daphi, & dimidijs. Nam si in aliquo ostendatur, quia non eadem interuenientes erimus problema. Similiter autem, & si nonnulli inest, ille attendi locus, scilicet a toto in quantitate conuertitur, ad constituendum, & destruendum. Si enim diuidendo videatur in omnibus, aut in pluribus, vniuersaliter concedendum est, vel instantiam ferre oportet, in aliquo non sic. Alius quoque locus est, diffinitiones facere accidentis, & eius cui accidit, vel alterius tantum, & in diffinitionibus considerandum vtrum aliquid non verum, vel verum sumptum sit, id est vtrum aliquid sit in diffinitione vni quod repugnet alteri, vel alicui quod sit in diffinitione illius. Nam si sic patet, quod non inest, ut si iniustitiam facere est sponte nocere, patet quia Deo non inest iniustitiam facere, quia non contingit Deum nocere. Et si iniustitia est tristitia in apparenti prosperitate alicuius, vitium patet, quod d studiosus non est inuidus, prauus enim est. Item omnis, qui dicit vnumquodlibet, quod modo multo dicit, eo quod plura sunt vniuersalia ex necessitate consequentia, ut qui hominem dicit esse, dicit & quod animal est, & quod bipes, & disciplina suscipibile, quare quolibet consequentium inreempto, interimitur quod ex principio est.

De eodem. Cap. LXIII.

Alius est locus ab apposis, in quibus duplex est consequentia, scilicet in ipso, id est in eodem, ordine, & e contrario. In contradictione oppositis est consequentia e contrario, ut si homo est animal, non animal est non homo. In contrariis autem, & aliis oppositis est consequentia in ipso, ut in sortitudo ne, & debilitate, hanc enim sequitur virtus, illam autem vitium. Raro autem accidit in contrariis consequentia e contrario, ut euechiam quidem sanitas sequitur, catechiam autem ægritudo non, sed ægritudinem catechia. Alius quoque locus est a conuictis, & casibus. Dicuntur autem conuicta, quæcumque secundum eandem conuentionem sunt, ut iustitia, iustus, iusta, iustum, iuste, vno igitur quolibet eorum ostensio, & reliqua quoque omnia ostensa sunt. Alius est locus a generatione, & corruptione, quorum enim generationes bonæ sunt, & ipsa bona, & econuerso, quorum autem generationes malæ, & ipsa mala. In corruptionibus autem e contrario. Eadem quoque ratio est in efficien- tibus, & corruptentibus. Quorum enim effectiua bona, & ipsa bona, & quorum corruptiua mala, & ipsa mala. Item ex magis, & minus quatuor loci sunt. Vnus scilicet quo magis sequitur magis, ut si voluptas bonum, & magis voluptas magis bonum. Item vno dicto de duobus, cui si magis videtur inesse nō inest, nec cui minus. Et sicut minus videtur inesse alicui magis non inest, & cui magis. Item duobus de uno dictis, si quod videtur inesse

in esse alicui magis non inesse, nec quod minus videtur. Item duo...

De Accidente comparato. Cap. LXIII. Dem in libro primo. Adiacent autem accidenti, id est cadunt...

De Considerationibus ad problema de genere. Cap. LXV. Dem in libro quarto. Si vero ponatur aliquid esse genus...

ut, ut opinabile qua ens, na ens & non ens opinabile, quam obr...

De Considerationibus ad problema de propriis. Cap. LXVI.

Dem lib. 5. Assignatur autem proprium, aut per se, & semper...

bus huiusmodi substantias. Idem enim est corpus, & huiusmodi...

Ahuc de eodem. L X V I I.

Item no recte proprium assignatur, si aut oppositum, aut om...

De Diffinitione, & eius problemate. Cap. LXVIII.

Sidorus ubi supra. Diffinitio est, quae in rebus exprimentis...

nus, vel non conuenienter positum, cum maxime genus eorum...

De Obscuritate, & superfluitate mouenda a diffinitione. Cap. L X I X.

Dem in Topicis. 6. De superfluo itaque, & obscuro primus...

Quod per priora, & euidentiora facienda sit diffinitio. Cap. L X X.

Verum autem vera diffinitio sit, scilicet dicens, quid est es...



ifteriora, nam hoc quidem lineæ, illam autem superficiei, & hæc soliditatis terminos esse dicunt. Sic autem diffiniētes, non cōtingit, quid est esse indicare, nisi contingat idem, & nobis, & simpliciter notius esse. siquidem oportet per genus, & differentias diffinire. Hæc autem simpliciter priora sunt, quàm species, quia interem genus, & differentia speciem, & etiam evidētia. quia specie nota, necesse est hæc cognosci, non autem eō uerbo. Præterea his, qui huiusmodi veras diffinitiones esse dicunt ( quæ sunt ex his, quæ singulis nota sunt ) plures accidit eiusdem dicere diffinitiones esse, non enim omnibus eadē, sed alijs alia contingit esse notiora, etiam eisdem tempore magis, nota, scilicet sensibilia quidem in principio, certioribus factis & contrariis. Per ea vero, quæ simpliciter notiora sunt, vna sola semper, & eadem diffinitio fiet. Eius autem diffinitionis, quæ non fit ex prioribus tres sunt loci destructiui. Primus, scilicet si per oppositum diffiniatur oppositum, vt per malum bonum, simul enim natura sunt opposita, quare non est notius alterum alterum. Quædam tamen fortasse non est aliter diffinire, vt relectina quorundam scilicet esse, est ad aliud se habere. Ideo non potest alterum sine altero cognosci, sed oportet in alterius diffinitione sciri. Alius est locus si eo diffiniens utitur, quod est idem ei quod diffinitur, vt si dicat solem esse stellam, quæ die apparet, nam qui die videtur, & sole videtur, sed latet pro diuersitate nominis. Ad deprehendendum autem hoc, accipitur pro nomine diffinitio, vt quia dies est solis latitudo super terram, patet quia qui latitudinem dicit solis, solem dicit. Alius quoque locus, si eo quod diuerso diuiditur, aliquid diffinitur, vt abundans est, quod vni tate maius est perfecti, simul enim natura sunt, quæ ex eodem genere diuiduntur e diuerso: vt abundans, & perfectum, ambo. n. non erit differentie, similiter autem, & si per inferius diffinitur superius, vt perfectus numerus est, qui bipartite diuiditur, id est in duo æqualia vt senarius, scilicet cuius medietas accepta per se reddat totum, hoc est trinarius, nam vnum duo tria sunt sex. Vniuersaliter igitur vnus locus est si non per priora, & evidētia facta sit diffinitio, partes autem eius sunt, quæ dicte sunt.

De Genere in diffinitione assignando. Cap. LXXI.

Secundus est si res cum sit in genere, non posita est in genere, nec ponitur in ratione, quid est, hoc enim vult genus significare, vt si dicatur corpus esse, quod habet tres dimensiones, non enim dicitur, quid est esse. Alius vero si ad plura dictio eo, quod diffinitur, non ad omnia assignatur: vt Grammatica est scientia scribendi, quod profertur. Decet enim, quoniam, & intelligendi, in quibusdam tamen non ita se habet, vt quando non per se dicitur ad vtrumque, nam medicina dicitur sanantem, & ægritudinem facere, sed hoc quidem per se, illud autem per accidens, simpliciter autem alienum, non ad medicina ægritudinem facere. Quare non magis diffinitur cum ad vtrumque assignatur, quàm cum ad alterum, sed forte peius, quia & reliquorum quodlibet potest ægritudinem facere. Item si non ad melius, sed ad peius assignatur, cum plura sint ad quæ dicitur, quod diffinitur. Nam omnis disciplina, & potestas eius quod est, quàm videri. Rursus si quis transcendens genus in diffinitione ponit, vt iustitiam habitum æqualitatis effectuum, vel distributum æqui. Relinquens iustitiam proximum genus, virtutē transcendit, nec quid est esse dicit. Qui autem in proximum genus ponit, omnia superiora dicit, quia omnia de eo prædicantur. Quare autem in proximum genus ponendum est, aut oēs differentias superiori generi addendum, per quas proximum genus determinetur, sic enim nihil erit prætermisum.

De Differentijs ibi dem apponendis. Cap. LXXII.

Similiter autem & ad differentias considerandum, si non sint differentie rei diffinitæ, aut aliquid huiusmodi, quod nullius differentiam contingit esse, & si differentia posita sit aliquid, quo e diuerso diuisa sit. Nam omne genus ex his, quæ e diuerso diuiduntur differentijs, diuiditur. Item si non fit specifica differentia, quæ scilicet apposita generi speciem faciat. Item si negatio e diuerso diuidat genus, vt cum dicitur, linea est longitudo sine latitudine, nihil aliud significatur, quàm quod non habet latitudinem, Fortassis autem in quibusdam necesse est vt negatione diffiniēte, vt in priuationibus. Nam cæcum est, quod visum non habet, quando natum est habere. Item si genus vt differentia ponitur, vt virtus est habitus bonus. Bonum enim est genus virtutis, vel certum bonum, non est genus, sed differentia: quia non contingit idem in duobus generibus esse, non continentibus scinuem, bonum autem non continet habitum, quia non omnis habitus bonus, similiter nec econuerso. Et habitus quidem significat quid est virtus, boni autem quale, videtur autem omnis differentia, quale quid significare. Videndum etiam si secundum accidens, inest diffinitio illud, quod pro differentia ponitur, Amplius si prædicatur de genere diffi-

rentia, vel species, aut inferiorum aliquod non erit diffiniēs, nullum enim eorum quæ dicta sunt contingit de genere prædicari, eo q. genus amplissimè omnium dicitur. Et iterum, si genus de differentia prædicatur, non enim genus de differentia, sed de quibus differentia genus prædicari videtur. Item si species, aut aliquid inferiorum specie, de differentia prædicatur, nam de æqualibus aut de pluribus differentia, quàm species necessario dicitur. Item si non prior est specie differentia, nam genere quidem posteriori, specie vero priorem oportet eam esse. Itē si diuersi generis est dicta differentia, non enim videtur eandē esse differentiam duorum generum non continentium se inuicē vel certe non hoc impossibile, sed addendum, neque vtriusque sub eodem existentis, nam gressibile animal, & volatile animal, genera sunt non continentia se inuicem, & vtriusque bipes est differentia, vtrumque autem sub animali. Item si passio vt differentia assignatur, omnis passio magis facta abijcit a substantia. Differentia vero magis saluare videtur, id cuius est differentia. Et simpliciter impossibile est singulum esse sine propria differentia. Item secundum quod alteratur habens, nihil horum est differentia. Omnia enim huiusmodi, quæ cum magis fuerint, abijciunt a substantia. Quare si quis huiusmodi differentia assignat, peccat, simpliciter enim non alteratur secundum differentias.

De Cæteris considerationibus ad problema diffinitionis. Cap. LXXIII.

Item considerandum si ad quod natum est, id quod dicitur ad aliquid, id est ad aliquem finem, assignatur diffiniens. Nam si diffiniēt subtelare instrumentum ad hauriendum, peccat, quia non ad hoc natum est. Item si secundum aliud magis dicitur, quod diffinitur, quàm secundum assignatam rationem, vt virtus magis est, qui eligit equum distribuere, quàm qui potest, quare non erit iustitia, potentia æqui distributiva. Item si diffinitio suscipit magis, & diffinitum non, vel econuerso. Oportet enim aut vtraque suscipere, aut neutrum. Item si suscipiunt quidem vtraque, sed non simul. Item si duobus positus, de quibus, si dicatur subiectum, & diffinitio, de vno magis subiectum prædicatur, quàm diffinitio, vt si dicatur, quod ignis est corpus subtilissimum, Nam flamma magis est ignis, quàm sit lux, sed min⁹ est corpus subtile, quàm lux. Item si quod diffinitur ad aliquid sit per se, vel per accidens, & non ponitur in diffinitione ad quod dicitur, vel secundum ipsum vel secundum genus, vt si dicatur, scientia opinio rata, vel voluptas appetitus sine tristitia. Oportet enim dicere scientiam opinionem scilicet, & voluptatem appetitum boni, necesse est enim, vel ad quod ipsum dicitur, vel ad quod genus in diffinitione ponere, quia relaxiori est ad aliud se habere. Item si ad aliquid dictum, non ad finem assignatur. Finis enim in vno quoque est, quod optimum, vel cuius gratia sunt alia, vt concupiscentia non delectabilis, sed delectationis, propter hanc enim, & delectabile eligitur. Considerandum etiā si illud ad quod assignatur est generatio, vel actus, nihil enim tantum est finis. Nam magis egisse, vel generasse finis est, quàm agere, & fieri, sed non in omnibus ita est. Peccat enim magis pluri delectari voluit, quàm quiescere delectati. Item in quibusdam oportet determinare differentias, scilicet qualis, vel quanti, vel vbi, vel a quo. Nam omnes appetunt honorem, quare non sufficit ambiciosum dicere, qui appetit honorem, sed addendum differentias, scilicet qualis, & quanti appetens est honoris. Similiter, & de auro, & luxurio sō. Relinquens enim differentiam quamlibet, non dicit, quid est esse. Oportet autem semper ad indigens conari: nam non aere quolibet moto, vel quocunque moto ventus erit. Idem in appetitibus oportet addere, quod videtur id esse apparet. Non enim recte diffinitur voluptas appetitus boni, vel concupiscentia appetitus delectabilis, sed appetitus boni, vel delectabilis. Plurimumque enim laetæ appetentes, quod bonum aut delectabile. Quare non est necesse bonum esse, vel delectabile, sed tantum apparet. Tantum apparentis autem boni non erit per se voluptas, nec apparentis delectabilis per se concupiscentia.

Adhuc de eodem. Cap. LXXIII.

Vniuersaliter autem plura vno quodammodo determinantem accidit diffinire. Nam qui scientiam, quodammodo diffiniuit, & ignorantiam. Similiter autem sciuit, & non sciuit, & scire, & ignorare, nam primo palam factis, & reliqua quodammodo palam sunt. Videndum autem, & si oppositi opposita est diffinitio, sic enim oportet, & in contrarijs similiter. Quod autem secundum priuationem dicitur, oportet diffiniri, non econuerso. Priuationem autem bene diffiniētem oportet assignare, quid est, & cuius habitus sit, id est quem habitum priuet, & in quo natus sit fieri. Item videndum ne non secundum priuationem dictum, vt priuatio diffiniatur, vt ignorantia non secundum

secundum priuationem scientiæ dicitur. Nam quod non habet scientiam, non semper videtur ignorare, sed magis quod fallitur, neque enim inanimata, neque pueros ignorare dicimus. Item si eorum, quæ secundum æquiuocationem dicuntur, vna diffinitio omnibus euidentius est, differentia vero minus, quàm genus nota. Considerandum etiam, si quod diffinitur est eorum quæ sunt, diffinitio autem non, vt si album quis diffiniat colorem igni permixtum, impossibile enim est incorporare corpori permixti: quare non erit color igni permixtus, album vero est. Vniuersaliter optimum in substantia maxime. Quædam sic se habent ad inuicem, vt nihil ex his vnum quid fiat, vt linea, & numerus.

Quod eiusdem, & diuersi cognitio sit utilis ad diffinitionem. Cap. LXXV.

Idem in libro primo. Circa diffinitiones autem, vtrum idem, vel diuersum plura sit attritio, ostendentes enim quoniam idem non est, interminentes erimus diffinitionem, sed non conuertitur; non enim sufficit ad constituendum diffinitionem, ostendere idem esse. Est autem idem tripliciter, numero enim sunt eadem, quorum nomina plura, res autem vna, vt tunica, vestis: Species vero quæ sunt numero plura, specie sunt indifferētia, vt homo homini. Genere vero, quæ sub eodem genere sunt, vt homo & equus. Videbitur autem & alius esse modus ab his, quo aqua ab eodem fonte dicitur eadem, sed non est alius, nam omnis aqua, omni aqua dicitur eadem specie, quamquam in hoc validior est similitudo, quod scilicet ab eodem fonte. Maxime autē quod vnum est numero, ab omnibus idem dici videtur. Et hoc assignatur tripliciter. Primum quidem & proprie quando nomine vel diffinitione idem est, vt vestis tunica, & animal gressibile bipes, homini. Secundum quando proprio, vt disciplina susceptibile, homini: & quod natura sursum fertur, igni. Tertium quandoque accidente, vt sedens, vel musicum, Socrati, vnde est aliquando appellationem ignorantibus, iubemus sedentem, vel disputantem vocare ad nos, eorundem opinantes, & secundum nomen, & secundū accidens signare.

De considerationibus ad problema de eodem. Cap. LXXVI.

Idem in 7. libro. Vtrum idem, vel diuersum secundum principalem modum, ex casibus & coniugatis considerandum: nam si iustitia est, idem fortitudo, & iustus foris, & iuste fortiter. Similiter autem & in oppositis, nam si hac eadem, & oppositis his, eadem secundum quamlibet supradictarum oppositionum. Rursus ex effectibus & corruptionibus, & generationibus & corruptionibus, & ex similibus: nam quæcunque simpliciter sunt eadem, & generationes, & corruptiones eorum eadem, & effectiua, & corruptiua. Considerandum etiam si alterum recipiat quodlibet cum maxime, vtrum & alterum recipiat illud idem cum maxime, alter enim non erunt idem, vt Zenocrates beatam vitam, & studiosam assignauit eandem, eo quod omnium vitarum maxime eligenda est vtraque: vnum enim oportet numero esse quod dicitur maximum, & maxime eligendum, propter quod non recte assignauit: non enim est vnum numero beata vita, & studiosa, quare non necesse est eandem esse, eo quod amba quidem maxime sunt eligendæ, sed altera sub altera. Rursus considerandum si cui alterum, eidem & alterum; nam si non sunt, ambo eidem eadem, palam quia nec sibi inuicem. Item quæcunque alteri accidunt, oportet & alteri accidere: & cui alterum accidit, & alterum, si sunt eadem. Videndum etiam si non sunt in eodem genere predicamenti, sed hoc quale, illud autem quantum, vel ad aliquid indicet. Amplius ex magis scilicet si hoc quidem suscipit, illud autem non, vel si ambo quidem, sed non simul. Item ex appositione, scilicet, si idem ad vtrumque appositum nõ facit totum idem, aut si ab vtroque eodem ablato, quod relinquatur est alterum, vt si duplum dimidij, & multiplex dimidij quis dicat, idem peccat: Ablato enim ab vtroque dimidio, non idem significat duplum, & multiplex. Considerandum autem nõ solum, si iam accidit aliquid impossibile per positionem, sed etiā si possibile est ex hypothesi fieri. Posito enim quolibet siue vero siue falso, nihil enim refert si altero interempro, non interimitur alterum, patet quia non sunt idem, velut his obici potest, qui vacuum & aere plenum idem esse dicunt, palam enim, quia exeat

aere vacuum quidem non minus erit, sed magis, plenum autem aere iam non erit. Item si aliqua sunt eadem, quæcunq. de vno prædicantur, & de altero, & de quibus alterum & alterum. Item si potest alterum inesse sine altero, non sunt idem. Omnes itaque, qui ad idem destructi sunt loci, & ad diffinitionem viles sunt, vt prius dictum est.

De difficultate conseruendi diffinitionem. Cap. LXXVII.

Constructivorum autem locorum, nullus vtilis est, sicut ostendere id, quod idem est nomine, & ratione: sed & alia omnia oportet habere, quæ annumerata sunt in diffinitione. Itaque nullus, vel pauci disputantium syllogizant diffinitionem. Sed omnes tale principium accipiunt, vt qui circa geometriam figuras, & numeros, & alias huiusmodi disciplinas. Quantum ad præsentem vtilitatem pertinet, diffinitio est oratio quæ quidē esse rei significat. Et oportet ea, quæ in ea ponuntur, in eo quod quid est, de re sola predicari. In eo autem quod quid est, prædicantur genera, & differentie. Ratio igitur habens diffinitionem, ex necesse erit. Non enim contingit aliud esse diffinitionem, quàm rem, eo quod nihil aliud in eo quod quid est, de re prædicatur. Prospiciendum autem in contrariis, & in alijs oppositis. Nam si opposita opposite, & eam quæ dicta est proposita esse necesse est. Vniuersaliter etiam si diffinitio ex genere & differentia est, si contrarij diffinitio manifesta sit, & propositi manifesta erit. Nam eõ contrarium est in eodem genere, vel in contrario. Similiter & delectationis, aut contrarij de contrariis, aut eadem prædicantur. Item ex casibus & coniugatis, necesse est enim consequentia esse generis generibus, & diffinitiones diffinitionibus, vt si obliuio est a nullo scientiæ, & obliuio amittere scientiam &c. Vno enim concessio, necesse est, & reliqua concedere. Quod autem difficilius sit construere diffinitionem, quàm destruere palam est, facilius enim est vnum concludere, quàm plura. Et interminentes quidem sufficit ad vnum argumentari, quia vno quolibet destructo interimitur diffinitio, construenti autem necesse est omnia conuenire, id est concludere, quoniam insunt, quæ in diffinitione sunt. Præterea construenti necesse est vniuersaliter construere syllogismum. Oportet enim de omni quo nomen, & rationem prædicari, & econuerso. Destruenti vero non vniuersaliter, sufficit enim ostendere, quia non vera erit de aliquo eorum, quæ sunt sub nomine diffinitio. Similiter etiam, si omni inest quod sub nomine est, nõ autem soli, interempta est diffinitio. Similiter autem & circa proprium, & genus se habet. In vtrisque enim destruere facilius est quàm construere: quia construenti ostendendum, quoniam omni inest, destruenti autem sufficit vni ostendere non inesse. Particulare vero econtrario, quia construenti quidem sufficit ostendere alicui inesse, destruenti autem ostendendum, quia nulli inest. Omnium autem facillimum est diffinitionem destruere, quia plurima in ea assignata sunt. Ex pluribus autem citius fit syllogismus. Verisimile enim est in multis, magis quàm in paucis peccatum fieri.

De arte diuidendi, quod & ipsa sit ad diffinitiones necessaria. Cap. LXXVIII.

Boetius in libro diuisionum. Ad diffinitiones autem specterum, diuisio necessaria est, & si forte in eodem diuisionis, diffinitionisque ratio versatur. Nam diuisionibus iunctis, vna diffinitio comprimitur. Sed quoniam diuisio generis fit in vniuersis, diuisio vero significationis in æquiuocis; rursus ad diuisionem necessaria est diffinitio, quia quid sit æquiuocum, quid vniuersum cum diffinitione colligimus, necum ista tefelerrit æquiuocum nomen quasi genus in species, sic in voces significatiuas resoluamus. Fieret autem omnis diuisio, omniūque diffinitio ex duobus terminis, nisi nominum indigentia prohiberet. Cum enim diuido animal in rationale & irrationale, animal rationale ad diffinitionem hominis protendit: sed quia vnum nomen non est, ponatur ei nomen, a. & subdividatur in mortale & in immortale; si ergo hominis diffinitio reddatur ex duobus terminis, homo est a mortale. Idem est enim ac si diceretur, homo est animal rationale, mortale. Idem in diuisione manifestum est, cum enim dicitur. Rerum omnium alia sunt bona, alia mala, alia indifferentia, hic tertia diuisio gemina fiet, si nomen cui deest imponeretur, & ita diceretur. Rerum omnium, alia differentia sunt, alia indifferentia. Differentium alia bona, alia mala.

Ja, sique diuisio omnis in gemina secaretur, si speciebus & differencijs vocabula non essent. Vniuersaliter autem sciendum, quod illa differentia, vel in generis diuisione, vel speciei definitione sumenda sunt, quacumque huiusmodi sunt: ut nullo modo prater eas species esse possit, sed propter eas solas sit. Regula itaque definiti di hęc est. Rerum, alia sunt superiores, alia media, superiores quidem, id est genera generalissima diffinitio nulla complectitur, quia superiora genera non habent. Similiter nec inferiores, ut in diuisa, quia & ipsa specificis differentiis carent. Media igitur tantum sub diffinitione cadunt. Data itaque huiusmodi specie, quę & genus habeat, & de posteriori prædicatur, primo genus illius, signo, & eiusdem generis differentias diuido, ac differentiam generi adiungo. Quę scilicet differentia generi adiuncta, si non fuerit æqualis speciei, quam diffinitione circumscribere intendo, sed maior, id est superior, hanc rursus quasi genus pono, in alias suas differentias diuido: si que duas generi coniungo, ac pro istem totiens differentias discernimus, donec omnes iuncta generi, speciem æquali diffinitione præscribant. Illud quoque sciendum, quod genus in diuisione totum est, in diffinitione pars. Et sic est diffinitio, quati quędam partes totum coniungant, sic est diuisio, quasi totum soluitur in partes. Et similis est diuisio generis totius diuisioni. Diffinitio totius compositiuni.

De Diuisione generis in species. Cap. LXXXIX.

DIUISIO multiplex est, scilicet generis in species, totius in partes, vocis in significationes. Præter has autem tres (quę dicuntur diuisiones secundum se) est & alia secundum accidens. Et hæc similiter triplex, scilicet subiecti in accidentia, accidentium in subiecta, accidentium in accidentia. Quod fit cum veraque eidem subiecto inesse contingit. Oportet autem omnem generis in specie diuisionem, aut in duas fieri partes, aut in plures: sed nec iniuste possunt esse generis species, nec minus duabus. Diuiditur autem genus alia in species, & alia in differentias, quibus genus oportet diuidi cum species nominibus carent, ut cum dicitur. Animalium alia rationalia, alia irrationalia, nam quia huius speciei, quæ est animal rationale, nomen vnum non est, pro specie differentiam ponimus, eamque superiori generi collocamus: omnis enim differentia in genus proprium veniens, speciem facit; vnde fit, ut quodammodo materia genus sit, forma vero differentia. Si autem omnes species nominibus suis appellarentur, ex duobus solis terminis fieret diffinitio, nunc autem ex pluribus colligitur. Illud autem scire perutile est, quoniam genus vna quodammodo multarum specierum similitudo est, quæ earum omnium substantialem conuenientiam monstrat; at que ideo collectiuum multarum specierum genus est. Disiunctiua vero vni generis species sunt. Quæ quoniam differentiis informantur (ut dictum est) iccirco sub vno genere minus duabus speciebus esse non possunt. Omnis enim differentia in discrepantium pluralitate consistit; fit autem diuisio generis vnius multiplex, ut numerorum alij sunt pares, alij impares. Et rursus alij primi, & alij non primi. Illa autem sola differentia sub genere posita, genus ipsum diuidere possunt, quæ inter se aliqua oppositione differunt.

De Diuisione totius in parte. Cap. LXXX.

TOTUM in partes diuiditur, quotiens in ea ex quibus compositum est, vnumquodque resoluitur; ut domus, aliud tectum, aliud paries, aliud forma. Dicitur autem totum multiplicitate. Est enim totum continuum corpus, & totum discretum, siue non continuum, ut populus, vel exercitus; & totum vniuersale, ut anima, cuius est alia potentia sapiendi, alia sentiendi, alia vegetandi. Horum igitur omnium in partes diuisio est. Diuiditur autem totum continuum, etiam in materiam, & formam; aliter enim constat statuta ex partibus suis, aliter ex materia & forma, id est ex ære, & specie. Differt autem diuisio generis a totius distributione, quia totius diuisio secundum quantitatem fit, generis autem distributio qualitate perficitur. Quale namque animal est homo, scilicet rationale, vel mortale. Item genus omne naturaliter prius est propriis speciebus, totum vero partibus suis posterius, partes enim sunt quæ totum iungunt, vnde fit ut genus in posteriora, totum autem in priora soluamus. Item genus speciebus materia est, nam sicut ea accepta forma transit in statum; sic genus accepta differentia, transit in speciem. At vero totius materia est partium similitudo, forma autem earum partium compositio. Nam sicut

species ex genere constat & differentia, sic totum ex partibus. Vnde sic ut totum ab vnaquaque parte sua differat, partium ipsarum compositione, species autem a genere, differentia coniunctione, id est appositione.

De Diuisione vocis in significationes. Cap. LXXXI.

DIUISIO vocis fit tripliciter scilicet aut per significationes, aut per modum significationum, aut per determinationem. Vocis in significationes duplex diuisio est, scilicet nominis, hæc est æquiuocatio orationis, & hæc amphibologia. Diuisio secundum modum ut fit, quando vox vna non plura significat secundum se, sed multimodo de multis prædicatur, ut infinitum significat quidem vnam rem, scilicet cuius terminus non potest inueniri. Sed hoc dicitur multipliciter, scilicet aut secundum mensuram siue magnitudinem, ut mundus, aut secundum multitudinem ut diuisio corporis, aut secundum speciem, ut species figurarum, aut secundum tempus, ut Deus, quia finem temporis non habet. Secundum determinationem fit vocis diuisio, quia quando sine determinatione profertur, in audientis intellectu dubietas generatur, ut cum dicitur, Homo. Hęc vox confusa multa significat, nec habet auditor quid rationabiliter intelligat, nisi id loquens aliqua determinatione concludat, ut omnis homo ambulat, vel quilibet homo, vel Fortes. Similiter si cui dicitur, Da mihi, non intelligit quid dare debeat, nisi ille determinationem addat. Hęc igitur, & similia dubitabilia sunt, non tamen ambigua. Nam omne ambiguum dubitabile, non autem e conuerso. In ambiguo enim, cum profertur, vtraque auditor rationabiliter seipsum intellexisse arbitrat; ut cum quis dicit, Audio Græcos vicisse Troianos, vnus potest intelligere, quod Græci Troianos vicerunt, alius e conuerso; & vterque hoc ex ipsa locutione rationabiliter intelligit. Cum autem dicitur, Da mihi, nullus ex ipso sermone quid dare debeat, rationabiliter intelligit, sed ex sola suspitione. Vocum igitur quædam in particula multipliciter significationem habent, scilicet æquiuoca, quædam in tota oratione, scilicet amphibologica. Diuiduntur autem significationes æquiuocarum quodammodo diffinitione, ut cum dicitur, homo viuit, intelligitur & verus & pictus. Diuiditur autem sic, animal rationale mortale viuit, quod verum est, animalis, rationalis, mortalis simulatio viuit, quod falsum est. Quandoque autem adiectione scilicet generis, vel casus, vel articuli. Diuiditur etiam quædam secundum accentum, ut perē, & penę. Quædam secundum orthographiam, vel etiam secundum actionem, & passionem, ut quæror ab inquisitione patientis est, quæror a querela agentis. Ambiguarum autem orationum diuisio fit, aut per adiectionem, ut Audio Græcos vicisse, Troianos victos esse. Aut per diminutionem, ut audio Græcos uicisse. Aut per diuisionem, ut Græci uincunt, Troiani uicti sunt. Aut per aliam transmutationem, ut Audio qd Græci uicerūt Troianos. His enim omnibus modis ambiguitas soluitur.

De Diuisione secundum accidens. Cap. LXXXII.

DIUISIO autem secundum accidens triplex est, ut dictum est. Nam alia est subiecti in accidentia, ut, hominum alij sunt albi, alij nigri, alij medi coloris. Alia vero est accidentis in subiecta, ut omnium quæ experuntur, alia in anima, alia in corpore sita sunt. Alia quoque accidentium in accidentia, ut omnium candidorum alia dura, ut Margarita; alia liquida, ut lac. Sed hæc diuisio semper in alterutrum permutatur. Possimus enim dicere, Eorum quæ dura sunt, alia alba, alia nigra. In hoc ergo differt huiusmodi diuisio ab omnibus supradictis: nam neque significationem uicissim diuidere possimus in uoces, neque partes in totum, neque species in genera. Harum quoque secundum accidens diuisionum commune præceptum est, quicquid ipsarum diuiditur in opposita diligere. Illud etiam maxime perspicendum, ne quid ultra dicatur, aut minus, sicut fit in generis diuisione.

De cautela opponendi in dialectica, & proposito celandi. Cap. LXXXIII.

ARIST. in Topi. 8. lib. Cum autem qui debet interrogare, primum oportet inuenire locum unde argumentandum. Secundo autem interrogationes formare, & ordinare singula apud se. Tertio uero dicere iam ea ad alterum. Sumenda sunt autem propositiones quædam necessariae, quædam præter necessarias. Necessariae sunt, per quas fit syllogismus. Quæ autem præter has sumuntur, quatuor sūt. Aut enim inductionis gratia, ut detur uniuersale. Aut

Aut in magnitudine, id est ornatu orationis, Aut ad celationem conclusionis, Aut ut manifestior sit oratio. Ergo necessarius non statim præordinandum, sed in suprema id est a longe discudendū. Quæ autem sumuntur præter has, accipiendæ sunt præter eas, & vnaquaque sic utendum, inducenti quidem a singularibus vniuersale, & a notis ignota. Nota autem magis, quæ secundum sensum, vel simpliciter, vel pluribus. Celanti uero præsyllogizare conuenit ea, per quæ syllogismus eius ex principio debeat fieri, nec solum necessarias, sed & earum quæ ad has sunt viles aliquam syllogizari oportet. Item conclusiones non dicere, sed postea subitas syllogizare, ut non præuideat respondens, ex quibus accidit. Vtile autem, & non continuas sumere propositiones, ex quibus syllogismi, sed permutatim ad aliam, & ad aliam conclusionem; positæ enim conuenientibus iuxta se, magis quod ex ipsis accidit manifestum est. Item proponere oportet, non ut propter propositum ipsum, sed alterius gratia, verentur enim, quæ ad propositum sunt uilia. Item per similitudinem inquirere, nam & uerisimile, & later magis vniuersale, Hoc autem simile est inductioni, non tamen idem, quia a singularibus sumitur vniuersale sub quo omnia similia sunt, in similibus autem, non est, quod sumitur, uniuersale.

Adhuc de eodem. Cap. LXXXIII.

OPORTET autem & ipsum scilicet opponentem quandam sibi met instantiam inferre. In suspente namque se habent respondentes ad eos, qui uidentur iuste argumentari. Vtile est etiam dicere quoniam confutum est dici huiusmodi, pigrescunt enim quod solitum est mouere id est negare, instantiam non habentes. Oportet non proferre, quia contra proferentes magis obstant. Sed ut in parabola proponere, quia quod propter aliquid aliud proponitur, non propter ipsum, citius concedit non uidentes quid inde sit, & hoc sumpto, sumptum est illud. Rursum in ultimo interrogare quod maxime uult sumere scilicet ad minus prouentus. Maxime namque prima renunt eo quod plures interrogantium primo interrogant, circa quæ maxime proferant. Ad graues autem, id est autenticos oportet hoc primo pretendere, nam hi prima maxime admittunt, nisi omnino manifestum sit quid accideret sit, in finem autem aduertantur. Similiter & qui arbitrantur esse acres in respondendo, prima ponentes, in fine frangunt, uelut non acciderat ex his quæ posita sunt, ponunt enim credentes habitum, suspicantes se nihil esse passuros. Alium oportet prolongare & interponere, quæ nihil uilia sunt ad orationem, sicut falsigraphi. Cum enim plura sint quæ describunt, dubium est in quo falsum sit, sic & interrogantes quandoque latent, in abscondito ponentes, quæ per se posita non ponerentur, ad celandum ergo propositum eo quod dictum est utendum.

De modo ornandi & explanandi orationem interrogantis. Cap. LXXXV.

ADORNATUM uero inductione, & diuisione eorum, quæ cognata sunt. Inductio quidem, quale quid sit, iam supradictum est. Diuisio autem huiusmodi est, ut disciplina melior est alia, uel quia certior, uel quia melior, id est utilior. Et disciplinarum alia speculatiua sunt, alia actiua, alia uero poetica; vnum quod que etenim talium orationem, non autem necessaria sunt dici ad conclusionem. Ad explanationem autem exempla, parabolasque sumendum est. Exempla conuenientia, & nota, qualia Homerus, non qualia Chærus. Utendum est autem in disputando syllogismo quidem magis ad dialecticos, inductione uero ad plures, id est uulgares quando autem opponenti in pluribus inducenti non dedit respondens uniuersale, iustum est instantiam exigere, & probare instantiam, non in eo quod proponitur fieri, nisi vnum tantum sit huiusmodi. Oportet, enim eum qui instat in altero quam in proposito instantiam inferre aut dicere, quoniam hoc solum tale est. Quod si in æquiuocis ponat instantiam, ut quoniam habebit pictor colorem, & cocus pedem non suum, oportet interrogatiue diuidere, ne larente æquiuoco, bene uideatur respondens instare propositioni. Si autem in uniuoco instans prohibet interrogationem, auferente illud in quo instantia est, oportet proponere reliquum uniuersaliter, ut in obliuione. Non enim concedunt eum, qui disciplinam amisit, oblitum esse, quia transcendente reamisit quidem disciplinam, sed non oblitus esse dicendus est. Auferenti ergo illud in quo est instantia, reliquum oportet ponere, ut si re permanente amisit disciplinam sequitur quoniam oblitus est. Similiter autem & contra instantes, quoniam maiori bono maius opponitur malum, proferunt enim quoniam sanitati, cum sit minus bonum, quam euechia, opponitur ægri.

Speculum Doctrinale.

tudo, quæ maius malum quam euechia. Auferatur ergo id in quo est instantia, & cogatur residuum ponere, scilicet quam maiori bono maius malum opponitur, nisi conferat alterum, ut euechia sanitatem. Si autem in multis, eo quod obicit proponente, non ferat instantiam, dignum est ponere, id est, concedere, nam dialectica est propositio, contra quam sic in pluribus se habentem non est instantia.

De modo respondendi. Cap. LXXXVI.

DE responsione autem dicendum, quod est opus bene respondentis, sicut bene interrogantis. In responsione duo peccata vitanda sunt scilicet ponere, quod non oportet, & positum non seruare, sicut oportet. Et discentibus quidem scilicet in demonstratiuis, ponenda sunt semper ea, quæ uidentur, nullus enim docens conatur dicere falsum. Colluctantium uero, id est, litigiose ac sophistice disputantium, interrogantem quidem uideri aliquid facere oportet omnino. Respondentem uero nihil uideri pati. In dialecticis autem, & teneatiuis, necesse est respondentem sustinere orationem ponentem, siue probabilem, siue improbabilem positionem, siue neutram. Nam ad commune genus positionis, eodem modo se habere debet. Cum enim probabilis est positio, conclusio opponentis erit probabilis, & e conuerso, cum enim neutra, & conclusio neutra, semper enim opponens concludet oppositum positionis. Quando tamen simpliciter est improbabile quod ponitur, non est dandum respondentem, quia per probabiliora, & notiora, debet quod minus notum est, concludi. Si autem simpliciter probabilis est positio, palam quoniam conclusio improbabilis, ponendum ergo, & quæ uidentur omnia & eorum quæ non uidentur, quacumque minus sunt improbabilia conclusione, & etiam neutra, si uero non simpliciter probabile, uel improbabile sit quod ponitur, sed respondentem, ad ipsum quod uidetur, uel non uidetur, ponendum est, uel non ponendum: his quoque quæ obscure ac multipliciter dicuntur obuiandum est. Concessum est enim respondentem non intelligenti dicere, non intelligo, & multipliciter dictum non ex necessitate profiteri uel negare. Nam sæpe ex eo quod non plane obicientibus datur, obuiat aliquid difficile; si uero sit notum, sed multipliciter dictum, & in omni sensu uerum, uel falsum, simpliciter dandum est uel negandum. Si autem in alio sensu uerum sit, & in alio falsum, uidendum est primo. Posterior enim diuisio incertum est an & in principio dubium conspexerit, si autem non præuiderit dubium, sed in alterum sensum inspiciens posuit. Dicendum est ei, qui in alterum ducit, quia non ad hoc inspiciens dedit, sed ad alterum. Cum autem aut per inductionem, aut per similitudinem plerumque uniuersale sumant, singularia quidem omnia ponendum, si uera sint & probabilia, ad uniuersale autem tentandum instantiam ferre, si enim in multis apparentem non dedit uniuersaliter, qui non habet instantiam: patet quia proteruit, si autem nec argumentari contra habeat, multo magis proteruire uidebitur. Est enim proterua responsio, præter dictos modos syllogismi corruptiua. Quæcumque autem orationes falsum syllogizant, soluendum est incertum, propter, quid sit falsum, non enim qui quodlibet interimit soluit, etiam si falsum est quod interimitur, sed & propter quid falsum sit assignandum. Fiunt autem instantiæ quadrupliciter. Prima est interimerere a quo sit falsum. Secunda ad opponentem instantiam ferre. Tertia ad interrogata respondere. Quarta uero & pessima instantiarum quæ est ad tempus. Quidam enim talibus instant ad quæ disputare plures est temporis præsentis exercitationis. Harum autem solutio prima tantum est, reliquæ uero prohibitiones quædam, & impedimenta conclusionum.

De Oratione, & uitiis & manifesta. Cap. LXXXVII.

INCREPATIO uero orationis, alia est secundum ipsam, id est ex uitiis ipsius orationis proprio; alia quando non bene interrogatur, id est ex uitiis opponentis & respondentis, plurimumque enim, quod non bene disputatur oratio, qui interrogatur causa est, eo quod non concedat ex quibus plane erat disputare ad positionem, non enim in altero tantum est, bene finire commune opus; sicut autem in cæteris paruis focus est, qui impedit commune opus, sic & in oratione, nihilque differt, siue in opponendo, siue in respondendo hoc fiat, nam & qui litigatorie disputat, & qui in respondendo non concedit quod uidetur, nec suscipit quicquam, quod uult interrogans inquirere, non ergo similiter increpandum est, & per se orationes, &

Tomus Tertius. G 2 inter-



interrogantes, nihil enim prohibet orationem prauam esse, inter- rogationem autem, et contingit, operari contra respondentem di- scipulo. Per se autem orationis, quae sunt in crepationes. Pri- ma, quando non ex interrogando concluditur, cum sint vel falsa, vel improbabilia, aut omnia aut plura in quibus est conclusio. Se- cunda si ad positionem non fiat syllogismus. Tertia si quibusda additis fiat. Quarta si quibusdam ablati. Quinta si ex impro- babilibus, & minus credibilibus conclusionem; aut etiam si ex veris, sed pluri opera indignis demonstrari quam problema. Patet igitur quia non est eadem orationis increpato ad propositum, & per se, nihil enim prohibet orationem per se quidem esse vitu- perabilem, ad problema vero laudabilem, & eonuerso. Est autem quando per oratio conclusa, non conclusa peior, quando quidem ex falsis vel falsis concluditur. Eos vero, qui per falsa verum con- cludunt, non est in illis increpare. Nam falsum quidem semper per falsum syllogizare necesse est, verum autem quandoque, & per falsa contingit. Oratio autem manifesta est, vno quidem modo, & publicissimo, si sit conclusa sit, vt nihil oporteat al- iud interrogare, vno autem, & qui maxime dicitur, quando sumpta est, ex quibus necessarium est esse. Est autem per conclusionem conclusam, amplius si deest, quod probabile est valde.

De falsitate syllogismi, & petitione principij. Cap. LXXXVIII.

Falsa autem oratio quadrupliciter dicitur. Vno quidem mo- do, quando videtur concludi, quando non concluditur, & h. c. ut apparetur litigiosorum syllogismus. Alio vero quando concluditur quidem, sed non ad propositum, quod accidit maxime in his, quae ducunt ad impossibile. Tertio quando ad propositum quidem concluditur, non tamen secundum propriam disciplinam, vt non geometriae in geometria. Quarto quoque modo si per falsa concluditur, licet aliquando conclusio vera sit, aliquando falsa, vt supradictum est, ergo falsam esse orationem magis pec- catum est dicentis, id est respondentis quam orationis, nec ip- sius semper, sed quando latet cum falsum susceptum. Quare prima quidem consideratione orationis per se, si concludit. Secun- da verum verum vel falsum. Tertia vero ex qualibus, nam si ex falsis quidem, probabilibus autem, rationalis est, si ve- ris quidem, sed improbabilibus, praua, id est reprehensibilis, si ve- ro sint & falsa & valde improbabilia, palam quoniam praua, aut simpliciter aut ad rem. Petere autem quod est in principio, vide- tur quinque modis. Primo quidem, & manifestissime, si quis id quod monstrari oportet praesumat. Et hoc ipso quidem non facile est latere, id est, in eodem nomine, vt Marcus currit, ergo Marcus currit. In vniuocis autem, scilicet vniuocis, in quibus no- men, & ratio idem significat, facilius est latere. quia scilicet potest in dubium venire pro quo, vel pro quibus particularium su- matur, vel in vniuocis, id est synonymis quatuor, scilicet vna est significatio, & vox diuersa, vt Marcus Tullius. Secundo autem quando quod particulariter oportet demonstrare proponit vniuociter. Quod enim per se oportet ostendere, cum alijs plu- ribus petit. Tertio quando vniuociter oportet ostendere, par- ticulariter petit: videtur enim quod cum pluribus ostendendum est per se extra petere. Quarto si diuidens petit quod propositum est. Vel si eorum, quae ex necessitate sequuntur se inuicem, alterum petit, vt latus incommensurabile esse dyametro, cum opor- teat ostendere quoniam dyameter lateri. Quot sunt autem peti- tiones principij, tot & contrarij, scilicet quatuor. Primus mo- dus est si quis contradictione opposita petat. Serundus si contra- ria. Tertius si vniuociter probans particulariter petierit contra- dictionem, vt si contrarij vnam esse disciplinam sumserit, sanati autem, & egrotati alteram esse probauerit, aut etiam si particulare petens in vniuocali contradictione asserere tenta- verit. Quartus si contrarium petit eius, quod ex necessitate, per ea quae posita sunt accidit, & etiam si non ea quidem sumat quae opposita sunt, sed talia duo ex quibus erat opposita contradictio.

De exercitatione dialectici in syllogismis. Cap. LXXXIX.

Ad exercitationem autem syllogismorum, primum quidem oportet adnescere conuerti orationes. Sic enim & ad hoc quod dicitur magis idonei erimus, & in paucis plures orationes scien- tis. Nam conuerti, est transiuntem conclusionem, cum reli- quis interrogationibus, interirere vnum eorum, quae data sunt. Necesse est enim, si conclusio vera non est, alteram praemissarum interirere, si omnibus positis, necesse erat conclusionem esse. Ad

omnem autem positionem argumenta, quoniam sic, & quoniam non sic, consideranda sunt, ac solutio si inueniri possit quaerenda, & si nullum alium habemus, ad nos ipsos hoc faciamus, sic enim simul accidet, & ad interrogandum, & ad respondendum exere- ri, nam & ad philosophiam non paruum instrumentum est, posse conspiceret, quae vtriusque accidit dicere. Oportet autem ad huius- modi, homines esse boni ingenij, hoc enim est secundum veri- tatem bonum ingenium, bene posse eligere verum, & fugere falsum. rursus in electione terminorum, id est, definitionum, oportet esse idoneos, ac probabilium propositionum, & primorum, & ma- ximarum propositionum promptos se habere, & in ea quae saepe incidunt sermocinationes tenere. Nam sicut in Geometria, circa elementa oportet exercitarum esse, & in Arithmetica, circa ca- pitales numeros, scilicet, vt sunt denarius, & vigenarius, & hu- milissimi, multum conserat ad cognoscendum multiplicationem numerorum, sic & in orationibus Logicis oportet propositiones memoriter scire. Principij autem, & hypotheseos idoneum, id est, expeditum esse mediocriter, difficile est. Item orationem vnam plures facere asserendum est, vt quoniam non est vna plu- rium disciplina. Sic enim & in rebus, & in contrariis, & in co- iungatis est. Exercitatio autem a signanda est, inducitur autem quidem ad rudem, syllogizarum ad eruditum, & respondeantibus tentandum est. A syllogisticis quidem accipere, id est, au- ferre propositiones, scilicet vniuocales, id est, impedire ne ha- beant vniuocales. Ab inductionibus autem parabolas, id est si- militudines. Praecipue autem exercitio disputantium asserere. Tentandum est autem syllogismum de aliquo, aut propositio- nem, aut solutionem, aut instantiam. Ex his enim potestas, exer- citium autem potestatis causa, & maxime circa propositiones, & instantias. Est enim (vt simpliciter dicatur) dialecticus propositi- tius, & instantius. Est autem proponere quidem, vnum fa- cere, quae sunt plura, id est vnam conclusionem ex pluribus. In- stare autem quod vnum est facere plura. Instant enim diuidit aut interimit, hoc quidem dans, illud autem non, non est autem omni disputandum, nec contra quemlibet exercitandum, neces- se est enim contra aliquos prauos fieri disputationes, nam qui ex- exercitati sunt abstinere non possunt a certatori disputatione. O- portet autem & factas orationes habere, circa quaestiones dialecti- cas, in quibus abundantes minimis, ad plurima viles habebimur. Haec vero sunt vniuocales, & ad quas abundare difficile est con- tinuo.

De sophisticis disputationibus, & eius comparatione. Cap. XC.

Aristoteles in libro primo Elenchorum. Sophistica est appa-rens sapientia, & non existens. Ideoque sophistis magis o- perepretum est videri esse sapientes, quam esse, & non videri. Opus autem scienti est non mentiri de quibus nouit, & posse ma- nifestare mentientem. Eos ergo, qui volunt sophisticè agere, necesse est disputationum genus quaerere, huiusmodi enim potestas facit videri sapientes, cuius sunt desiderium habentes. Sunt ergo disputationum genera quatuor, scilicet Doctrinales, Diale- cticae, Tentatiuae, Litigiosae, Doctrinales, vel demonstratiuae, quae ex proprijs principijs cuiusque disciplinae syllogizant, & non ex his quae videntur respondentem, oportet enim credere eum qui dicit? Dialecticae vero, quae ex probabilibus collectiuae sunt contradictionum. Tentatiuae autem, quae ex his quae videntur respondentem, & necessarium est scire ei, qui simulat ha- bere scientiam. Litigiosae vero, vel sophisticae ex his quae videntur probabilis, non sunt autem syllogizantem. Dialecticus qui dem omnia communia secundum rem considerat, qui autem hoc facit apparenter, sophista est. Et eadem quidem est oratio sophi- stica, & litigiosa, sed non secundum idem. Nam in eo quod pro- pter apparentem victoriam, litigiosa, in eo vero quod propter sapientiam apparentem, sophistica. Litigiosus autem quod- dammodo se habet ad dialecticum, sicut falsigraphus ad geo- metricum, sed falsigraphus ex proprijs scilicet principijs, & conclusionibus, quae sub arte sunt falsa syllogizat. Litigiosus autem circa communia, sicut & dialecticus, non est autem dialecticus circa genus aliquod determinatum, sicut demonstra- tiuus, nec iterum talis, qualis est vniuocalis, id est methaphisicus, scilicet quia non ostendit sua, principia esse sicut illa. Demonstratiua quoque non est interrogatiua, nec enim eius syllogismus fieri, potest ex vtraque parte contradictionis. Dialectica vero interrogatiua est. Tentatiua autem est qua- dam dialectica; huius enim est experimentum sumere nescientis, & scire se simulantis, nec ex pre prijs arguit, vt geometria, sed ex communibus vt dialectica, talibus scilicet quae scientem qui- dem nihil prohibet artem nescire, non scientem autem necesse

esse est ignorare: quare omnes idiotae dialectica, & tentatiua vti- tur, eo quod omnes communia diiudicare conantur. Idem in Me- tha. hica, quarto libro. Logici, & sophistae laborant in eo circa quod philosophus, id est Methaphisicus debet laborare, loquun- tur enim de rebus quae philosophiae sunt propria. Entis enim est scientia communis omnibus, & logicus quidem scit illud quod scit philosophus. Sophista vero scire se existimat, sed in rei verita- te nescit: eius enim scientia deceptoraria tantum est, homines autem non decipiuntur, nisi in eo quod nesciunt.

De Paralogismis, & eorum figuris. Cap. XCI.

Idem in Elenchis, primo. Syllogismus quidem est ex quibus- dam positus, vt dicitur aliquid aliud ex necessitate accidere ab his quae posita sunt, Elenchus autem est syllogismus cum contra- dictione conclusionis. Sophistici autem, vt paralogismi videntur quidem hoc fa. cere, scilicet vt dicitur ab his, quae posita sunt ex ne- cessitate aliquid accidere, sed non faciunt. Videtur autem ob nul- tas causas, quarum vna est verbi gratia, publicissima & apertissima, quae fit per nomina, scilicet aequiuocatio. Nam quia res infinite sunt, nomina vero finita, nec esse est vnum nomen plura significa- re. Itaque qui virtutis nominum ignari sunt, facile paralogizan- tur, & ipsi disputantes, & alios audientes, cum scilicet vnam solam rem, vno nomine significari arbitrantur. Sunt autem numero quin- que, quae coniectant, qui in disputationibus corripantur, & decer- tant, scilicet redarguti, falsum, inopinabile, solecismus, auga- tio. Modi autem arguendi sunt duo. Alii quidem secundum dictio- nem faciunt falsitatem. Alij extra dictionem. In dictione sunt sex, scilicet, aequiuocatio, amphibologia, compositio, diuisio, accensus, figura dictionis. Extra dictionem vero 7. scilicet secundum acci- dens, secundum quid, & simpliciter, secundum ignorantiam elen- chi, secundum consequens, principium petere, non causam vt cau- sam ponere, plures interrogationes vt vnam facere.

De Aequiuocatione, & Amphibologia. Cap. XCII.

Actio. Aequiuocatio est deceptio proueniens eo quod plu- ra significata, vel significata latent sub vna voce. Prima species est quando plura significata principaliter latent sub vna voce, vt canis potest sumi pro latrabili, vel pro marino. Secunda quando sub vna latent plura, ita quod vnum prius, alterum poste- rius, vt expediens potest accipi pro bono, vel pro vtili. Tertia quando sub vna voce latent plura significata, sicut diuersa te- pora. Verbi gratia. Quicumque sanabatur, sanus est, laborans sana- batur, ergo laborans sanus est, non valet; quia si laborans primo significat laborantem tunc, in conclusione vero laborantem nunc. Et dicitur aequiuocatio, quasi vocans aequae plura. Amphibologia dicitur ab ampho, quod est dubium, & bologia quod est sententia, quasi dubia sententia. Fallacia amphibologiae, est deceptio veniens ex eo, quod vna & eadem dictio potest constitui cum vno & eodẽ, diuersis de causis, vel cum diuersis dictionibus, cum vno & eodẽ modo, vt iste est liber Aristotelis, potest haec dictio Aristotelis, re- gi ex vi auctoritatis, vel ex vi possessionis. Similiter haec est duplex. Quicquid videt hoc, hoc videt, eo quod si hoc, potest teneri no- minatiue, vel accusatiue. Cum diuersis dictionibus, vt Aio te. Ca- cida Romanos vincere posse. Si te, potest regi de li. vincere, vel de li. posse. Similiter impossibile est aliud, quam Alinum genuisse re. Item alio modo proueniunt aequiuocatio, & amphibologia, eo quod dictio vel oratio transitiue potest sumi.

De Compositione & Diuisione. Cap. XCIII.

Secundum compositionem, & diuisionem sunt syllogismi. Sophisti ei, quotiens in oratione accidit potentialis multipli- citas, eo quod aliqua dictio possit componi cum diuersis. Ex hoc patet diuersitas ad paralogismos amphibologiae, quia in il- lis est multiplicata ex diuersa ordinatione vnius cum vno. Et no- tandum, quod in huiusmodi orationibus est duplex compositio, & similiter diuisio essentialis. Vna scilicet, quando componitur dictio cum eo, cum quo magis nata est componi. Et iuxta hanc accipitur diuisio essentialis. Alia est compositio accidentalis, qua- ad scilicet fit compositio alicuius cum aliquo, cum quo minus na- ta est componi. Et iuxta hanc similiter accipitur diuisio acciden- talis. Item secundum compositionem propriam sunt paralogis- mi, quoniam in oratione possunt esse plures sententiae ex diuersa compositione alicuius cum diuersis; ita quod in compositione es- sentiali sit falsitas, & in diuisione eadem respondente (quae sequen- dum rem compositioni accidentalibus est eadem) sit veritas. Iuxta Speculum Doctrinale.

quod dicit Aristoteles, vbi fallit compositio, ibi soluit diuisio, & eonuersio. Vnde dicebant antiqui, quod compositio nihil aliud est, quam diuidendorum falsa compositio. Diuisio vero compo- nendorum falsa separatio. Itaque secundum diuisionem proprie paralogizat, quando in oratione est dicti multiplicitas, ita quod accidentaliter diuisio ibidem ponat veritatem, essentialis compositio falsitatem. Et ab hac essentiali compositione, dicitur oratio composita, & non ab alia. Similiter a diuisione essentiali dicitur oratio diuisa. Secundum compositionem ponit Aristoteles tres paralogismos. Primus fit eo quod participium gratia concommita- tia intellecta potest ordinari cum diuersis verbis sic. Quenquam possibile est ambulare, possibile est vt ambulet, possibile est sedẽ- tem ambulare, ergo possibile est vt sedendo ambulet. Minor mul- tiplix est, si composita falsa, diuisa est vera; distinguitur tamen co- muniter de re vera, de dicta falsa. Secundus fit eo, quod aliquod aduerbium possit componi cum vno verbo, vel ab illo diuidi, & componi cum alio, vt hic. Quod scit aliquis nunc didicit, sed magister literas nunc scit; ergo nunc didicit, non valet, prima enim duplex est, diuisa vera, composita falsa. Nam h. ec dictio, nunc. ma- gis nata est componi cum hoc verbo didicit, eo quod adie. tiuum debet precedere suum substantiuum. Tertius fit, eo quod nota ex- clusiois possit componi cum diuersis verbis, vt hic. Quod vnum solum potest ferre, non potest plura ferre, haec d. ctio solum potest facere exclusionem suam respectu eius quod est posse, vt eadem co- ponatur, & sic est composita falsa, vel respectu eius quod est fer- re, & sic est vera diuisa. Secundum diuisionem proprie sunt para- logismi, quando aliqua huiusmodi oratio conceditur composi- ta, & inferitur tanquam diuisa, & prouenit vno modo, eo quod di- ctio copulatiua vel disiunctiua potest copulare dictiones vel ora- tiones, secundum quem sic paralogizatur. Quaecumque sunt duo, & tria, sunt paria, & imparia, quinque sunt duo & tria, ergo &c. Secundo modo eo quod participium possit coniungi cum diuersis no- minibus, vt hic. Ego posui te seruum entem liberum, entem po- test coniungi huic nomi ni seruum, & sic est vera composita, quia priori nomini natum est plus componi, vel ab eodem diuidi, sic est falsa diuisa. Tertio modo hoc idem contingit, quod aliquod nomen cum alio nomine potest coniungi vere, vel ab eodem diui- di false, vt hoc nomen, centum, in exemplo Aristotelis, centum quinquaginta virorum relinquit Achilles. Itaque secundum diui- sionem potest fieri paralogismus, quotiens ab coniunctim dato, inferatur diuisum & eonuerso, secundum compositionem sic. Iste est bonus, & est clericus, ergo est bonus clericus & eonuerso: po- test argui similiter, secundum diuisionem, & ad haec omnia docet Aristoteles simul solvere, scilicet vt si concludatur diuisum, dicen- dum est quoniam coniunctim concessum fuit, & eonuerso.

De Accentu, & figura dictionis. Cap. XCIII.

Secundum accentum sunt paralogismi, quotiens aliqua diuer- simode potest accentuari, ex eo sequitur diuersitas significatio- nis. Quando potest accentuari, vt dictio, vel oratio, vt haec vox, metuo, & haec vox vniuocis, aut aliqua sub diuerso accentu pro- ferri longo vel breui, vt pendere, aut etiam cum aspiratione vel sine, ex quo resultant diuersae significationes. Figura dictionis est similitudo dictionis ad dictionem, quantum ad modum signifi- candi, propter quam earum significata, vt eadem interpretantur. Est autem figura dictionis, quaedam intrinseca, quaedam extrinseca. Intrinseca est similis terminatio dictionis cum dictione. Extrinse- ca est suppositio, vel copulatio eiusdem, vnde haec fallacia est de- ceptio proueniens ex similitudine dictionis. Huius tres sunt spe- cies principales. Prima vtriusque simili translatione dictionis, vt hic. Qualicumque terminatio est in illa, talis est poera, sed missa est se- minia generis, ergo poeta. Secunda prout ex mutatione praedica- menti, & hoc est, quando vnum praedicamentum commutatur in aliud, vel aliqua species vnius praedicamenti in aliam eiusdem, vt hic. Quanti homines sunt in hac domo, sunt in illa; sed decem sunt in hac &c. Tertia prouenit ex variata suppositione, vt hic. Homo est dignissima creaturarum, Sortes est homo, ergo &c. Vel tertia species dicitur vniuocatio, quae prouenit quotiens interpretatur quale quid, vt hoc aliquid, siue commune, vt singulare, sic Coru- selus est alter ab homine, & coruis huius est homo, ergo coruis huius est alter a se, vel sic. Homo est species, Sortes est homo, ergo Sor- tes est species. Ad hunc modum reducuntur paralogismi, in quibus fit processus a confusa suppositione ad determinatam, vel ab immobili ad mobilem.

De fallacia Accidentis, & secundum quid, & simpliciter. Cap. XCIV.

Sequitur de locis sophisticis extra dictionem, qui praedicti sunt septem. Et primo de Accidente, quod non sumitur hic pro ascendente in praedicando, vel in essendo, sed pro accidente in consequendo, vnde potest dici medium accidentale, ad inferendū Tomus Tertius. G 3 hoc

hoc de hoc. Fiunt autem paralogismi secundum accidens, eo quod quilibet assignatur in eis rei subiecta, & accidenti, & econverso, quod non est necesse, scilicet quod quae in sunt predicatis in esse subiectis, & hoc diversimode exponitur, scilicet in prima figura & in tertia, quia in prima maior extremitas est attributum, medius terminus dicitur accidens, minor extremitas res subiecta, vnde sensus est quando quilibet, id est maior extremitas attribuitur primo medio termino, id est accidenti, in conclusione vero minori extremitati id est rei subiectae. Quod patet sic. Ab homine corruptus est alter, ipse est homo, ergo est alter a se. Maior extremitas id est alterum, attribuitur corucho respectu hominis, & ita respectu accidentis. In conclusione vero respectu simplicius, & ita respectu subiecti, similiter. Hic homo est species, Sortes est homo, ergo &c. esse specie primo attribuitur homini tanquam accidenti, in conclusione vero Sorti tanquam rei subiectae. In tertia figura sic. Quando quilibet id est maior extremitas attribuitur medio id est rei subiectae, & minori id est accidenti. Quod patet sic. Coruclus cognoscitur a re, & coruclus est veniens, ergo veniens cognoscitur a re: nam cognitio primo attribuitur corucho, tanquam rei subiectae, in conclusione vero venienti, tanquam accidenti. Similiter in his. Iste pater est tuus, & est pater, ergo est tuus pater: non valet, quia esse enim primo attribuitur cani, tanquam rei subiectae, in conclusione vero patri tanquam accidenti. In secunda autem figura fit deceptio, eo quod ea quae vni & eidem sunt eadem, credimus inter se esse eadem, vt hic. Fel est rubeum, mel est rubeum, ergo mel est fel. Secundum quid, & simpliciter sunt paralogismi, quotiens aliquid sumptum secundum partem improprie sumptam, vt simpliciter concluditur. Et dicitur aliquid sumi secundum partem improprie sumptam, quando huiusmodi pars non ponit suum totum, sicut homo mortuus, non ponit hominem album dentes, non ponit album, sed crispus caput ponit crispum simpliciter, vnde per aliquod tunc non est paralogizare, sed secundum partem solummodo improprie sumptam, & hoc potest fieri iuxta partem subiectiuam sic. Cesar non est, & est opinabile, ergo est quod non est. Vel iuxta partem integram sic. Indus est niger, & est albus dentes, ergo est albus, & niger. Vel iuxta partem in tempore sic. Comedere carnes est bonum, in die venis est malum, ergo est bonum & malum. Vel iuxta partem in loco sic. Mactare patrem est malum, in triuanis est bonum: ergo &c. Vel iuxta partem in modo, vt dicatur pars in modo nomen determinans aliud nomen, sic. Hoc est bonum, & est malum ergo, ergo &c. vel sic. Diuitiae sunt bona, non bene ventis sunt mala, ergo &c. secundum hunc locum fieri dicantur huiusmodi paralogismi. Ergo dico falsum, ergo verum est me dicere falsum, & dico hoc, ergo dico verum. Et soluit Aristoteles dicens, quia hoc dicitur falsum est simpliciter, verus autem quo, & concluditur verum simpliciter.

De ignorantia elenchis, & petitione principij, & consequente. Cap. XCVI.

SECUNDUM ignorantiam elenchis sunt paralogismi, eo quod signoratur siue omittitur ratio elenchis. Et dicitur elenchus ab Aristotele contradictio vnus & eiusdem, non nominis tantum, sed rei & nominis, non synonymi, sed eiusdem ex his quae data sunt de necessitate, non connumeratio quod est in principio, secundum idem ad idem, similiter & in eodem tempore. Fiunt ergo huiusmodi paralogismi ex obmissione huius definitionis, & proprie defectum huiusmodi differentiarum, secundum idem, in eodem tempore, ad idem similiter, sic Duo sunt duplum vnus, & non sunt duplum trium, ergo &c. non valet, quia in praemissis ponitur affirmatio & negatio non ad idem, & inferitur, vt ad idem, quare ignoratur elenchus. Hoc est duplum huic secundum longitudinem, & non est duplum secundum latitudinem; ergo duplum est, & non duplum. Et patet responsio, quia in praemissis sumitur affirmatio & negatio non secundum idem, quare non sumitur vera contradictio. Fortes currit in a, & non currit in b. ergo &c. De petitione principij notandum est, quod principium nihil aliud est hic, quam principale propositum, quod debet probari. Fiunt ergo paralogismi secundum hoc, quando ad probandum aliquid sumitur idem, siue aliquid minus notum. Et hoc quinque modis, vt distinguitur in 8. Topicorum, quod iam supra posuimus. Secundum consequens, vt dicit Aristoteles, sunt paralogismi, eo quod credimus consequentiam conuerti, quae non conuertitur. Et hoc fit dupliciter, quando scilicet proceditur a superiori ad inferius affirmando, vel ab inferiori ad superius cum negatione, fit consequens. In Rhetoricis similiter paralogizatur secundum consequens, quando aliquid consequens ut in pluribus, accipitur ut consequens in omnibus, sic iste est compressus, ergo est adulter, tamen potest reduci ad aliquem modum praedictum iste processus.

De fallacia secundum non causam vs causam. Cap. XCVII.

SECUNDUM non causam, ut causam sunt paralogismi (ut dicit Aristoteles) eo quod propositio non causa, habens tamen conuenientiam cum illis quae sunt causa, ut causa sumitur, & velut propter eam fiat conclusio, interuenit sic Anima & vita sunt idem, mors & vita sunt contraria, generatio & corruptio sunt contraria, sed mors est corruptio, ergo vita est generatio, ergo vivere est generari, sed hoc est impossibile, non ergo anima & vita sunt idem. Itaque in huiusmodi syllogismis ad impossibile, in quibus interuenit aliqua praemissarum, maxime accidit haec fallacia, & quia ad vltimam conclusionem, vnde dicit Aristoteles, quod in huiusmodi paralogismi non sunt simpliciter syllogizati, sed ad propositum. Secundum plures interrogationes sunt paralogismi, eo quod interrogatio plures, ut una accipitur, & datur responsio una tantum, cum deberent plures dari, sic demonstratis duobus quorum unum sit bonum, alterum malum, putabitis ita sunt bona vel non: si sic, ergo hoc est bonum demonstrato malo: si non, ergo hoc est malum, demonstrato bono. Cum prima enim interrogatio sit plures, plures debent dari responsiones, ut, hoc quidem bonum, aliud autem malum, unde cum datur una responsio, prouenit inde deceptio. Dissert autem enunciatio plures, & interrogatio plures, quia dicitur enunciatio plures a pluritate rerum enunciatarum, quando scilicet enunciatur plura, de pluribus, ex quibus non fit vnum, vel plura de vno, vel vnum de pluribus. Ab eodem dicitur interrogatio plures, & praeter hoc, ab actu interrogandi, vnde si dicatur, Omnis homo currit, vna est enunciatio, siue propositio: si autem interrogetur, fiet interrogatio plures, & hoc ab actu interrogandi est, cum eidem debeantur responsiones plures, vnde prouenit haec fallacia cum ad huiusmodi interrogationes plures, vel enunciationes plures, datur vnica res, simpliciter negando, vel simpliciter affirmando, ad quod sequitur inconueniens.

De solutione paralogismorum. Cap. XCVIII.

ARISTOTELES in Elenchis, lib. 2. Scire autem paralogismorum solutiones ad duo valet, primo quidem ad philosophiam, deinde ad gloriam, vel apparentem sapientiam, scilicet vt videatur homo circa omnia exercitatus esse, & in nullo incertum se habere. Ad philosophiam autem dupliciter, scilicet vt homo sciat quot modis vnumquodque dicitur, & quae similiter in rebus accidunt, & in nominibus, & vt non facile ab alijs paralogizetur, alioquin & a seipso frequenter hoc ipsum parietur. Alter. Modus autem solvendi paralogismos est vniuicuique fallaciam siue locum sophisticum assignare, & in consequentiam conclusionis ostendere, sicut iam superius actum est ex 8. libro Topicorum, in capitulo de falsa oratione. Haec igitur ad praesens de arte sophistica breuiter dicta sufficiant. Nunc iam ad ea transferendum est, quae ex partibus Logice iuxta diuisionem Alpharabij restant, ad Rhetoricam scilicet, & Poeticam. Et primo de Rhetorica differendum.

De arte Rhetorica. Cap. XCIX.

De dignitate Rhetorices secundum Tullium.

RHETORICES dignitatem, & excellentiam ne silentio praetereamus. Marci Ciceronis testimonium afferamus, in primo de Oratore ita inquit. Quid est enim tam admirabile, quam ex infinita multitudine hominum vnum existere, qui id quod omnibus natura datum sit, vel solus, vel cum paucis facere possit: Aut tam iucundum cognitu, atque auditu, quam ex sapientibus sententijs, grauiusque verbis, exornata oratio, atque polita. Aut quid esse potest in otio incundius, quam sermo facetus, & nulla in re rudis? Hoc enim praestamus, vel maxime feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimeret inter nos sensata possumus. Ob quam rem quis hoc iure miretur, summeque in eo laborandum esse arbitretur, vt quo vno homines maxime bestijs praesent, in hoc hominibus ipsis antecellat arte, & vsu qui omnium magistrorum precepta superat. Ac ne plura, quae penes sunt innumerabilia conseruemus, breui comprehendamus. Sic enim statum perfecti Oratoris moderatione, & sapientia non solum ipsius dignitatem, sed & priuatorum, & plurimum, & vniuersae Reipub. salutem maximo contineri.

De diffinitione Rhetorica.

ISTO RVS vbi supra. Rhetorica est bene dicendi scientia, in ciuilibus questionibus ad persuadendum iusta, & bona in re-

De partibus orationis Rhetoricae. Cap. CI.

ISTO RVS vbi supra. Partes orationis in arte Rhetorica quatuor sunt, scilicet Exordium, Narratio, Argumentatio, Conclusio. Harum prima auditoris animum prouocat, secunda res gestas explicat, tertia fidem assertionibus facit, quarta finem totius orationis complectitur. Inchoandum est itaque taliter, vt beniuolum, docilem, vel attentum audiatorem faciamus, beniuolum predicando, docilem instruendo, attentum excitando. Narranda est itaque, vt breuiter, atque aperte loquamur. Argumentandum est vt primum nostra firmemus, de hinc aduersa contringamus. Concludendum est ita, vt concitemus animos audientis implere quae dicimus. Tullius in Rhetorica prima. Partes orationis Rhetoricae sunt sex, scilicet exordium, narratio, partitio, confirmatio, reprehensio, conclusio. Exordium est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliqua dictionem, quod euenit si cum beniuolum, attentum, docilem, fecerit. Beniuolentiam quatuor ex locis comparatur, scilicet ex nostra, ab aduersariorum, & a iudicium persona, & a causa ipsa vnde agit. Attentos auditores facimus, si ea, quae dicturi sumus noua, & magna, & vtilia demonstramus esse, & nos breuiter causam nostram exposituos pollicemur. Dociles eos facimus, si aperte, ac breuiter summam causae exponimus. Cumque docilem velis facere, simul & attentum facere oportet. Nam is maxime docilis est, qui attentissime audire paratus est. Narratio est rerum gestarum, aut vt gestarum expositio, quam oportet habere tria, scilicet vt sit breuis, & probabilis, & aperta. Multos autem imitatio breuitatis decipit, vt cum breues se esse putent, longissimi sint, cum dent operam, vt multas res breuiter, non vt paucas dicant. Partitio illustrem, & perspicuam totam facit orationem. Iulius partes sunt duae, vna quae quid cum aduersarijs conueniat, & quid in controuerfa relinquatur ostendit, ex qua certum quidam designatur auditori, in quo animum debeat habere occupatum. Altera in qua earum rerum, de quibus dicturi sumus, breuiter expositio ponitur distributa, ex qua conficitur, vt certas res animo teneat auditor, quibus dictis intelligat fore peroratum. Et haec debet habere tria, scilicet ab solutionem, & breuitatem, & paucitatem. Confirmatio est per quam argumentando nostrae causae fidem, & auctoritatem, & firmamentum adiungit oratio. Reprehensio est per quam argumentando aduersariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut alleuiatur. Conclusio totius est orationis exitus, & determinatio.

De rebus expetendis. Cap. CII.

ISTO RVS vbi supra. Veram expetendarum tria sunt genera, vnum quod sua vi nos allicit ad se, non emolumento aliquo captans, sed sua dignitate trahens, vt virtus, scientia, veritas. Aliud quod non propter suam vim & naturam, sed propter fructum, & utilitatem petendam, vt pecunia. Tertium est horum partibus iunctum, scilicet quod & sua, vt & dignitate nos ducit; & per se quandam utilitatem gerit, ex quo magis expectatur, vt amicitia. In primo genere sunt honesta, in secundo vtilia, in tertio ea, quae scilicet honestatis partem continent, partem vtilitatis, sed in meliorem partem vocabuli conferantur, & honesta nominentur. Ex his conficitur, vt appetendarum sint partes, honestas, & vtilitas; vitandarum autem, turpitudine, & inutilitas. Honesti autem partes duae sunt, quarum altera simplex, altera iuncta, id est, vna propter se ex toto appetitur, altera ex aliqua parte propter se, ex altera propter vtilitatis fructum. In primo genere omnes res vna vi, atque vno nomine virtus amplectitur. Nam virtus est habitus animi naturae, modo rationi consentaneus. Et habet quatuor partes, scilicet prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Prudentia est rerum bonarum, & maliarum scientia. Iustitia est habitus animi communi vtilitate conseruata, suam cuique tribuens dignitatem. Fortitudo est considerata periculum susceptio, & laborum permissio. Temperantia est rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma, & moderata dominatio. Haec omnia propter se solum (vt nihil addatur emolumentum) petenda sunt. Propter se autem vitanda sunt, non modo ea, quae his contraria sunt, vt fortitudinis ignauia, iustitiae iniustitia, verum etiam illa, quae propinqua, & finitima esse videntur. Vnicuique enim virtuti finitimum vitium reperitur, vt audacia fidentia, pertinacia perseuerantia, superstitio religio, & huiusmodi. In secundo autem generi honesti, scilicet, quod partim dignitate sui, partim vtilitate nos allicit, sunt haec, gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Gloria est frequens fama de aliquo cum laude. Dignitas est alicuius honesta, & cultu, & honore, & verecundia digna auctoritas. Amplitudo est potentiae, vel maiestatis, vel aliquarum copiarum magna abundantia. Amicitia est voluntas erga aliquem bonarum rerum illius ipsius causa, quem diligimus.

rum, personarumque, negotij causa. Dicta est autem Rhetorica Graecae, a copia locutionis. Rhetis enim apud Graecos locutio dicitur. Rhetor Orator. Differunt autem Rhetorica, Color, & Eloquentia, vt superius, & inferius. Vnde Rhetorica est ars exornandi sententias seu dictiones, siue fuerint vocetens expressae, siue subintellectae. Quia Rhetor, siue exercet artem, siue non, semper dicitur habere Rhetoricam. Sed Color est, cum verba in debita voce vniuntur, & cum hoc vocetens prolata, per debitos modos, & tanquam colores depinguntur. Sed Eloquentia dicitur solum ars, siue conceptualis, siue mentalis, non tamen ad hoc vocetens, vel verboremus expressa, & ergo vbiq; est Color, & Eloquentia ibi est Rhetorica, & non econuerso. Boetius in Topicis, 4. lib. Dissert autem Rhetorica a Dialectica, quia Dialectica tantum thesium confiderat, id est quaestiones sine circumstantijs. Et si quando haec ad disputationem sumit, non principaliter quidem. Sed omnem eius vim, ad thesium de qua dissertit, trahit. Rhetorica vero de hypothesebus, id est quaestionibus circumstantiarum multitudine inclusit tractat, ac dissertit & si quando thesium assumperit, ad hypothese finem trahit. Circumstantiae autem istae sunt. Quis Quid. Vbi, quibus administris, cur, quomodo, quando. Item dialectica interrogatio, ac responsio confecta est. Rhetorica vero rem proprie tatis continua oratione decurrit. Rursum perfectis syllogismis vtitur Dialectica, Rhetorica vero, enthymematum breuitate contenta est. Item Rhetor praeter aduersariam habet iudicem, qui inter vtroque disceptat. Dialectico vero ille responsum quasi sententiam fert, qui aduersarij sedet. Omnis itaque earum differentia, vel in materia, vel in usu, vel in fine constituta est, siue, dico, quia haec quidem iudici persuadere, illa vero, quae vult, ab aduersario extorquere conatur.

De Operatione, & eius institutione. Cap. C.

INSTRUMENTVM Rhetorice facultatis est Orator, quae in ciuili quaestione versatur & continue decurritur, huius effector est Orator, cuius officium est dicere apposite ad persuasionem. Finis vero duplex, in ipso scilicet benedixisse, in altero vero persuasisse. Iudorus vbi supra. Orator autem est vir bonus, dicen- di peritus. Vir bonus constitit natura, moribus, vita, artibus. Dicendi peritus constitit artificio & eloquentia, quae constat partibus vt scilicet inuentione, Disputatione, Memoria, Pronunciatione, & sine officij, quod est aliquid persuadere. Ipsa autem peritia dicendi in tribus rebus consistit, scilicet natura, doctrina, vsu. Natura, ingenio, doctrina, scientia, via, assiduitate. Haec sunt enim, quae non solum in oratore, sed in vnoquoque homine artifice expectantur, vt aliquid efficiat. Quintilianus de oratoria institutione libro primo. Ante omnia futurus orator, cui in maxima celebritate, & in media republica viuendum est, assuescat iam a tenore non reformidare homines, nec solitaria vita pallefcere. Excitanda est mens & attollenda semper; quae in huiusmodi secretis aut languescit, & quandam velut in opaco situm ducit, aut contra inani persuasionem languescit. Necesse est enim sibi plurimum tribuat, qui se nemini comparat. Consuetudo est certissima loquendi magistra, vtendumque plano sermone est, vt nummo cui publica forma est, vsitatis enim tutius vnum, noua verba non sine periculo fingimus. Idem in secundo. Multo labore, assiduo studio, varia exercitatione, plurimis experimentis, altissima prudentia, persentissimo consilio constat ars dicendi. Persuadet autem & pecunia, & gratia, & auctoritas, & dignitas dicentis. Postremo etiam aspectus ipse sine voce. Tullius in libro de Oratore. Memoria est thesaurus omnium rerum, qui nisi cultos inuentis, cogitatisque rebus adhibeatur, omnia (etiam si praecleara fuerint) in oratore sunt peritura. In hoc autem maxime bestijs praecellimus, quod inter nos loquimur, & sensa verbis exprimere possumus. Quis ergo hoc iure non miretur, & in eo laborandum esse arbitretur: vt quo homines maxime bestijs, in hoc hominibus ipsis antecellant, ingenium autem propter celerem motum, & vberes ad cogitandum, & loquendum maximam vim afferat ad operandum. Porro quicquid est in quo in dicendo offenditur, istud etiam ea quae laudanda sunt obruit. Qui etiam optime dicit, maxime dicendi difficultatem, varioque euentus orationis, expectationemque hominum pertimescit, quod in multis aduersere soleo, & in meipso etiam saepissime experior, vt exalbescam in principijs dicendi, & tota mente atque artibus omnibus contremisecam. Idem in Rhetorica secunda. Oportet autem in oratore esse inuentionem, dispositionem, eloquentiam, memoriam, pronunciationem. Inuentio autem in sex partes orationis consumitur, scilicet exordium, narrationem, diuisionem, &c. De quibus infra.



ligit cum pari voluntate. Vilitatis autem duæ sunt partes, scilicet incolumitas, & potentia. Incolumitas est salutis tuta, atque integra conseruatio. Potentia est ad sua conseruanda, & alterius obtinenda idonea rerum facultas.

De generibus causarum, Cap. CIII.

DEM in Rhetorica secunda. Tria sunt genera causarum, quæ recipere debet Orator, scilicet Demonstratiuum, Deliberatiuum, Iudiciale. Demonstratiuum est, quod tribuitur in aliquis certæ personæ laudem, vel vituperationem. Deliberatiuum est positum in consultatione, quod habet in se suasionem, & dissuasionem. Iudiciale est, quod in controuersia positum est, quod habet accusationem, aut petitionem cum defensione. Iudorus vbi supra. Demonstratiuum genus est, in quo de quibuslibet vilitatibus vita, quid aut debeat aut non debeat fieri tractatur. Demonstratiuum in quo laudabilis persona, aut reprehensibilis ostenditur. Iudiciale, in quo de ipsius personæ factis, aut pænis, aut præmij sententia datur. Deliberatiuum genus duplex est, suasio, & dissuasio. Suasoria autem in tribus locis diuiditur, honesto, vtili, & possibili. Demonstratiuum duas habet species, laudem, & vituperationem. Laudis ordo tribus temporibus distinguitur, ante ipsum, in ipso, post ipsum. Pari ordine e contrario, & in vituperatione hominis, hæc forma seruanda est, ante ipsum hominem, in hominem, post hominem. Boetius vbi supra. Itaque demonstratiuum genus finem habet, honestum, & bonum. Deliberatiuum, vtile, vel honestum. Iudiciale vero iustum. Iudorus vbi supra. Species causarum sunt quinque, id est, honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causa genus est, cui statim, sine oratione nostra, fauet animus auditoris. Admirabile est, quo attentus fit animus eorum, qui audituri sunt. Humile est, quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendum videtur. Anceps est in quo, aut iudicatio dubia est, aut causa honestatis, & turpitudinis particeps, vt & beniuolentiam, pariat, & offensam: Obscurum in quo, aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis, causa cernitur implicata.

De speciebus Rhetoricis, Cap. CIIII.

STATUS apud Rhetores dicitur ea res, in qua causa consistit, id est, constitutio fit autem ex intentione, & depulsiōne. Status autem causarum duo sunt, rationalis, & legalis. De rationali oriuntur coniectura, finis, qualitas, translatio. De fine, iudicialis, & negocialis. De iudiciali, absoluta & assumptiua. De assumptiua concessio, remotio criminis, relatio criminis, comparatio. De concessione purgatio, & deprecatio. Item ex legali statu hæc oriuntur, id est scriptum, & voluntas, legis contrariæ ambiguitas, collectio siue ratiocinatio, & diffinitio legalis. Boetius vbi supra. Rhetorica quidem inest speciebus, species autem causis. Causa est controuersia alia constitutione formata, causarum vero partes status esse dicuntur, quos etiam constitutiones, aut questiones nominare licet. Omnes autem Rhetoricæ questiones, aut in aliquis scripti controuersia versantur, aut præter scriptum, ex re ipsa sumunt contentiōnis exordium. In scripto quinque modis sunt. Primus modus est cum hic scriptoris verba defendit, ille sententiam, & hic dicitur scriptum. Secundus cum inter se leges quadam contrarietate dissentiant, & dicitur status legis contrariæ. Tertius, cum scriptum, de quo contenditur, sententiam claudit ambiguum, & hic dicitur ambiguitas. Quartus cum ex eo, quod scriptum est, aliud non scriptum intelligitur, & hæc ratiocinatus syllogismus dicitur, quoniam hic per ratiocinationem, & quandam syllogismi consequentiam inuestigatur. Quintus cum sermo scriptus est, cuius non facile ius & natura clarescit, nisi diffinitione detecta sit, hic vocatur finis in scripto. Earum vero, quæ præter scriptum, in ipsarum rerum contentione positæ sunt, hæc diffinitionis scilicet an sit, quid sit, quale sit, prima dicitur coniecturalis questio, secunda finita constitutio, tertia generalis qualitas, in qua tamen & qualitas, & quantitas comparationis versatur ratio. Hæc autem in duas partes distribuitur. Aut enim in præteritum queritur de qualitate propositi, & hæc dicitur questio iudicialis. Aut in præsens, vel futurum, & hæc negocialis. Iudicialis in duas partes diuiditur: aut enim in ipso factio ius defensionis inest, & hæc absoluta qualitas dicitur, aut extrinsecus assumitur, & hæc assumptiua questio dicitur. Sed hæc in quatuor partes dirimatur, aut enim conceditur crimen, aut remouetur, aut refertur, aut comparatur. Conceditur quidem cum nulla introducitur facti defensio, sed venia postulat. Quod sit dupliciter, scilicet aut deprecando, si nihil accusatio

nis attuleris, aut purgando deprecariis. Purgatio autem fit cum facti culpa his ascribitur, quibus obstiti non possit, nec tamen personæ sint, id enim in aliam constitutionem cadit. Sunt autem hæc imprudentia, casus, necessitas. Remouetur crimen, cum ab eo qui inest factus in alium transfertur. Et hoc dupliciter, remouendo causam, vel factum. Causa remouetur, cum aliena potestate aliquid esse factum ostenditur. Factum vero, cum alius aut potuit aut debuisse facere demonstratur. Et hæc maxime valent, cum talis in nos intenditur actio, quod nos id fecerimus, quod fieri non oportuit. Refertur crimen, cum in aliquem iuste committitur esse factus ostenditur, eo quod in iniuriam sepe fuerit, & id pati meruit. Comparatio fit cum propter meliorem vtilioremve rem, factum quod aduersarius arguit, committitur esse defenditur. Horum autem omnium sunt proprie differentie, ac diuisiones minutissime, quæ in Rhetorum libris diligentius continentur.

De Syllogismis Rhetoricis, Cap. CV.

ISTORVS vbi supra. Syllogismus Græco Latine argumentatio appellatur. Argumentatio autem dicta est quasi, arguta mentis oratio, qua inuentum probabile exequitur. Syllogismus igitur est, propositio, & assumptio, confirmatio, & extrema conclusio, aut ex ambigentis incerto, aut ex fiducia comprobantis. Constat enim tribus partibus, propositio, assumptio, conclusio. Syllogismus apud Rhetores principalia genera duo sunt, inductio, & ratiocinatio. Inductio est, quæ rebus non dubiis captat assensionem eius, cum quo instituta est, siue inter philosophos, siue inter Rhetores, siue inter sermocinantes. Inductionis membra sunt tria, prima propositio, secunda illatio, quæ & assumptio dicitur, tertia conclusio. Propositio inductionis est, quæ similitudines concedende rei necessario vnus inducit, aut plurius. Illatio inductionis est, quæ rem de qua contendit introducit. Conclusio, quæ aut concessionem illationis confirmat, aut quid ex ea conficiatur declarat. Ratiocinatio est oratio, quæ id, de quo est questio, comprobatur. Ratiocinationis modi sunt duo, primus Enthymema, qui est imperfectus syllogismus, atque Rhetoricus. Secundus Epichirema, qui est in Rhetoricis latior Syllogismus. Enthymematis membra sunt quinque, primum conuincibile, secundum ostentabile, tertium sententiale, quartum exemplabile, quintum collectiuum. Sequitur Epichirema defendens de ratiocinatione latior, executor ratiocinatus Syllogismus, latitudine distans, & productione sermonis, a dialecticis syllogismis, propter quod Rhetoribus datur. Hic autem constat tribus modis, primus modus tripartitus est, secundus quadripartitus, tertius quinquepartitus. Tripartitus Epichirematicus syllogismus est, qui constat membris tribus, i. propositio, assumptio, conclusio. Quadripartitus est, qui constat ex membris quatuor, prima expositione, secunda assumptione, & vna propositio, siue assumptionis conuincta, tertia probatione, & conclusio. Quinquepartitus itaque est, qui constat ex membris v. id est, prima propositio, secunda eius probatione, tertia eius assumptione, quarta eius probatione, quinta conclusione.

De Locis Rhetoricis, Cap. CVI.

ORERTVS vbi supra. Locos omnes Rhetoricos ex attributis personæ vel negotio venire necesse est, persona est quæ in iudicium vocatur, cuius dictum aliquod, factum ue reprehenditur. Negotium est factum, dictumve personæ, vel propter quod in iudicium versatur. In his duobus omnis iudiciorum ratio versatur, persona scilicet & negotio. Hæc ergo duo non possunt argumenta facere, quia de ipsis questio est. Argumentum enim est ratiocinatio dubie faciens fidem, de quibus autem dubitatur, ea fidem facere non possunt. Faciunt autem negotia fidem ea, quæ sunt personis, & negotiis attributa. Et si quando persona negotio faciat fidem, vt si credatur rem publicam sensisse Catilinam, quia persona est viciorum turpitudine denotata: tunc non in eo quod persona est, & in iudicium vocatur, sed in eo quod ex attributis personæ quædam suscipit qualitatem. Vt autem rerum ordo clarius elucescat, sciendum, quod circumstantiæ sunt, quæ conuenientes substantiam questionis efficiunt. Hæc autem in duo sic partitur, vt eam quæ quis in attributis personæ ponat, reliquas autem in attributis negotio constituat. Et primam quidem, quam personæ attribuit in 11. partes diuidit. Hæc sunt autem nomen, natura, vicius, fortuna, studium, casus, affectio, habitus, consilium, facta, & orationes, ea duntaxat quæ extra illud factum dictumque sunt, quod nunc in iudicium deuocatur. Reliquarum vero, quas in attributis negotio ponit, quid, & cur, cum ipso negotio continentia dicitur. Cur in causa est constituens. Quid autem in quatuor partes fecans scilicet in summam facti, vt est parentis occisio, & auerfa-

ctum, vt concitus gladium arripuit: & dum sit, vt vehementer percussit, & post factum vt in abditio sepeliuit. Postremas autem quatuor circumstantias ponit ingelitionem negotij, quæ est secunda pars attributorum negotij. Et illam quidem, quæ est quando, diuidit in tempus, vt nocte fecit, & occasionem, vt cunctis dormientibus: vbi vero dicit locum, vt in cubiculo, quomodo autem modum, vt clam: quibus auxiliis facultatem, vt cum multo exercitu. Tertia pars eorum, qui attributa negotio dicuntur, sunt adiuncta negotio, vt genus, vel species, contrarium, euentus, comparatio. Consecutio vero quarta pars est attributorum negotio: hæc itaque quæ in attributis personæ, ac negotio constant, sunt velut in dialecticis locis ea, quæ in ipsis de quibus querit herent.

Adhuc de eodem, Cap. CVII.

RELATA vero, quæ vel sunt adiuncta negotio, vel generum negotium consequuntur talia sunt, qualia ea, quæ secundum Themistium partim rei substantiam consequuntur, partim extrinsecus sunt, partim in medijs versantur. Secundum Ciceronem autem inter affecta sunt numerata, vel extrinsecus posita. Sunt enim adiuncta negotio, affecta quodam modo ad id, de quo queritur. Nam circumstantia septem prædicæ cum comparari experiri, & quasi in relationem venire, si quid ad se continens, vel ad id quod continet referatur, aut species fit, aut genus. Si autem ad id quod ab eo longissime distet, contrarium, si vero ad finem suum, & exitum, euentus est. Eodem quoque modo ad maiora: & minora, & paria siue similia comparatur. Et hi quidem loci a prioribus differunt, quia illi vel facta continent, vel factis in separabiliter adherent, vt locus & tempus &c. Hæc vero scilicet adiuncta negotio, non ipsi negotio adherent, sed accidunt circumstantiis, & tunc demum argumenta præbent, cum ad comparationem veniunt. Consecuentia vero negotium, nec in ipsis rebus inueniunt, nec eis inseparabiliter adherent, nec ex comparatione reperiuntur, sed rem gestam vel antecedunt, vel consequuntur, & hic locus totus extrinsecus est. Primum enim in eo queritur non de re, sed de nomine, scilicet quod, id quod factum est, appellari conueniat. Deinde quæ sit eius rei lex, conseruatio, passio, iudicium, sententia, artificium & cætera huiusmodi extrinsecus. In hoc ergo quæ prior habet negotio attributa diuidere, scilicet, vt sint partim continentia cum negotio, & hæc sunt facta; partim vero in gestione negotij, & hæc factis adherent, partim quoque adiuncta negotio, & hæc in relatione ponuntur, partim etiam gestum consequuntur negotium, & horum fides extrinsecus sumitur. Hæc de Rhetoricis locis sufficiant.

De constructione, & ornatu orationis Rhetoricæ, Cap. CVIII.

ISTORVS vbi supra. Componitur autem, & instruitur omnis oratio verbi coma, eolon, periodo, Coma est particula sententiæ. Colon membrum, Periodus ambitus, vel circuitus. Fit autem ex coniungitione verborum coma, ex comate colon, & ex colon periodo. Periodus autem longior esse non debet, quam in vno spiritu profertur. Præterea purum, & honestum oratoris eloquium, carere debet omnibus viciis, tam in literis, quam in verbis, quam etiam in sententijs. Augetur, & ornatur oratio etiam figuris verborum, ac sententiarum. Nam quia directa & perperua oratio fatigationem, atque fastidium, tam dicendi, quam audiendi creat, flectenda est, & in alias versanda formas: vt & dicentem reficiat, & ornator fiat, & iudicem diuerso vultu, auditorem deflectat, & quibus plurimæ a Donato in schematibus artis grammaticæ annotatæ sunt. Iam vero in locutionibus illo vti oportebit, vt res, locus, tempus, persona audientis efflagitat, ne prophana religioſis, ne inuerecunda castis, ne lenia grauibis, ne lasciuia serijs, ne ridicula tristibus misceantur. Hinc non sic satis videre quid dicat, nisi id quoque aperite, & suauiter dicere, ne id quidem tantum, nisi id quod dicit, & facere. Dicenda sunt quoque summifsa leniter, incitata grauiter, inflexa moderate. Hoc est enim illud rrimodum genus dicendi, Humile, medium, grandiloquum. Nā in paruis causis nihil grande, nihil sublime dicendum est, sed leni, ac pedestri more loquendum. In causis vero maioribus, vbi de Deo, vel hominum salute referimus, plus magnificentie, & fulgoris est exhibendum. In temperatis vero causis, vbi nihil agitur vt agat, sed tantummodo vt delectetur auditor, inter vtrumque moderate dicendum est. Tullius in secunda Rhetoricorum. Oratoria eloquentia tria in se debet habere, scilicet elegantiam, compositionem, dignitatem. Elegancia est, quæ facit, vt vnuquodque purè, & appetè dei videatur. Compositio est, quæ facit omnes partes orationis, æqualiter perpolitas. Dignitas est, quæ reddit ornatam orationem, & varietate distinguit.

De Aris poetica, Cap. CIX.

ACTOR. Post artem Rhetoricam dicendum restat de Poetica, quam & Alphonabius in libro de diuisione scientiarum, inter logicæ partes vltimam ponit, & ipsam in libro de ortu scientiarum ita describit. Poetica, inquit, est scientia ordinandi metra, secundum propositionem dictionum, & tempora pedum, ac numerum eorum. Idem quoque dicit in libro de diuisione scientiarum, quod poetice proprium est, sermonibus suis facere imaginari aliquid pulchrum, vel factum, quod non est ita, vt auditor credat, & aliquid abhorreat, vel appetat: quamuis cum certum sit non ita esse in veritate, animi tamen audientium eriguntur ad horrendum, vel appetendum, quod imaginatur. Habet autem poetice septem species, scilicet Comediam, Tragediam, Inuentionem, Satyrā, Fabulam, Historiam, Argumentum. Est autem Comædia poetis, exordium tristo, læto sine commutans. Tragedia vero poetis, a læto principio in tristem finem desinens. Inuectio est carmen reprehensorium animo bono compositum. Fabula est nec vera nec veri similis narratio. Historia est rei gestæ narratio. Argumentum est rei vilis voluntaria similitudo.

De Poetis, Cap. CX.

ISTORVS libr. 8. Poetæ inde sunt dicti, sicut ait Tranquillus, cum primum homines exuta feritate rationem vitæ habere cepissent, seq; ac Deos suos nosce, cultum modicum ac sermonem necessarium commenti, sibi vtriusque magnificentiam ad religionem Deorum suorum excogitauerunt, laudisque eorum, & verbis illustrioribus, & iucundioribus numeris extulerunt. Id genus, quia forma quædam efficitur, quæ poetes dicitur, poema vocari est, cuiusque hictores poeta. Lyrici poeta dicuntur, a poetæ lyrii: a varietate carminum, vnde & lyra dicitur. Tragedi dicti sunt, eo quod initio canentibus premium erat Hyrcus, quem Græci Tragos vocant. Comædi appellati, siue a loco, quia circum pagos agebant, quos Græci comas vocant, vel a commedatione. Solebant enim post cibos, homines ad eos audiendos venire. Sed comici priuatorum hominum prædicant acta. Tragici vero res publicas, ac regum historias. Item Tragicorum argumenta ex rebus luctuosissimis sunt. Comitorum ex rebus legis. Duo sunt genera comitorum, veteres, & noui, veteres qui & ioco ridiculares extiterunt. vt Plautus, Actius, Terentius. Noui qui & satyrici, a quibus generaliter vitia carpuntur, vt Flaccus, Persius, Iuuenalis, vel alij, hi enim omnium delicta corripunt & describunt, vnde & nudi pinguntur, eo quod per eos vitia singula denudentur. Satyrici, autem dicti, siue quod pleni sint omni facundia, siue a saturitate & copia. De pluribus enim simul rebus loquuntur. Quidam autem poetae theologi dicti sunt, quoniam de Dijs carmina faciebant. Officium autem poetæ in eo est, vt ea quæ vere gesta sunt, in alias species obliquis figuratiōibus cum decore aliquo conuersa transducatur. Apud poetas autem tres characteres esse dicunt, vnum, in quo tantum poeta loquitur, vt est in libro Virgilio Georgicorum. Alium Dramaticum in quo poeta nunquam loquitur, vt est in Comædijs & Tragedijs. Tertium mixtum, vt est in Eneide. Nam poeta illic, & introductæ personæ loquuntur.

De Prosa, & Metro, Cap. CXI.

DE M in tertio. Prosa est producta oratio, & a lege Metri soluta. Profum enim antiqui productū dicebant, & rectū. Alij prosam aiunt dictam, eo quod sit Profusa. Præterea sciendum, tam apud Græcos, quam apud Latinos longe antiquiorem curam fuisse carminum, quam profæ: omnia enim prius versibus condebantur. Metra vocata sunt, quia certis dedum mensuris atque spacijs terminantur. Mensura n. Græce, Metron dicitur. Versus dicti sunt ab eo, quod pedibus in ordine suo dispositis, certo sine moderantur per articulos, qui cæsa, & membra nominantur, qui ne longius p-uolueretur, quam iudicium posset sustinere, modum statuit ratio, vnde reuertetur, & ab eo ipso versum vocatum, quod reuertitur. Huic adheret Rhythmus, qui non est certo sine moderatus, sed tamen rationabiliter ordinatis pedibus currit, qui Latine nihil aliud, quam numerus dicitur, de quo est illud. Numeros memini si verba tenerem. Poësis dicitur Græco nomine opus multorum librorum, poema vnus. Idilium paucorum versuum, distichoduum, monostichon vnus. Centones apud Grammaticos vocari solent, qui de carminibus Homeri, & Virgilio, ad propria opera more centenario, ex multis hinc inde compositis in vnum faciunt corpus ad facultatem cuiusque materiæ. Denique Proba vxor A-delphi centonem ex Virgilio de fabrica, mundi, & de Euangelij plenissime expressit. Materia composita secundum versum, & versibus secundam materiam concinnantibus. Sic quoque, & quidam Pom.

Pomponius; ex eodem poemate inter cetera filii sui ocia Tytium in Christi honorem composuit, similiter & Eneidos.

De Carmine, & eius speciebus. Cap. CXII.

CARMEN vocatur quicquid pedibus continetur, cui nomen datum existimant eo, quod carpm pronuncietur. Metra, vel a pedibus nuncupata sunt, vel a rebus quae scribuntur, vel ab inventoribus, vel a frequentatoribus, vel a numero syllabarum. A pedibus ut Dactilica, Iambica, Trocheica. A numero syllabarum, Exametrum, Pentametrum, Trimetrum. Ab inventoribus ut Saphicum, Archiloicum, Saphica Sapho mulier edidit. Archilochus quidam Archiloica scripsit. Symonidia quoque metra Symonides poeta Lyricus composuit. A frequentatoribus, ut Aesclepiodia, A rebus quae scribuntur, ut Heroicum, Elegiacum, Buccolicum. Heroicum enim carmen dictum est, eo quod virorum fortium res, & facta narrantur, nam heroes appellatur viri quasi aere, & celo digni, propter sapientiam & fortitudinem, quod metrum auctoritate cetera metra praecedat, consta. quo duobus pedibus, Dactilo, & Spondeo: at sepe penes, vel ex hoc, vel ex illo, nisi quod temperatius sit utriusque mixtura. Hoc primum Moyses in cantico Deu teronomi; longe ante Fereiden, & Homerum cecinisse probatur, unde apparet antiquiora fuisse apud Hebraeos studia carminum, quam apud gentes. Siquidem & Iob Moyse temporibus adaequata, ex metro verso, dactilo, spondeoque decurrit. Elegiacum autem dictum est eo quod modulatio eiusdem carminis conveniat miseris. Bucolicum, id est pastorale carmen appellatur, a pibus de maiori parte, quamvis Opilium Caprariorumque sermones, in his, & cantica inferantur. Hymni autem ex Graeco in Latinum laudes interpretantur. Epithalamia sunt carmina nuptiarum, quae decantantur a scholasticis in honorem sponsi & sponsae. Vocantur autem Epithalamium quod in talamis decantentur. Treinos (quod Latine lamentum vocamus) primus Hieremias versus composuit super urbem, & populum, quando captivus ductus est. Post hunc apud Graecos Symonides poeta Lyricus. Adhibebantur autem funebres atque lamentis, similiter & nunc. Epitaphium Graecae, Latine super tumulum, est enim titulus mortuorum. Scribitur enim ibi vita, mores, & eras eorum. Epigramma est titulus, quod in Latinum superscriptio interpretatur.

De Fabulis poeticis. Cap. CXIII.

FABULAS poetae, a fando nominaverunt: quia non sunt res factae, sed tantummodo loquendo fictae; quae ideo sunt inductae, ut ficto mutorum animalium inter se colloquio, imago quaedam vitae hominum noceretur. Sunt autem fabulae, aut Aesopicae, aut Libisticae. Aesopicae sunt, cum animalia muta inter se sermocinasse finguntur, vel quae animam non habent: ut verbes, & mores, petrae, & fulmina. Libisticae autem dum hominum cum bestiis, aut bestiarum cum hominibus fingitur vocis esse commercium. Fabulae poetae quasdam delectandi causa finxerunt, quasdam ad naturam rerum, nonnullas ad mores hominum interpretati sunt. Delectandi causa fictae, ut eas quas vulgo dicunt, vel quales Plautus, & Terentius composuerunt. Ad naturam rerum fabulae finguntur, ut Vulcanus claudus, quia per naturam nunquam rectus est ignis, ut illa Triformis bestia, prima leo, postrema draco, media ipsa chimera, id est caprea. Aetates hominum per eam volentes distinguere, quarum ferax & horrens prima adolescentia, ut leo, dimidia, vitae tempus lucidissimum ut caprea, eo quod acutissime videat, tunc sit senectus canibus inflexis, ut draco. Sic & Hipocentauri fabulam esse constat, id est hominem equo mixtum, ad exprimendam humanae vitae velocitatem: quia constat esse velocissimum. Ad mores, ut apud Horatium. Mus loquitur, muri, & mustella vulpecula, ut per narrationem fictam, ad id quod agitur, verax significatio referatur. Vel sicut in libro Iudicum ligna sibi regem requirunt & loquuntur ad oleam, & ad ficum, & ad vitem, & ad rubum, quod totum utique ad mores fingitur, ut ad rem, quae intenditur, facta quidem narratione, sed veraci significatione veniatur. Sic & Demosthenes orator, fabula usus est aduersus Philippum, cui cum ab Atheniensibus postularer, ut sibi decem oratores darentur, & discedere, finxit ille hanc fabulam, qua distuladeret dicens, Lupos aliquando Pastoribus quorum diligentiam decipere voluissent, suassisse, ut in amicitiam convenirent, ea tamen conditione, ut si Canes (in quibus erat causa iurgiorum) iure securitatis illis traderentur, annuissent pastores, & in specie securitatis dedissent Canes, quos Quorum suarum vigilantes custodes habebant, tunc Lupi adempta omni fortitudine, omne quod in gregibus illis erat, non pro latetate tantum, verumetiam pro libidine lacerauerunt. Philipo-

pum quoque principes populi postulare, quo facilius posset opprimere expoliata custodibus urbem.

De Fabulis fictis, contra calumniosos, & insidiosos. Cap. CXIII.

ACTOR. Tales sunt & morales Aesopi fabulae, de quibus exempli causa nonnullas hoc in loco placuit breuiter interere. Nam & si legenti, vel audienti misceant risum, acuum tamen ingenium. Verbigracia contra calumniosos fingitur, quod Agnus & Lupus sitientes ad rivulum e diuerso venerunt, sursum bibebat Lupus, longaque inferior Agnus, Lupus ut Agnum vidit, sic ait. Turbati mihi aquam bibenti, Agnus patiens dixit, quomodo aquam turbasti tibi? a te ad me decurrit, cui Lupus. Et maledicis mihi inquit. At ille. Non maledixi. Lupus vero, pater, inquit, tuus multa mala mihi ostendit. In fine autem altercationis, Lupus improba voce dixit. Et adhuc mihi loqueris Iatro, Statimque in eum direxit, & innocenti vitam eripuit. Contra illos, qui alieni saluti invidiam parant, fingit quod. Mus ut flumen transiret, auxilium a rana petiit. Illa crostium filum petens, murem ad pedem tibi ligavit, & natare cepit, in medio vero fluminis rana se immerit, at illa validius dum teneret vires, murem e contra volans, murem cum vnguibis rapuit, simul & ranam pendente sustulit. Itaque contra insidiosos. In nido Luscinia cum Accipiter federet, ut specularetur auram, paruos illic pullos inuenit, Lutetia cito superuenit, & rogabat eum parcere pullos suis: Faciam inquit, quod vis, si bene mihi cantaueris. At illa (quamuis animus excidit tanto metu coacta) pauens, & dolore plena cantavit. Accipiter qui praedam inuenerat. Non bene cantasti, inquit, prenditque unum de pullis & deuorare cepit. E diuerso enim Auiceps quidam venit, & calamo lento leuans Accipitrem visco contractum, in terram iitavit. Sic qui alij, insidiatur timere debeat.

Item eiusdem contra cupidos, & auaros, & gulosos. Cap. CXV.

PRAEETEREA contra cupidos fingit, Quod canis flumen transiens, partem carnis ore tenebat, cuius umbram cum vidisset in aquam, patefecit os suum, ut illam caperet, statim eam quam prius tenebat fluvius tulit, & illam quam sub aqua esse putabat, obtinere non potuit. Sic quisquis alienum quaerit, dum plus vult, suum perdit. Item contra inuidiam, auaritiam fingit, quod Symia Vulpem rogauit, ut de magnitudine caudae sibi daret, vnde nates suas turpissimas tegetet, quid enim, inquit, vile, ut sit pondus sine causa tantae longitudinis caudae, quam per terram trahis. Cui Vulpes ait, longior fiat & maior, & per terram illam trahat sine per petras, & spinas & lutum, ne tu meo regimine pulchrior videaris. Locuples inquit & auare, te nunc fabulam inrepat, qui non das quod tibi superat. Contra gulosos qui ad vnum prandium rem suam perdunt, hoc quoque componit. Nocturnus quidam fur, cum Cani panem immitteret, Canis ait. Panis tuus non pro gratia datur, tu ideo das, ut meo ladas, si modo mihi panem porrigas, nunquid postea daturus es mihi cum fame victus fuero, non presentem tantum vitam volo, sed futuram provideo, nolo igitur fauces meas pane claudas, sed nisi recesseris, ipse contra te latrabo, dominum ac familiam suscitabo, furemque illis nunciabo.

Item contra incautos. Cap. CXVI.

ITEM contra illos qui incaute sociantur potentibus, fingit, quod I vacca, & caprella, & ouis fuerunt sociae simul cum Leone. Qui cum in saltibus venarentur, & Ceruum caperent, factis partibus, Leo sic ait. Ego primus tollo, quia Leo, secunda pars mea est, eo quod fortior sum vobis, tertiam vero mihi defendo, quia plus vobis cucurri. Quartum autem qui tetigerit inimicum me habebit, sicque totam praedam illam sola improbas abstulit. Item contra illos qui malos incaute iuuant, fabulam componit, dicens. Ossa dum Lupus deuoraret, vnum ex illis transfuerum grauer in faucibus habuit, Lupus magno pretio, qui hoc malum extraheret inuitavit. Rogabatur Grus collo longo, ut medicinam praefareret Lupo. Id egit, ut caput mitteret, & malum de faucibus extraheret, sanato Lupo Grus reddi promissa praemia petiit, & Lupus ait, o iniuria, meis virtutibus ingrata est illa Grus, quae caput incolumis extulit non vexatum dente nostro, & mercedem sibi postulat. Item contra illos qui laudant sibi inutilia, & vituperant vitia. Ceruus de fonte bibens, sua cornua magna ut vidit, nimium laudare cepit, crura tenuia vituperavit, quod cum faceret, venatorum voces, ac repente latrare Canes audiens, iuga per campum

campum euasit. At ubi eum Sylua suscepit, magnitudo illa cornuum venantibus eum retinuit, tunc mortem suam videns, ait, quae mihi erant vitia vituperavi, & deceptuosa laudavi. Item ne quis hosti arma praestet. Securus cum facta esset homo, postulat ab arboribus, ut illi manubrium darent de ligno, quod firmum esset, quo factus, homo manubrium sumptis, & aprata secum, ramos, ac robora magna, & omnia quae voluit incidit. Tunc Fraxino Quercus ait. Digne, & bene patimur, qui roganti hosti nostro, ut ceci manubria dedimus. Ideo quis ante cogitent, ne hosti aliqua praestet.

De figuris eiusdem contra vane gloriosos. Cap. CXVII.

ITERUM contra illos, qui laudari verbis subdolis gaudent, & postea penitent, hanc fabulam fingit. Cum de fenestra coruus occasione casum raperet, altam arborem supercedit, Vulpes ut hunc vidit, de contra sic ait. O Corue, quis similis tibi, & penarum tuarum, quam magis est nitor. Quas decor esset, si vocem claram habuisses, nulla prior avis fuisset. At ille dum placere voluit, & vocem suam validius ostendere, sursum clamauit, & ore patefacto casum oblitus deiecit, quem celeriter dolosa Vulpes audiuisset, tunc stapes Coruus ingenuit, ac deceptus penituit. Fingit etiam idem fabulam, homines in dignitate, manufectos esse commouentem, hoc modo. Annis defectus, & viribus Leo, cum grauat iaceret, spiritum extremum trahens, Aper ad eum venit iratus, spumans, fulmineis dentibus, & ictum veterem vindicauit, Taurus etiam coruus, hostile corpus Leonis confudit, Alnus quoque feram, ut sic vidit, calcibus illi frontem aperuit, & ille cum gemitu suspirans, sic dixit fertur. Cum esset virtus mea sicut honor, sicut timor, ut omnes visione mea fugerent, & opinio ipsa terreret plures. Quos autem non laesit, quibus, & auxiliator tibi, ipsi malignanti mihi: & quia sum sine viribus, nullus est honor pristinus. Item contra illos, qui indecenter ad officia meliora reddenda indigni se ingerunt, hanc quoque fingit. A finis quo tidie videbat Catello blandiri dominum, & de mensa saturari, & familiam illi largiri plura. Sicque dixit Alnus fertur. Si animal in mundis tuum sic diligit Dominus meus ita & familia, quantum me si obsequium illi fecerit plus enim melior sum Cane, qui in multis rebus sum utilior, aquis & fontibus alor, cibus mihi mundus datur, melior sum Catello, meliori vita frui possam, & maximum honorem habere. Cum haec Alnus secum cogitasset, vidit dominum introire, occurrit velocius clamans profuit, & superfluit leuans pedes priores imposuit humeris domini, lingua eum lingens linuit, & maculas vestem fatigat dominum pondere suo: clamore autem domini concitatur omnis familia, fustes, & lapides arripuerunt, Alnum ferunt, debilem membris collique fractis, sic abiciunt ad praesepia, lassum atque somnium.

Item contra pusillanimes. Cap. CXVIII.

ITEM contra illos qui vanis rumoribus nimis terrentur, sic fingit. Quidam mons parturiebat, & gemitus magnus dabat, omnis natio, ut audiuit timuit, eundemque percurabat, nullus sui memor erat, mons ille tandem peperit. Murem, huius fama volat, & quod d malum putabant, in nihilum omnibus venit, quos timor inuaserat. Item contra illos qui nimis pusillanimes statum suum ferre non possunt, sic componit. Cum strepitus magnus ad Lepores veniret, & subitus, contilium inierunt, ut se praecipitent propter assiduos metus: at ubi ad oram fluminis venerunt, ranae multae quae ibi erant expauerunt, & in fluium se iactauerunt, Lepores cum hoc viderunt, vauis inquit illorum. Sunt & alij timentes, se quaerunt vitam, ut ceteri, seramus si quid accidit, neque erit toto tempore malum. Quicunque ergo malum tolerare non potest, alio rum mala inspicit. Item contra illos, qui tedio victi, & labore mortem desiderant. Fuit quidam negociator in via, qui onustum Asellum flagello, & fustis cedebat, ut citius veniret ad nundinas lucri causa: Asellus autem mortem optabat, putans se post esse se curum lassatus, & quassatus: de ipsius tamen pelle sunt tympana, & cribra, quae semper patiuntur, & qui putabat se fore securum post mortem, tenditur.

Item contra Arrogantes. Cap. CXIX.

ITEM ne quis de alienis bonis magnum se iactet, exhortatur, finit gens quod Graculus pennas Pannonum, quae ceciderant suscipit, & inde se ornauit, suosque contemnere cepit, & gregi Pannonum se miscuit. At illi ignoto, & impudenti pennas iniuriose eripiunt, calcibus ac moribus eum fatigant, miserque famiuius ab eis relinquitur, ad proprium genus redire timuit, ubi cum esset ornatus, mul-

tos iniuriose terruit: tunc vnus ex his ait illi. Si vestes tuas, quae natura dedit tibi, amulles, haec tibi iusticerent, nec ab illis iniuriam passus, nec a nobis pulsus fuisses. Item contra illos, qui se contentiose laudant. Formica, & musca contendebant acriter, quae melior illarum esset, Musca ait, nunquid te nostris potes comparare laudibus, ubi immolantur extra prima gusto in capite regum sedeo, & omnibus matrem oscui dulcia figo, de quibus rebus tu nihil. Formica ait. Contra te hoc tu dixers improba testis, laudas inportunitatem tuam. Nunquid optata venis, reges & matronas quas nominas, tu inportuna adis, & tua omnia esse dicis, cum ubi accedis, fugaris vndique quasi iniuriose abigeris. Acellate vales, bruma non appares, ego vero deliciofa hyeme sum secura, meque se quantur gaudere autem ventre si flabeilo repelleris sordida. Item contra pauperem superbum. In prato quodam Rana vidit patrem Borem, putabat se posse fieri talem, si rugosam impletet pellem, & inllans se naros suos interrogauit, sum ipsa quanta Bos? Dixit non. Iterum se inflant potius, & dixit fur, quid modo? Responderunt nihil. Tertio cum se inflare, rupta pelle mor tua est. Ideo vulgo dicitur, Noli te inflare, ne crepes.

Item contra contemptores humilium. Cap. CXX.

ITEM ad exhortationem humilium, ne quis minimos sedat fingit. Quod dormiente Leone in Sylua, Mures agrari luxuriabantur, & vnus ex illis super Leonem casu transiit. Expugnatus Leo celeri manu miserum comprehendit, qui veniam sibi dari rogabat, quia non sponte fecerat. Leo vero de Mure cogitat, vindicta quid esset in tali, si eum occideret, crimenque illi, non gloria laudis esset: ignouit igitur & dimisit. Post paucos dies ipse in foueam cecidit, qui se se captiuum agnouit, magno dolore rugire cepit, Mus autem ut agnouit, ad eum cucurrit, & re cognita: Non est, inquit, iam quod timeas, parem gratiam reddam tibi non immemorem beneficij, Tunc omnes artis illius ligaturas lustrare cepit, & loca rodenda cognoscens neruos secare dentibus, & artis illius in genia laxare cepit, sicque Leonem captum liberum restituit. Item, ut qui se felices adimant, nulli iniuriam faciant, dubiamque meminerint esse fortunam rotam. Equus quidem ornatus freno, ex argento, & auro, sellaque decora occurrit Alno in angusto delonge venienti, & onustus: & quia illi transeunt tardius dederat viam, eo quod in timore lapsus erat, Dixit Equus, Nisi me fatis contineam, te calcibus rumpere, qui obuianti mihi non cessasti, aut stetit ut transirem, Terrore igitur, & superbia illius tacuit, ingemuit miser Asellus. Nec multo post Equus currendo ruptus ac miser effusus, in illu Domini sui ad villam du tus est, ut agris portare stercus. Acceptusque rusticis utrumque, per semitam ibat onustus, quem iam intelicem in prato patens ille cognouit. Asellus, talisq; sono increpauit. Quid tibi profuerunt ornamenta illa pretiosa, ut talem haberes audaciam? nunc & tu nostris vtete nobiscum rusticis officijs.

Item contra insidiosos, & adulteros. Cap. CXXI.

ITEM contra illos, qui a suis infideliter transeunt ad alienos, I Quadrapedes cum Anibus bellum gerebant, nullamque pars alij cedebat, sed foriter ac diu pugnabat. At vespertilio, dubios & graues euentus timens, quia superior erat, & magna acies quadrapedum, contulit se ad eosdem quasi cum vincentibus. Subitoque veniens Aquila volucris se miscuit, & cedentibus quadrapedibus Anium victoria stetit. Reuersique sunt ad pristinam pacem Aues, & Quadrapedes, Vespertilio igitur Anium sententia damnatus, eo quod suos reliquisset, plumis suis expoliatus est, ut lucē fugiens noctibus nudus volaret. Sic qui se duabus partibus obnoxium commiserit, hic & illic ingratus viuut, & sibi potius reus erit. Item contra adulteros & eorum fautores: Duo homines vnus fallax, alius verax, cum ambularent, venerunt in prouinciam Symionum, quos ut vidit vnus eorum, qui se priorem alius conllicuerat, iussit homines illos teneri, & quid de ipso dixissent interrogari. Iussit quoque omnes Symios sibi similes ante se, & dextra leuaque stare, sibi que sedem contra parari, sicut viderat imperatorem aliquando facere, Iubentur igitur homines illi in medium adduci, dixitque maior ille Symius, Quid sum ego? Fallax ait: Tu es imperator, iterum ille, Et isti quos ante me vides stare? Qui respondit, Hi sunt comites tui primicerij, milites, & careri officiales. Ille ergo in mendacio laudatus est, & munerari iussus, quia adulterus est, & omnes illos fefellerit: ille autem verax homo, haec apud se aiebat. Si iste qui mendax est, sic est acceptus & muneratus: ego quid si verum dixeris? interrogatus ergo ab illo Symio. Dic tu, quid sum ego, & hi quos ante me vides? ille qui veritatem amabat, respondit.



die. Tu Symus es, & hi omnes Symii sunt similes tibi, Continuo iubetur lacerari dentibus, & vagabundus, quia quod verum est dixit. Hoc modo fieri solet a malis hominibus, vt fallacia & malitia ametur, & honestas vel veritas laceretur.

Item contra pigros. Cap. CXXII.

Item contra pigros, qui laborare nolunt, fingit indignatas manus, & pedes, ventri cibum dare noluisset, eo qd sine vilo repleatur labore. Illosq; sedente otioso, contra eum indignantes, laborare noluerunt, & seruium negauerunt, venter vero esuriens clamauit. At illi nihil per paucos dies dare voluerunt. Ieiunio autem ventre membra omnia lassauerunt, postea vero cibum dare volentes, reculat venter, quia iam clauderat vias sic membra, & venter simul interiorerunt. Item contra pigros Formica hyeme frumentum ex cauerna trahens sicabat, quod d'asilla colligens coagulauerat. Cicada autem eam rogabat esuriens, vt daret aliquid illi de cibo, vt viuere cum formica. Quid faciebas, inquit, in aestate at illa, quando mihi vacabat, per sapes oberabam cantando, Formica igitur ridens, frumentum includens ait. Si aestat e cantasti, hyeme salta. Hæc fabula pigrum docet, vt certo tempore laboret, ne dum minus habuerit, non accipiat cum petierit.

Item eiusdem contra iactantiam, & ad libertatis commendationem. Cap. CXXIII.

Item contra illos, qui quod facere non possunt, verbis, tamen se posse, & nolle ostendunt. Fame coacta Vulpes vnam sursum pendente aspexit, & alto gradu se excutens, quotiens voluit, attingere sursum, non potuit. Tadem irata, Nolo te acerbam, & immaturam, inquit, & quasi eam tangere nolens, abijt. Item contra illos, qui virtute facere nihil valent, & verbis inanibus alios terrent. Atinus e diuerso Leoni occurrit, & sic ait. Atcedamus in caecumen montis, & ostendam tibi, quia & multi me timeant, Leo ridens ait: eamus. Cumque venirent ad locum, stans Afellus in edito loco, voce dimissa clamare cepit. Quem audientes Vulpes, & Lepores currere ciperunt. Cui Leo ait. Poterit & me tertere vox tua, si non te scirem quis esses. Item contra illos, qui domos potentu facile intrant. Leo iam deficiens, languorem fingebat, per hæc fallaciam, cum certæ bestie ad visitandum eum introirent, mox eas comedebat. Vulpes autem ante speluncam veniens stetit, & salutaui eum: interrogata autem a Leone, quare non intraisti? Respondit quoniam introeuntium vestigia video, exeuntium autem non video. Item ad commendationem libertatis fingit. Quod Canis & Lupus in Sylua dum conuenirent, ait Lupus Cani. Vnde frater sic nridus, & pinguis es? Qui respondit, Quia domi ouis sum contra latrones, afferit mihi panis, dat dominus ossa, amat me tota familia, quisq; mihi cibum porrigit, aqua non deest, sub tectis cubo, & otiosus vitam gero. Cui lupus. Bone, inquit, frater, Velle, vt ista mihi contingerent, vt otiosus fatiarer cibo, & melior viuere sub tecto. Canis ait Lupo, si vis esse tibi bene, veni mecum, noli timere. Cumque simul ambularent, vidit Lupus Canis collu catheua tritum, & ait. Quid hoc est frater, quod iugum attriuit collum tuum? Et Canis: quia sum, inquit, acrior interdum ligor, no &e soluor, inter duas domos vagor, & vbi volo illic dormio. Cui lupus. Non est opus mihi istus frui, quæ laudasti: viuere volo liber, quocumque venerit mihi, rapio, liber vbi volo peragro, in eo quod placet nulla catheua me tenet, nulla impedit causa, via mihi patet in campo, de grege prius gusto, canes ingenio deludo, vine vt consueuisti, ego vt consueui ita viuo. Actor. Hæc de fabulis Aesopi excerpere volui, quas & si forte plerunq; liceat in sermonibus publicis recitare, quod etiam nonnulli prudentium faciunt, propter audientium sedia releuanda, qui talibus delectantur, simul & propter argumenta subiuncta, quæ aliquid edificationis habere videntur: nunquam tamen nisi caute, & parce id æstimo faciendum, ne qui verbis sacris ad lectum penitentia, Deique deuotionem prouocari debent, ipsi per huiusmodi nugas in risum magis, atque lasciuam dissoluantur, simul ne ad narrandas fabulas, quasi licenter, exemplo predicantium, male informentur.

De mitologia Fulgentij, & primo de vita triplici. Cap. CXXIII.

Item autem & Mitologia Fulgentij, de qua etiam integumentorum causa moralium, hoc in loco nonnulla inferere. Vbi Fulgentius in libro Mitologiarum secundo Philippi tripartita humanitatis vitam esse voluerunt, scilicet contemplatiuum, actiuu, voluptarium. Idque poetæ considerantes, trimum Dearum certamina ponunt, scilicet Mineram Junonem, & Venerem, de formæ

qualitate certantes, & primam quidem, quæ ad sapientiam, & veritatis inquisitionem pertinent. Ideo de Iouis vertice natam ferunt, quod ingenium in cerebro positum sit, hæc Mineræ attribunt, quæ Græce dicitur immortalis virgo, quia sapientia nec mori poterit, nec corrumpi. Huius in tutelam ponunt Nocturnam, eo quod sapientia etiam in tenebris proprium possidet fulgorem. Iuno vero, quam actiuæ vitæ ponunt, quasi a iuuando dicta est, vnde & regnis præele dicitur, ideoque cum sepro pingitur, quod hæc vita diuitiis studeat, quæ regni proxima sunt, in huius tutelam Pauonæ ponunt, eo quod eius caudæ curuamen anteriori faciem ornet, posterioraque turpiter nudet. Sic enim diuitiarum appetitus, & glorie momentaliter ornat, postrema tamen denudat. Vnde & Salomon in fine hominis de o. il. Tertiam quam voluptaria vitæ posuerunt, Venerem dici voluerunt, idest aut secundum Epicurum, bonam rem, aut secundum Stoicos, vanam rem. Epicuri enim voluptatem laudant Stoici damnant. Ibi libidinem colunt, illi nolunt, vnde & Aphroditi dicta est, id est, spuma, quia momentaliter, vt spuma libido surgit, & in nihilum venit, siue quod ipsa feminis concitatio spumola sit. Denique ferunt, quod ex fecibus salce Saturni virilib. & in mare proiectis, nata sit Venus, quia Saturnus Græce Cronos dicitur, id est Tempus. Abscilla autem temporis vires, idest fructus, salceque maxilla in humore viscerum, velut in mari proiecta, libidinem gignunt. Vnde Terentius ait. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Hanc etiam nudam pingunt, quod nudos adestatores sui dimittit, vel quod nunquam nisi nudis conueniat. Huius etiam rosas in tutelam adiciunt, quia rubet verecundiæ opprobrio, & pungit peccati aculeo. Et sicut rosa delectat quidem, sed cito marcescit, sic ista libertas momentaliter, & fugit perhenniter. In huius etiam tutelam Columba ponunt, eo quod aues illæ sunt in coitu feruida. Hanc in mari natantem pingunt, eo quod omnis libido rerum naufragia patitur. Concha etiam marina portari pingitur, eo quod huiusmodi animal toto corpore simul apto, in coitum miscetur, sicut Iuba in Philologis relert.

Item eiusdem contra Ebrietatem, & Luxuriam, & Auariciam. Cap. CXXIV.

Item contra Ebrietatem, & Luxuriam, & Auariciam. IVPITER cum Semele concubuit, cui natus est Liber pater, & inter Deos deputatus, cum Semele itaq; quatuor forores appellatae sunt, quia quatuor sunt Ebrietatis genera. scilicet vinolentia, Obliuio, Libido, Inlania. Vnde hæc quatuor nomina Bacce acceperunt, quasi vino baccantes, scilicet Hino est vinum, Autonee, id est, seipsam non cognoscens, Semelei corpus solutum, quarta vero Agave, comparatur infantia, quia caput filij violenter amputauit. Liber autem dicitur, eo quia vini passio liberat mentes facit. Tigribus insidere dicitur, eo quod vinolentia feritati semper instat, siue quod efferas mentes mulceat, vnde & Lienus vocatur, quasi lenitatem præstans. Iuuenis autem pingitur, quia nunquam ebrietas matura est. Ideo etiam nudus, quia nudus ebriosus remanet, vel ab eo quod mentis luce secreta denudet. Syrene Græce tractatoria dicitur. Tribus enim modis amoris illecebra trahitur, scilicet cantu, visu, consuetudine. Amator enim quedam voci suauitate, quedam speciei venustate, quedam etiam lenocinitate, & consuetudine. Mida rex Appolinem petiit, vt quicquid restigisset, aurum fieret. Cumque manus promeruisse, voti cepit effectu torqueri. Erat enim necessitas aurea, locupletisque penuria. Nam & cibus, & porus auri materia rigebat. Itaque Appolinem petiit, vt male desiderata conuerteret. Respondit, accepit, vt tertio caput sub Pactoli fluminis vndas subderet, quo facto Pactolus deinceps aureas harepas trahere dicitur. Sed euidenter poetæ alluserunt argurias, quia scilicet omnis auaritas cum omnia pretio destinat, fame moritur. Tantalum dicitur in lacu in inferno depositum, cui fallax aqua gulosis labia titilla mentis attingit, poma quoque fugitiuis cinerescunt: ta sitibus, de superficie tenus apparent pendula, huic ergo locuples visus, & pauper effectus, dum ita se illi vnda fallax præbet, vt sitiat, ita se poma ingerunt, vt esuriat. Sed hanc fabulam Petronius breuiter exponit, dicens.

Non bibit inter aquas, poma nec appendenda carpit. Tantalus infelix, quem sua vota præmunt. Diuitis hac magni facies erit omnia cernens. Qui tenet, & sicco conquisit ore sament.

Item de Libidine, & Vsurâ. Cap. CXXVI.

CHIMÆRA dicitur, quasi chimæro idest amoris fluctuatio, ideo triceps pingitur, quia tres amoris modi sunt, scilicet incipere, perficere, finire; dum enim nouiter amor venit, quasi leo feraciter inuadit. Capra que in medio pingitur, perfectio libidinis est, quia huiusmodi animal in libidine valde procliuum est, postremus

stremus Draco ponitur, quia post perfectionem dat vulnus penitentia venenumque peccati. Hanc Bullatorons occidit idest bona consuetudo invidens æquo Pegalo, quasi Pegalio, idest fonti eter no scilicet sapientia. Qui etiam penitatus dicitur, quia vniuersam mundi naturam ceteri cogitatione theoria coluistrat. Ex sanguine, id est, morte Gorgone natus dicitur, quia mitium, sapientie timor est: Gorgona enim pro terrore ponitur, ideo & in pectore Minervæ fixa est. Fneus a tenerando dicitur est. Ideo cæcus, quod omnis auaritia cæca sit, quæ sua non videt, huic Arpæ cibos rapiunt, quia rapina aliquid ei de suo comedere non permittit. Quod autem eius prandia Heroribus confedant, ostendit venatoris vitam, rapina illius esse fordidam. Actor. Hæc de fabulis moralibus, & integumentis earum ad præfens sufficiant.

De Historijs. Cap. CXXVII.

Vilius in libro de Oratore. Historia est temporum testis, lux veritatis, vita memoriæ, Magistra vitæ, nuncia veritatis. Hic dicitur vbi supra. Historia est narratio rei gestæ, per quam ea que in præterito gesta sunt dignoscuntur. Dicta autem Historia a potu historin, id est, a videre vel cognoscere, apud veteres enim nemo conferebat Historiam, nisi is qui interfuisset, & ea que conscribenda essent vidisset, Historiam autem apud nos primus Moses de initio mundi conscripsit, Historiam gentium non impediunt legentes, in his quæ vtilia dixerunt. Siquidem & per Historiam summa rerum temporum annorumque supputatio comprehenditur, & per consulum regumque successum multa necessaria perscrutantur. Ephemeris appellatur vnus dies gestio, Calendaria appellantur, quæ in mensibus singulis digeruntur. Anna es sunt res singulorum annorum. Historia autem multorum annorum, vel temporum est. Item inter Historiam, & Argumentum, & Fabulâ hoc interest. Nam Historia sunt res veræ, quæ facta sunt. Argumenta sunt, quæ & si facta non sunt, fieri tamen possunt. Fabulæ vero sunt, quæ nec facta sunt, nec possunt, quia contra naturam. Cronica Græce dicitur, quæ latine temporum series appellatur, qualem apud Græcos Eusebius Cæsariniensis Episcopus edidit. Et Hieronymus presbyter in Latina lingua conuertit, Cronos enim Græce Latine tempus interpretatur.

De sententijs, & Figmentis. Cap. CXXVIII.

ISTORVS vbi supra. Sententia est dictum impersonale, vt, Obsequium amicos, veritas odium parit. Huic si persona fuerit adiecta, Criar erit ita. Offendit Achillem Agamemnonem, vera dicendo, Metrofanes promeruit gratiam Mitridatis obsequendo. Cataceua est confirmatio propositæ rei. Anafæna autem contraria superior, Criar erit ita. Offendit Achillem Agamemnonem, vera dicendo, Metrofanes promeruit gratiam Mitridatis obsequendo. Cataceua est confirmatio propositæ rei. Anafæna autem contraria superior, Reuincit enim non fuisse, aut non esse, quod natum, aut factum esse, vel dictum proponitur, vt si quis Chimeræ neget fuisse, aut non fuisse confirmet. Inter has, & thesin hoc interest, quod thesis, quæuis, & ipsa habeat disputationem in vtramque partem, tamen incere rei, quasi quedam deliberatio, vel hortatio est. Cataceua autem & Anafæna in his rebus, quæ verisimiles non sunt, sed pro veris proponuntur, plerunq; versatur. Anafæna prima diuisio est in conueniens, & mendacium. Inconueniens species sit, quod inhonestum est, & quod inutile. Item inhonestum tractatur, aut in dictis, aut in factis. Mendacium tres habet species, incredibile, impossibile, contrarium. Id autem in Anafæna requiramus, ne quid aliud significare voluerunt, qui ista sinxerunt, vt Scillam non marinam, sed maritimam feminam, nec succinctam canibus, sed rapacem aliquam, & inhospitalem venientibus extitisse. Profopopeya est, cum in animalibus, & persona, & sermo fingitur. Nam montes, & flumina, & arbores loquentes inducimur, personam imponentes, rei, quæ non habet naturam loquendi, quod & Tragædis vsitatum est, & in orationibus frequētissime inuenitur. Ethopeiam vero illam vocamus, in qua hominis personam fingimus, pro exprimentis affectibus atatis, studijs, fortunæ, sexus, lætitiæ, maroris, audaciæ. Nam cum Piratæ persona suscipitur audax abrupta, temeraria erit oratio, cum feminæ sermo simulatur, leuius conuenit debet oratio iam vero adolescentis, & senis, militis, & imperatoris, rustici, & philosophi diuersa oratio dicenda est. Aliter etiam loquitur gaudio affectus, aliter vulneratus, in quo genere diuisionis illa sunt maxime cogitanda, quis loquatur, & apud quem, & de quo, & vbi, & quo tempore, quid egerit, quid acturus sit, aut quid pari possit, si hæc consula neglexerit.

De figuris verborum. Cap. CXXIX.

AVGETVR & ornatur oratio, etiam figuris verborum, & sententiarum. Nam quia directæ, & perpetua oratio fatigationem, atque fastidium tam dicendi, quam audiendi creat, hęc

da est, & in alias versanda formas, & vt dicentem reficiat, & ornatur fiat, & iudicem diuerso vultu ausituque delectat. E quibus plurimæ superius a Donato in schematibus artis grammaticæ annotatae sunt. Vnde tantum illa hic interponi oportuit, quæ in poemate, aut nunquam, aut difficulter fiunt, in oratione aut libere. Anadiplosis est congenitatio verborum, vt hic, tamen viuunt, & iam in senatu veni. Climax est gradatio, cum ab eo verbo quo se sus superior terminatur, inferior incipiat, ac de hinc quasi per gradus, dicendi ordo seruetur, vt est illud Aphricani. Ex innocencia nascitur dignitas, ex dignitate honor, ex honore imperium, ex imperio libertas. Antiphrasa Latine, contra posita appellantur, quæ dum ex aduerso proponuntur, sententia pulchritudinem faciunt, & in ornatu locutionis decentissima existunt, vt Cicero. Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia, hinc constantia, illinc furor, hinc honestas, illinc turpido, hinc continentia, illinc libido, hinc denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudencia, virtutes omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignauidia, temeritate. Huiusmodi locutionis ornamento liber Ecclesiasticus vsus est dicens. Contra malum bonum, & contra mortem vitam, sic contra pium peccator, & sic viuere in omnia opera altissimi, bina, & bina, vnum contra vnum. Synonyma est quotiens in connexa oratione pluribus verbis vnâ rem significamus, vt ait Cicero. Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, & idem non feram, non patiar, non sinam. Antapodosis quotiens media prius, & vltimis conueniunt, vt apud Persium. Scire tuum nihil est, nisi scire tuum sciat alter. Paradiastole est quotiens id quod dicimus interpretatione discernimus, cum te pro alturo sapientem, appellans, pro inconsiderato fortem, pro liberali diligentem. Antimetabole est conuersio verborum, quæ ordine mutato contrarium efficit sentium, Non vt edam vino, sed vt viuam edo. Et illud. Si consul Antonius Brutus hostis, si confuator Republicæ Brutus, hostis Antonius.

De figuris Sententiarum. Cap. CXXX.

NUMC figuræ sententiarum, quas operepretium sit cognoscere, prosequamur. Sententiarum species multæ sunt, aliæ enim sunt indicatiuæ, aliæ pronuntiatiuæ, sunt, vt Nusquam tanta fides, Aliæ imperatiuæ, aliæ admiratiuæ, aliæ comparatiuæ, vt Si vinco, & pereor, quid ibi me vincere præstat? Aliæ superlatiuæ, quæ cum aliquo motu animi, & indignatione pronuntiantur, vt ibi. Quid non mortalia pectora cogis auri sacra famæ? Aliæ interrogatiuæ, aliæ responsiuæ, aliæ deprecatiue, aliæ promissiue, aliæ concessiuæ, aliæ demonstratiuæ, aliæ optatiuæ, aliæ derogatiuæ, aliæ quæ cum exclamatione proferuntur, vt Quis furor o ciues? pacem conuertit in arma. Aliæ exhortatiuæ, aliæ dehortatiuæ. Sunt & affirmatiuæ, vt qui, in, quippe, præceptiuæ, etatiuæ, negatiuæ, miratiuæ, admonenti, irritenti, gementis, exhortatiuæ, consolatiuæ, commiserantes, quarum quotquot sunt figuræ tot, & pronuntiando voces. Sunt & Anafænae, quarum pars honesta est, pars inhonesta, sunt & aliæ procatenales, cum id quod nobis obicit poterat ante præsumimus ad diluendum. Sunt & Apotæ dubitatio simulatis, nescire se, que se, aut quomodo dicitur. Paradoxon est cum dici minus inopinatum, saliquid accidit. Parisa est oratio libertatis, & fiducia plena. Et opæia est cum sermonem ex aliena persona inducimur. Energia est rerum gestarum, aut quasi gestarum, sub oculis inductio. Apophoresis est cum id quod dicitur videbatur, silentio intercipiunt, Quos ego, sed motos præstat componere fluxus. Epianalensis est digressio. Anamniuis est commemoratio eius rei, quod oblitus nos fuisse fingimus. Apanalis est id, quod in animos iudicium, quasi deposueramus, optime repositimus. Etiologia est, cum proponimus aliquid eiusque causam & rationem reddimus. Characteristicos descriptio figuræ alicuius expressa. Latrinos plurimos sensus breuiter expeditos, in vnum locum coaceruat. Profopopeya est, cum in animalium, & persona, & sermo fingitur. Peufis, id est, soliloquium cum ad interrogata ipsi nobis respondemus. Sinerosis est cum differimus aliquid petentes, vt aliud interim nos permittant dicere.

De positis, ac ceteris notis. Cap. CXXXI.

POSITIVA est ad distinguendos sensus per cola, & comata, & periodos, quæ dum ordine suo apponitur sensum nobis lectionis ostendit. Diçte sunt autem posituræ, vel quia pñctis positis annotantur, vel quia ibi vox p intervallo distinctionis deponitur. Apud poetâs quidæ, vbi in versu post duos pedes syllaba remaneat coma est, quia ibi post scansionem præscriptio facta est. Vbi vero post duos pedes, de parte orationis nihil superest, colon est. Torus autem versus periodicus est. Præterea quedam scripturarum notæ apud celeberrimos auctores fuerunt, quæ scilicet antiqui ad distinctionem scripturarum carminibus, & historijs apposuerunt. Notæ autem

versibus apponuntur numero 26. quæ sunt nominibus infra scriptis. Asteriscum Ariasanes, reperit. Hæc apponitur in his que omnia sunt, ut illucescant per eam notam, quæ deesse videntur, stella enim aster dicitur Græco sermone, a quo asteriscus est derivatus. Obelus idest virgula iacens apponitur in verbis, vel sententiis superflue iteratis, sive in his locis, ubi lectio aliqua falsitate notata est, ut quasi sagitta quedam iugulet superflua atque falsa confodiat, sagitta enim Græce obelus dicitur. Obelus superne appunctatus ponitur in istis, de quibus dubitatur, utrum tolli debeant nec ne apponi. Liniunculus idest virgula inter geminos punctos iacens, apponitur in his locis, quæ sacre scripturæ interpretes, eodem sensu, sed diuersis sermonibus transulerunt. Antigraphus cum puncto, apponitur ubi in translationibus diuersus sensus habetur. Asteriscum obelo, hæc proprie Aristarces vebatur, in his versibus, qui non suo loco positi erant. Paraglyphus inter versus ponitur, ad separandas res a rebus, quæ in contextu concurrunt, quemadmodum in Cathalogo loco a locis: & regiones a regionibus, in agone præmia a præmiis, certamina a diuersis certaminibus separantur. Fuerunt & aliæ notulæ librorum pro agnoscendis que per extremitates paginarum exponuntur, & ut ubi lector in liminibus huiusmodi signum inuenerit, ad textum recurrere eiusdem sermonis vel versiculi sciat esse expositionem, cuius similem superiacentem notam inuenerit. In breuiculis quoque quibus militum nomina continebantur, propria nota erat apud veteres, qua inspicereur quanti ex militibus superessent, quæ tunc in bello cecidissent. Tauri nota in capite versiculi posita iu persitum designabat. Thita vero ad vniuersumque defuncti nomen apponebatur, vnde & habet medium telum idest mortis signum, de qua Perilius. Et potius est nigrum vitium præfigere Thita. In stipendiis quoque largitione propria erant. Notas etiã literarum inter se veteres faciebant, ut quicquid occulte inuicem scriptura significare vellent, mutuo scriberent, testis est Brutus, qui in his literis, ea quæ acturus erat notabat, ignorantibus alijs quid sibi vellent hæc literæ. Cæsar quoque Augustus ad filiũ, Quoniam, inquit, innumerabilia accidunt assidue, quæ scribere alterutrum oportet, & esse secreta, habeamus inter nos notas, istis tales, ut cum aliquid vocis scribendum erit, pro vna quaque litera scribamur sequentem, hoc modo pro. a. b. pro. b. c. Et deinceps eadem ratione alijs pro. z. autem litera redeundum erit ad duplex. a. a. Quidam etiam verbis scribunt.

LIBER III.

De Practica scientia, & eius inuentione. Cap. I.



CTOR DICTO de sermocinalibus scientiis, secundum ordinem supra tractũ, dicendum est de practica. Vt enim dicit Richardus de sancto Victore. Prima omnium comparanda est eloquentia, & ideo expectanda est Logica. Deinde vero per Ethicam purificandus est oculus, & sic ad Theoricam transeundum est. Practica autem ipsa est Ethica siue moralis scientia, moralis tamen scientia plerumque strictius accipitur pro illa parte Ethicæ, quæ dicitur Monastica. Aug. de ciui. Dei lib. 8. Socrates magister Platonis primus vniuersam philosophiam ad corrigendos mores, componendosque, flexisse memoratur: tamen ante illam omnes magis philosophicis idest naturalibus rebus perscrutandis operam maximam impenderunt: Non mihi autem videtur posse aliquid colligi, vtrum Socrates hoc faceret, ut redio rerum obscurarum, & incertarum, ad aliquid certum, & apertum reperendum animum intenderit, quod esset vitæ beatæ necessarium, propter quam vitam, omnium philosophorum inuigilasse & laborasse videtur industria, an vero, sicut de illo quidam benivolentius suspicantur, nolebat immundos terrenis cupiditatibus animos se exercere in diuina conari, quandoquidem ab eis causas rerum videbat inquiri, quas primas atque summam, non nisi in vniuersi, & summi Dei voluntate esse credebatur. Vnde non eas putabat nisi mundana mente posse comprehendere, & ideo purgandæ bonis moribus vitæ consuebat instandam, & deprimentibus libidinis exoneratus animus, naturali vigore in æterna se attollere, naturamque incorporalem, & incommutabilem luminis, ubi causæ omnium factarum naturarum stabiliter viuunt, intelligentiæ puritate conspiceret. Constat tamen eum imperitorum stultitiam, scire, se aliquid opinantium, etiam in his moralibus questionibus quo totũ animum intendisse videbatur, vel confessã ignorantiam suam, vel diff-

simulata scientia, lepore mirabili differendi, & acutissima vrbantate agitalis, atque versalis.

De partibus eiusdem. Cap. II.

CTOR. Moralis autem scientia diuiditur in Monasticam, Economicam, & Politicam, quæ diuidebatur penes habitus diuersos, quibus mediatis homo regit seipsum, vel propriam familiam, vel ciuitatem totam. Dicitur autem Monastica a monos, quod est vnus, & icos, quod est scientia, quasi scientia regendi seipsum. Economica vero dicitur, ab æconomos, quod est dispensatio, & icos, quasi scientia dispensatoria cum familia propria. Politica vero a polis, quod est pluralitas & icos scientiam, quasi scientia regendi plures. Et quia quando homo scit bene regere seipsum, & propriam familiam, plures siue totam ciuitatem perfecte mori geratur est, Ideo diuidebant antiqui totam philosophiam moralem per istas tres partes. Aliter postea diuidi secundum diuisionem boni. Est enim moralis philosophia de bono, secundum quod prius dictum est. Est autem quoddam bonum a quo omnia alia fluunt, & præter quod nihil est, sicut est ipsum primum, & de tali bono, & etiam de circumstantiis deueniendi ad ipsum, determinatur in libris Theologicis. Aliud est bonum datum ipsi animo, quo mediante cognoscit primum, & substantias superiores, quod bonum dicitur virtus intellectiua, & de tali tractat Arist. in noua Ethica. Aliud est bonum datum ipsi animæ, ad regendum corpus in quo est, custodiendi ipsum a motibus illicitis, tum intrinsecis, tum extrinsecis. Huiusmodi bonum dicitur virtus consuetudinialis, quæ sic dicitur, quia facit corpus alluiscere in bonum, sicut vult Aristoteles in Ethicis, & de tali bono tractat Arist. in veteri Ethica. Aliud est bonum, quo mediante regit anima se, & sua defendendo a nocimento aliorum, & de tali tractatur in libris legum, & decretorum. Et sic patet qualiter potest diuidi moralis scientia, siue practica. Sed prima diuisio eius fuit penes habitus diuersos, quibus homo se regit & c. Secunda vero est penes bonum, de eoque intendit.

De scientia Monastica. Cap. III.

RICHARCVS in libro excerptionum. Ethica idem moralis siue Monastica est scientia, quæ sui curam gerens, cunctis se se erigit & exornat, atqueque virtutibus, nihil in vita admittens quo non gaudeat, nihilque faciens penitendum. Ididorus libro 2. Scientia moralis est illa, per quam viuendi mos honestus appetitur, & instituta ad virtutem tendentia preparantur. Hanc Socrates, ad corrigendos componendosque mores primus instituit, & omne studium eius ad bene viuendi disputationem perduxit, diuidens eam in quatuor virtutes anime, scilicet Iustitiam, Prudentiam, Fortitudinem, Temperantiam. Iustitia est, qua recte iudicando sua cuique distribuuntur. Prudentia vero est, qua mala a bonis discernuntur. Fortitudo est, qua æquanimiter aduersa tolerantur. Temperantia denique, qua libido, concupiscentiaque refrenatur. Sicut igitur in Phisica, causa querendi in logica ratio intelligendi, sic & in Ethica morali, versatur ordo viuendi. In his tribus philosophicis generibus etiam eloquia diuina consistunt. Nam aut de natura disputare solent, ut in Genesi & Ecclesi. aut de moribus, ut in Prouerbis, & in omnibus sparsim libris, Aut de Logica pro qua nostri Theologiam sibi vendicant, ut in Cantico canticorum, & in Euangelis.

De naturali appetitu boni. Cap. IIII.

ARISTOTELES in Ethica noua. Omnis ars, & omnis doctrina, similiter autem & operatio, & proheresis boni alicuius operatrix videtur. Ideoque optime enunciant bonum, quod omnia appetunt, & omnis cognitio & proheresis bonum aliquod exoptat. Boetius in libro de Consola. Omnis mortalium cura, quam multiplicitatem studiorum laborem exercet. Diuerso quidem calle procedit, sed ad vnum tamen beatitudinis fontem nititur peruenire, quo quis adepto nihil ultra desiderare queat. Est enim cuncta intra se bona continens. Liqueat ergo esse beatitudinem itacum, bonorum omnium congregatione perfectum. Quem (vt diximus) mortales omnes diuerso tramite adipisci conantur. Est enim hominum mentibus, veri boni naturaliter insita cupiditas, sed ad falsa deuius error abducit. Aug. de ciui. Dei lib. 18. Proinde philosophi quondam inter se dissentientes, alij finem boni constituebant in corpore scilicet voluptate, alij in animo scilicet vt Stoici virtute, alij vero in vtroque, alij etiam extrinsecus, & imposita bona ad animum & corpus addebant, alij sensibus corporis semper, Alij non semper, Alij vero nunquam putabant esse credendum, Alij quoque mortales esse animas, Alij immortales. Has & alias penes inu-

inu merabiles dissensiones, & immortales controuersias impia ciuitas gremio suo continuit. Non de agris, vel domibus, aut aliqua pecuniaria ratione; sed de his rebus, quibus aut inuicere vitur aut beate. Et si qua dicebantur vera, eadem licentia dicebatur & falsa.

De Rebus expendendis, & primo de Virtute. Cap. V.

TULLIVS in Rhetorica prima. Verum expendarum quidem tria sunt genera. Vnum, quod sua vi nos allicit ad se, non emolumento alicui captans, sed sua dignitate trahens, vt virtus, scientia, & eritas. Aliud quod non propter suam vim, & naturam, sed propter fructum, & vtilitatem petendum est, vt pecunia. Tertium ex horum partibus iunctum, scilicet quod sua vi, & dignitate nos ducit, & per se quandam vtilitatem gerit, quo magis expectatur, vt amicitia. In primo genere sunt honesta, in secundo vtilia, in tertio ea quæ partem honestatis continent, partem vtilitatis: sed in meliorem partem vocabuli conferantur, & honesta nominantur. Ex his conficitur, vt appetendarum rerum partes sunt honestas, & vtilitas, vitandarum autem turpido, & iniustitas. Arist. in Ethica noua. Omnia autem honesta concordant rationi. Quintilianus de oratoria institutione lib. 1. Nihil enim potest placere, quod non deceat. Idem in lib. 8. Assidue fortuna, penes omnia decent. Seneca ad Lucillum 67. Omne autem honestum voluntarium est; non enim potest honestum esse, quod non est liberum. Idem in lib. de beneficiis, 4. Rerum honestarum pretium in ipsis est. Idem in Epidippo. Vbi turpis est medicina, sanari piget. Simachus in lib. epistolarum. Quorum mens honesta est, imbecilla frons est. Tullius de off. lib. 2. Idipsum quod honestum decorumque dicimus, per se nobis placet, animoque omnium natura sua commouet. Idem in 3. lib. Qui deliberant vrum id quod honestum vident sequantur, an scientes scelere se contaminent, etiam si ad id quod deliberant, non peruenerint, in ipsa dubitatione facinus committunt. Ea enim deliberanda omnino non sunt, in quibus turpissima est ipsa deliberatio. Cum id quod vile videtur in amicitia, cum eo, quod est honestum comparatur, iaceat vtilitatis species, valeat honestas. Et cum in amicitia, quæ honesta non sunt postulantur, religio, & fides anteponantur amicitie. Percurrunt homines ea, quæ sunt fundamenta nature, cum vtilitatem ad honestate se iungunt: omnes enim expetimus vtilitatem, ad eamque rapimur. Idem in lib. de Paradoxis. Quod honestum est, id solum esse bonum Stoici testantur. Disputant Stoici multa turpia, praua hominum consuetudine, verbis honesta esse, vt parricidium, adulterium, & incestum, & his similia. Rursumque honesta ho minibus videri turpia, vt liberos procreare, institutionem venteris strepitu digerere, alium stercore releuare, vestiam vrinæ effusione laxare. Hecaton Stoicus. Omne honestum in arduo est, etiam quod vicinum honesto est; non enim tantum debet fieri, sed ratione fieri.

De partibus honesti, & primo de Virtute. Dicitur philosophorum. Cap. VI.

TULLIVS in Rhetorica prima. Hone sti quidem partes duas, quarum altera simplex, altera iuncta, idest vna propter se extoto appetitur, altera ex aliqua parte propter vtilitatis fructum. In primo genere omnes res vna vi, atque vno nomine virtus amplectitur; nam virtus est habitus animi, nature modo rationi consentaneus. Et habet quatuor partes, scilicet Prudentiam, Fortitudinem, Iustitiam, & Temperantiam. Actor. Virtus quoque sic describitur. Virtus est habitus, a quo quis bonus existit, & opus suũ bene reddit. Tull. in lib. 1. de legibus. Virtus est perfecta ratio eius, quod certe a natura inest. Idem in li. de fine boni & mali 4. Virtus quoque rationis absolutio diffinitur. Idem in lib. de natura Deorum 1. Nihil est virtute amabilis, quam qui adeptus fuerit, vbi cunq; gentium erit a nobis diligetur. Idem in lib. de Amicitia. Nihil est virtute amabilis, nihil quod magis allicit ad diligendum, quippe cum propter veritatem, & probitatem, etiã eos quos nunquam vidimus, diligamus. Omnino est amans sui virtus; optime enim se ipsa nouit, quamque amabilis sit, intelligit. Idem in lib. de Paradoxis. Si autem isti &c. Requere infra ea. de rerum ponderatione. Idem in Philippica prima. Omnia alia incerta mobilia caduca sunt: virtus est vna altissima in fixa radicibus, quæ nulla vi labefieri potest, nec dimoueri loco. Idem in lib. de off. 1. Virtutis autem omnis laus in actione consistit, a qua tamen fit in remissio. Multi dantur ad studia reditus. Idem in Rheto 2. Diuinitæ virtutes pedissequæ sunt, sola virtus in sua potestate est. Omnia præter eam sub fortuna subiecta sunt dominatione. Virtutis comes est inuidia. Aphricano virtutem industria, virtus gloriam,

gloria æmulos comparauit. Calcidius in proemio super Thimeæ Platonis. Ysocrates in exhortationibus virtutem laudans, cum omnium bonorum, totiusque prosperitatis consistere causam penes eam diceret, ad hie ipsam esse solam, quæ res impossibiles, ad possibilem redigeret facilitatem præclarè. Quid enim generosam magnanimitate vel aggredi piget, vel ceptum, facitque vt tanquam victa difficultatibus se temperet a labore? Salustius in Catilinario: Virtuti omnia parent. Seneca ad Lucillum epistola 74. Quamdiu virtus salua fuerit, non senties, quid abcesserit. Idem in 76. Amor, ira, cupiditas, pericula depulerunt. Quod potest breuis oblitatio animi, alicui stimulo excitat; quanto magis virtus, quæ nec ex impetu, nec subito, sed equaliter valet, cui perpetuum robur est, Vnum bonum virtus est, quæ inter hanc fortunam, & illam superba incedit, cum magno vtriusque contemptu. Idem in 79. Nulla virtus later, & lacuisse non est ipsius damnum, venit qui conditum, & seculi sui malignitate expressam, dies publicet. Idem in 82. Omnis res quod non habuit decus, virtute addita sumit. Idem in lib. de immatura morte. Vna res est virtus, quæ nos immortalitate donare possit, & pares Diis facere. I. acutissimus in lib. de falsa sapientia. Virtus autem cum scientia iuncta, sapientia est.

De eodem dicta poetarum. Cap. VII.

VRVS in li. Methum. 14. Inuita virtuti nulla est via. Prosuper. in lib. Epigrammatum. Ergo ad patriam vitæ de noctis valle vocati, Virtutum gradibus scandite lucis iter. Omni virtutum semper substantia salua est. Inuitus Christi munera nemo rapit. Camphredus in poetria noua. Se tenus honesta, & mala vitæ mus; quia virtus optima rerum, pessima res vitium, nihil aque perniciosum. Iuuenalis lib. 3. Nobilitas animi sola est, atque vnicæ virtus. Maximianus. Fuluo virtus pretiosior, auro. Lucanus li. 3. Crescit in aduersis virtus. Lucanus lib. 9. Virtutis amator quæ re quid est virtus, & posse exemplar honesti. Matheus in Thobia. Ridet in aduersis. Ex prouerbis sapientum. Scias autem virtutibus abundare in se, qui alienas amant.

Quod nobis innata sint virtutum semina. Cap. VIII.

TULLIVS in Tusculanis lib. 3. Natura quidem p. nos dedit nobis igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque deprauantes, sic extinguimus, vt nusquam natura lumẽ appareat. Sunt enim ingenis nostri semina innata virtutum, quæ si adolefcere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem simul vt editi in lucem, & suscepti sumus, in omni continuo prauitate & opinionum peruersitate versamur, vt penes cum lacte nutritis errorum fuxillẽ videamur. Idem in quarto lib. Natura omnes ea, quæ bona videntur sequuntur, fugiuntque contraria. Idem in quinto. Stoici finem bonorum esse senserunt congruere naturæ, & cum ea conuenienter viuere. Idem in lib. de legibus j. Virtus est perfecta ratio eius, quod certe a natura est; itaque nihil præstabilius, quam planè nos ad iustitiam esse natos. Idem in libro de officiis secundo. Idipsum enim quod honestum dicimus (vt iam dictum est) per se nobis placet, omniumque animos natura sui commouet. Idem in libro tertio. Multo magis est secundum naturam communitas, & iustitia, & libertas, quam voluptas, uita, diuitiæ: homo natura obediens, homini nocere non potest. Nihil tam secundum naturam est, quam utilitas, certe in re utili turpido esse non potest. Idem in libro de Amicitia. Illos bonos viros appellandos putemus, qui assequuntur quantum homines possunt naturam, optimam bene viuendi ducem. Quintilianus ubi supra. Omnia quæ ars consummauit, certũ est a natura initia duxisse. Nobis igitur ad virtutes etiam antequam docemur, initia quedam, & semina naturæ concessa sunt, ut ad iustitiam, cuius rusticis quoque ac barbaris aliqua imago appareat. Seneca ad Lucillum. Habet hoc optimum in se generosus animus, quod concitatur ad honesta. Magnarum rerum species ad se uocat & arrollit, animus enim noster ad modum flatu in motu est eo mobilior, & actuosior, quo uehementior fuerit: sed felix qui ad meliorem hunc imperum dedit, p. nec se extra ius, ditionemque, secunda temperabit, aduersa comminuet, & aliis admiranda despiciet. Idem in 48. Dociles natura nos edidit, & orationem dedit imperfectã, sed quæ perfici possit.

De Generibus virtutum quatuor. Cap. IX.

MACROBIVS in lib. de Somnio Scipionis. i. Plotinus philosophus dicit, quatuor esse quaternarum genera virtutum. Primas uocat Politicas, quarum prudentia est, ad rationis normam,



nam, quae cogitat, quaeque agit, vniuersa dirigere, ac nihil praerectum vel facere, humanisque actibus, tanquam diuinisque arbitris providere. Fortitudinis, animum supra periculi metum agere, nihilque nisi turpia timere, aduersa, vel prospera fortiter tolerare. Temperantiae, nihil penitendum appetere, in nullo legem moderationis excedere, sub iugum rationis cupiditatem domare. Iustitiae, vnicuique seruare quod suum est. Huuiusmodi vir bonus praemium sui, deinde reipublice rector efficitur. Secunda (quas purgatorias vocat) hominis sunt, qui diuini capax est, solumque animum eius expeant, qui decreuit se a corporis contagione purgare, & quadam humanorum fuga solis se diuinis inserere, haec sunt ocioforum, qui a rerum publicarum actionibus se sequestrant. Harum quid singula velint, superius expressimus, cum de virtutibus philosophantium diceremus, quas solas quidam eliminauerunt esse virtutes. Tertiae sunt purgati iam defecatiue animi, & ab omni huius mundi aspergine pressi, pureque detergi, illic prudentiae est, diuina non quasi in electione praeferre, sed sola nosse, & haec tanquam nihil aliud intueri. Temperantiae terrenas cupiditates non reprimere, sed penitus obliuisci. Fortitudinis passiones ignorare, non vincere, vt irasci nesciat, nihil cupiat. Iustitiae ita cum superna & diuina mente sociari, vt seruet, cum ea perpetuum sedus imitando. Quarta sunt, quae in ipsa diuina mente consistunt, quae vocatur moys, a quarum exemplo reliquae omnes per ordinem defluunt. Nam si rerum aliarum, multo magis virtutum ideas esse in mente diuina credendum, illic prudentia est mens diuina, temperantia quae in se perpetua intentione conuersa est, fortitudo quod semper idem est, nec aliquando mutatur, iustitia quae perenni lege a sempiterna operis sui continuatione non deflectit. Haec quatuor genera quaternarum virtutum, in passionibus quibus homines metuunt cupiuntque, dolent gaudentque, maximam habent sui differentiam, has primae molliunt, secundae auferunt, tertiae obliuiscuntur, in quartis nefas est nominari.

De Virtute consuetudinali, & quod ipsa sit habitus. Cap. X.

ARISTOTELES in Ethicis li. 2. Neque vero natura, neque praeter naturam sunt virtutes, sed innatum est nobis suscipere quidem eas per alium uelud perfectas. Ex similibus enim actionibus, sunt similes habitus, & secundum actuum differentias, sequuntur habitus. Non parum igitur differt sic, vel sic assueti ad inueniunt, magis autem omne. Quaecumque quidem natura nobis adueniunt, potentias eorum primitus serimus, postea autem operationem, & aetum tradimus. Ea vero circa quae est virtus, innata sunt a superfluitate, & indigentia corrumpi. Qui enim omnia fugit, & timet, timidus est qui autem nihil omnino timet, audax. Similiter autem, & qui omnem voluptatem habet, & a nulla feromus est, incontinens, qui autem omnes fugit, infensibilis. Corruptur enim castitas, & fortitudo a superfluitate, & indigentia, a medietate autem saluatur. Signum autem oportet facere habituum voluptatem, tristitiam in operibus, quicunque enim re mouetur a corporalibus, & hoc ipso gaudet, castus: qui autem tristatur, incontinens; & quisquis sustinet pericula & gaudet, vel non tristatur, fortis, qui autem tristatur timidus. Circa voluptates enim, & tristitias est consuetudinalis virtus: nam medicinae quadam virtutes sunt. Medicina autem per contraria inuatae sunt fieri. Tribus igitur existentibus, quae in voluntatibus, & tribus quae in fugis, bono conferente delectabili, & tribus contrariis malo nocuo, & tristitia. Circa haec quidem omnia bonus directus est, malus autem peccans. Magis autem circa delectationem, quia ex pueritia nobis conatur. Ideo difficillimum est hanc passionem repellere, contem poraneam vite, quemadmodum dicit Erachitus. Circa difficilium autem semper & ars sit & virtus. In his autem, quae secundum virtutes sunt, requiritur qualiter habens operatur. Primum quidem si sciens. Deinde si soluens, alias eligens, praeter hoc autem tertium, si firmum & immutabilem operatur. Haec autem ad habendum alias artes non connumerantur, praeter ipsum scire, ad habendum igitur virtutes scire quidem parum aut nihil prodest, ad alia autem non parum, sed omne. Sed multi haec quidem quae secundum virtutes sunt, non faciunt, ad rationem autem confugientes existimat philosophari, & sic fore studiosos, & simile aliquid facientes, Aegrotantibus, qui medicos audiunt quidem studiosos, & ipsi nihil faciunt operandorum. Quemadmodum igitur, nec illi bene habebunt corpus, nec isti animam; sic philosophantes. Quoniam autem ea quae sunt in anima tria sunt, Passiones, Potentiae: Habitus, horum aliquid erit virtus. Passiones quidem non sunt, neque virtutes, neque malitiae: quia secundum passiones non dicimus boni, vel mali, neque laudamus, neque vituperamus. Secundum virtutes etiam & malitias boni, vel mali dicimus, & secundum eas laudamus, & vituperamus. Et passiones quidem vitia, & timor

inuoluntariae, virtutes autem voluntates vel non sine voluntate propter hoc autem neque potentiae sunt, neque enim boni vel mali dicimus, qui posimus pati simpliciter, neque laudamus, neque vituperamus. Et adhuc potentes quidem sumus natura, boni autem non sumus natura; relinquuntur ergo eas habere esse, omnique virtus cuiuscumque fuerit, & id bene habens perficit, & opus eius bene reddit.

Quod virtus sit voluntaria tantum, & non coacta, dicitur philosophorum. Cap. XI.

IDEM in 3. In voluntarijs quidem laus, & vituperatio fit. Videatur autem violentum esse cuius principium exterius nihil conferente vim patto, voluntas vero finis est. Eligentia autem eorum quae ad finem simpliciter quidem, & secundum veritatem, bonum est voluntarium, vnicuique autem quod videtur. Bono quidem quod secundum veritatem est, malo autem quod contingit: sicut & in corporibus bene dispositis, sana sunt, quae secundum veritatem talia sunt, infirmis autem alia. Bonus enim singula recte iudicat, quia in singulis verum videt, regula & mensura eorum existens. Malis autem deceptio propter delectationem fit, non enim existens bonum, eis videtur, sed volunt delectabile vt bonum, tristitiam autem vt malum fugiunt. Dydimus ad Alexandrum. Nullum virtutis initium est id natiuitatis, quod mutari non possit, sed nec gloria dicenda est, quam sibi quisque non dederit, ergo non in angustijs & in egestate, sed in opulentia temperantur vitia laudandum est, alioquin cecitas, & paupertas solae virtutum gloriam fortiuntur. Illa quia non videt vt cupiat, ista quia non habet vt capiat. Nos autem, qui nullius inedia lege perstringimur, ad bene viuendum libero incitamus arbitrio, vt voluntariam continentiam, digna remuneratio consequatur. Dedit enim nobis multas naturae blandicias, quas plerumque virtus cohibet. Terentius in Andria. Quando non potest fieri quod vis, id velis quod possis. Idem in Hehauten. Nulla est tam facilis res, quin difficilis sit, dum inuitus facias. Idem in Adelphis. Quod ius cogit, voluntas impetrat, vel imperat. Tullius in li. de Paradoxis. Solum sapienti conuenit, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. Idem in Tusculanario lib. 4. Voluntas est, quae quid cum ratione desiderat. Sic enim eam Stoici diffiniunt, quam putant esse in solo sapiente. Quae autem ratione aduersa vehementius incitata libido, vel cupiditas est effrenata, quae in omnibus stultis inuenitur. Idem in li. de Fato. Ad animorum autem motus voluntarios non est exquirenda externa causa: Motus enim voluntarius eam naturam continet in se, vt sit in nostra potestate, nobisque pareat. Seneca ad Lucillum. 34. Pars magna bonitatis est, velle fieri bonum. Idem in 54. Sapiens nihil inuitus facit, necessitatem effugit, quia vult quod illa coactura est. Idem in 56. Da ergo operam, ne quid vnquam inuitus facias. Qui imperia libens excipit, partem acerbissimam feruitutis effugit facere quod nolit, nec qui iustus aliquid facit, miser est, sed qui inuitus. Itaque sic animum componamus, ut quicquid res exigit, id velimus. Idem in 66. Omne honestum voluntarium est, non enim potest honestum esse, quod non est liberum. Idem in 71. Magna pars est profectus, velle proficere. Idem in 74. Placeat homini quicquid Deo placet, ob hoc ipsum quod Deo placet, quod diu virtus salua fuerit, non senties quod abcesserit. Quintil. vbi supra 4. lib. Nihil facile persuadetur inuitis. Item Valerius maximus lib. 2. Olim ambiguae laudis a senatu cuius existimabatur, qui debitis reipublice officijs, non sua sponte, sed iussu fungeretur, quia quicquid imperio cogitur, exigenti magis, quam praestanti acceptum referetur.

De eodem dicitur Poetarum. Cap. XII.

VINIVS in lib. de Ponto. Sponte sua prohibitas officiumque iuuat. Si desint vires, tamen est laudanda voluntas. Horatius in lib. Epistolarum. Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali formidine poena. Item Maximianus. Deferrimus vitis, fugit indignata volupras. Nec quod non possum, non voluisse meum est. Interdum trahimur vitium, trahimurque volentes. Et quod non capiunt peccata bruta volunt. Petrus riga in biblia verificata. Vult implere viam Balaam, sed trita flagellis. Et diuina videns, tardat Astella viam. Amplecti mundum quorumdam vota laborant. Sed votis obstat, verbere trita caro. Na nos a vitium mundanis saepe retardat. Corporis anxietas, damna, flagella, fames.

Quod virtus gratuita sit, non mercenaria. Cap. XIII.

TULLIVS in dialogo ad Hortensium. Nulla quidem virtus esse potest, nisi gratuita sit. Nam quae voluptate, quasi mercede

mercede aliqua, ad officium impellitur, non est virtus, sed fallax quaedam mutatio, ac simulatio virtutis. Idem in libro de legibus primo. Id ipsum quoque iustitiam est iusticia mercedem non querere. Seneca de clementia lib. i. Recte factorum verus fructus in ipsis est, nec vllum pretium virtutum dignum illis extra ipsas est. Idem in lib. de beneficijs. 4. Rex honestarum pretium in ipsis est. Plinius in epistola ad Carulium. Magnitudo animi nihil ad pro stentationem: omnia ad officium referret, recteque facti non ex populi sermone mercedem, sed ex facto petit. Claudianus in maiori Producit non empta fides nec peccata merces. Alligat ipsa quidem virtus pretium sibi, solaque late. Fortuna secuta, vitae nec falsibus vllis Erigeretur plausu, nec petit clarescere vulgi. Non quarit pretium uitam qui debet amori. Gaudia praemissi cumulant inopia dolores. Ouidius in lib. de Ponto. Nunc cum fortuna staque cadique fides. Nec facile inuenies multis in millibus vnum. Virtute pretium qui putet esse sui. Apse decor recti facti si praemia desinit. Non mouet, & gratis peniter esse probum. Nil nisi quod prodesse carum est, detrahe menti. Spem fructus, auide nemo potest esse erit. En redditus iam quisque suos amat & sibi quid sit. Vile sollicitis computat articulis. Morte sua probitas officiumque, iuuat. Mercede caret per se, semperque petenda est. Exterius virtus incommutata bonis, Iuuenalis lib. 4. Nullus virtutem complectitur ipsam, praemia li tollas.

Quod virtus libera sit, & regina, vitium seruale secundum philosophos. Cap. XIII.

TULLIVS in Rhetorica. i. Jola virtus in sua potestate est, omnia praeter eam sub fortunae subiecta sunt dominatione, diuitiae virtutis pedisseque sunt. Ille liber existimandus est, qui nulli turpi iudici seruit. Idem in lib. de Paradoxis. Omnis sapiens liber, omnis sapiens liber, omnis stultus seruus. Quid est libertas, potestas viuendi vt velis. Quis autem viuunt vt vult? qui recte viuunt: qui gaudet officio? qui nec legibus quidem propter metum pareat, sed eas sequitur & colit, qui nihil facit, uel dicere, vel cogitare, nisi libere ac libere. Solum igitur sapienti conuenit, ut nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus: Cum seruitus sit obedientia fracti animi, & arbitrio suo carentis, quis neget omnes leues, omnesque improbos esse seruos? Nunquid ille liber, cui mulier imparat; cui leges imponit, praecribit iubet, vetat quod ei videtur, nec illie impanti aliquid negare potest, vel audet resistere. Ego istum non modo seruum, sed etiam nequissimum seruum appellandum puto, licet amplissima familia natus sit. Omnis animi debilitas & humilis & fracta timiditas, seruitus est. Seneca in Tyeste. Nescitis cupidi regnum quo iacet loco, regnum no facit opes, non vestis Tyria color, non auro nitida trabes: Rex est qui posuit metus, & diri mala peccata, quem non ambitio impotens, & nunquam stabilis vulgi fauor mouet, qui est in tuto positus loco, & omnia infra se videt. Idem ad Lucillum. Quid interest quot domini sint seruitus vna est, hanc qui contemplit in quam talibet turba dominantium liber est. Idem in lxxxvij. Nauquam maiorem animus, quam vbi aliena se posuit, & fecit sibi pacem: nisi timendo fecit sibi diuitias, nihil concupiscendo. Seneca. Nemo nisi vitio suo miser est. Martialis coquus. Liber, & gulosus esse non potes.

De eodem secundum poetas. Cap. XV.

IDEM. Liber eris cernare foris si maxime nolis: Vegetantia tuam si domat vna sinum Si ridere potes miseris endecacume. Conatus nostra si potes esse toga. Si tua non rectus tecta subire potes. Haec tibi si vis est, si mentis tanta potestas. Liberior Partho viuere rege potes. Matthaeus in Tob. Venditur arbitrium dum viuunt ex alieno. Sumptu, pane tuo vescere liber eris. Claudianus in maiori. Si metus si plura cupis, si duceris ira. Seruicij patieret iungunt tolerabis iniqua. Interius leges, tunc omnia iure tenebis. Cum poteris rex esse tui. Prosper; vbi supra. Quid iuuat in longua causas producere morbi. Cur dubium expectat cras Kodiaena salus. Scimus correctis ueniam non esse negandam. Sed nulli nostrum est ultiima nota dies. Libertas nulla est melior, maiore potestas. Quam seruire Deo, cui bene seruit amor. Absque iugo postea est diuonij amica uoluntas. Quae vige affectu: non gemit imperio. Ganfredus in poetria noua. Liberis est vitij qui non inseruit, abundans. Cui satis est quod habet, pauper, qui plus cupit. Ennodius semper studijs referatur honestis.

Quod virtus medijs sit inspectrix, & conformatrix. Cap. XVI.

ARISTOTELES vbi supra. In omni vero continuo, & discreto est accipere hoc quidem plus, hoc vero minus, hoc vero quae Speculum Doctrinale.

le. Et haec autem secundum rem, aut secundum nos, Dico autem rei medium, quod equaliter remouet ab utraque extremitatum, quod est vnum & idem omnibus. Ad nos autem, quod neque superabundat neque deficit, sed non est idem omnibus. Nam Miloni quidem comedere sex minas parum est, dominatori autem gymnasiarum multum, sic vniue quisque superfluitatem & deficientiam fugit. Medium autem quare & hoc vult. Medium autem non quod rei, sed quod ad nos, sic ergo boni artifices ad medium respicientes operantur. Virtus autem omnium arte certiore, & melior, quemadmodum & natura. medijs vtiue erit inspectrix. Adhuc peccare quidem multis modis, dirigere autem uno modo; ideo & hoc quidem facile, hoc vero difficile; facile quidem ducere a signo, difficile autem inuenire, & propter hoc malitia quidam superfluitas, & indigentia. Virtutis autem medietas, boni quidem enim simpliciter, mali autem omnifariam. Est igitur virtus uoluntarius habitus immediate exstans, quo ad nos, determinata ratione, vt sapiens determinabit. Seneca ad Lucillum. lxxij. Omnis virtus in modo est. Ex prouerbijs sapientum. Bonarum rerum nimia consuetudo pessima est. Horatius in lib. epistolarum. Virtus est medium vitorum vtriusque redactum. Idem in libro sermonum. Est modus in rebus, sunt certi denique fines. Quos ultra citraque, nequit consistere rectum. Ouidius in lib. de remedijs. ij. Vento nuntur, vento restringitur ignis. Lenis alit flammam grandior aura necat. Idem in lib. Metham. ij. Inter utrunque tene medio tutissimam ibis. Maximianus. Maior enim medijs gratia rebus adest. Ganfredus in poetria noua. In omnibus una est virtus seruare modum.

De modo ac difficultate consistendi in medijs. Cap. XVII.

ARISTOTELES vbi supra. Medietas autem duarum militiarum est virtus, huius quidem secundum superfluitatem, huius vero secundum indigentiam. Est enim virtus circa passiones & operationes, in quibus superfluitas, vitia, & defectus vituperantur, medietas autem laudatur & diligitur: nam neque omnis operatio, neque omnis passio suscipit medietatem. Quaedam enim mox nominata coniuncta sunt cum malo, vt iniuria, adulterium, furtum, & consilia similia, quae dicuntur esse ipsa mala, non eorum superfluitas, & deficientia: non est igitur unquam circa hoc dirigere, sed semper peccare: itaque fortitudo est medietas circa timores, & audacias. Liberalitas est medietas, circa dationem pecuniarum, & acceptiorem. Magnanimitas est medietas circa honorem, & inhonorem. Ad quae autem ipsi magis nati sumus aequaliter, magis contraria medietate videntur. Verbi gratia. Magis nati sumus ad delectationem, ideo facilius mobiles sumus ad uitam perantiam, quam ad temperantiam. Ideo difficile est bonum esse, in vno quoque enim medijs accipere difficile est. Verbi gratia. Circuli accipere medium no omnis est, sed scitatis est. Sic vtiue & irasci facile, & dare pecuniam, & consumere: sed cui, & quantum, & quando, & cuius gratia, & qualiter non omnis. neque facile est, quod est bonum, & rarum, & laudabile. Ideo oportet eum qui incedit ad medium, prius segregare a magis conrario, & in contrarium trahere oportet. Multum enim se iugentes nos a peccato, ad medijs venimus, quod que toruosa lignorum dirigunt, faciunt. In omni autem magis, caudendi est delectabile & delectatio, non enim indecepti iudicamus eam. Quod igitur Plebii tenes passus sunt ad Helenam, hoc oportet nos pari ad delectationem, sic enim eam proiecientes. Idem in lib. iij. Mollicies autem est togere laboriosa, difficilium tamen est tristitia sua sincera, quam a delectationibus abstinere: furorem autem ad virtutem homines ferant. In petuissimum enim furor ad pericula sustinetur. Vnde Homerus. Virtutem immitte furori, & furorem virtute erige. Horatius in lib. sermonum. Dum stulti vitant vitia, in contraria currunt. Omnibus hoc vitium est cantoribus inter amicos, Vt nunquam inducunt animum cantare rogati. In iussi nunquam desistant. Idem in lib. epistolarum. Alter in obsequium plus equo pronus. Alter rixatur de lana sepe caprina. Seneca de naturalibus questionibus lib. 8. Difficilis iouentu est virtus, ducent rectoremque desiderat, & sine magistro vitia discuntur. Idem in Hercule furente. Non est ad astra mollis e terris via. Oul. de arte. l. ij. Est nulla nisi ardua virtus. Idem in lib. de Ponto. Tendit in ardua virtus. Prosper in lib. epigrammatum. Amplius incedit spatis terrena voluptas. Angusto virtus limite celsa petit. Petronius. Nihil tamen tam arduum est, quod non improbitas extorqueat.

De Quatuor virtutibus cardinalibus. Cap. XVIII.

TULLIVS in Rhetorica prima. Virtutis partes, ut dictum est, sunt prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia. Prudentia est rerum, bonarum & malarum scientia. Cuius partes sunt memoria, intelligentia, Prouidentia. Memoria est per quam animus Tomus Tertius. H repetit

repetit ea que fuerint. Intelligentia est per quam prospicit animus ea que sunt. Prouidentia est per quam futurum aliquid videtur...

De Prudentia, & discretione secundum philosophos. Cap. XIX.

Actor. Prudentia quoque sic describitur. Prudentia est in sui custodia prouida, boni malique sagax dignoscencia. Itē prudentia est bonarum, & malorum rerum discretio, cum fuga mali...

De Eadem secundum poetas. Cap. XX.

Ganfredus in poetria. Pressum præcurrant oculi, præconfusio mentem, & vires metire tuas. Si fortis es aude grandia, si fragilis, humeris impone minora...

te leuis, curru, arte regēdus amor. Idem in lib. 1. Qui sermone placet nocitura silentia vitet. Qui canit arte canat, qui bibit arte bibit...

De Memoria. Cap. XXI.

Actor. Itaque prudentia partes sunt Memoria, Intelligentia, Prouidentia, Consilium, Cautela, Circūspectio. Memoria est ad mentis incertum imaginaria quedam representatio præteritorum...

De intelligentia rerum æstimatione. Cap. XXII.

Intelligentia est virtus, quæ rationali viuacitate statum presentis pensat, & vnumquodque secundum valorem suum æstimat, atque ponderat, meliora deterioribus anteponens. Ad hanc itaque pertinet profunda rerum inspectio, & integra ipsarum æstimatio...

Orid. in lib. Mathamor. 7. Formica paruum genus est, patientiq; laborum, Quæsitioque tenax. Idem in lib. de remedijs. 2. Parua necat mortuum spiritum Vipera Taurina. A Cane non magno, super te neur Aper. Flumina perpetuo torrens solet altius ire. Sed tamen hic breuis, illa perhennis aqua.

De prudenti rerum ponderatione. Cap. XXIII.

Actor. Ex prudenti rerum extimatione, sequitur eandem multa ponderatio, quæ in superioribus præponatur, ut anima corpori, virtus inanimata, honestas voluptati. Tull. de off. lib. 1. Nemo iustus esse potest, qui morte, vel dolore, vel ægrotatione timet, aut ea quæ his contraria sunt, aut quæ vitæ ipsius gratia existimant. Cum id quod vtile videtur, in amicitia, aut in quod honestum est comparatur, iacet utilitatis species, valeat honestas. Et cum in amicitia, quæ honesta non sunt postulantur, religio & fides anteponatur amicitie. Idem in lib. de Paradixis. Si autem isti callidi rerum æstimator, & areas quasdam magni æstimant, quæ hinc generi possessorem quasi nocere non possent, quia neque naufragio, neque incendio amitti potest: quanti æstimanda est virtus, quæ nec eripi, nec furti potest, quæ nec incendio, neque naufragio amittitur, quæ qui per se sunt, nisi diuites sunt. Solam præstant res fructuosas, & sempiternas, solique est proprium diuitiarum rebus suis contenti sunt. Idem in lib. de sine bono, & mali. Nemo voluptatem, quia voluptas sit aspernatur, neque dolorem, quia dolor est coniectatur. Denique aut voluptatem omittant, aut maiorem voluptatem adipiscendum causa, aut dolores suscipiant, maiorem dolorum effugiendum gratia. Seneca ad Lucillum. Seruam ergo deteriora melioribus, fortes simus aduersus fortunam. Idem in 31. Abstrahunt a recto diuitias, honores, potentia, & cetera, quæ opinione nostra cara sunt, precio suo vitia. Nescimus enim mare res, de quibus non cum fama, sed cum rerum natura deliberandum est. Nihil habent illa magnificum, quo mentes in te trahant, præter hoc, quod mirari ista consueuimus. Idem in 37. Quod contemptissimum cuique contingere, ac turpissimum potest bonum non est, opus autē & lenoni, & lanixæ contingunt, ergo bona non sunt.

De prudenti rerum usu. Cap. XXIII.

Actor. Porro ex prudenti rerum æstimatione, inflatque ponderatione sequitur bonus, ac rectus earum usus, quo vir prudens ad commodum suum cuncta retorquet. Quintilianus 2. lib. Nō est æquum id haberi malum, quod bene vti licet. Idem in 8. lib. Prudentis est, quod in vnoquoque optimum est, si possit suum facere. Seneca in naturalibus questionibus, lib. 2. Ita a natura comparatum est, ut alacris iniuria, quam merita descendant, & illa cito destituat, has tenax memoria custodiat. Idem ad Lucillum. Ait Crypsippus. Sapientem nulla re egere, & tamen nullis illi rebus opus esse, ecce stulto nulla re opus est, nulla enim re vti solet. Idem in 38. Tempestas non opus gubernatoris impedit, sed successum. Non ex ebore ranarum simulacra facit statuarius, sed ex are, vel marmore si alit. Sic sapiēs virtutem si licebit in diuicijs explicabit, si minus, in paupertate, si poterit in patria, si minus in exilio, si poterit interger, si minus, de bilis. Quamcunque fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet. Sapiens est artifex domandi mala, dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium, ubique horrenda, qui ad hunc perueniunt mansueti sunt. Idem Cicero in oratione pro domo sua. Rerum mobilium non tam facultas & copia est extendenda, quam in vto ratio, & in cærendo patientia. Horatius in lib. carminum. Non possidentem multa vocaueris recte beatum. Rectius occupat nomen beati, qui Deorum munere sapienter vti, duratque caller pauperiem pati. Dydimus vbi supra. Beatus enim rerum conditor varias species formauit in mundo, quia nullatenus poterat sine earum diueritate subsistere, quarum vsum humano arbitrio permisit discernendum. Quisque ergo deterioribus omis, meliora sectatur, non ipse quidem Deus est, sed Dei amicus efficitur. Quid in lib. tristium 2. Nil prodest quod non laedere possit idē. Prosper vbi supra. Est bona que prauis naturæ ex dote superfluit, Augent peccati pondera, non minuunt. Cuncta bonis profunt, quos & mors ipsa beatos efficit, ut sumant premia principum. Maximianus. Non res in vitiis, sed in malefacta cadunt.

De prouidentia. Cap. XXV.

Actor. Prouidentia est virtus per quam sagaci subtilitate futurorum exitus colligitur, aduersa que præuidet solerter animus præmunitus. Tull. de offic. Illud etiam magui ingenij est, cogitari ante percipere, & ante constitueret quid euenire possit, & quid agendum sit, cum eueniret. Seneca ad Lucillum epistola. 4. Aduer

sus omnia, quæ accidere possunt te adhortare, & in dura nemine enim eo forma præuexit, ut non tantum illi minaretur, quancq; pro miserat. Noli haic tranquillitate confidere, momento in re cōcurritur. Idem in 30. Venit aliquis ad morce u traxit morti, venientem illum nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illum diu compo fuerit. Idem in Agum anone. O quam miserum est nasci, ma ri. Punitus secundus in epistola ad Natam maximum. Dum vita appetit eam in re, ut mors paron præuidiam, quæ adhibere possit inuentat. Lucanus lib. 9. Scire mortis primam visis. Actor. Da hic materia require superius cap. de Prouidentia, & in capitulo de cautela, & est inferius cap. de preparatione sui contra mortem.

De Consilio & deliberatione. Cap. XXVI.

Actor. Consilium est examinandarum gubernandarūque causarū subiectis animi prædictis deliberatio est ante quodlibet acceptum, plena marantatis, & soleritæ consideratio. Itē consilium est de re cogitata, & aliquid factuū. Ex prouerbis sapientum. Dia conū deridam est quicquid itaque. Nam est solis. Iē Sulthius in cauitaria. Perit qui incipias consilio, ac vbi cōsuleris, in re opus est factu. Tullian. Reth. 1. Consilium aliquid facien di, vel nō facien si vere excogitata ratio. Idem in lib. de off. Foris animi & consilium nō perturbari in rebus asperis, nec tumultuan tem de gradu dajici, sed presentis aīo, & consilio vti, nec a ratione discedere, futura percipere, & quādo cōsuleret, quid ea vti possit, & quid agendū sit ea enacere. Idem in lib. 3. Qui deliberare pure supra cap. de h. melle. Idem in lib. de senectute. Nō viribus aut velocitate corporis res magna geratur, sed consilio, auctoritate, & fua. Idem in Philippicis. 11. Maioris consilij est preuidere, ne quid triste accidat, sed animi non minoris fortiter terere ea enacere. Idem in 12. Ois est etiam animi sui virtus, optime enim se ip sa nouit quam amabilis sit intelligit. Apuleius in lib. de Deo Socra tis. Quidam per angiportam reptates, consilia non ex suo corde, sed alienis vocibus colligunt, & vti ita dixerim, non auno, sed auribus cogitant. Quintilij lib. Partium in consilijs valet auctoritas. Nam & prudentissimus & optimus haberi debet, qui sententia suæ de vtilibus atque honestis credere omnes velit. Idē in 8. Nouerit quisque se, nec tantum ex communibus præceptis, sed ex natura consilium capiat formandæ actionis. Seneca ad Lucillum. 33. Viri boni auiditas tuta est, quæ subit ex bona conscientia, ex honestis consilijs, ex contemptu fortuitorum. Pauci sunt qui cōsilio se sua que regat, egerit eorum moræ quæ flaminibus innatæ, non eunt, sed feruntur. Idem. 37. Turpe est non ire, sed ferri, & subito in medio turbine rerū stupentem querere, huc ego quemadmodum veni. Socrates. Oriente solis consilium, occidente conuuium cogitatio. Idem. Velox consilium sequitur penitentia, maximeque consilio sunt contraria, festinatio, & ira. Sydonius in epistolari lib. 3. Plurimum laudis iuuenes moribus suis applicat, quociens de negociorum meritis ambigentes, ad peritorum consilia recurrunt. Caro in lib. de moribus. Antequam vti ceteris, ad consiliū ne accesseris. Idem. Tu te consule. Idem. Consilium arcanum tacito committe sodali. Vtile consilium dominus ne despice serui. Nullius sensum si prodest spreueris vnquam. Ganphredus vbi supra. Si vis bene duci, te certo committe duci.

De Cautela, & circumspectione secundum poetas. Cap. XXVII.

Actor. Prudentia quoque species est cautela qua malum sagaciter & astute cauetur. Circumspectio autem est contrarium vitiorum cautela, qua si vnum fugimus, alterum declinamus. Socrates. Melius est cauere, quam pauere. Ex prouerbis sapientum. Bonum est in alieno malo fugienda aspiciere, citius euenit periculum cum contemnitur. Ex alterius vitio sapiens emendat suū. Inimicum quamuis humilem docti est meruere. Panetius. Vitam hominum qui etiam in medio rerum agunt, ac sibi suisque esse vsui volunt, ad cauenda pericula ex improviso assidua, & prope quotidiana, oportet esse animo prompto semper & intento, ut sunt arharum (qui Pancratij vocantur) ut sicut illi ad vitandos ictus cauti, & ad faciendos sunt periti, ita animus & mē viri prudentis, aduersus vim, & perulantias iniuriarum omnium, in loco atque tempore prospiciens debet esse recta, ardua, septa, nunquam committens, nusquam aciem flectens, consilia, cogitationesque contra fortunę verbera, atque insidias inimicorum, quasi brachia, & manus protendens, ne qua in re aduersa repentina incurio imparratis, improteclisque nobis oriatur. Terentius in Phormione: Dum maxime hominum se unde sunt res, tunc maxime meditari eum oportet, quo pacto aduersam erumnam ferat, ne quid animo sit nouum. Et sic quicquid præter spem eueniet in lucro deputare. Seneca ad Lucillum. Festis maxime diebus animo impetrandū est, ut tunc voluptatibus solus abstineat, cum in illas omnis turba procubuit. Idem in 76. Precognitari mali mollis istius Tomus Tertius. H 2 vni,



Venit, ac stultis & fortunæ credentibus, omnis videtur noua rerum & inopinata facies: magna autem pars est apud imperitos mali no...

Adhuc de eodem secundum poetam. Cap. XXVIII.

VIDIUS in li. de arte 1. Quiq; aliis cauet, non cauet ipse sibi. Idem in 2. li. Non minor est virtus, quam quærere parte...

De obseruanda temporis opportunitate. Cap. XXIX.

ACTOR. Quoniam autem, vt ait Salomon. omnia tempus habent. Omniq; negotio tempus est & opportunitas, ma...

De iustitia. Cap. XXX.

ACTOR. Iustitia est virtus vnicuique ius suum tribuens, vtilitate cõmuni seruata. Item iustitia est virtus, per quam com...

buens Hugo. Opus iustitiæ est motus mentis rationalis, qui secundum Deum incidit, a cordis conceptione surgens, & foras vsq; ad actionem corporalem procedens. Lactantius in lib. de vera iustitia...

De Latria, sive Religionis. Cap. XXXI.

ACTOR. In summa vtriusq; species iustitiæ videntur esse Latria, Humilitas, Reuerentia, obediencia, Pietas, concordia, Liberalitas, Gratia, Moralitas, Fides, Lex, Seueritas, Misericordia. Est autem Latria idem quod cultus Dei sine religio, quæ sic describitur. Religio est virtus quedam superioris vite, quæ, scilicet diuino cultui, re...

De eodem secundum poetam. Cap. XXXII.

PROSPER vbi supra. Hac desiderij Deus est pietate colendus, Iustitiæ vt merces tota sit ipsè Deus. Optima vota Deo, quorum est dator ipse, vouentur. Hoc sursum dignum est ire, quod inde venit. Tales a domino quales formamur, amamur. Non quales nostris exitimus meritis. Omnem habitum mundi totus Deus implet, & ambit. Quem templo cordis, mens pia semper habet. Libertas nulla est melior, maior ve potestas, Quàm seruire Deo, cui bene seruit amor. Absque iugo posita est diuisionis amica voluntas, Quæ viget affectu, non gemit imperio. Ex prouerbij sapientum. Tutissima res est, aliquid domini timere.

De vitanda superstitio, secundum philosophos. Cap. XXXIII.

IDIDUS ad Alexandrum. In honorem diuinum pecudes innocuas non maculam, nec delubra metallis argenteis incrustata fundamus, nec auro altaria & gemmis splendidia dedicamus: quæ si vt non habenti Deo largiaris, superiorem te asseris, si vt habenti parem, quorum vtrumuis feceris, contumelia est: non suscipit Deus sacra sanguinea, cultum diligit incurrentum, verbo propitiatur orantibus, quod solum ei cum homine est, suaque similitudine delectatur: nam verbum Deus est, hoc mîsdum creauit, hoc regit, atque alit omnia, hoc veneramus; hoc diligimus, ex hoc spiritum trahimus. Si quidem Deus ipse spiritus atq; mens est, & ideo non terrenis diuitiis, nec largitate magnificat, sed religionis opibus, & gratiarû actione placatur: quapropter nimis vecordes vos & miserabiles iudicamus, qui originem nostram esse celestem non suspicistis, magnamq; cum Deo habere cognationem, sed splendorem generis nostri, rebus uilissimis obfuscat. Quippe quibus maxima in carne voluptas est, hanc fouetis, & colitis, & amatis, cuius

ius, & contrafactio horrenda est, & contagio morientis incesta. In cuius vltibus elementa vexantur, & nudum in exhibendis laborat obsequijs. Et quod est vehementius, audetis Deum cecis carnibus expiare, & in hoc scilicet a carne decepti. Re enim vera non opicu laret Deo, sed carnifices terribimos inuocatis, qui viscera vestra suppliciorum diuersitate discerpant. O vos infelicissimos, quorum religio crimen est, & vita supplicium. Cicero in oratione pro d. mo sua. Est etiam quidam religionis modus, nimiumque superstitiosum esse non oportet.

De eodem secundum poetam. Cap. XXXIIII.

TERSIUS. O curæ in terris animæ, & celestium manes, Qui diuauat in templis nostros immittere mores? Dicite pontifices in sancto qui dicit aurum? Qui datus id superis, de magna quo l dare lauce Non possit magni Mellala Lippa propago, Compositus ius, fas animi, sanctosque recessus, Mentis, & incocum generoso pectus honesto. Oui, in lib. epistolaram. Pone deos, & quæ tangendõ sacra prophana. Non bene celestes impia dextra colit. Tibullus 2. li. Vos quoque procul abesse iubeo, discedat ab aris. Cui uulit hesternæ gaudia nocte uenus.

De sacris diebus colendis. Cap. XXXV.

SENECA ad Lucillum epistola 18. Festis maxime diebus animo imperandum est, vt tunc voluptatibus solus abstineat, cû illas omnis turba procubuit. Oui, in li. de fastis. Prospera lux ori tur linguis animisque fauere, Nunc dicenda bono sunt bona uerba die. Lite vacent aures, insanaque protinus abstint Iurgia, differ opus liuida turba tuum. Tibullus li. 2. Luce sacra requiescat humus, requiescat arator. Et graue suspensio vomere celsæ opus. Soluite vincula iugis, nunc ad præsepia debent Plena coronata vertice, stare boues. Omnia sunt operata Deo, non audeat uilla, Lanificam penus imposuisse manum. Vos quoque abesse procul iubeo, discedat ab aris, Cui tulit hesternæ gaudia nocte uenus. Vna diem celebrant, nec festa luce, uadere, Est rubor errantes & niã le ferre pedes. Prosper vbi supra. Non recto seruat ergalia sabbata cultu. Qui pietatis opus, credit in his vetitum. Nulla dies actus hominum non damnat iniquos. Omnia conueniunt tempora iustitiæ. Nec corrumpuntur virtutibus oca sancta, Tantum a peccatis libera corda vacent. Ex li. digestorum 2. Vulpianus ad eod. Lege cautum est ne diebus feriaris iudicatum sit, nisi ex voluntate partium. Paulus lib. 13. ad Sab. More Romano dies a media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur: ita quod in his 12. horis id est duabus dimidiatis noctibus, luce media actum est, perinde quasi quauis hora lucis actum est.

De oratione secundum philosophos. Cap. XXXVI.

ORPHIRIUS. Deus utpote omnium pater nullius indiget, sed nobiscum bene est, cum per iustitiam & castitatem eum adoramus, ipsam vitam, precem ad eum fundentes per imitationem, & inquisitionem de ipso. Inquisitio enim purgat, imitatio deificat affectionem ad ipsum operando. Dydimus vbi supra. Verbo deus propitiatur orantibus, quod ei solum est cum homine. suaque similitudine delectatur. Valerius 7. lib. Socrates humane sapientie, quasi terrestre quoddam oraculum, nihil vltra petendû esse a Diis immortalibus arbitrabatur, quàm vt bona tribuerent, eo qd si fierent quid vnicuique vtile esset. Nos plerumq; id votis expetimus, quod melius foret non imperasse. Etenim densissimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quam late patente errore cæcæ precationes tuas spargis; diuitias apperis, quæ multis exitio fuerunt; honores concupiscis, qui complures pessunderunt, splendidas coniugiis manus iniicis, quæ nonniam quàm domos funditus euertit. Deline, igitur sultra, futuris malorum tuorum causis, quasi felicissimis rebus inhare, & te totam celestem arbitrio committe: quia cui bona facile tribuere solent, etiam eligere aptissima possunt. Athenodorus Stoicus. Tunc scito te omnibus cupiditatibus esse solutum, cum eo perueneris, vt nihil Deum roges, nisi quod possis rogare palam. Item Iuuenalis libro 4. Orandum est, vt sis mens sanus, in corpore sano. Fortem posce animum mortis terrore carentem.

De eodem secundum poetam. Cap. XXXVII.

MARTIALIS cognos. Parua rogas magnos, sed non dant hoc, quoque equus. Vt leus pudeat te matho magna roga Ouidius de arte li. 1. Flectitur iratus, voce rogante, Deus. Idem. Facile est omnia posse Deo. Idem in li. de Ponto. Conspicit interdû templi violator ad aram, Nec petere offensi numinis horret opẽ.

Prosper vbi supra. Laus vera in Deum deprimitur ore precantis. S quæ voce flamm, intima cordis hærent. Qui dicit vt quæras, addit vt inuenias. Cum Deus effectum precibus nõ præstat iniquis. Multum concedit, quod natura negat, Nam iratus sineret, quod prohibet placidus. Cum pia mens in laude Dei iuperata laborat, Gaude quod tantum te bene iuuat opus. Quære bonum sine fine bono, & pertille reperto. Quærere non habent talia vota modum. Nam qui se nullo iam inuore credit egere. Crescere vero cupiens, perdit adepta tepens. Sedulus in carmine pascali lib. 1. Salue sancta parens, enixa puerpera regem, Qui celum terramque regit per fœcula, cuius. Numen & aeterno complectens omnia gyro, Imperiû sine fine mane, quæ ventre beato, Gaudia matris habens, cum virginitatis honore, Nec primam similem uisã es, nec habere sequentem. Sola sine exemplo placuit femina Christo, Christæ laue votis, quæ mundum in morte iacentem. Viuificare volens quondam terrena petisti. Item Cato vbi supra. Quid statuat de te, sine te deliberat ipse.

De humilitate. Cap. XXXVIII.

ACTOR. Humilitas est proprie conditionis, vel conditoris intuitu uoluntaria mentis inclinatio. Item humilitas est amor, siue uoluntas persilendi in proprio gradu. Item humilitas est virtus, per quam animus fragilitatis suæ memor in nullo se extollit, nihilque boni sibi ascribit. Bruno. Humilitas est virtus, quæ homo sibi uerissima sui cogitatione uideat. Seneca ad Lucillum epistola 1. Quando seruo delectari uolo, neque enim mihi longe quærẽ dus est, me ipsum rideo Aristoteles in Metha. lib. 1. Qui humilitatur sponte, melior est, quàm ille qui humiliatur. Seneca ad Lucillum 20. Redige te ad parua, ex quibus cadere non possis. Valerius maximus 4. lib. Valerius cum omnia insignia sub titulo consulatus in se translata cererer, inuidiosum magistratus fastigium, moderacione ad tolerabilem, & humilem habitum deduxit, quid, quædus suas diruit, quia excelsiore loco positus instar arcis habere videbantur, nonne quantum domo inferior, tantum gloria superior euasit. Idem in 8. lib. Nulla est tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangitur. Prudentius in li. de conflictu uitiorum, & virtutum. Humilitas intendit gressum medio ceteris, oraq; parcè E-rigit, & coitu moderatur gaudia uultu. Ouid. in li. de tristibus 3. Viue tibi, & longe nomina magna fuge, Tu quoq; formida nimium sublimia semper, Propositiq; tui contrahe uelæ. Precor. Item Horatius libro epistolaram. Parum parua decet. Verificator. Spernere mundum, spernere nullum, spernere sese. Spernere te sperni, quatuor hæc bona sunt.

De reuerentia. Cap. XXXIX.

ACTOR. Reuerentia est virtus, qua sublimioribus debitum honorificationis cultum exhibemus, Deo scilicet, & Angelis, & Hominiibus. De reuerentia Deo exhibenda dicit Aristoteles. Nunquam uerecundiores esse debemus, quàm cum de Diis agitur. Boetius de consolacione lib. 1. Magna uobis si disimulare non uultis, indicta est necessitas probitatis, cum ante oculos agit iudicis cuncta cernentis. Valerius 5. lib. Xenophon cum sacrificaret, maiorẽ & duobus filiis in prælio perijisse cognouit, nec ideo cultum Deorû dimittendum putauit. Idem in eodem. Horatius Pulullus: cum Io ui pontifex edem dedicaret, & in solemniun nuncupacione uerborum postem tenens, mortuum esse filium suum audisset, nec manum a posto remouit, nec uultum a publica religione ad priuarû dolorem deflexit. ne patris magis quàm pontificis partes egisse uideretur. Statius in Thebaide lib. 4. A Ioue primus honor. Virgilius in buccolicis. A Ioue principium. Cato in li. de moribus Maiori cede. Aul. Gallius in lib. Articularum noctium primo. Apud antiquissimos Romanorum, neq; generi, neq; pecunie præstantior honor tribui, quàm ætati solitus est. Symachus in lib. epistolari. Indignus quoque laudatur ille, quem religio non permittit offendere. Quintilianus in lib. caularum 18. Genus etiam est reuerentie, vt tacenda minime scire uelis. Petronius. Itaque periculosum est alienis interesse secreta.

De obedientia. Cap. XL.

ACTOR. Obedientia est animi deliberati iusta iustionis effectus. Item obedientia est iusti pio studio, propria uoluntatis abnegatio, & uoluntaria recusatio. Inobedientia uero ex duricia mentis obstinacæ, cui debeas imperanti nolle obtemperare. Hugo. Obedientia uera est pro amore Dei seruare mandatum. Tullius in libro de legibus id est Iustitia est obtemperatio legibus, scriptis, & institutis populorum. Idem in libro 3. Et qui bene imperat, paruiter aliquando necesse est; vt qui modeste Tomus Tertius. H 3 ste

Re paret, videtur qui aliquando imperare dignus esset. Si inuitus paret ferus es; si volens, liber. Cassiodorus in lib. epistolarum 13. Animus dolosus non sequitur, imperatur, arbitrium, sed suas explicat voluntates. Virgilius in Georgicis 4. li. Est legum seruanda fides, suprema voluntas. Quod mandat ferique iubet, parere necesse est. Salustius in Catilinario. Quo modo te conueniet in minore negotio legem timere, si cam in maiora neglexeris. Ieremias in Adelphis. Quid tu illic agas, vbi si quid bene precipias, nemo obtemperat. Valerius lib. 7. Subtiliter Anatharsis, leges Araneorum telis, comparabat. Nam vt illas infirmiora animalia retinere, & valentiora transmittere: ita & his humiles, ac pauperes audimus constringi, diuites ac prepotentes non alligari. Horatius in li. epistolarum. Sunt qui turpe putant parere minoribus. Sicut que imberbes didicere, senes prodenda fieri. Lucanus. Tu quicquid iubeam, velis. Sedulus in catmine pascali, li. 1. O iusti mens sancta vi ri pietate remota, plus pietatis habens, contempnit vulnera nati, Amplexus precepta Dei scilicet Abraham. Actor. De obedientia quoque voluntaria, require supra capitulo de voluntario, quod cadit in diffinitione virtutis.

De Pietate. Cap. XLII.

Pietas est virtus, qua debitum honorem petentibus exhibemus. Item pietas est ex benigne mentis dulcedine, grata omni vobis auxiliatrix affectio. Tull. in Rhetorica 1. Pietas est, per quam sanguine coniunctis, patrieque beniuolis, officium, & diligens cultus tribuitur. Seneca in Thieste. Nulla vis maior pietate vera est, quo seque, quia verus amor tenuit tenebit. Vale lib. 5. Humanitatis dulcedo, & inferata barbarorum ingenia penetrat, orbofque & truces hostium oculos mollit, & inter districtos mucrones placidum iter reperit, nulla acerbitate fortune, nullis fordibus pretium carae pietatis euilefcit, quin etiam eo certius, quo miserius experimentum habet. Sanguinis ingenui mulierem praetor, apud tribunal suum, capitali crimine damnatam, in carcere necandam tradidit. Is autem qui custodia praerata misericordiae motus, non eam protinus strangulauit, aditum quoque filiae, sed diligenter excusse, ne quid sibi inferret, dedit, futurum existimans, vt inedia consumetur. Pluribus autem iam transactis diebus, secum ipse quaerens, quid nam esset quod tam diu sustentaretur, curiosus obseruans, animaduertit filiam exerto vberibus, famem matris, lactis sui subsidio, lenientem. Quae tam admirabilis spectaculi nouitas, ad iudices prolata, remissionem poenae mulieri impetrauit. Quo ergo non penetrat, aut quid non excogitat pietas? quid enim tam inuisitatum, & inauditum, quam matrem natam vberibus alitam? Putaret hoc aliquis contra rerum naturam factum, nisi parentes diligere prima naturae lex esset. Idem de pietate praedicatur, qua patrem suum Cymona consimili fortuna affectum, parique custodia tradidit, iam vltimam senectutis, velut infantem pectori suo admoctum aluit. Haerent oculi hominum, ac stupent cum huius facti pictam imaginem vident. Caeterae quidem virtutes admirationis multum, pietas autem, & amoris maretur plurimum. Scripti testamentum perhibeo pietatis. Dario totis regni sui viribus in Scytharum regionibus impetu facienti, paulatim cedentes, & interroganti. Quae finem fugiendi, vel quod initium pugnandi facturi essent. Responderunt se, nec vrbes, nec agros cultos habere, pro quibus dimicarent. Caeterum cum ad parentum suorum monumenta venissent, scitum eum quem admodum Scythae praelari solerent. Quo qui dem vno tam pio dictu, immanis & barbara gens, ab omni feritatis crimine se redemit. Prima igitur, & optima rerum natura pietatis magistra est, quae nullo vocis ministerio, nullo vsu literarum indigens, propriis ac tacitis viribus charitatem parentum, liberorum pectoribus infundit. Quid ergo doctrina proficit, vt politiora, non vt meliora fiant ingenia? quoniam quidem solida virtus nascitur, magis quam fingitur. Quis enim Scythas palustris, vagos, & siluarum latebris corpora sua tegentes, in modum que ferarum la niam pecudum viuentes, sic Dario respondere docuit? Illa nimirum quae Crest etiam filium loquendi vsu defectum, ad protegendam patris vitam, ministerio vocis instruxit. Hanc charitatem proximus fraternae beniuolentiae gradus excipit, quam copiose etenim suauitatis illa recordatio est. In eodem domicilio antequam nasceretur habitauit, in eisdem cubulis infantiae tempora peregit, eosdem parentes appellauit, chara est vxor, dulces liberi, iocundi amici, af fines accepit, sed postea cognitis, nulla beniuolentia debet accedere, quae priorem exhauriat. Statius in Rhebaide li. 10. Prolis amor crudelia vincit pectora. Ouidius in li. de tristibus 1. Pietas, & in hoste probatur. Petronius. O maxima rerum, & merito pietas homini tutissima virtus. Alio vero pietas dicitur cultus Dei.

De Amore patriae. Cap. XLIII.

Actor. Ad pietatem quoque pertinet amor patriae, de qua multa loquuntur auctores. Tullius in Rhetorica 2. Quonia

omnia comoda prouenerunt ex patria, nullum incommodum pro patria tolerare est graue putandum. Idem in Tullianis quaestionibus lib. 1. Nemo vnquam sine magna spe immortali tatis, pro patria offert ad mortem. Idem contra Antonium. Omnino vero nulla est cuius causa iusta, contra patriam arma capiendi. Sy machus in li. epistolarum. Patriam alimentorum dulcetu laborantem, periculosum est inhabitare, crudelis & insipium desiderare. Valerius li. 5. Codrus rex Atheniensium cum ingenti hostium exercitu Aethica regio debilitata, ferro & igni vastaretur, humani auxilii desiderantia, ad Apollinis oraculum confugit, ac per legatos sollicitatus est, quo nam modo tam graue bellum illud discessit posset. Cui respondit, ita finem ei fore, si ipse hostili manu occideret. Hoc non solum in Atheniensium castros, sed etiam contrariis percerent, ob hoc illic edictum est, ne quis Codri corpus vulneraret. Id postquam cognouit, depositis insignibus imperij, familiarem cultum induit, ac parabulantiu hostium globo se obiecit, vnumque ex his falce percussit in eadem suam compulsi, ne Athenae occiderent. Themistodes, quem virtus sua victorem, & iniuria paruae Perlarum imperatorem fecerat, vt ab ea expugnanda se adfueret, instituto sacrificio, exceptum patere Tauri sanguinem hausit, & ante arma ipsa, quali quaedam clara pietatis victimam coniecit. Aristoteles, supremam vitam reliquit, seculibus ac rugosis membris in summo literarum ocio vix custodiens, adeo valenter pro salute patriae incubuit, vt cum eam ab hostibus armis solo aquatam, in lectulo Atheniensium iacens, Macedonum manibus quibus obiecta erat, eriperet. Itaque vrbs tam strata, atque uersa Alexandri, quam re situta Aristotelis notum est opus. Ennodius. Amica est homini ad genitale solum reuertendi semper hylaritas. Horatius in li. carminum. Dulce, & decorum est propria mori. Ouidius in li. de Ponto: Nescio qua natale solum dulcedine cunctos, Ducit: & immemores non sinit esse sui. Idem in li. sine titulo 2. Felix quem sua terra tenet. Nauita sollicitus, cum ventos exhorret iniquos. Et prope tam letum quam prope cernit aquam. Tullius est fouisse thorum, legis se libellos. Traicium digitis in corpore puluile lyram. Gaius in Alexandride lib. 1. O patria natalis amor, sic allicis omnes. Idem in lib. 6. Dulcius est patrius alieno cespite cespes, Est aliquid patrio se reddere posse sepulchro,

De humanitate et mansuetudine. Cap. XLIII.

Actor. Humanitas est elegans, & grata quaedam vrbantitas homini innata, quae reddit eum omnibus benignum, affabilem, & iocundum: & est idem penè quod mansuetudo. Nam & homo dicitur esse animal mansuetum natura. Vnde humanitas videtur esse mansuetudo. Quae sic describitur. Mansuetudo est virtus, qua quis tractabilis est non asper, non idomitus, sed omnibus affabilis, & iocundus. Item mansuetudo est animi dulcedo, sine tranquillitas, aut benignitas, quae nec prouocat, nec prouocatur. Item mansuetudo est virtus, per quam domestici tranquillitas animi nullius improbitate limitum suae quietis excedit. Haec est homini quasi naturalis vt dixi, & ideo recte potest humanitas vocari. Valerius lib. 5. Humanitatis dulcedo, & inferata barbarorum ingenia penetrat, orbofque, & truces hostium oculos mollit, & inter districtos mucrones placidum iter reperit. Pygistratus Atheniensis Tyrannus cum adulescens quidam amore filiae eius virginis accensus in publico obuiam sibi factam oscularus esset, hortante vxore, vt ab eo capitale officium fumeret, respondit. Si eos qui nos amant occiderimus, quid his faciemus, quibus odio sumus. Haec vxor ex ore tyranni, de humanitate manauit. In huic itaque modum filiae tulit iniuriam, ac multo laudabilis suam. Idem a Trasippo amico inter cenam conuicio laceratus, ita & animum & vocem ab ira cohibuit, vt putares facillimè a tyranno male audire. Denique Trasippus concitata temulentia impeto euectus, os eius sputo respersit, nec tamen illum in sui vindictam accendere valuit. Qui etiam filios suos, violatae patris maiestatis, subuenire cupientes, retraxit. Postero autem die Trasippo supplicium a se, voluntaria morte volente exigere, ad eum venit, dataque fide, in eodem amicitiae gradu se mansurum, ab incepto reuocauit. Aequae mitis animus Pirrhi regis, qui cum audisset quodam in conuiuio Tarentinorum, parum honoratum de se sermonem habitum, accessit qui illic interfuerant, percunctabatur an de se talia dixissent, tunc vinus ex his. Nisi inquit vnum nobis defecisset, haec quae tibi relata sunt, praehis, quae de te locuturi eramus, ludus fuissent ac iocus. Tam vrbana crapulae excusatio, tanquam simplex veritatis confessio, iram regis conuertit in risum. Qua quidem clementia, & moderatione affectus est, vt sobri bene praecarentur. Tullius de offic. libro 1. Porrò magnitudo animi, remota comitate, & coniunctione humana, feritas quaedam fit & inhumanitas. Idem in tertio. Sicut quaedam membra amputantur, si languere, & tanquam spiritum carere ceperint, & ne nocent

ant reliquis partibus corporis: sic in figura illa hominis, feritas, & immunitas belua a communi humanitate segreganda est. Horatius in li. epistolarum. Nemo adeo ferus, qui non miscere possit. Martialis coquus Abfit a iocorum nostrorum simplicitate. Malignus interpres, innocuos censura potest permittere lusus. Laetitia est multis pagina, vita proba. Actor. Paginam vocat sermo nem, vel faciem aut cultum exteriorem.

De Concordia, & pace, secundum philosophos. Cap. XLIII.

Concordia est animorum indifrupta quaedam & vnita comperio. Pax est animorum in bono concordantium ordinata tranquillitas. Varo in sententijs. Alit autem concordiam mores ad cohabitantium animos formare. Ex prouerbijs sapientium. Principium autem discordiae & c. Require infra c. de odio, & discordia. Item. Ab alio itaque super incipit dissensio, a te vero re conciliatio. Salustius in Iugurthino. Concordia parua res crescit, discordia maxima dilabuntur. Seneca in libro de moribus. Pace habero cum hominibus, cum vitis bellum. Idem in Tyeste. Peior est bello timor ipse belli. Fulgentius in lib. Mitilogiarum 2. Sapienter viri maiorem cum vitis quam cum inimicis pugnam gerunt. Dydimus ad Alexandrum. Nos bella non gerimus, sed pacem moribus, non viribus confirmamus. Sola fortuna est, aduersus quam sepe pugnamus, & semper vincimus. Tullius de officijs libro 1. Quare suscipienda sunt bella, vt sine iniuria in pace vnanitate. Itaque paci, quae nihil habitura fit infidiam, semper est consulendum, bellum ita suscipiatur, vt nihil aliud, nisi pax quaesita videatur. Idem in Philippica 2. Nullum est armorum praesidium, charitate, & beneuolentia ciuium oportet esse septum, non armis. Nomè certe pacis dulce est, & ipsa salutaria, nec est aliud quam tranquilla libertas. Iulius Celsus in li. de bello Gallico Cefaris 3. Inter duos bellantes hoc vnum tempus agendi de pace est, dū sibi uterque confidit, & pares ambo videntur. Quod si alteri paululum modo fortuna tribuerit, vix vterque conditionibus pacis, qui superior videtur, nec aqua parte contentus erit, qui omnia se habiturum sperat.

De eodem secundum poetas. Cap. XLV.

Rosper vbi supra. Cordibus in sanctis pulchra & concordia pacis. Spernunt mundi praemia pace Dei. Lucanus in 4. Heu miseri qui bella gerunt, Nempe vbi Marte secundo. Tor dubie restant acies, tot in orbe labores. Imperia in aeternam rupeunt fecerunt pacem. Idem in secundo. Minimas rerum discordia turbat, Pacem summa tenent. Idem in 10. Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur. Venaleque manus, ibi fas, vbi maxima merces. Ouidius de arte li. 3. Candida pax homines, trux decet ira feras. Prudentius vbi supra. Pax plenum virtutis opus, pax summa laborum, Pax belli exacti, praetiumque periculi. Nil placidum est sine pace Deo, nec munus ad aram. Cum cupias offerre probat, si turbida ferrem. Mens impacati sub pectoris oderit Antro. Meritorum clausula pax est, non inflata tumet. Non inuidet ancila facti. Omnia perpetuit patiens atque omnia credit. Nunquam lesa dolet, cuncta offensa donat. Occasum lucis venia praecurrere gestit. Cato vbi supra. Ira odium generat, concordia nutrit amorem.

De liberalitate secundum philosophos. Cap. XLVI.

Actor. Liberalitas est virtus, per quam liber animus in largitio Ane possessorum nulla tenacitate coarctatur. Dydimus ad Alexandrum. Libera est enim res communicata, & necia pati dispendium, cum in alterum participata transiundit. Sicut ex vna face si lumina plura succenderis, nullum damnium principali materie generabit, quae quidem facultatem accipit plus lucendi, quotiens causas accipit plus praestandi. Boetius de conso. lib. 1. Diuitia magis effundendo, quam coarctando nitent: tunc enim pretiosa est pecunia, cum translata in alios largiendi vsus, desinit possideri. Auaritia semper odiosos, claros largitas facit. Tullius de officijs lib. 2. Beneficentia, ac liberalitatis duplex est ratio. Aut enim opera impenditur indigentibus, aut pecunia facilius posterior, locupletari praesertim; sed prima lautior, ac splendidior, & viro forti, clarioque dignior, ac pluribus vtilior. Nam prima ex arca, secunda ex vrugne deponitur. Et sepe qui pecuniam beneficium accipit, deterior inde fit, atque ad idem semper expectandum paratior. Conuenit autem viro liberali in dando esse munificum, in exigendo non acerbum, in omni quoque re contrahenda vendendo, emendo, conducendo, locando, faciendo, & equum multa multis de iure suo cedente, & a litibus quantum liceat abhorrentem habenda est tamen ratio rei familiaris, quam quidem dilabi sinere flagitiosum est. Speculum Doctrinale.

tiosum est, sed ita vt illiberalitatis, & avaritiae absit suspitio. Laetius in li. de falsa sapientia & c. Require infra. c. de diuitijs contentendis. Laudatur & c. Cassiodorus in epistola 14. Libentes omnibus praebemus assensum, quotiens est vox iusta poscentium: non decet esse difficile beneficium, quod non patitur largitate detrimetur. Item Seneca de beneficijs li. 1. Beneficium est beneuola actio tribuens gaudium, capiensque tribuendo, & in id quod facit, pro-na & sponte sua parata. Itaque non quid detur refert, sed qua mente: animus enim est, qui parua & fordida illustrat, magna & pretio habita dehonellat. Nonnunquam magis nos obligat, qui parua dedit magnifice, quia regum, opes aquauit animo, qui exiguum tribuit, sed libenter, qui paupertatis suae oblitus est, dum in eum respicit, qui accipere, se putant, cum daret beneficium, qui dedit tanquam non recepturum, recepit, tanquam non dedisset: qui occasionem qua prodesset, & occupauit, & quaesuit. E contra ingrata sunt, licet re, & specie magna videantur, quae danti extorquentur, aut excidunt. Itaque multo gratius venit, quod facili, quam quod plena manu datur. Idem in 2. Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis haesit. Gratissima sunt beneficia parua accurrentia, vbi nulla interuenit mora, nisi in accipientis verecundia. Omnis benignitas properat, & proprium est libenter faciatis cito facere. Idem in libro 6. Quare quomodo ea, quae habes, tua facias, dando. Consule rebus tuis, & earum tibi certam, atque inexpugnabilem possessionem para, non solum honestiores illas facturus, sed etiam tutiores. Illud quo te diuitem putas, quamdiu possides, sub sordido nomine iacet: domus est, seruus est, numi sunt; cum autem donasti, beneficium est. Idem in lib. de moribus. Vir tuas magis amici beneficijs, quam iniurias sentiant. Varo in sententijs. Ex animo dantis censetur munus magnum. Ex prouerbijs sapientum. Bis gratum est, quod opus est, sed vltro offeras. Item beneficium qui dare nescit, iniure petit. Beneficium saepe dare, est docere reddere, benignus & dandi causa facit cogitat.

De eodem secundum poetas. Cap. XLVII.

Ovidius in libro epistolarum. Illa acceptissima semper munera sunt, actor quae pretiosa faciat. Idem in li. Metha. 8. Super omnia vultus accipere boni. Matheus in lib. de Tobia. Affectus praest affectum, non aspice quantum. Sed huius ax quanta sedulitate datum. Verus amicus dantis in affectu non danti: ne patet. Da cito, da gratis, gratum, ne gratia fiat venalis. Prodigus mensuram excedit, largus honori. Seruicij, fructificat parcus, avarus eger. Est ancilla dei simplex elemosyna, vortis Antidoum, venia, portus, salutis iter. Liberat a mortis laqueis elemosyna, lortos Abluit, actori dulce perorat opus. Vitam perpetuat, venturum praestat honorem. Corporeum praestat spirituale decus. Martialis coquus. Grande sui pretium muneris actor habet. Item, Quas dederis folas semper habebis opes.

Quod liberalitatis debet esse discreta. Cap. XLVIII.

Tullius in offi. lib. 1. Liberalitate, & beneficentia nihil est naturae hominis accommodatius. Sed haec multas debet habere cautiones. Videndum est enim primum, ne oblit, vel illi cui datur beneficium, vel alii. Sunt enim multi cupidi splendoris, & gloriae, qui alijs eripiunt, quod alijs largiantur; & sic alijs nocent, vt in alios liberales exillant. Nos autem ea liberalitate vtamur, quae amicis proficit, & nemini oblit. Idem. Ne maior sit liberalitas quam facultas, & tandem vt pro dignitate cuique tribuatur, quod est fundamentum iustitiae. Nihil enim liberale est, quod non sit iustum. Spectandi etiam sunt mores eius, in quem beneficium conferatur, & animus eius circa nos, & communitas, ac societas vitae, & ad nostras vtilitates officia prius collata. Idem in libro 2. Nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit? nec ita referenda, vt pateat omnibus. Causa autem largitionis duplex est, scilicet si aut necesse, aut vrile, & in his ipsis mediocritatis regula seruanda est; temeritate enim remota, gratissima est liberalitas. Nam viri liberalis bonitas, commune omnium perugium est. Nec vno modo in disparibus causis affecti esse debemus. Propensior enim debet esse benignitas in calamitosos, nisi forte calamitate digni fuerint. Valerius libro 4. Itaque liberalitatis duo sunt maxime fontes probabiles, vnum iudicij scilicet, & honesta beniuolentia. Seneca de beneficijs lib. 2. Volo Crisippi nostri vti similitudine, de pile lusu, quam cadere non dubium est, aut mittentis: dubio, aut excipietis; tunc cursum suu seruat, vt apte iactata, & excepta est. Tomus Tertius. H 4 Necesse



Necessè est autem lusor bonus aliter illum collutori longo, aliter breui mittat. Eadem beneficii ratio est, nisi utriusque perous dantis & accipientis appetur, nec ab hoc exhibi, nec ad illum perveniet, ubi debet. Idem in eodem. Sunt quedam nocua impetrantibus, quae non dare beneficium, sed negare. Aestimemus itaque utilitatem potius, quam voluntatem petentium. Sepe enim noxia quaeque concupiscimus, nec despiciere quam perniciosa sint licet, quia iudicium interpellat affectus. Sed cum subleat cupiditas, cum impetus ille flagrantis animi, qui consilium fugat cecidit, detestamur perniciosos malorum munerum actores. Idem in lib. 4. Turpissimum damni genus est, inconsulta donatio, grauiusque est beneficium male dedisse, quam non recepisse. Cato ubi supra. Cui des videto. Macrobius in li. Saturnalium. Beneficium dando accepit, qui digno dedit. Qui in li. sine titulo. Crede mihi, res est ingeniosa dare. In flammam flammam, in mare fundis a quas. Marci. eoque. Semper pauper eris, si pauper es Emiliane. Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus. Terentius in Phormione, quam inique comparatum est, ut hi qui minus habent, semper aliquid ditionibus addant.

Quorum sit dare, vel accipere beneficia. Cap. XLIX.

SENeca in libro de beneficiis. Queritur ab Hecatore an beneficium dare seruis domino possit. Sunt enim quidam, qui ita distinguunt. Quidam beneficia esse, quaedam officia. quaedam ministeria, beneficium esse quod alienus dat. Alienus autem est, qui potuit sine reprehensione cessare. Officium esse filii, uxoris, & ceterarum personarum, quas necessitudo suscitavit, & opem ferre iubet. Ministerium esse serui, quem conditio sua eo loco posuit, ut nihil eorum, quae praestat impuget superiori. Idem in li. 7. Dicitis Stoici, quod nemo malo homini prodesse potest. Beneficium est, quod prodest, ergo beneficium non accipit malus, ergo non debet reddere, ergo ingratus non est. Item bonus vir omnia recte facit, ergo ingratus esse non potest, & ita nec bonus quisquam ingratus est, nec malus. Ad hoc dicimus, quod apud nos bonum honestum est, id peruenire ad malum non potest. Desinit enim esse malus, si ad illum virtus intraverit, quam diu autem malus est, nemo illi dare beneficium potest, quia quicquid ad illum pervenit, pravo usu corrumpitur. Quemadmodum enim stomachus morbo vitiat, & colligens bilem, quoscunque accepit cibos, mutat in detritum, & omne alimentum in causam doloris trahit. Ita animus caecus, quicquid illi commiseris, id onus suum, & perniciem, & occasionem miseriae facit. Idem in eodem. Nihil potest ad malos quod proficit, immo quod non noceat. Quaecunque enim illis contingunt, in suam naturam vertunt, ideo nec beneficium dare possunt, quoniam nemo potest, quod non habet, dare. Sed quamvis haec ita sint, tamen accipere quaedam malus potest, quae beneficiis similia sunt, quibus non redditis ingratus erit; sunt enim animi bona, sunt corporis, sunt fortunae, prima a stulto, & malo submouentur. Peripatetici vero (qui felicitatis humanae longè, lateque terminos ponunt) aiunt minima beneficia perventura ad malos, quae qui non redditis, ingratus est. Nobis autem non placet esse beneficia, quae non sunt factura animum meliorem, commoda tamen animae illa, & expectanda non negamus. Cle autem vehementius agit, licet inquit beneficium non sit quod accipit, tamen ingratus est, quia non fuit redditurus, etiam si accepisset. Sic latro est etiam, antequam manus iniquet, quia ad accipiendam iam voluntate armatus est, exercetur enim, & aperitur opere nequitia, non inci pit.

Quod beneficium debet esse gratuitum. Cap. L.

TULLIVS de offi. lib. 2. In beneficiis collocandis mores hominum non fortunam sequi honesta ratio est, sed quis tandem, qui inopis & optimi viri cause, non anteponat gratiam viri fortunati & potentis, a quo enim videtur remuneratio fore expeditior, atque celerior, in eo nostra voluntas est propensior, corruptique sunt mores, & depravati admiratione diuitiarum. Idem in oratione sua, priusquam iret in exilium. Officium itaque liberale est, ferre beneficium, ut possis metere fidei fructum. Seneca de beneficiis lib. 2. Haec beneficii inter duos lex est, alter statim obliuisci debet, alter memor esse accepti. Taceat qui beneficium dedit, narret qui accepit. Idem in li. 3. Qui dat beneficia, Deum imitatur qui repetit, generator est. Terentius in Andria. Frequens quoque commemoratio, quatuor immo moris beneficii est exprobratio. Tullius in li. de amicitia. Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium, quae meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Idem in Philippica 2. Quod est aliud beneficium latronum, nisi ut commemorare possint his se dedisse vitam, quibus non ademerunt. Ex prouerbiis sapientum. Beneficium qui se dedisse dicit, perit. Seneca ubi supra lib. 7. Nos Stoici quaedam praecipimus vltra modum, ut ad verum, & suum redeant. Cum dicimus ille dati beneficii meminisse non debet, hoc volumus intelligi, non debet nec iactare, nec grauis esse. Quotiens parum tibi fiduciae est, in his quibus imperans amplius exigendum est, quam fat est, ut praestetur quanti fat est. In hoc omnis hyperbole extenditur, ut ad verum mendacio veniatur, itaque ille qui dixit, ut candore nives anteiret, cur sibus auras, quod non poterat fieri dixit, ut crederetur quantum plurimum posset. Nanquam tantum sperat hyperbole, quantum audeat, sed incredibilia suadet, ut ad credibilia, sed magna perveniat. Martialis coquus. Quae mihi praestiteris, memini, semper que tenebo. Cur igitur taceo, Postume tu loqueris. Incipio quod tiens alicui tua dona referre. Protinus exclamat, dixerat ille mihi. Non belle quoddam faciunt, duo sufficit vnus. Huic operi si vis, ut loquar, ipse taceo. Crede mihi, quamvis ingentia Postume donec Actoris peremit garrulitate sui.

niret, potius quam accipere. Varro ubi supra: Turpissimum est in datis sperare. Ex prouerbiis sapientum. Pulcherrimum autem est omnia praestare, nihil exigentem.

De non prostrahendo, vel negando beneficia. Cap. LI.

SENeca de beneficiis lib. 1. Multo experimur ingratos, plures facimus, quia aliis graues exprobratores exactoresque sumus, aliis leues, & quod paulo post muneris poeniteat, alii queruli, & minima momenta calumniantes, omnem gratiam contumimus, nec tantum postquam beneficium dedimus, sed etiam cum damus. Quis enim nostrum contentus fuit, aut leniter rogari, aut fuisse? Quis non cui aliquid a se peti turpicatum est, frontem abduxit, vultum auertit, occupationes simulavit, longis sermonibus, & de indultia exitum non inuenientibus, occasionem petendi abstulit, & variis artibus petentes illius in angustio vero positus, vel comprehensus, aut dilulit, aut timide negavit, aut promittit, sed difficulter, sed superlucis superciliosus, sed malignus, & vix exantibus verbis. Angratu esse qui quam ad eum potest, qui beneficium aut superbo abiecit, aut iratus impedit, aut fatigatus, ut molestia careret, dedit. Qui utique tarde fuit, diu noluit. Idem in 2. lib. Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis haesit. Grauius visis nulla res carius conit, quam quae precibus empta est. Molestum enim verbum est & onerosum, demulsoque vultu dicendum. Rogo? Aequore animo quidam ferunt spem suam praeficiendi, quam trahi. Quemadmodum acerbissima crebilitas est, quae pugnam trahit: & misericordiae genus est, cito occidere, quia tormentum vltimum suum sui secum afferit, ita maioris gratiae munus est, quominus diu pendit. Ab Antigonon Cimicus petijt Talentum. Respondit Antigonon, plus esse, quae Cimicus petere debere: repulsiis petijt denarium. Respondit minus esse, quam quod regē deceret dare. Turpissima certe huiusmodi cauillatio inuenit, quomodo neutrum daret, in denario regem, in talento Cimicum respexit, cum posset denarium tanquam Cimico dare, talentum tanquam Rex. Nihil autem tam exiguum est, quod non honeste regis humanitas tribuat. Idem in Hipolito. Rogantis autem intrepida consistit verba. Nam qui timide rogat, docet negare. Socrates. Negat sibi ipse, qui quod difficile est petit. Baltherus in Alexadre lib. 6. Ex merito patitur, qui postulat vltimus quam promeruit. Spes quam meritum non praetendit, a se delat, & verum dat ei praesumptio non tenet. Varro ubi supra. Fiste referat gratiam inuite danti, vix datum est ne putes beneficium, sed praedam. Semel dedit qui rogatus, bis qui non; extorquere autem est plus, quam semel rogare. Ennodius. Argumentum est nil merentis, rogare diu. Ex prouerbiis sapientum. Ingentiorem laedit, qui indignum rogat. Beneficium vero dat his, qui celeriter dat. Cato ubi supra. Quod praestare potes, ne bis promiseris vlli. Ne dabitur cum magna petas, impendere parua.

De non repetendo, vel impropinando beneficio. Cap. LII.

SENeca de beneficiis lib. 1. Non autem facile dixerim, utrum turpius sit iniuriari, an repetere beneficium. Idem in secundo libro. Taceat qui beneficium dedit, narret qui accepit. Idem in li. 3. Qui dat beneficia, Deum imitatur qui repetit, generator est. Terentius in Andria. Frequens quoque commemoratio, quatuor immo moris beneficii est exprobratio. Tullius in li. de amicitia. Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium, quae meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Idem in Philippica 2. Quod est aliud beneficium latronum, nisi ut commemorare possint his se dedisse vitam, quibus non ademerunt. Ex prouerbiis sapientum. Beneficium qui se dedisse dicit, perit. Seneca ubi supra lib. 7. Nos Stoici quaedam praecipimus vltra modum, ut ad verum, & suum redeant. Cum dicimus ille dati beneficii meminisse non debet, hoc volumus intelligi, non debet nec iactare, nec grauis esse. Quotiens parum tibi fiduciae est, in his quibus imperans amplius exigendum est, quam fat est, ut praestetur quanti fat est. In hoc omnis hyperbole extenditur, ut ad verum mendacio veniatur, itaque ille qui dixit, ut candore nives anteiret, cur sibus auras, quod non poterat fieri dixit, ut crederetur quantum plurimum posset. Nanquam tantum sperat hyperbole, quantum audeat, sed incredibilia suadet, ut ad credibilia, sed magna perveniat. Martialis coquus. Quae mihi praestiteris, memini, semper que tenebo. Cur igitur taceo, Postume tu loqueris. Incipio quod tiens alicui tua dona referre. Protinus exclamat, dixerat ille mihi. Non belle quoddam faciunt, duo sufficit vnus. Huic operi si vis, ut loquar, ipse taceo. Crede mihi, quamvis ingentia Postume donec Actoris peremit garrulitate sui.

De

De Gratia beneficii repetenda. Cap. LIII.

ACTOR. Gratia est, qua beneficiis nostris ratione beneficiorum grati tenemur. Item gratia est virtus, qua benevolentiae mutuae alterius ad alterum affectuosus cultus ostenditur. Seneca de beneficiis lib. 1. Docendi sunt qui libenter accipiunt, libenter reddere, & eos quibus obligati sunt, re animoque non tantum aequat, sed etiam vincere. Idem in li. 4. Quidam cum aliquod sibi missum est munusculum, subsidue intempertissime aliud remittunt, & nihil se debere testantur. Reijciendi signum est protinus aliud inuicem mittere, & munus munere expugnare. Qui nimis cito solvere capit, iniucis debet; & qui inuitus debet, ingratus est. Item ad Lucillum. Docet philosophia precipue, bene debere beneficia, bene solvere. Interdum autem solutio est ipsa confessio. Idem in li. 1. Cui etiam si merita non praecessissent, oportebat ignosci, post beneficia ledenti plus quam venia debetur; pluri enim vltimo beneficio, quam iniuriam. At non omnes grati sciunt debere beneficium viro sapienti. Notum est quanti res quaeque taxanda sit, & omnia secum examinat, quantum accepit, a quo, quando, ubi, & quemadmodum. Vnde Mechodorus ait, Solum sapientem referre gratiam scire, beneficia crescunt mora, & tanto plus solvendum est, quanto tardius. Ingratus est, qui beneficium reddit sine vsura, sepe quod datur exiguum est, quod sequitur ex eo magnum. Tullius de prouincis consularibus. Is autem non solum modo gratus esse debet, qui beneficium accepit, sed etiam cui potestas accipiendi fuit. Varro ubi supra. Turpissimum est in datis sperare, pulcherrimum autem cum fenore data reddi. Seneca ubi supra i. 3. Pecunia in loco negligere, maximum interdum est lucrum. Actor. Refert quoque Seneca, Socratem ipsum aliquando ab Archelao rege inuitatum, ut ad se veniret, quatenus eum honorare posset, Socratemque respondisse, se ab eo nolle beneficia accipere, cui perparia non posset reddere. Ex prouerbiis sapientum. Fraus est accipere, quod non possis reddere. Beneficium accipere est libere tam vendere, beneficia plura accipit, qui scit reddere. Itē nihil petas, quod negaturus sit. Cato ubi supra. Benefici accipit memor esto. Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus. Accipito placide, & plene laudare memento.

De ingratitude nitanda. Cap. LIII.

VALERIVS lib. 5. Dandi, & accipiendi beneficii commercium, sine quo vita hominum vix consistat, tollit & perdit, quif quis bene merito parem referre gratiam negligit. Ex prouerbiis sapientum. Ingratus vnus miseris omnibus nocet, malignos fieri maxime docent ingrati, reuera beneficiorum memoria fragilis est, iniuria vero tenax. Seneca de beneficiis lib. 1. Inter plura maxima vitia, nihil est frequentius, quam ingratitude animi. Ita a natura comparatum est, ut alterius iniuriam quam merita descendat, & illa cito defluat, has tenax memoria custodiat. Idem in li. 2. Quidam fortunae gratias agunt, & in angulo, & ad aures, non est ista verecundia, sed inficiendi genus. Ingratus est, qui remotis arbitris, gratias agit. Nusquam improbe spei quod datur satis est, nullumque tam plenum beneficium, quod non felicitate malignitas possit nullum tam angustum, quod non bonus interpret ostendat. Idem in 4. lib. Quidam cum aliquid &c. require praecedenti capitulo. Idem in li. 6. Summa malignitatis est non vocare beneficium, nisi quod dantem aliquo afficit incommodo. Idem ad Lucillum. Quisquis de accipiendo cogitat, oblitus est accepti, nec vllum habet maius malum cupiditas, quam quod ingrata est. Idem in 8. 1. Nihil carius aestimamus, quam beneficium quam diu petimus, nihil vilius cum acceperimus. Quaeis quid nobis faciat obliuionem acceptorum, cupiditas accipiendorum. Quintilianus causa 14. Non est iustior dolor, quam beneficij sui perdidit rationem. Non expectes, ut statim gratias agat, qui sanatur iniuriam. Seneca in li. de beneficiis 6. Plato cum flumen naue transisset, nec ab illo portitor quicquam exegisset, hoc honori suo datum credens dixit, positum illi esse apud Platonem officium, deinde paulo post, cum alium atque alium eadem sedulitate transduceret, negavit illi iam apud Platonem positum officium. Actor. Hic Seneca addit. Nam ut tibi debeam aliquid pro eo quod praestas, debet non tantum mihi dare, sed & tanquam mihi, non potest ob id quemquam appellare quod spargit in populum. At vero hic potest Seneca responderi. Quid si Plato erat ignotus portitor, & alii noti & familiares, aut aliquo iam eum beneficio obligauerant, sed & eadem ratione Deo nil debent, pro communibus beneficiis. Ennodius. Superi beneficii vix dignoscitur qualitas dum tenetur, postquam migraverint capita dulcescent. Quod non propter quorundam ingratitude a beneficiis cessandum est. Cap. LV.

SENeca de beneficiis lib. 1. Multos quidem ingratos experimus, sed plures facimus &c. ut supra. Is autem perdit beneficia,

qui, se perdidisse cito credit, at qui instat, & onerat priora sequitur, etiam ex duro & immemori peccore gratiam extendit. Idem in 7. lib. Non est magni animi beneficium dare & perdere, sed est magni animi perdere & dare. Idem ad Lucillum epistola 81. Quae renis te incidisse in hominem ingratum, sed si hoc periculum vitare volueris, beneficia non dabis; ita ne apud a ium pereant, apud te peribunt. Non respondeant potius quam non dentur, cito inerti ocio uita torpescit, si relinquendum est quicquid ostendit. Et post malam segetem ferendum est, cuius eventus incertus est, id ut aliquando procedat, sepe tentandum est. Torquet ingratus se, & macerat, odit quae accipit, quia redditurus est, & extenuat; iniurias vero dilatat, & auget. Quid eo miserius cui beneficia excidunt, herent iniuria, at contra sapiens exornat omne beneficium, & sibi ipsa commendat, & se assidue eius commemoratione delectat, illa contemnit, quibus lesus est, nec vertit omnia in peius, nec quarecui casum impuget, ad fortunam potius refert, & quicquid accipit, benigne interpretando leuat. Non offensus potius, quam officij meminit; quantum potest in priore, ac meliore memoria se detinet, nec mutat animi aduersus bene meritos. Semper enim quicquid dubium est, humanitas inclinatur ad melius, nemo autem gratius esse potest, nisi contempserit ista, propter quae vulgus infanitat.

De Moralitate secundum philosophos. Cap. LVI.

ACTOR. Moralitas est seruata virtute propria, iuste praerogate vite hominum se contemperare. Varro in sententiis. Alit contemperanda moras, ad cohabitandum animos formare. Ex prouerbiis sapientum. Intus omnia distimilia sunt, frons populo nostro conueniat. Seneca in lib. de quatuor virtutibus. Nec paupertas tibi immunda sit, nec parsimonia sordida, nec simplicitas neglecta, nec leuitas languida. Quod si res tibi exiguae sint, non sint tamen angustiae, nec tua desinas, nec aliena mireris. Non sis arrogans, non audax submittas te, non proicias grauitate seruata, admodum libere, reprehende patienter, alienorum vitiorum nec curiosus sis explorator, nec acerbis reprehensor, nec cum exprobratione corroditor, ita ut admonitionem hilaritate praueuias. Dicenti esto tacitus auditor, requirenti facile responde, contententi facile cede, omnes tibi pares feceris, si nec interiores superbiendo contemnas, nec superiores recte viuendo timeas. Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus aequus, seu erior esto iudicio, quam sermone, vita, quam vultu, nec tuae bonae famae seminator sis, nec inuidus alienae, quae nostri sine arrogancia postulant impatiar; quae etiam necis, sine occultatione tibi impartiri potest. Idem ad Lucillum epistola 5. Id agamus, ut meliorem vitam sequamur quam vulgus, non ut contrariam, alioquin quos emendari volumus, fugamus a nobis, & auertimus. Illud quoque facimus, ut nihil velint imitari nostri, dum timeant ne imitanda sint omnia. Contra naturam est torquere corpus suum, & faciles odif se mundicias, & squalorem appetere, cibis non tantum vilibus vti, sed horridis. Quemadmodum desiderare delicatas res, luxuria est, ita vltimas, & non magno parabiles fugere dementia. Frustratatem exigit philosophia, non penam. Temperetur vita iuter bonos mores & publicos. Augustinus. Turpis est omnis pars, vniuerso suo non congruens.

De eodem secundum poetas. Cap. LVII.

PERSEVS. Mille hominum species, & rerum discolor vsus. Vel se suum cuique est, nec vno viuatur vno. Sedulius ubi supra. Hic loquitur nimis, ille taceret, & hic ambulat. Hic stat, alter amat fletus, alter crispare cachinnum Diuertiisque modis par est vesania cunctis. Oui. in lib. de arte 1. Ergo mille modis. Non eadem tellus parit omnia, vitibus illa. Conuenit, haec oleis, hic bene farina vident. Pectoribus mores tot sunt, tot in orbe figurae. Qui sapit innumeris moribus aptus erit. Horatius in poetica. Ut ridentibus arident, ita fletibus adlunt humani vultus. Tullius de offi. lib. 1. Turpe est valdeque viciosum, in re secura delicatum inferre sermonem. Martialis coquus. Abiit a iocorum nostrorum &c. requi re supra capitulo, de humanitate.

De fidelitate secundum philosophos. Cap. LVIII.

ACTOR. Fides, iuxta Anselmum, est absentium voluntaria certitudo supra opinionem, & infra scientiam constituta. Aliter autem fides, est idem quod fidelitas. Ex prouerbiis sapientum: Etiam hosti est aequus qui habet in consilio fidem; qui fidem perdit, nihil potest vltra perdere. Quintilianus causa 8. Non autem habet causam loquendi, cui credi non potest, ablata est ab eo omnia verborum fides, omnis sermonis auctoritas: Tull. de offi. lib. 1. fun-

Fundamentum primum iustitiae est fides, id est dictorum, conuenientiaque constantis veritas. In illis tamen promissis standum non esse quis non videt, quae quis metu coactus, vel dolo deceptus promiserit. Seneca ad Lucillum epistola 88. Fides est sanctissimum humani pectoris bonum, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo praemio corrumpitur. Idem in Agamemnone. Non intrat vnicuiquam regum limen, fides pretio parata, vincitur pretio fides. Item Valerius. Fabius captiuus ab Hannibale interposita numerorum pactone receperat, qui cum a senatu non praestarentur, missi in vrbem filio, fundum quem vnicui possidebat, vendidit, pretiumque protinus Hannibali numeravit. Sic enim patrum moniti; quam patriam fidei inopem esse valuit. Actor. Idem Valerius lib. 7. refert quod Hannibalis oblatione Caesares clausi, cum arua sua pinguis mensibus suis subiecta conspicerent. Et addit. Quid si casus acerbitas intuearis? miseris: quid si constantia respicias? fidelis. Lora necessitatis vinculorum visibus subducta, & pelles struere detractas feruente resolutas aqua, manibus maluerunt, quam a Romanis discedere. Idem Valerius lib. 8. Bonae fidei venditor, nec commodorum spem augere, nec incommodorum cognitione obfcurare oportet. Idem in lib. 9. Oculum iam, & inlidium malum perfidia latibris suis extrahatur, cuius efficacissima vires sunt, mentiri & fallere, fructum autem in aliquo admisso teclere consistit. Tum quidem certus, cum crudelitatem nepharijs vinculis circumdederit, tantum incommodi afferens humano generi, quantum salutis bona fide praestat; habeat igitur non minus reprehensionis, quam illa consequitur, laudis. Masinissa rex parum fidei in pectoribus hominum reponens, salutem suam custodia caenum vallauit. Salustius in Iugurtho. Paucis charior fides, quam pecunia. Tull. in Rhetorica 1. Summa dementia est, in eorum fide spem habere, quorum perfidia totiens deceptus sis.

De eodem secundum poetas. Cap. LIX.

Virgilius in 4. lib. Aeneidos. Nusquam tuta fides. Ennodius. Nulla fides levis, integra nec dubia. Lucanus. Nulla fides regni, coitus omnique potestas, impatiens confortis erit, nec gentibus vllis credita. Idem in lib. 10. Nulla fides &c. Qui. in li. de potestate. Et cum fortuna, statque cadit, & fides. Idem in lib. de arte 1. Reddere depositum, pietas sua federa seruet. Lucanus 8. Ardua quippe fides robustos exigit annos. Prudentius vbi supra. Prima petit campum dubia sub sorte duelli, Pugnat fides agrestis turbida vulva. Prouocat infanti frangenda pericula belli. Arator in historia actuum lib. 2. Hec est vera fides, quam lex comitatur amori. Mediisque tenebris apparet radiata fides. Fit laurea iustis ex pretio quod terror agit, Mansuraque virtus. Crescit in aduersis, quae telibus vsa periculis. Ad meritum discrimen habet.

De Veritate. Cap. LX.

ACTOR. Veritas est adequatio totius vitae hominis, qua scilicet intentio & sermo & actus hominis inuicem in bono concordant, nec vllis inter se dissentit: vnde verissime dicitur, quod veritas non habet angulos. Item alio modo. Veritas est adequatio rerum, & intellectuum. Item veritas est virtus, qua quis omni timore, vel fraude seposita, cum quadam spiritali liberalitate, quod recte sentit, & fatetur. Hieronymus contra Rufinum. Pythagorae praeceptum fuit, post Deum veritatem, quae sola homines Deo proximis facit. Demosthenes orator. Liberi seruique personam veritatis separat, serui liberi que mendaciam miscet. Tull. inuestiga contra Catilinam. O magna vis veritatis, quae contra omnium in genia calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium insidias, facile per seipsam defendit. Terentius in Andria. Hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit. Seneca de clementia li. 2. Malo veris offendere, quam adulando placere. Idem ad Lucillum. Veritas in omnem sui partem eadem est: quae decipiunt nihil habent solidi, mendacium tenue est, per lucet si diligenter inspexerit. Idem in declamationibus lib. 5. Nihil est puero teste certius: nam & ad eos annos peruenit, ut intelligat, & non ad eos quibus fingat. Idem in lib. de clementia. 1. Nemo potest personam diu ferre fictam, cito in naturam suam recidunt, quibus veritas non subest. Quae autem ex solido nascuntur tempore, in melius proficiunt.

De l. g. secundum philosophos. Cap. LXI.

ACTOR. Lex est per quam facienda iubentur, & non faciendae prohibentur, ac distinctus in peccantem exercetur. Tull. in lib. de legibus 1. Lex est ratio summa inrita in natura, quae iubet ea quae faciendae sunt, prohibetque contra. Lex, est recta ratio imperandi, ac prohibendi, qua qui ignorat iniustus est, siue scripto sit scriptam, siue nusquam. Iustitia est obtemperatio legibus scriptis, &

institutiisque populorum. Idem in li. 2. Hanc video sapientissimum esse sententiam, legem nec hominum ingenium excogitatum, nec factam aliquid esse populorum, sed aeternum quiddam, quod vniuersum mundum regeret, imperandi prohibendique sapientia. Ita principem legem illam, & vicinam esse dicebant, omnia ratio ne aut cogentis, aut vetantis Deus, ex qua illa lex, quam de humano genere dederunt, recte laudata est. Idem in philippica 11. Lex nihil aliud est quam recta, & a numine Deorum tracta ratio, imperans honesta, & prohibens contraria. Tertullianus in apologetico suo. Nulla lex tibi conscientiam iustitiae suae debet, sed eis a quibus obsequium praestat. Ceterum suspecta est lex, quae probari se non vult, improba autem si non probata dominetur. Valerius lib. 7. Subtiliter Anatharis &c. Requirit supra capitulo de obedientia. Idem in lib. 8. Licinius Stolo cum lege sanxisset, ne quis amplius quam in quingenta agri iugera possideret, ipse mille comparauit, dissimulandique criminis gratia, filio dimidiam partem emacipauit. Ob hoc a Popilio accusatus, primus lege sua cecidit. Docuitque nihil aliud debere praecipere, nisi quod prius imperauerit quisque sibi.

De eodem secundum poetas. Cap. LXII.

Virgilius in Buccolicis. Pallas quas condidit artes. Idem in Georgicis lib. 4. Est legum seruanda fides. Tullius de legibus 3. lib. Et qui imperat, paruerit aliquando necesse est, & qui modeste parerit, videtur qui aliquando imperare dignus esset. Cato vbi supra. Parere legem, quae tu ipse tulisti. Iudicis auxilium sub iniuria lege rogato. Ipse etiam leges cupiunt, ut iure regantur. Ouidius in lib. de remedijs 1. Sunt qui non possunt aliquo cogente iurari. Idem in lib. de arte 1. Nec enim lex aequior vlla est, quam necis artifices arte perire sua. Iuuenalis 2. Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Idem in lib. 3. Veniet de plebe togata. Qui iuris modos & regum enigmata soluat. Seneca in declamationibus lib. 4. Necessitas est lex temporis, necessitas nauigia iactu exonerat, ruinas incendia opprimit. Actor. Hinc dicitur quod necessitas non habet legem, quia videlicet lex est ipsa fidei.

De Aequitate iudicij secundum philosophos. Cap. LXIII.

Aequitas est lance librata iustitiae digna retributio meritorum. Iudicium per quod ex audientis meritorum dignum redditur, vel supplicium vel meritum. Ex codice Theodosiano lib. 1. Aequitas est rerum conuenientia, quae cuncta coaequiperat, & in paribus causis paria iura desiderat. Tullius de offi. lib. 2. Iudicis est semper in causis verum sequi. Idem in lib. 3. At neque contra rem publicam, neque contra iusurandum ac fidem, amici causa vir bonus faciet, etiam si iudex fuerit de ipso amico, ponit enim personam amici, cum induit iudicis, sed tantum dabit amicitiae, ut amici causam mallet esse veram; & ut moranda lites tempus quo ad lites permiserit, accommodet. Cum autem iuramento sententia dicenda sit, meminerit se Deum testem adhibere. Item in oratione sua, pridie quam iret in exilium. Nemo tam facinorosa inueniens est vita, ut non tam iudicum prius sententiam conuinceretur, quam supplicium addiceretur. Idem in libro de legibus. Id ipsum quoque iustissimum est, iustitiae mercedem non querere. Casiodorus in epistola 3. Facilis recti persuasor est innocens iudex, sub cuius predictabili conuersatione pudet mores probabiles non habere. Sydo-nius in libro epistolari 2. Hoc ipsum quod copiam tui iurgantibus difficile concedas, iudicium est bene iudicari. Quis enim se non ambiat arbitrum legi, aut pretio aliquid indulturus aut gratiae: Sententiam tuam, non vitis accusat, ut stolidus, nec victor irridet, ut argutus, veritasque respectu impendunt tibi addicti reuerentiam, gratiam liberat. Quintilianus de or. insti. lib. 4. Naturale est, ut iudices, his quos libentius audiunt, facilius etiam credant.

De eodem secundum poetas. Cap. LXIII.

Ovidius sine titulo lib. 1. Non bene conducti vendunt peritiora testes. Nec bene selecti iudicis arca parat. Idem in 2. Culpa ne ex facili, quamuis manifesta probatur. Idem in lib. de fastis. Sic agitur censura & sic exempla parantur. Cum iudex alios quod monet, ipse facit. Claudianus vbi supra. Ne cunctos paucorum crimine damnes. Qui fruitur pena ferus est, legumque videtur. Vindictam praestare sibi cum viscera felle canduerint. Diis proximis ille est, quem ratio non ira mouet. Qui facta rependens consilio punire potest. Galtherus in alexandreide li. 1. Sillis incidit, te iudice dirige libram. Iudicij, non fleat amor nec munera palpent. Nec moueat stabilem personae acceptio mentem. Muneris arguitur accepti censor iniquus. Munus enim a norma recta distorquet.

quet acumen iudicis, & terra inuoluit caligine mentem. Cum semel obtinuit vitiatorum mater in aula. Pestis auaritia, quae sola in carcerat omnes. Virtutum species, spreto moderamine iuris, Curritur in facinus, nec leges curia curat. Iniuste quandoque ligatur, iustus, & inuitus absoluit curia mendax. Item in li. 7. Centor iniustus auerit iustas a causa pauperis aures. Et fouet iniustam corruptum munere causam. Petronius. Quid faciunt leges, vbi sola pecunia regnat, aut vbi paupertas vincere nulla potest, iam nunc in dicitur nihil, vbi est publica merces, tutius est paruo ere rem perditam recuperare; quam in ambiguum litem descendere. Ad praedam strepitumque lucri suffragia verit. Venalis populus venalis curia primum. Ipsaque maiestas auro corrupta latebit.

De intercessionibus, & aduocationibus. Cap. LXV.

TULLIUS in oratione, pridie quam iret in exilium. Quis vnicuiquam tam crudelis in aliquo fuit, ut prohiberet eum aut sibi merere, aut ceteris supplicare. Symachus in lib. epistolatum. Pro optimis viuis quisquis interuenit, non magis illorum videtur iuuare commodum, quam suum commendare iudicium. Quintilianus causa 12. Qui vero confesum defendit, non absolutioem sceleris petit, sed licentiam. Ex prouerbis sapientum. Fateri facinus qui iudicium fugit. Ouid in lib. de ponto. Non est confessi causa tuenda rei. Tibullius. Vincuntur pectora dura prece. Terentius in Eunuchis. Euge ipsi parono opus est quem defensorum paron. Plautus in aulularia. Da mihi aduocati gratiam, lar vende vocem, vende linguam, iras atque odium loca in summa pauper aere, & reporta penatibus pecuniarum aliquid, sed plus crimitum. Helianthus lib. 1. 11. Demosthenes cum Aristodimum autorem fabularum interrogasset, quantum mercedis ut ageret accepisset, & respondisset talentum, at ego ait, Demosthenes plus accipi ut tacerem, ita caudicorum lingua damnicata est nisi eam (ut dicit solet) sumi bus argenteis vincias. Apud aduocatos igitur, & ipsum silentium veniale est. Idem Demosthenes cum a senatu Atheniensium in patrocium peteretur contra Philippum regem Macedonum, simulata infirmitate (ut aiunt) lecto decubuit, & respondit his, qui ad se conuenerant, se pati morbum sinauem. Cui a quodam ex nuncijs mordacissime responsum. Certe non sinauem pateris, immo arginatem.

De Seueritate. Cap. LXVI.

ACTOR. Seueritas est, qua vtilitate communi seruata, districta in supplicis reddendis. Tullius de offi. libro 1. Existunt autem saepe iniuriae quadam nimis callida, sed maliciose iuris interpretatione, ex quo istud summum ius summa iniuria est, factum est iam certum prouerbum. Helyandus 15. lib. Cambises adeo seuerus fuit, ut quendam iniustum iudicem excoarati fecerit, & super sellam cute eius adoperat filium iudicis in iudicio fecerit sedere, ut timeret iniuste iudicare, ne simile iudicij pateretur. Valerius 6. Et Aleucus cum filius eius adulterio damnatus, vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris aliqua die ei repugnaret, ad vltimum victus, ne lex a se condita violare suo prius, deinde filii eruto oculo vtrisque vsum vendidit reliquit. Orofus li. de ornesta mundi lib. 1. Falaris Siclus Agrigentinos, arrepta tyrannide, depopulabatur, qui crudelis mente, commentis crudelior, omnia nephariè in innocentes agens, inuenit aliquando quem iuste puniret iniustus. Nam perillus quidam aris opifex, affectus affectans tyranni amicitiam, apum munus ratus crudelitati illius animum taurum fecit, cui fabricae ianuam ex latere compositus, quae ad intrudendum damnatos receptui foret, ut cum inclusus ibidem subiectis ignibus torreretur, sanum vocis extortae capacitas concaui aris auerget, pulsuque ferali competens imaginum murmur emitteret, nepharioque spectaculo mugitus pecudis, non hominis gemitus videretur sed Falaris factum amplexus, factorem execrans, & vltioni materiam prebuit & crudelitati. Nam ipsum opificem sua inuentione puniuit. Ouidius de arte li. 1. Nec enim lex aequior vlla est, quam necis artifices arte perire sua. Ex prouerbis sapientum. Iudex damnatur cum nocens absoluitur. Item res est optima non sceleratos erumpere, sed scelera.

De misericordia & compassione. Cap. LXVII.

ACTOR. Misericordia est clemens & equalis in omnes dignatio, & in afflictis animi compassibilis inclinatio. Compassio est virtus, vel affectio per quam ex proximis dolore, condolenti animo quadam affectio generatur. Tullius in Tuscul. li. 3. Misericordia est egritudo ex alterius rebus aduersis. Econtra vero inuidia est egritudo ex alterius rebus secundis. Idem in 4. li. Mifer-

cordia est egritudo cordis, ex miseria alterius iniuria laborantis. Idem in oratione sua pro Ligario. Nulla de virtutibus plurimis administrabilior nec gratior misericordia, homines enim ad Deum nulla re propius accedunt, quam hominibus dando. Nihil habet fortuna maius, quam ut possit, nec natura melius, quam ut velit seruare quam plurimos. Quintilianus causa 5. Voluit nos ille mortalitatis artifex Deus in commune succurrere, & per mutuas auxiliorum vices, quemque in alterum quod pro se cimeret. In aliena fame sui quisque miseretur. Seneca in Hercule furcate. Quicumque miserum videris hominem scias. Casiodorus in epistola 38. Procliuor semper ad misericordiam via bonis mentibus patet. Ex prouerbis sapientum. Bona praesidia comparat misericordia. Ab alio expectes, quod alteri feceris, habet in aduersis auxilia, qui in secundis commodat. Item homo qui in homine calamitose misericors est meminit sui, qui succurrere perituro potest, & cum non succurrit, occidit. Lactantius in lib. de vero cultu. Nullius opera in digere se putat, qui suam alteri denegat. Qui perituro succurrere potest, & non succurrit, occidit. Actor. Dicebat etiam Aristoteles, ut legitur, solum se incommodum paupertatis pati, quod non possit egeatibus subuenire. Ouidius in lib. de ponto. Regia crede nihil res est succurrere lapsis. Galtherus in alexandreide. Leuiter, veniunt leuiterque recedunt, blandiri dociles lachrymae, solaque propinquum. Impendunt lachrymas, miseris arentibus illis. Cum lachryma arefcit amor pietatisque tuorum. Verus amor miserum qui non fastidit amicum. Desperare solent alios in tempore duro. Esse miserum alii, qui misereri non vellent, si fata darent contraria sua.

De indulgentia. Cap. LXVIII.

ACTOR. Indulgentia est reatus alieni remissio, clemens ex sui consideratione descendens. Seneca in li. de moribus. Alteri semper ignoscito, ubi ipsi nunquam. Idem in lib. de 4. virtutibus. Cito honestum & magnum esse vindictae genus ignoscere. Idem in li. de clementia 1. Tam omnibus ignoscere crudelitas est, quam nulli, modum tenere debemus, sed quia difficile temperamentum est, quicquid aequo plus futurum est, in partem humaniorem praeponderet. Magni animi proprium est placidum esse, tranquillumque, & iniurias atque offensiones despiciere, muliebre autem litigare, & morem ire suae gerere. Idem in Agamemnone. Det ille veniam facile, cui venia opus est. Ex prouerbis sapientum. Optimum est semper ignoscere, tanquam si ipse quotidie pecces. Res magna clementiae est indulgendo peccata, potius quam vindicando corrigere. Quintil. lib. 1. Princeps qui vult omnia scire, necesse habet multa cognoscere. Horatius in li. sermonum. Aequum est peccantis veniam poscenti reddere. Rufus & asit regula peccatis, quae penas irroget aequas. Qui. sine tu. li. 3. Si sapias indulge dominum, vultusque seueros. Erue, nec rigidi iura tuere viri. Idem in lib. de arte 2. Dextra praecipue capiet indulgentia mentes. Asperitas odium, senaque bella mouet. Idem in lib. de tristibus 2. Si non peccasset, quid tu concedere posses. Materiam veniae fors tibi nostra dedit. Si quotiens peccant homines, sua fulmina mittat. Iuppiter, exiguo tempore inermis erit. Idem in lib. 3. Quanto quis maior tanto placabilis ira. Et faciles motus mens generosa capiat. Idem in li. de ponto. Parcendum est animo miserabile vulnus habenti. Regia crede mihi res est succurrere lapsis. Galtherus vbi supra lib. 8. Non verisimile est alieno parcere cuiquam, Qui sibi non parcat.

De zelo, & correptione secundum philosophos. Cap. LXIX.

ACTOR. Zelus est feruor animi, quo mens humano timore abiecto, pro defensione veritatis accenditur, eoque comeditur, & qualibet praua quae viderit corrigere satagit, quod si nequit tolerat, & gemit. Item zelus dum pro amore iustitiae defensor vitro se offert animus, calumniam veritatis pati non sustinens, itaque correptio est ex zelo iustitiae procedens, emendationis causa delinquentis reprehensio, vel coercitio. Seneca ad Lucillum epistola 25. Quod ad duos amicos nostros pertinet, diuersa via eundem est. Alterius enim, vitia emendanda sunt, alterius frangenda vtar libertate tota. Non amo illum nisi offendero, an profecturus sum nescio. Malo mihi succellum, quam si idem deesse. Idem in lib. de clementia 2. Malo veris offendere, quam adulando placere. Idem in Troade. Qui non vetat peccare cum possit iubet. Terentius in Hehauter. Ut quid aliena cures, quae ad te non pertinent. Homo inquit sum, & ideo humani a me nihil alienum puto. Tullius in oratione pro Celio. Hoc te aduoneo, ut quantum a rerum turpitudine abes, tantum te a verborum libertate seungas. Deinde ne ea in alterum dicas, quae cum tibi falso responsa sint erubescas. Idem



Idem in li. de amicitia. Et monendi sepe amici sunt, & obiurgandi, sic tamen; & vt monitio acerbitate, & obiurgatio contumelia careant. & tunc amici accipiendi sunt, cum benigni sunt, sed ne seio quomodo. Verum est quod in Andria familiaris meus ait Te sentis. Obsequium amicos, veritas odium parit. Molesta est veritas, si quide ex ea nascitur odium, quod est venenum amicis, sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens precipitem amicum sinit ferri. Maxima autem in eo culpa est, qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur. Cuius autem aures veritati clausæ sunt, vt ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est; & monere igitur & moneri proprium est nature amicitia, & alterum libere facere non asperere, alterum patienter recipere. Salustius in Iugurtho. Frustra tibi, neque aliud fatigando, nisi odium querere, extremæ dementiæ est. Ex proverbii sapientum. Obiurgationi semper aliquid admisce blanditiæ, zelum tamen de Deo habe, non contra homines, se uerissimile aduersum peccantes ingeminus, & ipsi eadem committimus. Plautus in Aulularia. Nemo libimet arbitretur dici, quod nos dicimus populo, neque sibi met causam constituat communi ex ioco.

De Eodem secundum poetas. Cap. LXX.

VIDIVS de remediis lib. 1. Cum furor in cursu est, curreti tunc cede furori. Diffusiles aditus impetus omnis habet. Stultus ab obliquo, qui cum discedere possit, pugnat in aduersa ire natato: aquas. Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte. Respuat, atque odio verba momentis habet. Aggrediar melius tunc cum sua vulnera tangi iam sinet, & veris uocibus aptus erit. Quis matrem (nisi mentis inops) in funere nati. Plere vœtat non hæc illa monenda loco est. Cum dederit lachrymas animumque impleuerit egerum, Ille dolor verbis emoderandus erit. Temporibus medicina valens data tempore profunt. Et data non apto tempore vina nocent. Idem in lib. de Ponto. Horrent admotas vulnera eruda manus. Non est in medicis semper releuetur, vt ager. Vulne ris id genus est, quod cum sanabile non sit. Nō contrectari tutius esse puto. Curando fieri quædam maiora videmus, Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit. Idem in lib. tristium 2. Eripit interdum, modo dat medicina dolorem. Cato vbi supra. Cuique mōnes aliquem, nec se vult ipse moneri: Si tibi sit charus, noli desistere capti. Quod nostri factum non recte noli tacere, Ne videre malos imitari velle tacendo. Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris. Horatius in lib. epistolarum. Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet. Et neglecta solent incendia fumere viris.

De Fortitudine. Cap. LXXI.

ACTOR. Sequitur de tertia virtute cardinali, ipsa est fortitudo, quæ ita describitur. Fortitudo est animi immobilis inter aduersa laborum, periculorumque susceptio. Fortitudo est virtus, quæ nec aduersitatis incursum frangitur, nec blandimento prosperi ratis eleuatur. Item fortitudo est, quæ & in rebus bellicis animi magnitudine eminet, & domi corporisque viribus præstat. Aristoteles in Ethicis. lib. 2. Fortitudo est mediæ circa timores, & audacias. Tullius in Rhetorica 1. Fortitudo est considerata periculorum susceptio, laborumque persepsio. Idem in secunda lib. 3. Fortitudo est rerum magnarum, & humilium conceptio, laborisque cum utilitatis ratione persepsio. Idem in lib. 4. Fortitudo est conceptio laboris & periculi, cum utilitatis ratione & commodorum compensatione. Idem in Tusculanis lib. 4. Fortitudo est affectio animi, legi summæ in perpetendis rebus obtemperans, vel conseruatio stabilis iudicii in his rebus, quæ formidolose videntur subeundis & repellendis, vel scientia rerum formidolosarum contrariumque, aut omnino negligendarum, conseruans earum stabile iudicium. Vel breuius, vt ait Crispinus, Fortitudo est scientia rerum profereendarum, vel affectio animi in patiēdo ac perferendo, summa legi sine timore parens. Idem in li. inuectiuarum. Nequaquam viro forti turpis mors accidere potest. Idem in philippica 1. Maioris consilij est præuidere, ne quid triste accidat: sed animi non minoris, fortiter ferre si eueniat. Idem in li. de offi. 1. Sicut scientia, quæ remota est a iustitia, calliditas potius quam sapientia est appellanda, sic & animus paratus ad periculum, si sua cupiditate non communi utilitate impellitur, audacia potius nomen habet, quam fortitudinis. Non est præterea consentaneum rationi, qui metu non frangitur, eum frangi cupiditate, nec qui se iniunctum a labore prælit: rit, vincit a voluptate. Seneca ad Lucillum 17. Nō sum tam demens, vt agrotare cupiam; sed si agrotandum fuerit, vt nihil effeminatè faciam, non enim pati tormenta operabile est, sed pati fortiter. Idem in libro de naturalibus questionibus 3. Humano animo a bonis artibus robur venit, & a nature consideratione. Quid est enim cur ego hominem aut feram, aut sagittam,

aut lanceam tremam? maiora me pericula expectant fulminibus, & magnæ naturæ partibus. Quintus Curtius de gestis Alexandri lib. 4. Fortium virorum est magis mortem contemnere, quam vitam odibile. Cassiodorus in epistola 23. Latet sub ocio laudabilis fortitudo: & dum se probandi non habet spacium, occulta est lux tota meritorum. Valerius lib. 4. Fortiter se in aduersis gerere quid aliud est, quam fortunam leuitem in a. iustorum sui pudore vitam conuertere? Lactantius in li. de vero cultu. Timidi & imbecillius est animi aut dolorem metuere, aut egestatem aut mortem, quæ omnia quisquis non exhorruit, fortissimus iudicatur. Qui autem Deum metuit: illa omnia non metuit. Ouidius sine titulo li. 2. Felix qui quod amat, defendere fortiter audeat. Galtherus vbi supra, libro quinto. Nulla rei noxitas peruertere fortia debet peccata.

De magnificencia & confidentia secundum philosophos. Cap. XXXII.

ACTOR. Fortitudinis species sunt magnificentia siue confidentia, patientia, tolerantia, constantia siue perseuerantia, stabilitas, securitas. Magnificencia siue magnanimitas est spontanea difficultium aggressio. Item magnificentia est gloria quædam animi claritudo, pulchre res arduas administras. Fidia est certa spes animi, rem inchoatam ad finem perducendi. Item confidentia est ex confidentia virtutum immotam mentem inter aduersa sibi consistare. Tull. de offi. li. 1. Fortes quoque & magnanimes sunt habendi, non qui faciunt, sed qui pulsat iniuriam, vix inueniunt, qui in laboribus suscipiunt, periculisque aditis nō quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. Arist. in Ethicis lib. 3. Furorē autē ad virtutem homines ferant: Mobile enim furor ad pericula sustinenda. Vnde Homerus. Virtutem immittit furor, & furorē virtute erige. Idem in Topicis lib. 3. Quod difficilius magis eligendum est, quam quod minus: magis enim amamus cum habemus, quod non est facile sumere. Seneca ad Lucillum 13. Non potest magnos spiritus athleta ad certamen asserre, qui nulla nunquam fugillatus est. Ille qui sanguinem suum vidit, cuius dentes crepurrunt sub pugno, nec proiectus animam proiecit, sed quotiens cecidit, continuatior resurrexit, cū magna spe descendit ad pugnam; multum enim adijcit virtus lacescit. Idem in 87. Nūquam maior est animus, quam vbi aliena seposuit, & fecit sibi pacem nihil timendo, fecit diuitias nihil concupiscendo, Iustinus in abbreviatione Pompeij Trogi lib. 2. In Marathonio prælio Themistocles ad lescens gloria emicuit, & Cynegeire militis Atheniensis, qui post prælii innumeras egdes, cum fugientes hostes ad naues egisset, onustam nauem dextera manu tenuit, nec prius dimisit quam amicitia, qua amissa, sinistra quoque nauem tenuit, quam & ipsam cū amississet, at postremum morsu nauem detinuit, sique nec caedibus fatigatus, nec duabus manibus amissis victus, truncus ad vltimum (velut rabida fera) dentibus dimicauit. Ducenta millia Persarum in eo prælio sine naufragio ceciderunt.

De eodem secundum poetas. Cap. LXXIII.

VIDIVS in lib. de Ponto. Omnia desiciunt, animus tamen omnia vincit. Ille etiam vires corpus habere facit. Idem in lib. Metha. 10. Audentes Deus ipse iuuat. Martialis coquus. Sed tu sub principe duro, temporibusque malis ausus es esse bonus. Prosper vbi supra. Qui valet aduersis onerata ducere vitam. Et tolerare magis vult mala quam fugere, hic magni est animi. Horatius in lib. carminum. Rebus in angustiis animosus atque fortis: Appare sapienter idem. Galtherus in Alexandreide li. 6. Nihil est quod foris & ardua virtus lipquat. Inexpertum monet omnia, & omnia tenet. Ex proverbii sapientum. Nunquam periculum sine periculo vincitur. Nihil est magnum in rebus humanis, nisi animus despicientis.

De Pusillanimitate, & vana formidine abijcienda. Cap. LXXIII.

ACTOR. Magnanimitati contraria est Pusillanimitas mentis angustia, qua timet quis aggredi magna. Item Pusillanimitas est regio rerum aduersarum iotus, & inconsiderata fracti animi deieccio. Timor est animi fuga, per quam angustia menti fluctuans, ex contrariorum expectatione generatur. Tullius in Tuscul. lib. 4. Metus est opinio impendentis, quod intolerabile esse videtur, quæ facit recessum quendam animi & fugam. Idem in li. de paradoxis. Omnis animi debilitas, & humilis, & fracta timiditas, seruitus est. Iulius Celsus 4. lib. Terror hominibus consilium metemque eripit, & membra debilitat. Quintil. quarta causa. Excedit omnem calamitatem, diebus ac noctibus timere. Seneca in li. de

de quatuor virtutibus. Timidum non facit animum, nisi reprehensibilis vitæ conscientia. Idem in lib. de remediis fortitudinis. Scilicet est timere, quod vitare non possis. Idem in epistola ad Lucillum 1. Apud Hecatonem nostram inueni cupiditatum animam, etiam ad timoris remediū proficere. Dames inquit timere, si sperare delirius fore pericula quæ videntur grandi: & cum effugiam: se cure sunt. Nos autem & venturo torqueamur, & præterito, timoris enim tormentum memoria redact, prouidentia anticipat. Ne mo tantum presentibus miser est. Idem in 9. Quid vellet qualis sit status tuus, si tibi videretur malus. Idem in 13. Pura sunt quæ nos terrent quæ præstant; & sepius opinions, quæ in re laboramus. Illud tibi præcipio, ne sis miser a te remans, cum illa præve luc imminetia expauiisti, forte nunquam ventura sint, certe non venerint. Quædam nos torqueunt magis quam debeant, quædam antequam debeant, quædam cum omnino non debeant, ut præ aut augemus dolorem, aut fugimus, aut præcæ opamus, quæ in illa expectata nunquam comparuerunt. Etiam si futurum est, quid iuuat dolori suo occurrere, satis cito dolebit cum venerit. Nihil tantum certum est ex his quæ timentur, vt non certius sit & formidata sub sidere, & sperata decipere. Item in 24. Quid necesse est mala acer sit, ac satis cito patiēda cum venerint præsumere, ac præter tempus futuri metu perdere stultum est; quia quodammodo futurum sis miser, esse iam miserum, sed ego alia te ad securitatem via ducit, si vis omnem sollicitudinem exuere, quicquid vereris ne eueniat, euenturum vtique propone, & quodcumque illud esse, malum te cū ipse metire, & timorem tuum rava. Acrior est virtus ad occupanda pericula, quam crudelitas ad irroganda. Ex proverbii sapientum. Reuera qui timetur a multis, multos timet, & est minus quam ferus dominus, qui feruos timet, tutissima vero res est, nihil timere præter Deum. Lactantius in lib. de origine erroris. Socratis carcerem times, ideoque patrocinium veritatis suscipere non audes: at mortem vt sapiens contemnere debuisti, & erat multo pulchrius, vt ob benedicta, quam ob maledicta morereris. Scitius in Thebaide. O semper timidum scelus. Ex proverbii sapientum, Heu quam miserum est sic metuendo senescere Suetonius de 12. Cæsaribus lib. 2. Augustus Cæsar tonitrua & fulgura paulo infir mis expauecebat, vt semper & vbi que pellem vituli marini circum ferret in remedium. Actor. Cætera quoque de hac materia require infra, capitulo de timore.

De Sremitate laboris, & eius interpolatio. Cap. LXXV.

STRENUITAS est probitas, & promptitudo corporis, facientque hominem habilem & paratum ad honestos labores hilariter subeundos, atque tolerandos. Quintilianus causa 6. Labori oportet insistere, vbi effectus promittitur; nam stulta est cura, quæ spem nō habet. Idem in lib. 4. de oratoria institutione. Naturalis est favor pro laborantibus. Seneca ad Lucillum. Generosos animos labor nutrit, non est viri timere sudorem. Arist. lib. 3. in Ethicis. Mollicies est fugere laboriosa. Terentius in Andria. Ingenium est omnium a labore procliuē ad libidinem. Actor. Legitur quod Cato dicebat militibus suis. Cogitate cum animis vestris, si quid per laborem recte feceritis, labor iste recedit a vobis cito, beneficium a vobis dum viuitis non recedit: sed si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit, nequiter factum apud vos semper manebit. Ouidius in li. de arte 3. Dum vires annique sunt, tolerate labores. Iam venit tacito curua senecta pede. Ventura memoros iam nunc eitote senecta. Sic nullum vobis tempus abibit iners. Virgilius in Georgicis lib. 1. Labor omnia vincit improbus, & duris vygens in rebus egestas. Mathæus in li. Tobie. Est carnis cultura labor, caro nuda labore, fit sterilis, spinis obstita, inops. Vale in lib. 8. Ocium quidem industria studio maxime videtur contrarium, præcipue vero subiecti debet, non quo quiescat, sci licet quo recreetur. Cassiodorus in epistola 23. Latet sub ocio laudabilis fortitudo, & dum se probandi non habet spacium, occulta est lux tota meritorum. Oui. in lib. epistolarum. Quod caret alterna requie, durabile non est. Hæc reparat vires, fellaque membra nouat. Idem in li. de arte 2. Da requiem, quietus ager bene credit reddit. Caro vbi supra. Interpone tuis interdum gaudia curis. Tibullus. Ite procul cura, durum genus, ite labores. Maximianus. Intermissa minus sarcina pondus habet. Magister Serlo. Me grauat ille labor, in cuius pendere labor.

De exercitiis. Cap. LXXVI.

ACTOR. Exercitatio est virtus animi, qua quis molliciem, siue rubiginem ocij fastidians, aut deestans, assidue bonis, honestisque studiis, vel actibus se occupat, vt nullum tempus vacuum prætereat. Nam & Catonis (vt ait Aul. Gellius) est illa sententia,

vita humana prope vt ferrum est si exerceat, conteritur; si non exerceat, rabigo consumit. Homines exerceat lo videmus conteri, si autem in acta atque torpedit plus deridantur, quæ quæ exercitatio. Symachus in lib. epistolarum. Bonis familiaris est studia bona cumulare, quorum gratiam sentiri non perire. Magister Serlo. Iusta ne cales, adertunt post femina mellis. Post lachrymas risus, post exilium paradisi. Flet si solari, iocunda si lacurari, Da si ditari, ferui si vis dominari. Tullius in Tusc. lib. 1. Græcorum proteritium est. Quæ quilibet nouit artem, in hac se exerceat. Gausfredus in poetria. Ad certos, vtus prompto, imitatio reddidit. Artifices aptos, tria concurrentia summos. Oui. in lib. tritium 4. Ingenium longa rubigine læsum, Torpet, & est multo, quam siue ante miuæ. Fecit illi dno si non renouetur aratro, Nil nisi cum spinis germen habebit ager. Conulit ingenium patientia longa mælorum. Idem in lib. de arte. primo tempore difficiles veniunt ad aratra iuueaci. Tempore lenta pati fræna docentur equi. Ferrus illi dno consumitur anulus vli. Interit assidua vomer aduncus humo. Quid magis est durum saxo, quid mollius vnda? Dura tamen in illi saxa cauantur aqua. Capta vides sero pergama, capta tamen.

De militia secundum philosophos. Cap. LXXVII.

ACTOR. Militia est iustorum præliorum fortis, ac prudens administratio. Quid autem sit iustum bellum, require in tractatu de arte militari. Tullius in Antonium. Omnia nulla est causa iusta, cuiquam arma contra patriam capiendi. Idem pro Marcello. Iracundia quoque consilio inimica est, & victoria natura in solens ac superbia est: ipsam victoriam vicile videretur, qui ea, quæ illa adepta est, vitis remisit. Ex proverbii sapientum. Bis vincit, qui se in victoria vincit. Bis autem panitur, qui suis armis perimitur. Item diu apparandum est bellum, vt vincas celerius. Suetonius de duodecim Cæsaribus li. 3. Augustus Cæsar prælium suscipiendum omnino negabat, nisi cum maior emolumentis spes, quam damni metus ostenderetur. Nam minima commoda non minimo sectantes discrimine, similes aiebat esse aureo hamo piscantibus, cuius ob rupti damnum nulla captura pensari possit.

De Eodem secundum poetas. Cap. LXXVIII.

VIDIVS in lib. de arte 3. Iudice me, frans est concessa repel lere fraudem. Armaque in armatos sumere iura sinunt. Idem in lib. epistolarum. Non faciunt molles ad fera tela manus. Certa men premia magna mouent. Idem in li. sine titulo 1. Turpe senex miles, turpe senilis amor. Sepe soporatos inuadere profuit ho sus. Victi quandoque resurgunt. Quosque neges vnquam posse iacere cadunt. Idem in lib. 2. Felix qui quod amat defendere fortiter audeat. Pigra reluctanti cessat in hoste manus. Idem in li. Meth. 8. Sæpe vtile vinci, Antheo nocuit temeraria virtus. Idem in 9. Quis enim sua prælia victus, commemorasse velit. Idem in 10. In audaces non est audacia tuta, audentes Deus ipse iuuat. Idem in 13. Tutius est contendere verbis, quam pugnare manu. Idem in lib. tristium 3. Pugna suum finem, cū iacet hostis habet. Idem in quarto. Integer est melior nitidis gladiator in armis, Quæ cui tela suo sanguine tincta rubent. Idem in lib. de Ponto. Hostis adest, dextera, leuaque à parte timendus. Vicinoque metu terret vtrumque iatus. Cato vbi supra. Victor a victo superari sepe videmus. Claudius in maiori. Sepius incaute nocuit victoria turba. Gausfredus in poetria noua. Sepe sagittantem didicit referre sagittam. Tibullus li. 1. Qui furor est atram bellis acceffere mortem. Imminet, & tacito clam venit illa pede? Quam potius laudandus hic est quæ prolem parata Oculit, in parua pigra senecta casa. Prosper vbi supra. Superantur mundi prelia pace Dei. Actor. De hac iterum materia require supra ca. de pace. & ca. de tolerantia.

De patientia secundum philosophos. Cap. LXXIX.

ACTOR. Patientia est virtus animi, cunctos aduersitatis impetus, cum tranquillitate sustinens. Tullius in Rhetorica. 1. Patientia est honestatis siue utilitatis causa rerum arduarum ac difficultium voluntaria vel diuturna persepsio. Lactantius in lib. de vera iustitia. Patientia est malorum, quæ aut auferantur, aut a cecidit, cum æquanimitate perlatio. Plato. Totius philosophiæ robur patientia est. Ex proverbii sapientum. Cuius dolori remedium est patientia, furor fit læsa sapientia sepius. Seneca de clementia li. 1. Temeritas hominum, & contumacia sæpe tranquillissimis quoque peccatoribus patientiam extorrit. In li. de remediis fortitudinis. Dolor exiguus leuis est patientia, signis, nō brevis est gloria. Ad Lucillum 67. Non sum tam demens, vt egrotare cupiam; sed si egrotandum fuerit, vt nihil effeminatè faciam. Non enim pati tormen

ea optabile est, sed pati fortiter. Idem in 7. In remedium cedant honesta solatia, & quicquid animi crexerit etiam corpori prod...

De eodem secundum poetas. Cap. LXXX.

Prudentius ubi supra. Ecce modesta graui stabat patientia vul- tu. Per media innotata acies, varioque tumultu. Spectabat...

De causis patientiæ & tolerantiæ secundum philosophos. Cap. LXXXI.

Aristoteles in Ethicis libro 2. Turpissima quidem sufferre pro nullo bono aut menurata mali est. Suetonius de 12. Caesaribus libro 2. Augustus Cesar. Minima commoda non...

De eodem secundum poetas. Cap. LXXXII.

Cato ubi supra. Quod merito pateris, patienter ferre memem- to. Cumque reus tibi sis, ipsum te iudice damna. Claudianus...

cij causa fuisse pium. Idem in li. sine titulo 1. Leuesit quod bene fertur onus. Idem in li. 2. Aequo animo penam que meruerit for- runt. Idem in li. 3. Non iuga Taurus amat, quod tamen odit habet...

De tolerantia secundum philosophos. Cap. LXXXIII.

Auctor. Tolerantia est improbitatis aliena, vel molestiæ fuf- ficientia diuturna. Seneca ad Lucillum epistola 76. Aequo ani- mo audienda sunt imperitorum comitia, & ad honesta vaden- ti, contentendus est ipse contemptus. Varro in sententijs. Contem- nendi sunt ineruditorum contemptus, si vis ad summa progredi...

De eodem secundum poetas. Cap. LXXXIII.

Ovidius in libro de arte 1. Cede repugnanti, cedendo vi- ctor abibis. Cato ubi supra. Quem superare potes, interdum vince ferendo. Maxima etenim morum est semper patientia virus. Cum recte viuas, n. cures verba malorum. Arbitrij nostri non est, quod quisque loquatur. Prosper ubi supra. Impi- a pars mundi, parti est infesta piorum. Mens illæsa nihil violato in corpore perdit. In vitam carnis vulnera non maculant. Nec cri- men facti recipit non mixta voluntas. Velle magis facimus, quam tolerare nocet. Nunquam bella bonis, nunquam discrimina de- sunt. Et cum quo ceteret mens pia semper habet. Pulsant exterior diuersis moribus hostes. Intra civile est & sociale malum. Magister Serlo. Gegeneri uita uitam corrumpere uita. Ne uita merita demeraris ita. Lite nument: retice scortantur, uiue pudice. Fraudant fraude care, stant, curre uacant operare.

De

De constantia, siue Perseuerantia. Cap. LXXXV.

Autor. Constantia est animi firma stabilitas, & in propo- sita perseverantia. Firmitas est animi status æquanimiter omnia portans. Longanimitas est ad complenda iusta desideria infati- gabilis laborum sustinentia. Tullius in Rech. prima. Perseuerantia est in oratione bene considerata, stabilis perpetuaq; permansio. Ex prouerbis sapientum. Nihil prodest didicisse bene facere si ces- ses, si tamen te institueris pudet fieri deteriorem. Quintil. de ora- institutione lib. 4. Perseuerandum est saltem, quia cepimus, & si vires deficiunt, animo tamen perseueremus. Nihil longum vi deri necesse est, in quo quid vitium sit certum est. Seneca in Tyeste. Leue quidem est miseria, ferre, sed perferre graue. Idem in Hercule furente. Post multa opera virtus laxari solet. Idem in Eddipo. Quod sepe fieri non potest, fiat diu. Idem ad Lucillum episto- la 16. Plus operis est in eo, vt proposita custodias, quam vt honesta proponas; perseuerandum est, & assiduo studio robur addendum, donec bona mens sis, quod bona voluntas est. Idem in 22. Turpe est cedere oneri, luctari cum officio quod semel receperis. Non est vitio ac strenuus qui laborem fugit, ubi etiam crescit illi ani- mus ex ipsi rerum difficultate. Tullius in lib. de offi. j. Fortis ani- mi & constantis non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantē de gradu deijci, sed presentis animo & consilio vti, nec a ratione discedere. Horatius in lib. carminum. Equam memento rebus in arduis seruare mentem, iustum & tenacem propositi virum, non ci- uium ardor praua iuventutem, non vultus instantis tyranni mente quatit solida. Prosper ubi supra. Cum pia mens, require supra in capitulo de oratione. Petronius. Nihil tam arduum est, quod impro- biter extorqueat. Oui, in li. tritium 4. Est bonum facile est, ubi quod vetet esse remotum, Rara quidem virtus quam non for- tuna gubernet. Quæ maneat stabili, cum fugit illa pede. Idem in li. epistolarum. Capiti melius quam deus, vicima primis, Cedunt, dissimile. hic vir & iste puer. Boetius de consol. lib. 1. Qui cecidit stabili non erit ille gradu. Iuue. lib. 3. Furor est post omnia perdere nauium.

De stabilitate animi. Cap. LXXXVI.

Autor. Stabilitas est mentis fixe, nulla varietate locorum aut temporum in diuersa iactantia. Hæc omnem animi leui- tatem, atque a semetipso disentionem excludit, & eliminat. Ex prouerbis sapientum. Grauis animus, dubium non habet sententiam. Seneca ad Lucillum epistola 87. Tempestas &c. require supra cap. de rerum vsu. Arator ubi supra. Repellitur error in diuer- sa trahens, cum spiritus efficit vnum. Cato ubi supra. Sperne repu- gnando tibi tu contrarius esse. Conueniet nulli, qui secum disidet ipse. Horatius in li. epistolarum. Rides quid mea compugnat se- tentia meum. Quod petiit spernit, repetit quod nuper omisit. Aes- tuat & vite disconuenit ordine toto. Diruit, ædificat, mutat qua- drata rotundis. Idem in eodem. Perogre est animus sine corpore velox. Oul. in lib. de arte 1. Parua leues capiunt animos. Idem in li. epistolarum. Tu leuior solis, tu nec cum sine pondere succi, Mo- bilius ventis arida facta volat. Et minus est in te, quam summum pondus arista. Que leuis assiduis folibus vta riget. Ganstedus in poëria noua. Multiplice forma distinauletur idem. Varius sis, & ta- men idem.

De vitanda instabilitate loci. Cap. LXXXVII.

Seneca ad Lucillum. Socrates querenti cuidam, cur mutatio lo- corum nihil tibi prodesset ad depositionem vitiorum, ait. Quid miraris, nisi tibi peregrinationes prodesset, cum te circumferas. Idem in 18. Animum debes mutare, non zelum: licet enim vastū traieceris mare, sequentur te vitia quoocunque perueneris. Quaris quare te fuga ista non adiuuet, te cum fugis, onus animi deponen- dum est. Non autem tibi vllus placebit locus, immo quicquid fa- ctis contra te ipsum facis, & motu ipso nocet tibi agrum enim con- tuit. At cum istud exemis malum, omnis loci mutatio iocunda fiet: in vltimas licet terras expellaris, in quolibet barbaræ angulo colloceris, hospitalis tibi illa qualiscunque sedes erit. Magis quis veneris, quam quo intereris, & ideo nulli loco adicere debemus ani- mum. Cum hac persuasione viuendum est, non sum vni angulo natus, & patria mea totus mundus. Quid tam turbidum fieri po- test quam forum, ubi quoque licet quiete viuere si necesse sit. Sed si liceat disponere se, conspectum quoque & viciam fori præcul fugiam. Idem in 69. Frequen: de loco ad locum migratio, instabi- litas animi est. Vt igitur animum possis continere, primo corpo- ris tui fugam siste. Horatius ubi supra. Impiger extremos currit mercator ad iudos. Per mare pauperiem fugies, per saxa perignes. O ciues tuos quæreda pecunia primum est, Virtus post nummos.

Item. Cælum non animum mutant, qui transmare currunt. Martia- lis coquus. Dic mihi quo veniam, dic qua parte te requiram? Quis que ubique habitat maxime nusquam habitat. Valerius li. 7. Cum Giges armis & diuitijs opulentissimo Lidæ regno inflatus animo Phitium Apollinem sciscitatum venisset, an aliquis mortalium se felicior esset, ex abito sacrarj specu vox insonuit, que Aglaû Sophidium ei prætulit. Is erat Archadum pauperimus, sed græte senior, terminos agelli sui nunquam excellerat.

De securitate mentis, & requie. Cap. LXXXVIII.

Autor. Securitas est virtus incommoditates eminentes & inchoata rei affines non formidans. Requies autem mentis est per quam animo securitas quadam ex contemptu perfuncto- rie varietatis asseritur. Seneca de naturalibus questionibus lib. 7. Quid est autem in rebus humanis præcipuum: animo omnia vi- disse, & qua nulla victoria maior est vitia donuisse. Innumerabi- les liquidem sunt qui populos qui vrbes habuerunt in potestate, paucissimi vero qui se. Quid est præcipuum animum erigere su- pra minas, & promissa fortune, quicquid acciderit sic ferre quasi volueris tibi accidere, debuil es. n. velle si sciuisses omnia ex decre- tis Dei fieri. Flere autem que & genere de sciscere est. Quid est præcipuum, animus contra calamitates fortis & contumax, luxu- rix non aduersus tantum, sed infestus, nec audis periculi, nec tu- gax, qui sciat fortunam non expectare, sed facere, & aduersus vtrā que intrepidus, inconfususq; prodire, nec illius tumultu, nec huius fulgure percussus; puras ad cœlum manus eleuare, nullum bonum petere quod vt ad te transeat aliquis debet dare: aliquis amittere, optare quod sine aduersario opatur, bonam mentem. Quid est præ- cipue, animum habere liberum. Liber autem est qui seruitutem suam, effugit grauißima nanque seruitus est: & assidue præmens: sibi feruere, quam discutere facile est, si deseris multa poscere, tibi- que mercedem referre si ante oculos & naturam & ætatem tuā posueris. ac tibi ipse dixeris, quid insanio, quid anhele, quid sudo, quid terram: quid forum verso. Multo opus est: nec diu. Primo igitur a sordidis discedamus: demum animum ipsum (quo sumus o- magnoque opus est) a corpore seducamus: & tandem in occultis exercitata subtilitate veritatem inquiramus. Idem ad Lucillum 8. Vitæ quæcunque vulgo placent, ad omne fortuitum bonum sus- piciosi pauidique suscipite. Nam & fera & piscis aliqua sp. e oble- ctante decipitur. Munera ista fortune putatis, insidiæ sunt quibus ergo tutam agere vitam volet, viscata beneficia ista denitet. In præ- cipiti cursus iste deducit huius eminentis vitæ exitus cadere est. Si- tote tam bene hominem culmo tegi quam auro. Cogitate nihil ef- semirabilem præter animum cui magno nihil magnum est. Idē in 24. Pauper siam inter plures ero. exul siam, ubi mentum pu- tabo, alligabor, quid enim nunc sollicitus sum ad hoc me natura graui corporis mei pondere astrinxit. Moriar, desinam agrotare posse, alligari posse: mori posse. Idem in 36. In mores fortuna ius non habet, animus ille tranquillissimus ad fretum venit: qui in eod- em habuit est quoocunque modo res cedant, cui siue aggregentur vulgaria bona supra res suas eminet, siue aliquid ex his, vel omnia casus exculerit, minor non fit. Idem in 65. Seruiant ergo deterio- ra melioribus: fortes simus aduersus fortuna. Idem in 71. Eadem virtute & mala fortuna vincitur, & bona ordinatur, virtutem in- telligo animosam & excessam: quam incitat quicquid infestat no- mirum est in tranquillitate non concuti. Illud mirare ubi omnes iacent aliquem stare. Idem in 76. Vnum bonum est virtus, quæ in- ter hanc fortunam & illam superba incedit: cum magno vtuisq; contemptu. Idem in 78. Quomodo vero perniciosior est hostis fu- gientibus: sic omne fortuitum incommodum: magis instat cedem- ti & aduerso. Prosper ubi supra. Ancipitis vitæ qui vis superare la- bores. Dilige quod semper uerus amator habet. Nam nihil est in- ter carnalia vota quietum. Nec pax sollicitis nec modus est cupi- dis. In solo est mens tuta. Deo.

De temperantia. Cap. LXXXIX.

Autor. Sequitur nunc de quarta virtute cardinali quæ est Temperantia. Hæc ita describitur. Temperantia est virtus & potentia resistendi illecebris in nos impetus facientibus. Item tem- perantia est contra illicitos impetus animi firma rationis & discre- ta dominatio. Item iuxta Tullium. Temperantia est in animo cō- tinens moderatio cupiditatum. Item secundum Ambrosium. Tē- perantia est virtus quæ modum & ordinem eorum quæ dicenda vel agenda sunt seruat. Tullius in Rhe. i. Temperantia est ratio- nis in libidinem & in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Idē in Tusculanis lib. 4. Omnium autem pertur- bationum fontem dicunt esse inemperantiam, quæ est a recta ra- tione defectio sic aduersa præscriptione rationis, vt nullo modo appeti-



appetitiones animi contineri & regi queant. Seneca ad Lucillum epistola 38. Omnia dicta & facta tua inter se congruant, ac sibi respondent: & vna forma percussa sint, non est huius animus in re...

De modestia. Cap. XC.

ACTOR. Cum autem officium temperantia sit omnes impetus animi non rectos dirigere, vel immoderatos cohibere, possit virtus in tot species diuidi, quot sunt impetus animi. Vnde ad presens in 10. partes diuidimus, quae sunt modestia, verecundia, taciturnitas, clementia siue moderatio, maturitas, abstinencia, sobrietas, pudicitia, paritas siue parsimonia, sufficientia. Modestia est virtus quae gestus & habitum corporis ad normam honestatis atque grauitatis ordinat & componit. Item modestia est obseruancia honesti gestus & habitus, laudabili profectu verecundia. Tullius in Rhet. 1. Modestia est per quam pudor honestus clarus & stabilem comparat auctoritate. Idem in lib. de lib. 1. Oranda est dignitas domo, non ex domo tota querenda est. Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Formae corporali adhibenda est munditia non odiosa, nec exquisita nimis, sed tantum quae fugiat inhumanam negligentiam. In vestibus etiam mediocritas optima est. Cauendum est, ne aut ingressu tarditatibus mollioribus utamur, ut pomparum ferulis similes videamur, aut nimias celeritates infestatione suscipiamus, in quibus est significatio incostantia. Sic vox loquentis dulcis, & non contentiosa, neque languens neque canora. Videaturque in primis de quibus rebus loquatur, si de feris feruorem adhibeat, si de iocosis leporem. Seneca in lib. de quatuor virtutibus. Nec paupertas tibi immunda sit, nec parsi monia fordida, nec simplicitas neglecta, nec leuitas leuanda. Quod si res exigue tibi sint, non sint tamen angustae, nec tua desinas nec aliena mireris. Sermones viles magis quam faceres ama. Reprehensibilis est risus, si est immodicus, si pueriliter effusus, si muliebriter factus, odibilem quoque facit hominem risus aut superbus & clarus, aut malignus, & furcivus, aut malis alienis vocatus, non fit scurriliter, sed grata urbanitas, sales tui sine dote sunt, ioci sine vilitate, risus sine cachinno, vox sine clamore, in cessante tumultu. Quies tibi sine desidia sit, & dum ab aliis luditur, ut aliquid sancti honestique tractaueris. Non sis arrogans, non audax, submittas te, noni proicias grauitate seruata. Admone liberetur. Reprehende patienter. Dicenti esto tacitus auditor. Requirenti facile responde. Contendenti facile cedo. Claudianus in maiori. Non tibi quod liceat, sed quod fecisse decebit. Occurret, mentem domitet respicere honesti.

De verecundia. Cap. XCI.

ACTOR. Verecundia, penè idem est quod modestia. Est autem honestas quaedam animi reuerens: in vultu & gestu & habitum corporis apparens, de qua sic loquitur. Ambrosius in libro de officiis. Sicut in senibus, inquit, grauitas, & in iuuenibus alacritas, sic in adolescentibus verecundia, velut quadam naturae dote commendatur. Haec in ipso corporis motu, gestu, & incessu tenenda est. Habitus enim mentis cernitur in statu corporis & vox quaedam est animi corporis motus. In ipso quoque corporis decore verecundia plus eminet. Ita tamen ut ipsum decus non sit effectum, sed naturale simplex, neglectum potius quam expeditum. Sanè si quid in natura vitij est ars, emendet. Haec Ambrosius. Item verecundia est verba facta superfluaque reprimere vel respuere. Quintilianus de oratione instit. lib. 2. Nihil est ad conciliaudum animos grauius verecundia. Valerius lib. 4. Verecundia parens est omnis honesti, consilij

tutela: solemnium officiorum magister innocentiae, clara proximo, accepta alienis, omni loco omni tempore favorabilem praesens vultum. Synachus in lib. epistolari. Quorum mens honesta est, imbecilla irons est. Seneca in declamationibus li. 2. Efferat matrona oculos iacentes in terram, & aduersus officiosum salutarem inhumana potius quam inuercunda sit, longe ante pudicitiam suam ore quam verbo negat, nemo foriter negantem rogauit iterum. Idem ad Lucillum 11. Verecundia in adolescente bonum signum est. Idem in 26. Nutriendas est igitur pudor: qui quàm diu in animo durauerit, aliquis bonae spei locus erit. Idem in lib. de beneficiis 3. Pudorem tollit multitudo peccantium, & desinit esse probri loco commune maledictum.

De taciturnitate. Cap. XCII.

ACTOR. Taciturnitas est virtus, qua cum quodam animi fructuosa quiete a verbis etiam vtilibus homo ita temperat. Quintilianus in lib. de causis. Nullum difficiliorem esse credo quam silentij virtutem: adeoque promptissimo sermone facile delinquimus, ut constantiam tacendi nec in alijs ferre possimus. Ex prou. sapientum. Neminem cito accusaueris vel laudaueris. Nullum sine teste locum esse putaueris, quod tacitum esse vis, nulli dixeris: quia non poteris ab alio silentium exigere, si tibi ipsi non praestas. Item. Tene semper vocis & silentij temperamentum. In hoc tamen incutibe, ut libentius audias, quam loquaris, tacere quàm loqui non fecit. Seneca in Hypolito. Alium silere quod vis, primus sile. Sydenius epistolari lib. 5. Non maior est gloria dixisse quod noueris, quam siluisse quod nescis. Socrates. Sepulcrum apud te sit sermo quem solus audieris. Alexander in epistola ad Aristotelem. Solet terminum aequitatis custodire, & partem omnia quae gesta sunt loqui. Hieronymus super ecclesiasticum. Pythagoricorum disciplina est tacere per quinquennium, & postea eruditos loqui. Cato ubi supra. Pauca in conuiuium loquere. Virtutem primam esse puto composita scere linguam. Proximum ille Deo, qui nouit ratione tacere. Quod pudeat focios prudens celare memento. Quod noli factum, recte noli tacere. Ne videare malos imitari velle tacendo. Inter conuiuias fac, ut sermo modestus. Qui de arte lib. 2. Quis sermone placet, nocitura silentia vitet. Qui canit arte canat, qui bibit arte bibat. Exigua est virtus praesere silentium rebus. At contra grauis est culpa uacanda loqui. Idem in etici. li. 1. Quis minor est, inquam tacuisse labor. Ganfredus in poetria. Non manus ad calamum proceps, non lingua sit ardens ad verbum.

De moderatone. Cap. XCIII.

ACTOR. Moderatio animi siue clementia est virtus, qua similes iracundia & animositas ab animo cohibentur. Tullius in Rhe. 1. Clementia est, per quam animi tenere in odium aliquid inuectio concitata comitate retinetur. Ex prouerbiis sapientum. In vindicando criminosa est celeritas. Valerius li. 4. Nihil tam praclarum aut tam magnificum est, quod non moderatione temperari desideret. Illa potentia uita est, quae viribus suis modum imponit. Pithachus moderatione peccus instructum habuit: qui Alcheum poetam, & amaritudinem odij, & viribus ingenij, contra se pertinacissime usum, tyrannidem a ciuibus delectam adeptus, tantummodo quid in opprimendo posset admonuit. Plato cum aduersus serui delictum vehementius exarsisset, veritus ne vindictam modum excederet, Spenippo amico suo castigationis arbitrium mandauit. Ipse quoque Plato criminationes difficillime recipiebat, aliquando n. Xenocratem discipulum suum audierat de se multa impia fuisse locutura, respuit criminationem. Instabat criminatores, querens, cur sibi non crederet, adiecit non esse credibile: ut quem tanto opere amaret ab eo iniucem non diligeretur, volente criminatore ad iudicium prodire, affirmavit nunquam ea Xenocratem dicturum fuisse nisi expedire sibi ea dici iudicasset. Item Terentius Architas villico suos sumptuosum inquit a te supplicij, nisi tibi iratus essem, maluit non impunitum delinquere, quam propter iram ipso grauius punire. Statius in thebaide li. 10. Non frenata animo permittit tallenti. Da spacium tenuemque moram, mala cuncta ministrat. Impetus: Idem in 11. Hic miseris furor est instigare periculi.

De maturitate. Cap. XCIII.

ACTOR. Maturitas est virtus, qua quis impetum actionis suae regens ac moderans, ad competentem moram & grauitatem reducit. Apulejus in lib. de Deo Socratis. Solet prudentes viros esse in operibus elaboratis iudicatio restrictior: in rebus subitariis venia prolixior. Nulla res potest eadem simul senescita esse & examinata, nec est quicquam omnium quod habere possit & laudè dilii.

diligentia simul & gratiam celeritatis. Ex prouerbiis sapientum. Mora omnis odio est, sed facit sapientiam. Suetonius lib. de 12. Caesariis. Augustus Caesar nihil minus in perfecto duce quam festinationem temeritatemque conuenire arbitrabatur crebro id iactans, satis celeriter fieri quicquid satis bene fit. Socrates. Velox consilium sequitur penitentiam, maximeque consilio contraria sunt festinatio & ira. Varro in sententiis. Imperitia signum est quod difficillimum est, exigere cito fieri. Ganfredus in poetria. Si quis habet fundare domum non currit ad actum. Impetuosa manus intrinseca linea cordis. Praemittitur opus, seruiamque sub ordine certo. Interior praescribit homo, totumque figura. Ante manus cordis est corporis & status eius. Est prius Archepus, quam sensibili. Non manus ad calamum praecipit, non lingua sit ardens. Ad uerbum sit mens discreta perambula tacti. Quid de arte lib. 2. Est mora tuta breuis lenetunc tempore cura. Vanescitque abfens & nouus intrat amor. Cum mora non tuta est totis incumbere remis. Vitale & admisso subdere calcare equo. Idem in lib. Metha. 2. Non est mora libera nobis. Idem in lib. de Falis 3. Differ. habent parue comoda magna more. Idem in lib. epistoliarum. Haec nimium prope ras, & adhuc tua mellis in herba est. Tibullus. Quid fraudare iuuentem vitem crescentibus uis. Et modo nata mala vellere poma manu. Petronius. Nolo quod cupio statim tenere, nec victoria placeat mihi parata. Claudianus ubi supra. Sepius incaute nocuit victoria turba. Salustius in Carilinario. Priusquam incipias consilio, ut vbi consulueris mature opus factum est. Idem in iugurthino. Animo cupienti nihil facis festinatur. Lucanus 1. lib. Semper nocuit differre paratis. Ex prouerbiis. Etiam celeritas in desiderio norma est. Plinius ad Cornelium Tacitum. Est grauior multis actio breuis. Synachus in li. epistolari. In re aperta piger esse prolixum. In arduis autem rebus multum valet longior diligentia. Reuera omnis affectio impatiens est, & iuste, & legitime tarditatis.

De Abstinentia. Cap. XCV.

ACTOR. Abstinentia est qua gula voluptates in nobis restringimus, aut refecamus. Valerius lib. 2. Fuit antiquorum illa simplicitas in cibo capiendi humanitatis simul & continentiae index certissima. Nam maximis viris prandere & cenare in paratulo non erat verecundia, quia nec vllas epulas habebant, quas oculis populi fubiere erubescerent. Vini etiam viles olim Romani fecerunt ignotus fuit. Ne scilicet in aliquod dedecus prolaberetur. Agellius lib. 1. Parsimonia apud veteres Romanos victus atque cenarum tenentis non domestica solum obseruatione ac disciplina, sed publica quoque animaduersione legumque structionibus custodita est. Hieronymus contra Iouinianum lib. 2. Quod autem mirandum sit Epicurus voluptatis astrictior, omnes liberos suos ter pleuit, oleribus & pomis vilibus cibis dicens esse viuendum, quia carnes & exquisitae epulae ingenij cura & miseria preparatae, maior penam habent in inquirendo, quam voluptatem in abutendo, & corpora etiam nostra cibo tantum & potu indigere vbi aqua & panis sunt &c. his similia, ubi naturae satisfactum. Quicquid supra fuerit, non ad vite necessitatem spectare, sed ad vitium voluptatis. Praeterea eos qui carnis vultu indigere & his quae non sunt carnum, qui simplici victu contentur eos carnes non quare, sapientiae quoque operam dare nos non posse. Si mens abundantiā cogitemus, quae labore nimio & cura indiget. Dydimus ad Alexandrum. Genus Bragmanorum cura & simplici vita uiuit nullis rerum capitur illecebris. Nihil appetit amplius quam ratio naturae flagitat. Facilis nobis alimonia, non quam luxuriae sagacitas per omnia elementa perquirat, sed quam tellus ferro inuoluta producit, mensam epulis oneramus innocuis hinc est quod nulla generum morborum & nomina numeramus, sed diuturna salute perfruemur. Medicinæ remedium nobis parsimonia est, quae non solum il-laplos potest curare dolores, sed etiam procurare ne veniant. Seneca ad Lucillum. Non est iocunda res aqua & potentia aut frustum panis ordeacei, sed summa voluptas est posse capere etiam ex his voluptatibus, & ad id se duxisse quod eripere nulla fortune inequlitas possit. Qui in li. epist. Est virtus placidis abstinentiis bonis.

De Sobrietate secundum philosophos. Cap. XCVI.

ACTOR. Sobrietas est virtus qua cibi & potus excessum a nobis cohibemus, eorumque nimium appetitum rationis imperio reuocare studemus. Terentius in Andria. Arbitror adprime in uita vitale esse, ut nequid nimis. Seneca in lib. de quatuor virtutibus. Ede citra saturitatem, bibe citra ebrietatem uictus tibi si ex facili, nec ad voluptatem, sed ad cibum accede, palatum tuum famos excite, non sapores, desideria tua paruo redime, quia hoc tantum curare debes, ut desinant. Hieronymus contra Iouinianum. Gallicus doctissimus Hippocratis interpres, achletas quorum uita & ars sagina est, dicit in exhortatione medicinae nec uiuere posse

diu nec sanos esse, animasque eorum ita nimio sanguine & adipibus inuolutas, nihil tunc mihi celeste, sed semper de carnibus & ruciu a ventris ingluuiā cogitare. Socrates. Oriente sole conuilium, occidente conuiuium cogitator. Agellius lib. 1. Socratem temperantiam tanta, require supra. c. de temperantia. B. verus de conf. li. 2. Paucis minimisque natura contentus est, cuius satietatem si superfluis virgere velis, aut inuicundum fiet quod infuderis, aut noxium. Valerius li. 2. Quasi uater quadam ualitudinis est frugalitas.

De Eodem secundum poetas. Cap. XCVII.

Tibullus li. 2. Mixtaque securo sobria limphamero. Lucanus. Dicitur quàm paruo liceat producere vitam. Et quantum natura peccat non erigit egros. Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus. Non auro mutrare bibunt, sed gurgule puro. Vira redit fatiis est populus fluitansque cereque. Ennodius. Libertas semper studiis referatur honestis. Nulla fides legis integra, nec dubis. Amplector sanctas quae dant bona femina fraudes. Post cupias animae sicut holocausta Dei. Granfredus in poetria. Quando depem reficis, dapibus non sis ita plenus. Ut nihil appositioni queat amplius esto refectus. Plus semipieno, pleno minus ingere uenti. Non quantum pollicis, sed quantum profuit. Magister serlo. Vis ne coronari vis de licis saturari. Istud tibi praesto dictum breue, sobrius esto. Ouid. in li. de arte 1. Certe tibi dabitur a nobis mensura bibendi. Officium prestans mens manusque suum. Idem in lib. 3. Carpe cibos dignus est quidam gestus edendi. Priamides. Helentum aude si spectet edentem. Oderit & dicat fulta rapina mea est.

De Pudicitia. Cap. XCVIII.

ACTOR. Pudicitia est virtus non solum impetum libidinis cohercens, verum etiam signa cohibens. Huius speciestia ut tres, scilicet uirginitas in incorruptis, castitas in coniugatis, continentia in solatis. Itaque continentia est virtus abstinendi ab illecebris carnis, cuius concupiscentia tenetur quis abtractus & illectus. Item continentia est virtus per quam carnalium affectuum impetus consilij moderamine refrenatur. Hieronymus contra Iouinianum. Plato cum diues esset, & theoros eius Diogenes iuratis pedibus conculcavit, ut posset uacare philosophiae, elegit academiā uillam ab urbe procul non solum desertam, sed etiam pestilentem, ut cura & assiduitate morborum libidinis impetus frangeretur, unde & plures eius discipuli oculos sibi effuderunt. A. Ar. Terulianus quoque refert Democritum Philosophum excecasse se ipsum, eo quod mulieres aspiciere sine concupiscentia non ualebat. Valerius lib. 4. Quidam excellentis pulchritudinis adolecens spurimia non mine, cum mira specie quàm plurimum feminarum sollicitaret oculos, ideoque uiris ac parentibus earum se suspectum sentiret, oris de corem uulneribus confudit, deformitatemque sanctitatis suae fide quam formam irritamentum alienae libidinis esse maluit. Idem in lib. 6. Lacedaemonij libros Archillogiae ciuitate sua exportare fecerunt eo, quod illorum parum uerecundiam ac pudicam arbitrarum lectionem, noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret quàm ingenijs prodesset. Itaque maximum poetam uel certe summum proximum (quia eorum sibi inuisam obsecnis maledictis lacerauerat) carminum exilio multarunt. Augustus de ciu. Dei lib. 1. Egregius autem Romani nominis Marcus Marcellus qui Syracusas urbem ornatissimam cepit, referatur prius eam fleuisse uirginitatem, & ante eius sanguinem suas illi lachrymas effudit, gessit autem & curam pudicitiae etiam in hoste seruande. Namque priusquam opidum uictor iussisset inuadi, constituit edictione quis corpus liberum uiolaret. Terentius in eunucho. Sine Cerere & Baccho friget uenus. Synodius in epistolari li. 5. Persona matrone uerecundiam atque succinctam exigit fumentem.

De Castitate. Cap. XCIX.

ACTOR. Castitas est uirtus sub rationis iugo refrenans impetum libidinis, ut limites coniugij non excedat. Item castitas est post edonitas uictorum carnalium furas munda & honesta totius corporis habitudo. Dydimus ad Alexandrum. Nos bragmani membra libidini ad debilitandum non tradimus, ad concubitum non libido nos admonet, sed prolis amor. Sextus Pythagoricus in sententiis. Adulter est in suam uxorem amator arduior. Hieronymus &c. require sequenti libro ca. de uxore & bona & mala. Valerius li. 6. Horridum. G. Sulpicii Galli Maritale supercilium, qui uxorem dimisit, eo quod eam aperto capite foris uersatam cognouit, abscessa quidem sententia, sed tamen aliqua ratione mota. Lex enim inquit tibi meos tantum praesinit oculos, quibus formam tuam approbes his decoris instrumenta prepara. his esto speciosa, horum te certioris Hipocratis interpres, achletas quorum uita uacua accersit, i suspitione & crimino subferat necesse est. Qui

ne tit. 3. lib. Si qua metu dempto casta est ea denique casta. Quae quia non liceat non facit, illa facit. Ut iam feruatur bene e rpus adultera mens est. Nec custodiri in velle vlla potest. Nec mentem feruare potest, licet omnia claudas. Omnibus exclusis intus adulter erit. Idem in lib. Metha. 8. Facies aetas iubebant. Crederet adulterum, prohibebant credere mores. Tibullus. Casta propter comitum in aetas sanctique pudoris, Assiderat cultos sedula semper anus. Nec seuo sis casta metu, sed iuente fidei. Versatur ceteri torrens leuis orbe cito.

De Virginitate. C. C.

ACTOR. Virginitas est virtus qua sic homo refrenat motus concupiscentiae carnis, ut non incurrit lubricum carnis. Item virginitas dicitur iuxta Hieronymum est sanctam esse corpore & spiritu. Boetius in li. de Consol. 3. libr. Euripidis probro fecerunt, qui carentem libidinis fortunio dixit esse felicem. Valerius li. quarto. Scipio xxiiii. annum agens, cum multos obsides quos in vrbe Carthagine pene clausos habuerant, in suam potestatem redegit, eximia inter eos formae virginem aetatis adultae. iuuenis celebs & victor postquam comperit illustri loco inter Celuberos natam, nobilissimo gentis eius indubii desponsam, accersitis parentibus & ipso uiuolam tradidit, aurum quoque quod pro redemptione puellae allatum erat summam dotis adiecit, qua continentia ac munificentia indubii obligatas. Celibeorum animos Romanis applicando meritis eius debita gratiam tulit. Idem in lib. 6. Dux Romanae pudicitiae Lucretia a Tarquinio regis superbi filio per vim stuprum pati coacta, cum grauilimis verbis iniuriam suam in consilio neceratorum deploraret ferro se quod uelle tectum atulerat) interimitur. Teutonicorum coniugis Mariam Victorem orauit, ut ab eo virginibus uestalibus dono intertereret. Affirmans aequae se ut illas uirilis concubitus experiret, eaque re non impetrata laqueis sibi nocte proxima spiritum eripuerat. Quid in lib. epistoliarum. Nulla reparabilis arte lesa pudicitia est. Prosper ubi supra. Mens illata nihil violato in corpore perdit. Inuitam carnis uulnera non maculant. Nec crimen facti recipit non mixta uoluntas. Velle magis facinus quam tolerare nocet. Chirius uirginis intacto corpore habetur. Virginitas est anima inuenerata fides.

De Paritate, sive frugalitate. Cap. CI.

ACTOR. Paritas uno modo dicitur virtus dandi moderatrix, id est retinens retinenda, sicut largitas dat danda, sed de hac dicitur est superior sub illo titulo quod liberalitas debeat esse dicitur. Hic autem paritatem sive parimoniam uoco frugalitatem id est uirtutem illam qua circa corporalem habitum ceteram que necessariam suppellectilem immoderatum reuocat usum. Dicitur ubi supra. Nullus nobis preciosus amictus, sed membra patri regimine, uel quod est uerius pudore uelantur, feminae nostrates non ornantur, ut placeant, nec sciunt in augenda pulchritudine plus affectare quam nasci sunt. Nam quis potest opus naturae corrigere, quod cum fuerit aut instructuosum est, quia uincitur, aut criminolosum, quia praeminuitur. Symachus in li. epistolari. Odi in pauco corpore longa uelamina, illa uestis decenter induitur, quae non trahit puluerem, nec in humum demissa calcatur. Valerius 9. lib. Quid autem de ceteris ulterius loquar, quas & imbecillitas mentis & grauiorum operum negata affectatione, omne studium ad curiosiores sui cultum horrat conferre, cum & nominis & animi excellentes uiros in hoc praefere continentia ignotum diuerticulum uidam prolapsos esse.

De eodem dicta poetarum. Cap. CII.

HERONIMVS in lib. epistoliarum. Quid si forte suas repetitum uenerit olim grex autum plumas, moueat cornicula risum furtiuus nudata coloribus. Tibullus. Praebet auaritia causas preciosa potumum Vestis, & rubro lucida concha mari. Qui. de arte lib. 1. Forma uiros neglecta decet. Idem in quarto lib. Vestes quas geritis sordida lana sunt. Idem in li. de romedijs. Decipimur cultu gemmis, auroque tegitur Omnia, pars minima est ipsa puella sui. Petronius. Quirit se natura, nec inuenit. Omnibus ergo scorta placent fractaque nerui serpere gressus. Er laxi crines & tot noua nomina uestis. Martialis coquus. Non quicunq; capit saturatas nuptae uestes. Nec nisi deliciis conuenit iste color. Dydimus ubi supra. In extrahendis domibus igne saxa non soluimus, nec admixtione pulueris cimenta duriora conficimus, quin potius in detollis telluris spelancis, ac concauis montium latebris capaciter habitamus, nullus tibi uentorum fremitus, nullius tempestatem turbis formidamus, tutius nos defendit ab imbre spelunca quam regu la, cuius gemitus est nobis usus, mansioni dum uiuimus, sepulture

dum morimur, nulla extrahimus instar templorum sepulchra defunctis, nec in gemmarum uis tunc a combusta recedimus, quod non honoris dixerim esse pecunie. Sed haec sunt argumenta nostra diuina, quae nec fatuetatem uiuentibus concessit, & mortuis superuam requiem sustulit. (non enim tellurem cineres suos quos edidit fouere sinit.) vos uelut malorum omnium causa mortalium omnia tenetis, & vos habebitis imperatris. Sola sapientia Bragmanorum vos superat non auando. Seneca ad Lucillum 5. Qui domum inuenerit nos potius miretur quam suppellectilem nostris. Magnus ille est qui hinc libris sic utitur, quomodo argento, nec ille minor est qui sic argento utitur quomodo sicilibus. Infirmi animi est diuitias non posse pati. Plinius de historia naturali 33. li. Vasa coquinaria ex argento clauis orator quaerit, ut uos carucas ex argento celari inuenimus. Noltraque aetate Pompeia coniux Neronis principis delectatoribus immensis suis solcas ex auro quoque induere. Val. li. 9. Antiochus Syriae rex cuius cecam & amementum luxuria exercitio imitatus, magna ex parte clauos aureos crepidis subiectos habuit, argentea uata ad usum culinae comparauit, & tabernacula textilibus ligillis adornata itauit, auro potius hosti op tabilis praeda, quam uila ad uincendum streuuo mora.

De Sufficiencia sive uoluntate uoluntaria secundum philosophos. Cap. CII.

ACTOR. Sufficiencia est uirtus qua bona conscientia subnixta ceteras rerum temporalium copias sperens paucis quae natura sufficiunt hominem contentum reddit, & immoderatum in concupiscentiam suam extinguit, ipsa est paupertas uoluntaria, quae & frugalitas appellatur a Seneca. Plautus in Aulularia. Sibimet esse sufficientem primum bonum est. Quintil. causa 12. Parum aliquid terrae & humilis rugurum rusticum culmen equitas animi regnum facit. Varro in testamento. Non essemus pauperes, si nesciremus quid est paupertas, nescire quid est paupertas, optimum est ad summas diuitias pergruere. Nalquam deuenit, qui quod uidet se quitur colles. Valerius lib. 4. Locupletem facit aliquem non multa possidere, sed modica desiderare. Seneca ad Lucillum epist. 1. Non uero pauperem qui quantuncunq; est, satis est. Idem in 2. Cui cum paupertate bene conuenit diues est, nec qui parum habet, sed qui plus cupit pauper est, quid enim refert quantum in horreis iaceat, si non a. quilibet, sed acquirenda computat, quis sit diuitiarum modus quibus primus habere quod necesse, proximus habere quod satis est. Idem in 4. Magna diuitia sunt lege naturae composita paupertas. Lex autem naturae scis quos nobis terminos statuat, non esurire, non sitire, non algere, ut famem sitimque depel las, non est necesse maria tentare nec castra sequi. Ad manum est quod satis est, quam in contumacem est nihil posse, quam magnificum est plenum esse, nec ex fortuna pendere. Idem in 44. Non est iocunda res &c. Require supra. de abstinentia. Idem in 28. Panem & aquam natura desiderat, nemo ad hoc pauper est, intra quas quisquis desiderium suum clausit, cum ipso Ioue de felicitate cotredat.

De eodem dicta poetarum. Cap. CIII.

ACTOR. De Dyogone pulchre ait Seneca. Potentior erat Dyogenes omnia possidere Alexandro, plus enim ille quod nollet accipere, quam quod ille posset dare. Valerius lib. 4. Alexander cum ad Dyogenem Cincium accessisset in sole sedentem, hortareturque ut si qua sibi praestari uellet indicaret. Mox in, uic de ceteris interim uelina a sole non habet. Item Dyogenes Si raculis cum olera ei lauanti aristippus dixisset, si Dionysium adu laire uelles, ita non es, immo inquit si tu ita esse uelles, Dyonisiu non adularis. Hieronymus contra Iouinianum. De Dyogone refert Satirus, quod distulit pallio usus sit, propter frigus perit pro cellario habuit, Clauam ob corpusculi fragilitatem, quia iam senex membra sustentare solitas erat. Oemerodios uulgo appellatus sit in praesentem horam possens a quolibet & accipiens cibum, habitauit autem in portarum uestibulis & in porticibus ciuitatum. Cum quis se quereret, in doio uolubilem se habere domum iocabatur, & se cum temporibus commutatentem, frigore enim os dolii uertebat in meridiem, aestate ad septentrionem, & ubi uentus, se sol inclinauerat, Dyogenis simul praetorium uertebatur. Quiddam uero tempore habent ad potandum cauum lignum, uidit puerum concaua manu bibere, & elisile fertur illud ad terram dicens Nesciebam quod & natura poculum haberem. Epicurus. Honestas res est laeta paupertas, illa uero non est paupertas si laeta non est, si cui sua non uidentur amplissima, licet totius mundi Dominus sit tamen miser est. Si ad naturam uiuas, nunquam eris pauper, si ad opinionem, nunquam eris diues, exigui natura desiderat, opinio immensum. Multis paratis diuitias non finis miseriarum fuit, sed mutatio.

De eodem dicta poetarum. Cap. CV.

ACTOR. Vbi supra. Insauium nudum cum te natura creauit. Paupertatis onus patienter ferre memento. Quod uile est carum, quod carum uile putato. Quod nimium est fugio paruo

paruo gaudere memento. Commoda natura nullo tibi tempore deerunt. Si contentus eo fueris, quod postulat usus. Persius satyricus. Vitiu memor leti fugit hera hoc, quod loquor inde est. Melle tenus propria niue & granaria fas est. Emulg quid me tuas occa, feges altera in herba est. Ganfredus in poetria. Liber est uitijs, qui non inferit abundans. Cui satis est, quod habet, pauper qui plus cupit. Galtherus in lib. Alexandreidos 8. Animum nullius egerit. Non res efficiunt, sed sufficientia quamuis. Sic modicum si sufficit, nullius egebit. Maximianus. Non tantum uelle in uitium, sed & malefacta cadunt. Mattheus in lib. de Tobia. Non rerum cumu lus, sed sufficientia mentis. Dicitur sufficienti pauca diues eris.

De uitijs fugiendis. Cap. CVI.

NVLLIVS in Retho. 1. Haec omnia sicut iam superius dictum est propter se solum, ut nihil addatur emolumentum petenda sunt, propter se natura uitanda sunt, non modo ea quae his contraria sunt, fortitudini ignauia, iustitiae iniustitia, uerum & illa quae propinqua & finitima esse uidentur, uicique. n. uirtuti finitimum uitium reperitur, ut audacia, fidentia, pertinacia, perseuerantia, superstitio, religio, & humi uodi. Lactantius in lib. de uero cultu. Porro siue uirtutes inferas uitia sponte decedunt, siue uitia eximas uirtutes uito subibunt: sic enim bonorum & malorum constituta est natura, ut se semper oppugnent & expellant. Valerius lib. 9. Quid autem uitijs sedius, quid etiam damnosius, quibus uirtus atteritur uictoriae languescit, sopita gloria in infamiam conuertitur, animique patitur & corporis uires expugnantur. Boetius de consol. lib. 4. Qui uirtute deserta homo esse desinit, cum in diuinam conditionem transire non possit, uertitur in beluam. Tullius in lib. de Paradoxijs. Cum tibi Deus uel mater omnium natura dederit animam, quod nihil praestantius, nihil diuinius, sic te ipse proijcis, atque prosterne, ut nihil inter te & peccandum interesse putes. Idem Philippica 11. Quo maior est uis animi quam corporis, hoc grauiora sunt mala, quae animo concipiuntur, quam quae corpore feruntur, miserio ergo est, qui in se suscipit scelus, quam qui a alterius facinus suscipere cogitur. Claudianus in maiori. Heu quam caecus inest uitijs amor. Ouid sine titulo lib. 2. Odi nec possum cupiens non esse quod odi. Ex prouerbijs sapientum. Grauior est inimicus, qui later in pectore Malefacere qui uult nonnunquam causam inuenit, omne radice quid peccati inuoluntarium, ipsaq; nequitia poena sui est, peccandi quidem quo genera sunt. Vnum ex propositis, aliud ex negligentia. Perio; uero metu peccare cessant, uo innocentia, tales profecto timidi non inuocetis dicendi uerbo, odiu igitur oportet peccandi non metum facias. Bis autem peccas cum peccato obsequium accedmodas. Seneca ad Lucillum epistola 53. In his quoque morbis, quibus afficiuntur animi quo quis peius se habet minus sentit. Idem in 69. epistola. Nullum enim siue autorem mento malum est, auaritia pecuniam promittit, luxuria uoluptatem, ambitio potentiam mercede uicia sollicitat. Horatius in libro epistoliarum. Oderunt peccare boni uirtutis amore. Oderunt peccare mali formidine poena. Prosper ubi supra. Nullus enim est infons sola formidine poena. Qui sanctum & iustum non amat imperium. Tull. de officijs. lib. 1. Certe si omnes Deos, hominesq; celare possumus, nihil tamen auarum, uel inuisti, uel libidinos faciem dum est bonus vir non modo facere, sed nec cogitare quidem audebit quicquam quod non audeat predicare. Seneca lib. de moribus. Nihil interest quo animo facias, quod uitiuofum est fecisse. Quid in tit. de Ponto. Pena potest demis, culpa peccatis erit. Mattheus in lib. de Tobia. Est grauius meritum poena, quam poena necari. In cruce credo minus, quam meruisse crucem.

De mala mente & inculta. Cap. CVII.

QVINTILIANVS de orat. in fitione lib. 8. Nihil enim tam occupatum, tam multiforme, tam varijs affectibus concisum, atque laceratum quam mala mens. Nam & cum insidiatur spe curis labore distringitur, & etiam cum sceleris compos fuerit, sollicitudine poenitentia sanarum expectatione torqueatur. Tullius in Tusculanario lib. 3. Animus eger (ut ait Ennius) semper errat, nec pati, nec perpeti potest, cupere nunquam desinit. Idem in lib. de natura Deorum 3. Versutos eos appello, quorum sceleriter mens uersatur. Seneca ad Lucillum epistola 5. Infirmi animi est diuitias non posse pati. Idem in 17. Multis parasse diuitias, non fuit miseriarum finis, sed commutatio, nec hoc minor, non est enim in rebus uitium, sed in ipso animo. Illud quod pauperatatem nobis grauem fecerat, & diuitias graues fecit. Quemadmodum enim nil differt, utrum agrum in lecto ligneo, aut in aureo colloces, quocumque enim transferas illum morbum suum secum transferet, sic nihil refert utrum eger animus in diuitijs, an in paupertate ponatur. Malum enim suum illum ubiq; sequitur. Idem in 27. Si uis Speculum Doctrinale.

omnia tibi subijcere, te subijce rationi. Multos reges si te illa reuerit, & ab illis discas, quemadmodum & quid aggredi debeat. Ex prouerbijs sapientum. Turpe praebet spectaculum eger animus. Sunt quorum corpus innoxium est, & in mille facinorum furta mens ociosa dilucit. Ouidius in libro trituum 2. Omnia peruersa possunt corrumpere mentes. Sunt tamen illa suis omnia tu ta locis. Prosper in libro epigrammatum. Fallaces curis torquentur ananis. Est mala mens nunquam gaudia pacis habet. Tibullus libro 2. Sollicitant pectus facta nephanda reum Ouidius sine titulo libro 1. Multa miser timeo, quia feci multa proterue. Exemplique metu terror ipse mei. Arator libro 2. O quantum per inania currit mens ignara boni. Persius. O curru in terris animae, & caelestium manes.

De passionibus animae. Cap. CVIII.

AVGVSTINVS de ciuit. Dei libro 14. Sunt autem quatuor animi passiones siue perturbationes, quibus omnis animus a nostrorum uiciofitas continetur. De quibus scilicet Virgilius ita loquitur. Hiuc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque, nec auras suspiciunt clausae tenebris, & carcere caeco. f. animae in corpore terreno, atque moribando. Interest tamen qualis sit uoluntas hominis, quia si peruersa est, peruersos habebit hos motus, si uero recta non solum non culpabiles erunt, uerum laudabiles, uoluntates, si quidem in omnibus est, immo omnes nihil aliud sunt, quam uoluntates, ut superius habitum est, ubi de uiribus animae dictum est. Idem in eodem. Illi porro philosophi, qui ueritati propius accesserunt iram, atque libidinem uiciofitas animi partes esse confessi sunt, eo quod turpiter, atque inordinate mouerentur, ad ea etiam que sapientia perpetrari uetat, atque per hoc opus habere moderatricem rationem, quam partem animi triciam uelut in arce quadam ad istas regendas prohibent collocatam, ut illa imperante istis feruoribus, possit in homine iustitia ex omni parte seruari. Idem in lib. 13. Require capitulo infra de regimine animae. Lactantius in libro de uero cultu. Poeta tres furias esse dixerunt. Require supra capitulo de temperantia Boetius de consol. lib. 1. Nubibus aetris condita nulum fundere possunt sidera lumen. Tu quoque si uis lumine claro cernere uerum. Tramite recto carpere callem pelle timorem. Gaudia pelle. spemque fugato nec dolor affit. Nubila mens iunctaque frenis haec ubi regnant. Prosper in libro epigrammatum: Scire uolens, in qua sis reum parte locandus. Discute quid timeas quid uis id quod amas, nam cuncti gemino nascuntur somite motus. Respondentque suis germina principijs.

De amore. Cap. CIX.

ACTOR. Amor est affectio, siue motus animi ad diligendum aliquid quod bonum est, uel apparet bonum. Omnia namque bonum appetunt, & amant. Boetius de consolatione. Quis legem det amantibus, maior lex autorem sibi. Ex prouerbijs sapientum. Amor extorqueri non potest, sed elabi potest. Amare & sapere uix a Deo conceditur. Item amor causa est ociose solitudinis. Virgilius in Buccolicis. Omnia uincit amor, & nos cedamus amori. Item in lib. 4. Eneidos. Improbe amor quid non mortalia pectora cogis. Ouidius in libro epistoliarum. Res est solliciti plena timoris amor. Credula res amor est. Auribus interdum uoces capramus & oninem. Aduentus strepitum credimus esse tui. Idem in lib. sine titulo 1. Foelix qui quod amat defendere fortiter audeat. Idem in lib. de arte 1. Palleat omnis amans. hic est color aptus amanti. Idem in 3. lib. Mora semper amantes iueitat. Idem in libro de remedijs 1. Quod potuit fecit ne nil ageretur amauit. Idem in lib. Methamor. 4. Tempore creuit amor. Quo magis regitur, rectus magis est uat ignis. Quid non sentit amor. Idem in lib. 6. Nihil est, quod non effreno captus amore. Ausit nec capiunt inclusas pectora flammas. Idem in lib. de fastis 2. Quid non amor improbus audeat. Claudianus in maiori. Heu quam caecus inest uitijs amor. Idem. Non quaerit pretium vitam, qui debet amori. Prosper lib. epigrammatum. Ancipitis uitae qui uis superare labores. Dilige, quod semper uerus amator habet. &c. Require infra c. de securitate mentis. Arator lib. 2. Haec est uera fides, quam lex comitatur amoris. Mattheus in Tobia Gratia dum nubis, naturae fructus amoris plenior est. Sedulius. Fortia uincla dedit peccati seua potestas. Dulcis amor Christi fortia uincla dedit. Sydonius in epistolari lib. 5. Perfecta dilectio non tam debet recolerere quid officiorum soluerit, quam meminisse quid debeat.

De spe. Cap. CX.

ACTOR. Spes est animi motus immobiliter ad ea quae appetit accipere. Ada suspensus. Quintil. c. 1. Nihil difficilius est, quam differre gaudium. Tomus Tertius. I 2 Idem



Idem in 11. Nihil inquam grauius, quam si quem destituta spes torquet Seneca in Hippolyto. O spes amantium credula. Lucanus 2. lib. Licet sperare in pueris. Quid in lib. epistolarum. Quacumque ex merito spes venit, qua venit. Spes bona dat vires. Spes bona sollicito victa timore cadit. Fallitur augurio spes bona sepe suo. Idem in lib. de falsis. Conscia mens, ut cuiusq; sua ita concipit intra. Pectore pro factis, hincq; metumq; suo. Idem in libro 3. Dissert. habent parua conuicta magna more. Sollicita mente, speq; uerumq; patient. Idem in lib. de tristibus 3. Denique non possum nullam sperare salutem. Cum non sit poena causa cruenta meae. Idem in lib. de Ponto. Quamuis sit semper meritis indebita nostris. Magna tamē spes est in bonitate Dei Sedulius in carmine paschali lib. 4. Nil igitur recte de te speratibus inquam. Difficile conferre Deo, cui pro natura facit. Ardua planare, & curua indirecta referre. Et quicquid natura negat, se iudice praestat. Quodque Deo facili est homines sperare decet. Nec pudeat. Idem in carmine de mediatore. Hic homo qui Deus est, spes est antiqua priorum. Spes in sine pijs hic homo qui Deus est. Arator in historia actuum metricae compositionis. 1. lib. Spiritus almus. Nescia mensura fuit premia pluraq; ministras, quam sperantis erat praecipit gratia votum. Idem in libro 2. Certeq; humanum transcendent gaudia uotum. Hoc facile praestare Deo cui munus vsus. Hic potior quam nemo putat. Prosper in libro epigrammatum. Gracior est fructus, quem spes productior edit. Vltro obiectorum uile aderit pretium. Cato in lib. de moribus. Rem tibi promissam certā promittere noli. Kara fides ideo, quia multi multa loquuntur. Somnia ne cures, nam mens humana, quod optat. Dum uigilat sperat per somnum ceruit idipsum. Stultitia in morte alterius sperare salutem. Tempora longa tibi noli promittere uite. Quocumq; ingreditis sequitur mors corporis umbra. Tibullus 1. lib. Spes tonet & melius cras fore semper ait. Galcherus in libro de gestis Alexandri Magni 6. Spes quam meritum non prauecit a spe, deuiait & uerum dat ei praesumptio nomen. Idem in lib. 7. Est spes in dubijs semper comes optima rebus.

De gaudio. Cap. CXI.

ACTOR. Gaudium est diffusio animi in apprehensione conuenientis siue delectabilis. Seneca ad Lucillum epistola 13. Fundamentum bene mentis est non gaudere uani, nisi crede uerum gaudium res secura est, cui tu exultas aliquid. Soluto uultu, hilaris oculo mortem contemnere, paupertati domum aperire uoluptates tenere sub freno, meditari dolorum patientiam, haec qui apud se uerfat, in magno gaudio est, sed parum blando: haec autem quibus delectatur uulgus, tenuem habent ac perfunctoria uoluptatem, quodentque gaudium est, fundamento caret. Idem in 59. Omnes tendunt ad gaudium, sed uide stabile magnumque consequuntur, ignoraunt de sapientibus quidem nunquam sine gaudio est, gaudium autem hoc non nascitur nisi ex uirtutis conscientia, nec interrumpitur nec delinquit. Quod enim non dedit fortuna, non eripit. Idem in 80. Compera in se pauperum, & diuitem uultum, sepius pauper & fidelis ridet, quia nulla eis sollicitudo in alio est: etiam si qua incidit cura, uel uel nubes leuis transiit horum autem qui felices uocantur, hilaritas ficta est aut grauis, & suppura ta tristitia. Cato ubi supra. Interpone tuis interdum gaudia curis. Scatus in Achilleide. Dant gaudia vires. Martialis coquus. Gaudia non remanent: sed fugitiua uolant. Tibullus. Heu quam difficile est. Requie in tra capitulo de taepa legitia. Prosper ubi supra. Fallaces curis semper torquentur amaris. Et mala mens nunquam gaudia pacis habet. Felices uero faciunt semperque beatos. De uero & summo gaudia nata bono. Claudia in maiori. Gaudia praemissa cumulant inopina dolores. Sedulius in carmine paschali lib. 4. Maxima sepe gaudia non ferimus: pensaq; uota timemus. Valerius lib. 9. Vix uerisimile est in eipiendo spiritu, idem gaudium potuisse, quod fulmen: & tamen idem ualuit, nunc lata etenim clade, quae ad lacum transiebat, incidit: mulier linia sospiti suo ad ipsam portam obuia facta in eius complexu expirauit. Altera quoque cum falso mortis filij nuncio moesta domi sederet ad primum conspectu redouit: exanimata est: sicque quas dolor non extinxerat: latitia consumpsit: sed minus minor quodamulieres. M. Virtus Calua consul, collega Tiberij Graeci Cofulis iterum cum in Corsica, qua nuper subegerat sacrificaret, receptis litteris decretas ei a Senatu supplicationes nunciantibus intento illas animo orta caligine ante foculum collapsa mortuus est. Quem quid aliud, quam nimio gaudio euectum putemus? Philemoni quoq; uis immoderata risus uitam abstulit.

De dolore, & luctu. Cap. CXII.

ACTOR. Dolor est passio nascens ex sensu contrarij. Luctus est afflictio cordis ex sensu doloris in lachrymas erupens. Augu-

de cu. Dei 14. Itaq; dolor carnis est offensio animae ex carne, & quaedam ab eius passione dilensio, sicut animae dolor, qui dicitur tristitia est dilensio ab his rebus quae nobis nolentibus accidunt. Ex prouerbis sapientum. Animo dolenti nihil oportet credere, etiam innocentes cogit mentiri dolor, haec dolor quam miser est qui in tormento uocem non habet, cuius doli patientia remedium est, dolor decreuit, ubi quo crescat non habet. Status in thebaide li. 5. Mouet & celestia quondam corda dolor. Caro ubi supra. Vulnere dum sanas, labor est medicina doloris. Claudianus in maiori. Gaudia praemissa cumulant inopina dolores Maximianus. Certe difficile est abcondere pectoris ictus. Panditur, & clauso saepius ore dolor. Oui, in lib. Meth. 6. Grande dolor ingenium miseris uenit solertia rebus. Idem in lib. de tristibus 4. Est quaedam flere uoluptas. Expletur lachrymis egeriturque. Strangulat inclusus dolor at exaestuatus, Cogit & vires multiplicare suas. Tibullus 1. lib. Frangit fortia corda dolor. Galcherus in Alexandride de li. 3. Excitat interdum vires dolor. Martialis coquus. Ille dolo uere, qui sine teste dolo. Seneca in declamationibus lib. 3. Misero si flere non licet magis fleendum est, dolori silentium imparari non potest. Idem in libro quarto. Nulla flendi maior est causa, quam flere non posse. Idem in Medea. Lenior autem est dolor qui capere consilium potest, & libet ire contra. Mattheus in li. de Tobia. Post lamenta redit lyra.

De timore. Cap. CXIII.

ACTOR. Timor est animi fuga, per quam angustia mentis fluctuans ex contrarij expectatione generatur. Status in Thebaide lib. 1. Pellimus in dubijs augur timor. Idem in eodem. Primum in orbe Deos fecit timor. Idem in lib. 10. Est ubi dicitur vires nimius timor. Virgilius in Aeneid. li. 1. Soluite corda metu, atque animi secludite curas. Idem in lib. 4. Degeneres animos timor arguit. Lucanus 1. libro. Licet sperare timenti. Idem in lib. 6. Degeneres trepidant animi, peioraque versant. Idem in lib. 7. Multos in summa pericula misit. Venturi timor ipse mali. Fortissimus ille est, qui promptus metuenda pati. Si cominus insilent. Horatius in poetica. Non semper feriet quodcumque minabitur arcus. Ouidius in lib. epistolarum. Res est solliciti, plena timoris amor. Idem in lib. 2. sine titulo. Multa solliciti, quia feci multa procerue. Exemplique metu terreo ipse meti. Viribus obesse clauis nuntia porta. Prostant in media pace quid arma times. Idem in li. de falsis. Conscia mens ut cuiq; sua est ita concipit in tra. Pectora profecto, senesq; uerumque suo. Idem in li. 3. Soluit mentes speq; metu que ualent. Idem in li. Tristium 1. Terretur minimo penne stridore columba. Vnguis accipiteris faucia facta semel. Idem in eodem. Interdum audaces cingitur omne metu. Idem in 4. Quam miserum est vitam porta murosq; tueri. Vixit que futurum uisibus esse loci. Desine tuta tueri. Deq; fide certa sit tibi certa fides. Idem in li. de Ponto. Accipitrem metuens alis trepidantibus ales audeat Ad humanos fella venire sinus. Tranquillus etiam naufragus horret aquas. Qui semel est laesus, fallaci piscis ab hamo. Omnibus era cibus uena subelle putat. Idem in lib. de nuce. Res timida est omnis miser. Claudianus in maiori. Clauis putat sibi cuncta pauor. Est malus interpres rerum metus & trahit omne. Augurium peiora uia. Tibullus. Somnia fallaci ludunt temeraria nocte. Et pauidas metes falsa timere uident. Astor. Porro de timore copiosius habetur superius in capitulo de uita. da pusillanimitate & uana formidine.

De Suspitione. Cap. CXIII.

SVPTIA est opinio sinistra de aliquo, nondum ratione firmata. Iudicium uero temerarium est aliquando rationis consensus ad opinionem. huiusmodi confirmandam in rebus incertis positus inclinatur. Item. Suspicio est iugis formido impendentis mali, faciens hominem ad omnia meticulosum atque suspectum. Seneca in libro de Moribus. Hoc habet omnis affectus, ut in quo ipse insanit, in idē putat omnes furere. Teren. in adelphis. Omnes quibus res sunt minus secunda (nescio quomodo) suspiciosi ad contumeliam omnia accipiunt magis, propter suā impotentia super se credunt negligi. Valerius li. 9. Massinissa rex parū fidei in pectorib. hominum reponens, salutem suam custodia canū uallauit, hoc rege infelicio Alexander, cuius praecordia hinc amor hinc metus torserunt. Nam cum infinito ardore coniugis Thebis teneretur, ad eandē ex epulis in cubicu. uenisset, barbarū cū stricto gladio iubeat autē, nec prius se lecto comitebat, q̄ a stipatoribus diligēter scrutatus esset. Dyonisi? Sicilię tiranus, adeo suspiciosus erat & meticulosus, scis se odio ab oibus habitū, q̄ submori amicis in eorum locum ferocissimos feruos, quib. latera sua omittetere sustinuit, & etiam consorium metu, filias suas cōdere docuit quibus

quibus & ipsis adultis non ausus est ferrum committere, sed influit ut cadentium gladium & uicium putaminibus barbam sibi & capillum adderent, nec securo: eam maritum egit quam patre, duarum enim simul. Carillo mades & doridis matremoni obligatus neutrius inquam nisi excuile complexum perit, lectum quoque quasi castra lata fossa cinxit, quem te ligneo ponte recipiebat, foremque cubicali extrinsecus a custodibus clausam, intereorem diligenter obserabat. Item require dictum Platonis de eodē. Quintil. lib. 2. Carendum est non solum turpitudine, uerumetiam suspitione. Martialis coquus. Abiit a uocoru nostrorum simplicitate malignus interpres. Cato ubi supra. Ne cures si quis tacito sermone loquatur. Conscius ipse sui de se putat omnia dici. Quod tibi suspectum est, confestim discute quid sit. Nanque solent primo que sunt neglecta nocere. Oui. in li. Tristium 4. Quam miserum est vitam porta murosque tueri. Vixit sui tutum uiribus esse loci. Actor. De hac iterum materia require infra capitulo de pusillanimitate uita da.

De credulitate secundum philosophos. Cap. CXV.

ACTOR. Credulitas est animi leuitas siue facilitas, qua cito & absque rationis examinatione mouetur ad credendum audita. Varro in sententijs. Fides est media & opinionis & scientiae neutrum attingit. Tull. in Tus. lib. 4. Opinatio est imbecilla asensio. Petronius. Nunquam recte faciet qui cito credit. Alexander ad Dydimum. Res nouitate mirabilis rumorum licentia uideitur incredula. Dydimus ad eundem. Nuncios de nobis ad te prolatos non immerito sane incredulum respicisti, soler enim gaudere hęcmetis. Tul. in Rhe. 2. Facta non fama spectari oportet. Quintus Teren. in Apologetico. Fama malum: quo non aliud uelociter uisū. Cur fama malum quia plurimum mendax, quae nec tunc quidem cum aliquid ueri asertit, sine mendacij uicio est detrahens adiciens de ueritate. Ea quoq; illi c. natio est, ut non nisi cū uentur perseueret. Fame ergo non credit nisi inconsideratus, quia sapiens nō credit incerto, ne forte illud os mendacij feminauerit, quod saepe fit aut ingenio emulationis, aut arbitrio suspicionis, aut non noua, sed ingenita quibusdam mentendi uoluptate. Quintil. in 15. causa. Facinus est id tantum credere quod expedit, & actum est de rebus humanis, si solum feruatur uultum fides. Idem in 17. Pessimam humanarum rerum malum semper est q̄ audiam nephanda finguntur, nec uisquam magis opere precium putant maligni facere sermones, q̄ cum incredibilia quāsi deprehensa narrantur. Nec esse autem contentiosus loquaris quicquid probare non possis, & affirmationem fuit ex homine quicquid non habet ex ueritate. Sen. in lib. de 4. uirtutibus. Prudentis proprium est examinare consilia, & non cito facili credulitate ad falsa prolabi. Idem in declamationibus li. 4. Nemo quicquid facile credit, quo credito dolendum sit. Idem in Hercule furentē. Quod nimis miseri uolūt hoc facile credunt. Proua est timori uero in peius fides. Idem in Hipolito. Contemne famam uix uero fauet. Ex prouerbis sapientum. Ero desitum hoc oportet credere. Item dissimilem oportet habere aures ad crimina. Idem ibidem. O spes amantium credula. Idem ad Lucillum epistola 3. Vtrumq; uitium est & omnibus credere, & nulli, sed alterum dixerim honestius uitium.

De eodem secundum poetas. Cap. CXVI.

Ouidius in lib. epistolarum. Tardē que credita ledunt credimus. Credula res amor est. Tarda solet magnis rebus inesse fides. Idem in li. de arte 3. Non cito credideris, quantum cito credere ledat, Exemplum nobis non leue prociis erit. Ex parte credite. Idem in li. de remedijs 2. Dum sibi quisque placet credula turba sumus. Item in Methamor. 8. Facies erasque iubebant. Credere adulterium, prohibebant credere mores. Idem in li. 12. Credita res auctore suo est. Idem in li. de Fals. 4. Conscia mens recti fame mendacia ridet. Sed nos in uitium credula turba sumus. Cato ubi supra. Nil temere crede. Admiranda cauent, sed non credenda poet. Prosper ubi supra. Non pateant faciles leuis rumoribus aures. Que nescire iuuat credere non libeat. Ganphredus in poetria. Certior aere arbiter est oculus.

De errore. Cap. CXVII.

ACTOR. Error est a recto tramite deuatio. Item error est cum per ignorantiam malum committitur. Tull. in Tus. li. 3. Animus eger (ut ait ennius) semper errat, nec pati nec perpeti potest, cupere nunq̄ desinit. Idem in li. de Offi. 3. Errat qui uinum uilium corporis aut fortunae uicij animi grauius exultat. Idē in Philipica 12. Cuiusuis hominis est errare, nullius autem nō si insipientis in erratu perseuerare. Posteriores enim cogitationes (ut aiunt) so-

lent esse sapientiores. Idem in li. de legibus 1. Non est uiri boni er rare, & diligere quod per se non est diligendum. Valerius li. 9. Temeritati proximus est error, & ad ledendum par. cui tamen facilius quis ignoscat, quia non sua sponte, sed uanis cōcita us imaginibus culpa se implicat. Seneca de beneficijs li. 3. Non est leuita a cognito & damnato errore discedere, & ingenue fatendum est, aliud putari deceptum sum. Haec uero superbe stulticiae per seuerantia est quod semel dixi, quaecumque est, dixum ratumq; sit. Non est turpe cum remutare consilium. Idem ad Lucillum epistola 1. Ceteri diem equerunt nos autem sine duce erramus, & ideo difficultor ad sanitatem peruenimus, quia nos egrotare nescimus. Ouidius de remedijs li. 1. Et mala sunt uicina bonis en ore sub ipso Pro uicio uirtus crimina sepe tulit. Arator li. 2. Repellitur error in diuersa trahens cum spiritus efficit unum.

De Stultitia. Cap. CXVIII.

ACTOR. Stultitia est priuatio siue defectus sapientie. Item iuxta Hugonem. Stultitia est cum malum cognitum nō uitatur. La stantius in li. de u. iustitia. Stultitia est in factis dictisq; per igno rautiam recti ac boni erratio. Tullius in lib. de senectute. Tanta inest stulticiae inconstantia atque peruersitas, quod omnes tam ut adipsantur exoptant, & eandem adepti aculant. Idem in libro de natura deorum 1. Multa inconmoda in uita que sapientes com modorum compensatione leniunt, stulti nec uitare uolentia, nec ferre presentia possunt. Idem in lib. de Paradoxis. Stoicorum sententia fuit omnes stultos insanire, omnesq; sapientes esse liberos, & omnes stultos seruos. Idem in Tusculanis lib. 3. Stulticiae proprium est aliorum uita cenere, suorum obliuisci. Angustinus in libro soliloquiorum primo. A quibusdam dictum est ita stultos omnes insanos esse: licet omne cenum olera, quod non semper sed dum commoues, sentias. Seneca de beneficijs lib. 2. Negamus: iniuriam accipere sapientem, qui tamen illum pugno percussit: iniuriarū damnabitur. Negamus: stulti quicquam esse: & tamen cū qui rem aliquam stulto surripuit furti condemnabitur. Magister serlo. Stultus, si qua: eferit quae sine ea nil puro referat. Cato ubi supra. Inspiciens esto cum tempus postulat aut res. Stultitiam simula re loco prudentia summa est. Ouidius in lib. tristium quarto. Fortitan hoc studium possit furor esse uideri. Sed furor hic aliquid uilitatis habet.

De Naturalibus desiderijs secundum philosophos. Cap. CXIX.

Seneca ad Lucillum epistola. 16. Naturalia desideria finita sunt. Ex falsa autem opinione nascuntia, ubi desinant non habent. Nullus. n. terminus falso est, nam uia eunti aliquid extremum est: error autem im mensus est retrahere ergo te a uanis. Et cum uis scire quod petis uirum naturalem habeat an cęcam cupiditatem: cō sidera si non possis alicui consistere. nam si longe progressio semper aliquid restat scito illud naturale non esse. Idem in 39. Magna aui mi est magna contemnere: & mediocria malle q̄ nimia. necesse. n. in immensum exeat cupiditas que naturalem modum trāllit. Idē in 70. Quomodo ueniet in mentem finis suus omnia sine fine cupientibus. Idem in 72. Vidisti aliquando canem missa a domino frustra panis uel carnis aperto ore captantem. quicquid exceptit protinus integrum deuorat, & semper spem futuri hiat. idem euenit nobis quicquid expectatibus fortuna proiecit. id sine ulla uoluptate dimittimus statim ad rapinam alterius erecti & attoniti. hoc sapienti non euenit. plenus est & si quid euenit: securus excipit & reponit. Impeditis autem ac rudibus nullus praecipitationis finis est, in Epycureum illud chaos decidunt inane sine termino est. Ex pro uerbis sapientum. Alienū nobis nostro plus placabis. Varro in sententijs. Desiderata non habita magni sunt: habita uilescunt.

De eodem secundum poetas. Cap. CXX.

Ouidius sine titu li. 2. Quod licet ingratum est, quod non licet acrius uir. Quod equitur fugio, qd fugit ipse sequor. Idē in lib. 3. Nitimur inuictū super cupimusque negata. Sic interdicitis imminet eger. aquis. Quicquid seruat: r cupimus magis, ipsaq; furem. Cura uocat, pauci qd sunt alter amant. Idem in lib. de arte. 1. Quod refugit multi cupiunt, odere quod inflat. Petronius. Querit se natura nec inuenit. Omnibus ergo scorta placent. fractaque nerui in corpore gressus. Et laxi crines & tot noua nomina uestis. Prudentius ubi supra. Summa quies nil esse uelle super quam postulat vsus: Debitus, ut simplex alimonia uestis ut uia. In firmos regat aut recreet medio critter artus. Expletumque modum naturae non trahat ultra Theodolus. Mortales cuncti quod contem dunt. adipisci. Nec si perficiant uita discrimina curant.

De eod amore sui. Cap. CXXI.

ACTOR. Theofrasti ista fuit. Anstū ceca esse iudicia. vnde q̄ a quilibet hō se ipsum preceteris amat in iudicio sui facilius

erat. Amor namque priuatus mentem vehementer excecatur. In pro uerbis quoque sapientum legitur, quod d' amare & sapere vix a Deo conec dicitur. Varro in scaentis Non tam modeste quibus sua mira tur quam aliena. hoc autem fit, quoniam nemo sibi inuadet. Quintus Curtius. Thobares magis ad Alexandrum ait. Natura mortaliu hoc nomine praua & iniusta dici potest, quod in suo quilibet negocio cetero est quam in alieno. Tereus in adelphis. Quid homine inperito iniustus, qui nihil rectum putat nisi quod ipse fecit. Idem in hebaui. Ira ferre comparata est omnium hominum natura, vt aliena melius iudicet quam sua. Iulius Celsus 2. li. Que volumus & libenter credimus, & que ipsi sentimus, alios quoque sentire speramus. Petronius. Omnes operis oculis bona sua computant. Plinius secundus in epistola ad Cornelium Tacitum. Suae quilibet inuentioni sauet Quintil. 2. li. Aliena quoque vitia ma nult quisque comprehendit quam sua. Lactantius in li. de falsa sapientia. Nemo potest de se recte iudicare, sed aliena iudicari melius quam sua. Tull. de Offi. li. 1. Nescio quomodo sit vt magis in aliis quam in nobismetipsis cernamus si quid delinquitur. Idem in Tusc. 4. lib. Stulticie proprium est aliorum vitia cernere, suorum obliuisci. Idem in oratione pro deiotaro. Nemo se e est qui sui periculi index non sibi se equorem quam reo prebeat. Idem in Rhe tor. 2. Qui nihil in vita iocundius habet quam vitam, non potest cum vitute vitam colere. Sen. in Agamemone. Non intrat vnquam regium Imen fides Precio parata, vincitur precio fides. Idem in epistola 26. Vna est cathena qua nos alligatos tamen, amor vitę. Vale lib. 2. Dulcedo vitę multa & facere & pati turpiter cogit. Statius in Thebaide lib. 3. Proh vitę feda cupido Iuue. lib. 3. Sum mam crede nephus animam preferre pudori. Et propter vitam vi uendi perdere causas. Claudius in maiori. Heu quam cecus inest vitis amor. Idem. Muncere carior omni asringit sua quemque fa lus. Horatius in lib. epistolarum. Sunt qui nil rectum nisi quod placuit sibi ducunt. Ouidius in lib. de Ponto. Quod fecit quisque ruerit opus. Martialis coquus. Quis enim damnet sua vota liben ter. Anianus vbi supra. Sic mos est homini quicquid sibi fecerit ip se. Vile licet maneat, approbat esse tamen. Maximianus. Non in tellecti, nulla est curatio morbi.

De superbia. Cap. CXXXII.

A Ctor. Omnium itaq; vitiorum caput & origo siue radix est superbia, que sic describitur. Superbia est amor proprie excellentie. Item superbia est animi tumor ex honore proprie ceteros superare contendens. Item superbia est singularis excellentie tumens animi super omnes ceteros quidam appetitus. Item superbia est eleuatio vitiosa: que inferiorem despiciens, superioribus ac mediocribus fatagit dominari. Itaque superbie comes inseparabilis est inuidia. Dum enim superbus cunctos preire & superare conatur, superiorem vel parem habere designatur. Plautus in aulu laria. Res nimium singularis est homo parem ferre non patiens. Minores despiciunt, maioribus inuidemus, ab equalibus dissentimus. Tull. de Offi. li. 1. In rebus etiam prosperis superbia fugienda est & arrogantia, nam vt aduersas res sic & secundas in moderate ferre leuitatis est. Ex prouerbis sapientum. Subito fit ignominia superbi gloria. Seneca ad Lucillum epistola 47. In homines nostris similes superbia non agimus imperium, nec quicquam in vel minima feruitur exigitur prater corpus quod solum animo famulari debere censemus, alioquin seuitia est in obsequium cogere quos nobis fratres eadem natura progenuit, & quibus a Deo patre com muniu bonorum spondeur hereditas. Salustius in iugurtino. Su perbia commune nobilitatis malum est. Iuuenalis lib. 4. Quia tu galline filius alba. Nos vilis populus nati infelicibus ouis. Prosper vbi supra. Sola est innumerus armata superbia telis. Cui possunt vires & bene gesta dare. Verificator. Vnde superbit homo cuius co ceptio culpa. Nasci pena, labor vita, necesse mori. Vana salus hominis vanus labor omnia vana. Inter vana nihil vanius est homi ne. Post hominem vermis, post vermem fit cinis haec haec. Sic redit in cinerem gloria nostra suum. Primas. Si tibi graua si patientia formaq; detur Sola superbia destruit omnia si comitetur. Claudia nus vbi supra. Inquinat egregios adiecta superbia mores. Ouidius de Fastis li. 1. Fastus inest pulchris sequiturq; superbia formam.

De temeritate. Cap. CXXXIII.

A Ctor. Ex virulenta radice superbie nascitur pestifera proles multiformis vitiorum. I. temeritas, presumpcio, ambitio, inanis gloria, inuidia, Ira, Accidia, Tristitia, Gula, Luxuria. Temeritas est rationis expertis, animi procacis indisciplinatus excursus. Ite temeritas est audacia preceps qua quis audet aliquid supra vires vires attentare. Tull. in Rhetorica 2. Temeritas est inconsiderata dolorum perperione gladiatoria periculorum suscepio. Valerius

in lib. 9. Temeritatis & sobiti & vehementes sunt imulsus, quorum scilicet hominum mentes cocue, nec sua pericula respicere, nec aliena facta iusta examinatione prossequi valent, temeritati proximus error, & ad ledendum pari, cui tamen tacitus quis ignoscit, quia non sua sponte, sed vana concitatus imaginibus culpę te ma phcat. Tullius de Offi. li. 1. Sit ut sci ntia que remota est a iustitia, caliditas potius quam sapientia est appellanda, sic & animus paratus ad periculum, si sua cupiditate non communi vitia e im pellitur, audacia potius nomen habet, quam fortitudinis. Videndum est etiam vt contra communi naturam nihil coneamus, sed studia nostra eius regula metiamur, nec enim atinet naturę repugnare, nec quicquam sequi quod non queas atsequi. Id maxime quemq; decet, quod maxime sum est. Terentius in Andria. Quā do fieri non potest id quod vis, id velis quod possis. Quintil. de or. inst. lib. 2. Nec tentes quod effici non possit. Idem in 4. lib. Ten tando non sunt qua effici omnino non possunt. Idem in 8. libro. Quod autem imitaturus est primum quisque intelligat & quare id bonum sit, sciat, tunc in suscipiendo onere vires suas consulat, vbiq; permississimum est vires fiducia prouenire. Statius in Thebaide 1. li. Hic miseris furor est initare ossere. Ouidius in libro Metham. 8. Sepe vult vincit, aratheo nocuit temeraria virtus. Idē in lib. 10. In audaces non est audacia tuta. Iuuenalis 2. lib. Fortem prestant animum rebus quas turpiter audent. Nihil est audacis il lis deprehensis. Ira atq; animos a crimine sumunt. Seneca in Her cule ferente. Nemo se tuto diu periculis ossere. Tam crebris potest. Quem supe transit casus aliquando inueniet. Caro vbi supra. Quod potes id teat nam litus carpereremis. Tutus est multo q̄ velum tendere in alcum.

De Presumptione. Cap. CXXXIII.

A Ctor. Presumptio nouitatum est qua quis contra qualitatē sui ordinis aut virium singulari tumore noui quippiam audeat a tentare. Insolentia est extra commemoratum vltim vel morem quasi despectis ceteris facta gestum habitumque ipse ficare. Item presumpcio est vitium animi quo quis de viribus suis supra modum confidens, nititur alios preire, vel eis se pretere, vel alterius bona sibi spiritualiter arrogare. Varro in sententiis. In iuul tis contra omnes sapere, desipere est. Tull. in lib. de academicis. Inepte quis mineruam docet Bernardus Siluester in Megacolo. Pudet docuisse mineruam. Galtherus in lib. de gestis Alexandri 2. Parcite mortales animas extollere fastu. Collatis opibus asperna riq; minores. Parcite victores ingrati viuere summo. Victori vires, sceptrum, dyadema, triumphos. Diuicias dare qui potuit auferre valebit. Prosper vbi supra. Quod quis non cecidit proptis si viti bus aprat. Hoc ipso quo se stare putat cecidit.

De ambitione secundum philosophos. Cap. CXXXV.

A Ctor. Ambitio est inordinatus appetitus honoris terreni vel dignitatis aut amplitudinis Sydonius in epistolari li. 1. Qui dam ius sitque commune supergressi, summam beatitudinē sum mam potestatem putant, hoc ipso satis miserosos quod parum intelligunt se inquietissimo famulari subicere. Nam quod homi nibus reges ita regibus dominandi desideria dominantur. Macro bius in lib. Saturnalium. Summum ad gradum claritatis cum ve neris agre confites, & citius q̄ ascendas caedes. Fulgentius in li. Mi tologiarū 2. Qui plus querit esse q̄ licet, minus erit q̄ est. Socrates. Stultū est vt imparare quis velit, cum ipse sibi imparare nō possit. Seneca in li. de quatuor virtutibus. Ne in re aliorum te ponas, in qua stanti tremendum, descendenti cadendum est. Idem ad Lucillum epistola 73. Ambitio non iam iocundum est multos post se videre, quam graus aliquem ante se. Nec ambitio tantum instabi lis est, verum etiam omnis cupiditas quia incipit semper a fine. Sa lustius in iugurtino. Inter mortales difficillimum est gloria inuidiam vincere. Ex prouerbis sapientum. Vis habere honorem, do tibi imperium magnum, impera tibi. Valerius 8. li. Nulla est tā ta humilitas que dulcedine glorię non tangatur. Nam Alexandri peccat in fatiabile laudis, qui Anaxarti comiti suo ex auctoritate De moctri preceptoris innumerabiles mundos esse referent. Hæu me inquit miserum, qui nec vno quidem adhuc potius sum Gloria, nec ab his quidem qui eius contemptum intrudere conantur ne gligitur. Quintus Curtius. Dixit quidem ex suis maximus natu Alexandro, si dii habitu corporis tui auditati animi tui parem esse voluissent, orbis te nō caperet, altera manu orientē altera cōtinge res occidēt. Quid tu ignoras arbores magnas diu crescere, vna ex tirpari hora. Stultus est qui fructus earum spectat altitudine non mota, vide nedum ad cacumen peruenire contendis, in ipsis ramis quos comprehendis decides. Leo quandoq; minimarum autum pabulum fuit, nihil tam firmū est, cui periculū non sit ab inualido Deniq; si Deus est, tribuere mortalibus beneficia debes, non sua eis eripere,

eripere, si autem homo es, id quod es semper te esse cogita: stultū est eorum meminisse, propter que tui odium facis.

De eodem secundum poetas. Cap. CXXXVI.

O Vidius in li. de fastis quinto. Nos quoque tangit honor, festis gaudemus & artis, Turbaq; celestes auditio la sumus Mat. in li. de Tobia. Si queratur homo, iouis intricatur honori. Galthe rus in lib. Alexandrides. Quam fruola gloria mundi, quam rerū fugitius honor: quam nomen manet. Prælatas qui preesse cupit, prodelle recusat. Magnus in exemplo cui non fuisse orbis. Suf scit exciso de fossa marmore terra. Quinq; pedum fabricata dor mus, qua nobile corpus. Exigua requeatit huma. Verificator. Vir bone quid curas res viles res perituras. Nil profectus damno qñ que futuras. Nemo diu manet in culmine, sed cito transit. Et breuis atque leuis in mundo gloria quæuis. Qui fuit hic inuis, illic erit ordine primus. Quid lucri refert, qui mundo totus inheret?

De principatu vel honore rectifando. Cap. CXXXVII.

VIDIVS in libro de arte 1. Quot lepores in atho: quot apes nascuntur in hybla. Cereia quot baccae palladis arbor habet. Littore quot concherot sunt in amore dolores. Quod iuuat exiguum est, plus est quod ladat amantes. Idem in libr. 4. Ad multas lupa tendit onas: praedetur ut vnam. Idem in li. de Ponto. Res immo detata cupido est. Iuuenalis lib. 2. Est eadem fummis pariter minimisque libido. Theodolus. Mens robusta viri lauitate cadit muliebri. Femineas vires expanit dux Holofernes. Insignis vidua vesano captus amore. Desit Assyrii qd crediderint mulieri. Tibullus 2. lib. Disce dat ab aris. Cui tulit hesternae gaudia nocte venus.

De Adulterio & sodomia. Cap. CLXII.

ACTOR. Adulterium est alieni thori violatio. Hoc quoque vitium etiam apud gentiles detestabile atque damnabile fore esse, sicut patet in Abimelech dicente Abrae. Potuit quispiam coire cum vxore tua, & induxeris super nos peccatum grande. Valer. lib. 6. Zeleuchus cum filius eius adulterio damnatus utroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris aliquamdiu repugnaret, ad vltimum victus, ne lex a se condita violaretur, suo prius, deinde filii eruto oculo vtriusque visum videndi reliquit. Actor. De hac quoque materia require superius vbi de pudicitia & castitate dictum est. Peccatum contra naturam est quando quis extra locum ad hoc naturaliter deputatum semen effundit, siue fo lus apud se ipsum, & tunc mollities vocatur, siue in alterum eiusdem sexus, vt masculus in masculum, femina in feminam. Aut alterius generis, ut in animal brutum, & tunc sodomia dicitur. Qui in li. epistolarum. Sim procul a nobis iuuenes ut femina compti. Idem in li. de ar. 1. Forma viros neglecta decet. Idem in lib. Methamor. 9. Non vaccam uacce, nec equas amor urit. Equarum urit oues aries, sequitur sua femina ceruus. Sic & aues coeant inter que animalia cuncta. Femina feminea correpta cupidine nulla est. Ennodius de molli concubino Neronis. Vir facie, mulier ge

stus, sed crure quod ambo. Es lepus & tanti conculeas colla leonis. Ludic & in ancipiti constans fallacia sexu. Femina cum patitur peragit cum turpia mas est.

De Fomenis luxuria. Cap. CLXIII.

TULLIVS. Ofculum est pars adulterij. Idem in Tuscul. lib. 3. Flagitij principum est (ut ait Eunius) inter ciues nudare corpora. Teren. in Andria. Ingenium omnium hominum a labo re proclue ad libidinem. Idem in eunucho. Sine crebre & libero friger uenus. Fulgen. in lib. Mitologiarum 3. Deliberatio est ante quodlibet inceptum plena maturitatis & solertia consideratio. Ca to ubi supra. Cum te detineat ueneris damnosa uoluptas. Indulge re gula noli qua ueneris amica est. Qui. in lib. de arte 1. Mens erit & caeca & c. Requirit supra cap. de incepta Latetia. Idem in eodem. Liber quoque amans. Adiuuat, & flammam qua calet ipse fauet. Delectant etiam castas praeconia formae. Idem in lib 3. Res est blanda canor. Pro facie multis nox sua lena fuit. Ignoti nulla cupido est, mora temper amantes incitat. Idem in li. de Remed. 1. Oca si tol. &c. Requirit supra ca. de ocio uitando. Vina parant eodem. Decipimur cultu, geniumis auroque teguntur. Omnia pars minima est ipsa puella sui. Idem in li. 2. Non facile est tantum uita retinere iuuenta. Vt pene extinctum cinerem si sulphure tangas. Vuit, & ex modico maximus ignis erit. Diuitis aliter luxuriosus amor. Non habet unde suum paupertatis pascat anorem. Vina parant animos ueneri, ne plurima sumas. Vt flupeant multo corda sepulta mero. Idem in lib. de Ponto. Veneris damnosa libido. Non solet in menses saepe uenire thorus. Iuuenal. lib. 4. Rara est concordia formae atque pudicitiae. Eunodius Tinge te cadentes ioseo de murice uultus. Atq; fidei mortua pandite de facie. Tibullus lib. 1. Sit procul a nobis formam cui uendere cura est. Est precium plena grande referre manu. Idem in lib. 2. Ne nos decipiant pendentes brachia collo. Nec capiat blanda, sordida lingua praee.

De effectibus luxuria. Cap. CLXIII.

GERONIMVS contra Iouinianum. Scripserunt. Aristi, & Plutarchus & noster Seneca de matrimonio libro 8, ex quibus ita sunt, Amor formae, rationis obliuio est & infans proximus, sedus minimaque conueniens animo sapientum, turbat consilia, altos & generosos spiritus frangit. A magnis cogitationibus ad humillimas trahit. Quarulofos, iracundos, temerarios, dure impetuosos & semeliter blandos facit, & cum fruenti cupiditate infatigabilis flagras, plura tempora suspitionibus, lacrymis, conuentionibus perdit, odium facit sui, & ipse nouissima odium est. Sen. in declama. lib. 1. Nihil est tam mortiferum ingenijs ut luxuria. Idem in libro 8. Luxuria blanda pestis vitrix orbis, immensas opes auaris manibus ut perdat rapit. Claudius in maiori. Luxuriosus praeduce malum qua dedita semper. Corporis arbitrii. heberat ea ligine sensus. Idem in minori. Dissuasor honesti. Luxus, & humana oblimat copia mentes. Galtherus in Alexan. lib. 1. Non te molliat iotus. Prodigia luxuries, nec fortia pectora frangat. Mentis morbus amor latebris & murmure gaudens. Si baccho uenerique vacas, qui cetera subdis. Sub iuga uenisti perit delicia uacantis. Libertas animi, ueneris flagrante camino. Mens habet interitus rixat que & bella moueri. impetrat & suadet rationis uide sepulchrum. Ebrietas rigido. eneruans, haec duo mores. Idem in sexto. Nil finit intactum nullis contenta libido. Qui. in lib. Methamor. 6. Nihil est quod non effreno captus amore. Absit, nec capiunt inclusas pectore flammis. De effectibus quoque luxurie sunt hi uersus. Femina corpus, opes, animam, uim, lumina, uocem. Polluit, annihilat, necat, eripit, orbat, acerbat. Redde singula singulis. Item Corpus opus animam eonfortia se dera famam. Dohibitar perdit necat odit destruit auferit.

De uitijs lingua. Es primo de mendacio ac periurio. Cap. CLXV.

HVEO. Mendacium est falsa uocis significatio cum uoluntate fallendi, qua uel praesentialiter inest, uel postmodum aduenit. Periurium est mendacium sacrosancto firmatum. Falsum testimonium est quando quis ad causam diffiniendam productus falsum diciturque testatur. Sen. ad Lucil. epistola 47. Iam quid etiam ubi causa subblata est, mentimur consuetudinis causa. Ex pro uerbis sapientum. Tenue mendacium perlucet, si diligenter inispe xeris. Tullius de offi. lib. 1. Illiberales & fordidi sunt quaestus mercenariorum, qui mercantur a mercatoribus quod statim uendat. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur. Idem in lib. 3. Tollendum est ex rebus contrahendis omne mendacium tam eniptor quam uenditor si ad loquendum uenerit, non plus quam femel

nelelo quatur. Symachus in epistolarum. Mius est alienam sententiam spernere quam a propria discrepare. Lactan. in lib. de uero cultu. Vir iustus non solum hauiumodi amico & familiari, sed etiam inimico & ignoto exultabit mentiri non esse suum. Nec aliquod committet ut lingua inter pres anima & sensu & cogitatione discorder. Quint. 8. lib. Iurare quoy nisi vbi necesse est, graui uero parum conuenit. Valerius li. 7. Cum Alexander ad diruendum Laplatum, alias Lamiatum ciuitate cum impetu ferretur, progressum extra ignota obuium, habuit Anaximene preceptorem suum, scientique quod praees ire eius opponeret, iuravit se non facturum quicquid penitet, peto ergo inquit ut Laplatu diruas, & ita salus vbi vniuersi uatramenti beneficio obtenta est. Tullius ubi supra lib. 3. Est ius bellicum, fidelique iuraturandi, & cum hoste saepe seruanda, se i non semper. Quod enim ita iuratum est ut & mens fieri oportere conciperet, id seruandum est, quod autem aliter, si non feceris, nullum est periurium. ut si praedonibus vel piratis pactum pro capite precium non actuleris, nulla fraus est etiam si iuratus id quidem non feceris. Nam cum pirata sit communis omnium hostis, nec fides nec iuramentum cum eo debet esse commune. Non falsum iurare peierare est, sed quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut uerbis concipitur more nostro, id non facere periurium est. Nec illa quidem promissa seruanda sunt qua his ipsis inuicta sunt quibus illa promissae. In iuraturando non quis metus, sed quod sit ius debet intelligi. Est enim iuramentum affirmatio rei giofa. Quod ergo affirmatum & quasi Deo teste promissum, illud tenendum est. Idem in Philippica duodecima. Optimus est portus pereunt, mutatio consilij.

Adhuc de eodem. Cap. CLXVI.

SENECA de beneficiis lib. 4. Si promiseris alicui te daturum beneficium, & postea sciens eum esse malum dabis an non. Si facies, sciens peccas, das enim cui non debes, si negas, & hoc modo peccas, promissisti enim. Sed sententia nostra hoc loco titubet, & illud superbum Stoici promissum nunquam sapientes consilij sui penitere, nec vniquam emendare quod fecerit, nec mutare consilium. Non mutat sapiens consilium omnibus his manentibus que erant cum iuraret. Ceterum ad omnia cum exceptione venit, si nihil scilicet incidit quod im pediat. Imprudens enim ista fiducia est, fortunam sibi responderi, sapientis uiramque eius partem cogitat. Tunc fidem falsam, tunc inconsistentem crimen audiam: si cum omnia eadem sint que erant promittente me non praestitero promissum. Omnia esse debent que fuerunt cum promitterem: ad hoc ut praestare teneat. Aut certe ut postea consideratis loquar, licet non omnia sint, tamen quod dicere solemus linguarium da do, uerba mea redimam, urem mihi peruellam. Non est turpe cur re mutare consilium. Martialis coquus. Quod si me tonfor cum stricta nouacula subdit. Tunc libertatem diuitiasque roget. Promittam, nec enim rogat illo tempore tonfor. Larro rogar, res est impersiosa timor. Si fuerit curia cum tuta nouacula theca. Frangam tonfori cura manusque simul. Qui sine sit. lib. 1. Non bene conducti uendunt peritura fraudes. Idem in li. de arte 3. Iudice me fraus est concessa repellere fraudem. Ennodius. Amplector sanctas que dant bona femina fraudes.

De Adulatione. Cap. CLXVII.

ACTOR. Adulatio est blanda & fraudulenta locutio, aures alicuius assentationibus leniens in perniciem ipsius. Hinc adulator dicitur esse blandus demon, syreni quoque maris comparatur, eo quod mortiferis incantationibus aures hominum demulcet. Socrates. Praesentem laudare minime decet. Tull. in rhetor. secunda. Nolo esse laudator, ne videar adulator. Idem in li. de Offi. 1. In domo clari hominis hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cuiusque generis multitudo, atque adhibenda est cura largitatis. Aliiter enim ampla domus dedecori Domino fit, si est in ea solitudo, & maxime si sub alio Domino solita est frequentari. Odiosum est enim cum a praesentibus dicitur. O Domus antiqua, haec quam dispari Domino dominaris. Idem in li. de amicitia. Aperte quidem adulantem nemo non uidet, nisi qui admodum excors est, et callidus & occultus non facillime agnoscat quippe, qui etiam aduersando saepe assentatur, & litigare se simulans blanditur, atque ad extremum dat manus, uincique patitur se: ut is qui illud est plus uicisse videatur.

Adhuc de eodem, Cap. CLXVIII.

SENECA in li. de natu. quaest. li. 8. Adulatoribus latus ne praebas, artifices sunt ad captandos superiores. Et alius quidem adulatione clam uicitur parce, alius ex aperto rusticitate simulata,

quasi simplicitas illa & non ars sit, hanc habent in se naturale adulationum blandicie quod etiam cum recitantur placeat. Et ad id iam demerit uenimus, ut qui parce adulatur, pro maligno sit. Idem in lib. de quatuor uirtutibus. Tam tibi risse sit laudari a turpibus, quam ut lauderis ob turpia. Difficillimum continentiae opus est assentationes adulatorum repellere. Quorum sermones animum quadam uoluptate resoluant, melius per assentationem amicitiam mereris, nec ad tuam promouendam per haec aditum pandas. Non acerba, sed blanda uerba timeas. Omnibus esto benignus, nemini blandus. Idem in declam. lib. 1. Haec inter se raro coeunt, ut eadem uox sit dolcis & solida. Idem in li. de clementia secunda. Mito ueris offendere quam ad laudum placere. Plautus in Aulularia. Multum inquit adulator sese aliqui laudant: qui uel fugaces seras uel pugnaces bestias aut uelutis inuicuntur, aut cubi libus deprehendant, aut caui opprimunt, quam uero mihi maius est ingenium & lucrum qui homines uenor publice, & quos homines potentes & diuites, & literatos maxime. Perromus. Adulatores isti cum ceras diuitum captant, nihil prius uel potius meditantur quam id quod gratissimum auditoribus fore putant. Piscator uisi illum inposuit hamum. escam quam fecit appetituros esse pisciculos, sine spe praedae moratur in scopulo. Doctores etiam nisi dixerint talia que adolescentuli probent, solum relinquunt in scholis. Sydonius in epistolarum lib. 1. Setautor epistolarum laudabile profert non de bene uiuente, sed de bene pacente sententiam. Varro in sententijs. Adulationis species est, cum laus praetulationem praecedat. Ex prouerbijs sapientum. Haber suum uenenum blanda oratio. Bis peccas, cum peccato obsequium accomodas. Valerius Maximus. Dionogenes Syraculius, cui olera ei lauantur aristipus dixit. Si Dionysium adulare uelles, ita non esses, immo inquit si tu ita esse uelles, Dionysium non adularas. Helianthus in chronicis suis Speusippi quoque philosophi, qui fuit nepos Platonis, ex sorore, huius legitur esse illa sententia, quam in laudantem, se protulisse fertur. Adulator inquit desine utroque fallere, nihil proficis, cum te iure ligam. Prudentius ubi supra. Latitat lupus ore cruento. Laetolam mentitus ouem sub uellere molli. Prosper ubi supra. Lingua assentatrix uitium peccantis aceruat. Et delectatum crimine laude ligat.

De Detractione. Cap. CLXIX.

ACTOR. Detractio est alterius gloriae minuenda respectu mortis ad alterum dilatio. Sufurratio est occulta & uitiiosa locutio per quam odiosa uel adulationis uel derogationis sibilio quodam alter in odium alterius excitatur. Ambro. Detractores sunt qui aliena bona negant aut peruertunt. Valerius libro quarto. Nola tam modesta felicitas est qua malignitatis dentes vitare possit. Ennodius. Male pertinax dens luoris obloquendi fomitem de loco gloriae quarit. Quintus Tertulianus in appologetico suo. Ita plerique claudis oculis in odium alicuius impingunt, ut bonum ei ferentes testimonium, admisceant nominis exprobrationem, laudic in eo que sciunt, vituperant que ignorant & id quod sciunt eo quod ignorant irrumpunt. Cum iustus sit occulta de manifestis prauidicare, quam manifesta de oculis praedamare. Ex prouerbijs sapientum. De inimico ne dixeris malum. Tul. contra salustium. Saepe uidi grauius offendere animos auditorum eos qui alie na uicia aperte dixerunt, quam eos qui commiserunt. Idem in Rhetor. secunda. Vitiolum est artem siue scientiam uel studium vituperare propter illorum uitia qui in eo studio sunt. Sydonius in epistolarum lib. quinto. Est haec quaedam uis malis moribus, ut innocentiam multitudinis deuenissent scelera paucorum, cum tamen diuerso bonorum rarita flagicia multorum uirtutibus communis nequeat excusare. Et quis est qui non exacerbetur, cum uideat fordidi uirtutem criminatione uitorum. Claudianus in maiori. Nec cunctos paucorum crimine damnes. Ouidius in lib. de arte tertio. Parcite paucorum crimine distudere non omnes. Idem in lib. de remedijs primo. Et mala sunt uicina bonis errore sub ipso. Pro uicio uirtus crimina saepe tulit. Idem in libro de Ponto. Lege re uiuos. Liur & iniusto carp. re dente solet. Iuue. libro tertio. Lingua mali pars pessima serui. Auianus in libro. Mitologiarum. Qui bene proloquitur coram qui postea praue. Hic erit iniustus bina quod ora gerat. Prosper ubi supra. Culpare in quo quam que non sunt nota malignum est. Praesertim si que cognita sunt bona sunt.

De garrulitate & turpiloquio. Cap. CLXX.

ACTOR. Garrulitas est pronitas ad loquendum ea que non expediunt. Vnde garrulus est quasi uas fractum, uel non habens operculum. Et ideo secundum legem inmundum. Tereuntis in eunucho in persona Garruli. Plenus rimarum, hac atque illac effluat.



effluo. Symachus Patricius in lib. epistolari. Lætitia loquax res est atque ostentatrix sui. Natura rerum est vt qui balbutiunt, plus loquatur. Afficiant enim copiam sermouis pudore deficiunt. Qui in lib. de arte secunde. Enigma est virtus prestare silentia rebus. At contra grauis est culpa tacenda loqui. Idem in lib. de Ponto. Tu modo sic timas, & quæ tibi lata videntur. Dum loqueris fieri tri stia posse puta. Cato vbi supra. Ramores fuge ne incipias nouus autor, haberi. Nam nulli tu uisile nocet, nocet esse locutum. Iuue, quarto libro. Torrens dicendi copia multis. Et sua mortifera fâcundia est. Sydonius in epist. lib. tertio. Garrulo non respondero conuictum est. Quintil. in lib. de causis causa sedecima. Nullam difficultatem esse credo, quam silentii virtutem. Adeoq; promptif simo sermone facile delinquimus, vt constantiam tacendi nec in his ferre possimus. Ex prouerbis sapientum. Neminem cito lauda ueris, vel accusaueris. Nullum sine teste locum esse putaueris. Quid tacitum esse vis ualli dixeris, quia non poteris ab alio silentium exigere, si tibi non praestas. Idem Tene semper uocis, & silentii temperamentum. In hoc tamen incumbere. vt libentius audias quam loquaris. Tacere qui necit, uelicit loqui. Seneca in Hipolito. Causaq; non desit, deit tibi copia uocis. Optatam fugiat uita coacta necem. Lucatofq; diu cruciatus spiritus artus. Deferat & longa tor queat ante mora. Idem in libro sine titulo primo. Diti tibi dent nulloque lares inopemque senectam. Et longas hincem perpetuamque sitim.

De Contentione. Cap. CLXXI.

Acto. Contentio est improba & litigiosa vel proterua contra aliquem altercatio. Item iuxta amb. Contentio est ueritatis est impugnatio per conscientiam clamoris. Proterua est subitaneo motu & absque ratione in uerba obiecta prorumpere. Arist. in Topicis lib. 8. Qui litigatorie interrogat, prauè disputat, & qui in respondendo non concedit quod uidetur. Ex prouerbis Seueca. Nimum altercando ueritas amittitur. Sunt multi qui plurimum uerbis contendunt & non res, sed ipsa que spernunt, clam furantur. Quintil. de oratoria institutione 2. lib. Non bona conscientia, sed uictoria litigantis est premium. Idem in 5. lib. In iudicibus apertis tam stultum sit argumentari, quam in clarissimis uicem solum tale lumen afferre. Quod rei alterius illustranda gratia assumitur clarus esse debet eo quod illuminatur. Idem in causa decima septima. Necessè est autem contentiofius loquaris, quicquid celebrare non possis, & affirmationem sumit ex homine quicquid non habet ex ueritate. Sydonius in epist. lib. 5. Idiotarum est sicut facile uinci ita difficile compesti. Lactantius in lib. de beata uita. Qui contradicendi studio insanunt, dum sua etiam falsa defendunt, aliorum etiam uera subuertunt. Cato vbi supra. Contra uerbosof noli contendere uerbis. Sermo datur cunctis animi sapientia paucis. Lis nimis uerbis interdum maxima crescit. Litis praterite noli maledicta referre. Sunt quaedam que ferre decet patienter auicum. Horatius in libro epistolarum. Alter rixatur de lana sâpe capriua.

De Procacitate, & irrisione contumelia. Cap. CLXXII.

Acto. Procacitas est importuna quedam impudentis frontis audacia, qua quis humana uerecundie cum irrisione insultat. Valerius Maximus lib. 4. Alienis incommodis suorum adhuc expertos insultant. Cato vbi supra. Miserum noli irridere. Seneca ad Lucillum epistola. 1. Quando fatuo delectari uolo, non enim longe in hi querendus, me ipsum rideo. Iuue. lib. 1. Lotipedem rectus, derideat Ety opem albus. Acto. Contumelia est conuictiofâ & indecora exprobratio maliciose in alterum prolata. Blasphemia similiter est quadam irreligiosa probrositate conuictorium in alium inuoluta maledictio. Terentius in Andria. Desinant maledicere, maledicta ne noceant sua. Qui pergit dicere que uult, audit ea que non uult. Sydonius ubi supra lib. 4. Garrulo non respondere uisum est. Xenophon. Ego conscientia teste didici maledi-

ca contemnere. Ex prouerbis sapientum Pleriq; cum stultis maledicunt ipsi conuicta faciunt. Perturpe enim est quod obicitur inobediencia cognosci. Varro in sententijs. Contemnendi sunt in eruditorum contemptus, si uis ad summa progredi. Plautus in au lularia. Quid nam o stulte mirum est si te qui non nouit despicit, qui non nouit diligit.

De Maledictione. Cap. CLXXIII.

Acto. Maledictio est mali alicuius in alterum odiosa imprecatio. Verbigratia. Qui. in Ibin. Terra tibi fruges, amnis tibi denegat undas. Deneget afflatnr uentus & aura suos. Nec Sol calidus. nec sit tibi lucida Phœbe. Delituit oculos sydera clara tuos. Nec tibi Vulcanus, nec se tibi bbeat aer. Nec tibi det tellus nec tibi populus iter. Exul inops erres, alienaq; limina lustras. Exi guumq; petas ore tremente cibâ. Nec corpus quæruo, nec mens uacet egra dolore. Noxque die grauior sit tibi nocte dies. Iugiter miser semper, nec sis miserabilis ulli. Gaudat aduerfis femina uirque tuis. Qui mala cum tuleris plurima, plura feras. Causaq; non desit, deit tibi copia uocis. Optatam fugiat uita coacta necem. Lucatofq; diu cruciatus spiritus artus. Deferat & longa tor queat ante mora. Idem in libro sine titulo primo. Diti tibi dent nulloque lares inopemque senectam. Et longas hincem perpetuamque sitim.

De Ostentatione. Cap. CLXXIIII.

Acto. Ostentatio est quando quis bona sua cæteris ostendit, uel facta sua laudando narrat uel fauorem uel laudem acquirat. Varro in sententijs. Qui in magnis excellit etiam inuitus laudabunt. Multi uero laudem amittunt, quando ipsi eam de se prædicant, hoc autem uno modo sapiens se laudat, que in ipso apparent bona in alijs prædicando. Symachus in epi. suo. Omnis ostentatio non caret suspitione mendacii. Quia quequid assumitur proprium non putatur. Quintilianus de oratoria institutione lib. 4. Verecundius dicendum est sua quam aliena laudanti. Valerius lib. septimo. Aristoteles in neutram partem de semetipso loqui debere prædicabat quoniam laudare se uani, uituperare stulti essent. Idem in lib. octauo. Quidam vt eternam memoria assequerentur, etiam sceleribus innotescere non dubitarunt. Quorum e numero nescio an in primis paufianus debeat referri, nam cum hermeclen percunctatus esset, quo nam modo subito clarus posset euadere, itque respondisset, si aliquem illustrem uirum occidisset, futurum ut eius ad ipsum gloria redundaret, Philippum interfecit. Sic quod petierat assecutus est. Tam enim se patricio, q; Philippum uirtute, uotum postoris reddidit. Illa uero glorie cupiditas sacrilega. Inuentus est qui Diana Ephesia templum incedere uellet, ut opere pulcherrimo consumpto, nomen eius per totum terrarum orbem disceretur. Quem quidem mentis furorem eculo impositus detexit. Ac bene consuluerunt Ephesia decreto me mortam teterissimi hominis abolendo, nisi Theopompi magnæ facundia ingenium historiis eum suis comprehendisset. Quid. sine tit. lib. 3. Quis furor est qua nocte latent in luce fateri. Et que clâ facias facta referre palam. Idem in li. de arte secundo. Furto culpatur modesto. Gloria peccati est nulla petenda sui. Idem in lib. Methamor. 9. Quis enim sua prælia uictus commemorasse uelit. Cato vbi supra. Ne sis uentofus, dum vis bonus esse uideri. Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse. Hoc faciunt stulti quos gloria uexit inanis.

De Iactantia. Cap. CLXV.

Acto. Iactantia est fastu vel arrogantia mentis id agente. maiora q; fiat de se promittere. Arrogantia enim est animi motus ad iactandum se habere quod non habet. Item arrogantia uel iactantia est cum quis ex eo quod non accepit gloriatur placidi cupidine. Qui at. de ora. insti. lib. 8. Vitiofa est iactatio fertq; audientibus non modo fastidium, sed etiam plerumq; odium. Habet enim mens nostra natura subline quoddam & erectum & impatiens superioris. Ideoque subiectos & submittentis se libenter alleuamus quia hoc facere tanquam maiores uidemur. Et quoties discesserit emulatio, succedit humanitas, at qui se supra modum extulerit, præmere ac despiciere creditur, nec tam se maiorem quam cæteros minores facere. Inde inuident humiliores, hoc uisum est eorum qui nec cedere uolunt nec contendere possunt. Ridet superiores improbant bonos, sed in ueris sufficit conscientia. Prudentius in lib. de conflictu uictorum ac uirtutum. Desine grande loqui, frangit Deus omne superbum. Magna cadunt inflata crepant, tumefacta præmuntur. Disce supercilium deponere disce cauere. Scandunt celsa humiles traduntur ad ima feroces. Ganfredus in poetria noua. Vincat opus uerbum minuit iactantia famâ. Acto. Iactantia

Iactantia species est mendax & uana promissio uel comminatio per arrogantiam in aliquem prolata. De qua nonnulli quoque loquuntur auctores. Ex prouerbis sapientum. Priusquam promittas, prouidere debes, vt quod promiseris facias. Horatius in poetria noua. Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu. Parturient montes, nascetur ridiculus mus. Non semper feriet quodcumque minabitur arcus. Cato vbi supra Rem tibi promissam certam promitte re noli. Rara fides ideo quia multi multa loquuntur. Quidius in li. de arte primo. Promittas facito, quid enim promittore ledit. Pollicitus diues quilibet esse potest. Spes tenet in longum semel est, si cre dita tempus. Sic dominum sterilis sape fecellit ager. Sic ne perdidit non cessat perdere lufor.

De uitijs oculorum. Cap. CLXXVI.

Acto. Post uicia lingue libet & de uitijs oculorum pauca subnectere. Hæc enim duo membra sunt quasi duo mortis instrumenta, siue duæ ianuæ per quas interiora anima bona frequenter diripiuntur ipsaque in baratrum præcipitatur. Vnde de Demetrio philosopho refert a Cellius in libro noctium acticarum quod natione abderites fuerit & ditissimus, qui omne patrimonium suum reliquens suis ciuibus Athenas profectus est, & ibi oculos sibi etuit, tanquam si impedimenta bonorum studiorum, vt ueritate cogitationes haberet. Liberior tamen dicit eum oculo sibi etuisse, ne uideret bene esse mala ciuibus. Terulianus dicit, quod ideo excecavit seipsum, quia mulieres sine concupiscentia aspiciere non poterat. Porro merito sibi oculos etuit, qui magicæ tenebra oculis humanis inuexit. Hieronymus contra Iouinianum. Inutile est cærebro uidere per que aliquando captus es, & eorum te experimetro committere quibus difficulter careas Nam & Pythagorei huiusce modi frequentiam declinantes in solitudinem & desertis locis habitare consueuerant. Plures etiam ex Platonis discipulis oculos sibi effoderunt. Tull. de responfio Auruspicum. Miserior es eum omnem fraudem oculis rapieris, quam si oculos omnino non habueris. Quintilianus causa prima. Totius hominis libertas est oculos perdidit. Oculi sunt per quos pauperatam ferre non possumus. Oculi tota nostra luxuria. Hi nos in omnia quotidie uicia præcipitant, mirantur ad uiuant, concupiscunt. Facilis impleas animi fatietatem. Lactantius in libro de uero cultu. Qui hominem quamuis ob merita damnatum in conspectu suo iugulari pro uoluptate computat, conscientiam suam polluit, tanquam si homicidii quod sit occultæ spectator & particeps fiat. Seneca in lib. de remedijs fortuitorum. Intellegendum est partem esse Innocentia cæcitate. Oculi enim sunt irritamenta uictorum Duces Scelerum. Quidius in libro triftium 2. Heu mihi cur uidi, cur noxia lumina feci. Idem in libro 3. Inscia quid crimen uiderunt lumina plector. Peccatumque oculos est habuisse meum.


De Signis exterioribus interioris mentis habitus. Cap. CLXXVII.

Acto. Dicto de mentis habitibus hominis & malis, idest de uirtutibus & uitijs, dicendum est de exterioribus eorum signis, que maximè apparent in facie & in oculis. Galtherus in Alexandreide libro primo. O quam difficile est studium non prodere uultu. Ganfredus in poetria noua. Formido pallet rubet ira superbia turget. Quid. in libro de arte. j. Sepe tacens uocem uerbaque uultus habet. Idem in libro tertio. Ora tument ira, nigrescunt sanguine uene. Nec tumeat uultu damnosa superbia uestro. Sepe tacens odij femina uultus habet. Idem in libro sine titulo 2. In tacito uultu scire futura licet. Idem in Metha. 2. Heu quam difficile est crimen non prodere uultu. Pallor in ore sedet, macies est corpori toto. Nusquam recta acies, liuent rubigine dentes. Pectora felle uirent, lingua est suffusa ueneno. Ritus abest, nisi quem non fecere dolores. Nec fuitur somno uigilanti bus excita curis. Sed ridet ingratos contabescitque uidento. Succellus hominum, carpitque & capitur una. Suppliciumque suum est, adopræque nubibus atris. Polluit afflatu populos urbesque domosque. Vixque tenet lachrymas cum nil lachrymabile cermit. Idem libro 7. Facies atasque iubebant. Credere adulterium prohibebant credere mores. Idem in libro septimo. Super omnia uultus accessere boni. Idem in libro epi. Erubuit gremioque pudor deiecit ocellus. Hæc satis in tacita signa fatentis erant. Prudentius ubi supra. Pallor in ore conscientis audacia facti dat signa reatus. Er depræhensa tremit languens manus & color albet. Staius in Achilleida. Nec latec haustus amor sed fax vibrata medullis. In uultus atque ora sedit. luuenalis libro primo. Tingit & impulsu tenuit sudore pererrat. Lucenale libro primo. Mispida membra quidem & due per brachia fere. Promittunt atrocem animum. Prosper in libro Epigrammatum. Ex opere Speculum Doctrinale.

rum specie calerebunt intima cordis. Quisue hominis mentem spiritus intus alit. Acto de hac iterum materia require supra, cap. de philonomia.

LIBER V.

De Bonis moribus principum & magnatum. Cap. Primo.



Postquam de uirtutibus & uitijs per singulas species diuersorum auctorum sententia excerpendo collegimus. Nunc propter precedentis uoluminis longitudinem ab alio capientis exordium ad uisucuiusque conditionis, & sexus, & ætatis mores describendos specialiter descendamus. Et primo de bonis moribus principum, ac iudicum & magnatum quorumlibet aliquâ colligamus. Tull. in philippica primo. Nos nobiles magna quedam spectare decet, non pecuniam quidem non opes uolentas, & minime ferendam potentiam, sed charitatem ciuim, & gloriam concupiscentie. Cassiodorus in epi. 3. Conuenus sapientium dignitas est imperantium. Idem in 9. Decet quemque honorem quem gerit nomen moribus exhibere. Sydonius in epi. lib. 5. Multa in te genera uirtutum superno munere congestam gaudemus. Siquidem agere narraris sine superbia nobilem: sine inuidia potentem, sine restrictione religiosum, sine iactantia literarum, sine ineptia grauem, sine studio faceum, sine asperitate constantem sine popularitate communem. Socrates. Qui multarum rerum profectum habet primum purgare conscientiam debet, vt qui delicta corrigit nulla admittat. Stultum est, vt imperare quis alijs uelit cum sibi ipsi imperare non possit. Idem. Age sic alienum, ut tuum non obliuiscaris ne gocium Nulli imponas quod ipse pati non possis. Hoc exhibe. qd tibi optaueris exhiberi. Si bene egeris, ipse tibi personæ auitatem dabis. Valerius lib. 7. Imperium nostrum non tam robore corporis quam uigore animorum incrementum ac tutelam sui comprehendit. Idem. Publius ualerius consul Romanus adeo plebem semper dilexit, vt merito publicola cognominatus sit, idem ades suas in medio foro dirui facit, quia excede super ceteras apparebant, quantumq; domo inferior tantum gloria superior euasit, adeo pauper mortuus est, vt sumptu publico sepeliretur. Eutropius. Inter alia dicta uulpij criniti tyranni hoc ipsius ferret egregium. Amicus enim eum culpantibus, q; nimium omnibus esset communis. Respondit, talem se imperatorem esse priuatis, quales sibi esse imperatores priuatis optasset. Seneca in Troade. Minimum decet libere cui multum licet. At qui non uetat peccare cum possit iubet. Pericles. Prætorum decet non solum manus & linguam, sed & oculos habere contentes. Galtherus in Alexandreide libro 6. Maiestas regia magni ponderis esse solet. Quidius in libro triftium 4. O qui nominibus cum sis generofus auorum. Exuperas morum nobilitate genus. Cato vbi supra. Patere legem quam ipse tuleris. Quem superare potes, interdum uince ferendo. Vtilius est regno meritis acquirere amicos. Martialis coqus. Principis est uirtus maxima nosse suos.

De Clementia principum. Cap. II.

Seneca de clementia ad Neronem lib. 3. Clementia est temperantia animi in potestate uiciscendi, uel leuitas superioris ad inferiorem in penis constituendis. Idem in lib. 1. Nullum ex omnibus clementia magis quam regem aut principem decet. Iracundissime ac pro corporis capri pugnacissimæ apes sunt, & aculeos in uulnere relinquunt, rex ipse sine aculeo est natura ei zelum detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplar hominis magnis rebus ingens, pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores, cum tanto homini moderatior esse animus debeat, quanto uehementius nocet. Errat siquis estimat ibi tutum esse regem, ubi nihil tutum est a rege. Securitas securitate murea pascenda est. Non est opus altas edes struere, & multiplicibus muris turribusq; sepire saluum regem clementia in aperto monstrabit. Vnum est inexpugnabile munimentum amor ciuim. Quid pulchrum est quam uincere cunctis optantibus. Verecundiam peccandi facit ipsa clementia regentis. Et grauior multo pena uidetur que a miti uirtute constituitur. Nominis principis turpia sunt multa supplicia q; me Tomus Tertius. k dico

dico multa vulnera. Remissius imperanti melius paretur. Nam. n. contumax est animus humanus: & in contrarium atque arduum nitens sequiturque facilius quam manum. Tullius in Philippica ij. Quis homines in turbidis rebus sint, tamen si vere homines sunt, interdum animis relaxantur. Nullum est armorum praesidium, charitate & benivolentia civium oportet esse septum, non armis. Idem in lib. de offi. j. Nihil est laudabilius, nihil magno & praeclearo viro dignius placibilitate & clementia, quae tamen ita probanda est, ut adhibeatur reipublice cum severitas sine qua a civitate administrari non potest. Quintus Curtius lib. 6. Regum ducumque clementia non in ipsorum modo, sed etiam illorum qui parent ingenij sita est. Cassiodorus in epistola 10. Regnantis facultas tunc dicitur sit, cum remittit & acquirit nobiles. T. Iulius caesars fame neglecta utilitate pecuniae. Terentius in Adelphis. Ut homo es, ita mores geras. Nam quid tu hic agas ut si quid bene praecipias, nemo obtemperat. Erat longe a mea sententia, qui imperium credit esse gravius aut stabilius vi quod sit, quam illud quod amicitia iungitur. Claudia in maiori. Sis pius in primis, nam si vincamur in omni. Munere sola Deus equat clementia nobis. Pax maiora docet peragere tranquilla potestas. Quod violenta inquit, mandataque fortius virget. Imperiosa quies nunquam libertas gratior extat. Quae sub rege pio. Galtherus in Alexandride. lib. 1. Instabile est regnum, quod non clementia firmat.

De Moderamine & patientia eorum. Cap. 111.

SENECA de clementia li. 3. Rex laesus animum in potestate habet, & penam si tuta poterit donec, si minus temperet longaque sit in suis quam in alienis exorabilior iniuriis. Nam quemadmodum magni animi non est, qui de alieno liberalis est, sed illa quae quod alteri donat sibi detrahit ita clementer uoco non in alieno dolore facilem, sed cum qua cum suis similibus agitur, non proficit qui intelligit magni animi esse, iniurias in summa potentia pati. Nec quicquam gloriosius esse, in principe impune laeso. Idem in Troade. Quo plura possis, plura patienter feras, violenta imperia nemo diu continuit, moderata durat. Tul. de offi. lib. 1. Omnis animaduertio & castigatio debet vacare a contumelia, nec ad eius quae punit vel castigat, aliquid referri, sed ad Reipublicae utilitatem referri. Cauendum est etiam ne maior sit pena quam culpa. Et ideo prohibenda est ira, in puniendo maxime, nunquam enim qui iratus ad puniendum accedit, mediocriter illam tenebit quae est inter nimium & parum, qui ergo rei publice praesunt, legum similes sint, quae ad puniendum non iracundia sed aequitate dicuntur. Val. lib. 3. Illa demum cura est potestatis quae uiribus suis modum imposuit. Require supra cap. de moderatione. Clau. ubi supra Carme amat, quilibet carmine digna gerit. Oui. in lib. trist. 3. Quanto quis maior, tanto placabilior ire. Et faciles motus mens generosa capit. Idem in li. de arte 2. Flectitur obsequio curuatus ab arbore ramus. Frangis si vires experiri tuas. Obsequio tranatur aqua: nec uincem possis. Flumina si contra que rapit unda nates. Obsequium tigris, que domat: tumidumque leones. Rustica paulatim taurus aratra subit. Galtherus in Alexandride lib. 1. Vindictam sustinet donec pertranseat ira. Nec meminisse uelis odij post uerbera. Actor. De hac quoque materia require supra in cap. de misericordia de indulgentia de clementia quoque siue moderatione.

De vitij principum secundum philosophos. Cap. 111.

SENECA in Thebaide. Regna porro cum scelere omnibus exilijs sunt grauiora. Idem in Troade. Qui non vetat peccare cum possit iubet. Idem in Agamennone. Non intrat unquam regium sine fides precio peracta fides precio vincitur. Tul. de offi. lib. 2. Nullum vitium deterius est avaricia, praesertim in principibus & reipublicam gubernantibus, habere enim reipublicam non modo turpe, sed etiam sceleratum & nepharium. Sal. in catil. Regibus boni quam mali suspensiores sunt. Semperque his aliena virtus formidolosa est. Idem in Iugurthino. Auida est impij natura mortalium, & praecipua ad explendam animi cupiditatem. Superbia commune nobilitatis malum est. Fulgentius in lib. Mitologiarum 2. Quamuis in omnibus libidinis amor turpis sit, nunquam tamen deterius quam cum se honorato miscuerit. Libido. n. honestatis nouerca, dum quod expedit nescit semper est maiestati contraria. Iupiter in cignum co uertus cum lada concubuit, quae peperit ouum, unde tres nati sunt, f. Castor. Pollux & Helena. Iuppiter in modum potentiae ponitur, lada vero quasi a lada. i. iniuria vel conuicium dicitur. Omnis ergo potentia iniuriae mixtam speciem siue generositatis mutat. Ideo ante in Cignum, quia philosophia ferunt huiusmodi aue ita con-

uicij esse plenam, ut ea clamante taceant aues reliquae quae praesto fuerint. Vnde & olor dicitur est quasi ab oligoria, quod latine dicitur iniuria. Ex hac commixtione ouum concipitur, in quo fordicius omnis intrinsecus continetur, quia & in effectu iniuria omnis est immundicia. Inde generatur Helena. scilicet & discor die seminarium & materia. Castorem vero & Pollucem quasi in modum perditionis ponunt, vnde & in mari Castorum signa dixerunt, quae periculum creant Nam & greca pollux a perdendo dicitur, & castor quasi malum extremum. Suet. in lib. de 12. Caesaribus. Augustus Caesar nihil minus in perfecto duce donec quam festinationem temeritatemque conuenire arbitrabatur crebro id iactans satis celeriter fieri quicquid satis bene fit.

De eodem secundum poetas. Cap. V.

VIDIVS lib. epi. Imperat heu populus tumide non imperat ire. Possidet & vitij regna minora suis. An nescis longas regibus esse manus. Idem in lib. sine tit. 2. Curia pauperibus clausa est, dat census honores. Inde grauis iudex: inde seuerus aequus. Omnia pessundant illis campulque forumque. Seruit, & hi pacem crudaque bella gerunt. Idem in libro de Fastis 6. Regia res scelus est: Idem in lib. Methamor. 2. Non bene conueniunt nec ubi vna sede morantur. Maiestas & amor. Statius in Thebaide lib. 1. Gentiles animo subijit trago. egraque letis inuidia. Atque parens odi: metus inde regendi. Senfus amor, rupeque vices, iurisque secudi. Ambitus impatiens, & summo durus vnum. Stare loco sociisque comes discordia regnis. Idem in 2. Non pericit populis regnum breue. Lucanus lib. 1. Nulla fides regni focis: omnique potestas. Impatiens conforis erit. Idem in 8. Sceptorum vis tota perit, si pendere iusta Incipit euertere arcus respectus honesti. Libertas scelestum est, quae regna iniusta tuetur. Sublatumque modus gladius face re omnia seue. Non impune licet nisi cum facis exeat aula. Qui vult esse pius, virtus & summa potestas. Non coeunt semper metuet quem seua pudebunt. Auianus in Mitologia. Ab stultum nimis est cum tu prauius sum esse. Alterius censor ut vit. ofa notes. Petronius ad praedam. Strepitumque lucri, suffragia uertit. Venalis populus, uenalis curia primum. Iamque maiestas auro corrupta incebit. Galtherus in Alexandride lib. 1. Require supra, in cap. de avaritia secundum poetarum dicta.

Quod exemplis principum formantur mores subditorum. Cap. VI.

QUINTILIANVS in 3. causa. Hae est autem superiorum conditio, ut quicquid faciunt praecipere videantur, & pernitissimus est male rei quicquid maximus actor. Boetius de consolatione lib. 3. Imperante florentem nequitia, virtus non solum pro mio caret, uerum etiam sceleratorum pedibus subiecta calcatur. Cassiodorus in epistola 3. Porro facilis reuoluntatior est innocens iudex, sub cuius praedicatione conuersatione pudet mores probabiles non habere. Eutropius. Inter alia dicta Vulpii Crinitii Traiani hoc ipse fertur egregium. Amicis enim cum culpantibus quod nimium omnibus esse communis. Respondit talem se esse imperatorem priuatis, quales sibi esse imperatores priuatis optasset. Ouid. in lib. de Fastis. 6. Agitur censura, & sic exempla parantur. Cum iudex alios quod monet ipse facit. Idem sine tit. lib. 2. Quod decuit reges, cur mihi turpe putem. Iuuenalis lib. 3. Omne animi vitium tanto conspectus in se. Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur. Ex prouerbis sapientum. Inferior horrefcit quicquid peccat superior. Claudianus in maiori. Componitur orbis regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus. Humanos edicta valent, quaque vita regentis. Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

De lateralibus principum & magnatum. Cap. VII.

ACTOR. Quoniam autem ex conuictu praecipue mores formantur. Mali principes mala habent latera, & aliquando quidem ex ipsis ad latera sua procedit aut redundat iniquitas, aliquando autem e contrario. Ipsa quoque potentum ac diuitum familiaritas aut amicitia fallax est & inconstans, utpote ueritatis ac fidei fundamento carens. Ex prouerbis sapientum. Si in clientelam & hominis felicitas potentisque peruenieris, aut veritas aut amicitia perdenda est. Seneca in lib. de reme. fortuitorum. Multi aliquando diuitem comitantur (& mel musce sequuntur cadauera lupi frumenta formice) praedam sequitur turba ista non hominem. Helyandus in Chronicis. Plato cum uidisset Dionysium Tyrannum Siciliae corporis sui circumspectum custodibus, quod tantum malum

Iam inquit scisti, ut a tam multis necesse habeas custodiri. Boetius in lib. de cons. 4. Regum familiares regia potestas saepe incolumis saepe elapsa prostermit. Luc. lib. 1. Nulla fides regni focis omnique potestas. Impatiens conforis erit. Idem in lib. 8. Exeat aula qui vult esse pius. Hora. in lib. epist. Principibus placuisse uis non vitium laus est. Dulcis in experti cultura potentis amici. Expertus meruit tu dum tua nauis in alto. Hoc age ne mutata errorum referat aura. Ouidius in lib. tristium. Dum iuuat & vultu ridet fortuna secundo. Indelibatas cuncta sequuntur opes. Actor. De hac iterum materia require copiosius infra in ca. de fallis amicis. Nihil diuitem & potentum amici sunt amici fortunae non personae. Vnde Varro in sententiis. Amici inquit diuitem paleae sunt circa grana.

De Morbis seruorum secundum philosophos. Cap. VIII.

SENECA de beneficiis li. 3. Seruus, ut placet Crisippo praetuit Smercennarius est, hic beneficium domino dat, cum plus praestit quam per operas locauit. Sic & seruus cum benivolentia erga dominum fortuna suae modum transit, & aliquid audet, quod & felicitatis natis decori esset, ubi enim praestit quod nolle licuit, voluisse laus est. Idem. Quaritur ab Ecathone &c. require supra in tractatu de liberalitate. Valerius lib. 6. Antonius orator clarissimus cum inuesti reus ageretur, accusatores seruum eius in quaestione per seuerantissime postulabant, eo quod ab eo cum ad stuprum iret, la uernam praeterea contenderent, qui Antonium hoc nomine uelut mentius consilium atque sollicitum vltro hortatus est ut se iudici bus torquendum traderet, affirmans nullum ex ore suo uerbum exiturum quod causam eius lederet itaque pluribus uerbis lacerat eum eucleoque impotens cadentibus etiam lamina uisus omnem uero accusationis custodia rei salute subuertit. Argui fortunam merito potest quod tam pius & fortem spiritum seruili nomine inclusit. Panopionis quoque admirabilis fides, cum ad dominum proficium occidendum milites in reatinam uillam uenisse cognosceret, mutata cum eo veste, permutato etiam anulo, illum politico clamemissit, se autem in cubiculum lectulumque recepit, & ut Panopionem occidi passus est. Breuis huius facti narratio, sed non parua materia laudationis Seneca ad Lucil. epist. 28. Quid in tereft quot domini sunt, seruus una est hanc qui coeppit in q. talibet turba dominantium liber est. Hermogenes. Plerique hominum huius, seruiles cibos & seruilem uestem fugiunt, & seruiles mores non fugiunt. Tullius in li. de Paradoxo. Omnis sapiens liber est & omnis stultus seruus, omnis etiam animi debilitas & humilis fractaque timiditas seruus est. Marthaeus in Thobia. Maligno saepe ministerio seruus accerbat herum. Ex prouerbis sapientum. Bis peccas cum peccato obsequium accomodas.

De eodem secundum poetas. Cap. IX.

IUVENALIS lib. 1. lingua mali pars pessima serui. Galthe in Alexand. lib. 1. Consulor procerum seruos contemne bilingues. Et nequam, nec quos humiles natura iacere. Praecipit exalta, nam qui plunialibus vndis. Intumuit torrens, fluit acrior amne phenni. Sic partis opibus, & honoris calamine seruus. Obturat precibus aures, mansuere nescit. Nec tamen his prohibet rationis calculi, ut non. Exaltare uelis si quos insignit honestas. Quos morum sublimat aper licet ampla facultas. Et patriae desit gloria & sanguinis alti. Poeta. Asperius nihil est humilio cum tendit in altum. Hildebertus Cenomannensis. Si hi incident te iudice dirige libra. Iudicii nec flectat amor nec munera palpent. Nec moueat stabile persona acceptio mentem. Actor. De hoc quoque require supra sub illo titulo quod virtus libera sit, & vitium seruale.

De Moribus foeminarum. Cap. X.

ACTOR. Foeminas constat esse leuiore siue mobiliore, & ad quaedam vitia proniores. Vnde multa de hac materia loquuntur auctores. Seneca de naturalibus questionibus li. 3. Muliebriū vitiorum fundamentum est avaritia Terentius in Echira. Vno animo omnes foras sententia sunt. Ex prouerbis sapientum. Aut amat aut odit mulier nihil est tertium. Aperta mala quando est mulier tunc demum erit bona. Anus cum ludit, morti delicias facit. Mulier cum sola cogitat, male cogitat. Malo consilio foeminae uicunt viros. Macrobius in lib. de Saturnalibus Papius cum esset puer forte cum patre suo in curiam ierat. Illum reuertentem percontari cepit mater, quid in senatu egissent patres, puer respondit tacendum esse, neque id dici licere. Miser audior audiendi secretum Speculum Doctrinale.

rei, & silentium pueri, animum eius ad inquirendum euerberat. Tunc puer uigente matre lepidi atque felini mendacij contulium capit, actum in senato dicit, utrum uideatur uisus esse vnus ne duas haberet uxores, an vna apud duos nupta esset. Hae illa ut audiuit. Ad caeteras matronas reuoluit, post tridieque ad senatum confluit orantes, ut vna potius duobus nupta fieret, quam vni duae. Senatores quoniam esset illa mulierum intemperies & quid sibi postulatio haec uellet mirabantur, & non ut parue rei prodigium, illam uerecundi sexus impudicam paucebant infamiam, puer papius publicum metum demit, quae matri dixerat enarrat. Senatus fidem atque ingenium pueri excoluit, aliis amplectitur consulemque facit, ne praeter illum pueri cum patribus in curiam post haec introirent. Secundus philosophus. Quid est mulier hominis consilio, insaturabilis bellia, continua sollicitudo, indelinens pugna, uiri incontinentis naufragium humanum mancipium.

De eodem secundum poetas. Cap. XI.

VIDIVS in lib. de arte 1. Partior in nobis nec tam furiosa libido Legitimum finem flamma uiriliter habet. Quaeque dicitur queque negant, gaudent tamen rogare. Vix erit o multae que uoget vna tibi. Sibi quaque videtur amanda. Pessima sit nulli non sua forma placet. Delectant etiam castas praecoxia forma. Virginitus cura grataque forma sua est. Foemina nec flammam nec se uos effugit arcus. Partius haec video tela nocere uiris. Idem in libro 2. Non est saluus aper media tam seuis in ira. Fulmineo rapi los dum rotat ore canes. Lac lea cum Caeculis lactantibus vbera praebet. Nec leuis ignaro vipera laesa pecti. Foemina quam socij deprensa pellice lecti. Ader & in vultu pignora mentis habet. Idem sine tit. libro 1. Ludunt formosa, casta est quam nemo rogauit. Iuuen. libro 2. Cognoscit mulier quid toto fiat in orbem. Prima videt famam, rumoresque illa recentis. Excipit ad portam. Intolerabilis nihil est quam foemina dices. Quae non faciat quod principis vxor. Calpurnius in Buccol. Mobilis uentus o mulier. Virgilius in Eneide lib. 5. Varium & mutabile semper foemina. Cato. Foemina dum plorat hominem superare laborat. Valerius li. 2. Vini vsus olim Romanis foeminis ignotus fuit. ne. f. in aliquod de decus prolaberentur.

De Moribus puerorum. Cap. XII.

ACTOR. Pueros quoque uocant esse lasciuos ac mobiles & innocentes. Seneca in declamationibus libro 1. Nihil est puero recte certius. Nam & ad eos amicos peruenit ut intelligat, & non ad eos quibus fingat. Idem in lib. de Moribus. Educatio & disciplina mores facit. Et id sapit quisque quod didicit: Varro in sententijs. Sicut ridenda est in sena puerilitas, sic obstupescenda in puero optimorum morum constantia. Sapient quidem uasa, quae quid primum acceperint, sic & de infanribus. Quintil. lib. 1. Vniū liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus. Infantiam statim delicijs soluimus. Mollis educatio quam indulgentiam uocamus. Neruos omnes mentis corporisque frangit. Aetas quidem hominis tunc uel maxime formanda est, cum simulandi nescia est, principientibus facillime cedit. Idem in 2. Ingenia puerorum nimia emendationis seueritate deficiunt. Nam & desperant & dolent, ac nouissima oderunt, & quod maxime nocet dum timent nihil conantur. Oui. de arte lib. 1. In puero est aetas mollis aptaque regi. Ingenium celeste suis uelocius armis. Surgit. Idem in li. Epist. Ars sit a teneris crimen quod dicitur annis. Scilicet, ut teneros ledunt iuga praemia iuuenos. Frenaq; vix patitur de grege captus equus. Sic male vixq; subit primos mores rude pectus. Statius in Thebaide lib. 7. Maturus euo. Robur & ingentes spondet tener impetus annos. Horatius in poeris. Reddere iam voces qui fecit puer & pede certo. Signat humum gestit paribus colludere & ira. Colligit ac ponit temere & mutatur in horas. Imberbis iuuenis tadem custode remoto. Gaudet equis canibus, & aprici gramine capi. Ferens in vitium, flecti monitoribus asper. Vitium tardus pro uisior prodigus eris. Sublimis, cupidus, contra amara relinquere pernix. Idem in lib. epist. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem. Testa diu. Tractari mollius aetas imbecilla solet. Virgilius in Buccolicis. Qui legitis flores & humilalcentia fraga. Frigidus o pueri fugite hinc laet anguis. In herba.

De Moribus iuuenum. Cap. XIII.

SENECA in declamationibus lib. 1. Torpent ingenia desiderose iuuentus, nec vni honeste rei labore uigilatur. Caeia falsidique Tomus Tertius. K 2 obicq.



obscena studia effeminatos tenent, capillum frangere & ad mulieres blandicias voces extenuare, mollicie corporis cum feminis certare, & immundissimis se mundicijs extollere nostrorum adolescentium speciem est, molles enucleque nati in vicio manent, expugnatores aliena pudicitia, negligentes suae. Idem in troade. Iuvenile virtum est regere non posse impetum. Idem ad Lucil. in epistola 11. Verendum bonum in adolescente signum est. Sydonius in epist. lib. 3. Plurimum laudis iuuenes moribus suis applicant, quotiens de negociorum meritis ambigentes ad peritorum consilia recurrunt. Tullius de officiis lib. 1. Prima adolescentis commendatio proficitur a modestia cum pietate in parentibus, in suos benivolentia. Deinde etiam facile in optimam partem declinare cognoscitur, si ad sapientes & claros viros & bene consulentes rei publice se contulerit, & cum eis assiduis sit. Idem lib. de senectute. Adolescentem probum, in quo est aliquid senile, at ipsa defectio virium adolescentiae vitis afficitur sepius quam senectutis. Libidinosam enim & intemperatam adolescentiam effectum corpus tradit senectuti, frustra sperat adolescentem vel promittit se diu victurum. Quid enim stultius quam incerta pro certis habere. Quoniam enim illa aetas multo plures quam senectus habet mortis casus, facilius enim in morbos adolescentes incidunt, grauius egrotant, tripius curantur &c. require infra. Sal. in Cate. Adolescentium animi molles & aetate fluxi, haud difficile capiuntur. Virgilius in Georgicis lib. 3. Hortare viamque iustitiae domandi. Dum faciles auium iuuenum, dum mobilis aetas. Ouid. in lib. de arte 3. Dum vires animiq; sinunt tolerare labores. Iam veniet tacito curua senecta pede. Ventura memores iam nunc estote senectae. Sic nulum vobis tempus abibat iners. Idem in lib. de fastis 5. Cum iuuenilibus annis. Luxuriant animi corporaq; ipsa, vigent. Idem sine tit. lib. 1. Militat omnis amans, & habet sua castra cupido. Quae bello est habilis veneri quoque conuehit aetas. Claudianus in minori. Teneris est lubrica moribus aetas. Lucanus 8. h. Ardua quippe fides robustos exigit annos.

De Moribus senum. Cap. XIII.

**V**ARRO in sententiis. Tam vero ridenda est in senes puerilitas, quam stupenda in pueris optimorum constantia, Tull. de officiis lib. 1. Luxuria cum omni aetate turpis sit senibus maxime fedissima est. Seneca in lib. de moribus. Monstro similis est auaritia senilis, quod enim stultius est, quam via deficiente viaticum augeat. Idem in lib. de declamationum 2. Adolescentem luxuriosus peccat, senex luxuriosus insanit. Idem ad Lucil. epist. 4. Tenes vitium memoria quantum senseris gaudium, cum praetexta posita sumptu virilem togam & in sorum deductus es, maius expecta cum puerilem animum deposueris, & te in viros philosophiae transtuleris. Adhuc enim non praevia, sed quod est grauius puerilitas remanet. Et hoc quidem peius est, quod habemus auctoritatem senum, sed vitia a puerorum nec puerorum tantum, sed & infantium. Illi lenia, si falsa fornicant, nos vtraque. Idem in 13. Quid turpius est quam senex viuere insipientes. Idem in 27. Numerata annos tuos & pudibet eadem velle quae voluerat puer, hoc denique tibi circa diem mortis praesta moriantur ante vitia. Idem in 36. Turpis & ridiculosa res est clientarius senex iuueni parandum, seni vendendum est. Terentius in adolphis. Ad omnia alia aetate, sapimus rectius, hoc solum vitium senectus affert omnibus, quod attentiores sumus ad rem quam fati est. Symachus in epist. suo. Scio senes ad capescendum laborum segnes fieri quia scilicet crescunt vitia cum tempore. Martialis. Haec nostri male computantur anni. Infantes sumus & senes videmur, non enim viuere, sed valere vita est. Tibullus in lib. 1. Vidi ego qui miseris iuuenem danyasset amores. Post veneris vinclis subdere collasem. Et sibi blandicias tremula componere voce. Et manibus canas fugere velle comas. Quid tibi nunc prodest molles caluisse capillos. Sepe & mutatas disposuisse comas. Nunc studium formae est coma, nunc mutatur in annos. Dissimulet viridi cortice iuncta nucis. Tollere nunc cura est albos e stirpe capillos. Et faciem dempta pelle referre nouam. Ouid. in lib. de fastis 1. Nequitia est quae te non finit esse senem. Idem in lib. sine tit. 1. Turpe senex miles turpe senilis amor. Ex prouerbis sapientum. Anus quoque cum ludit, morti delicias facit.

De Multiplicatione iniquitatis in seculo. Cap. XV.

**A**CTOR. Dico de moribus hominum quibus bene vel male, viuunt, sigillatim discurrendo per singula habitum & hominum genera. Resat dicendum in vniuersali de bona & mala vita quae per habitum huiusmodi formatur aut deformatur. Et a mala quidem incipiendum, quoniam (vt ait Augus.) Nemo vnquam bonus est, qui non prius fuerit malus. Omnes enim natura sumus

filii ira. In prouerbis sapientum quoque legitur, quod vix quisquam in bonum, nisi ex malo transt. Itaque primo pauca auctorum sententias colligamus in generali de multiplicatione malitiae seculi. Seneca in Agamemno. Perire mores, vis pietas fides & qui redire cum perit, nescit pudor per scelera semper sceleribus tutum est iter. Idem in Hercule Ethico. Illicita amantur ex cidit quicquid licet. Idem ad Lucil. Epist. 39. Definest esse remedijs locus, ubi quae fuerant vitia mores sunt. Idem in 46. Iam etiam ubi causa sublata est, mentitur consuetudinis causa. Idem in 80. Cogito mecum quantum ad spectaculum lusorium fiat concursus, quanta sit contra bonos artes solitudo, quam imbecilli animo sint quorum lacertos humerosque miramur. Idem in lib. de beneficijs. 5. Dicitis o Stoici omnes stulti mali sunt & qui vnum vitium, habet & omnia Quod si est, nonne vndique humano generi conuictum sit. Nonne publica querela est beneficia peritisse & paucissimos esse qui de bene merentibus non inuicem pessime merentur. Non est quod hanc tantum nostram murmurationem putet nescio qui scilicet ex philosophorum domo clamaret & ex medio conuentu populos geneseque damnatura vox mittitur, non hospes ab hospite tutus non focei a genero, fratrum quoque genera rara. Imminet exitio vir coniugis, illa mariti. Beneficia in scelus versa sunt, & facti quini eorum non pariter, pro quibus sanguis fundendus est. Humili se ac depresso loco putat stare quilibet non supra rempublicam steterit. Quis extremo die dicere audeat vixit, & quem dederat cursum fortuna peregi. Sal. in Catil. Plurima maiores nostros magna fecerunt quae nobis nulla sunt. domi industria, foris iustitia, animus in consulendo liber, neque delicto neque libidini obnoxius pro his aut habemus luxuriam & auaritiam, publice egestatem, priuati opulentiam. Inter bonos & malos nullum discrimine. Omnia praemia virtutis ambitio possidet, domi voluptati, foris aut pecuniae eruitur aut gratia. Idem in iugurino. Plura vero sunt quae licet graua sint tamen ex consuetudine pro nihilo habentur. Plautus in aulularia. Patientia desidia acrimonia crudelitate assignatur, sic eueruntur omnia. Boetius de consol. lib. 4. Quantum rerum lubrica versat fortuna vices. Praemit infontes debita sceleris noxia pena. At perueria reident celsis mores solito sanctaque; calcant. Latet obsecris condita virtus clara tenebris. Tull. in li. de Paradoxis. Non autem peccata rerum euentu, licet vitij hominum metienda sunt.

De Eodem secundum poetas. Cap. XVI.

**P**ERSVS Satyricus. O curuae in terris animae & caelestium manes. Iuue. li. 1. De moribus vltima fiet questio. Lucanus li. 5. Iter in omne nephas iuuat esse nocentes. Idem Facinus quoque inquit equat. Ouidius de arte lib. 1. Nil nisi turpe iuuat, cure est sua cuique voluptas. Idem in li. 3. Semper sunt plura deteriora bonis. Idem in li. Tristium. i. Prima nubila sunt nostris tempora nostra malis. Idem in li. Meth. i. Irripit vne peioris in euis. Omne nephas fugere pudor, verumque, fidesque. In quorum subiere locum fraudesque; dolique; insidiaeque. Et vis & amor sceleratus habendi. Etho diuntur opes irritamenta malorum. Iamque nocens ferru, ferroque. Nocentius aurum. Prodigat, prodigit bellum quod pugnat vtraque. Sanguineaque; manu crepitancia conuicit arma. Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus. Non focei a genero, fratrum quoque gratia rara. Imminet exitio vir coniugis illa mariti. Lucida terribiles, miscent acronita nouerit. Filius ante diem patrios inquit in annos Victa iacet pietas. Qua terra patet, fera regnat erinis. In Facinus iurasse iutes. Quantum noxe iam regnat vbiq;. Enumerare piget minor est infamia vero. Esse quoque in fatis reminiscitur affore tepus. Quo mare quo tellus correpta; regia celi. Ardeat, & mundi moles operosa labore. Quippe vbi temperie sumptuere humoreque; caloreque; Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus. Cuique sit ignis aquae pugnae, vapor humidus oes. Res creat, & discordia concordia feribus apta est. Hildebartus Cenomannensis. Quae cuncta sint tantum tamen amorem, tanquam germanum sedus, plurimumque superuenientes irumpunt molestie, quibus excita caro prosvificacionis odio spiritum sollicitat ad consensum, quia sicut illecebrarum desiderio, sic etiam perniciose commouetur anxietate solitudinum. Quibus dum venatrix illa delictu diu subesse, diuque fatigari formidat, paulatim incipit tedere vita, placetque; viuificacionis gratiam abitur, cuius obsequia permixtis incommodis amarescunt, nascitur inde turpis ac ridiculosus mortis appetitus, neque progenies, & quae more vipereo suos plerique; suffocat & extinguit genitore, nonnullos enim tua quoque; tempora habuere, quos vel ad aquas vel ad laqueum egit dolor amisse pecuniae. Nam de veteribus quid loquar, quorum mortes similis prouocatas infania, veridicis assertionibus nequaquam poeta tacerunt. Num recolis idem te attestatum, cum affectate mortis originem suppositis decantares verficulis. Cui placeat carni quae viuificetur ametque. Hoc animae obsequium, tamen enenit vt diuturnis. Fracta malis, vitam fastidiat abdicet annos Malit obire semel, quam sapies atque superma. Morte rapi, quam tot praecantibus esse superstes. Sed licet

licet his instet non est homicida voluntas. Donec declinat fauere quae vxoribus illi. Spiritus, hoc stimulus & blanda lire subactio. Gignitur excessus, quia dum caro clamat, eamque. Spiritus exaudir, confensu culpa creatur. Inque creando nephas, caro sit vir, spiritus vxor.

De Noxia libertate & licentia peccandi. Cap. XVII.

**S**ALVSTIUS in Catil. 10. Sepe alia alijs licentia est, qui enim demissi in obscuro vitam agunt, si quid deliquerint, pauci sciunt. Nam fama & fortuna eorum pares sunt. Qui vero magni Imperij praediti in excelsa aetate agunt, facta eorum cuncta mortales nouerunt. Itaque in maxima fortuna minima licentia est, & quae apud alios iracundia dicitur, haec in imperio superba crudelitas appellatur. Ex prouerbis sapientum. Offendit in alijs quidem non voluntatem sibi desse, sed potestatem, qui ob hoc iniuriam facit, quia potest. Tullius in Philippica 13. Id licere dicimus, quod legibus quod more maiorum & institutis conceditur. Neque enim quod quisque potest id ei licet. Aut si nemo obstat propterea permittitur. Plato. Illa iustitia verissima quae orga inferiores seruat. Triu; has est innocentiae non peccare ubi liceat posse. In quo ergo plus potest peccare, desine. Qui. siue tit. lib. 3. Cui peccare licet, peccat minus ipsa potestas. Seneca nequitia languidiora facit. Nititur inuictum, semper cupimusque negata. Sic interdicitur imminet eger aquis. Clau. in maiori. Procluror vsus. In peiora data suadetque licentia luxum. Non tibi quod possis, sed quod fecisse decebit. Occurrit mentem domit & respectum honelli. Pro sper ubi supra. Qui se peccatis gaudet feliciter vti. Infelix nimis est prosperitate sua. Cum datur iniuria peccandi optata potestas. Vt mala mens praue cum caput efficit. Ira magna Dei qua multos sic quoque punit. Vt quibus exultant, criminibus pereant. Et magis erranti nec peccant flagra timendum. Quod ne non fiant, quod noluisse nocet. Ah vitiorum audis, grauior tunc ira timenda. Cum sese remouet verbera iustitiae. Nam quid erit morbi quod dominabitur illi. Qui supra auxilium iam medicina negat. Maximianus. Permissum sit vile nephas.

De Excusatione. Cap. XVIII.

**F**ilgentius in lib. Mitologiarum 3. Inscientia formidolosa suspicio semper excusandi iustitiae querit, quo quicquid ignorantia iuris incursum peccauerit, id venie absolute petio, quae culpas vestire consuevit. Ex prouerbis sapientum. Omne peccatum est voluntarium, omittit igitur excusationem. Nemo enim inuitus peccat. Seneca in Decl. li. 5. Hoc & equale omnium est, vt vitia sua malint excusare quam eferre. Idem in E-dippo. Iners in medium malorum ignorantia est. Terentius in echura. Si quis post factam iniuriam se expurgat, parum mihi prodest. Qui. in lib. de Ponto. Nec factum defende tum, mala causa silenda. Nil nisi sollicitate tua verba praes. Nec tua si fletu scindantur verba nocent. Interdum lachrymae pondera vocis habent. Quod fecit quisque tuetur opus. Martialis coquus. Simpliciter patet vitium fortitae pusillum. Quod tegitur Maus credimus esse nephas. Claudianus in maiori. Haec quam cepit inest vitij amor. Maximianus non intellexi nulla est curatio morbi.

De Virij virtutum speciem praesententibus. Cap. XIX.

**A**CTOR. Cautio siue cautela est prudentia discernendi vitia vitium speciem praesententibus. Quint. de ora. instit. lib. 2. Est enim quaedam virtutum vitiorumque vicinia, qua temerarius pro forti, effusus pro copioso accipitur. Seneca ad Lucil. epist. 45. Vitia nobis sub virtutum nomine irrepunt. Temeritas sub titulo fortitudinis laet, moderatio vocatur ignauia, pro cauto timidus accipitur in his magno periculo erramus. Idem in 56. Omnia vitia ad modum morbi in aperto leuora sunt, tunc autem pernicio sissima, cum simulata sanitate subdunt. Sal. in Catil. Priusquam incipias consulo ubi consuleris matris opus est factio. Tibullus de Catil. Habuit illa per multa maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum, utebatur hominibus improbis, & quidem optimis viris se debuit alijs dedidit esse simulabat. Nunquam tale monstrum in terris ullum fuisse puto tam contrariis diuersisque & inter se pugnantibus naturae studiis cupiditatibus conflatum. Quis enim clarioribus viris quandoque iocundior, quis turpioribus conuictior, quis cuius aliquando melior, quis hostis ciuitati terrior, quis in voluptatibus iniquator, quis in laboribus patientior, quis in rapacitate auarior, quis in largicione effusior. Illud quoque in eo erat mirabile naturam suam uersare & regere ad tempus, atque huc & illuc torquere Speculum Doctrinale.

resistere cum tristibus, seuire cum remissis, iocunda cum senibus, grauius cum iuuenibus, comiter cum facinorosis, audacter cum luxuriosis, luxuriose viuere. Sydonius in pi. lib. 3. de quodam. Est hic ipse loquax nec dicax, ridiculus nec letus, arrogans nec constans, curiosus nec perspicax. Ex prouerbis sapientum. Timidus se cautum vocat, fordidus parcum. Lactantius in lib. de vero cultu. Etiam ea quae bona sunt fines suos habent, quos si exellerint in vitia labuntur. Nam constantia nisi pro veritate suscepta sit, impudentia fit, & fortitudo si nulla necessitate cogente, aut non pro causa honesta certum periculum subierit in temeritatem conuertitur, & seueritas nisi se intra congruentes Nocentium cedet coercent, fit seua crudelitas. Ouidius in lib. de Rem. Et mala sunt vicina bonis errore sub ipso. Pro vitio virtus crimina saepe tulit. Idem in lib. Methamor. 6. Proh superi quantum mortalia peccata cecce. Nocet habent ipso sceleris molimine quisquam. Creditur esse pius, laudemque crimine sumit. Idem in lib. de Ponto. Et cum fortuna &c require supra sub tit. de virtute quod debeat esse grauita non mercennaria. Iuuenalis lib. 5. Fallit enim vitium species virtutis & umbra. Ganphredus in poetria noua. Fel modicum totum mel amaricat. Vnica menda totalem faciem diffumam.

De Quorundam pessimis moribus. Cap. XX.

**T**VLIVS de officiis libro primo. Sunt quidam homines non re, sed nomine. Idem in lib. 2. In iulio tanta peccandi libido fuit, vt hoc ipsum peccare eum delectaret, etiam si causa non esset. Idem in inuectiua contra Catilinam absentem. Iam tecum sic loquar: vt non odio permotus videar quo debeo: sed ut miseritordia quae tibi nulla debetur: inique enim is es, vt te aut pudor a turpitudine: aut metus a periculo, aut ratio a furore reuocauerit. Salustius contra Tullium. Homo leuissimus: supplex in amicis: contumeliosus amicis, nemini fidus. Senator leuissimus, patronus mer cennarius: cuius nulla pars corporis a tripitidne utat lingua uana, manus rapacissima, gula immensa, pedes fugaces, & quae honeste nominari non possunt, inhonestissima. Sydonius in epistolari lib. 3. de quodam. Est hic loquax nec dicax, ridiculus nec lentus, arrogans nec constans curiosus nec perspicax, tempora praesentia colens, praeterita carpens, futura fastidians, beneficij si rogaturus est importunus petendi. Derogator negati, emulato accepti, callidus reformandi, quaerulus flagitati, garrulus restituti. At si rogandus simulato parati, dissimulato petiti, venditor praestiti, publicator occulti, calumniator morati, inficiator soluti, osor ieiunior, sectator epularum, laudabilem profrens, non de bene viuente, sed de bene pacente sententiam. Inter haec tamen ipse auarissimus, quem non tam pacit panis bonus quam alienus, auidus bibendi, auidiore detrahendi, rapido pariter ore spirans cenam, spumans vinum, loquens venenum, ita vitij paucis est voluptati nullis amoris, omnibus risu. Valerius lib. 9. Alexandri regis felicitas tribus in solentia euidentissimis gradibus exaltauit, fastidio namque Philippi Iouem Hammonem patrem ascitit, tedio morum & cultus Macedoniae vestem & instituta perica a sumpsit, spreto mortali habitu diuinum caput latus est, nec fuit ei pudori, filium cuium hominem disimulare. Ganfredus in poetria noua. Lege quicquid habet de felle legetur. Praesens blanditor, absens detractor amicus. Apparens, hostis detectus possessor auarus. Exactor durus, praedo grauis, ambitiosus Institor. Martialis coquus. Mentitur qui te vitiosum zoile dicit. Non vitiosus homo es zoile, sed vitium. Iuuen. libro primo. Dedit hanc contagio labem. Et dabit in plures fixus grex totus in agris. Vnius scabies cadit, & prurigne portici. Vnaque; conspecta liuorem ducit ab vna. Nemo repente. Fuit turpissimus.

De Peccatis leuioribus. Cap. XXI.

**T**VLIVS de Offic. lib. 1. Quae quidem parua videntur esse delicta, nec a multis intelligi possunt, ab his diligentiussime est declinandum. Salustius in iugurino. Plura vero sunt quae licet graua sint, tamen ex consuetudine pro nihilo habentur. Horatius in libro sermonum. Haec sine vitis nemo nascitur. Optimus ille est qui minimis vrgetur. Ouidius in lib. de Remed. 2. Parua necat morsu spatiosum vippera taurum. A cane non magno saepe tenetur aper. Collige ve multos grandis aceruus erit. Quo tua non possunt ostendi peccata factio. Fortitan hoc alio iudice crimen erit. Grandia per multos teneantur flumina riuos. Magnaque subdusto stipite flamma perit. Idem in lib. Metham. 3. Minimum est quod amantibus obstat. Idem in lib. de Remed. 2. Infirmis causa pusilla nocet. Prosper in lib. epigrammarum. Nam merita obscurat grandia culpa leuis. Cata in lib. de Moribus. Nemo sine crimine viuunt. Martialis coquus. Simpliciter pateat Tomus Tertius. K 3 vitium

vitium fortasse pusillum. Quod tegitur maius creditur esse ne-phas. Seneca ad Lucil. Imperfecta necesse est labent, & modo prodeantur, modo succedant, sed magna est pars profectus velle proficere.

De Agenda penitentia. Cap. XXII.

ACTOR. Penitentia est affectio pro delictis, que & commisit cum emendationis proposito plangimus & odimus, & plangenda vltimus committere nolumus. Istantius in libro de vero cultu. Agere penitentiam nihil aliud est quam proficere & affirmare se vltimus non peccaturum. Seneca ad Lucil. epist. 28. Initium salutis est notitia peccati. Nam qui peccare se nescit, corrigi non vult. Ideo quantum potes tempus argue, inquire in te peccata tua accusatoris partibus tu gere, deinde iudicis tandem deprecatoris. Idem in 43. Somnum narrare vigilantis est, & peccata sua confiteri sanitatis est iudicium. Idem in Agamemnone. Remoemus illuc, vnde non decuit abire. Quem peccat peccasse, peccata innocens est. Idem in lib. de Moribus. Alteri semper ignoscito, tibi ipsi nauquam. Tullius in Philippica 12. Cuiusvis est hominis errare, nullius autem nisi insipientis in errato perseuerare posteriores enim cogitationes (vt aiunt) solent esse sapientiores. Optimum est portus pereunt mutatio consilii. Idem in oratione de Caelina. Multos audiui & vidi, qui cum totam adolefcentiam voluptatibus dedissent, se ad frugem bonam recepisse, grauesq; homines atque iustos fuisse. Ex prouerbis sapientum. Grauis animi pena est, proximaq; ad innocentiam locum tenet, quam post facti penitentia verendum peccati confessio. Socrates. Peccatum geminat que non pudet delicti. Ouidius in lib. epist. Erubui gremioq; pudor deiecit ocellos. Hec satis intacta signa fatentis erant. Idem in lib. tristitum. li. Hec mihi cur vidi, cur noxia lumina feci. Idem in lib. de Ponto. Ne factum defende tuum mala causa silenda. Nil nisi solliciti sint tua verba preces. Nec tua si stetit scinditur verba non cedit. Require supra ca. de excusatione peccati. Maximianus. No intellectus nulla est curatio morbi. Ennodius. Post culpas animae sunt holocausta Dei. Sedulius li. 1. Culpa fugit, cedunt lachrymis delicta fufis. Et dulcem veniam fletus generasti amari. Prosper ubi supra. Quando peccati merito manus omnipotentis. Omnia concludens arat vbi que reum. Vnum profugium tutum est Deus ipse iudicat. A quo discendens ne peccat recedat spse. Conuerti nique ad Dominum certissima vita est. Et pacem offensam querere sola salus. Qui terrae parit qui percipit ipse miedetur, Viuere vis, illi subdere quem cepis.

De Penitentia & vita non differenda. Cap. XXIII.

Veh properent fontes peccati obrumpere nodos. Antè diem mortis dum locus est venie. Quid iuuat in longum causas producere morbi. Cur dubium expectat cras hodierna salus. Scimus correctis veniam non esse negandam. Sed nulli nostrum est vicina nota dies. Seneca in li. de Moribus. Multos vitam deserentes mors vincta prauent. Omnis itaque dies velut exigimus ordinandus est. Idem ad Lucil. epist. 1. Ita fac mi Lucili vendica te tibi & tempus quod auferebatur aut surripiebatur, aut excidebat, collige & serua, turpissima enim iactura est que per negligetiam fit. Que mihi dabis qui aliquod precium tempori ponat qui diem estimet, qui intelligat se quotidie mori. In hoc omnes fallimur quod mortem profpicimus. Magna pars eius iam praeteriit, quicquid etatis est mors tenet, dum differtur vita transcurrit. Reliqua omnia nobis aliena sunt tempus nostrum est tantum. In huius rei vnus fugacis ac lubricae possessionem natura nos milit. Sera parsimonia in suado est, non enim tantum minimum immo etiam pessimum remanet. Idem in 13. Quid turpius est quam senex viuere insipiens, Idem in 23. Quidam tunc viuere incipiunt cum desinendum est, quidam ante deserunt quam inciperent. Idem in 77. Id agamus vt omne tempus nostrum sit, quod non erit nisi prius nostri esse ceperimus. Idem in libro de beneficijs 5. Quis extremo die audeat dicere uixi, et quem dederat cursum fortuna peregi. Ouidius in libro de Ponto. Nam genus est mortis male viuere. Martialis coquus. Cras te uicturum cras dieis posthuma semper. Dic mihi cras istud posthuma quandoque uenit. Quam longe cras istud ubi est, aut unde petendum. Nunquid apud partos Armeniosque latet. Iam cras istud habet Priami uel Nestoris annos. Cras istud quanti die mihi possit emi. Cras uiues, hodie iam uiues posthuma serum est. Illa sapit quisquis posthuma uixit heri. Non est crede mihi sapientis dicere uiuam. Posidonius. Vnus dies hominum eruditorum plus potest quam impetrari longissima etas.

De Bonis initijs & difficultate incipiendi. Cap. XXIIII.

SENECA ad Lucil. epistola 1. Initium eundi ad uirtutes arduum est, quia hoc peccatum imbecille atque egre mentis est formidare in experta. Itaque cogenda est ut incipiat. Deinde non est acceba medicina, procius enim delectat dum sanat. Quintilianus 2. libro. Qui recta uia depullus est, ad eam reduci nisi alio flexu non potest. Idem in caula 14. Non sine morfu aliquo resistitur ab his quae uoluptate animum tenuerint. Terentius in Heautonto. Quae uero dum incipias dumque ignoras grauis sunt, ubi cognoueris facilia erunt. Salustius in Catili. Prius autem quam incipias consulto, at ubi consulueris maturae opus est factu. Eundem. Nisi uires astitimes, dum aggredieris sarcinam. Subiacebis. Horatius in libro epist. Dimidium facti qui bene cepit habet. Valerius 2. libro. Mos hominum est, paruula initia pertinaci studio persequi. Ouidius in libro Metham. 7. Flebile principium melior fortuna sequetur. Idem in lib. 12. Exitus in dubio est. Idem in libro epist. Exitus acta probat, cepisti melius quam desinis. Vltima primis cedunt, dissimiles hic uirtet illa pner. Flaminia recens paruula sparsa retidet aqua. Idem in libro de Reme. 1. Infirmis causa pusilla nocet. Idem in lib. de arte 2. Dum nouus in uirtuti coalescit cortice ramus. Concutiat tenerum quilibet aura cadit. Mox eadem uentis spatio dura ta resistit. Seneca ubi supra epistola 78. Imperfecta necesse labent, et modo prodeant, modo succedant, sed magna pars est profectus uelle proficere. Prosper ubi supra. Semper cuius superest sanctis quo crescere possint. Et perfectorum gloria principum est. Actor. Item de difficultate bene agendi require superius in tract. de uirtute cau. de modo et difficultate consistendi in medio. De constantia quoq; perseuerandi uide superius in ca. de perseuerantia.

De Vitijs extirpandis aut subigendis. Cap. XXV.

SENECA ad Lucil. epist. lib. 1. Id agere debemus, ut irritamenta uitiorum quam longissima profugamus. Indurandus est animus, et debellanda uoluptates, quae seua quoque ad se in genia rapuerunt. Vicia sine modo sine fine perseque. Nam illis quoque nec finis nec modus est. Proice quocunq; cor tuum dilaniant quasi aliter extrahi nequeerint, cor ipsum cum illis reuellem dum erat. Voluptates praecipue extirpa latronum more in hoc nos amplectuntur, ut strangulent. Idem in 69. Nihil facilius q amor recrudescit aliis reardescit. Itaque qui deponere uult desideria rerum omnium quatuor cupiditate flagrauit, & oculos & aures ab his quae reliquit, auertat. Cito enim affectus quocunq; se uertit re bellat. Nullum enim sine auctoramento malum est. Auaritia peccunia promittit, luxuria uoluptatem. Ambitio potentiam, mercede te uicia sollicitant. Vix igitur effici toto seculo potest, vt uicia longa licentia tuuuda subigantur, & ingum accipiant. Ex Prouerbis sapientum. Recte uirtior putandus est, qui cupiditates subicit quam qui hostes. Horatius in li. Sermonum. Dum stulti uirtutia in contraria currunt. Prosper ubi supra. Quod sibi quisque fieri nolit, non inferat ulli. Vindictam laesus necit exigere. Spermone tinea, superne non solet. Non sua non cupiat, que sua sunt tribuat. Quid rogo, mandatis durum censetur in istis. Aut quid inest quod non possit adire fides. Absq; dolore quidem nequeunt mala sueta repelli. Sed quem laeserunt dulcia amara non est. Lactantius in lib. de uero cultu. Siue uirtutes inferas, uicia sponte decedent. Siue uicia eximas uirtutes ultro subibunt. Sic enim bonorum & malorum constituta est natura, ut se super oppugnent & expellant.

De Primis moribus reprimendis. Cap. XXVI.

ACTOR. Concupiscentia carnis secundum Isidorum est motus animae turpis, in affectum secundae delectationis. Sunt autem & motus iracundiae atq; inuidiae caeterorumq; uitiorum carnalium & spiritalium, qui & ipsi omnes propter somitem esse dicuntur ex carne. Nos igitur omnes primitus insurgentes anteq inualecant, & animam captiuam ducant, nos oportet consilio nonis reprimere. Seneca ad Lucil. Epist. 85. Facilius est uitiorum initia prohibere quam impetum regere. Qui. in lib. de Rem. Terra salutifera herbas eademque nocentes, Nutrit & urticae proxima saepe rosa est. Vtile propositum est seuas extinguere flammam. Nec seruum uitii pectus habere tuum. Dum licet & modici tangunt praecordia motus. Si sapis in primo limine siste pedem. Opprimere dum noua sunt subiti mala semina morbi. Nam morat viros teneras mora percoquit uuas. Et valida segetes qd fuit herba facit. Quae prebet latas arbor spartantibus ymbas. Quo posita est primum tempore uirga fuit. Tunc poterat manibus summa tellure reuelli. Nuac stat in immensum uiribus acta sup. Principijs

cipijs obsta sero medicina paratur. Cum mala per longas conuallere moras. Sed propra: nec te uenturas differt in horas. Qui no est hodie cras minus aptus erit. Vidi ego quod primum fuerat sanabile vulnus. Dilatum longae damna tulisse more. Prosper ubi supra. Meus nullus poterit carnis compellere morus. Ni fuerit Christi semper amore potens.

De Regimine corporis. Cap. XXVII.

SENECA ad Lucil. epist. 14. Multis seruit qui corpori seruit, qui pro eo nimium timet, qui ad illud omnia refert. sic gerere nos debemus: non tanquam propter corpus uiuere debeamus: sed tanquam non possimus sine corpore. Huius nimius nos amor timoribus inquietat: sollicitudinebus onerat: conuulsi obijci. honestum ei vile est: cui corpus nimis charum est, agatur eius cura diligentissime: ita tamen ut cum exigit ratio vel fides: etiam in ignem mittendum sit. Idem in 23. Copulsculum etiam si nihil sine illo fieri potest, magis necessariam rem crede, quam maguam, uanas suggerit voluptates breues penitendas, & nisi magna mode ratione temperetur in contrarium abutur. Ita dico in praecipiti uoluptas ad dolorem uerget, nisi modum teneris, modum autem tenere in eo difficile est, quod bonum esse credideris. Idem in 65. Vetas me celo interesse: i. iubes me capite demisso uiuere. Mior sum & ad maiora genitus, quam vt corporis mei mancipij sim. Quod equidem non aliter aspicio, quam uinculum aliquid liberati meae circumdatum, cuius contemptus certa libertas est, seruit ergo deteriora melioribus. Idem in 69. Frequens de loco ad locum migratio instabilitas animi est, ut igitur animum possis continere, primum corporis tibi fugam fides. Idem in 70. Vis aduersus hoc corpus liber esse, tanquam migraturus habita. Actor. Cetera de hac materia require superius in tractatu de temperantia.

De Regimine animi. Cap. XXVIII.

ACTOR pro Marcello. Nulla corporis tanta vis est, quae non ferro & uirtus debilitari frangique possit: animum uero uincere iracundia, cohibere uictoriam, temperare aduersarium, extollere non modo iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem, hae qui fecerit, non ego eum summis uiris comparo, sed simillimum Deo iudico. Seneca in troade. fuenit uirtum est, no regere posse imperum. Idem in lib. de beneficijs. v. Facilius est Barbaras gentes impatientes alieni arbitrij regere, quam animum suum continere, & sibi tradere. Idem in epistola ad Lucil. 37. si vis omnia tibi subicere: te subicerationi, multos reges, si te illa rexit, & ab illa dices quemadmodum quid, & aggredi debeas. Idem in 39. Habet hoc optimum in se generosus animus, quod concitatur ad honesta magnarum specierum res ad se uocat, & at tollit &c. Require sub illo titulo quod nobis innata, sunt uirtutum uenia. Idem in 85. Non est bona ualido mediocritas morbi, facilius est uictorum initia prohibere, quam imperum regere, non enim recipiunt mala uirtutis temperamentum, facilius sub ruderis illa quam reuexeris. Terentius in Ehira. Istud porro sapere est, vt ubique opus sit animum flectas. August. de ci. Dei. 13. Quas Graeci Eupacias: latine autem Cicero constantias nominant. Stoici tres esse uoluerunt pro tribus perturbationibus in animo sapientis, pro cupiditate uoluntate, pro laetitia gaudium, pro metu cautionem, pro aegritudine uero, vel dolore, quam nos uitam de ambiguitatis causa tristitiam malimus dicere, negauerunt esse posse aliquid in animo sapientis. Gaudium uero de bono adeptum est, quod ubique adipiscitur sapiens. Cautio deuitat malum, quod debet sapiens deuitare. Tristitia porro, quia de malo iam accidit, & nullum malum existant posse accidere sapienti, nihil in eius animo pro illa posse esse dixerunt: apud nos autem, non tam quae stio uertitur: utrum pius animus irascatur, quam vnde irascatur, nec utrum sit tristis, sed quare sit tristis, nec uertit irascatur, sed quid timeat. Qui in li. de arte. 3. Magni opus mores co possit uelle bonos.

De Regimine linguae. Cap. XXIX.

Tullius de Offi. lib. 1. Sit uox loquentis dulcis, & non contentiosa languens, neque canora, uideatque in primis de quibus rebus loquatur, si de feris seuitate adhibeat si de iocosis lepore. Idem in proelio. Quantum a rerum turpitudine habes, tantum a uerbarum libertate teingas. Deinde ne ea in alteru dicas, quae cum tibi talis responsa sint, erubescas. Seneca in li. de quatuor uirtutibus. Parce lauda, praecius uitupera. Similiter reprehensibilis est nimia uituperatio, illa siquidem adulatione: ista malignitate suspecta est. Testimonium ueritati non amicitiae reddas. Sermo uiles magis, quam facetos ama. Non sit curialis, sed sed grata uerbanitas, & risus sine cachinno, uox sine clamore. Admone liberiter: reprehende patienter. Alienorum uitio. Speculum Doctrinale.

rum, nec curiosus sis explorator, nec acerbus reprehensor, nec cum exprobratione corrector, ita vt admonitionem hilaritate praue-nias, dicenti esto tacitus auditor, requirenti facie responde, contenti facile cede, seuerior esto iudicio, quam sermone, uita quam uultu, nec tuq; bonae famae seminator sis, nec inuidus aliena. Quae nostri sine arrogancia postulant impartire, quae autem nescis, siue occultatione ignorantie postula tibi impartiri. Idem ad Lucil. epistola 40. Quemadmodum sapienti uiro incellus demestior conuenit, ita oratio praesta non audax, itaque tardiloquum te esse iubebo. Idem in Medea. Suspecta quoque ne sint longa colloquia deuita alias amputa. Ex Prouerbis Sapientum. Tene semper & uocis, & silentii temperamentum, in hoc tamen incumbere, vt liberatius audias, quam loquaris. Tacere namque nescit, qui nescit loqui. Actor. De hac iterum materia require supra ca. de taciturnitate, & etiam infra ca. de eloquentia.

De Unitate & concordia totius uita. Cap. XXX.

TULLIUS in Officijs libro primo. Praeclara aequilibras in omni uita, scilicet, vt sit idem semper uultus, eademque fides, sicut de Socrate dictum est. Quemadmodum ergo in oratione constanti, sic in uita omnia apta sunt inter se & conuenientia, & quae parua uidentur esse delicta, nec a multis intelligi, ab his diligentius est declinandum. Si enim in organjs musicis, quibus paululum discrepat, uitarur tamen, ne quid in eis discrepet multo magis ordinis omnimoda conuenientia in actionibus nostris adhibendus est, quia maior & melior est actionum, quam sonorum accentus. Idem contra Sakulium. Ex maxima crispesaluiti uoluptas est, equalem & parem uerbis uitam agere, vt omnis moribus ratio consonet. Seneca ad Lucillum epistola 20. Tacere doctet philosophia non dicere, & hoc exigit, vt ad legem suam quiesque uiuat, ne orationi uita dissonat, vt ipsa intra se uita uirtus sine omnium actionum dilectione coloris sit. Maximum hoc est officium sapientiae, & iudicium, vt uerbis opera concordent, vt ipse ubique par sit idemque sit. Quid est enim sapientia semper idem uelle, atque idem nolle, licet illam exceptiunculam non adijcias, vt rectum sit quod uelis. Non potest enim cuiquam idem semper placere, nisi rectum uariatur autem quotidie iudicium hominum, & in contrarium uertitur ac plerisque agitur uita per lufum. Idem in 34. Omnia dicta, & facta tua in ter se congruant ac sibi respondeant, & una forma percussa sint. Non est huiusmodi animus in recto cuius acta discordant. Idem in 75. Concordet sermo cum uita, ille promissum suum impleuit, qui & cum uideas illum, & cum audias id est. Nec delectent uerba uestra, sed prosint. Prosper ubi supra. Non prodest cuiquam solis bona dicere uerbis. Impia mes habcat, bene lingua sonat. Nam fari recta miserum est, & uiuere praue. Damnat nota malum regula iusticie.

De Bonitate ac sinceritate uita, secundum philosophos. Cap. XXXI.

LACTANTIUS in li. de falsa religione. Benedicere quidem ad paucos pertinet, bene uiuere ad omnes. Varro in sententijs. Vtiores non eunt, ut eant, sic & uita non sui causa fit, sed ut ea praeclearum aliquid fiat. Seneca ad Lucil. epist. 71. Ideo uero peccamus, quia de partibus uitae deliberamus, nemo de tota deliberat. Idem in 77. Vita non est imperfecta, si honesta est, ubiqueq; desines, si bene de fines tota est. Quomodo fabula sic uita, non quamdiu, sed quam bene acta sit retert, quocunq; uoles desine, tantum bonam clausulam impone. Idem in 79. Non est autem bonitas pessimis esse meliorem. Tull. in oratione sua pro lignatio. Nihil tam populare, q bonitas. Idem in li. de Offi. 3. Vir bonus & iustus, nihil cuiq; quod in se transferat detrahet. Bonus uir non modo facere, sed nec cogitare quidem audebit quicquam quod non audeat praedicare. Idem in lib. de amicitia. Illos bonos uiros appellandos putemus, qui assequuntur quantum homines possunt, naturam optimam bene uendi ducem. Idem in Tusc. lib. 4. Amplissima omnium artium est bene uiuendi disciplina, quam uita magis, quam literis quidem profecti sunt. Idem in lib. 5. Stoici finem bonorum esse sentierunt congruere nature, & cum ea conuenienter uiuere. Apuleius in lib. de Deo Socratis. Nihil est Deo gratius & simillius quam uir animo perfecte bonus, qui caeteris antecellit.

De Eodem, secundum poetas. Cap. XXX.

ACTO ubi supra. Cu recte uiuas, ne cures uerba malorū. Arbitrii nostri non est quid quisq; loquatur. Proximus est hois si non potes opum esse. Horatius in li. Sermonu. Optimus ille est, qui minimis urgetur. Idem in eodem. Homo factus ad unguem. Idem in li. carminu. Nihil est ab omni parte beatus. Virgilius in Buccolliis. Tomus Tertius. K 4 Fra-



Fraxinus in silvis pulcherrima pias in hortis. Populus in fluuiis abies in montibus altis. Non omnia possunt omnes. Ouidius in lib. de arte 3. Magnum opus est mores composuisse bonos. Claudianus in maiori. Iniquat egregios adiuncta superbia mores. Car men amat, quisquis carmine digna gerit. Martialis coquus. Nunc licet & fas est, sed tu sub principe duro. Temporeque malis ausus es esse bonus. Petrus rigo in biblia versificata. Alt altare Dei non sit vacuum, sed inane. Sed latet in vacuo thesaurus dignior auro, Et vitium vitis (si bona vita replet) Te decet hic vt eas festinus currete gressu, virtutum semper ad meliora celer.

De Moderamine vita quorundam antiquorum. Cap. XXXIII.

HERONYMVS contra Iouianum. Stoicus narrat de vita antiquorum sacerdotum Aegypti, qd omnibus mundi ne gociis curisque postpositis semper in templo fuerunt, & rerum naturas causafaque ac rationes syderum contemplati sunt, nunquam mulieribus se miscuerunt, nunquam cognatos propinquos nec liberos quidem viderunt ex eo tempore, quo cepissent diuino cultui mancipari carnibus & vino se super abstinerunt propter tenuitatem sensus, & maxime propter appetitum libidinis, qui ex his cibis & hac potione nascitur, pane raro vescabantur, ne onerarent stomachum, oleum tantum in pulmentis nouerant, & hoc parum propter nauseam & asperitatem gustus leniendam. Quid loquar inquit de volatilibus cum ouum quoque pro carnibus vitægerint & lac quoque alterum carnes liquidas, alterum sanguinem esse dicebant colore mutato, cubile eis erat de palmarum folijs contextum, fabeillum accliuæ & ex vna parte obliquum in terra pro puluillo supponebant capiti suo biqui tridique inediãdum sustinentes & humores corporis qui nascuntur ex ocio & vniu loci mansione, nimia victus castigatione sicabantur. Lucanus 2. lib. de recreatione. Immoita Catonis. Secta fuit, seruare modum, fingenti tenere. Naturamque sequi patriæque impendere vitam. Non sibi, sed toti genti se credere mundo. Huic epulis vicisse sapiem, magnique penates. Submouisse hyme tecto.

De Tribus generibus vita secundum philosophos. Cap. XXXIII.

VLGENTIVS in libro Mitilogiarum. Philosophi trarpartitam humanitatis vitam esse voluerunt, scilicet actiuam, contemplatiuam, voluptariam, Idem poete considerantes trium deorum certamina ponunt, scilicet Mineram. Innonem & Venere rem de formæ qualitate certantes, Et primam quidem quæ ad sapientiam & veritatis inquisitionem pertinet. Ideo de Iouis vertice natam ferunt, quod ingenium in cerebro positum sit, hanc Minerve attribuant, quæ græce dicitur immortalis virgo, quia sapientia nec mori poterit, nec corrumpi, huius in turris ponunt noctum, eo quod sapientia etiam in tenebris proprium possidet fulgorem. Iuno vero quam actiuæ vitæ præponunt quasi a iuuando dicta est, vnde & regnis præesse dicitur, Ideoque cum sceptro pingitur, quod hæc vita diuinitus hædeat, quæ regni proxime sunt, huius in tutelam pauum ponunt, eo quod eius caude curuamem anterius faciem ornent, posterioaque turpiter nudet. Sic enim diuitiarum appetitus & glorie momentaliter ornant, postrema tamē degnat, vnde & Salomon in fine hominis denudatio operum illius, Tertiam quam voluptariæ vitæ præposuerunt, Venerem dicit voluerunt id est aut secundum Epicuro bonam rem, aut secundum Stoicos vanam rem. Epicuri enim voluptatem laudant, Stoici dant. Ibi libidinem colunt illi nolunt, vnde & atrodus dicta est id est spuma, vnde & momentaliter (vt spuma) libido surgit, & in nihilum venit, siue quod ipsa seminis concitatio spumosa sit. Denique ferunt quod ex fœtis falce Saturni virilibus, & in mare projectis nata sit Venus, quia Saturnus græce cronos dicitur id est tempus, absconse autem temporis vires id est fructus, falceque maxille in humore visceru velut in mari projecta, libidinem gignit, vnde Terentius ait. Sine Cerere & Bacho friget Venus, hæc etiam nudam pingunt, qd nudos affectatores sui dimittat, vel nunquam nisi nudis conueniat, huic etiam rosas in tutelam adiciunt, quia rubet verecundie ob probrio, & pungit peccati aculeo, & sicut rosa delectat quidem, sed cito marcescit, sic ista liber momentaliter, & pungit perhenniter. In huius etiam tutelam columbas ponunt eo qd aues ille in coitu sunt feruide, hæc in mari natantem pingunt, eo qd omnis libido rerum naufragia patiat. Concha etiam marina portari pingitur eo qd huiusmodi animal toto corpore simul aperto in coitu miscetur sicut iuba in phisologia refert. De inferioribus vita proprie rebus obseruandis. Cap. XXXV.

ORETIVS de consolatione lib. 5. Magna nobis (si dissimula Bre non vultis) indicta est necessitas probitatis, cum ante ocu-

los agitis iudicis cuncta cernentes. Vale lib. 7. Thales interrogatus an hominum facta Deos falleret ne cogitata inquit, vt non iolum manus, sed etiam mentes puras habere uellenus, cum secretis cogitationibus nostris celeste numen adesse crederemus. Seneca ad Lucil. epistola 10. Sic uiue cum hominibus, tanquam Deus uideat. Sic loquere cum Deo tanquam homines audiant. Idem in 29. Multo magis ad rem pertinet qualis tibi uidearis, quam qualis alii. Conciliari nili turpitate amor turpium non potest. Idem in 41. Sacer. inra nos spiritus sedet malorum bonorumque nostrorum obseruator & custos, hic prout a nobis tractatus est, ita nos tractat. Idem in 43. O te miserum si conscientia tua contemnis testimonium. Idem in 78. Non est agendum ut de te loquantur homines, sed ut ipse tecum loquaris. Idem in 73. Si certe uiuendum est tanquam in conspectu alicuius uiuamus, sit cogitandum tanquam alicuius in pectus intimum prospicere possit. Quid prodest ab homine aliquid esse secretum, nihil Deo clausum est. Idem in lib. de Moribus. Nullum peccatorum tuorum conscientium magis timueris quam teipsum. Alium enim effugerè potes, te autem nunquam. Ex prouerbis sapientum. Perique saniam, pauci uerentur conscientiam, nullum putaueris esse locum sine teste. Tibullus in lib. 1. Ne tibi celandi spes sit peccare paranti. Est Deus occultos qui ut uerat esse dolos. Ouid. in lib. de arte 1. Innocuus uiuente numen adest.

De Testibus forissecus adhibendis. Cap. XXXVI.

EPICVRVS. Aliquis etiam vir bonus eligendus est nobis ac sepe ante oculos habendus, vt sic tamque illo spectante uiuamus, & omnia tanquam illo uidente faciamus. Idem. Sic omnia fac tanquam spectet Epicurus. Seneca ad Lucil. epistola. Magna pars peccatorum tollitur si peccatori testis adsit, o selem qui sic aliquem uereri potest, vt ad memoriam quoque eius se componat & ordinet. Qui sic aliquem ueretur, cito erit uerendus. Elige ergo illum cuius tibi placet uita & oratio. Illum tibi semper ostendit vel custodem vel exemplum. Opus enim est aliquo, ad quem mores nostri se erigant, nisi ad regulam praua non corriges. Idem in epistola 25. Sic fac omnia tanquam spectet aliquis prodest sine dubio custodem sibi impositum, & habere quem respicias quem interesse cogitationibus tuis iudices. Omnia enim nobis mala solitudo persuadet. Cum autem iam tantum profeceris vt sit tibi etiam tua reuerentia, licebit dimittere Pedagogum, multis autem diffimilem te fieri oportet, dum tibi tutum non sit a te recedere. Idem in 43. Vix quem quia non inuenies, qui possit aperto hostio uiuere, bona conscientia turbam aduocat, mala enim in solitudine anxia est atque sollicita, si honesta sunt, quæ facis, omnes sciant, si turpia quid referet neminem scire, cum tu scias, o te miserum si contemnis huiusmodi testem. Tullius. Pridie quam iret in exiliu. Multorum uultu flagitia parietibus tegantur, sed hæc obstructio nec diuturna est, neque obducta, vt curiosis oculis perspicui non possit,

De Exemplis ab alijs accipiendis. Cap. XXXVII.

TERENTIUS in adelphis. Inspicere tanquam in speculo vitas hominum iubeo, atque ex alijs sumere exemplum sibi. Seneca ad Lucillum epistola 4. Cum his uersare, qui te meliorem facturi sunt. Illos admittite quos tu potes facere meliores. Quintil. de oratoria in institutione lib. 4. Prudentis est quod in quoque optimum sit possit suum facere. Quod autem imitaturus est, primum quicquid intelligat, & quare id bonum sit sciat, tamen in suscipiendo onere vires suas consulat. Ex prouerbis sapientum. Optimum quidem est maiorem, vestigia sequi, si recte præcesserint, ex alterius vitio sapiens emendat spum. Cato in lib. de Moribus. Multo rum disce exemplo quæ facta sequaris. Quæ fugias, vita est nobis aliena magistra. Proximus esto bonis, si non potes optimus esse. Cum tibi vel socium vel fidum queris amicum. Non tibi fortuna est hominis, sed vita petenda. Oui. in lib. de arte 3. Tunc bene fortis æquus referato carcere currit. Cui quos prætereat quos que sequatur habet. Idem in eodem Discite ab alterius vestris timuisse querelis. Tibullus 2. lib. Felix quicunque dolore alterius didicit posse cauere suum. Gansfredus in poetria noua. Syrenes exemplar habe docearis in illis. Calibus in lectis semper peiora caere.

De Vita socialis secundum philosophos. Cap. XXXVIII.

EPICVRVS. Ante circumspicendum est cum quibus edas & bibas, quam quid edas & bibas. Nam sine amico, uisceratio Leonis

Leonis & Lupi, uita est. Seneca ad Lucil. epistola 6. Nullius boni sine socio iocunda est possessio. Idem in 25. Panem & aquam natura desiderat, nemo ad hæc pauper est. Intra quæ quisquis desiderium suum clausuræ cum ipso Ioue de felicitate contendat. Idem in 47. Require supra capitulo de superbia. Idem in lib. de naturalibus quaestionibus lib. 1. Inter oculos autem magis quam inter philosophos esse debet equa libertas. Tullius in libr. de Officiis. Omnium societatem nulla præstantior est nulla firmiter, quam cum boni viri moribus similes familiaritate coniuncti sunt. Nihil enim amabilius est nec copulatiu quam morum similitudo bonorum. In quibus enim eadem studia, eadem uoluntates sunt, in his fit, vt altero egue delectetur vt seipso, & sic vnus fiat ex pluribus. Idem in lib. 3. Societatis arctissimum vinculum est, arbitrari magis contra naturam esse hominem homini aliquid detrahere sui conmodi causa, quam omnia incommoda subire. Idem in lib. de amicitia. Bonos boni diligens asascantque, sibi quasi propinquitate sibi coniunctos atque natura. Nihil enim est appetentius similitudinem sui atque rapacius quam natura. Idem in eodem. Si quis Deus nos ex hominum frequentia tolleret, & in solitudine uispi collocaret, atque sibi subpedatis omnium rerum quas natura desiderat copiam, hominis nec aspiciendi eriperet potestatem, quis tam ferreus esset qui hanc vitam ferre possit, cuique non auterret voluptatum omnium fructum solitudo, natura enim nihil solitariam amat, vnde uerum est qd Archita Tarentino (vt opinor) dici solitum a senibus nostris audiui. Si quis in Coelum ascendisset, naturamque mundi & pulchritudinem syderum perperisset insuauem illi fore admirationem, quæ iocundissima quidem fuisse, si cui natusset habuisset. Macrobius in lib. Saturnalium. Comites facundus in via pro uehiculo est. Sydonius in epistola lib. 4. Sodales uetulos nunquam pro frequentium nouitate fastidias, aliter enim uideberis sic amicis uti quasi floribus, tamdiu gratis quidam recentibus, Plautus in Aulularia. Nemini uero te nimis sodaliter feceris. Insuperantium atque improborum familiaris sustineat odium quam collegium. Tres edaces domus vna non capit. Res nimium singularis est homo patrem ferre non patiens. Apuleius in lib. de Deo Socratis. Parit conuersatio contemptum raritas conciliat admirationem. Aristoteles in Topicorum 8. Prauus quoque socius est qui impedit commune opus. Menand. libro comicus. Corum primum etiam mores bonos, confabulationes pessime. Seneca in epistola 9. Crates silbonis auditor cum uideret adolescentulum secrete ambulante interrogauit, quid illic faceret solus. Mecum inquit loquor. Cui crates. Laqueus in seculo & diligenter attende ne cum malo homine loquaris. Varro in sententiis. Alit autem concordiam mores ad cohabitantium animos formare. Ennodius. Nemo in altero mores amplexatur nisi quos in se formauerit. Symachus. Semper natura gaudet equalibus & familiaritate sibi est omne quod simile est.

De Eodem secundum poetas. Cap. XXXIX.

VIDIVS in lib. de Ponto. Scilicet ingenii aliqua est concordia iunctis. Et seruat studij fœdera quisque sua. Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem. Rectorem dubie nauica pupis amat. Idem in lib. de Remedijs 1. Vtrique proxima rosa est. Maximianus. Quæcumque solent per se perpetua placere. Alternopotentius iuncta decore placent. Marthæus in Tobia. Consonat & redo let melius iunctura bonorum, plus namque sapiunt lilia mixta rosis. Prosper ubi supra. Nature quisquis proprium non spernis honorem. In quocunq; hominum quæ tua noscitur ama. Sic tantum vt prauos vitet concordia mores. Nullaq; pacis fœdera cum uitijs. Cato ubi supra. Vincere cum possis interdum cede sodali. Quod pudeat socios prudens celare memento.

De Officijs administrandis. Cap. XL.

SALVSTIVS in iugurtino. Miserum autem est prius oneti esse quam vsui. Vale lib. 2. Olim ambigue laudis a senatu cuius estimabatur, qui debitis rei publice officijs non sua sponte, sed iussus, fungeretur, quia quicquid in perio cogitur exigenti magis quæ præstanti acceptum referunt. Idem in lib. 4. De publico ministerio nihil cuiquam præter laudem bene administranti, officium de bet accedere Seneca ad Lucil. epistola 22. Turpe est cedere oneri. Luctari cum officio quod semel receperis. Non est vir fortis atque strenuus qui laborem fugit, nisi etiam crescat illi animus ex ipsa rerum difficultate. Tull. in lib. de Offi. omne autem quod ad conuentionem hominum & ad societatem tuendam ualet, anteponendum est illi officio quod ex cogitatione & scientia continetur. Est enim humana natura aptius & utilius. Idem in li 2. Qui ueram iustitiam gloriam adipisci uult, iustitiam fugiat officijs. Idem in lib. de sine boni & mali 3. Omnia officia eo referri oportet vt adipiscamur principia natura. Socrates. Age sic alienum, vt tuum non obliuiscaris negocium. Amico sic prodesto ne tibi nocuas. Quod habes ita uere vs alieno non egeas. In tuo quam in alieno labore sarcinam suscipe. Quintil. de Orato. inst. lib. 3. Ne ab eo quod quis optime facit, in aliud qui minus est idoneus, eum transferas. Cicero in Tusc. lib. 1. Græcorum Prouerbiu. Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Symachus in epistolarum. Animus egritudine leuatur, quotiens in amica officia dirigitur. Oui. in li. de Ponto. Sponte sua probitas officiumque iuuat. Mercede caret per seque petenda. Exterius uirtus in comitata bonis.

De Reperendo secreto mentis. Cap. XLI.

TVLLIVS de officijs lib. 1. Multi tranquillitatem expetentes a negocijs publicis se remouerunt atq; ad ocium profugerunt. Inter quos & nobilissimi philosophi & quidam homines seueri & graues, nec populi nec principum mores ferre poterunt, vixerunt nonnulli in agris, facilius quidem & tutior & alijs minus grauis aut molesta ociosorum uita, fructuosior autem hominum generi & ad claritatem atque amplitudinem aptior eorum qui ad rempublicam & ad res magnas gerendas se accommodauerunt. Idem in lib. 2. Sicut enim utilitates adipiscimur, conspiratione hominum atque consensu, sic nulla tam detestabilis pestis est qua homini ab homine non nascatur. Idem in lib. 3. Publium Scipionem scripsit. Cato dicere solitum. Nunquam se minus solum quam cæ solus esse. Magnifica uere uox ac uero magno & sapiente digna quæ declarat illum & in ocio de negocijs cogitare, & in solitudine secum loqui solitum. Duæ itaque res quæ languorem afferunt ceteris, illum acuebant scilicet ocium & solitudo. Idem in Tusc. lib. 1. Tota philosophorum uita (vt ait Cato) commentatio mortis est. Nam quid aliud agimus cum a voluptatibus corporis & a re familiari quæ est ministra corporis & a reipu. negocijs animi seuocamus, nisi quod ipsum ad se uocamus maximeque a corpore abducimus secumque esse cogimus, animum autem a corpore cerere nihil aliud est quam mori discere, require infra ca. de præparatione sui contra mortem. Seneca de Natur. quaestio. 1. i. Scio Lucilli quam sis ambitione alienus quam familiaris ocio & litteris. Turbam rerum hominumque desiderant, qui se pati nesciunt, tibi tecum optime conuenit. Nos autem nobilissimos molesti sumus modo amore nostri modo tedio laboramus. Infelicem animum nunc superbia inflammas, nunc cupiditate distendimus, alias uoluptate lassamus, alias solitudinem excutimus, & quod misererrimum est nunquam singuli sumus. Itaque necesse est, asidua sit in tã magno uictorum continuo rixa, fac ergo quod facere consuesti, & a turba te quantum te potes sepe. Idem in epistola ad Lucil. 2. Primum argumentum compositi mensis exitimo posse consistere & secum morari. Idem in 7. inimica est multorum conuersatio, & utiq; quo maior est populus cui misceris, hic plus periculi est. Nam & auarior redeo, & ambitiosior, & luxuriosior, quis etiam crudelior & inhumanior, quia inter homines sui, utrunque deuit dum est, ne uel similis malis fias, quia multi sunt, neue inimicus multis quia dissimiles sunt. Recede in te ipse quantum potes. Idem in 8. Mihi crede qui nihil agere uidentur maiora agunt, humana diuinaque simul tractant. Idem in 10. Non inuenio cū quo te maxime esse quam tecum. Sic fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum. Idem in 15. Quicquid facias redico a corpore ad animum. Illum noctibus ac diebus exerce. Id bonum cura quæ uetustate sit melius. Idem in 19. Si potes subducere istis occupationibus, si minus eripe. In frero uiximus, moriamur in portu. Idem in 27. Nunquid tam turbidum fieri potest quam forum. Ibi quoque licet quiete uiuere si necesse est. Sed si liceat se disponere conspectum fori uiciniamque procul fugiam. Idem in 33. Omnia impedimenta dimitte, & uaca boni menti, nemo ad illam peruenit occupatus. Quintilianus 8 lib. Etiam in itinere, in turba, in conuiujs, faciat tibi cogitatio ipsa secretum. Ex prouerbis sapientu. Rem maximam tibi sapientia promittit, vt reducat te tibi. Solitudinem querit qui uult cum innocentibus uiuere. Oui. in lib. Tristium 3. Viue tibi & longe nomina magna. Fuge. Prosper ubi supra. Scrutari legem possunt utrunq; quieti, si mundi a strepitu libera corda uacent.

De Vicijsitudine quiescis, & allionis. Cap. XLII.

TVLLIVS in lib. de offic. 1. Virtutis autem omnis laus in actione consistit. A qua tamen saepe fit intermissio, multiq; dantur ad studia reditus. Seneca ad Lucil. epistola 3. Utrunque uicium est omnibus credere & nulli, sed alterum dixerit honestius uicium, alterum turpius, sic etiam urosque reprehendes, & eos qui super iniqui sunt, & eos qui vros quiescunt. Nam illa tumul-

tumultu gaudens non est industria, sed exagitate mentis concu-

De Consuetudin, & vsu. Cap. XLIII.

Q VONIAM autem presens sermo de Moribus est, & ex con-

De Scientia, & arte. Cap. XLIIII.

A C T O R. Inter illa, que vi sua nos alliciunt, suaque dignita-

bus quid non sit, quam quid sit facilius dixerim. Idem in Tuf. li. 1.

De Studio, & meditatione. Cap. XLV.

A C T O R. Studium, vt ait Tullius est assidua, & vehemens ani-

De Docilitate. Cap. XLVI.

A C T O R. Docilitas est recta discendi, vel docendi abilitas, vt

eus, ipse earundem rerum rationem nullo etiam docente reper-

De Eligendo doctore. Cap. XLVII.

V A R R O in sententiis. Illum quidem eruditorem elige, quem

De Puerorum instructione. Cap. XLVIII.

Q VINTILIANVS lib. 1. Aetas vero hominis tunc maxime

pellare ad aliquem iudicem sobriam licebat, & camen ego Deus

De Curiositate studium. Cap. XLIX.

S E N E C A in declamationibus lib. 4. Acrior est cupiditas igno-

De Eloquentia secundum philosophos. Cap. L.

T V L I V S in prologo Rhetoricorum. Cum homines multis

De Eodem secundum poetas. Cap. LI.

E N N O D I U S Exercitatio eloquentiam dat, quam ingenium ne-



rhodum petisset, & ibi rogatu civitatis suam prius in Theliospho...

De Quorundam pulchra, sed mortifera facundia. Cap. L I.

TULLIUS in prologo Rhetoricorum. Sapiencia quidem sine eloquentia parum prodest...

De Gratia docendi. Cap. LIII.

LACTANTIUS in lib. de vero cultu. Nihil tam praeclarum homini conveniensque potest esse quam homines ad iustitiam erudire...

De forma vel modo docendi. Cap. LIII.

PALLADIUS. Pars est prima prudentiae ipsam cui praecepturus es...

debet artibus & eloquentia Rhetores imitari, quod a plerisque factum est...

De Eodem. Cap. LV.

VALERIUS lib. 6. Perdit luxuria athenis adolescens polemo non modo illecebris, sed etiam ipsa infamia gaudens...

De Doctribus mala viventibus. Cap. LVI.

ARISTO in Eth. lib. 1. Quidam vitam pecudum eligentes adipiscuntur tamen gloriam, quia quidam magistratum similia...

sum. Ovidius in libro Tristium 2. Crede mihi mores distant a carmine nostris.

De Peritia vel industria scribendi. Cap. LVII.

CASSIODORUS in lib. de scribendis rebus. Gloriosum studium quod loqui debeas competenter scribere, & quae scripra sunt...

De Sapiencia. Cap. LVIII.

ACTOR. Dico de virtute & scientia, restat dicendum de sapientia quae utramque complectitur, & quasi ex ambabus composita...

84. Tepestas non opus gubernatoris impedit, sed successum &c. Require supra ca. de prudenti rerum usu. Actor. Ait Boet. dixisse...

Quam stultus nihil habet, sapientis vero omnia sunt. Cap. LIX.

SENECA de benef. lib. 2. Negamus iniuriam accipere sapientem, qui tamen illum pugno percussit iniuriam, damnatur...

De Cognitione sui vel ignorantia. Cap. LX.

MACROBIUS in somnio Scipionis libro 1. De caelo ut ait quidam descendit. Nothis olithos id est scito te ipsum. Nam & delphici uox haec fertur oraculi consulenti ad beatitudinem...

De Purgatione mentis ad inquisitionem seu cognitionem veritatis. Cap. LXI.

AVOVS in lib. de 83. quæst. Sententia est cuiusdam sapientis. Fontei nom ne de mente mundanda ad videndum Deum, quam paganus quidem scripsit, sed christianus baptizatus mortuus est...

recte facti meritum relucet, Deus ubi presens est, tunc autem vni-

De Eodem. Cap. LXII.

BOETIUS lib. de cons. 1. Nubibus atris condita nullum fun-

De Spectaculis natura. Cap. LXIII.

TULLIUS in dialogo ad Hortensium. Est autem animorum

De Contemplatione diuinorum secundum philosophos. Cap. LXIII.

SENECA in naturalibus quaest. li. 5. Nunc quidem gratias ago

quis actor aut custos, quid sit Deus ne in se intendat an & ad nos

De Eodem secundum poetas. Cap. LXV.

BOETIUS in lib. de consol. 5. Qui recto oculo vultu peris

De Quiesse contemplantium. Cap. LXVI.

SENECA ad Lucil. epistola 8. Mihi crede qui nihil agere viden-

audia interpellandi & medio succurrendi officio dexteram sua

De Gloria vel fama secundum philosophos. Cap. LXVII.

ACTOR. Haec sunt ergo partes honesti iuxta Tulliumq; sua

De Eodem secundum poetas. Cap. LXVIII.

HORATIUS in li. epist. Principibus placuisse viris non vlti

De Laude secundum philosophos. Cap. LXIX.

VARRO in sententiis. Qui in magnis excellit etiam inuitus

semper ad misericordiam via bonis mentibus patet. Valerius lib.

De Eodem secundum poetas. Cap. LXX.

CATOR ubi supra. Cum te aliquis laudat, iudex tuus esse me-

De Dignitate. Cap. LXXI.

ACTOR. Sequitur de dignitate quam secundo loco Tullius

De Amplitudine diuitiarum. Cap. LXXII.

TULLIUS in Rhetor. 1. Amplitudo est potentie vel maiesta-

De Vanitate & incertitudine diuitiarum. Cap. LXXIII.

VALERIVS lib. 6. Caduca nimium & fragilia puerilibusq;



caentur. Affluunt enim subito repente labuntur nullo in loco, nulla in persona stabilibus nisi radicibus consistunt, sed incertissimo statu fortunae huc & illuc acta, quos in sublimi extulerunt, improviso recursum destituerunt, profundo cladum miserabiliter immergunt. Itaque nec existimari nec dici bona debent, quae ex inflicto- rum malorum magnitudine desiderium sui duplicent. Seneca ad Luc. epist. 87. Quod contemptissimo cuique contingere ac turpif- simo potest, bonum non est, opes autem & lenoni & laniste con- tingunt, ergo bona non sunt. Cicero in oratione pro domo sua. Caduca sunt haec & mobilia non virtutis atque ingenij, sed fortune & temporum munera, quorum non tam facultas & copia ex- tendenda est, quam in vteudo ratione & incerto patientia. Clau- dianus in maiori. Magnas ingenij copia vincit opes. Tibullus 2. li- bro. Quid prodesse potest pondus graue diuitis auri. Prataq; si sua dant pinguis mille boues. Quidve domus prodest frigij innixa columnis. Aurateq; trabes marmoreumq; solum. Non me regna iuuant non lidus aurifer annis. Nec quas terrarum sustinet orbis opes. Hec alii capiunt, liceat mihi paupere cultu. Securo vitae munere posse frui. Somnia fallaci ludant temeraria nocte. Et pau- idas mentes falsa timere iubentur. Maximianus. Quid mihi diui- tias quarum si demperis vltim Quamuis largus opum semper ege- nus ero. Horatius in lib. epist. Quid mihi diuitij si non concedi- tur vti. Martialis coquus. Callidus afflata nummos fur auferat ar- ca. Prosterne patrios impia flamma lares, debitor vsuram pari- ter cum forte negabit. Non reddet steriles femina iacta fruges. Di- spectatorem fallax spoliabat amica. Mercibus obstructas obruit vnda raris. Extra fortunam est quicquid donatur amicis. Quas de- deris solas semper habebis opes.

De incommo- dis diuitiarum secundum philosophos. Cap. LXXXIII.

PLAVTUS in aulularia. Pecunia rerum ac sollicitudinum cau- sa & caput est. A. gellius in libro atticarum notium 10. Ve- rum est quod obseruato rerum vsu, sapientes viri dixere multis e- gere qui multa habeant magnamque indigentiam nasci non ex magna inopia, sed ex copia magna. Multa enim desiderari ad mul- ta quae habeat tuenda. Quisquis igitur multa habet cauere ac pro- spicere velit, ne quid egeat, neque quid ei desit, iactura opus esse sciat non quaesit & minus habendum est esse ut minus desit. Boetius de consolatione lib. 2. O angustas inopesq; diuitias, quas non habe- re totas pluribus licet, & ad quemlibet sine caterorum paupertate non perueniunt, fugare indigentiam copia quarimus. At hoc nobis in contrarium cedit quippe pluribus adminiculis opus est ad tuendam preciosa sapellechis varietatem, verumque illud est per multis indigere, qui per multa possident. Item nunquam tua fa- ciet esse fortuna quae a te rerum natura fecit aliena. Seneca ad Lu- cillum epistola 13. Nemo sollicito bono fruitur. Adicere diues ali- quid diuitijs studet. Dum de incremento cogitat, oblitus est vsus, rationes accipit, forum conterit, sit ex domino procurator, multa tibi possidem ostendere quae acquisita acceptaq; libertatem nobis ex- torquent. Idem in libro de Moribus. Facilius est pauperi contem- ptum effugere quam diuiti inuidiam. Socrates. Felicitas semper su- bicta est aduersis. Damnumq; nisi ex abundantia raro venit. Se- cundus Philosophus. Quid sunt diuitiae auri pondus, curarum mini- strum, verecunde delectatio, insatiabilis inuidia, desiderium inex- plebile, os excelsum, inuisa concupiscentia. Actor. Sydonius etia- ait diuitias esse causam malorum, non quod ipse faciant aliquid, sed quia facturos irritant.

De eodem secundum poetas. Cap. LXXXV.

HORATIUS in lib. epist. Imperat aut seruit collecta pecu- nia cuique. Item. Stultitiam patiuntur opes. Quid in lib. de Remedijs 2. Diuitijs aliter luxuriosus amor Idem in lib. Metha. 1. Effodiuntur opes irritamenta malorum. Iamque nocens ferris ferroque nocentis aurum. Proceidit, prodit bellum quod pugnat utroque. Iuue. lib. 2. Prima peregrinos obscena pecunia mores. In- tulit, & turpi fregerunt secula lux. Diuitiae molles. Idem in 4. lib. Quam plures nimia congesta pecunia cura. Strangulat, cantabit vacuus coram latrone viator. Pauca licet portes argenti vascula puri. Nocte iter aggressus gladium contumq; timebis. Et nocte ad Iunam trepidabis arundinis vmbra. Idem in 5. lib. Magnis par- ta malis cura maiore metuque. Seruantur, misera est magni cu- stodia confusa. Claudianus in maiori. Quas mala collegit fallacis dextra parentis. Has peius nati dextra refundit opes. Idem in mi- nori. Dissuasor honesti. Luxus, & humanas oblimat copia men- tes. Arator lib. 1. Auri cessit amor, qui pectora super adurit. Quo- capitur mortale genus, qua pullulat omne. De radice mali, cuius violentius ardet. Ambitio, crescentque modo stimulantque rapi-

nas. Addita luca famen &c. Galtierus in Alexandreide li. 1. Au- ferre pecunia mores, non asserere potest. Idem in 8. Quid tibi diui- tiis opus est, quae semper auaris. Elurium parit, quanto tibi plura parasti. Tanto plura petis, & habendis acrius ardet. Sicque famena faciens, defectum copia nutrit. Martialis coquus. Ardua res haec est opibus non tradere mores. Et cum tot croceos viceris esse nu- mam. Actor De hac quoque materia require superius ca. de aua- ritia & cupidi tate.

Quod diuitiae non sunt huiusmodi bona propria. Cap. LXXXVI.

SYDONIUS in epistolari suo li. 5. Humana substantia rectius o- mente quam mole censenda est. Inter opes itaque qualibet po- sita (quae bona a stultis falso vocantur) si quid agimus nostrum est, si quid habemus alienum. Seneca ad Luc. epist. 8. Alienum est quicquid opratio euenit. Non est tuum fortuna quod fecit tuum. Idem in 47. Quomodo stultus est, qui equum empturus non ipsu- inspicit, sed stratum eius & frenos, sic qui hominem ex veste aut ex conditione estimat. Tull. in lib. de Paradoxis. Nihil meum vel cuiusquam alterius est, quod auterri vel amitti potest. Varro in se- tentiis. Nemo sum putet quod extra ipsum est, vir bonus patriam suam quocunque it fecum fert, & omnia sua custodit. Valerius. Bias Prieniens cum patriam eius Prieniens hostes inuaderent, omni- bus preciosis rerum pondere onusis fugientibus, interrogatus quid ita nihil ex bonis suis secum ferret. Ego certe inquit bona mea omnia mecum porto, pectore enim illa gestabat non humeris nec oculis visenda, sed animo estimanda quae domicilio mentis in- elusa manibus mortaliu- labefactari nequeunt, & vt manentib. praesto sunt ita fugientes non deserunt. Lactantius in lib. de falsa sapientia. Derracta diuitibus insolentia & iniquitate, nihil intere- rit, vtum alii diuites alij pauperes sint, cum animi pares fuerint. Ex prouerbijs sapientum. Nihil proprium ducas quod mutari po- test. Quis est pauper, qui sibi videret diues. Et quis plurimum ha- bet, qui minimum cupit. Prosper in libro epigrammatum. Terre- nis opibus cum diues gaudet iniquus. Veis te miserum nescit ege- re bonis. Cum licet aduersis cessantibus omnia parcant. Lege ta- men mortis sit faciendus inops. At bona iustorum nullis obnoxia damnis. Hostes furta ignes & mare non metuunt. Omnis virtutis semper substantia salua. In viris Christi munera, nemo rapit. Gal- therus in Alexandreide lib. 1. Auferte pecunia mores non affere- solet. Quem vero morum non rerum copia ditat. Quem virtus extollit habet quod praefert, auro. Non eget exterior, qui mori- bus intus abundat. Nobilitas sola est animum quae moribus or- nat. Horatius in lib. Epist. Forte per angustam tenuis vulpecula rimam. Repletat in cameram frumenti pastaq; rursus. Ire foras pleno tendebat pectore frustra. Cui mustela procul si vis ait euf- gere istinc. Macra cauum reperes artum quem macra petisti. A- ctor. De hac quoque materia plenius supra require capitulo de in- telligentia & rerum estimacione cap. quoque de praua mente.

De diuitijs contemendis. Cap. LXXXVII.

VARRO in sententijs. Eo animo dimittende sunt diuitiae, quod accipiendae. Ex prouerbijs sapientum. Qui paupertatem ti- met quam timidus est, plurimu- habet is qui minima cupit. Qui- tissima quoque viuere homines si duo verba de medio tollerentur, meum & tuum. Terulianus in Apologetico. Dyogenes lutu- lentis pedibus superbos Platonis thoros alia superbia conculcat. Lactantius in lib. de falsa sapientia. Laudatur democritus quod agros suos re. iquaerit, eo quae pascua publica fieri passus sit, proba- rem quidem si donasset, sed nihil sapienter sit, quod si ab omnib. fiat inutile ac malum sit, at haec negligentia tolerabilis. Quid illae qui patrimonium in nummos redactum effudit in mare, ego dubi- to vtrum vefanus ac demes fuerit, abite inquit in profundum ma- le cupiditates. Ego vos mergam ne ipse mergar a vobis. Si tantus pecuniae contemptus est facillio beneficium, fac humanitatem lar- gire pauperibus, potest hoc quod perditurus es multis succurrere. Imitare saltet insaniam tudicani sperge populo diripiendam, po- res & pecuniam effugere, & tamen bene collocare: quia saluum est quicquid pluribus prodest. Seneca ad Lucil. epistola 17. Pro- iice ista omnia si sapis immo vt sapias, & ad bonam mentem ma- gno cursu actoris viribus tende. Si quid est quo teneris, aut ex- pedi, aut incide. Idem in epistola 20. Non licet diuitias in sinu positas contemere. Ille ingentis animi est, qui illas circumfusas sibi diu multumque miratus quod ad se venerit ridet suasque magis audit esse quam sentit. Caro in libro de Moribus. Despice diuitias si vis animo esse beatus. Quas qui suscipiunt mendicant super auari. Actor. De hac quoque materia superius require ca. de

ca. de liberalitate & etiam inferius ca. de contemptu seculi & de prosperitati, vanitate.

De bono paupertatis secundum philosophos. Cap. LXXXVIII.

SECUNDUS philosophus. Quid est autem paupertas odibile s- bonum, sanitatis mater curarum remotio, sapientia repara- tris, negocium sine damno, possessio absque calumnia, sine soli- tudine felicitas. Seneca ad Lucil. epistola 17. Multis ad philoso- phandum obstitere diuitiae paupertas expedita est, secura est, no- circumstat illam turba seniorum, ad quos pascendos transmarin- arum regionum est optanda fertilitas, facile est pascere paucos ventres & bene institutos, & nihil aliud desiderantes quam im- pleri, paruo fames constat magno felicitium, paupertas contenta est instantibus desiderijs satisfacere, cur ergo hanc contubernalis recules cuius mores sanus diues imitatur. Si vis vacare animo aut pauper sis oportet, aut pauperi similis, non patet studium saluta- re fieri sine frugalitatis cura, frugalitas autem paupertas volunta- ria est. Idem in epist. 20. Quod tuo beneficio scire non potes, pau- pertatis scies. Illa enim veros certofq; amicos retinebit, discedit quis non te, sed aliud sequebatur. Nonne vel ob hoc vnum ama- da est paupertas quod a quibus amaris ostendat. O quando ille ve- niet dies quando nemo in honorem tuum mentatur, hac ergo co- gitationes tue tendant, hoc cura, hoc opta. Valerius 4. lib. Quor- sum attinet aut diuitias in prima felicitatis parte, aut paupertate in vltimo miseriam statu ponere, cum & illarum frons hilaris, multus intus amaritudinibus sit referta & eius horridior aspectus certis & solidis bonis abundet. Quintil. cap. 7. Paupertatis pro- prium est, vbi alia deficiunt exercere libertatem. Idem in 14. Im- proprium quoque pauperes amant. Ex prouerbijs sapientum. Ho- minem experiri multa paupertas iubet. Petronius. Nescio quomodo bonae mentis soror est paupertas.

De eodem secundum poetas. Cap. LXXXIX.

VIDIUS deremendis 2. Diuitijs aliter luxuriosus amor. No- habet vnde suum paupertas pascat amorem. Luc. in lib. 1. Fe- cunda virorum. Paupertas fugitur. Idem in li. 5. Dar vires fortuna minor. O vita tuta facultas, pauperis angustiae lares. O muna- nondum intellecta Deum. Fortunatus, pauper in angusto regnat habendo Deum. Iuuenius li. 1. Felices humiles pauper quos spiri- tem ambit. Illos, nam ceceli regnum sublime recepat. De hoc quo- que require supra ca. de sufficientia sine paupertate voluntaria. Dicebat autem Arist. vt legitur, solum se incommodum paupertas pati quod non possit egentibus subuenire. Iuue. lib. 1. Nil ha- bet infelix paupertas diuim in se, quam q- ridiculos homines fac- cit &c. Commune id virum hic viuimus ambitiosa paupertate omnes.

De securitate eiusdem secundum philosophos. Cap. LXXX.

SENECA in Thyeste. O quantum bonum est obfatae nulli, cape- re securas dapes humi iacentem, scelera non intrant casus, tu- tu- (quomodo) capitur in angusta cibis venenum in auro bibitur, ma- lam bona fortuna praeferre licet. Idem in epist. ad Lucil. 5. Apud Echatonem nostrum inueni cupiditatum suam, etiam ad timoris remedia proficere. Desines inquit timere si sperare desieris. Idem in 12. Ille beatissimus est & securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine expectat. Idem in 13. Etiam in obfessa via pau- peri pax est. Idem in 15. Quam iocundum est nihil poscere quam magnificum est plenum esse nec ex fortuna pendere. Idem in 17. Paupertas expedita est, secura est, non circumstat illam turba ser- uorum ad quos pascendos transmarinum regionum est optanda fertilitas. Idem in 20. Pauperibus inest sine qua nihil est iocundum securitas. Idem in 87. Nunquam maior est animus quam vbi alie- na seposuit, & fecit sibi pacem nihil timendo, fecit sibi diuitias ni- hil concupiscendo. Valerius li. 7. Cum giges armis & diuitijs opu- lentissimo Lidiae regno inflatus Phitium Apolinem fescitatum ve- nisset, an aliquis mortalium se felicior esset ex abditu sacrarum spe- cu vox insonuit, quae aglam sopheridum ei praetulit. Idem Ar- chadum pauperrimus, sed aetate senior, terminos agelli sui nunq- excellerat. Sic ergo inoleret de fortitudinis suae fulgore gloriantu- respondit Apollo, magis se probare securitate ridens, tugurium, q- triste curis & sollicitudinibus aulam, paucaq; gleb as pauoris expertes, q- arua Lidiae pinguisima metui referta, & vnum aut alte- rum facilius tutale iugum bonum, quam equitatum voracibus imp- sis onerosum & haeroleum vsus necessarii nullique minus appet- dam, quam thesauros expositos infidij & cupiditatibus omnium ita giges dum a stipulatore vane opinionis Deum habere concupi- uit vbi nam solida esset felicitas didicit.

Speculum Doctrinale

De eodem secundum poetas: Cap. LXXXI.

LVCANVS 5. lib. O vita tuta facultas pauperis & cetera, ut supra. Iuue. 4. lib. Cantabit vaeus coram latrone viator. Tibullus libro primo Diuitias alius fuluo sibi congerat auro. Et teneat culti iugera multa soli. Quem labor affiduus vicino ter- reat hoste. Martia cui somnos classica pulsa fugent. Me mea paupertas vita traducat incerti. Dum meus exiguo luceat igne fo- cus. Et uos exigua pecori furesque lupi que. Parcite, de magno est pra-da petenda grege. Idem in 2. Non me regna iuuant non lidus aurifer annis. Nec quas terrarum sustinet orbis opes. Hoc alij cupiunt, liceat mihi pauperi cultu. Securo vitae munera posse frui. Actor. De hoc quoque require supra ca. de sufficientia. ca. quoque de diuitijs, & de bono paupertatis.

De amicitia. Cap. LXXXII.

SEQUITUR de bono amicitiae quam quarto loco ponit Tull. in 2. Shonell. genere. Tull. in retho. 2. Amicitia est uoluntas erga ali- quem bonarum rerum illius ipsius causa quem diligit cum pari uoluntate. Idem in li. de amicitia. Amicitia oibus rebus humanis pra- ponenda est. Nihil enim est tam naturae aptum tanque conue- niens ad res secundas vel aduersas. Quata sit uis amicitiae ex hoc potest intelligi, q- ex infinita societate generis humani quam con- ciliauit ipsa natura ita contracta res est, & adducta in angustu- vt omnis charitas inter duos uel inter paucos concludatur. Est au- te amicitia nihil aliud nisi omnium diuinarum humanarum, que reru- cum beniuolentia & charitate contenta. Quidam diffinitio- amicitiam paribus officijs, & uoluptatibus, sed hoc quidem est nimis exigue & uiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum. Dicitur enim & affluetior uideretur esse amicitia, nec obseruare restricte quin plus reddat quam acci- pit. Neque enim uerendum est ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat, aut plus aequo in amicitiam conferatur. Secundus philosophus. Quid est amicitia, aequalitas animorum, quid ami- cus, desiderabile nomen, homo uix apprensus, infelicitatis refugiu- indeseiens felicitas. Seneca de beneficijs lib. 6. Nescis quantum sit amicitia precium si non intelligis te ei darum cui amicum de- deris rem seculis raram quae non alicui magis deest quam ubi creditur abundare. Neminem tam alte secula posuerunt, vt non illi anticus eo magis desit quo nihil abicit. Calcidius in prohemio super Thimeu- Platonis. 5. Socrates in exhortationibus suis virtu- tem laudans, cum omni um bonorum totius prosperitatis con- sistere causam penes eam diceret, addidit ipsam esse solam quae res impossibiles ad possibilem redigeret facultate. Praclare. Quid- n. generosam magnanimitate vel aggredi pigeat, vel ceptum fati- get, vt tanqua- uicta difficultatibus se teporet a labore. Eade est (vt opinor) uis amicitiae, parq; impossibilium pnae rerum extrica- tio, cu- alter ex amicis iabedi religione alter paradi uoto coplaci- ti operis adminiculetur effectui. Quid in lib. de Ponto Nome ami- citiae barbara corda mouet. Cato vbi supra. Dilige sic alios vt sis ti- bi charus amicus, Sic bonus esto bonis, ne te mala dana sequatur.

De uilitate, & secundum amicitia. Cap. LXXXIII.

TULLIUS in lib. de amicitia. Amicitia omnibus rebus huma- nis praeponeuda est. Nihil enim est tam naturae aptum tam que conueniens ad res secundas vel aduersas sed hoc primu- scio amicitiam nisi in bonis esse no- posse. Secundas enim res amicitia splendiores facit aduersas partiens communicaque leuiore. Quomodo potest vita esse uilis, quae non amici mutua beniuole- tia conuiscit. Quid n. dulcius q- habere cum quo audeas sic lo- qui ut tecu-, quis esset rarus fructus in prosperis rebus nisi haberes qui illis aequo vt tu gauderet. Aduersas uero ferre difficile nisi esset qui istas grauius & q- tu ferret. Et secundas res facit amicitia. Spl- didiores & aduersas partiens communicaque leuiore. In uera ami- citia non tam utilitas parta per amicum q- amor ipse delectat, amicitiarum sua cuique permanet stabili, & certa possessio, ita vt et si illa maneat quae sunt quasi dona fortunae cu- uita inculta. & deserta ab amicis iocunda esse no- possit. Veterima quoq; (vt ea uina quae uetustate ferunt) debet esse suauissima. Maxima enim uis est uetustatis & consuetudinis. Quintil. 8. causa. Non reperio quid in rebus humanis excogita rem natura praestantius amicitia, quod concordia contra fortunam maius auxilium. Quid enim foret humano genere Felicitus, si omnes esse possent amici, non bella, no- seditiones, non latrocinia, no- lites ceteraque mala que hominibus ex seipsis nata sunt fortunae accessissent. Ex prouerbijs sapientum. Animi beniuoli coniuictio magna est cognatio. Quid dulcius quam habere cum quo omnia audeas quem sic credas ve- re, sic loquaris ut tecum. Quanti tales amicos habere uo- luerunt, & ipsi tales esse non possunt. Cato vbi supra. Vilius

Tomus Secundus 1. est

est regno meritis acquirere amicos. Hecaton stoicus. Queris quid pro fecerim amicus mihi esse capi.

De Fidelitate & constantia amicitia. Cap. LXXXIII.

TULLIVS de amicitia. Boni viri & sapientis est hec duo tenere in amicitia, primum ne quid fictum vel simulatum sit. Aperte enim odium magis ingenium est quam fronte occultare sententiam. Deinde non solum alatas ab aliquo criminationes repellere, sed nec ipsam quidem suspitionem esse super exultantes aliquid ab amico esse violatum, accedat hic oportet suauitas quaedam sermonum atque morum haud mediocre condimentum amicitia. Idem in libro de natura Deorum. Nihil est virtute amabilius, quam qui adeptus fuerit ubique gentium erit a nobis diligitur. Amicitia si ad fructum nostrum referimus: & non ad illius commodum quem diligimus, non est amicitia, sed mercatura quaedam vulgatum suarum. Prata & arua & pecudes hoc modo diliguntur, quod ex eis fructus capiuntur, homini autem charitas gratuita est. Val. lib. 4. Sincere fidei amici praecipue in aduersis rebus cognoscuntur, in quibus quicquid praestatur totum a constanti beneuolentia proficitur, sollicitas autem cultus maiore ex parte adulationi quam charitati erogatur. Certe suspensus quoque est eo quod plus super petat quam impendat. Damon & Phitias Pythagore discipuli tam fidelem inter se iuxerunt amicitiam, ut cum alterum ex his Dionysius Syracusanus interficere vellet, & his rebus, quo priusquam periret domum profectus ordinaret res suas impetrasset, alter vadem se pro eius reditu tyranno dare non dubitauit. Appropinquante autem praefata die, nec illo redeunte vnusquisque sollicitus tam temerarium sponsores damnabit. At in nihil se de amici constantia metuere praedicabat, eodem itaque momento & hora Dionysio constituta qui eam acceperat superuenit. Et aduersus tyrannum amborum animum supplicium fidei remisit, eosque insuper ut ipsum in societatem amicitiae tertium gradum vltima cultorum beneuolentia reciperent rogauit. Ecce vires amicitiae mortis contemptum in geuerare, vitae dulcedinem extinguere, crudelitatem mansuetare, odium in amorem conuertere, pacem beneficium pensare poterunt. Sydonius in epist. suo lib. 1. Perfecta dilectio non tam debet recolare, quid officiorum soluerit quam meminisse quid debeat. his quos amplius diligimus plus timemus. Synachus in epist. suo. Iusta coniectura est quae de amicorum pondere & estimatione colligitur: ex meo animo metior amicitiam non posse lentire officiorum societatem. Quintus Curtius lib. 4. Nemo fideliter diligit, quem fastidit. Seneca in Thyeste. Quos verus amor tenuit, tenebit. Idem in Hercule furente. Odit verus amor nec patitur moras. Plinius in epist. ad Lucanum maricum. Hoc ipsum amantis est amatum non honorare laudibus. Suetonio, ubi supra lib. 2. Augustinus Caesar amicitias non facile admittit, & constantissime retinuit. Prudentius ubi supra. Cadant metus, & labor & vis. Et scelus & placide fidei fraus inficiatrix. Quod sapimus coniungat amor quod viuimus vno. Conspirat studium, nil dissociabile firmum. Claudianus in Maiori. Non quirit precium vitam qui debet amori. Galtherus in Alex. libr. 5. Verus amor miserum qui non fastidit amicum.

Quid pro amico faciendum sit & quid non. Cap. LXXXV.

TULLIVS in libr. de offic. 1. Amicis & non tribuere quod recte possis & tribuere quod non sit equum, contra officium est. Honores & diuitiae & voluptates &c huius generis quae videtur vilia, nunquam amicitiae anteposenda sunt. At neque contra re publicam, neque contra iurandum ac fidem amici causa vir bonus, faciet etiam si iudex fuerit de ipso amico. Ponit enim personam amici cum induit iudicis, sed tantum dabit amicitiae, ut amici causam malit esse veram: & ut morandae litis tempus quo ad leges permiserint accommodet, cum autem iuramento sententia dicenda sit, meminerint se Deum testem adhibere. Si omnia facienda sunt quae amici volunt, non amicitiae tales, sed coniurationes putandae sunt. Cum id quod vtile videtur in amicitia cum eo quod honestum est comparatur, iaceat vtilitatis spes valeat honestas, & cum in amicitia quae honesta non sunt postulantur, religio & fides anteponatur amicitiae. Idem in li. de amicitia. Nulla est excusatio peccati si amici causa peccaueris. Nam cum conciliatrix amicitiae virtus opinio fuerit, difficile est amicitiam manere si a virtute defeceris. Quod si rectum statuimus vel concedere amicis quicquid velint, vel imperare ab eis quicquid velimus, per se quidem sapienter sumus, si nihil habeat res, utiq. Hae igitur lex in amicitia sancitur, ut neque rogemus res turpes, neque rogati faciamus. Turpis enim excusatio haec est & minime accipienda. Si quis contra repu-

blicam amici causa se fecisse fateatur. Haec igitur prima lex amicitiae sancitur, ut ab amicis honesta petamus, & amicorum causa honesta faciamus. Consilium vero libere dare gaudeamus plurimumque in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas. Multa quae nostri causa nunquam faceremus, causa amicorum facimus, quae enim in nostris rebus inhoneste in amicorum sunt honestissime ut praecati pro amico indigno in aliquem acerbis in uchi pro eo. Val. lib. 6. Rutilius cum amici cuiusdam iniuste rogationi resisteret. Itaque cum indignatione dixisset, quid ergo mihi opus est amicitia tua, si quod rogo non facis. Respondit immo quid mihi tua si propter te aliquid inhoneste facturus sum. Claudianus in maiori. Multis delicta fuerit nex amicitiae. Cato ubi supra. Quod iustum est petito, uel quod uidetur honestum. Nam stultum est petere quod possit iure negari. Dilige sic alios &c Require fit pra cap. de amicitia.

Quod Amicitia ver a nisi inter bonos non sit. Cap. LXXXVI.

TULLIVS de off. li. 2. Quia uero id ipsum quod honestum est, corumque dicitur per se nobis placet, animosque omnium natura sui commouet. Idcirco illos in quibus hoc esse remur a natura ipsa diligere cogimur, atque hoc quidem est causa diligendi grauius sima. Idem in li. de amicitia. Nihil est tam apertum naturae atque conueniens ad res secundas uel aduersas quam amicitia, sed hoc primum scio amicitiam nisi in bonis esse non posse. Negant etiam quemquam esse uirum bonum nisi sapientem, sed illam sapientiam interpretantur quam nemo adhuc moralis est afficitus. Nihil est uirtute amabilius nihil quod magis alliciat ad diligendum quippe cum propter ueritatem & probitatem etiam eos quos nunquam uidimus diligimus Bonos boni diligant, a seiscantque sibi quali propinquitate communi vincit atque naturam, nihilque ad appetentius similitudinem sui atque, rapacius quam natura. Disparis mores disparia studia sequitur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias. Nec ob vllam aliam causam boni improbis & improbi bonis amici esse non possunt, nisi quia tanta est inter eos quantam maximam potest esse studiorum distantia. In talibus autem stabilitas amicitiae confirmari potest, qui beneuolentia iuncti primum cupiditatibus quibus caeteri seruiunt imperant, deinde equitate & iustitia gaudent, omniaque alter pro altero suscipit, nec quicquam nisi rectum & honestum alter ab altero petit, nec solum colunt se inter se & diligunt, sed etiam uereantur. Nam ornamentum amicitiae tollit qui ex ea tollit uerecundiam perniciolosque in his furor est; qui uolunt mant libidinum peccatorumque; omnium in amicitia patere licentiam, uirtutum enim amicitia adiutrix a natura data est non uitio rum comes, ut quoniam solitaria non possit uirtus ad ea quae summa sunt peruenire, coniuncta & sociata cum altera perueniret. Sydonius ubi supra lib. 2. Non magis cordis debet aut uoluptati ager cum redditis amplius, quam uicinus equis bonis moribus. Galtherus in Alexandreide lib. 8. Firmissimus inter equales. Interque pares est nodus amoris.

De Concordia & communitate amicorum. Cap. LXXXVII.

TRENTIVS in Adelphis. Verus uerbum hoc est communitas esse amicorum inter se omnia. Salustius in kasilinario. Idem uelle & idem nolle ea demum uera amicitia. Ita si quis etiam a culpa uacuos iam amicitia praerorum incidit, quae uide usque illecebris facile par similitudo; caeteris efficitur. Idem in iugurthino. Omnes eadem cupere eademque odisse inter bonos amicitia, inter malos factio est Boetius in li. Hypoteticorum syllogismorum. Hoc in se ob tinet proprium munus amicitiae, ut non sit habere solitarias cogitationes. Nam quod honeste quisque cogitat nulla promptius quae ei quem diligit confiteretur. Seneca ad Luc. epist. 3. Tam audacter cum amico loquere quae tecum, tu quidem ita uiue ut nihil tibi comitras, nisi quod committere etiam inimico tuo possis. Idem in 48. Confortium rerum omnium inter nos facit amicitia. Omnia cum amico communia habebit, qui multa cum homine. Hier. contra Rufinum Pythagorica sunt haec amicorum oia esse communia, & amicum seipsum esse alterum. Ouid. in li. Trist. 4. Hi duo corporibus, metibus unus erant. Prosper ubi supra. Moribus in sanctis pulchra est concordia pacis Arator lib. 1. Repellitur error in diuersa trahens, cum spiritus efficit unum Prudentius ubi supra. Quod sapimus coniungat amor. Et caetera require supra de fidelitate amicitiae.

De Fomentis amicitiae. Cap. LXXXVIII.

TULLIVS de off. li. 1. Vita uictusque communis consilia, sermones, exhortationes interdum et oburgationes maxime in amicitijs uigent. Estque illa iocundissima amicitia quam similitudo coniungat. Idem in li. de amicitia. Firmamentum stabilitatis & constantiae qua in amicitia firmus est fides. Hi qui superiores sunt submittere se debent in amicitia, & sic quodam modo inferiores extollere. Haecha stoic. Si uis amari ama. Ex prouerbijs sapientum. Ab amate lacry

mis redimam iracundiam. Itaque amicum habere, ut hunc fieri posse inimicum potes. Ab alio semper incipit dissensio, a te uero reconciliatio. Amicorum paupertati succurre immo potius occurre. Item amicos aduione secreto, palam lauda. Cato ubi supra. Vincere cum possis interdum cede sodali. Obsequio dulces quoniam retinentur amici. Ira odium generat, concordia nutrit amorem. Sunt quaedam quae ferre decet patienter amicum. Ouidius in lib. de arte 2. Ut amaris amabilis esto. Dulcis est uerbis alliciens amor. Idem in libr. 3. Non tumeat in vultu damosa superbia nostra. Mollibus est oculis alliciens amor. Mathaeus in lib. de Tobia. Est brauius dignus amoris amor. Actor. De hac quoque materia require supra cap. de uita sociali.

De Impedimentis amicitiae. Cap. LXXXIX.

TULLIVS in libro de offic. 3. In amicitijs maxime perturbantur officia, quibus & non tribuere quod recte possis, & tri: uere quod non sit equum contra officium est. Idem in libro de amicitia. Scipio nihil difficilius esse dicebat quam amicitiam uelque ad extremum uita diem permanere. Interdum enim dimittitur contentio luxuriae uel alterius incommuni, quod idem adipisci uerque non potest. Pestem uero nullam esse maiorem amicitijs quam in plerisque pecuniae cupiditatem, in optimis quibusque certamen honoris & gloriae, ex quo inimicitiae maximas sepe inter amicissimos excitasse uideamus, uere amicitiae difficillime reperitur in illis qui in honoribus reipublicae uerfantur. Vbi enim inuenias qui honorem amici suo anteponat? sciendum etiam nullam in amicitijs maiorem esse pestem quam adulationem, quae est uicium hominum leuium ac fallacium ad uoluptatem omnia loquentium, nihilque ad ueritatem, praeterea cum in hoc vis amicitiae consistat, ut uisus quasi animus ex pluribus fiat quomodo, id fieri poterit, si nec in uno vnus animus erit, sed varius & commutabilis & multiplex. Nulla est haec amicitia cum alter uerum audire non uult, alter ad mentendum paratus est. Plautus in aulularia. Conuentus & debachationes & ioca frivola, non quero ut amorem pariant, uerum nihil odiorum darent. Synachus in epistolari suo. Faciat affectio tenerior ut sit quarela procliuor. Mollis est animus diligentis, & ad omnem sensum doloris arguitur. Si negligens trahes cito marcescit ut rosa, si durius tenes liquefit ut Lilium. Ex prouerbijs sapientum. Amici uicia ubi ferat facis tua. Sedulius in carmine paschali lib. 1. Pone supercilium si te cognoscis amicum. Prudentius ubi supra. Cedant metus & labor & vis &c. Require supra cap. de fidelitate & constantia amicitiae. Horatius in lib. epist. Oderunt hilarem tristes, tristesque iocosi. Sedatum celeres, agilem gnaumque remissum. Potores bibuli media de nocte phaleri. Oderunt porrecta negantem pocula.

De Inuicij fortuna secundum philosophos. Cap. XG.

VARRO in sententijs. Amici diuitem palea sunt circa granam, uis amicum experiri, calamitosus fias. Quintil. cap. 15. Minus debetur homini qui ideo tantum aliquem amat, quia necesse est. Nescis an diligit, cuius experimenta non habet nisi felicitas. Val. lib. 4. Sincere fidei &c. Require supra ca. de felicitate & constantia amicitiae. Seneca ad Lucil. epistola 9. Qui uilitatis causa assumptus est, tam diu placebit, quam diu uilis fuerit, haec res florentes amicorum turba circumfedit, quae uerfos solitudo est, & inde amici fugiunt ubi probantur. Necesse est enim inuicia inter se exitusque conueniant, qui amicus esse cepit, quia expedit, placebit. Aliquod pretium circa amicitiam est, si nullum in illa placet praeter ipsam, negotio est ista, non amicitia quae ad commodum accedit. Tull. in lib. de amicitia. Tarquinum scilicet Bruti auunculum exultantem dixisse ferunt, tunc primum se intellexisse quos fidos habuisset amicos, quos infidos cum iam neutris gratiam referre posset. Boetius in lib. de consol. 3. Quemque felicitas amicitiae fecit infelicitas facies inimicum nulla pestis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus.

De eodem secundum poetas. Cap. XCI.

OVIDIVS in lib. de Ponto. Nil nisi quod prodest charum est, en detrahe menti. Spem fructus auide nemo petendus erit. En redditus iam quisque suos amat & sibi quid sit. Vile sollicitus computat articulis. Illud amicitiae quondam venerabile nomen. Prostat & in quaestu pro mercede sedet, diligitur nemo nisi cui fortuna succunda. Quae simul into nunt proxima quaeque negat. En Speculum Doctrinale.

ego non paucis quondam munitis amicis. Dum flant uentis auera secunda meis. Ut fera morbofo tumuerunt equora uento. In mediis fracta uae reliquor aquis. Vulgus amicitias uilitate probat. Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico. Auxilium nulla parte uulde tuum. Turpe sequi casum & fortuna cedere amicum. Et nisi sit felix esse negare suum. Idem in lib. Tristium. Vix deo trefse mihi deot superstes amici. Caetera fortuna non meta turba fuit. Illud amicitiae sanctum & venerabile nomen. Re tibi pro uili sub pedibusque iacet. Donce eris talis multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila solus eris. Horrea formice tendunt ad inania nunquam. Nullus ad amillas ibit amicos opes. Mobile sic sequitur fortuna: limina uulgus. In duris autem remanentem rebus amicum. Quamlibet inuiso Caesar in hoste, probat. Petronius. Cum fortuna manet uultum seruatis amici. Cum ceci dit turpi uerticis ora fuga.

De Perniciofis ac sibiis amicis. Cap. XCII.

BOETIVS ubi supra. Nulla pestis efficacior est ad nocendum quam familiaris inimicus. Cleobolus Lidius. Magis amicorum inuidiam quam inimicorum insidias debemus cauere. Illud enim apertum, hoc celatum est malum. Nocendique frangit quod non speratur potentior. Bias Prieneus. Molestius est inter duos amicos quam inter duos inimicos iudicare. Theophrastus. Amanitium ceca sunt iudicia. Salustius in Catilinario. Si quis etiam a culpa uacuis in amicitiam praerorum incidit, quotidiano usu atque illecebris facile par similitudo caeteris efficitur. Claudianus in maiori. Multis delicta fuerit nex amicitiae. Terentius in Andria. Hoc tempore obsequium amicos, ueritas uero odium parit. Cato. Multo melius est de quibusdam acerbo eos mereri inimicos quam eos amicos qui dulces uideantur. Illi enim ueram sepe dicunt hi autem nunquam. Idem in libro de Moribus. Vna dies qualis fuerit monstrabit amicum. Mathaeus in libro de Tobia. Fluctuat ad sensum uenalis amicus egeum. Nec uerus refouet, nec fabricatus amor. Martialis coquus. Huic quena menta tibi quem cena parauit amicum esse. Putas fide peccus amicitiae. Aprum amat & mulos & sinum & ostrea non te. Tam bene si cenem, noster amicus erit. Tibullus libro 2. Ne nos decipiant pendencia brachia collo. Nec capiat blanda sordida lingua praec. Sedulius in carmine paschali lib. 5. Traditor immitis fere proditor impie latro. Quid socium simulat & amica fraude salutas. Nunquam terribiles aut pax coniuat in enses. Aut tru culenta pio lupus oscula porrigit agno. Horatius in libro Sermonum Absentem qui rodit amicum. Qui non defendit alio culpante sedales, qui captat rufus hominum famamque dicaris. Fugere qui non uisa potest commissa tacere. Quid inquit hic niger est hunc tu Romane caueo. Sic teneros animos aliena obprobria saepe ab sterrent uicij.

De Amicitia cum malis uicij potius dissol uenda quam abrumpenda. Cap. XCIII.

TULLIVS in libro Officium 1. Amicitias quae minus delectent magis censent sapientes censum diluere quam repente praecidere. Idem in lib. 3. Cum id quod uile videtur in amicitia, cum eo quod honestum est comparatur, iaceat uilitatis species, valeat honestas, & cum in amicitia quae honesta non sunt postulantur, religio & fides anteponatur amicitiae. Idem in libro de amicitia. Praecipendum est igitur bonis ut si in praerorem amicitias ignari aliquo casu inciderint, ne existiment ita se alligatos, ut ab amicis in rempublicam peccantibus non discedant, nec minor poena statuenda est his qui alterum secuti fuerint, quam his qui ipsi fuerunt impietatis duces. Disparis mores disparia studia sequuntur quorum dissimilitudo dissociat amicitias, nec ob vllam aliam causam boni improbis & improbi bonis amici esse non possunt, nisi quia tanta est inter eos quanta potest esse studiorum distantia. Erumpunt saepe uicia amicorum tum in ipsos amicos, tum in alienos, quorum tamen ad amicos redundat infamia, tales amicitiae sunt remissione vsus eludendae, & (ut Catonem audiui dicere) dissuendae magis quam disciendae. Cauendum est namque ne non solum amicitiae depositae, sed etiam inimicitiae susceptae uideantur. Nihil enim turpius quam cum eo bellum gerere, cum quo familiariter uixeris, hoc autem dico ubi quaedam admodum intolerabilis exarferit iniuria, ut neque reatum neque honestum sit nec fieri possit, ut non statim alienatio disunctioque facienda sit. Sic ergo siant amicorum disidia si necesse sit, ut exincte potius amicitiae quam oppresse uideantur. Et hic honor ueteri amicitiae tribuendus est, ut in culpa sit is qui Tomus Secundus L. 2. facit



facit non qui patitur iniuriam. Cato. Amicitia si forte cum prauis ignoranter conciliata fuerit diffidenda sunt magis quam diffidenda.

De Vitii vel utilitate. Cap. XCIII.

ACTOR. Dico de primo reru expetendaru genere. s. de honesto qd sua ppria vi ac dignitate nos allicit de medio quoq; genere quod scilicet & sua vi quadam ac dignitate nos trahit, & prefequendam utilitatis fructum gerit. Sequitur de tertio genere scilicet de vili quod non propter suam vim ac naturam expetitur sed propter fructum & utilitatem in eo genere sunt pecunia, sanitas, fortitudo corporalis & huiusmodi, quamquam in secundo genere non quidem utilitas aut visus pecunie scilicet diuitiarum amplitudo vel honor seu gloria videatur iuxta Tullium comprehendit. Est autem vtile quicquid in vsum necessarium aut fructuosum alium potest, vtile namque ab utendo. Vti vero secundum Aug. est aliquid in facultatem voluntatis assumere. Porro ab vtili dicitur utilitas quae semper honestati postponenda est. Tullius de officio. lib. 3. Vnum omnibus debet esse propositum, vt eadem sit vtilitas vniuersi usque & vniuersorum. Cumque id quod utile videtur cum eo quod honestum est comparatur, iaceat utilitatis species, valeat honestas, nihil quidem tam secundum naturam est q. utilitas. Sed certe in re utili turpitudine esse non potest, honores & diuitiae & cetera huius generis quae uidentur utilia nunquam amicitiae, anteposenda sunt, peruertunt homines ea quae sunt fundamenta naturae cum utilitatem ab honestate seungunt, omnes enim expetimus utilitatem ad eamque rapimur. Idem in lib. de natura Deorum id est Aegyptij nullam beluam nisi ob aliquam utilitatem quam ex ea caperent obsecrauerunt. Seneca ad Lucil. Epistola 9. Qui utilitatis causa assumptus est, tandem placebit quam diu utilis fuerit, negotiatio est ista, non amicitia quae ad commodum accedit. Ouidius in lib. de Ponto. Nil nisi quod prodest charum est, in detrahe mentis. Spem fructus auide nemo petendus erit. En redditus iam quisquis suos amat & sibi quid sit. Vtile sollicitis computat articulis. Horatius in poetria. Omne tulit punctu qui miscuit utile dulci. Idem in lib. epi. Quid mihi diuitiae si non conceditur uti. Cato in libro de moribus. Quae nocitura tenes quibus sint chara relinque. Utilitas opibus praeponi tempore debet. Res age quae profunt rursus uitare memeto. In quibus error inest, nec spes est certa laboris.

De Pudica utilitate quaranda plusquam priuata. Cap. XCV.

TULLIUS de officio libr. 1. Scire debemus quae in terris gignuntur, ad usum hominum creare omnia. Homines autem hominum causa fuisse generatos, ut ipsi iter se alij alijs prodesse possint. In hoc ergo debemus naturam ducem sequi, & communes utilitates afferre in medium. Fundamentum enim primum iustitiae est ne cui noceatur. Deinde vt communi utilitati seruiatur. Qui reipublice pro futuri sunt duo precepta Platonis teneant. Vnum quod utilitatem ciuium sic tuantur, vt quicquid agant ad ea refarant, obliui commodorum suorum. Alterum vt totum corpus reipublice curent ne dum aliquam partem tuentur reliquas deserant, tute la autem & procuratio reipublice ad eorum utilitatem quae commissa sunt, non ad eorum quibus est commissa gerenda est. Omne autem officium quod ad conuentionem hominum & ad societatem tuendam valet, anteposendum est illi officio quod cognitione & scientia continetur. Est enim humanae naturae aptius & vtilius. Magnitudo autem animi remota comitate & conuentione humana feritas quadam sit & inhumanitas. Idem in libro 3. Multo magis secundum naturam communitas & iustitia liberalitas quam voluptas vicia diuitiae, magis quoque est secundum naturam pro omnibus gentibus (si fieri possit) conseruandis atq; iuuandis maximos labores molestiasque suscipere, quam viuere in solitudine non solum sine illis molestijs, sed etiam in voluptatibus maximis & omnium rerum copiis. Vnum omnibus debet esse propositum vt eadem sit utilitas vniuersi usque & vniuersoru. Idem in R. h. 1. Sapientem nullum incommodum pro republica vitandum est. Idem in libro de amicitia. Mihi non minori cura est qualis respublica post mortem meam futura sit, quam qualis hodie sit. Idem in oratione sua pro Marcello. Ille vero fortunatus est, ex cuius salute non minor penes ad omnes quam ad ipsum leticia peruenerit. Idem pro Ligatio. Nihil habet fortuna magis quam vt possit, nec natura melius quam vt velit seruare quam plurimos. Idem in Tuscul. lib. 1. Quae melior in hominum genere natura quam eorum qui se natos ad homines iuuandos & conseruandos arbitrantur. Sydonius in epist. libr. 4. Bonum publicum semper euerunt studia priuata. Terentius in Heautontu. Vt quid

aliena cures quae ad te non pertinent, homo inquit sum, & ob hoc humanum nihil alienum a me puto. Seneca de beneficij. lib. 4. Satius est malis prodesse propter bonos, quam bonis deesse propter malos. Horatius in lib. epist. Nam tua res agitur parcos cum proximus ardet. Et neglecta solent incendia fumere vires. Qui in lib. epist. Quis enim celauerit ignem. Lumine nam semper proditur ille suo. Actor. De hac iterum materia require supra cap. de officiis, in praecedenti quoque libro cap. de amore patriae, & capitulo de moralitate.

De Utilitate & primo de incolumitate. Cap. XCVI.

TULLIUS in Rhetorica 1. Utilitatis autem duae sunt partes scilicet incolumitas & potentia. Incolumitas est tuta salutis atque integra conseruatio. Idem in oratione sua cum gratias egit populo. Bona valitudo iocundior est his qui & graui morbo recreati sunt, quam illis qui nunquam egro corpore fuerunt. Omnia enim desiderata magis quam assidue percepta delectant. Sydonius in epistolari libro 2. Vitanda sunt plerumque consilia medicorum assidentium & dissidentium, qui parum docti & satis seduli languidos multos officiosissime occidunt. Seneca in Edippo. Vbi turpis est medicina sanari piget. Idem ad Lucillum epistola 40. Remedia non profunt nisi immoventur. Quis enim medicus egros in transitu curat. Idem in 67. Non sum tam demens vt egrota re cupiam, sed si egrotandum fuerit, vt nihil essentiat faciam. Non enim pati tormenta optabile est, sed pati fortiter. In 77. In medium cedunt honesta solatia & quicquid animum exerxit etiam corpori prodest. Sc. Require supra in praecedenti libro capitulo de patientia. Hildebertus Cenomanensis. In querimonia sui de seipso. Ha quam sollicito quisque laboret. Occurrit medico carnis amore, de moribus animae nulla querela. Egressam sequitur tarda medela. Bernardus super Cantica Canticozum Homelia 30. Qui voluerit (inquit, Dominus) animam suam saluam facere perdet eam. Quid haec vos dicitis eiborum obseruatores, morum neglectores, Hipocrates & seguaces eius docent animas in hoc mundo saluas facere. Christus & discipuli eius perdere. Quem & duobus magistrum sequi eligitis. At manifestum fe facit qui sic disputat hoc oculis, & hoc capiti illud pectori vel stomacho nocet profecto vnusquisque quod a suo magistro didicit, hoc in medium profert. Num in euangelio legisit has differentias aut in prophetis, aut in literis apostolorum, num de Hipocratis vel Galieni sententia de schola Epicuri debui proferre vobis. Christi discipulus sum, Christi discipulus loquor. Epicurus & Hipocrates corporis, alter voluptatem alter bonam habitudinem praefert. Meus vero magister vniuersique rei contemptum praedicat.

De Eodem. Cap. XCVII.

HERONIMVS contra Iouinianum. Morbi ex fatuitate nimia concitantur, multique impatientiam gula vomitu remediatur & quod turpiter ingeressunt turpius egerunt, Hipocrates in afforismis docet crassa & obesa corpora quae crescendi mensuram impluerint, nisi cito ablacione sanguinis immanuantur, in paralysim & pessima morborum genera erumpere. Et iccirco necessariam esse demptionem vt rursum habeant in qua possint crescere. Non enim manere in vno statu natura corporum, sed aut crescere semper aut decrescere. Nec posse viuere animal nisi crescendi capax sit, vnde & Galienus & doctissimus Hipocratis interpres athletas (quorum vita & ars sagina est) dicit in exhortatione medicinae nec viuere posse diu, nec sanos esse. Idem super Matthaeum libro primo. Christus apostolis prohibet portare calciamenta. Plato etiam praecipit duas corporis summitates esse velandas, nec assuescere debere mollicie capitis & pedum, cum enim habuerint firmitatem caetera robustiora sunt. Cato vbi supra. Pauca voluptati debentur plura salutari. Morbi causa mali tibi est quaeque voluptas. Maximianus. Non intellecti nulla est curatio morbi. Ouid. in libro de Remedijs 1. Principijs obsta &c. Require supra capitulo de primis motibus reprimendis. De hac quoque materia require plenius infra tractatu de practica medicinae, vbi de regimine sanitatis agitur.

De Corporis pulchritudine secundum philosophos. Cap. XCVIII.

ACTOR. Ad incolumitatem quidem videntur pertinere non tantum sanitas, & fortitudo corporalis, verum & pulchritudo

tudo, & aetas iuuenilis, & huiusmodi, quae omnia vana sunt & quasi flos feni transeunt, secundus philosophus. Quid est pulchritudo flos marcidus, carnalis felicitas humana concupiscentia. Seneca in Hipolito. Res est forma fugax. Idem ad Lucil. epist. 66. Potest autem ex eafa vir magnus exire, potest & ex deformitate corporis animus sedatur, sed pulchritudine animi corpus ornatur. Idem in 80. Cogito mecum quam imbecillo sint animo quorum lacertos humerosque miramur. Petronius. Raram facit mixturam cum sapientia forma. Arist. Si lineis oculis homines vterentur, vt eorum visus obstantia penetraret, nonne in prospectis visceribus etiam pulcherrimum corpus turpissimum videretur. Actor. Hoc verbum Boetius in libro de conf. recitans addit, te igitur pulchrum videri non tua natura, sed spectantium oculo ram facit infirmitas. Valerius libro 4. Quidam excellentis pulchritudinis adolescens (spiritum nomine, cum mira specie complurium feminarum sollicitaret oculos. Ideoque visis ac parentibus earum fe suspensum esse sentiret, oris deorum vulneribus co fudit, deformitatemque sanctitatis suae fidem quam formam irritamentum alienae libidinis esse maluit.

De Eodem secundum poetas. Cap. XCIX.

TIBULLVS lib. 1. Sit procul a nobis forma cui vendere curra. Et precium plena grande referre manu. Ouidius in libro epistol. Sint procul a nobis iuuenes vt femina compta. Idem in libro de arte 1. Forma viros negligit decet. Pessima sit, nulli non sua forma placeat. Delectant etiam castas praeconia formae. Idem in 2. Forma bonum, & spacio carpitur ipsa suo. Nec viole semper nec lilia candida loquent. Idem in lib. de Fastis. Fastus inest pulchris sequiturque superbi formam. Idem in libr. triftium 1. Ita decens facies longis vitabitur annis. Rugaque in antiqua fronte senilis erit. Cumque aliquis dicit, fuit haec formosa dolebis Et speculum mendax esse querere tuum. Scalurius in Bucolicis. Non hoc semper eris, perdunt & gramina flores. Perdit spina ros fas nec semper lilia candent. Nec longum tenet vna comas, nec populos vmbra. Donum fortuna breue nec est commodet annis. Omnia tempus alit tempes rapit vsus in arto. Iuuenalis 4. libro. Mors sola fatetur. Quantum la sunt hominum corpuscula. Rara est concordia formae atque pudicitiae.

De Iuuenali aetate. Cap. C.

ACTOR. Sed nec in iuuenili aetate robore confidendum est quia mors iuuenibus est in insidijs quae senibus est in ianuis. Tullius in lib. de senectute. Frustra igitur sperat adolescens vel promittit se diu viturum. Quid enim stultius quam incerta pro certis habere, quoniam etiam illa aetas multo plures quam senectus habet mortis casus. Facilius enim in morbos adolescens incidunt, grauius egrotant, tristius curantur, in hoc etiam melioris conditionis est senex, quia quod sperat adolescens ipse consecutus est. Ille vult diu viuere iste diu vixit quamquam mihi quidem nec diuturnum videtur quicquam, in quo est aliquid extremum, cum enim id aduenit, tunc id quod preterijt effluxit, hoc tamen remanet quod virtute & recte factis quisque consecutus est. Mors etiam contingit adolescentibus aduerfante & repugnante natura, & ideo graui, senibus vero venit tanquam sponte nulla vi adhibita, & ideo leuis. Sicut ergo poma ex arboribus si cruda sunt vi auelluntur, si matura & cocta decidunt, sic vis adolescentibus vitam aufert, senibus maruitas. Seneca ad Luc. epist. 26. Iunior es quid refert. Incertum est quo loco te mors expectet. Ita tu illum omni loco expecta. Tibullus li 2. Sepe quidem cani nigros lefere capillos. Sepe venit tacito curua senecta pede. Iuue. 3. lib. Festinat enim decurrere velox. Flofculus, anguste misereque breuissima vita. Portio. Qui sine tit. lib. 1. Labitur oculte fallitque volubilis aetas. Et celer admissi labitur annus equis. Cato vbi supra. Tempora longa tibi noli promittere vitae. Quocunq; ingrederis sequitur mors corpocis vmbra. Actor. De hac quoque materia require supra cap. de moribus iuuenum.

De Senili aetate & bono senectutis. Cap. CI.

TULLIUS vbi supra. Quiete & pure atque eleganter aetate placida & leuis est senectus. Nam ipsa bene aetate vitae bene Speculum Doctrinale.

ficiozumque multorum recordatio iucundissima est. Temeritas florentis aetatis, prudentia autem senectutis, vnde qui legere aut audire antiqua voluerit. Maximas res ab adolescentibus labu factas, a senibus autem sustentatas & restitutas reperiet. Decorus est sermo senis quietus & tremulus facitque sepe ipsa sibi audientiam discreti senis compta & mitis oratio. Senectus honesta si ius suum retinet. O preclarum munus aetatis siquidem aufert nobis quod est in adolescentia vitiosissimum scilicet libidinem corporis. Cupidus rerum odiosum & molestum est carere. Satiatis vero & expletis iucundius est carere quam frui. Quanti illa sunt quae afferit senectus animo, tanquam emeritis stipendij libidinis ambitionis & contentionis inimicitiarum & cupiditatum omnium, secum esse fecu que viuere. Si vero & aliquod pabulum habet studij atque doctri nae nihil ociofa senectute iucundius. Apex senectutis est auctoritas vnde in senatu vt quisque aetatem antecedit, eius sententia principatum tenet. Non tamen cani nec ruga auctoritate repente arripere possunt, sed honesta superior aetas fructus capie auctoritatis extremos. Mors etiam contingit adolescentibus &c. Require in praecedenti capitulo. Pistrato tyranno a Solone responsum est quaerenti qua tandem refretus sibi tam audacter resisteret senectute inquit. Val. 6. libro. Pascelius iurisperitus cum de temporibus liberius multa loqueretur, ab amicis ne hoc faceret admonitus, duas res quae hominibus amarissime videntur magnam licentiam praebere sibi respondit senectutem. l. & orbitatem. Idem in 4. Sophocles aetate iam senior, cum ab eo quidam quaereret an etiam rebus ven. reis vteretur. Dicit alias dii meli ora inquit, libenter enim istinc tanquam ex aliqua furiosa donatione protugi. Fulgentius in libro Metrolotij 3. Omnis enim colorate iuuentutis igniculus torpide veterolitat is aegescit, in senio. Seneca ad Lucil. epist. 61. An te senectutem curauit vt bene viuerem, in illa vt bene moriar.

De Incommodis senectutis. Cap. CII.

SECVNDVS philosophus. Quid est senectus optatum malum, S mors viuentium incolumis languor, spirans mors. Ex prouerbij sapientum. Heu quam multa penitenda incurruunt homines viuendo diu. Tull. in lib. de senectute. Nemo tam senex est qui fe anam viuere posse non putet. In studijs laboribusque iuuentutis non intelligitur quando obrepit senectus. Ita sensum sine sensu aetas senescit, nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur. Quintil. ca. 1. Genus infirmillimum seruituris est senex maritus. Virgilius in Georgicis 3. lib. Optima quaeque dies miseris mortalibus cui. Prima fugit subeunt morbi tristisque senectus. Frigidus in venerem senior, frustraque laborem. Ingratum trahit. Horatius in poetria. Multa senem circunueniunt incommodi vel q. Quae rit & iuuentis miser abstinet, & timer vt. Vel quia res omnes timide gelideque ministrat. Dilator ipse longus, iners, audivitque futuri. Difficilis quarulus laudator temporis acti. Se puero castigat, censorque minorum. Maximianus. Tu me sola subdis tibi miseranda senectus. Cui caedit quicquid vincere cuncta solet. Singula turpe seni quondam quaesita referro. Et quod tunc decipit iam modo crimen habet. Stat. tremulus dubiusque senex semperque malorum. Credulus & stultus quae facit ipse timer Laudat praetereitos, praesentes despicias annos. Hic tantum rectum quod sapit esse putat. Se solum doctum se indicat esse peritum. Et quod sit sapiens desipit ipse magis. Desipit auditor, nec desicit ipse loquendo. O sola fortes garrulitate senes. Actor. De hac quoque materia require supra capitulo de moribus senum.

De Remedijs senectutis. Cap. CIII.

TULLIUS vbi supra. Vt autem contra morbum sic contra senectutem pugnandum est, & habenda ratio vtilitatis, vtendum ergo est exercitationibus modicis, & tantum cibi ac potus adhibendum, vt vires reficiantur non opprimantur potest enim exercitatio & temperantia etiam in senectute aliquid pristini roboris conseruare, nec corpori tantu subueniendum est, sed animo multo magis. Nam quod tenes aiunt stultos credulos obliuiosos & dissolutos, non sunt haec vicia senectutis, sed inertis ignaue ac somniculose senectutis. Sicut enim petulantia vel libido magis est adolescentum quam senum, nec tantum omnium adolescentum, sed improborum, sic ista senilis stulticia quae deliratio dicitur, senum est non omnium, sed leuium. Sicut autem adolescentem in quo est senile aliquid, sic & senem in quo est adolescentis aliquid probo. Quod qui sequitur corpore senex esse poterit, animo nunquam. Seneca de natur. libus quaestioibus libro 7. Obic at sibi senectus annos inter studia vna consumpros, & damna aetatis male exempte labor fartia, occupationes reciduntur patrimonioj longa Tomus Secundus L 63

ga cura solvatur, si enim totus animus vacet & ad contemplationem sui saltem in ipso sine respiciat, faciet ac tibi iustitiam & quod breuitatem temporis metiens quicquid commisit est diligenti vicia praesentis vlu recolligere. Requirit supra in lib. praecedenti causa de memoria. Item de remediis contra senectutem. Requirit plenius infra libro de practica medicinae causa de regimine senum.

De Breuitate huius vite. Cap. CIIII.

EX prouerbis sapientum. Homo vite commodatus est non donatus, lex enim vniuersalis est que iubet & nasci & mori. Ita que male viuunt qui se victuros super putant. Seneca de naturalibus que stonibus lib. 1. Fluit tempus & audissimos sui deserit, pendeo & magni est modicum fuisse. Eleganter Lelius quidam dicenti 60. annos habeo, hos inquit 60 dicit quos non habes. Ouid sine titulo libro 1. Labitur occulte, fallitque volubilis aetas. Escheler admittit labitur annus equis. Idem in libro 3. Ludite eunt anni more effluentis aqua. Nec quae praeterit iterum reuocabitur vnda. Nec quae praeterit hora redire potest. Idem in lib. Methamor. 15. Cuncta fluunt, nihil quod toto perlet in orbe. Ipsa quoque aliquid voluunt tempora motu. Non fecus ac flumen, nec enim consistere flumen. Nec leuis aura potest, sed vt vnda impellitur vnda. Viget eadem veniens, vrgetque priorem. Tempora sic fluunt pariter, pariterque sequuntur. Corpora vertuntur nec quod sumulve sumulve. Cras erimus. Idem in lib. de Fallis 6. Tempora labuntur tacitumque senescimus annis. Effugiunt freno non remanente dies. Petronius. Heu heu nos miseros quam totus homuncio nihil est. Nil erimus cuncti postquam nos auferet orcus. Ergo viuamus dum licet esse bene. Maximianus. Cuncta trahit fecu, vertique volubile tempus. Nec patitur certa currere queque via. Iam nihil est totum quod viximus omnia secum. Tempus praeteriens horaque lumina trahit Actor. De hac quoque materia requirit supra capitulo de iuuenili aetate capitulo de Moribus iuuenim.

De Multiplici miseria huius vite secundum philosophos. Cap. CV.

EPULENS in libro de Deo Socratis. Homines quidem ratio ne plaudentes, oratione pollentes, immortalibus animis, sed moribundis membris, leuibus & anxiiis mentibus, brutis & obnoxiiis corporibus, dissimilibus moribus, similibus erroribus tudacia peruaciat, spe pertinaci, callo labore, fortuna caduca, sigillatim mortales, volucer tempore, tarda sapientia, cita morte. Secundus philosophus. Quid est homo mens incantata, phantasma temporis speculator vite, mancipium mortis, transtiens viator loci hospes anima laboriosa, parui temporis habitaculum. Quid est vita, beatorum laetitia, miserorum metuita, expectatio mortis. Plinius in li. de historia naturali 7. Careris animantibus varia tegumenta natura tribuit testas, cortices, coria lanas, fetas, pilos, plumam pennas, squamas, vellera, truncos etiam arbori, quae cortice interdum gemino a frigidibus & calore tuta est, hominem vero tantum nudum & in nuda humo Natali die abicit ad vagitus prostratum & ploratum, nullumque tot animalium aliud ad lachrymas & prostratum in vite principio. Sydonius in epistolari suo lib. 5. O necessitas abiecta nascendi, misera iuuenti dura moriendi. Ex prouerbis sapientum. Homo totiens moritur quotiens amittit suos. Valerius lib. 9. Humanae vite cursus modo aspero, modo tranquillo motu peragitur, spe semper minor, dum & cupide votis extenditur, & vere sine ratione consumitur. Nam & si bene co vti velis etiam paruam amplissimum efficit numerum annorum multitudine superando, vix verisimile est in eripiendo spiritu id est potius se gaudium quod fulmen, & caetera requirit in praecedenti lib. ca. de gaudio. Plautus in aulularia. Imbecilla tantum corpora nobis esse videntur, vt quanto animus infirmior est, spes timor cupiditas auaritia felicem esse non sinunt. Boetius de Consolatione lib. 3. Pecuniam ne congerere conaberis, at eripies habenti. Si dignitibus fulgere velis, danti supplicabis. Et qui praere caeteros honore cupis, potendi humilitate vilescis, potentiam ne desideras subiectorum insidiosi obnoxii periculis subiacabis. Si gloriam petas sed per aspera quaeque distractus securus esse desistis Voluptariam vitam eligis, sed quis non spernat & abicit vilitate fragillissime que rei scilicet corporis seruum. Seneca in Hercule furente. Quacunque miserum videri hominem scias.

De Eodem secundum philosophos. Cap. CVI.

HILDEBERTVS de exilio suo. Hoc est haec hominis super cum tempore labi. Et super quadam conditione moris. Est

hominis nudum nasci nudumque reuerti. Ad matrem nec opes tollere posse suas, esse hominis putre solo fanemque fateri. Et miseris gradibus in cinerem redigi. Istius est heres homo proprietatis. Et illum certius his domiua premia nulla maneat. Res & opes praestantur ei, simulantur ad hunc. Est locuples mane vespere pauper erit. Nemo potest rebus suis assignare manendi. Quae nutus hominis non didicere sequi. Ius illis Deus accipit. Isti utque teneri. Legibusque metu stare vel ire suo. Martialis coquus. Expectant cureque cathenatique labores. Gaudia non remanent, sed fugitiua volant, haec traque manu complexaque affere toto. Sepe fluent immo sit quoque lapsa sinu. Maximianus, O quam dura praemit miseros conditio vite, Nec mors humano subiacet arbitrio. Dulce mori miseris, sed mors optata recedit. At cum tristis erit, praecipitata venit. Morte mori melius quam mortis ducere vitam. Pena minor certam subito proferre ruinam, quam quod perimeas sustinuisse diu. Iam nihil est totum quod viximus, omnia secum. Tempus praeteriens horaque lumina trahit. Sed solus miseris superest post omnia luctus. Quot bona tunc habui, tot modo damna fleo. Nonne placet melius certis considere rebus. Euenit variis res noua semper habet. Felix qui potuit tranquillam ducere vitam. Et laetos stabili claudere hinc dies. Fugientis in lib. Mitologiarum 2. Sola medicina miserarum obliuio est.

De Infelicitate anima degens in hoc mortali corpore secundum philosophos. Cap. CVII.

HILDEBERTVS Corporis huius carcer ea materia compactus est cui facile inheget adnotarum flamma voluptatum. Quis igitur eius incarcerationis calcidici dubitet in quem cineres & fauillam vicinum iaculatur incendium. Sentire fetorem vix aut nunquam gubernator euadet. Nimis itaque difficilis est affectum quo summa corporis nauicula plena est, ad rectorum spiritu minime peruenire, quo plerumque peritus & ipse tam carnaliter carnis morigeratur imperiis, vt cum illa vite molestus affligitur, per ipsa eius imperia viuificationem ipsi in pugnae magnum putat obsequium, cum viuere magnum putat esse supplicium. Idem in persona anime suae de statu suo conquerentis atque plangentis. Loquitur anima. Iam iamque ruentis. Hospita feruili conditione praemor. Triste iugum ceruice gero grauibusque cathenis pro dolor ad mortem non moritura trahor, heu mihi quam docilis. falli quam propra subire. Turpia quam velox ad mea damna fui. Hospitium sponsum mira faber fauerat arte. Quo suscepta breui tempore casta sui. Nam mihi verus, sed origine clarus adulter. Illu sit famula sub referante fores. Multa obloquitur praesentibus imperat vti. Delicis opibus nomine laetant heram, his peruersa modis ceptum peruerit honestum & miseram que vult imperioso trahit. Hospitium lex ista mei his exul ad horam. Obligor hoc sedus sol uet amara dies. Egrediar, sed nescio quo, sed nescio quando. Et fortasse dies iste supremus erit. Est igitur ponenda domus qua libera tristi. Carcere perpetuo iure carere queam.

De Eodem secundum poetas. Cap. CVIII.

PRUDENTIUS vbi supra. Feruent bella horrida feruent. Offibus inclusa fremit & discordibus armis. Non simplex natura hominis, nam viscera limo. Effugiunt praemynt animum: contra ille sereno. Editus afflatu nigrantis carcer cordis. Eduat & sordes inter arte vincit recusat. Galtherus in Alexandride lib. 7. Dum sequitur profugi bona momentanea mundi. Allicie illecebris animam caro: nec fuit esse. Principij memorem, quod eius imaginis instat. Facta sit vt quorsum resoluta carne reuertit. Debeant inde boni subit ignorantia veri. Bernardus in Microcosmo. Velle Dei formatur homo cui corpus ab imis. A superis animus super. Inluit. Velle Dei mixtura modum moderatio nexum. Nexus amicitiam pariat facer. Ne pigeat mentem cecae habitare tenebras, hospitiumque pati graue corporis nec. Propria de carne quae fecisse querelam. Spiritus in propriis subiectior. Vt concors sibi disparitas coniuret amice. Huius ad artis opus comes euocor. Mirari libet in celo stabilita profunde. Mentis & argute primi potentis opus. Mentem de caelo corpus trahit ex elementis. Vt terras habitet corpore mente polum. Mens, corpus diuersa licet iunguntur ad vnum. Vt sacra complacium nexio reddat opus. Diuus erit terrenus erit curabit vtrumque. Consiliis mundum religione Deum. Naturis poterit sic respondere duabus. Et sic principis congruis esse suis. Cum superis commune bonum rationis habeat. Distrahet a superis linea parua hominem.

De

De Tedio huius vite. Cap. CIX.

HILDEBERTVS. Caro enim viuificationis officium amat, tantamque cum eo pacem pepigit, vt si quid ei contrarium nouerit & implacabili odio abhorreat, & curiosa solitudine aueretur, quae cum ita sint tantum tamen amorem tamque germanum sedus plerumque superuenientes irruunt moleste, quibus excitata caro ad viuificationis odium, spiritum sollicitat ad consentium, quia sicut illecebrarum desiderio, sic perniciosae commouetur anxietate sollicitudinum. Quibus dum venatrix illa deliciarum diu subesse diu fatigari formidat paulatim incipit tedere vite, placentque viuificationis gratiam abiurare, cuius odium permixtis incommodis amarefcunt. Nascitur inde turpis ac ridiculosus mortis appetitus nequam felicitate pgenies & qui modo vippereos suos plerumque suffocat & extinguit genitores. Nonnullos etenim tua tempora quoque habuere, quos vel ad loquendum egit dolor amiffus pecunia. Nam de veteribus quid loquar quorum mortes simili prouocatas infania veridicis assertionibus nequaquam poeta tacerunt. Num recolis idem te arctatum cum aetate mortis originem suppositis decantares versiculis. Cum placeat carni vt viuificetur a mercede. Hoc animae obsequium, cum enenit vt diuturnus. Fracta malis vitam fastidiat abdicet annos. Malit obire semel quam sepius atque supra. Morte rapi, quam tot praesentibus esse superstes. Sed licet non est homicida voluntas. Donec declinat faueatque vxorius illi. Spiritus huic stimulis & blanditate subactio gignitur excessus, quia dum caro clamant eamque Spiritus exaudit consensu culpa creatur. Inque creando nephas caro sit spiritus vxoris. Eusebius in Cronica. Anno imperij Augusti. Marcus Porcius Caro latinus declamator tedio duplicis quae tang semetipsum interfecit.

Quam non sit ad mortem citandum praesidium vna secundum philosophos. Cap. CX.

SENECA ad Lucil. epistola 24. Quotidie morimur, quot idie Senim demitur aliqua pars vitae, & tunc quoque cum crescimus vita decrescit. Ridiculum est currere ad mortem tedio vite. Vir fortis ac sapiens non debet e vita fugere, sed exire. Idem in 78. Nec vita sit tedio, nec mors timori, vitam enim in odium sui adducere solet inere ocium, hisque necesse est omnem vitam breuem videri, qui illam voluptatibus vanis, & ideo infinitis, metiuntur in terim, hoc tene hoc morde aduersus non succumbere letis non cre dere. omnem fortuna licentiam in oculis habere tanquam quicquid potest facere factura sit, quicquid enim expectatum est diu, leuius accedit. Quintus Curtius lib. 4. Fortium virorum est magis mortem contemnere quam vitam odisse. Valerius Maximus lib. 9. Ratio vitam eligere, in mortem non timere praecipit. Epicurus. Ridiculum est currere ad mortem tedio vite, quid tam ridiculum quam appetere mortem cum vitam in quietam tibi feceris metu mortis. Macrobius in lib. de somno Scipionis 1. Requirit infra ca. de bona morte appetenda.

De Eodem secundum poetas. Cap. CXI.

VALERIVS lib. 5. Seuicia est voluisse moti. Galtherus in Alexand. lib. 6. Fortis animi est contemnere vitam non odisse tamen vitam, sed amare virorum est. Degeatere & quos constat tedere laboris, compelluntur ad hoc vt vitam ducere vile quid reputent quid mirum ignauo viuere mors est. Martialis coquus. Hoste eum fugeret se fauuius ipse peremit. Hic Rogonū furor est ne moriari mori. Idem. Quod nimium laudas Charemon stoice morte. Vis animum mirer suspicantemque tuum, hunc tibi virtutem fracta facit vceus anfa. Et tristis nullo qui repet igne focus. Rebus in angustis facile contemnere vitam. Fortiter ille facit qui miser esse potest.

De Necessitate moriendi. Cap. CXII.

SECVNDVS philosophus. Quid est mors eternum somnus diuitum pauor, pauperum desiderium in euitabilis euentus, latro hominis, fuga vite, resolutio omnium. Ex prouerbis sapientum. Homo vite commodatus non donatus. Hyratus in poetria. Debemus morti nos nostraque. Item mortalia facta peribunt, & adhuc sub iudice lis est. Ouidius in libro epist. Occurrunt animo pariendi mille figure. Morisque minus pene quam mora mortis habet. Idem in libro Meth. 10. Omnia debentur morti, paululumque morari. Serius aut citius sedem properamus ad imam. Tondi

mus hac omnes haec est domus vltima. Idem sine titulo lib. 4. Scilicet omne sacrum mors importuna prophanat. Omnibus obsecras inicit il a manus. Viue pius. Moriere pius, cole sacra colente. Mo: stamen a templis in caua busta trahit Claudianus in minor. Quicquid liquidus complectitur aer. Quicquid alit tellus quicquid maris equora verrunt. Quod fluij voluunt. quod nutrice paludes. Cuncta tuis pariter cedunt animalia regni. Lunari subiecta, globo qui septimus auras. Ambient & aeternis mortalia separatastris. Sub tua purpurei venient vestigia reges. Deposito luxu turba cum paupere mixti. Omnia mors equat. Maximianus. Ortus suos cuncta reperunt, matremque requirunt. Et redit in nihilum quod fuit ante nihil. Lucanus. Communis mundo superest rogas, caput omnia tellus. Quae genuit, caelo tegitur qui non habet vnam. Statius in Thebaide. Mille modis letis miseros mors vna fatigat. Prosper vbi supra. Ferro pelte fama uinculis ardore calore. Mille monis miseros mors rapit una homines. Ennodius. Non expectatis mors uenit ordinibus. Serlo. Mors omne durum, praesens graue, triste futurum. Fine carens finis, & plena ruina ruinis. Actor. De hac quoque materia requirit superius causa de iuuenili aetate, & iterum causa de labilitate uitae inferius ca. de mortis equitate.

De Ipsaratione sui contra mortem. Cap. CXIII.

TVLTIUS vbi supra. Meditatum esse debet ab adolescentia vt mortem negligamus, sine qua meditatione tranquillo animo nemo esse potest, cum certissime moriendum sit, & quo incertum tempore. Sapientissimus quisque equissimo animo moritur, nec eum vixisse penitet qui ita vixit vt non frustra se natum existimet, & ex hac vita discedat tanquam ex hospitio non ex domo comorandi enim diuersorium natura nobis dedit non habitandi. Idem in lib. de Paradoxis. Mors terribilis est his quorum cum vita omnia extinguuntur, non his quorum laus emori non potest. Idem in Tusc. lib. 1. Tota philosophorum vita (vt ait Cato) commentatio mortis est. Nam quid aliud agimus cum a voluptatibus carnis & a re familiari quae est ministra corporis, & a reipubl. negotiis animum seuo camus, nisi quod ipsum animum ad seipsum uocamus, maximaeque a corpore abducimus, secumque esse cogimus. Animum autem a corpore se cernere nihil aliud est quam mori discere. Hoc ergo mihi crede commentemur, nosque a corpore seungamus id est mori consuefcamus. Idem in oratione, ut interficiantur deprehensi. Nequaquam uiro forti turpis mors accidere potest. Vegetius reuatus de re militari lib. 1. Mortem minus timet, qui minus deliciarum nouit in uita. Seneca in Agamemnone. O quam miserum est necesse mori. Idem ad Lucil. epistola 4. Plerumque inter mortis necum & uitae tormenta miser fluctuat, & uiuere nolunt & mori nesciunt. facitque tu tibi iocundam uitam omne n pro illa sollicitudinem proponendo. Nullum bonum adiuuat habentem, nisi ad cuius amiffionem praeparatus est animus. Idem in 16. Qui mori didicidit, natura seruire didicidit supra omnem potentiam est, certe extra omnem. Quid ad illum carcer & custodia & claustra, liberum hostium habet, una est cathena que nos alligatos tenet amor uitae. Idem in 54. Nilum lauda & imitari quem non piget mori cum iuuat uiuere, quae est enim uirtus cu cicitatis exire. Sapiens nil inuitus facit, necessitatem estugit quia uult quod coactura est. Petronius Heu heu nos miseros quam totus homuncio nil est. Nil erimus ex ncti postquam nos auferetur orcus. Ergo uiuamus dum licet esse bene, ego sic temper & ubiq; uixi ut ultimam quamque lucem tanquam non redituram consummem. Verificator. Ne sis securus hodie uel cras moriturus. Intus siue foris est plurima causa timoris. Cunctis sis horis hominis memor interioris. Actor. De hac iterum materia requirit in li. praecedenti ca de prouid entia.

De Contemptu mortis secundum Philosophos. Cap. CXIII.

VALERIVS libro 9. Corporis & animae societas infirmo uinculo coherens dirimitur, minimoque studio bonum retinendum est, cuius caduca possessio tam leui afflatu uiolentiae concussa dilabi potest. Varro in sententiis. Cum natura litigat qui mori graue fert, duplexque malum est cum moleste ferimus quod necesse est. Seneca in libro de Remedijs fortuitorum. Stultum est timere quod uitare non possis, optimumque est mori cu iuuat uiuere. Idem in li. de naturalibus quonibus 3. Pa filla res est hominis uita, licet ingens res contritus uitae, hac qui co tpsperit securus uidebit Maria turbari. Securus aspiciet horridam faciem summantis caeli. Quid ad me quam magna sint quibus pereat, ipsum perire non magnum est, prouidenda uoluntate felices



felices nec hominum nec rerum timore versari, anima in expedi- mento habenda est. Idem in libro 6. Contemne mortem, & om- nia que ad mortem ducunt contempe sunt, siue bella siue nau- fragia siue ruinarum pondera. Nunquid amplius facere possunt quam vt corpus ab anima resoluatur, hoc nulla diligentia curat, nulla felicitas donat, nulla potentia euincit. O re- demenrum & oblitum fragilitatis tue, si nunc mortem tantum ti- mes cum tonat, viues si fulmen elugetis. Repetet te gladius, petet lapis, petet bilis, non maximum ex periculis, sed speciosis- simum fulmen est totum si sensum mortis tue celeritas, iusfinita proueniet. Iratis dijs propitiisque moriendum est. Animus au- tem ex ipsa desperatione fumatur. Idem in libro declinationum. 3. Crudelius est, quam mori semper timere mortem. Idem in Troade Opranda mors est sine mortis metu mori. Idem in Tyo- ste. Abeant quatuor, discedat timor vite nixus audis est, qui- quis non vult mundo secum perente mori. Idem in Hercule Aetho. Nusquam ille miser est cui facile est mori.

De eodem secundum poetam. Cap. CXV.

Idem ad Lucil. epistola 26. Quae querela est, quod incommo- dum si quicquid debeat desinere desit, & quae exitus melior quam in suam natura solente dilabi. Idem in libro 34. In hoc mi fallor erramus, quod mortem sequi iudicamus cum illa & praeserit, & secutura sit. Quicquid enim ante nos fuit mors est. Idem in 77. Nemo tam imperitus est, ut nesciat quandoque sibi moriendum esse, & tam cum prope accesserit tergieratur, tremit, plorat. nonne tibi videri stultissimum quae fleueris, quod ante mille annos non vixeris. Eque stultus est, quae flet, quod post mille annos non uiuet, haec paria sunt, non eris, non fuisti, vtriusque tempus alienum est, quod flet ad hanc legem natus, quid noui est omnibus accidit. Idem in 82. Non autem est mors gloriosa, sed fortem mori gloriosum est, quae dementia est fugere, cum retro ire non possis. Tull. in Philippica. 8. Tur- pis fuga mortis omni morte peior est. Idem in Tuscul. libro se- cundo. Qui (non modo, quia mori necesse est, verumetiam quia nihil mors habet, quod sit horrendum) mortem non timet, magnum sibi praesidium ad beatam vitam comparat. Valerius libro septimo. Theodorus Cyrenicus cum regem Lyfimachum in crepasset, & ob hoc eum illa cruci affigi iussisset, terribilis ac hoc sit purpuratis tuis, mea siquidem nihil interest humi au in iu sublimi putrefcam. Cato ubi supra. Fac tibi proponas mor- tem non esse timendam. Quae bona si non est, siuis tamen illa malorum. Non metuit mortem qui scit contemere vitam. Lucanus libro octauo. Mors vltima poena est, nec metuenda vitis.

De Bona morte appetenda. Cap. CXVI.

Macrobis in libro primo, de somnio Scipionis. Plato in Phedrone diffinit homini non esse sua sponte moriendum, sed in eodem iterum dialogo idem dicit mortem philosophanti- bus appetendam, & ipsam philosophiam esse meditationem moriendi, haec sibi contraria esse videntur, sed non est ita. Nam Plato duas motes hominis nouit, quarum vnam natura, altera virtutes praestant, homo enim moritur cum anima corpus relin- quit solum lege naturae. Mori autem dicitur, cum anima ad- huc in corpore constituta corporeas illecebras philosophia docen- te contemnit, & cupiditatum dulces insidias reliquasque omnes exurit passiones. Et hanc mortem dicit Plato sapientibus appe- tendam. Illam vero quam omnibus natura constituit, cogi uel inferri vel accersiri vetat. Mercurius Trimegistus ad Asclepium. Nos quidem piissimus uotis optamus si diuina placeret pietati, vt nos mundana custodia absolutos. superioris parus natura resi- tuat, & haec est merces pie sub Deo diligenter cum mundo vi- uentibus. Quid in libro Methamor. tertio. Vltima semper expe- ctanda dies homini est, dicitur beatus. Ante obitum nemo su- premaque funera debet. Idem in lib. epi. Occurrunt animo pereun- ti mille figure. Morsque minus poenae quam mora mortis haec. Ma- ximianus. Morte mori melius quam mortis ducere vitam. Poena minor certam subito proferre ruinam. Quam quod pertineas sustinuisse diu. Felix qui potuit tranquillam ducere vitam. Et latos stabili claudere sine dies. Martialis coquus. Dicitur defe- cta moderat carmina lingua. Cantator Cignus funeris ipse sui. Catifredus in poetria noua. Quandoquidem mortem si non vi- tare necesse. Transfert in formam virtutis.

De Compendio mortis. Cap. CXVII.

Actor iccirco nec mors praecipue miseris non modo, non est formidabilis, uerumetiam optabilis, quia finis est miseria- rum, requies laborum naturalis, debiti solutio, parulorum cu- ratio, carceris effractio, exilij quoque liberatio, & ad patriam re- gressio, meritum reuelatio, philosophiae consummatio. Hinc etiam Solonis Atheniensis (vnius vocat ex illis. 7. qui primum in Graecia sapientes appellati floruerunt) in philosophia legitur esse elegans illa sententia. Felicitatis index est dies vltimus, & appel- lationis honorem sapienti confirmat rogus. Siquidem rerum initia debentur fortunae, philosophiam solus consecrat finis. Ze- non quoque stoicus haec etiam collatione vltus est, vt refert Seno- ce. Nullum malum gloriosum est, mors autem gloriosa est, mors ergo malum non est. Vnde & ipse Zeno in manu sibi intulit, ut post mortem felicius viueret sicut dicit Lactantius. Salustius in katilinario. In luctu atque miseri s mors erummarum requies est non cruciatus. Seneca ad Lucil. epistola 24. Multum fuit Char- taginem vincere, sed amplius mortem. Adeo mors timenda non est, vt beneficio eius nihil ante ferendum sit aut timendum. Idem in Agamennone. Rudis atque tyrannus est morte que poenam exigit. Idem in libro de naturalibus quaestionibus 3. Mors est lex tribuam officiumque mortalium, malorumque omnium reme- dium. O prauit illam qui quis timet, mortis ergo nomen ne for- mides. Effice illam cogitatione multa tibi familiaris, vt si ita tu- leris, possis ei & obuiam exire. Idem in lib. de remed fortitorum. Optimum quoque est mori cum uiuat uiuere. Ex prouerbijs sa- pientum. Dum vita est gratia conditio mortis est optima. Boe- tius de consola. lib. 1. Mors hominum salus qua se nec dulcibus an- nis. Ingeit, & melius sepe vocata venit. Quid sine titulo libro secundo. Passitur in vnius liuor, post facta quiescit. Cum suus ex merito quisque tuerur honor. Iuue. libro quarto. Mors sola late- tur quantula sunt hominum corpuscula. Valerius libro sexto. Ha- maue felicitatis appellationem rogus consummat, qui se incurfui malorum abicit.

De Aequitate mortis. Cap. CXVIII.

Seneca de naturalibus quaestionibus libro tertio. Hoc etiam ha- bet inter omnia iustitia suae natura praecipuum, quod cum ad exitum ventum est, omnes in aequo sumus, nihil interest, vtrum me lapis laedat, an totus mons primat. Egregie Vagellius i il- lo inuclyo carmine, si cadendum inquit mihi est, e caelo cecidisse velim. Boetius de consola. libro secundo. Mores spernit alteram gloriam, inuoluit humile pariter & celsum caput aequatque sum- mis infima. Horatius in libro carminum odatum. Pallida mors aequo pulsat pede. pauperum tabernas, regumque turres. Vita sum- ma breuis, omnes mors una manet. Equa tellus pauperi recludit- tur regumque pueris. Mors vltima rerum linea est. Claudianus in minori. omnia mors equas tu damnatura nocentes. Tu re- quiem datura pijs te iudice fontes. Impia cogentur uita commif- fa fateri. Hildebertus Canonianensis. Inter opes & delicias po- pulique fauores. Hoc animus recolat hoc tua lingua sonet. Mors dominum seruo, mors sceptru legibus aequat. Dissimiles si- mili conditione trahens. Actor. De hac quoque materia requi- re supra cap. de necessitate moriendi. capit. quoque de compen- dio mortis.

De Potentia. Cap. CXIX.

Actor dicto de his que pertinent ad incolumitatem vite cor- poralis suae tuendam, siue reparandam siue etiam amore virtutis aut desiderio vite melioris contemendam. Restat di- cendum de potentia quam ponit. Tullius esse secundam partem vel speciem uilicatis. Potentia tamen amplitudinem & gloriam in secundo genere constituit honestatis, sicut de diuitiis superioris dictum est. Tull. in rhe. prima. Potentia est ad sua conseruanda, & alterius obtinenda idonea rerum facultas. Sydonius in episto- lari suo libro secundo. Quidam vis vasque commune supergreff- si summam beatitudinem summam potestatem putant, hoc ipso- fati misericordes quod parum intelligunt se inquietissimo famu- latui subiaccere. Nam sicut hominibus reges, ita regibus domi- nandi desideria dominantur. Actor. Neque igitur tempora- li potentie fidendum est, aut inuitendum vel ad eam aspiran- dum, tum quia superbia materia est, tum etiam, quia sicut dicit poeta vix illa potentia longa est. De hac autem materia re- quire plenius in precedenti libro tractatu de ramis superbia, vi- delicet cap. de ambitione cap. quoque de principatu vel hono- re recusandum, & iterum in hoc eodem libro superius cap. de dignitate.

De

De Fortuna. Cap. CXX.

Quoniam autem eorum que expetuntur, quaedam transitoria sunt & caduca ac mutabilitate fortunae subiecta videlicet ea que dicuntur uilia. Verbigraia, dignitas, amplitudo, diuitie & potentia. Quaedam vero fortunae subiecta non sunt, sed hominem liberam & quodammodo felicem in hac uita consti- tuunt, ac de felicitate futura securam reddunt, ut ea que dicuntur honesta. Dico de vtroque rerum expectandarum genere, qua- rum uidelicet appetitu formantur hominum mores in melius vel in peius. Restat dicendum de ambiguitate seu mutabilitate for- tuna, & vtraque ipsius facie prospera videlicet & aduersa. Ad extremum vero de vtraque felicitate praesenti videlicet & futu- ra, nihilominus etiam de hac materia colligendo philosophorum dicta. Nam & ipsi quamuis gratiae diuinae gratificantis exortes recteque fidei expertes essent quodam tamen naturali rationis du- ctu (quo etiam multa vera de vnius deitatis aeternitate, & anima- rum perpetuitate senserunt atque scripserunt) ista fortunae bo- na vana & caduca despicientes, virtutum formam experte secta- bantur, per quam etiam ad felicitatem cotendebant, quam etiam in praesenti uiturum perfectione se adeptos vel ademptos puta- bant, & de futura sibi post mortem blandiebantur. Primo itaque de vtraque fortuna coniunctim dicendum est. Boetius in libro consola. 1. Quantas rerum lubrica versat fortuna uices. Praemit in- fontes debita sceleri uoxia poena. At peruersi resident cello mo- res solio sanctaque calcant. Latet obcuris condita virtus clara tenebris. Idem in secundo. Ego plus hominibus reor aduersam que prospera prodesse fortunam, illa semper spem felicitatis cum videtur blanda mentitur, haec semper vera est cum se instabilem mutatione demonstrat illa fallit, haec instruit postremo felix a ve- ro bono blanditis deusio trahit, aduersa plerumque ad vera bo- na reducens vno retrahit. An hoc etiam inter minima estiman- dum putas, quod amicorum tibi fidelium mentes, haec aspera haec horribilis detegit, haec tibi certos sodalium vultus ambiguoque fecerit. Illa discedens suos auferit tuos relinquit. Idem in libro quarto. Eorum que in processione vel profectu uel ademptione vir- tutis sunt, omnem quamcumque sit bonam iudico, in improbita- te vero manentibus omnem pessimam esse fortunam. Quin- tus Curtius libro quarto. Et calamitas querela est, & felicitas in- solens ac superba.

De ambiguitate fortuna. Cap. CXXI.

Ex prouerbijs sapientum. Fortuna interea est, quae cum splen- der frangitur fortunam citius reperias quam retineas, male ipsa geritur, qui quid sub fortunae fide geritur. Terentius in Adel- phis. Ita vita est hominum quasi cum laudat theseris. Illud quod maxime iactu est opus non cadit, forte vt illud quod cecidit arte corrigas. Tullius in retho. 2. Sola virtus in sua potestate est, omnia preter eam sub fortuna subiecta sunt dominatione. Errant autem qui in prosperis rebus omnes impetus fortunae fig- gite se putant, sapienter autem cogitant qui in temporibus se- cundis aduersos casus formidant. Seneca ad Lucil. epistola octa- ua. Vitae ergo quaecumque vulgo placent, ad omne fortune bonum suspiciosi pauidique subistite. Nam & fera & piscis ali- qua spe oblectante decipitur, munera ista fortunae putat, insidia sunt, quisquis tutam agere vitam uolet, viscata beneficia ista de- uiter, in praecipiti cursu iste deducit, huius eminentis vite exitus, deinde ne resistere quidem licet cum conceperit transfuersos agere felicitas. Scitote tam bene hominem culmo regi quam auro. Co- gitato nil preter animum esse mirabile, cui magno nihil magnum est. Non est tuum fortuna quod fecit tuum.

De eodem secundum poetam. Cap. CXXII.

Hildebertus de exilio suo. Nuper eram locuples multique beatus amicis. Et risere diu propria fata mihi. Saepo mihi dixique tuam tam prospera rerum. Quid sibi vult tantus, tam cito ager opum. Heu mihi nulla fides nulla est constantia rebus. Res ipse quid sint mobilitate docent. Res hominum atque homines leuis aera versatur in horas. Et venit a summo summa ruina gra- du. Cuncta ideo accipiti pendunt mortalia casu. Et spondent propria mobilitate fugam. Quicquid habes hodie cras te forsate relinquet. Aut modo dum loqueris desinet esse tuum. Has ludit fortuna vices regesque superbos. Aut ser- uos humiles non finit esse diu. Illa dolosa comes sola leni- tate fidelis. Non impune sauet aut sine fine praemit. Illa mi-

De Mutabilitate eiusdem. Cap. CXXIII.

Tullius Celsus libro primo. Conuenit Deus immortalis, quae grauius homines ex commutatione rerum doleant quos pro- scelere eorum ulcisci uoluit, his secundarios interdum res & diu- turniorem impunitatem concedere. Idem in libro quarto. For- tuna plerumque eos quos plurimis beneficijs ornauit, ad duriore- casum referuat. Boetius de consola. libro secundo. Quis subita rerum mutatio non sine quasi quodam fluctu contingit animo- rum. In omni aduersitate fortunae infelicissimum infortunij ge- nus est fuisse felicem. Valerius libro quinto. Optima vindex est insolentiae uarietas conditionis humanae. Idem in libro sexto. Alcibiadem quasi duae fortunae partite sunt, altera quae ei nobilitatem eximiam, abundantes diuitias, forma praestantissimam fa- uorem ciuium propensum summa imperia, praecipue potentiae vires flagrantissimum ingenium assignaret, altera quae damnatio- nem exilium, inopiam, odium patrie, violentam mortem inflige- ret, ne autem haec aut illa vniuersa sed varia perplexa fredo et lai- que similia. Dionysius cum hereditatis nomine a patre Syracu- sanorum ac poena totius Syacilij Tyrannidem accepisset, maxima- rum opum dominus exercituum dux, rector clarissimum, potens equi- tatum, tandem propter inopiam literas puerulos Corinthi do- cuit, eodemque tempore tanta mutatione maiore facta ne quis nimis fortunae crederet magister ludi factus ex Titano mouit. Idem in libro nono. Hamaxas vite cursus modo aspero, modo tranquillo motu peragitur, spe semper miuor, dum & cupidae uois extenditur, & fere sine ratione consumitur. Salustius in katilinario. Fortuna simul cum moribus mutatur. Seneca de naturalibus quaestionibus libro septimo. Nescit fortuna quiesce- re letis gaudet tristitia misceat. Itaque secundis nemo condat, ad ueris nemo desiciat, alterne sunt uices rerum. Idem in declama- tionibus libro quarto. Ludit de suis fortuna muneribus que de- dit auferit, quae abstulit reddit. Nec vnquam tutius est illam expe- riri, quam cum locum iniuriarum non habet. Idem in Tyeste. Res Deos nostras celeri citatas turbine uersat. Et prouerbijs sapien- tum. Leuis est fortuna cito reposcit quod dedit. Quid. in libro tritium tertio. Largitur quodcumque liber fortuna rapit- que. Est gracilis subito qui modo crosus erat. Cato in libro de moribus. Labitur exiguo quod paruum est tempore longo. In- dulget fortuna malis, vt ledere possit. Fronte capillata post hoc occasio calua.

De Aduersitate fortunae. Cap. CXXIII.

Quintus Curtius libro septimo. Facilius est aduersam quam pro speram regere fortunam. Seneca in Hercule Aetho. Fortuna peior amorem inflammat magis. Boetius de consola. li- bro secundo. In omni aduersitate fortuna infelicissimum infortu- nij genus est fuisse felicem. Valerius libro septimo. Solon aiebat si uiam in locum mala sua cuncti contulissent, futurum ut pro- priam deportare domum quam ex communi miseriarum aceruo portionem suam ferre mallent. Quo colligebat non oportere nos que fortuito patimur praecipue & intollerabilis amaritudi- nis iudicare. Ouidius in libro de Poeta. Fortuna miserrima tuta est, nam timor euentus deterioris abest. Idem in libro tritium. 1. Tot mala sum passus quot, in aethere sydera lucent. Paruaque quot sicca corpora puluis habet. Idem in libro quarto. Li- zora quot conchas quot amena rosaria flores. Quotque sopori- ferum grana papauer habet. Sylua feras quot alit, quod picibus unda natatur. Tot premor aduersis. Virgilius in libro 6. Aeneid. Non mihi si linguae sint centum, corpora centum. Ferrea vox omnes celerum deprendere, formas. Omnia poenarum percurrere nomina possum.

De

TULLIUS in libro de off. Panotius auditorem & familiarem suum Africanum solitum ait dicere, ut equos propter crebras contiones praetiorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent, ut his facilius possint uti, sic homines secundis rebus effertatos, sibi que praedentes tanquam in gyrum rationis & doctrinae duci oportet: ut percipiant rerum humanarum imbecillitatem varietatemque fortuna. In rebus autem prosperis superbia fugienda est, & arrogantia. Nam ut aduersas res, sic & secundas immoderate ferre lauitatis est. Salustius in Catilinario. Secundae res etiam sapientum animos fatigant. Terentius in Phormione. Dum maxime hominum secundae sunt res, tunc maxime meditari eum oportet, quo pacto aduersam eorum nam ferat, ne quid animo sit nouum, & sic quicquid praeter spem euenient in lucro deputare. Claudianus in minori. Disuasor honesti luxus, & humanas oblimat copia mentes. Seneca in Hippolyto. Honestam quaedam scelera successu facit. Valerius libro primo. Lenis gradu ad vindictam sui diuina procedit ira. Tarditatemque sui grauitate supplicij componat. Horatius in libro epistolarum. Quam res plus nimio delectare secunda. Mutare quatiens. Tam quamcunque Deus tibi fortuna uerit horam. Grata sunt manu. Idem in libro sermonum. Multorum ingenium res aduersae nudate solent. Celare secunda. Ouidius in libro de arte. Luxuriante animi rebus plerumque secundis. Nec facile est aqua commoda mente pati. Prosper ubi supra. Qui se peccatis gaudet feliciter uti. Infelix nimis est prosperitate sua. Grandaeus ubi supra. Quo magis optatur, magis effluit, omnia lapsum. Spondent, & citius sunt prospera prorupta ruina. Infidus ponit semper fors aspera, blandas. Anticipatque lugam, meliori fortuna repperit. Syrenes exemplar habe, docearis in illis. Casibus in letis semper peiora caure. Res fortunata secundas imperat esse breues. Breuis est distantia leti. Omnis & uellit, nox est vicina diei. Actor. De hac quoque materia require supra cap. de ambiguitate & mutabilitate fortuna.

BONITUS in libro de consola. 2. Impreciosam estimet quis salutem abituram, an cara sit fortuna praesens nec manentis fida. Et cum discesserit alta turba merorem. Non quod ante oculos situm est sufficit intueri. Rerum exitus prudentia metit, quam multis amariu diuibus humanae felicitatis dulcedo resperfa est, quae & si fruendi iocunda uideatur, tamen quo minus habeat cura uelit retineri non potest. Varro. Non est felicitas quae secuta recipit miseriam. Ex prouerbij sapientum. Nulla tamen bona fortuna qua nihil possis queri. Martialis coquus. Fortuna multis dat nimis, & nulli facis. Tullius in lib. de Paradoxis. O qui te beatum qui te florentem putas, te in inferis te erumne praerunt, te tue libidines torquent, tu die noctuque cruciaris, cui nec fatis est, quod est, & id ipsum ne non diu futurum sit times, te conscientiae stimulant malefactorum tuorum, te metus examinant iudiciorum atque legum. Seneca in declamationibus libro quarto. Acrior est cupiditas ignota cognoscendi quam uota repetendi. Prosper ubi supra. Qui se peccatis gaudet feliciter uti. Infelix nimis est prosperitate sua. Cato ubi supra. Cum fueris felix, quae sunt aduersa cauet. Non eodem cursu respondent ultima primis. Ouidius Fastorum sexto. Scilicet interdum miscentur tristia laetis. Actor. De hac quoque materia require satis in praecedentibus capitulis de fortuna. In lib. quoque praecedenti de intelligentia & rerum estimatione.

TULLIUS in Philippica secunda. Optimus est portus peruenti mutatio consilij. Idem in lib. de Paradoxis. Sicut autem improbo & stulto & inerti nunquam bene potest esse sic bonus vir & sapiens & fortis miser esse, non potest, non peccata rerum uentura sed uitij hominum metienda sunt. Idem in oratione de responsis aurspicum. Miseriores eum in omnem fraudem oculis reperis, quam si omnino oculos non habueris. Seneca in Hercule Aethio. Nunquam est ille miser cui facile est mori. Statius in Thebaide libro nono. Mille modis leti miseris mors una fatigat. Virgilius in Geor. libro tertio. Optima queque dies miseris mortalibus eui. Prima fugit, subeunt morbi tristisque senectus. Frigidus in uenerem senior frustra que labore. Ingratum trahit. Ouidius in libro de nuce. Res timida est omnis miser. Idem in libro de Ponto. Crede mihi miseris prudentia priore reliquit. Et sensus cum re consiliumque fugit. Idem in li.

bro epist Ingenium nimis deficit omne malis. Actor. De hac quoque materia require supra cap. de multiplici huius uita misericordia.

ARISTOTELES in libro de vegetabilibus. Tria sunt, ut ait Empedocles in tota rerum varietate praecipua, scilicet mobilis affluentia contemptus future felicitatis appetitus, mentis illustratio. Quorum primo nihil honestius, secundo nihil felicitius, tertio nihil ad amborum adeptionem efficacius. Tullius in oratione sua pridie quam iret in exilium. Praesentes fructus negligamus, posteritatis gloriae feruemus, spernemus, quod uolumus, quod acciderit feramus. Idem in oratione pro domo sua. Caduca sunt & mobilia non uirtutis atque ingenij, sed temporum munera quorum non tam facultas & copia extendenda est, quam in urendo ratio, & in carendo patientia. Idem in Tusculano libro quinto. Non sunt ea bona dicenda nec habenda, quibus abundanter licet esse miserum. Tardis mentibus uirtus non facile committitur. Varro. Nunc in segetibus aiunt in herbis in frumentis bona sunt, nolite ibi nimiam spem habere. Sepe audiui inter os & offam multa interuenire posse, uerum inter herbam & offam longum interuallum est. Seneca ad Lucil. epistola 15. Discedunt aliquando ista bona infidiosa, & sperantibus meliora quam adsecutus. Si quid in illis esset solidi aliquando implorent, nunc autem haurientium sitim coactant. Idem in decimo octauo. Diuitiarum possessionem tibi non interdico, sed efficere uolo, ut illas intrepidus possideas, quod uno modo consequeris, si te etiam sine illis beate uicturum tibi persuasueris, si illas tanquam ituras aspexeris. Idem in 22. Quod male implicuisti solus potius quam obrumpas. Dummodo si alia ratio soluendi non erit, necesse est, ut abrupas. Nemo tamen timidus est, ut malit semper pendere, quam semel cadere. Idem in 62. Contemnere aliquis omnia potest, habere omnia nemo potest. Itaque breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarum uia est. Idem in 74. Aut ista bona non sunt quae uocantur. Aut homo felicitior Deo est, quoniam quae parata sunt nobis Deus non habet in usu. Neque enim opes nec repositum laetitiae, nec quicquam ex his hominem inescantibus ad eum pertinet. Idem in 84. Relinque diuitias aut periculum aut onus possidere possidentium, relinque uoluptates, molliunt enim & exeruant. Relinque amborum timida res est uana & uentosa, nullum habet terminum, laborat duplici inuidia cui inuidet & inuidet. Idem in libro de remed. fornicitorum. Pauperas tibi grauis est immo tu paupertatis. Illa enim expedita est hilaris tuta, tu opinione laboras, non re, pecuniam si perdidisti, eris nunc in uia expeditior domi tuator. Quod damnatum putas remedium est. Dives genus miserum, te calamitas quod opibus excullus es, tuo initio ista tibi iactura tristis est non tam moleste perditas ferres, si tanquam perditurus habuisses. Naufragium fecisti, cogita non quid perdidisti, sed quod euaseris.

VALERIUS libro 8. Anaxagoras post longam peregrinationem pro studio sapientiae in patriam reuersus cum possessiones desertas uideret, non esse ego inquit salus, nisi iste persisteret. Actor. Crates philosophus Thebanus fuisse dicitur natione, de quo legitur, quod magnum pondus auri in mare proiecerit, dicens. Abite pessime diuitiae, ego uos mergam, ne ego mergar a uobis. Stilbon autem magister eius ipse est quem epra Epicuri insequitur. Qui capta patria, & amissa uxorem, & liberis cum ex incendio solus exiret publico, interroganti Demetrio, cui cognomen ab exitio uirium polio ceres fuit, nunquid omnia perdidisset, omnia inquit bona mea mecum porto, peccato re enim illa gestabat non humeris. Dydimus ad Alexandrum. Nos non sumus incolae mundi, sed aduene, nec ita in orbem terratum uenimus, ut in eo libeat consistere sed transire, praeramus enim ad larem patrium. Nullis delictorum ponderibus praegratiati, nec aliquibus illecebrarum tabernaculis commorantes, nec flagitiorum cauponibus obligati. Nihil n. indecorum pena contemnimus, quippe qui nuda conscientia fronte progredimur ut expe diat, ac faciles spatium propositi decurramus itineris.

GANFREDVS in poetria noua. Cui potior Deus est quam mundus, non nocet illi spiritus immundus. Arator libro primo.

primo. Turba perhenem. Portatura crucem dominumque fecuta fidelis, spreuit agros habitata polos, hac nempse facultas. Fortior est de parte magis conquirere totum. Arque caducorum pensare manentia caulis, & questum per damna sequi. Prosper ubi supra. Est & in uita requies multis data sanctis. Quorum animus mundus non tenet occidit. Quos desiderijs nullus peritura fatigant. Et quibus omne bonum est Christus, & omnis honor. Celestem ad patriam Christo redimere uocatus. Vitam labentis temporis holpes agit. Dumque ad promissam requiem per non sua tendit. Mundane patitur multa pericula vic. Quae nunc obfessa aduersis nunc plena secundis. Aut frangit trepidos obligat aut dubios. Inter quos laqueos currentem ad gaudia uera. Non capiet mundus cui uia mundus erit. Non placeat uanis animi sub nequere rebus. Pestiferisque auidam mentem onerare cibis. Cor mundum & sapiens fructu uirtutis alatur. Et Christi in nostro peccatore regnet amor. Qui credunt ueros uerum cecidisse prophetas. Et qui non dubitant uerba manere Dei. Qui Christum passum penas crucis uirtutis mortis. In toto celi patris honore uident. Quique ipsum multa cum maiestate tremendum. Expectant pingui lampade perugiles. His fordent terrena patent celestia, nec se. Captiuos seruos temporis huius agunt. Imperia falces indocti munera vulgi. Quaeque orbis scelorum femina ferit opes. Calcarunt, sancta celum ambitione petentes. Quare nil cupiant, perdere nil metuunt. Eisse uolens, gaudere optans scire abditia quaerens. Ut te non teneat uictima summa pete. Serlo. Si mundo morieris moriendo non morieris. Mundus clamat aue, sed aue conuertit in haue. Cum mundus transtis, nescis si ne forsitan an sit. Eius cerue uices, o flos modo sex modo dices. Si mundum sequeris, post esse fuisse quereris. Hic flarus absque statu, locus hic locat in cruciatu. Haec tria uerba fidem non dent tibi post modo pridem. Post pendet, cecidit pridem, modo non sibi fidit. Verificator. Spernere mundum, spernere nullum spernere sese, spernere se sperni, quattuor hoc bona sint. Actor de hac quoque materia require supra in tractatu de diuitijs, & in tractatu de fortuna. In praecedenti quoque li. ca. de rerum estimatione, & cap. de sufficientia siue de uoluntaria paupertate.

ARISTOTELES in Eth. libro primo. Omnis cognitio & proheresis bonum aliquod exoptat, perfectius autem dicimus quod per se est persequabile, quam quod propter aliud est eligibile, tale autem felicitas maxime esse uidetur, hanc enim semper eligimus propter se & nunquam propter aliud. Quis ergo prohibet felicem dicere eum qui secundum uirtutem operatur perfectam, & exterioribus abundat sufficienter. Felicitas igitur est actus animae, secundum uirtutem perfectam. Omnia enim honesta concordant rationi. Idem in Topicis 3. Omnia quidem bona appetunt. Quod autem propter se eligendum eo, quod propter aliud magis est eligendum, & quod propinquius est huius, & omnino quod ad uitae finem appetibilis. Seneca ad Lucil. epistola 21. Ille beatissimus est, & securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine expectat. Idem in 5. Quam iocundum est nihil posse re quam magnificum est plenum esse, nec ex fortuna pendere. Tullius in lib. de Paradoxis. Sicut improbus, & stultus, & inerti nemini, bene esse potest, sic bonus uir, & sapiens, & fortis miser esse non potest. Valerius libro septimo. Anaxagoras interroganti quidam, quisnam esset beatus, nemo inquit ex his quos tu felices existimas, sed eum in illo numero reperies, qui ex miseris a te constare, crederetur. Non enim erit ille diuitijs aut honoribus abundans, sed aut exigui raris, aut non ambitiose doctrinae fidelis, & pertinax cultor in secessu, quam in fronte beator. Horatius in lib. carminum. Non semper feriet quodcunque minabitur arcus. Semper auarus eger. Ouid. in libro Methamor. 3. Uictima semper expectanda dies homini, dieique beatus. Ante obitum nemo supermaque funera det. Cato ubi supra. Felices obiunt quorum sine crupine uita est. Prosper ubi supra. Felices uere faciunt semperque beatos de uero & summo gaudia nata bono. Nam mundi ex opibus breuis ac peritura uoluptas. Edita: perpetue femina mortis habet. Galtherus in Alexandreide lib. 8. O felix mortale genus si semper haberet. Etherum praerente bonum finemque timeret. Actor. De hac quoque materia require in praecedenti li. ca. de securitate mentis, & require iterum in hac eodem li. ca. de paupertatis securitate.

XENOPHON. in lib. de Cyro. Cyrus maior moriens dixit. Nolite arbitrari o filij mei charissimi, me cum a uobis recessit.

ro nusquam aut nullum fore. Nec enim dum essem uobiscum, animi meum uidebatis, sed cum esse in hoc corpore ex eis rebus quas gerebam intellegatis, eundem igitur esse creditote, etiam si nullum uidebatis. Macrobius de somnio Scipionis h. 2. In Theodrone quoque Platonis quem transtulit Cicero ualidissimus argumentis animae immortalis asseritur. Actor. Legitur quod therobrotus cum legisset librum Platonis de immortalitate animae, muro se praecipitem dedit praedeterio melioris uitae. Tullius lib. de senectute. Non est lugenda mors quam immortalis consequitur. Idem in Tusculano lib. 1. Nemo unquam sine spe immortalitatis se pro patria offerret ad mortem. Et nescio quomodo inheret menti bus quasi seculorum quoddam agurium futurorum. Idque in maximis ingenijs, & altissimis animis & maxime existit & apparet facillime. Quo quidem dempro, quis tam esset amens qui semper in laboribus & periculis uiuere. Ouidius in lib. Methamor. 1. Morte carent animae. Statius in Thebaide lib. 7. Itae alacres nostrum nunquam moriuntur honores.

TULLIUS in lib. de Senectute. Cum in his inclitum corporis compagibus sumus, munere quodam necessitatis & graui opere perlungimur. Est enim animus celestis altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram locum diuinae uirtutis etermitate contrarium. O praclarum diem cum ad illud diuinum animorum consilium cetumque proficitur. Cumque ex hac turbe colluione discedam proficitur enim ad uiros sapientes, & ad Catonem meum praecipue cuius corpus a me crenatum est, quo nemo uir melior natus est, uero pietate praestantior. Idem in libro de Paradoxis. Mors terribilis est his quos cum uita omnia extinguuntur, non his quorum laus emori non potest. Idem in Philippica. 14. Breuis a natura nobis data est uita, sed memoria bene actae uitae sempiterna, quae si non esset longior quam haec uita, quis esset tam amens qui maximis laboribus & periculis ad summam laudem gloriamque contendit. Tullius in Tusculano lib. 1. Nulla est celeritas quae cum animi celeritate possit contendere. Qui si permanet incorruptus sui que similis, necesse est uita feratur, ut penetret & diuidet omne celum, hoc ei que illi demum fedes naturalis erit, cum ad sui simile penetrauerit, in quo nulla re egens aletur, & sustentabitur eidem rebus quibus astra sustentantur. Cum que corporis facibus ad omnes cupiditates inflammari soleat, profecto beati erimus cum corporibus relictis & cupiditatum & emulationum expertes fuerimus, totosque nos in contemplandis rebus perspicendis que ponemus, quia & natura inest in mentibus nostris insatiabilis quaedam cupiditas ueri uiuendi, quia praecipue uisione fruuntur, qui tunc id etiam cum has terras in colentes caligine circumfusi erant, cum acie mentis conspiceret cupiebant, quia non modos quia mori necesse est, uerum etiam quia nihil mors habet, quod sit horrendum, mortem non timet magnum sibi praesidium ad beatam uitam comparat Mercurius Trimegistus Aesclepiades. Nospijsimis uotis optamus si diuina placet pietati, ut nos mundana custodia absolutos, superioris partis naturae restituat, & haec est merces pie sub Deo diligenter cum munda uiuentibus. Quintilianus in 4. causa. Si quis sciat quis est finis bonorum, quae uera felicitas, nunquam sibi uidebitur praerata morte periturus. Seneca ad Lucil. epistola 20. O quando illae ueniet dies quae quod nemo in honorem tuum mentitur, huc ergo cogitationes tuae tendant, hoc cura, hoc opta. Idem in 73. Miraris hominem ad Deos ire, Deus ad homines uenit immo in homines, nulla enim bona mens sine Deo. Idem ad Paulum, epistola 6. Feramus equo animo & utamur foro, quod fors concessit. Donec inuicta felicitas finem malis imponat.

ORATOR lib. 2. Quantum per inania currit mens ignara boni. Certeque humanum transcendent gaudia uotum. Hoc facile est patrare Deo cui muneri usus. Hic potior quam nemo putat. Prosper ubi supra. Semper erunt quod erant aeterna gaudia uita. Gaudendi quoniam causa erit ipse Deus. Nec uariis pariet motus diuersa uoluntas. Vnum erit cunctis lumen & vnus amor. Inque bonis summis posita experientia felix. Nec ualeat auergeri nec metuet minui. Ad patriam uita de noctis ualle uoca i. Virtutum gradibus scandite lucis iter. Gratio est fructus quam spes productior adit. Vltro obiectorum uile adarit precium. Delicias iam nunc promilli concipe regni. Virtute atque fide quod cupis esse tene. Exulta agnoscentis te uerbi in eam renatum. Cuius si patres, pars tua Christus erit. Qui ne damnandi legeres mala gaudia mundi. Promissum ad regnum se tibi fecit iter.





LIBER VI. De Scientia Echononica. Cap. I. SIDORVS in libro Ethimologiarum secundo. Echononica siue dispensatio est ars vel sciencia qua domestica rerum sapienter ordo disponitur, sicut politica siue civilis est qua totius ciuitatis vtilitas administratur. Richardus in lib. exceptionum. Echononica est sciencia que familiaris officij cura mediocri dispositione componens distribuit. Actor. De hac quidem sciencia, nullum speciale volumen a quoquam editum vsquequaque potui reperire quamquam pulcherrimum Xenofontis Socratij librum Echonomicum in nostram linguam elegantij sermone legatur Hieronymus translulisse. Sed quoniam is liber ad nouissimas hucusque peruenire non potuit. Ex ceteris autorum libris pauca capitula de his que ad eandem spectant scienciam vtriuque colligere placuit. Itaque quoniam Echononica non solum familiam sapienter regit atque componit, verum etiam res familiares siue domesticas prudenter administrat & ordinat siue disponit, huiusmodi sciencia vel ars videtur esse bipartita, & illa quidem eius pars que propriam familiam siue personas familiares respicit quatuor particulas comprehendit. Quarum prima est de mutua societate & amore coniugum. Secunda de educatione filiorum. Tertia de regimine seruorum. Quarta de cultu amicorum. Illa quoque que ad domesticarum rerum dispositionem spectat quatuor nihilominus considerat. Prima namque consideratio eius est in rebus solertur ac fideliter acquirendis. Secunda in eis caute conservandis. Tertia in eis prudenter dispensandis. Quarta vero in debitis non contrahendis.

De Domini illustris ab ipso ornanda & illustranda. Cap. II.

ANTE omnia sciendum, quod bonus paterfamilias domum totam suam, totamque familiam suis utique bonis moribus, & actibus potius quam varijs ac preciosis materijs aut speciebus illustrat & ornat. Sicut etiam ex hilosophorum dictis liquido constat. Tull. de or. lib. 1. Ornanda est dignitas domo, non ex domo tota querenda est, nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. In domo clari hominis hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cuiusque generis multitudo, atque adhibenda est cura largitatis. Aliter enim ampla domus dedecori fit domino, si est in eo solitudo, & maxime si sub alio domino solita est frequentari, odiosum est enim cum a praeceptoribus dicitur, o domus antiqua heu quam dispari domino dominaris. Idem in lib. 2. Decorum valde est patere domos illustrium virorum illustribus hospitalibus. Idem contra Salustium: Non qui vult ut tu aliter loqui potest quam tu, nec quicquam domui tuae turpis est, quam tu. Valerius Maximus libro 2. Quid prodest foris esse strenuum, si domi male viuatur. Idem in eodem. Quorum opera splendorem suum procul obtinuisse videntur, eorum dignitatem indignum est, & deforme domi collabi. Lactantius in libro de vero cultu. Non iusti & sapientis domus illustrata debet patere sed humilibus & abiectis, nihil enim a viro iusto faciendum est, quod non sit beneficium, aut si refertur interit ac finitur. Seneca in libro de quatuor virtutibus. Salubriter habitata nec dominum velis esse notum a domo, sed domum a domino. Idem ad Lucillum epistola 5. Qui domum intraverit nos potius miretur quam suppellestem nostram. Magnus ille est, qui scilicet utitur quomodo argento, nec illa minor est, qui sic argento utitur quomodo scilicet. Tibullus lib. 2. Quid prodesse potest pondus graue diuitis auri. Ataque si fundant pinguis mille boues, quidve domus prodest frugis innixa columnis. Aurateque trabes marmoreumque solum.

De Bona uxore amplectenda malaque cauenda. Cap. III.

ELGENTIVS in lib. Mitologiarum. 1. Sicut nihil benigna superius coit coniuge, sic nihil infesta crudelius muliere. Quam enim sapiens pro viui salute suam opponit animam pignori.

tantum maligna ad inortem mariti etiam suam vitam reputat nihil, ergo coniux quanto est iure coniunctior, tanto est aut morum dulcedine mellea aut felle malitia toxica. Est quippe aut perpetuale refugium, aut perenne tormentum. Hieronymus contra Iovinianum lib. 1. Quellus qui prius Romae nauali certamine triumphauit, Iliam virginem duxit uxorem tante pudicitiae ve illo quoque seculo pro exemplo fuit quo impudicitia monstrum erat non uitium. Is iam senex & trementi corpore in quodam iurgio audiuit exprobrari sibi os fetidum, & tristis se domum contulit. Cum uxorem quaerens esset quare nunquam se mouisset, ut huic vitio mederetur, fecisse inquit illa nisi putassem omnibus viris sic os olere, laudanda in vtroque pudica, & nobilis mulier, & si ignorauit vitium viri & si sapienter tulit. Et quod maritus infelicitatem corporis sui non uxoris fastidio, sed maledicto sensit inimici. Socrates Xantipem, & Myronem Aristidis duas habebat uxores, quae cum crebro inter se iurgarent, & ille eas irridere esset solitus, quod propter se fedissimum hominem Ilymis naribus recalca fronte, pilosis humeris, & repandis cruribus disceperent, nouissime veterat in eum impetum, & male multatum surgentemque diu persecute sunt. Liti Sylla felix (si non habuisset uxorem) metalla coniux palam erat impudica, & quia nouissimi mala nostra discimus, id Athenis cantabatur, & Silla ignorabat, se cretasque domus suae primu ostiu conuicio didicit. Martialis coquus. Praedia solus habes, & solus candida nymmos. Et cor solus hies solus & ingenium. Omnia solus hoc te puto velle negare. Uxorera sed habes candida cum populo. Tibullus libro 1. Casta praecor coniux maneat sanctique pudoris. Absideat custos scilicet dula senper anus. Ne seuo sis casta metu sed mente recida. Veritatis celeri fors leuis orbe cito. Actor. De hac quoque materia requiritur in precedenti lib. cap. de castitate. cap. quoque de moribus foeminarum.

Verum sapienti expedit nubere. Cap. IIII.

VALERIVS Maximus libro 7. Socrates ab adolescentulo conuultus, vtrum vxorem duceret an se omni matrimonio abstineret. Respondit, vtrum eorum fecisset acturum penitentiam. Nihil hic te inquit solitudo, sibi te orbitas hic generis iuriterus, illic haeres alienus excipiet, illic perpetua solitudo, contextus querelarum dotis exprobratio affinium graue supercilium garula focus lingua, subfessor alieni matrimonij, incertus liberorum euentus. Idem in eodem. Quidam vnicuique pater Themistoclem consulēbat, vtrum eam pauperi, sed ornatu aut locupleti parum probato collocaret. Cui ille malo inquit virum pecunia, quam pecunia viro indigentem. Hieronymus contra Iovinianum. Martia Catonis filia minor cum quaereretur ab ea cor post amissum maritum deuo non nuberet. Respondit, non se inuenire virum qui se magis vellet quam sua, quo dicto eleganter ostendit diuitias magis in vxoribus eligi solere quam pudicitiam & multos non oculis, sed digitis vxores ducere. Optima sane res quod & auaritia conciliat, amicam cum propinquo moueret ut alteri viro nuberet, esse enim ei aetate integram, & faciem bonam, nequaquam inquit hoc faciam. Si enim virum bonum inuenero ut ante habui volo timen ne perdam. Si malum quid necessu est post bonum pessimum sustinere. Epicurus voluptatis assessor quamquam Metrodorus Discipulus eius Leonicon habuit uxorem, raro dicit sapienti inuenda coniugia, quia multa incommoda admixta sunt nuptijs. & quomodo diuitia, & honores, & corporum sanitates, & cetera qua in differentia nominamus nec bona nec mala sunt, sed velut in medietate posita vsu & euentu, vel bona, vel mala sunt, ita & vxores suas in bonorum malorumque confinio. Graue autem esset viro sapienti venire in dubium, vtrum bonam an malam doctus sit. Fergus & Aureolus Theophrasti lib. de nuptijs in qua querit an vir sapiens ducat uxorem. Et cum definitiue scisset si pulchra esset, si bene morigerata, & honestis parentibus, si ipse sanus ac diues. Sic sapientem aliquando inire matrimonium non vetuit, statim autem intulit, hoc autem raro in nuptijs vniuersa concordant. Non est igitur vxor ducenda sapienter.

De Incommodis nuptiarum. Cap. V.

PRIMUM enim patit impedire studia philosophiae, nec posse quemquam libris, & vxori pariter inferuire, multa etiam esse quae matronarum vibus necessaria sunt, precise vestes, aurum gemme, sumptus ancillae, suppellex varia, lectica, & exedra deaurata, deinde per totas noctes garule conquestiones. Illa ornatior procedit in publicum. Haec honoratur ab omnibus, ego in conuentu foeminarum miscella despi.

HERONIMUS vbi supra. Tota amoris infectatio apud Platonem posita est, & omnia eius incommoda Lisis explicat, quod non iudicio, sed furore ducatur, & maxime vxorum pulchritudini grauisimus cultus acubet. Refert praeterea Seneca cognouisse se quendam ornatum hominem, qui exiturus in publicum fascia vxoris pectus colligabat, & ne puncto quidem horae praesentia eius carere poterat, potronemque nullam nisi alteris tactis labris vir, & vxor haererebant. Alia deinceps non minus inepta facientes, in qua impromida vis ardentis affectus erumpebat. Origo quidem amoris honesta erat, sed magnitudo deformis. Nihil autem inter est, quam ex honesta causa quae infamiat, unde & Sextus in sententijs. Adulter est inquit in sua vxore amator ardentior. In aliena quippe vxore omnis amor turpis est, in sua nimis. Sapiens vir iudicio debet amore conuenire, non affectu regat impetus voluptatis, nec praecipit seruat in coitum. Nihil est foedius, quam vxorem amare quasi adulteram. Certe, qui dicunt se causa recipi, & generis humani vxoribus iungi, & liberos colere, imitentur saltem pecudes. Et postquam vxorum venter innumuerit ne perdant filios, non amatores se vxoribus exhibeant, sed maritos. Quorundam matrimonia adulteris cohescere, & o rem improbam, iidem illis pudicitia praeeperunt, qui abulterant. Itaque cito eustimodi nuptias sacretas soluit.

De Mutua parentum, & filiorum exhibitione. Cap. VIII.

EX summa Azonis. Porro secundum leges, & liberi parentes, & parentes liberos tenentur alere, & omnia onera inuicem sufficere. Distingue tamen patrem, & ascendentes a vxore patrem. Nam pater cogitur, ita demum si sit iustus, & idem iuris a quibus ipse descendit. Mater autem compellitur, & si vulgo conceperit, & idem in ascendentibus eius. Ex alia differentia, quae mater non compellitur, nisi pater, vel ascendentes eius deserint esse, vel modo sint egerentes. Certum est enim id, quod filia parit, non auo materno, sed patri suo oneri esse, sunt & aliae diuersitates in tempore, vel forte in alijs. Generale tamen est in omnibus parentibus, ut non compellantur alere, si habeant, quod obiciant liberis, ut ecce aculati sumus ab eis, vel quia sibi possunt sufficere in alimentis, vel ex bonis suis vel ex artificio suo. Et idem puto in liberis circa parentes, & econuerso. Item extranei haeredes, liberos non habent necesse alere parentes liberorum, nisi in summa egestate sint deduci. Nec distinguendum in liberis an sint in potestate, vel non. Praestari autem debent alimenta pro modo facultatum, & si non praestentur captis pignoribus, & distractis, cogitur quis satisfacere sententiae. Si autem de hoc ipso sit dubium an sit parens, vel de liberis, super ea re summam iudex debet cognoscere, & si consiterit filium, vel parentem esse, tunc alii iubeat, alioquin non decernet alimenta. Sciendum est tamen, quod si pronunciauerit iudex alii debere, tamen ea res non facit praedictum veritatem, nec enim hunc pronunciat filium esse, sed alii debere, forte quia de incidenti quaestione filiationis non plena, sed semiplena sit cognitio. Vel forte illa est ratio, quia pater quandoque cogitur alere etiam non suum. Nam si vxore denunciante sese praegnantem, maritus non negauerit, non vti que suus iste efficiet partus. Ceterum si hoc esset, satis iniuriosum esset, si quis longo tempore abfuerit, & reuersus vxorem praegnantem inueniret, & iccirco reiecerit, cogitur tamen alere filium donec constet de filiatione.

De Educatione filiorum. Cap. IX.

VINCILLIANUS li. 1. Vt inam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus. Infantiam itatim delictis soluius, mollis educatio, quam indulgentiam vocamus, nequos omnes metris & corporis fragit. Aetas igitur hominis tunc, vel maxime formanda est, cum simulandi nescia est, & praecipitibus facillime cadit, frangas enim citius, quam corrigas, quae in prauum duruerunt. Idem in li. 2. Ingenia est puerorum nimia emendationis se teritate deficiunt, nam & desperant, & dolent, & nouissime ode trunt, & quod maxime nocet dum oia timent, nihil conantur. Valerius li. 2. Per se non aspicunt liberos suos priusquam septem annos impleuerint, quo paruulorum amissionem equiore aio sustineant. De hac quoque materia plenius require in praec. lib. ca. de moribus puerorum, cap. quoque de puerorum instructione. Sueton. lib. 2. de 12. Caesarijs. Augustus. Caesar filiam, & nepes ita instituit, ut etiam lanificio assueficeret, veteretque loqui aut agere quicquam, nisi palam, & quod in diurnos commentarios referretur.

despiciat, cur aspicias vicinam, quid cum ancilla loquebaris, de foro veniens, quid attulisti? Ne amicum habere possum non sodalem, alterius amorem iura odium suspicatur. Si doctissimi praecceptor in qualibet vrbium fuerit, nec vxorem relinquare, nec cum farcina ire possumus, pauperem alere difficile est, diuitem ferre tormentum. Adde quod nulla est vxoris electio, sed qualicumque obtineris habenda, si iracunda, si fatua, si deformis, si superba, si foetida, quodcumque vitij est, post nuptias discimus, Equus. Asinus. Bos. Canis, & vilissima mancipia, vestes quoque, & lebetes, sedile lignum, calix, & virecolus scitulis probantur prius, & sic emuntur, sola vxor non ostenditur ne ante displiceat, quam ducatur. Attendenda est semper eius facies, & pulchritudo laudanda, ne si ad alteram aspexeris se restimet displicere, vocanda domina, celebranda natalis eius, iustitiam per salutem illius, ut sit superites orandum, honoranda nuptijs eius, & gerulum, seruus paternus, & alumnus, & formosus asida, & procurator calamistratus, & in longam securamque libidinem erectus spado, sub quibus nominibus adulterij delitefcent, quoscumque illa dilexerit, ingratis adamandi. Si totam domum referenda commiseris, seruendum est. Si aliquid tuo arbitrio referaueris, sicut sibi haberi non putabit, & in odium vertitur ac iurgia, & nisi cito consuleris parabit venena. Anus, & aurifaces, & ariolos, & infitorum gemmarum sericatumque vestium si intromiseris, periculum pudicitiae est. Si prohibueris suspicionis iniuria. Verum quid prodest etiam diligens custodia, cum vxor impudica seruari non possit, pudica non debeat. Infanda enim cultus est castitatis necessitas. Illa vero pudica dicenda est, cui licuit peccare si voluit. Pulchra cito adamatur, foeda facile concipiscit. Difficile custoditur, quod plures amant. Mole sumi est possidere, quod nemo habere dignatur. Minori tamen merita deforis habetur, quam formosa seruatur. Nihil tutius est in quo totius populi vota suspirant, alius forma, alius ingenio alius feceris, alius liberalitate felicitat aliquo modo expugnatur, quod vndique incessitur.

Abhuc de eodem. Cap. VI.

QVOD si propter dispensationem domus, & languoris sola scia, & fugam solitudinis ducuntur vxores, multo melius feruus fidelis dispensat, obediens auctoritati Domini, & dispositioni eius obtemperans, quam vxor, quae in eo se estimat dominam si aduersi viri faciat voluntatem, id est quod placet, non quod iubetur. Assidere autem agrotanti magis possunt verumque beneficiis obligati, quam illa, quae nobis imputet lachrymas suas, & haereditas ve vendat, ingluuiem, & solitudinem iactans, languentis animum conturbet. Quod si languerit cogroandam est, & nunquam ab eius lectulo recedendum. Aut si bona fuerit, & stans vxor, quae tunc rara auis est, cum parturiente gemimus, cuncti periclitante torquemur. Sapiens autem nunquam solus esse potest, habet secum omnes, qui sunt quicumque fuerunt boni, & animam liberum quocumque vult transfert. Quae corpore non potest, cogitatione complectitur. Et si homini inopia fuerit loquitur cum Deo, nunquam minus solus erit, quam cum solus fuerit. Porro liberorum causa vxorem ducere, vel nomen nostrum non intereat, vel habeantur senectus praedia, & certis vtamur haereditibus, solidissimum est. Quid enim ad nos pertinet recedentes e mundo, si nomen nostrum alius non vocetur, cum & filius non statim patris vocabulum referat, & innumerabiles sint, qui eodem appellatur nomine, aut quae senectus auxilia sunt, iurire domi, qui aut prior te forte moriatur aut peruersis moribus sit, aut certe cum ad maturam aetatem peruenierit, tarde ei videaris mori haereditatem meliores, & certiores sunt amici, & propinqui quos iudicio eligas, quos velis nolis habere cogaris. Licet certa haereditas sit dum ad vniuersum bene vi substantia tua, quam tu labore quaesita in incertis vsus relinquere. Haec & huiusmodi Theophrastus differens, quae suffundant Christianorum quorum conuersatio in celis est. Cetero quoque rogatus ab Hirco ut post repudium Terentiae forem eius duceret, omnino facere super se dicens non posse se vxori, & Philosophiae pariter operam dare. Gorgia Rhetor librum pulcherrimum de concordia Graecis tunc inter se diffidibus receitavit olimpie. Cui Melaeus inimicus eius, haec nobis inquit de concordia praecipit, qui se, & vxorem, & ancillulam tres in vna domo concordare non potuit. Emulabatur quippe vxor eius ancilla pulchritudini, & castissimum virum quatuordecim inguis exagitabat. Terentius in Ecclia. Vnquoque animo omnes Socrates odertant Nurus. Ouidius in lib. de remedijs. z. Turpe viri, & mulier modo in thali protinus hostes. Idem in lib. Methamor. i. Imminet exitio viri coniugis illa mariti. Filius ante diem patrios inquit in annos, vel honores. Idem in lib. Epi. Quam male inaequales veniunt ad atria iuuenti. Tam praemixtum magno colligere nuptia minor.

De Beneficijs, & emendatione propinquorum. Cap. X. Vgultinus de Doct. Christ. ana. Cum autem omnibus prodesse non possit, his potissimum consulendum est, qui pro locorum, & temporum, vel quarumlibet rerum oportunitatibus constricti tibi quasi quadam sorte iunguntur. Ex decretis Gratiani causa. 23. q. 1. Aug. in sermone de puer. o. centurionis. Paratus esse debet homo iustus, & pius patienter eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos querit. In manifeste autem id fiat, quod eis ut prodesse quibus bene velle debemus. Agenda sunt autem multa etiam cum inuitis quadam benigna asperitate plerendis, quorum potius utilitati consulendum est, quam voluntati. Nam in corripiendo filium quemlibet asperere nunquam profecto paternus amor amittitur, sicut tamen quod nolit, & doleat, quia etiam inuitus dolore videtur esse sanandus. Ex summa Azonis. Quoniam autem emendatio propinquo si adhibita quoque quadam vi licita celebatur, tribuit lex potestatem senioribus propinquis iuniorum delicta corrigendi pro qualitate delicti, cum moderamine tamen quodam, & iure quasi patrio, ut in immentum hanc licentia non extendatur. Nam si atrocitas facti emendationis domesticæ ius excedit, placet enormis delicti reos dedici iudicium notari.

De Muta vicissitudine dominorum atque seruorum. Cap. XI.

Vgultinus de Ciui. Dei. li. 19. In domo autem iusti vitentis ex fide etiam, qui imperant seruiunt eis, quibus videntur imperare, neque enim dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendo, nec principandi superbia, sed prouidentis misericordia. Hoc naturalis ordo prescribit, ita Deus hominem condidit. Nam dominetur inquit piscium maris, & volatilibus cœli, & reptilibus terræ. Rationalem factum ad imaginem suam voluit nisi irrationabilibus dominari, non hominem homini, sed hominem pecori. Inde primi iusti pastores pecorum magis, quam reges hominum constituti sunt, ut sic infirmaret Deus, quid posset ordo creaturarum, quid exigat meritum peccatorum. Cetero dicitur seruitutis iure intelligitur imposita peccatori, proinde nesciam scripturarum legibus seruum antequam hoc vocabulum Noe iustus peccatorum filii vindicaret. Nomen itaque istud culpa meruit non natura. Origo autem vocabuli seruorum in Latina lingua inde creditur ducta, quod hi, qui iure belli possent occidi, a victoribus conservabantur, serui fiebant a seruando appellati, quod etiam ipsum sine peccati merito non est. Nam & cum iustum geritur bellum, pro peccato contrario dimittitur, & omnis victoria cum malis provenit diuino iudicio, victos humiliter, vel emendans peccata, vel puniens. Testis est hominibus homo Dei Daniel, cum in captiuitate positus peccata sua, & peccata populi sui confiteretur Deo, & hanc esse causam illius captiuitatis pio dolore testatur. Ponitur ergo seruitutis causa peccatum est; ut homo homini conditionis vinculo subderetur, quod non fit nisi Deo iudicante, apud quem non est iniquitas, & nouit diuersas penas meritis distribuere peccantium. Sicut autem supernus Dominus dicit. Omnis, qui facit peccatum seruus est peccati. Ac per hoc multum quidem religiosi dñs iniquis non tñ liberis seruiunt. A quo enim, quis deuotus est huc, & seruus adiectus est, & vtiq; felicitas seruitur homini, quam libidini, cum seruilissimo dñatu vult corda mortalium, ut alias omittam libido ipsa dominandi hominibus autē illo pacis ordine, quo alijs alij subiecti sunt sicut prodest humilitas seruitutibus, ita nocet superbia dñantibus. Nullus autem natura in qua prius Deus hominem condidit seruus est hominis aut peccati, verum pgnalis seruitus ea lege ordinata, quæ naturalem ordinem conseruari iubet, perturbari vetat. Quia si contra eam legem non esset factum nihil esset penali seruitute coercendum. Ideoque Apostolus monet seruos subditos esse dominis suis, & ex animo eis cum bona voluntate seruire, ut, si seruitutem suam quodammodo liberam faciant non timore siue dolo, sed fidei dilectione seruendo, donec transeat iniquitas, & euacuetur omnis principatus, & potestas humana, & sit Deus omnia in omnibus. Quo circa etiam si habuerit seruos iusti. Itaque patres nostri si administrabant domesticam pacem, ut secundum hæc temporalia bona filiorum sortē a seruorum conditione distinguerent. Ad Deum autem colendū in quo æterna bona speranda sunt, omnibus domus suæ membris æquali dilectione conseruarent, quo naturalis ordo, ita prescribit, ut nomen patrifamilias hinc extortum sit.

De Regimine seruorum. Cap. XII.

Cassiodorus in Epistola. 33. Maiora principem decet tribuere quam a seruitute videatur accepisse. Plautus in Aulularia. Ve autem apud quos Dñi vigilias multam in nocte pertrahunt tñ. n. seruis de vita quantum de nocte auferunt. Idem in eadē. Dñi sunt, dicant quod volunt quamdiu liberit toleradum est. Ex prouerbis sapientum. Minus q; seruus est Dominus, qui ser-

uos timet. Seneca ad Lucil. Epistola. 47. Illos autem rideo, qui turpe existimant cum seruo suo cognare, quare, nisi quia superbissima consuetudo cenanti domino stantium seruorum turbam circumdedit. Ille quidem iugenti auiditate diltentem ventrem onerat, serui autem tota nocte ieiunij mutique perstant, sicque fit ut de Domino loquantur, quibus coram Domino loqui non licet, tu autem sic cum inferiore viue, quemadmodum tecum superiorem velis viuere, & quotiens in mentem venerit quantum tibi in seruum liceat, in mentem etiam veniat tantumdem in te Dño tuo licere. Dydimus rex Braganorum ad Alexandrum Magnum. In homines nostri similes superbia non agimus Imperium, nec quemquam, vel minima seruitute exigimus præter corpus, quod solum animo famulari debere censemus. Alioquin sequitur est in obsequium cogere, quos nobis fratres eadem natura progenerit, & quibus a Deo patre communium bonorum spō detur hæreditas. Valerius 4. lib. Plato cum aduersus serui delictum vehementius exarsisset, veritus ne vindictæ modum excederet, Speusippo amico suo castigacionis arbitrium mandauit. Ex summa Azonis. Olim Dñs impune seruum suum occidere poterat, sed hodie distinguit, an occidat causa iusta, ut tunc non teneatur, aut sine causa, & tunc aut voluntate sua, aut casu, aut culpa. In primo casu tenetur tanquam si liberum occidisset. In secundo non. Vbi autem eum verberibus, & fame affligit, sed id moderate facit, impunitum erit, licet p. contrarium dixerit. Si autem immoderate, confugere potest seruus ad prædices, ut cōpellatur Dñs vendere seruum suum bonis conditionibus, id est ne reuertatur in Dñi potestatem. Ex notulis super titulos primi lib. Pandectarum siue digestorum. Adrianus Vmbriam quandam matronam in quinquentium relegauit, quod ex leuissimis causis ancillam suam atrocissime tractasset. Cato vbi supra. Vt se consilium Dominus ne despice serui. Nullus sentium, si prodest spreueris vnquam. Contra hominem iustum prauè contendere noli. Semper enim Deus iniustus viciscitur itas. Galtherus in Alexandride lib. 1. Require ca. de electione potestatis. De hac etiam materia require in præcedenti li. ca. de moribus seruorum, & iterum inferius in hoc eodem lib. de libertate & seruitute.

De Seruanda pace domesticorum. Cap. XIII.

Vgultinus de Ciui. Dei. li. 19. Pax itaque domus est ordinata imperandi, & obediendi concordia cohabitantium. Hanc uaturali iure, vel instinctu seruare omnes appetunt. Nam & Latrones ut vehementius, & turius infesti sint paci terorum, volunt pacem habere sociorum. Sed & si vnus tã præpollens sit viribus, & conscius, ita cauens ut nulli socio se committat, solusque insidians, & præualens, quibus potest oppressis, & extinctis prædas agat, cum eis certe, quos occidere nō potest, & quos vult latere, quod facit, qualemcumque vmbriam pacis tenet. In domo autem sua cum vxore, & filiis studet pfecto esse pacatus, eis quippe ad nutum obtemperantibus sine dubio delectatur. Nam si non fiat indignatur, corrumpit, vindicat, & domus sita pacem ( si ita necesse sit ) & seruendo componit, quã sentit esse non posse nisi ciuicam principio, quod ipse est in domo, cetera in eadem domestica societate subiecta sunt. Ideoque si offerretur ei seruitus plurimorum, vel ciuitatis, vel gentis, ita ut sic eiseruarent quemadmodum sibi domi suæ seruire volebat, non se iam latrone m latebris condere, sed regem conspiciunt sublimiter, cum eadem in ipso cupiditas, & malitia permanserit. Pacem itaque cum suis omnes habere cupiunt, quos ad arbitrium suum viuere volunt. Denique etiam seruilissimæ feræ genus proprium quadam pace custodiunt, & ocendo, gignendo, pariendo, fouendo, nutriendo, cum sint plerique infociabiles, & solivage, ut Leones, Vulpes, Aquilæ, noctuæ. Quæ enim Tigris non filiis suis immurmurat, & pacata feritate blanditur. Quis Miluus nō coniugium copulat, oua cōfouet, pullos alit, & quasi cum matrefamilias societatem domesticam gnata potest pace conseruat, quanto magis homo fertur quodammodo naturæ suæ legibus ad inuendum societatem pacemque cum hominibus quantum in ipso est, omnibus maximeque domesticis obtinendam.

De Electione vel acquisitione amicorum. Cap. XIII.

X Prouerbis sapientum. Talem diligentiam in amicis adhibe comparandis, ne incipias amare, quem deinceps possis odisse, in primum te ipsum bonum exhibe, & sic alteri tui similem elige, amor extorqueri non potest, sed elabi potest. Sene. de bene. lib. 6. Neminem tam alte secula posuerunt, ut nō illi amicus eo magis desit quo nihil abfit. Idem in lib. de remedis fortuitorum. Quære amicum inter recta, & honesta officia quære in laboribus, ad mensam res ista non queritur. Idem ad Lucil. Epistola. 3. Si aliquem amicum existimas cui non tantumdem credis quantum tibi, vehementer erras. Errat, & ille, qui amicum

amicum in atrio querit, in conuiuio probat. Nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis suis oblectus, quam q; amicos sibi putat quibus ipse non est. Tu vero omnia cum amico delibera, sed de ipso prius. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum. Ipsi vero præpostere permiscerit officia, qui contra præcepta Theofrasti cum amauerint iudicant, & non amauerint cum iudicauerint. Tullius in lib. de amicitia. Veterina quoque amicitia sicut vinū vetus debet esse suauissima. Maxima enim est vis vultus, & consuetudinis. Caueamus autem ne nimis cito diligere incipiamus, neve indignos. Digni autem sunt amicitia quibus in ipdis est causa cur diligantur, sed rarum genus est. Equidem omnia præclara, nec quinquam difficilis est, quam reperire, qd sit ex omni parte in suo genere perfectum. Ipse homo seipsū diligit per se, non ut aliquam a seipso mercedem exigat charitatis suæ, sed cum amicitia idem transferatur, verus amicus nunquam reperitur. Est enim verus amicus tanquam alter idem. Equum est ergo ipsum virum primum bonum esse, & seipsum primum per se diligere. Deinde alterum sui similem quætere, cuius animam ita cum suo miscerit, ut parē efficiat vnum ex duobus. Scipio solebat conquirere cum omnibus an rebus homines diligentiores essent, ut Capras, & Oues quot quisque haberet dicere posset, amicos quot haberet non dicere posset. Idem in Rhetor. 2. Diligere oportet, quem te velis diligere. Salustius in Iugurthino. Veros amicos neque armis cogere, neque auro parare queas, sed officio, & fide parantur, Macrobius in lib. Saturnalium. Ita amicum habeas, ut inimicum posse fieri pures. Valerius Maximus. Bias quoque Prieneus ita aiebat oportere homines in vtu amicitia versari, ut meminissent eam ad graues inimicitias conuerit. Socrates. Cū amicus breues rationes, amicitia longas habere oportet, principium amicitia bene loqui, exordium inimicitiarum maledicere. Amicus raro acquiritur, cito amittitur. Theofrastus. Ex pedir iam probatos amicos amare, non amatos probare. Suetonius de 1. Caesaribus, lib. 7. Augustus Cæsar amicitias non facile admittit, & constantissime retinuit. Plautus in Aulularia. In amicitiam, & fidem stultum ne receperis. Nam insipidius atque improborum facilius sustinetur odium, quam col legium. Vis te nō decipi nemini credideris, visse tibi honorē deferri, inter mileros viuere, nemini te quæculo nimis sodales feceris. Cato, vbi supra. Dilige sic alios, ut sis tibi charus amicus. Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur. Ignotum tibi, noli præponere notis. Cum tibi vel socium, vel fidum queris amicum. Non tibi fortuna est hominis, sed vita petenda. Ouidius in lib. Tristium 4. Turpius eiicitur, quam non admittit hospes.

De Administratione rerum domesticarum. Cap. XV.

Secunda vero pars Echonomicæ, quæ ad rei familiaris dispositionem pertinet quatuor, ( ut dictū est ) partibus continet. Prima consistit in domesticarum rerum, ne gociis solerter, ac strenue procurandis, ipsique rebus iuste, & fideliter acquirendis, atque multiplicandis. Secunda in eis custodiendis. Tertia in eis dispensandis. Quarta in debitis euitandis. De iusta rerum acquisitione dicit Tullius in lib. de Offic. 3. Arbitrandum magis esse contra naturam hominem aliquid homini sui commodi causa detrahere, quam omnia incommoda subire. Et iterum. Vir inquit bonus, & iustus nihil cuiquam, quod in se transferat detrahet. Pater ex his verbis Tullij, quod etiam philosophi fraudem, & auaritiam detestantes sentierunt absque damno alterius res domesticas debere multiplicari. Quod & pœnitent fieri difficile est, aut etiam impossibile. Ab antiquo tempore tritum est prouerbiū. Omnis diues aut est iniquus, aut hæres iniqui. De hac quoque materia requirere plenius in præcedenti lib. e. de cupiditate, & auaritia, de rapina quoque, & fraude, & vltura. De cautela custodiendi dicit Cassiodorus in epistola 33. Maior in conseruandis rebus, quã inueniendis adhibenda est cautela. Et iterum Claudianus in maiori volumine. Plus est seruasse quæsitū, q̄ quæsisse nouū. Porro de prudenti rerum dispensatione iam dictum est in præcedenti lib. tractatu de libertate. De hac Aug. ita loquitur in lib. de doctrina christiana. Cum inquit omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum, qui pro locorum, & temporum, vel quarumlibet rerum oportunitatibus constricti, tibi quasi quadam sorte iunguntur. Amb. in lib. de Offic. in diuersis casibus, cui potius credendum sit plenissime describit. Denique de vitanda debitorum obligatione dicit Amb. in lib. de Tobia. Paupertas non habet crimen, sed debere verecundū est, præreddere veræcūdius. Dives est pauper est, non sumas multis.

tuum. Si diues nullam pateris petendi necessitatem. Si pauper considera soluendi difficultatem. Hinc etiam in prouerbis sapientium legitur. Fraus est accipere, quod non possis reddere. Seneca quoque scribit in lib. de beneficijs. Primo docendi sunt qui libenter accipiunt libenter reddere, & eos quibus obligati sunt re animoque non tantum æquate, sed etiam vincere. Itaque si beneficia gratis collata reddenda sunt, multo fortius mutua. Denique quia multi iograti quidem videntur in petendo, sed inimici sunt in reddendo. Dicit Demas philosophus. Amico me rogante pecuniam dum mutuo, ipsum, & pecuniam perdo. Primum itaque membrum huius diuisionis, quod consistit, in domesticarum rerum agendarum indutria, latius prosequamur ab ædificijs inchoantes.

De Habitaculis construatibus. Cap. XVI.

Alladius in libro de Agricultura. Ædificium pro agrimerito, & pro fortuna domini oportet institui. Si vicinus est fluius, vbi statimus fabricæ sedem parare, eius debemus explorare naturam, quia plerumque, quod exalat inimicum est. Palus omnimodo vitanda præcipue ab Austro est, vel Occidente, & siccare consuevit ætate, propter pestilentiam, vel an imalia inimica, quæ generat, præterea sicre necessarium est conseruanti, quæ calicis, & arenæ natura sit vtilis. Arenæ enim sollicitæ genera sunt tria, nigra, rufa, cana. Omnium præcipue rufa melior. Meriti sequentis est cara. Tertium locum nigra possidet. Ex his, quæ comprehensa manu ælii stridores, erit vtilis fabricanti. Item si panno, vel lintheo candidæ vestis inspersa, & excella nihil maculæ relinquit, aut lordis, ægregia est. Sed si foliis arena non fuerit, de fluminibus, aut glareis, aut litore colligetur. Marina arena tã dius siccat, & ideo non continet, sed intermissis temporibus construenda est, ne opus oneret, & corrumpat, camerarum tectoria falso humore dissoluit. Nam fossiles tectoris, & cameris ex celeri succitate, viles sunt, melioresque si statim cum effusa sint miscantur. Nam diuino Sole, aut pruina, aut imbre vanescunt. Fluviales tectoris magis poterunt conuenire. Sed si vii necesse sit maris arena, erit commodum prius eam lacuna humoris dulcis immergi, ut vitium salis aquis suauibus elata deponat. Calcæ quoque albo, saxo, duro, vel tiburtino, aut columbino fluuiali coquemus, aut rubeo, aut spongia, aut postremum marmore. Quæ autem erit ex spisso, & duro saxo, structuras conuenit. Ex fistuloso, vero aut molliori lapide tectoris adhibetur. Vtilis in duabus partibus calcis, vna arenæ miscenda est. In fluuiali vero arena si tertiam partem testæ cretæ addideris, operum soliditas mira præstabitur.

De Situ, & forma ædificiorum. Cap. XVII.

Rætorij situs loco aliquatenus erectiore, & sicciore, quam cætera esse debet propter iniuriam fundamentorum, & ut læto fruatur aspectu. Fundamenta autem hoc modo ponenda sunt, ut latiora sint ex vtraque parte semipedis spacio, quæ parietis corpus inerecit. Si lapis, vel totus occurrat facilis causa est colloandi, in quo sculpi tantum fundamenti forma de bebie vnus pedis altitudine, vel duorum. Si solida, & constructa inuenitur argilla, quinta, ut sexta pars altitudinis obruatur, donec munda sine ruderum suspicione occurrat argilla, quæ si omnino desit quartam merisse sufficiet. Studendum præterea, ut hortis, & Pomarijs cingi possit, aut pratis. Sed totus fabricæ tractus vnus lateris longitudine in quo frons erit meridianam partem respiciat. In primo angulo excipiens ortum solis hyberni, & paululum ab Occidente auertatur hiemali. Ita prouenit, ut per hiemem sole illustretur, & calores eius ætate non sentiat, forma tamen esse debet eiusmodi, ut ad habitationum, breuiter collectas, & æstati, & hiemi præbeat mansiones. Quæ hiemi parantur ita sint constituta, ut possit eas hiberni solis totus propemodum cursus hylarare, mensura vero hæc seruanda est in tridicinijs, atque cubiculis, ut quanta latitudo, vel longitudo fuerit in vnum computetur, & eius mediætas in altitudine conferatur.

De Pauimentis eorum. Cap. XVIII.

In his pauimenta oportuna esse debent, primum in fabricis planis earum obseruandum est, ut æqualis, & solida contiguatio fiat, ne gradus ambulancium tremor fabricæ titubatis excutiat. Deinde, ut axes quæræ cū a seculis nō miscantur. Nā quærus humore cōcepto cū se ceperit siccare torquet, & rimas in pauimento faciet, et ceteris aut sine vitio durat. Sed quæræ superpetente æculus desit, subiliet quærus secetur, & Tomus Secundus. M. 2. traq.



transuersus, atque directus duplex ponatur ordo tabularum clauibus frequentibus fixus. De aceto, aut plago, aut fraxino diutissime tabulata durabunt si stratis deluper palis, vel silice humor calcis nusquam ad tabulati corpus accedat, tunc super stratu minibus ruderis, id est saxa conuulsa duabus partibus, & vna calcis temperante constituitur, hanc cum ad sex digitorum crassitudinem feceris, & regula ex ploratis aequali, si loco hiemalis sunt, tale pavimentum debet imponere in quo, vel nudis pedibus stantes in hieme non rigeant, inducto itaque rudere, vel testato pavimento, congeffos, & calcarios spisse carbones, cum sabulone, & faulla, & calce permisceas, & huius impetum crassitudinem semipedis iubebis imponi. Quod exequatum nigra pavimenta formabit, & si qua fundetur ex oculis velociter rapta defuset.

De Parietibus, & Testuris. Cap. XIX.

Quod si lateritios parietes, in pratorio facere volueris, perfractis parietibus in summitate, quae trabibus subiacet, bit si uictura testacea cum coronis prominens fiat, scilicet quipedali altitudine, ut si contra regulam, aut imbrices fuerint, parietem non possint penetrare per pluuiam. Deinde providendum est, ut siccis, & asperatis parietibus lateritiis inducatur testorium, quod humidis, ac lenibus adherere non poterit. Et ideo tertio eos prius debetis obducere, ut testorium sine corruptione suscipiant. Opus quoque albatum sepe delectat, cui calcem debemus adhibere cum multo tempore fuerit maceratum. Ergo ut vile probet, calcem quasi huiusmodi dolabis, si nusquam a ciem eius offenderit, & quod alca adhaerere fuerit molle, atque viscosum, constat albatum operibus conuenire. Parietem vero testura sic fiet fortis, & nitida. Prima nullis frequenter inducto, cum siccat expent, iterum inducatur, ac tertio post hec tria coria ex maiori grano cooperiatur ad trullam, quae inductio ante tandem subigenda est, ut quo calx subigeret, mundum leuemus, haecque marmoris grani inductio cum siccat incipit, aliud conuenit subtilius oportet imponi, sic & soliditatem custodiet, & nitorem.

De Cisternis, & Piscinis, & Balnei extruendis. Cap. XX.

Itandum est, quod plerique fecerunt, aquae causa villas in infimis vallibus mergere, & paucorum voluptatem praeferre habitatorum salutem, si fons de sit, ac puteas, Cisternas construere conueniat, quibus omnium conuolui possit aqua testorum. Magnitudo ea cui delectatis Cisterna construatur, longior magis, quam latior. In imis solum alto rudere solidatum, relicto superioris loco, testacci pavimenti superfusione leuigetur, hoc pavimentum omni cura terendum est ad nitorem, & lardo pingui decocto assidue perficandum. Quod ubi deducto humore siccatum ne rimis in aliqua parte fundatur, etiam patietes simili coctio uentur obducti, & ita post diu turnam, & solidam siccitatem aquae praebatur hospicium. Augullas sane, piscisque fluuiales miti in his, pisci que conuenit, ut horum natata aqua stans agilitatem currentis imitet. Piscinae duae, vel solo im pressae, vel caelo lapide circa villam esse debent, quas facile est, aut fonte, aut imbre suppleri, ut vna ex his vsui sit peconibus, vel aibus aquariis, alia made fiat virgas, & conia Lupi, Pinos, & si qua rusticitas consueuerit infundere. Non alienum est si aquae copia patiat, patrem familias de structura Balnei cogitare, quae res, & voluptati plurimum conferat, & saluti. Balneum constituetur in ea parte quae calor futurus est, loco ab humore suspensio, ne vligo cum fornacibus vicina refrigeret. Lumina ei dabimus a parte Meridiana, & Occidentis Hybernai, ut tota dies solis iuuetur, & il lustretur aspectu. Cella autem sic disponatur, ut quadra non sint, sed verbigratia, si quindecim pedibus longe fuerint 10. latae sint, forus enim va por inter angusta luctabitur. Piscinales cellae in aeternis Balneis a Septentrione lumen accipiant, in hiemalibus a Meridie, si fieri potest ita constituantur Balneae, ut omnes earum hortos decurrat eluuius. Si aquae copia est, futura balnearum debeat, & piscinam suscipere, ut ibi for maris aquarijs molis, sine animalium, vel hominum labore stumenta stanganur.

De Cellis vinarijs, & aluenijs. Cap. XXI.

Cellam vinariam Septentri oni habere debemus opposita, frigida, vel obliqua proxima, longe a balneis, stabulis, aruo, sterquilinijs, cisternis, aquis, & caeteris odoris horren-

dis, ita constructam necessarias, ut non timeatur a fructu, sic autem dispositam, ut basilica ipsius forma calcatorium loco habeat alioie constructum, ad quod inter duos lateres, qui ad excipienda vina hinc inde de paxilli sint, gradibus tribus ere ascendant, aut quatuor. Ex his lacubus cannales structi, vel cubi similes circa extremos parietes currant, & subiectos lateri suo dolos per vicinos uocatus manantia. Vina defundant, si copia maior est, medium spacium cupis deputabitur, quas ne ambulantia vina prohibeant, acellis altioribus impositae, vel supra dolla possumus collocare, spacio interlongiore distantes, ut si res exigat currentis transitus possit admitti, quod si cupis suum deputabimus. Is locus ad calcatorij similitudinem podijs breuibus, & pavimento testato solidetur, ut etiam si ignota se cupa discederit, lacu subito excipiant non paritura vina, quae fluxiunt. Oleis cella Meridiana sit obiecta paribus, & contra frigus munita, ut illi per specularia debeat lumen admitti, ita, & operas, quae hieme sunt nullus algor im pediet, & oleum cum piametur aditum temporibus, frigore non valebit astingi, receptaculi olei semper munda sint. ne notus sapore infecta, veteri tanore corruptantur. At si quis maiori diligentia studet, subiectis hinc inde cuniculis pavimenta suspendat, & ignem suggerat fornace succenta. Ita purus calor olei cellam sine fumo nidore vaporabit, quod sepe infectum corrumpit, & saporem.

De Horreis. Cap. XXII.

Itus horreorum, quamuis ipsum desideret partem, & superior, & longe ab omni humore, & letamine, & stabulis ponendus est, frigidus, ventosus, & siccus, cui providendum est structuram diligentia ne rimis possit abrumpi. Solum igitur ob bipedis crassitudine iteratur, vel maioribus lateribus quos suffuso testaceo pavimento debemus imprimere, tunc diuisas cellas, si magnus spectabitur remium modus grano cuiusq; tribuimus. Si terra pauperes minora promittant, vel crates podijs erunt discernenda granaria, vel vimineis vasculis pedibus tenues congeremus. Sed factis granariis antea luto mixto parietes lintantur. Cui arida Oleastri folia, vel Olive pro parietis adiciuntur, quo testorio siccatu, iustus amura respargitur, quae ubi siccata fuerit, fumentum condentur, haec res gurgulionibus, & caeteris noxiis animalibus inimica est, aliqui Coriandri folia fumentis miscent ad seruandum. Nihil tamen commo dius erit diu custodiendis frumentis, quam si ex areis in alterum vicinum locum transfusa refrigerentur aliquantulis diebus, atque in horreis infertantur. Negat Columella, ven tilanda esse frumenta, quia miscetur magis animalia totis aceruis, quae si non moueantur in summitate, ultra mensura palmi subsistent, & hoc velut corrupto cetera illa durabunt. Aliter idem noxia animalia ultra praedictam mensuram non posse generari, herba Consa sicca, (ut Graeci adferunt) subtrata frumentis addit etati. Ab horreis tamen auster debet esse auerfus.

De Stabulis, & Cortes, & auarijs. Cap. XXIII.

Tabula Equorum, vel Boum meridianas quidem respiciat partes, non tamen egeant a Septentrione luminibus, quae per hiemem clausa piluli nocent, per aestatem patefacta refrigerent, ipsa stabula propter vngulas animalium ab humore suspena sint, Boves nitidiores fieri si focum proxime habeant, & lumen intendant. Osto pedes ad spacium standi singulis boum paubur abundant, & in porrectione quindecim plantae robore supponantur stationibus equorum. uti acentibus mole sit, stantibus durum. Cors ad Meridieum pateat, & obiecta sis soli, quia facilius erit propter ea, quae insunt animalia ad aestatis temperandum calorem. Porcus siccis asseribus, & fronde formari debent, vel scindulis, vel si copia suppetit, tegulis, vel si facilius, & sine impensa placuerit, tegentur carticibus, aut geneffis. Circa parietes cortis extremos auaria faciendae sunt, quia sterus autum maxime necessarium est agriculturae, excepto asferum letamine, quod satis omnibus inimicum est.

De Columbarijs, & Turtureis, & Turdorum cubiculis. Cap. XXIII.

Columbarium vero potest accipere sublimis vna turricula in pratorio constituta, leuigatis, ac dealbatis parietibus, in quibus quatuor partibus fenestellae (sicut mos est) breuissimae fiant, ut Columbas solas ad

introitum exitumque permittant, nidi figuratur interius, A multichis latae fiant, si inter eas vetus sparta projiciatur. No pereunt, neque locum deserunt si per omnes fenestras aliquid de itangulati hominis loco, aut vinculo, aut fune suspendas. Inducunt ahas si Cimino palcautur a sidiuo, vel Hirci alarum ballami liquore tangantur. Exus frequentant si hordeum torrefactum, vel fabam, vel heruum saepe consumant. Tringina autem Columbas volantes diurni tres sextarij tritici sufficent. Aut creaturae providebimus ita, ut heruum verus gratia mensibus praebamus hybernis. Ratae iamulos plurimos lo eis oportet contra animalia inimica suspendere, sed columbarij cellae duo subiecta cubicula fiant, vnum breuem, & prope obscurum, quo Turture claudi possint, quae nutrire facillimum est. Nam nihil ex petunt nisi, ut aestate, qua sola maxime pinguefcunt, triticum, vel millium nulla maceratum semper accipiant. Sed modius vnus diurnus 120. Turturebus sufficit. Aqua sane eis frequenter mundior debet offerri. Aliud vero cubiculum Turdes nutriat, qui locus mundus sit, & leuidus, & vndique leuigatus, transuerfa in hoc peti cae figuratur quibus possint post inclusum volatum sedere, tamen etiam virides, saepe mutantur, carica tunica mixtis pollinibus largissimae praebantur. Mixti etiam si facultas est, Lentis, Oleastri, Hedere, abuti semina interdum ad excludenda fastidia, & maxime aqua munda tribuatur. Claudantur illi, & recentes capri mixtis aliquibus ante nutritis, quorum societate ad capiendos cibos, pauidam nouae captiuitatis mastrudinem consolentur.

De Gallinis aducandis. Cap. XXV.

Allinas educare nulla mulieris necit industria. Haec dohis praecipue sufficit, ut fumo, & puluere vtantur, & ci aere. Sint praecipue nigrae, aut flaui coloris. Albae vitentur. Vinaciae cibo sterilefcunt, ordeo semicocto, & parere saepe coguntur, & reddunt oua maiora. Supponenda sunt his semper oua numero impari, Luna crescente a decima, vique ad quintadecimam. Pituita his nasci solet, quae alba pellicula linguam vestit extremam, haec leuiter vnguibus vellitur, & locus cinere tangitur, & Allio trito plaga mundata confpergitur. Item alij mica trita cum oleo faucibus inferunt. Staphylogria et prodest, si cibis miscetur assidue. Si amarum pinum, comedant, sub oculis illis grana procedunt, & nisi acu leuiter aperitis pelliculis auferantur, extinguunt oculos, portulacae succo forinfecus, & mulieris lacte curiemus, vel hamoniacio sale, cui mel, & cininum aqua maiora. Supponenda sunt his semper ximit saphylagria, & torrefactum ciminum paria, & pariter vna cum vino, & amari Lupini aqua, si penetrat secretata penarum.

De Fasianis nutriendis. Cap. XX XVI.

IN Fasianis nutriendis, hoc seruandum est, ut nouelli ad creandos fetus parentur, id est qui anno superiore sunt editi, veteres enim fecundi esse non possunt. Inouat foeminas mense Martio, vel Aprili, duabus vnus masculus sufficit, quia caeteras aues solacitate non aequat. Semel in anno fetus creantur viginti fere ouis pariendi ordo concluditur, Gallinae his melius incubabunt, ita ut quindecim Fasiana oua nutrit vna cooperiat, caetera sui generis supponantur, in supponendo de Luna, & diebus, quae sunt in alijs dicta seruemus. Tricesimus dies maturos pullos in lumine mittet, sed per 15. dies discocto, atque refrigerato leuiter ordeii farre paleantur, cui vini himber aspergitur, post triticum fractum praebetis, & locustas, & oua Formice, sane ab aquae prohibeantur accessu, ne pituita concludat. Quod si pituitam inferant Fasiani, Allicum piee liquida terfo rosra eorum debetis assiduis perficere, vel vitium (sicut Gallinis fieri conuenit) auferre. Saginandi haec ratio est, ut clauso Fasiano ministrantur offulae de farina tritici, vel ordeii, quae oleo leuigentur asperfo, & ita inferantur faucibus, ne sub infima lingua parte mergantur, quod si euenerit statim peribunt. Illud quoque curemus, ut praebantur noua alimenta prioribus digestis, quia eo facillime onus cibi haerentis extinguitur.

De Anseribus. Cap. XXVII.

ANser sane, nec sine aqua, nec sine herba facile sustinetur, locis confcis inimicas est, quia lata, & morfu laedit, & stercore, pullos praestat, & plumas quas Autumnu, vel iamus, & vere. Vni masculo, tres feminae sufficiunt. Si desit flu-

uius lacuna formetur. Si herba non suppetat, T. ifolium tenui Graecum, Agrestia intiba, Lactuculas seremus alimetro. Alibi facundiores sunt, varij vel sulci minus, quia de agrestis genere ad domesticam transferunt. Incubant a Calend. Martij, vique ad aetium solitrium. Plus pariet si Gallinis oua supponas. Extremum partum matribus iam vacaturis educare permittimus, parituae ad aram perducantur, cum semel hoc feceris consuetudinem sponte retinebunt, Gallinis sicut Pauonia, & anseris oua suppones, sed anserinis ouis, ne noceant suppositis subiciantur Vrtica, parui femine Pepaueris primis decem diebus intus pascendi sunt. Postea sereno eos poterimus educere, vbi Vrtica non fuerit, cuius aculeos formidant. Quatuor mensium bene saginantur, nam melius in teuera etate pinguefcunt. Polata dabitur in die ter, large vagandi licentia prohibetur, loco obscuro claudentur, & calido, sic maiores etiam secundo mense pinguefcunt. Nam parvuli saepe die tricesimo saginantur melius, si ad facietatem millium praebamus infusu. Inter anserum cibaria legumen omne porrigi potest excepto heruo. Cauendum est et ne pulli eorum fetas glunant.

De Pauonijs. Cap. XX VIII.

Pauones nutrire facillimum est, nisi eis fures, aut animalia inimica formides, qui plerumque per agros vagari sponte se pascunt, pullosque educunt, altissimas arbores vespere petunt, vna his cura debetur, ut incubantes per agrum feminas quae hoc passim faciant, a Vulpe custodias. Ideo in insulis breuibus meliori sorte nutriuntur. Vni masculo feminae quia que sufficiunt. Masculi oua, & pullos suos persequuntur velut alienigenas, priusquam illis citiarum nascatur insigne. Ab idibus Februarij calore incipiunt Faba leuiter torrefacta in libidine prouocantur si eis quinto quoque die tepida praebantur. Cupidinem coeundi masculus confitetur, quotiens circa se amictum caudae gemmantis incuruat, & singularum capita oculata pennarum locis suis exeret cum stridore procurrentis. Si oua Pauonum Gallinis supponantur, excusat matres ab incubatione tribus vicibus per annum fetus edunt, primus partus quinque ouorum, secundus quatuor, quae a primo incremento Luna 9. diebus habeant 9. oua supposita quinque Pauonina, & caetera sui generis. Decima die omnia Gallinacia subtrahantur, & alia item Gallinacia cotidem recentia supponantur, quot ablata sunt. ut tricesima Luna hoc est expletis 30. diebus possint cum Pauonijs ouis operiri. Oua autem Pauonum, quae Gallinae subiecta sunt, saepe manu conuertantur, quia hoc ipsa facere vix valebit. Maiores tamen Gallinas oportet eligere, nam minoribus pauora supponas. Natos si ad vnam transferre a pluribus velis, dicit Columella, vni nutriti 25. sufficere, mihi vero videtur 15. satis esse. Primis diebus far ordeii confperum vino pullis dabitur, vel vndecun- que cocta pulicula, & refrigerata, postea adijciatur porrum coctum, vel caseus recens, sed expressus. Nam serum Pulsis nocet. Locustae etiam ablatis pedibus praebentur. Ita pascendi sunt usque ad vnum mensem. Deinde ordeum poteris praebere solenniter, tricesimo quinto tamen die postquam nati sunt, & in agrum tuto deijci possunt comitante vnice pascendi. Cuius singulo reuocantur ad villam. Pituita vero & cruditates his remedijs amouebis, quibus Gallina curatur, maximum illi periculum est cum incipit crista produci, nam patitur languores infantum similitudine, cum illis tumentes gingiuae dentu culi aperire nituntur.

De Area fruenda. Cap. XX IX.

Area longe a villa esse non debet, & propter exportandi facilitatem, & ut fraus minor timeatur Domini, vel Procuratori in ciuitate suspecta. Sit autem vel strata silice, vel saxo montis excita, vel sub iplo triturae tempore vngulis peccorum, & aqua amixtione solidata, clausa deinde, & robustis munita cancellis propter armenta, quae cum terentur inducimus. Sit circa hanc locus alius planus, & purus in quem frumenta transfusa refrigerentur, & horreis infertantur, quae res in eorum durabilitate proficiet, fiat deinde vndecun- que proximum maxime in humidis regionibus, sub quo propter himbres frumenta si necessitas coegerit raptim, vel munda, vel semirrita ponatur. Sic enim loco sublimi, & vndecun- que perfabili, longe tamen ab hortis, vineis, atque pomis. Nam sicut radicibus virgultorum profunt letamen, & paleae, ita insidentes frondibus proferant, quae aere com- pellunt.

Non est alienum si aquae copia patiat, patet in familiaribus de structura Balnei cogitare, quae res, & voluptati pluri...

Foeni, Palcatum ligni, cannarum repositiones, nil refert in qua parte, dummodo siccus sit, atque perhables, & lo...

Horti, & Pomeria domui proxima esse debent. Hortus sterquilinio maxime subiectus, cuius cum succus sponte...

Partes sane horti diuideudae sunt, ut haec in quibus utrumque feminabitur, verno tempore partinentur, quas femini...

Contra nebulas, & rubiginem paleas, & purgamenta pluri bus locis per horum disposita simul cum omnia nebulas...

Mures, si amurcam spissam patinae infuderis, & in domo nocte posueris, adhærebunt. Item necabuntur si...

Apes si emendae sunt prouideamus, ut plena compatiatur, quam rem, vel inspectio, vel murmuris magnitudo, & fre...

mus, quae in quadratam constituta mensuram, fures, & accesus hominum, peccudumque submoueat, sic abundans floribus...

Sed ab his Apium castris longe sunt omnia odoris horren di, Balnea, Stabula, Coquina, Fuforia, fugemus praeterea...

Eligendus est pinguis, ac resolutus ager, qui minimum laborem petit, fructum maximum reddit. Secundi meriti...

Aeris salubritatem declarant loca ab infimis vallibus libera, & nebularum noctibus absoluta, & habitatorum...

considerata corpuscula, si eis color sanus, capitis firma sinceritas, inoffensum lumen oculorum, purus auditus, fauces com...

In terris vero quaerenda est fecunditas, ne alba, & nuda sit gleba, ne macer fabulo sine ammixtione terreni, ne creta...

Vnae exequi conuenit partem, quae restat industriae, cuius haec erit cura, vel maxime quas subieci tenere sententias. Praesentia domini profectus est agri. Genera omnium...



cogat de falsa terra sperari a liquid, post autumnum plantam da est, vel conferda, vt malicia eius hybernis himbribus elua tur. A liquid iam terrae, vel arenæ fluuialis subijciendum est, si illi virgulta committimus.

De Seminibus collocandis. Cap. XLII.

Semina plusquam annicula esse non debent, ne vetustate corrupta non prodeant. Frumentum collis quidem grano robustius, sed mensura minus refundit. Omnia, quae feruntur crescete Luna, & diebus tepidis sunt ferenda, nam tepor euo cat, frigus includit, frumenta omnia maxime laetantur patenti campo, & soluto, & ad solem reclusi. Spissa, & cretosa, & humida terra bene far, & triticum nutrit. Ordeum soluto delectatur, & sicco. Nam si in luto agro spargitur morietur. Tri aestris satio locis frigidis niuosis conuenit, vbi qualitas estis humecta est, ceteris raro respondet euentu. Semen trime stre locis tepidis melius respondebit, si feratur Autumno. Omnia legumina Graecis autonibus ferri iubentur in sicca terra, Fabia tantummodo in humida debet aspergi. Omne triticum solo vliginoso post tertiam rationem in genus siliginis commutatur. Tria vero mala esse his nocent, sterilitas, morbus, vitium. Quamuis temperatis agris ferendum sit, tamen si siccitas longa est, semina occata potius in agris, quam in horreis seruantur. Seminatum mediocri terra instituire debemus, vt ad meliora, quae facta fuerint transferantur. Hortus qui celo elementis subiacet, & fontano humore percurritur, prope est, vt liber sit, & nullam ferendi disciplinam requirit.

De Oleis, ac ceteris arboribus excolendis. Cap. XLIII.

Terra profunda, (vt Graeci asserunt) Olea grandes arbores efficit, fructus minores. Et aquatosa leros, magisq; amurcae proximos. Aer oleas tepidus iuuat, & vides me diocribus sine vi, & horrore perstabilis. Vitis, quae ad iugum colitur per arates ad hoc petuenda est, vt locis molestioribus quatuor pedibus a terra, placidioribus vero septem summitas eius insurgat. Ramus laetis viridis, & sterilis in media olea abscondendus est, vt totius arboris inimicus. Sterilitas & pestilentia equo modo fugiendae sunt. Graeci iubent oliuam cum plantatur, & legitur a mundis pueris, atque virgini bus operandam, credo recordari arbori huic esse passulem castitatem. In omni opere inserendi, putandi, & recidendi duris, & acutis vtere feramentis. In vite, vel arbore, quae facienda sunt perage ante apertionem floris, & gemmae, de locis deterrimis sicut arbores, ita homines conuenit ad meliora transferre.

De vitibus plantandis, atque colendis. Cap. XLIIII.

Locus frigidus, a meridie vinea ponuntur, calidis, a septentrione, temperatis ab Oriente, vel si necesse sit ab Occidente. Qui sterilem terram vineis occupat, & laboribus suis, & sumptibus est inimicus. Campi largius, vinum colles nobiliter ferunt. Aquilo vites sibi obiectas fecundat, Austro nobilitat. Ita in arbitrio nostro est plus habeamus, an melius. In pale sinato solo intrer novellas vites omnino nihil est conferendum. Graeci iubent exceptis caulibus tertio anno, quae libebit adiungere. Vitis nouella, vt facile incrementum delecta consequitur, ita interitum celerem si negligatur incurrit. In vitibus puta: distria considerata sunt, fructuum spes, successura materies, locus qui ferret, ac reuocet. Vitem si maturius putres plura sarmenta, si serius fructus plurimos consequeris. Post bonam vindemiam stridius, post exigam largius puta. Locis calidis, siccis, apricis, pampinandum non est, cum magis vites oportet operari. Et vbi vineas vulturnus exurit, aut flarus regio nis aliquis inimicus, vitem tegamus straminibus, ac aliunde quaeramus. Teneram, & viridem vitem ferri accie, ne recidas. Omnis incisura sarmenti euenerat, a gemma, ne eam stilis, quae fluere consuevit extinguat, pro macie, vel soliditate vitium nutrienda sarmenta putator iniungat. Subligatio acerbis vuis facienda est, quando excutiendi, aut rumpeadi acini, nulla formido est. Ligatura in vitibus locum debet mutare, ne vnum affiduras semper conterat vinculorum. Fossori si aper tus vitis oculus viderit eclabie spes magna vindemiae, & ideo dum est, elaula fodietur. Calidis maritimis, siccis, apricis, campestribus locis, omne opus vinearum maturius inchoetur, frigidis, mediterraneis, humidis, opacis, montanis locis tardius, quod non solum de mensibus, aut diebus dixerim, sed & de horis operandi.

De his, quae circa rem domesticam agenda sunt in Ianuario. Cap. XLV.

Acrot. His itaque generaliter praebatis, docet Palladius agillatim, quae per totum annum per singulos menses, agenda sunt in re domestica, maxime, quae in Agricultura. Incipiens a Ianuario. Paladius, vbi supra li. 2. Mense Ianuario co ficitur oleum Myrrinum, & Laurinum, oleum quoque Lentis tinum. Apricis, aut macris, aut aridis locis prata iam purgan da sunt, & a pecore vendicanda, hoc quoque mense Tuberes inferuntur Cydoaeo, nunc locis temperatis Persicorum ossa ponuntur. Et inferunt eadem Persicus in se, in Amigdalo, in Pruno, sed Pruno amerina inferimus, & praecoqua. Nunc et Prunus inferenda est, antequam germinet, & Persicus, & Cera sus oportet inferuntur agrestis. Hoc iterum mense, sicut Columella dicit, maturi Agni, & animalia omnia minora, atque ma iora caractere signantur. Item Gallinarum partus fecundita tem repetit. Hoc mense, post brumalem quietem incipiunt ad educandos pullos, quia Iuppini. Hoc etiam mense caedenda materies est ad fabricam cum Luna decretae, & ramices, vel pali faciendi.

De Agris eodem mense, & Caille, & Allio proficindendis. Cap. XLVI.

Pingues, & siccis agri proficindi, & aperiti iam possunt, sed Boues melius collo, quam capite iunguntur, quos vbi ad versuram venerint, arator retineat, & iugum propellat, vt eorum colla refrigerentur. Sulcus. n. in arationibus longior, q; 120, pedum esse non debet. Seruandum est ne inter sulcos, no remota terra relinquatur, glebe omnes dolabris dissipandae sunt, sed aequaliter terram motam esse cognosces, si transuer sam per sulcos, peticam mittas. Quae res saepius facta bubulcos ab hac negligentia summocebr. Obseruandum est ne lu tosus ager, aratur, aut quod saepe fit post longas siccitates leui hembre perfusus. Nam terra, quae lutoa tractatur in primordio, fertur toto anno, non posse tractari. Quae autem supra leuiter insula est, & subter sicca, si tunc aratur asserunt per triennium sterilis fieri, & ideo mediocriter in sulcus ager, vt nec lutosus, nec aridus si proficindi debet. Si collis est trans uersus, per latera sulcetur, quae forma, & tunc seruanda est cum semen accipiet.

De Lactucis ferendis, & Caille, & Allio. Cap. XLVII.

Mense Ianuario, Lactuca sereda est, vel Decembri, vt plura eius Februarii transferatur. Itemque Februario feri ar, vt possit Aprilis, mense transferri. Sed certum est ca toto anno bene feri, si locus sit laetis, stercoaratus irriguus, ante quam pangatur eius refeceris aequaliter, & liquido fimo li namus, vel quae iam patefactae sunt nudatae letamen accipiant. Amant solum subactum pingue humidum stercoaratum, inter has herba manu est vellenda, non farculo, latior sit si rata ponatur, vel eam producere incipit caulem, eo leuiter incipio gle ba praematur, aut testa. Candida fieri putantur, si fluminis are na, ac litonis frequenter spargatur in medias, & collectis in se foliis alligentur, si vitio loci, vel temporis, vel feminis cito lactuca durefcit, planta eius auulla, & denuo posita teneru dinem consequetur. Item multis seminibus condita nascetur, si capriui stercoas, bacam subula struillier excreuerit, & in ca semen lactucae, naturaej ocium, erucae radices immiseris, tunc inuolutam fimo bacam terra optime culta, breui serobe de merferis Raphanus mittitur in radicem, caetera semina in sum mos lactuca pariter emergente profliunt) singulorum sapore seruato, hoc etiam mense Caules, & toto anno feri possunt. Nunc etiam Allium, & vpicum bene feritur, sed Allio alba terra proficiet.

De Frugibus seminandis, & sarculandis. Cap. XLVIII.

Scandium fuerit hiems ordeum galaticum, quod graue, & scandium est. Circa idus Ianuarij seramus. Cicercula men se hoc feritur. Loco Igto, humido, hoc genus feminis raro re spondet, quia decipitur Austro, vel siccitate, dum flores, quod tunc prope necesse est euenire. Hoc mense vltimo colligendi feminis causa non pabuli secandi vitia feritur. In terra proficilla post horam secundam, vel tertiam, cum ros esse defic rit, quem ferre non potest, sed statim cooperienda est ante noctem. Nam si nuda man ferit uocis humore corrumpit ur. Obseruandum ne ante 25. Lunam feratur, quia si latam limaces persequantur, hoc mense serenis, & siccis diebus dum gelicida non sunt, sarculanda erunt frumenta, quod opus ple rique

zique negant fieri debere, quia radices eorum detegantur aut incidantur, & uentur frigore subsecuto. Mihi videtur her bosis locis tantum esse faciendum. Sed in ueum, & far latitur quatuor solitorum, ordeum quinque, faba & legumina cum lu pra tertiam quatuor digitis fuerit. Lupinus vero, qui vnam ra dicem habet, si farculetur extinguitur, quod nec desiderat, quia herbas praeter auxilium cultoris affigit, faba si bis farculetur proficiet multum fructum, & maximum redditura. Si siccitas lo getes farculaueris aliquid, & contra rubiginem praetistitit.

De vitibus oblaqueandis. Cap. XLIX.

Mense Ianuario locis temperatis oblaqueandae sunt vites, quod Itali excoicare appellant. i. circa vitis codicem dolabra terram diligenter aperire, & purgare omnibus, vel ut lacus efficere, vt a tollis teporibus, & himbribus prouocetur. Passinum quoque nunc fieri tempus est, quod fit tribus generi bus, aut terrae in totum fossa, aut sulcis, aut serobibus. Terra to ra debet effodi, vbi ager immundus est, vt Siluestribus truncis, & radicibus silicis, vel herbarum noxiarum spacia liberentur. Vbi autem mundae sunt noales serobibus passinemus aut sul cis. Sed sulcis melius erit, quia humorem velut in totam spa cia passinata transmittunt. Quod si serobes fieri placeat, facie mus vitibus pedibus altas, duobus semis latus, tribus longas, vl tra tres vero altius fodiendae non sunt, ne laborent frigore sar menta, quae pangimus, latera serobibus aequaliter incisa sint, ne obliqua vitis lauetur alte nitentibus feramentis cum fos for incumbet, passinum vero solum, quod omne verfabitur, tritium, vel duorum semis pedum altitudine terra vniuersa fo dietur. In quo erit diligentia ne crudum solum fraude occul ta fossor includat.

De Solo congruente pangendis vineis. Cap. L.

Solum vineis ponendis, nec spissum nimis sit, nec resolu tum, propius tamen resolutum, nec exile, nec leuissimum, ta men leto proximum: nec campestre, nec praecps, sed potius editio campo, nec siccum, ne vliginosum, modice tamen fos cidum, nec fallum, nec amarum, quod vitium sapore corrupto vina contrahat. Caelum mediocrius qualitatis tepidum tamen magis, quam frigidum, siccum potius, quam nimis himbridiu. Sed ante omnia vitis procellas vento (que formidat. Ad passinandum rudes agros potius eligamus, vel maxime Siluestres vltima conditio est eius loci, in quo fuerint uerusta vinea, quo si necessitas cogserit prius multis arationibus exerceatur, vt abolitis radicibus prioris vineae, & omnium earum carie, & squalore depulso, nouella vitis tutius possit induci, totius, & alia duriora vbi gelu relaxantur, & solibus, pulcherrimas vi neas ferunt refrigeratis radicibus, & humore retento, sed & so lura glareas, & calculosus ager, & mobiles lapides, si tamen haec omnia glebis se pinguis miscuerunt, & silix cui terra sup posita est, qui frigidus est, & humoris tenax, radices astrae sicite non patitur. Item loca ad quae de cacuminibus terra decurrit, vel valles quas fluminum saturabit aggestio. Sed hoc in his locis, quae gelu, & nubibus infesta esse non possunt. Ar gillola terra comoda est. Argilla autem sola grauitur mimi ca. Plagam caeli vinea spectare debet, locis frigidis meridionalem, calidis septentrionalem, tepidis orientem. Si tamē Au stros, vel Euros regio non habeat inimicos, tunc melius in aquilonem, vel fauonium vinea dirigimus. Sed locus, qui passina dus est prius impedimentis, & omnibus elisis liberetur arbori bus, ne post calcatu affiduo terra fossa solidetur. Si campus est duobus semis pedibus passinatur, si ciliuus tribus. Collis praer ptis quatuor citius terra decurrat, vallis pedem, & semis, vel duobus pedibus. Sed ager vliginosus, qui humores altius fos fus eructat non amplius, quam pedem semis effoditur.

De Amigdalo ferenda, vel plantanda. Cap. LI.

Amigdalus feritur Ianuario, & Februario. Item locis cali dis Octobri, & Nouembri semine, & plantis de maioris radice, quae tolluntur. Sed in hoc genere arboris nihil vtilius est, quam seminatium facere, fodiemus enim altam pede vno semisque aream. In quam obtuemus Amigdala, non amplius quatuor digitis alta, cacumina tamen figamus in terra spacio inter se binorum pedum separato, amant agrum durum siccu calculosum, caelum calidissimum, quia mature florere consue uerunt. Ita statuendae sunt arbores, vt ad meridiem spectent. Cui in seminario adoleuerint relicti ibi, que spacio sufficiant plan tis, alias transferemus mense Februario. Sed ipsa Amigdala

ad ponendum, & noua legamus, & grandia, quae antequam po nimus pridie multa aquata nimis maceremus, ne germen ex tinguat ex multo melle mordacitas. Cum in seminario Amig dala disponimus, si siccitas intercesserit, ter in mense rigemus, & herbis nascentibus circumsodiendo saepe purgemus, terra seminarij letamen habere debet ammixtum. Spacia inter arba res viginti aut quindecim pedibus dedisse sufficiat.

De eodem excolenda, vel inferenda. Cap. LII.

Amigdalus putanda est Nouembri mense, vt superflua, & arida, & densa rollamus. Seruandae sunt a pecore, quia si rodantur amareleunt. Circumsodi non debent quotiens florent, quia inde flos eius excutitur, in vetustate plus affert. Si strax non est, rede cuneum terebrata claude claudatur. Locis fri gidis vbi metus est de pruina. Martialis dicit hoc remedio sub ueniri, antequam floreat radices mundantur, & albi lapides minutissimi mixti arenis congeruntur, & vbi iam tutum vide bitur, vt debeant germinare effossi iterum lapides submouen tur. Teneras nuces Amigdalus creabit ( vt dicit ) si ante hore radicebus oblaqueatis per dies aliquot aqua calida ingeratur. Ex amaris dulces sunt, si circumsodis stipite tribus digitis a ra dice fiat cauetna perquam noxiarum defudet humorem, vel me dius truncus terebretur, & cuneus ligni melle oblitus impri matur, vel circa radices suillum stercus effundas. Amigdala ad legendum maturitatem, fatentur, cum fuerint spoliata cortici bus. Nec sine cura hominis seruantur in locum. Si difficulter eorum dimittent, paleis obruta continuo relaxabunt. Item de coriata si aqua Marina lauemus aut salsa, & candida sient, & plurimum durant. Mense Decembri, vel Ianuario circa idus Amigdalus inferitur. Locis vero frigidis Februario, si tunc sircu los condias antequam germinent. Viles sunt qui de sum mitate sumuntur, inferuntur, & sub cortice, & trunco. In feritur in se, & in Persico.

De Nuce similiter excolenda. Cap. LIII.

Nucae seremus extremo Ianuario, amat loca montana humida, & frigida plerumque lapidosa, potest tamen & locis temperatis iuuante humore nutriri. Serenda est nu cibus suis eo more quo, & Amigdala feruntur, & ijdem men sibus, sed quas Nouembre deponis aliquatenus in sole sicca bis, vt exciteatur noxtium vitas humoris. Quas vero mense Ia nuario, vel Februario positurus es, aqua simplici pridie mace rabis, ponemus autem transtueras, vt latus. i. cartina ipsa figa tur in terra. Cacumen ipsum cum ponimus. Nucem in aquilo nis partem dirigemus, lapis subter, vel resta ponenda est, vt ra dicem noui simplice, sed repercussa dispergat. Lerior fiet si cae pius transferatur. In frigidis locis bima, in calidis locis trima debet transferri. Radices plantarum ( sicut in aliis arboribus solemus ) in hoc genere resicare non debes. Fimo bubulo ima planta tingenda, sed melius cinis spargetur in serobibus, ne ca lore stercoris ad arator. Et cinis creditur, vel corticis teneritu stin em procurare, vel fructuum densitatem. Altis serobibus de lectatur pro arboris magnitudine, & desiderat interualla ma iora, quia stillicidii foliorum suorum proximis, vel sui geueris necesse arboribus, debet aliquando circumsodi, ne caua siaz vitio senectutis. Cannalis longus a summo trunco ad imu debet excidi, sic beneficio solis, & venti durefcunt, quae in pu tredinem transebant. Si dura nux erit, vel nodosa cortex, cir cundanda est, vt vitium mali decuat humoris. Alii radicem summa praeseindunt. Alii terebrate radice palum de buxo im primunt, vel cuprinum clauua, vel ferream. Cortex in nucede missus maturitatis inditium est, qualis debet, & poni. Noces ser uantur, vel paleis obrute, vel arena, vel foliis suis aridis, vel ar ca ex ligno suo facta incluse, vel cepis mixte quibus vicissitu dinem reddunt, vt eis aeredinem tollant. Martialis expertum se ait, virides noces tantu liberatas putaminibus sui melle de mergi, & post annum virides esse, & ipsum mel ita medicabile fieri, vt ex eo facta potio arterias curet, & fauces. Inferitur ( vt plerique volunt ) mense Februario in arbuto, sed melius in trun co, vt tliqui in Pruno, & in se.

De his quae agenda sunt mense Februario. Cap. LIIII.

Mense Februario locis temperatis prata incipient custo diri, quae prius si macra sunt spatio letamine saturen tur, quod eijciendum est luna crescente. Quanto re centius fuerit, tanto plus nutriendis herbis valebit. Quod a lu periore

periore parte fundatur, ut succus eius per totum possit elabi... Hoc mense ferendum est omne trimestre genus.

De vitibus eodem mense excellendis, & plantandis. Cap. LV.

Hoc mense omnia genera pastinati soli, seu sulci, seu sero- bes vitibus compleantur. Natura autem vitis cœlum om- ne solumque sustentat, si genera conveniēter aptentur.

De arbutis, vel arboribus vitiferis. Cap. LVI.

Quod si arbutum te habere delectat generose vitis prius in seminario nutrire debebis, ut inde radicata transfera- tur ad serobem cui arbor iniuncta est.

Hoc mense locis frigidis aliquatenus, & temperatis vitium est iusta putatio. Sed ubi multæ sunt vinee diuidantur, & pars earum, quæ septentrionem respiciet verno putetur.

De arbutis putandis. Cap. LVIII.

Vitis quæ in arbore collocatur. Prima eius materia ad se- cundam, vel tertiam gemmam prociatur. Deinde om- nibus annis aliquid per ramos crescere subinde patia- mur.

De novellarum vitium putatione, & vet erum propagatione. Cap. LIX.

Novellam vitem Columella dicit a primo anno ad vna- maceriam esse formandam, nec rescindendam totam; sicut Italiæ consuetudo est.

obruatur, quod agricolis certum est displicere, Mercurium dici- mus quotiens velut arcus super terram relinquatur alia parte vitis in fossa.

De viti Thiriace, & illa que nimis lacrymifera est. Cap. LX.

Thiriace vitis profectus est, ut vinum eius vel acetum, vel vna, vel farmentum cinis proficiat contra morfus omnium bestiarum.

De viti, qua præparata facit, & illa que vrios botrioms pronancit. Cap. LXI.

Conditum, vel absinthium, vel rosatum, vel viola tum procedere sponte fertur ex vitibus, ut natura suscipiat, quod procurare consuevit industria.

De Vna sine granis. Cap. LXII.

Se & pulchra species vna, quæ granis interioribus caret, hinc efficitur, ut summa iocunditate sine impedimento sorberi possit, vel ut vnum omnium corpus vuarum, sit autem Græcis autoribus hac ratione per artem succedente natura.

De Infusionibus eodem mense faciendis. Cap. LXIII.

Hoc mense calidis, & apricis locis optime celebratur in- sitia, quæ sit tribus generibus, sed ex his duo nunc fieri possunt, tertium referatur ætati.

ratam plagam farmentis incidamus. Inde quasi cunctum tenem ferream, vel osseum maxime Leoninum inter corticem, & lignum tribus prope digitis consideranter disponimus.

Adhuc de duobus generibus insitionis. Cap. LXVIII.

Quartum genus Columella sic retulit Gallica terebra vsq; ad medullam arborem perforandam, plaga interiori leuiter inclinata, ibi educito omni serobe vitem, vel ramum ad modum foraminis impressi delibratum, succidam tamen, & humentem imprimi, vna aut duabus gemmis foris relicta.

De Olivæ insitione. Cap. LXV.

Hoc mense locis temperatis instituemus oliueta, quæ vel pastinis conferenda sunt, vel extremas circa decuma- num tabulas cingant, vel suum locum tenebunt.

Adhuc



Oliueta locis aestiuosis septentrionali colle, frigidis meridiano gaudet modis eius delectatur neq; arduum patitur magis medicos eliuos. Baecarum genus numerosum est. Pausia tam oleum, quod reddit dum viride est, optimum, sed cito vetustate corrumpitur. Optimum Licinia dat plurimum Sergia. Sed de his generaliter haec percipisse sufficiat, maiores baccas cibo, minores oleo profuturas, melius autem facie si ordines in fauoniam dirigamus, cum deponentur in serobes sic eas constituantur quateus pedibus follas, glareae etiam vbi lapides defuerint miscantur, & sterces. Si clausus locus est, modice supra terram quae ponuntur emineant. Si pecora formidantur altiores trunci esse debebit. In ficis vero prouinciis cum pluuig sunt, & rigare conueniet, si prouincia indiget oliuetis, & non est vnde planta sumetur, seminatum faciendum est. Inde post quinquennium poterit valida planta transferri, & locis frigidis hoc mense plantari. Scio pletofque quod facilius acque vtilius est radices olearum, quae in siluis plenimque sunt, aut locis desertis, in cubitale mēsuram rescisas aut in seminario (si placuerit) aut in oliueto solere disponere, & ammissione stercois adiunare, quare proueniet, vt ex vniuersa arboris radicibus numerosa planta nascatur.

De arboribus pomiferis. Cap. LXVII.

Etiam promiferas arbores possumus in partibus a septentrionali regione disponere, de quibus sigillatim dicemus quae specialiter sunt tenenda. Nam Pomis eadem terra conueniet, quae vitibus. Serobes autem maiores facies, inter ordines tricenos pedes relinques, plantas statues radicatas, quoad est melius seruabis ne cacumina aut manufacta aut erosa non crescant, vnumquemque ordinem sui generi deputabis, ne infirmas a valentioribus opprimantur, plantas similiter notabimus, vt ipsis quibus steterant cardinalibus opponamus. De eliuo sicco exili in planum pingue humidum transferemus, si truncos ponere volueris supra terram prope tribus pedibus erigantur, vbi duas in vna serobe plantas deponis, cauendum est ne se contingant, nam vermibus interibunt. Sed vt Columella dicit feratioris sunt, quae seminibus hoc est nucibus suis, quam quae plantis ponuntur, aut tamis vbi regio siccora est, aquationibus adiunentur.

De Piris ferendis, & excolendis. Cap. LXVIII.

Lantas pitorum mense Februario locis frigidis ponemus, Peraldis vero Nouembri, sed mense Nouembri pira locis tepidius conferenda sunt, vt solo iuuentur irriguo, ita & florem plurimum proferent, magnitudinem Pomii turgentis acquirunt, nasci tamen talifolo maxime diligunt, quali vineas diximus conuenire. Sed laro solo, & validas arbores, & fructus plurimos consequemur. Lapidosi generis pira vitium mutare creduntur, si terris mollibus conferantur, sed pira plantis ferere, prope tardus euentus est, tamen quibus hoc placet, vt semina generosa nihil sibi de agresti asperitate permisceant, plantas bimas aut trimas (eo more quo olea ponuntur) radicatas magnis serobibus ponunt supra terram tribus altas, vel quatuor pedibus, quarum decisa cacumina argilla mixta muscus debet aperire. Nam si quis pitorum semen aspergat, nasci quidem necesse est originem suam refouente natura, cuius aeternitati nulla tarditas potest creare fastidium, sed homini hoc spectare longinquum est, cum & sero veniant & de generis nobilitate decedant, melius ergo hoc mense Nouembri fiat, vt pitorum plantas radicatas seramus, agrestium subactis bene serobibus, & vt comprehenderit inferantur. Hoc autem interest, quod quae plantis suis seruntur, dulcedinem ac teneritudinem seruant, diu tamen seruata non durant, infra vero motam temporis sustinebunt. Spacia inter pira 30. pedum mensura discernat, genus hoc arboris, vt proficiat, frequenti humore, & assiduis fassionibus est colendum, vsque adeo, vt tempore quo flores confuevit nihil perditura credatur de flore prolato si eam tunc folior adiunentur. Mulcum proficis, si interiecto anno quale libet seramen adiungas, sed bubulum spissa, & graua Poma generare facit, aliquid cinerem miscant, credentes hinc contrahi argutos sapores generum varietates. Ex qui superuacuum puto, cum imponendis, vel excolendis sit nul la distantia.

De Piris inferendis ac remediandis, & fructibus earum conseruandis. Cap. LXIX.

Mense Februario, & Martio pirus inferitur, more quo distum est, cum de incisione loqueremur sub cortice, & in trunco. Inferitur autem Piro agresti, melo vt non nulli, Amigdalos, & spino vt virgilius, orno, & fraxino & cydoneo, vt aliqui & punico, sed filio ligno. Surculus Piri, qui inferitur ante solstitium anniculus esse debet, & priusquam figatur, foliis ex omni parte tenera priuari, post solstitium vero cum figis, qui summum germen includit, si liquida arbor est Piri, vel oblaqueat radice terrebras, & ibi ligneum palum deprimis, vel in trunco similiter terebrata ex reda cuneum figis, vel si hanc desit ex queret. Vermes eius arboris, & nati necantur, & nasci prohibentur radicibus selle taurino frequenter infulis, Item feces vini veteris recentes, si radicibus affundatur per triduum diutius arbores in floribus laborare non facient. Si lapidosa pirus est, ab extremis radicibus terram priorem leuabis, & feceris omnes lapillos, quibus diligenter remotis, alteram terram cribro fractam in loco eius in fundis, sed hoc proderit si rigare non cesses. Plurimi Pira obruta inter paleas, aut strumenta seruantur. Alii statim lecta cum tenacibus suis picatis vtreis condiderunt, & orbis vasculorum gipso, vel picis clausis, ipsa sub diuo obruta sabulone terebant. Alii pira, quae se non contingunt in melle seruantur. Item pira diuisa, & purgata granis in sole siccantur. Aliqui aquam saltam (cum caperit vndare calefacta) despumant, & ei post iam frigida pira seruanda demergunt, tunc exempta post tempus exiguum condunt vtreo, & eius litore conseruant. Vinum de Pira sic si contusa, & sacco ratillimo condita ponderibus comprimantur aut piglo. Hycme durat, sed prima accedit astate.

De Melis ferendis, & excolendis. Cap. LXX.

Mense Februario, & Martio locis frigidis Mella seramus si calida, & sicca regio est Octobri, & Nouembri. Eorum plura sunt genera, astant pingue ac latum folium, & cui humorum non tam rigano, quam natura suppediter. Si in arena, vel argilla sit, rigationibus adiunentur. Montanis locis debent ad meridiam versa, & constitui, & frigidio solo proueniunt, si caeli tepor adiunent, neque in asperis, & humectis sedem reculant. Maerum, & aridum solum Poma vermiculosa efficit, & caduca, seruntur omni genere, sicut Pirus, neque exarari neque effodi desiderant. Icaico eis magis prata conueniunt. Stercus tantum non exiguu quidem, sed libenter assumunt, vel cineris pulueres miscantur. Amant modestas rigationes, putatio illis apra est, sed maxime, vt arida aut male nata tollantur. Citius senescit haec arbor, & in senectute degenerat. Si caduca sunt Poma, sicca radici iunctus Poma retinebit, licet eius viridis felle si tangantur cacumina non putrescit, vermes eius suillo stercore mixto humant vrinam, aut felle bubulo extinguntur, qui si plures circa arborem sint, erco scalp pro semel rasi non vltra nascuntur, quae rala sunt bubulum steruus obducant. Si spissa Poma ramos onerabunt inter legenda sunt quaeque vitiosa, vt alimen tum caeteris succis equiparet, & generosis abundantiam mini stre, quae numerosa vilitate perdebat. Melus omni generi inferi potest quo Pirus. In Male in Piro, in Spina, Pruno, Sorbo Perlico, Platano, Populo, Salice.

De fructibus earum custodiendis. Cap. LXXI.

Diligenter legenda sunt Mela, quae volumus custodire. Ea in locis obscuris vbi ventus non sit, stramentis prius in crate subiectis in cupulis secreta disponimus, qui cumuli frequenter diu isone separantur. Aliqui diuersa dixerunt, vel singula in vasculis si cibilibus picatis atq; oblitis claudis, vel argilla inuolui, vel solos pediculis creta allini, vel in tabulis substrata palea disponi, & stramentis de superiori parte cooperiri. Mela rotunda, quae orbiculata dicuntur, sine cura toto anno seruare se possunt. Alii in puteo, vel in cisterna mergunt vasa fictilia, quibus diligenter picatis, & elansis mela committunt. Alii ex arbore mela illca sumperunt, & pediculis eorum picis feruenti meis supra tabulatum, per ordinem disponunt nucum follis subter expositis, plerique se roba Populi, vel Abietis inter Mela disponunt. Constar Mela sic ponenda, vt pediculis rumpatres deorium facias, neq; ante qua vsu necessaria videatur esse cotingat. Vinum & aceti fit ex Melis sicut ex Piris ponderibus praestis aut piglo.

De Mori ferendis, & excolendis. Cap. LXXII.

Amara est morus, & vitis. Mori nascuntur ex semine, sed & Poma, & virgulae degeant. Serenda est locus tepidioris mense Februario, & toto Martio. Locis vero calidioribus Octobri post, mo, vel Nouembri initio, sed vno maxime die 9. kal. Aprilium Amat loca calida sabulosa, & steruamque Maritimo. In tofo, vel argilla vix comprehendunt, humior adidus moris prodesset non creditur, foliis omibus legatur & stercore. Putria in his, & arida post triennium sunt putada, plantam si robustam transferes mense Octobri, & Nouembri, si teneram Februario, & Martio. Serobes desiderat altiores, in terralla maiora ne vmbis prematur alterius. Feracem letiorumq; mori arborem fieri aliqui crediderunt, si perforato hinc inde trunco in galos cuneos inferamus therebinti, hinc inde lentifici. Circa Octobris kal. mensem ablaqueanda est, & radicibus eius vini veteris recentillim feces infundenda. Inferitur in ficis, & in se tantum sub cortice. Vltimo iusta comprehendit, sed parturit magis infelicitatis argumenta.

De Siliquis, & Auellanis, & arboribus caeteris. Cap. LXXXIII.

Siliqua feritur Februario mense, Nouembri, & semine, & plantam. Amat loca manima calida, sicca campestris, tamen vt ego expertus sum in locis calidioribus diu fiet, si adiuerit humore, Serobem desiderat largiorem. Siliqua feruntur diuissime si expandantur in cratibus. Auellanae ponendae sunt nucibus suis. Non amplius super terram dacenda est, quam crassitudine digitorum duorum, plantis tamen, & Sobole experius sum melius peruenire. Mense Februario seu planta seu semen exponitur, gaudet loco macro humido frigidio etiam sabuloso. Mense Iulio circa noas Auellana matura est. Nunc etiam Mespilus inferetur, & ossa Prunorum. Ficus etiam locis temperatis nunc poni potest, & Sorbus. Hoc etiam mense ferit, & Amigdalos semina in areis obui. Et locis temperatis nucis inferi mense inchoant, frigidis vero exenute, conditis tamen surculis, aut quam germinant. Et pitilliae planta, vel nucis stari aut inferi potest, & Castaneatum aspergi. Noces quoque in gulandes etiam nunc seminariis recondi, & ipsum genus inferi, & frigidis, vel humectis locis nunc potuerit pineta seminari. Nunc etiam Salcis plantas, & omnium generum, quae arbutio applicandae sunt, vel genese nisi demit obruemus. Ex bacis etiam Myrti, & Lauri seminaria faciemus, vel si fuerant excoleamus.

De Rosarijs conserendis, & Lilijs, & Cannis. Cap. LXXXIII.

Hoc mense Rosaria conferemus, quae sulco breuissimo aut serobibus ponenda sunt, vel virgulis, vel etiam semine. Semina autem rosarum non putemus medios flosculos esse aut coloris quos rosa ferit, sed baccas nutriunt quas in breuissimi Piri similitudine plenas seminibus suis post vni demiam reddunt maturas, quarum tamen maturitas ex colore fusco, & mollitie poterit estimari. Signa etiam sunt antiqua Rosaria hoc tempore circum fodiuntur sarculis, vel dolabris, & ariditas vniuersa resciditur. Nunc & quae rara sunt possunt dacta virgarum propagine reparari. Si Rosam temperius habere volueris duabus palmis ab ea gymtum sodies, & aqua calida bis rigabis in die. Nunc & Liliorum bulbos ponemus, vel lilia an rehabitata faciemus summa diligentia, ne oculos circa radicem nascentes, & minores bulbos sauciemus, qui a matre subtrahti atq; in alios digesti ordines noua lilia formabant. Item violarum plantae, & croci bulbi ferendi sunt, vel subtiliter si fuerat ante fodiendi. Hoc mense aliqui Lini semine ligo solo in iugerum decem modios spargunt, & lina consequuntur exilia. Tempore hoc Canneta ponenda sunt factis breuissimis serobibus, & oculis cannarum per singulas serobes obratis, qui semipedis spacio inter se distare debent.

De serbis horrorum seminandis, & herbis hortulanis. Cap. LXXV.

Circa idus Februaris sepes horrorum ex congesto in sinibus spinarum semine faciendae sunt. Item Graeci dicunt de grossa rubi virga fieri debere particulas, & palmaribus serobibus obrati, & quotidie donec frondeant fassionem, & rigatione nutriti. Hoc mense lauca feritur, vt possit Aprilis mense transferri. Item nunc carduus, feritur & nasturtium, & cori

drum, & papauer, sicut mense Nouembri, & allium, vel vicia, Hoc etiam mense cepullas feris, sed coullas, & vere, & autumnano esse seminandas. Si semen eius feris in caput creticit, & minus reddit in semine. Si capitulum ponas ipsum marceat, & multum semen educit. Terram Capae desiderant pinguem reche menter subactam, in triguam, sterco ratam, ibi areas faciemus omnibus herbis, & radice purgatas. Serimus placido, & sereno die maxime austro, vel euro stantibus. Si minuate luna serantur teneres, & aciores proueniunt, si crescente robustae, & saporis humecti. Rarius sunt ponendae ruicandae, sarculandae sepius. Si capira voluerimus his esse maiora, folia omnia debemus auferre, & sic succus ad inferiora cogetur, de quibus vero semina colligenda sunt, iungitur amminiculis vbi caulem ceperit excitare. Cum niger color seminis fuerit praerit maturitatis in ditia, vel reddi sunt tali ad hoc semine cum semine, & sic in sole sicandi. Hoc mense Aetrum seres locis frigidis, omne uel celi statum patitur, sed tepidior legatur, cogitur si se humber ablinat, feratur rarius, aliqui semen eius non obruant, opinantur, quia nulla aue tangatur. Nuc, & Sinap m ferere possumus.

De Caulis, & alijs quibusdam oleribus. Cap. LXXXVI.

Hoc etiam mense Caulis seremus, qui & toto anno feri possunt, solum pingue, & saris subactum diligunt, argillam, & glaream timent, sabulone, & arenis non delectantur, nisi si perhentis vnda succoriat. Omnem statum celi caulis patitur, frigidum magis, contra autum positu citius ferunt, contra septentrionem ferius, sed hic, & sapore Caulis vincit, & ro bore. Cluiis delectatur, & ideo ponendae sunt plaeque per bulbinos arearum. Gaudet stercore, & sarculatione. Rarius positus conualescit, celerius coquitur virore seruato. Si dum est tritum, vel quatuor foliorum, nitrum tritum, cribello deluper spargas, & speciem pruinge canentis imitetur. Columella dicit plantarum radices Alga Marina inuolendas seruandae vriditatis causa si mo simul adhaerente. Ponendae sunt plantae maioris incrementi, quia licet ferius comprehendat, fortiores fiunt. Si hiems est tepido iam die, si estas, cum sol in vespere declinat planta pangaenda est. Valtior fiet si terra operiatur assidue. Scuen braefae vetustum mutatur in rapam. Nunc etiam Malta feri potest. Mentam quoque fere plantis, vel radicibus loco humido, vel circa aquas. Apricum solum, nec pingue, nec sterco ratum desiderat. Hoc mense Feniculum feres, loco aprico, & modice laxolo, feritur primo vere. Pastinaca, & semine ponetur, & plantis loco pingui, & soluto alio pastinato, rala statues, vt robur accipiat. Nunc Cerefolium locis frigidis post idus feratur, desiderat agrum letum humidum sterco ratum. Hoc mense Botam seremus, quamuis possit & totaestate seminari, amat agrum putrem, humidum locum. T transferenda est quatuor aut quinque foliorum radicibus sime recentis oblitis, amat frequenter effodi, & multo stercore saturari.

De Porro, & quibusdam alijs. Cap. LXXVII.

Hoc mense Porrus ferendus, quem si se facilem velis post duos menses, quam satus est, poteris desecare manentem in aeris suis, quamuis asserit Columella etiam lectiuum diutius duraturum melioremq; si transferatur, & quotiens secabitur aqua iuuatur, & stercore si capitatum facere velis. Quod vere Sereris Octobri mense transferre debetis. Serendus est loco leti, & maxime caepetri, area plana pallinata alte, & diu subacta, & sterco rata. Si lectiuum velis spissius, si capitatum rarius feris, sarculo frequentandus est, & herbis liberandus cum digiti crassitudinem habuerit a media parte praecisis follis, truncatis radicibus transferatur, oblitus sime liquido quaternis, vel quinis digitis secaretur, cum radice modice comprehendedus, & alluendus est sarculo, vt suspensus a terra, quod spaciū vacuum subter inuenerit capitis vastitate cogatur implere. Item plura semina in vnum ligata si deposueris grandis nascentur porrus ex omnibus: Item si capiti eius rapae semen immittas sine ferro, & pangar multum fertur increcere, melius si frequenter hoc facias, hoc mense inua feritur quo cannetta ponuntur, feritur oculis sicut calami, quos abscondere, & terra leuiter debemus operire terra fossa, & subacta, excitatis ad lineam puluinis quibus eius oculos oportet infodere, & anifum feritur loco bene subacto, & cui leramen ammissas, quod satum est herbis purgetur assidue.

Mense quoque; Februario, vetres maxime feminas inire de bebunt, legendi sunt, & vasti, & ampli corporis, sed rotundi potius, quam longi, ventre, & clunibus magnis, rostro breui, ceruice glandulis spissa, libidinosi, anniculi, qui vsque ad quadrimos inire feminas possunt. Scrofas vero longi lateris debemus eligere, & quibus ad sustinendum feturæ onus magis se venter effundat, per cætera veribus similes. Sed in regionibus frigidis densi, & nigri pili, in tepidis qualescunque pronentur. Femina ad creandū vsque in annos 7. partus onera gestare sufficit. Ad concipiendum annicula de bet incipere, quarto exemplo mense, paritque vbi quintus incipit. Incipiunt autem vt dixi mense Februario, vt solidioribus herbis nati, & stipula succedente pascantur, vbi facultas est transgredi, venditiis qui subinde nati sunt, celerior matribus fetura reparatur. Genus hoc omnibus locis haberi potest, melius tamen agris palustribus, quam siccis, præcipue vbi arborū fructuorum silua superpetit, quæ subinde maturis fructibus alterna per annum mutatione succurrat, maxime locis graminosis, & cænarum, vel iuncti radice nutriuntur, sed deficientibus alimentis per hyemem nonnunquam præbenda sunt pabula glandis Castaneæ, vel frugum vilia excrementa, cæterarum verno magis, cum lactat, nonnulla enim virentiaque solent porcis nocere neque Gregatim claudendæ sunt porcæ more aliarum pecundiarum, sed aras sub porticibus facimus quibus mater vnaqueque claudatur, & alium gregem tutior ipsa defendat a frigore, quare a superiori parte detectæ sunt, vt libere numerum pastor exploret, & oppressis a matre fetibus saepe subueniat subrahendo. Carabit autem, vt fetus proprios cum vnaqueque procludat. Plus vero quam octo (sicut Columella dicit) nutrire non debet. Mili vero vitulum probatur experto porcam (cui pabula suppetunt) vt plurimum nutrire debere, quia licet plures possint educare, tamen e numero frequenter scita deficiet. In porcis etiam illud est commodum, quod immixti vineis, nec dum turgentibus, vel exacta vindemia germine persecuto diligentiam forsimitantur.

De his qua in Martio agenda sunt. Cap. LXXIX.

Mense Martio locis frigidis prata purganda atque serua da sunt, locis calidis colles pingues, & agros virginosos profundere, atque exarare conuenient, calidis, & siccis regionibus panicum seremus, & milium. Leuem, & solutã terram desiderant, nec in sabulone solum, sed in arena quoque proueniunt, dummodo celo humido de solo serantur irriguo, quia siccum, & argillosum agrum reformidant, herbis liberentur assidue. Nunc quoque; cetera vtrunque; serere debemus, loco leuissimo celo humido macerandum est fridie, vt possit citius nasci. Cicer grande nasci Græci dicunt, si infundatur aqua repida pridie, amare etiam loca maritima, temperius prouenire si seratur autumno. Hoc etiam mense Canabum serimus vsque in æquinoctium vernum. Nonne etiam oleis laborantibus circum radices insulsa amurea fundetur. Alii paleas fabæ, alii veteris vring humanæ trunco quantum satis videtur affundunt, & arborum mortarium statim faciunt, maxime locis siccis trunco autem cooperito. Oleam sterilem gallica terebra perforabis, tunc duos frugiferæ arboris ab australi parte ramos eiusdem magnitudinis tollis, & stricte in foramen vtrunque coniicies, vel lapidẽ, vel vimini, vel quercu palos, & absciso eo quod superab it luto paleato curabis occultare. Si sine fruge luxuriant oleastri palu radices eius in fige. Nunc etiam quibus moris est frumenta iterum serere conueniet. Nunc quoque locis frigidis femina-ria (quæ Februario dicta sunt) bacarum, & seminum fiunt. Ex plaria in mensis initio percolantur.

De vineis eodem mense putandis, & inferendis. Cap. LXXX.

Hoc mense locis frigidis putatio vinearum celebratur, de qua abinde Februario mense locuti sumus, vsquequo incipit gema esse suspecta, nunc vineas oportet inserere, est vites non aquaro, sed spisso humore lachrymabunt, itaque tricus qui in seritur solidus sit, & alimento humoris exuberet, neque vli vetustate aut iniuria laceratus areseat, nunc deest, viti furculi qui inserendi sunt, sint solidi, rotundi, gemmis spissis, & pluribus oculati. Tres tñ oculi in infusione sufficient, radendum est eius farnentum ad mensuram digitoru duorum, vt ab vna parte sit cortex. Aliqui non patiuntur nudam medullam, sed vites radit vt incisura possit sensum in aquam exire, & corticata pars cor

tici nouæ matris appetur. Infimus oculus ita insigendus est, vt trunco vinculis adhaereat, qui oculus exterioriorem partem debet aspiciere, vinculo falicis infuso, & paleato luto desuper alligari tegumento quoque alio a ventis, & a se defendi, ne hi quantiant, hic adurat, vbi calor temporis caperit, ligaturæ ipsi penicello circa vesperam tenuis debet frequenter humor affundi, vt hoc alimento contra vim celi torrentis animetur, cum vero germen reperit, & aliquod caperit incrementum, calami adiu torio debet annecti, ne motus aliquis fragilem procedentis sarmenti quasset etatem, vbi solidius quantumcumque processerit, vincula oportet abscidi, ne adolecentia mollissimi germinis nodo duræ constrictionis angatur, aliqui infra terrã semis spacium effodit viti furculos inleunt, & beneficio congectionis accumulât, vt hoc quoque nouis sarnentis præter nutritis alimeto conueniat, nonnulli circa terras melius afferunt inserendum, quia in altiori difficilius comprehendant. Vtique ad idus, vel æquinoctium vites frigidis locis pangendæ sunt seu palli- uato seu fuico scrobibus, more, quo dictum est.

De vineis nouellis, ac veteranis, & agris, ac levis. Cap. LXXXI.

Hoc mense nouella vinea incipiat puluerari, quod nunc ac deinceps per omnes Kal. Octobris faciendum est, non solum propter herbas, sed ne tenera adhuc femina solidata terra constringat, graminum radices, quæ plurimum vitibus nocent extirpandæ sunt. Nunc locis frigidis vinearum folio celebranda est, & palidæ ac ligandæ sunt vites, sed nouellam mollihus vinculis alligemus, quia eam teneram vincula duriora præciderunt. Palus maioribus solidis, minoribus ponatur ex his propter himbis molestis. Straturat ab aquilone, & plaga frigida spacio quatuor, vel semipedis remissus a vite, vt possit ex omni parte circumfodi. Vineæ vetus hoc genero reparatur, prius ablaqueabitur altius, donec eius nodus appareat, deinde infra terram supra nodum reficitur, vt opera de frigore, & sole nihil timeat, hoc faciendum est si optimi generis vitis est, & alte posita, alioquin generosis melius erit inserenda sarnentis. Omnia supradicta locis calidis primo mense, frigidis vero post idus ipsius exequemur. Egras vites, vel quibus fructus arefcit circũ fedies, & vrinam veterem suffundes. Item cinerem sarnenti, vel quercu aceto mixtum subitice, aut incillas circa terram lgtamine refouere, & quæ germinant fortiora dimitte, cum aut vitis bident lædetur aut ferro, plagam si terræ iuncta est alline stercore ouillo, vel caprino, tunc terra mixta, & circumfossa ligare curato. Si radice læsa est, operiens liquidum laram ammissice.

De satione hortorum, & primo de Carduis. Cap. XXXII.

Nunc horri optime fiunt in iuncta cultione, mense Martio Carduus feritur. Terram stercoarã, & solutã diligat, quaius in pingui possit melius prouenire. Et hoc illi contraltas prodest, si pangatur in solido ne terra ab inimicis animalibus facilius perforet. Serendi sunt cardui luna crescente in area iam parata, femina spacio semipedis discretu cauendum est ne femina vniuersa ponantur, nam debiles, & curuos, & duos creabunt, non alte imprimenda sunt, si tribus digitis comprehensa mergantur, donec ad primos articulos terra perueniat, tunc leniter operiantur, & herbis liberentur assidue, donec plararia solidentur, & rigentur si æstus interuenit. Si acumina constringas, spinis carebunt. Item si femina eorum madefeceris per triduum Labruo oleo; vel Nardo, vel opio, vel Balsamo, vel succo Rosæ, vel masticino, & postea siccata depresseris eiusdem saporis orientur, cuius vnguentum semina combiberunt. Singulis sane annis a eodice auferendæ sunt plantæ, vt nec matres fatigentur, & Soboles per alia spacia dirigatur, cum aliqua tamẽ radice parte vellidæ sunt. Quos referuabis ad femina colligeda, liberatos omnibus pullis resta superterege debebis aut cortice, nam solent femina sole, vel himbribus interire. Contra talpas prodest catts frequenter habere in medijs caudertis, multelas habent plerique mansuetas, aliqui foramina earum rubrica, & luteo aggressis Cucumeris impleuerunt, nonnulli iuxta cubilia talparum, plures cauernas aperiant, vt illæ irritæ fugiant solis admittum, plerique laqueos in aditu eorum jecis pendentibus ponunt.

De Cucumere, & cucurbita. Cap. LXXXIII.

Nunc, & cucumeres seminantur rate, sulcis altitudine semiquipedali, latitudine pedum trium, inter sulcos octo pedum spacium erudum relinquit, vbi possint vagari, herbis iuuantur. Ideo sarculo, & rancatione non indigent, Semina

Semina si ouillo lacte & mulla maceres dulces nascuntur, & candidi, longi ac teneri fiunt si aquam in patenti vasculo sub eis ponas, duobus palmis inferioriorem, ad quam festinando tales efficiuntur. Sine femine nascuntur, si prius eorum semina oleo Sabino perungantur, & herba ea quæ Culex dicitur trita cõstiterunt. Aliqui florem cucumeris, cum Viticulæ Canis inferunt, cui prius omnes nodos perforauerint. Ibi cucumeris, nascitur in nimiam longitudinem tenfus. Oleum sic metuit, vt si iuxta posueris, velut Hamus plucetur. Quotiens conat velut timore conuertitur. Si eius florem sicut in vite sua est, in forma fistili claueris, ac ligaris, qualem vultum forma vel hominis, vel animalis habuerit talem Cucumeris figura præstabit, hæc omnia Gargilius Martialis asseruit. Columella dicit, loco aprico & stercoreoso si rubos habeamus, aut serulas, post autumni egnoctium his iuxta terram reficis, & ex cauaris ligneo stilo inter medullas lætamen immittamus, & Cucumeris semen addamus, hinc nasci fructus, qui possit & inter frigora non negari. Hoc mense Cucurbita serenda est, amat solum pingue humidum stercoarum solutum. Hoc in cucurbitis insigne est, quod longas pariant, & ex iles femina quæ in earum ceruice nascuntur, quæ in ventre fuerant Cucurbitas faciunt crassiores, quæ in fundo latas. Si i uerfis cucumribus obruantur, vbi adolefente ceperint ammiculis adiuuentur. Quæ seruantur ad femina, vique ad hyemem in sua vite dependant. Deinde sublate in sole sumentur aut fumo, aliter semina putrefacta deperant.

De Allio, & Cepulla, & cæteris Oleribus. Cap. LXXXIII.

Allium seremus, & Cepullas locis frigidis, & Anetũ. Nunc & Synapi & Caules optime feruntur, vel plantantur. Et malua feritur. Et Origanum planta transferitur. Laçuca & Beta & Porrus Capparis feri possunt, & Nasturtium. Inieba & Raphanos, nunc aliqui serunt quibus vranur æstate. Nunc Melones ferendi rariis, distent ioter se femina pedibus duobus locis subactis, vel pastinatis maxime arenis. Semina eius mulla & lacte per triduum maceranda sunt, & tunc iam siccata ponenda, hinc suas efficitur, odorati autem si eorum femina multis diebus in Rosæ folia sicca mergantur. Hoc mense Ruta feritur locis Apricis, solus Cineris in persone contenta, loca desiderat altiora vnde humor elabit. Si ponas femina eius adhuc clausa folliculis, sigillatim manu debet afficere. Si iam minura sunt sparsa iactabis, & rastro obducta cooperies, caules eius, qui inclusis seminibus nati fuerint fortiores erunt, sed sero nascuntur. Ramuli eius, cum aliqua corticis parte conuulsi verno tempore pro plantis tenebuntur, tota vero translata mox rietur. Nonnulli ramulos eius Peruic Fabæ inferunt, vel Bulbo, atque ita obruant alieno vigore seruandos. Sub feri arboris, vmbra libentius, acq̃uiescit non effodi herbas, sed optar uelli, im munda mulieris formidat atratum. Ab hoc mense vsque in Octobrem serunt. Coriandrum feritur, amat terram pinguem, sed & macro solo nascitur. Semen melius puratur, quod vetulus fuerit, delectatur humore satum, bene cum olere quocumque nascetur. Anetum quoque & Cuminum nunc bene feritur, locis lætioribus melius prouenit. Itemque cæteris, si humorẽ iuueat, & stercore.

De arbore Mali punici excolenda. Cap. LXXXV.

Locis temperatis mense Martio vel Aprili Malapunica seremus, calidis vero & siccis Nouembri, amat hæc arbor solum cretosum Macilentum. Sed in pingui etiam nascitur. Regio illi est apra quæ calida est, feritur platis, de matrum radice diuulsis. Sed quamuis multis generibus seratur melius, tamen ramus eius cubitalis incisus Manubrij crassitudine, & capite vtroque acuta falce lenigatus, serobi velut obliquus immergitur, prius tamen Porcino stercore, & in capite & in parte quæ ima est obliniatur, & in erudo solo malleo cogatur ad inferiora desigi. Melius prouenit si ponorem fluere permittunt donec Poma formentur, tunc foramen luto replent, sicque quod est medium dulce fieri affiant. Citreum & in arbore potest per totum annum propemodum custodiri melius, si vasculis, gubscunque claudatur. Si velis legere atque seruare, nocte vna latenter debebis cum ramis foliatis carpere & secreta disponere. Alij singula vasis singulis claudunt, vel gypso allinunt, & opaco loco ordinata custodiunt, plerique in Cedri scrobe vel straminibus minutis, vel in palcis resta seruantur. Tunc & Pirus, & Malus inferi ac feri potest. Et Codonea & Prunus inferuntur. Et Sorba ponatur, & Morus nono. Calendarum Aprilium die, & inferuntur Pistatia & locis frigidis Pini semen aspergitur.

antequam germinet trunco arboris allinatur, inferi posse firmatur, de ramorum connexione vt medulla vtrique diuisa se iungat, in se tantum inferi potest circa Apriles Calendaras mense Martio vltimo. Sed lecto trunco furculus recentissimus, statim debet inferi, ne mora exiguam qui inest siccat humorem.

De eadem remedianda. Cap. LXXXVI.

Malapunica creduntur acida fieri, si rigentur assidue. Nam siccitas, in his, & suauitatem præstat, & copiam, cuius tamen uimterati aliquid debet humoris opponi. Circumfodi autumno debet & verno. Si acida nascuntur ablaqueatis radicibus tedæ clauus insigi. Alij algam marinam obruant ad radices, cui nonnulli sterens miscent Aluinum atque Porcinum. Si florem non continet, vrinam veterem cum pari mensura aquæ temperabis, & ter per annum radicibus infundes, vni arbori amphora ingesta sufficit, vel amurcam mitis, insulsam, vel algam radicibus iungens, & bis rigabis in mense, vel arboris florentis trunco plumbeo circulo debebis includere, vel corio angus inuoluere. Si crepant Poma, lapidem in media arboris radice supponis, vel squillam circa arborem feris. Et si dum pendunt Poma tenacibus, sicut in arbore habentur, intorseris, in totum annum sine corruptione seruantur, si veribus laborant, tangis radices Felle bubuleo, & continuo moriantur, aut clauo æneo si vermes eosdem purges, difficile nascuntur, vel Asini vrina stercorei ammixtione Potcio vermibus obuiabit.

De Malis punicis conseruandis, & vino conficiendo in eis. Cap. LXXXVII.

Vinea mala seruantur si picatis pediculis ordinata suspensas. Aliter lecta integra in aqua marina vel muria seruente mergantur, vt combiant, post triduum sole siccantur, vt sub diuo nocte non maneat, post in loco frigido suspendantur. Cum volueris vti, aqua dulci pridie macerabis, seruntur, hæc Pomis recentibus emulari. Item si a tactu inuicem separata paleis obruantur. Item fossa fir longa & cortex eiusdem latitudinis paratur, cui mala acutis surculis suis assignantur, tunc inuertus cortex supra fossam ponitur, vt mala sine terra tactu subter pendencia ab humore defendat. Item si inducatur argilla & ea siccata loco frigido pendeant. Item si feriola sub diuo obruat, quæ habeat Arenas vsque ad medium & mala cum renacibus lecta imprimantur canis singulis, vel sambuci virgulis, & ita separata in Arenis figantur, vt ipsa quatuor digitis emineant ab Arena. Item in dolio intra orbem sic ordinantur ne se inuicem tangant, & dolium desuper operitur. Vinum de maligranatis conficis hoc modo, grana matura purgata diligenter in palmeam sicellam mitis, in coque exprimis, & leuiter coques vsque ad medietatem, cum refrigerit picatis, & gypsis vasculis claudis. Alij succum non excoquant, sed singulis sextariis libras singulas mellis miscent, & in prædicta vasa condunt, & custodiunt.

De arbore Citri, ac cæteris, & Pira. Cap. LXXXVIII.

Mense Martio Citri arbor inferitur multis modis, femine, ramo, talea, ciana. Amat terrã ratoris naturæ, cellũ calidũ, humoremque continuum. Citreum rimari creditur, si cucurbitæ vicinis locis serantur, quarum vites etiã com buste vilem Citri arboribus cinerem præbent. Gaudent assidua fossione. In fundis meis comperi per gradus quosdam sibi semper Poma succedere cum maturis, se acerba substituãt, acerborum vero ætatem florentia consequantur orbem quandam continuæ fecunditatis, sibi ministrante natura. Feruntur acres medullas mutare dulcibus, si per triduum mulla aqua semina ponenda macerentur, vel ouillo lacte quod præstat. Aliqui mense Februario truncom obliquo foramine ab imo terebrant, ita vt altera parte non exeat, ex hoc humorem luto replent, sicque quod est medium dulce fieri affiant. Citreum & in arbore potest per totum annum propemodum custodiri melius, si vasculis, gubscunque claudatur. Si velis legere atque seruare, nocte vna latenter debebis cum ramis foliatis carpere & secreta disponere. Alij singula vasis singulis claudunt, vel gypso allinunt, & opaco loco ordinata custodiunt, plerique in Cedri scrobe vel straminibus minutis, vel in palcis resta seruantur. Tunc & Pirus, & Malus inferi ac feri potest. Et Codonea & Prunus inferuntur. Et Sorba ponatur, & Morus nono. Calendarum Aprilium die, & inferuntur Pistatia & locis frigidis Pini semen aspergitur.



M Espila locis calidis maxime gaudet, sed irriguis, tamē frigidis quoque proueniunt, magis Sabulone pingui aut glarosa terra, cui permixta est Arena vel Argilla, cum faxis. Serenda est talis mense Martio vel Nouembri. Sed solo stercoato & subado, ita vt vtrumque caput tale steruus, obducat. Sunt eius incrementa tardissima, amat putari atque circumfodi & parco humore inter siccitates saepe refoueri. Seritur & semine, sed in longiorem speratur statem. Si v. r. mibus occupatur, sulo ereo purgandi sunt, & amara, vel humana veterere vrina, vel vna calce perfundendi, sed parcius propter arboris noxam. Vel aqua decocti lupini, sed putatur hinc a bor steruili fieri. Fimus, & cinis vitium simul si radicibus infundantur fertilem reddūt, si formica molesta sunt tubrica cum aceto & cinere temperata necabuntur. Si poma labuntur, sicut de eius radice praefertur in media trunci parte figatur. In feritur mense Februario in se, & in Puro, & in Melo. Surculus tamen eius ex arbore media debet assumi. Nam de summitatibus vitiosus, est. In tritico siso inferenda est, nam corticis macies ieiuna nil nutrit. Mespila ad seruandum l. guntur, nec dum initia quae & in arbore durabunt, vel in vrcolis picatis, vel in ordinem suspensa, vel vt quidam pusa condita. Die serena legantur, ac media, & paleis obruantur discreti, ne ea vicissim tactus afficiat, vel cum pediculis lecta feminatura, & falsa aqua per dies quinque macerata, postea saepe infundantur, vt enatent sero & melle, sed si nimis matura collegetis.

De Ficu plantanda. Cap. XC.

Alidis locis Fici planta radicata Nouembri mense, tempore Februario, Frigidis melius Martio vel Aprili ponenda est. Si taleam vel cacumen ponas vltimo Aprili cum eis se viridior succus infuderit. Plantae in serobe depositae lapides subtrahendi sunt ad radicem, sicut terra miscenda est, si loca frigida sunt, plantarum cacumina diuersis canne internodijs, defendantur a frigore, si cacumen velis ponere, trifolium ramū binum vel trimum ab Australi parte decides, & sic obrues, vt sic diuisa cacumina terra interiacente, velut tres surculos reddant. Taleam sic ponemus, vt cetera, cui leuiter ab infima parte diuisa lapidem mergemus in siso. Ego mense Februario vltimo, vel Martio in Italia plantas grandes ficorum per pastinatum solum disposui, & eo anno Poma pepererunt supra comprehendendi felicitatem velut tributo reddentes. Legendae sunt plantae in quibus frequens nodus exuberat, steriles creduntur, quae nitidae sunt, & oculos suos per longa internodia distulerunt. Si plantam fici prius nutrias in seminario, & maturam transeras in serobem, poma generosiora producet. Aliqui multi prodesse confirmant, si planta fici diuisa iquillae Bulbo in teriticam frictamq; vinculis collocemus. Serobes amat altavina nulla maior: terra g. nus, durum, & gracile, & sicum pro vili sapore pomorum. Prouenit & petrosus atque asperis, & tamen potest locis prope omnibus ferri. In locis nimis frigidis praecipuas ficos seremus, quae cito veniat, vt ante hmbres g. nus, hoc possit occurrere, calidis vero & estuosis cam quae sera maturat.

De eadem colenda & inferenda. Cap. XCI.

Tunc etiam ficulnea cacumina obruantur, vtiliter cum tu mefcunt vt plantas faciant, si earum copia non abundat, vt etiam varios fructus vna ficus exhibeat, ramos duos nigr. & albae arborum ita inter se vinculo stringis, & torques, vt germina inter se miscere cogantur, sic obrui & stercoati & humo ribus iuti, vbi prodire ceperint germinantes oculos aliqua sibi annexione conglutinent, tunc germen adunatum parturiet duos colores, vt quos diuidat vnitrate diuisione coniungat. Gaudeat ficos assidua fossione. Per autumnum proderit si steruus admoceas praecipue de autijs. Mense Iunio circa solstitium Caprificandae sunt arbores fici. i. suspendendi crossi ex Caprifico lino velut seta pertusi, si hoc desit Abrotani virga suspenditur; aut callum quod in vltimis folijs inuenitur, aut Arctina cornua circa radices arboris obruantur. Vel truncus arboris, quo loco turget scarificandus est, vt possit humor effluere. Cum folia producte incipiunt fieri, vt multum fructum & pinguem ferant, in principio germen cacumina summa decutimus, vel hoc tantum cacumen quod ex arboris medietate procedit. Si maturam ficum vis Serotinam facere, incipientes crostos discute cum illis fuerit faba magnitudo. Vt ficos cito maturet, succo cepe longioris cum oleo & Pipere mixto vng. Poma, quando crossi incipiunt subrubere.

De eadem purganda & remedianda. Cap. XCII.

Residenda sunt in ea, quae aut putria, aut male nata reperis, & ea ratione putria est, vt inclinata per latera possit expandi. In locis humectis ficos saporis obtusi est, quibus circumfodis inter ficarias capifici arborem serunt, vt non sit necesse per sing. las arbores, pro remedio eadem Poma suspendi. Ne vetres pariat, ramum Therebiati, vel Lentici taleam cum plantis fici cacumine ponemus inserti. Vincinis arboris vel fetis tollendi sunt vetres ex fico, alij amurcani, alij veterem vituam ablaqueatis radicibus miscet. alij bitumen & oleum aut solam calcem vituam lateribus verumum allinunt. Si formicae molesta sunt, R. brica, Ba. yro, & Pice liquida mixta circa truncum debet induci, alij coracium picem contra formicas in arbore suspendendum esse confirmant. Si fructus suos, velut agra protjciat, alij rubrica, alij am. ca insilla mixta aqua arborem linunt, vel calcem succum cum ramo rutae suspendunt, vel Algam marum, vel factio Lupinorum, vel radice: terebrae quae neum figum, vel securi arboris, eorum saepe proficiunt.

De Ficis eligendis, & conseruandis. Cap. XCIII.

Ficus, quae in montanis, & frigidis locis nascuntur, quia minus lactis habent ad siccitatem durare non possunt. Vltus illius i viridi est melioris magnitudinis, & saporis a gustu. Quae nascitur in campis, & locis validis, & pinguiore sunt & in siccitate durabiles. In caricis m. l. us alba seruatur. Ficus virides seruari possunt, vel melle ordinari: ne reuincem contingat, vel singula inter vitidem cucurbitam clausa locis vnicuique cauatis. Et iterum resera quae secatur incluis, suspensa ea cucurbita vbi ignis non sit aut f. mus. Alij missas ficos recentes minus maturas in nouo vase fictili lectas, cum pediculis, & a se separatas recludunt & in dolo vini pleno vas natate p. mitunt. Martialis dicit caricas per genera multa seruari, cum ratio vna sufficiat. Ergo hoc genere (quo Campania tota custodit) seruare debemus. In cratibus ficos vsque ad meridiem expandunt, & adhuc molles in qualum reuincunt, tunc caesefacto furno ad panis coquendum modum suppositis tribus lapidibus, ne ardeat qualus includitur etiam clauso furno, vbi cum decocti ficos fuerit, sicut est calida, folijs suis inter postis, intra vas fictile obditur densius praefla & opereulo diligentius obducitur. Sed plurijs abundantibus crates soli si non possis expadere sub tecto eas ita ponas, vt semipede erigantur a terra, & cas ad inuicem solus cinis subiectus vapor, & subinde ficos, sicut est diuisa tergantur, vt & ficum folia siccantur & pulpa, deinde diuisa in cistellis siccantur, aut loculis. Alij maturas mediocriter ficos, & diuisas in cratibus expandunt toto sole siccandas, sed recipiant nocte sub tecto.

De Bobus eodem mense comparandis, & eligendis. Cap. XCIII.

Hoc mense comparandi sunt Boes, quia nec dum sagina temporis pleni, aut celare possunt fallaciam venditoris. & vitia sua, aut ad repugnandum domitorum contumacem pleni roboris exercere fiducia, haec tamen signa spectanda sunt in Bobus, seu de nostro seu de alieno praegre fuerint comparandi, vt sint boes nouelli, quadratis, & grandibus membris, & solidi corporis, musculis vbiq; turgentibus, magnis auribus, lateris frontis, & erispae labris oculisque nigrantibus, cornibus robustis, ac sine curuaturae praesentia lunatis, patulis naribus, & resimis, ceruice torosa compacta, palearibus largis, & circa genua fluentibus, pectore graui, armis vastis, ventre non paruo, porrectis lateribus, lateris lumbis, dorso recto & plano, cruribus solidis, neruosis, & breuibus, vngulis magnis, caudis longis, ac serosis, pilo totius corporis denso ac breui, tubei maxime coloris, aut fusci. Melius autem boes, de vicinis locis parabimus, q. nul la soli aut aeris varietate tententur. Aut si hoc deest, de locis similibus ad similia transferamus. Illud ante vnicuersa curandum est, vt viribus ad trahendum comparentur aequales, ne valentioris robur alteri procurrat exitium. In moribus, haec consideranda sunt, sint arguri, mansueti, timentes hortamen clamoris, & verbera, cibi appetentes. Sed si regionis ratio patitur, nullus melior cibus est quam viride pabulum, vbi vero deest eo ordine ministretur, quo pabuli copia & laborum coget accessio.

De hysdem edomandis, & iugo preparandis. Cap. XCV.

Hoc etiam mense vltimo domandi sunt Boes trimi, quia post quinquennium bene domari non possunt, etatis repugnante

pligante duricia, capite ergo statim domentur, qui quidem prius cum temeri fuerint, frequentius manus attractione mansuescant. Sed stabulum noui Boes largioribus spaciis debent habere, vt & ante stabulum loca nullis concludantur angustis, & producti non aliqua vitentur offensa. In ipso vero stabulo asseres transtuleri a terra septem pedibus alti cōstantur, ad quos boes ligentur indomiti, tunc eligis absolutam temperatibus, & impedimentis omnibus dimittis, aqua capti producuntur ad stabulum, quorum si nimia fuerit asperitas, vno die ac nocte inter vincula mitigentur atque ieiunio, tunc appellationibus blandis, & illecebris oblatorum ciborum, non a latere neque a tergo, sed a fronte accedens bubulcus ammulceat, narefque & terga pertractet, mero subinde conspergens, hac tamen cautione ne aliquem calce contingat aut cornu, quod vitium si in primordiis effectui sibi cessare lenferit, obtinebit. Tunc mitigatis os, & palatum salibus frica, & in gulam dimitte praesulsi adipis librales offas, & cum sextarios singulos cornu infundente per fauces, que res in triduum totius seuerie iram resoluat. Aliqui eos inter se iungunt, ac docent onera tentare leuiora, & quod vtile est si arationi parantur, subacto prius solo exercendi sunt, ut nouus labor tenera adhuc colla non quasset. Expeditior autem domandi ratio est, vt asperum bouem mansueti, & valido boui coniungas, quo ostendente facile ad omnia coegerit officia, si post domitum decumbit in sulco, non afficiatur igne, nec vbe re. Sed potius cum decumbit pedes eius, ita ligentur vniculis, vt non progredi, aut stare, vel pasci possit. Quo facto sicut ac fame lassatus carbit hoc vitio.

De Tauris, & vaccis ad copulam preparandis. Cap. XCVI.

Tunc Taurus quoque, quibus cordi est armenta construcere parabitur, huius signis a tenera aetate submittet, vt sint alti atque vigentibus membris, aetatis mediae, & magis, quae iuuentute minor est, quam quae declinat in senium, torua facie, paruis cornibus. Thorosa, uastaque ceruice, ventre substrieto. Vaccas etiam nunc maxime parabimus, sed eligemus formam altissima, corporis longi, vteri capacis, & magni, alta fronte, oculis nigris, & grandibus, pulchris cornibus, & praecipue nigris aure ferofa, palearibus laxis, & caudis maximis, vngulis breuibus, & cruribus nigris, & paruis, aetatis maximae trimis, quia usque ad decennium secura ex his procedit utilior, nec ante egeratam trimam. Taurus his oportet ammitti, sed erit studium diligentis amotis senioribus, nouellas subinde conducere, & steriles aratro ac laboribus deputare. Graeci asserunt si mares creare velis sinistrum tauri in coitu ligandum esse testiculum, si feminas dextrum, taurus tamen diu abstinendo, vt cum tempus est, aeris in causas dilati seruosus incumbant. Sed his videntur hinc maritima, & aprica loca, quae opaca paremus ac frigida, montana maxime, quia melius fructibus, & his herba internascente saturantur, quia quamuis circa flumines recte propter loca amena pascuntur, serura tamen aquis tepidioribus adiuuatur, unde magis utilis habentur, vbi pluuialis aqua tepentes format lasciuas. Tolerat tamen frigus hoc armenti genus, & potest facile hibernare sub diuo, quibus tamen septa ferri propter iniuriam grandiarum conuenit laxiora. Strabula vero vilia sunt strata saxo, ut glareis aut arenis, de uexa aliqua tenus ut humor possit elabi, parti meridiana obuersa, propter flatu glaciales, quibus saliquis resistere debet obiectus.

De Equis ad copulam mittendi. Cap. XCVII.

Hoc mense saginati aut pasci ante admittant generosis equibus admittendi sunt, & repletis feminis. Item ad stabula colligendi, neque tamen aequalem numerum omnium debemus adhibere, sed aetatis viribus, uniuersisque admittantur submittenda pauca, uel numerosa coniugia. Quae res efficiet admittant non parua aetate durare. Iuueni tamen equo, & viribus formaque constant non amplius, quam duodecim, vel quindecim debemus admittere, ceteris pro qualitate vitium suarum. Sed in admittantur quatuor spectanda sunt, forma, color, meritum, pulchritudo. In forma haec sequemur, uastum corpus, & solidum, robori conueniens, altitudo lateris longissima, maximi ac rotundi clunei, pectus late patens, & corpus omne musculorum densitate nodosum, pes fectus, & solidus, & cornu concauo altius calcarius. Pulchritudinis partes haec sunt, ut sit exiguum caput, & siccum, pelle prope modum solis ossibus adherente, aures breues, & argutae, oculi magni, nares paruae, coma & cauda profusior, unguularum solida, & fixa rotu-

ditas. Colores hi praecipui Badius, Aureus, Roseus, Myrteus, Ceruinus, Gilu, Glaucus, Scotulae, Can, Cadius, Albus Gut tatus, Niger. Sequentis meriti varius cum pulchritudine, nigro badioque mixtus, canus cum quouis colore, spumeus, masculosus, minus obscurior. Sed in admittantur praecipue legamus clari, & vniuersi coloris, ceteri vero despiciendi, nisi magnitudo meritorum culpam coloris excuset. Eadem in Equabus consideranda sunt, maxime, ut sint longi, & magni ventris, & corporis. Sed hoc in generosis seruetur armentis. Ceteris passim toto anno inter pascua dimissis secum maribus impleantur. Equarum natura est, partum spacio duodecimi mensis absolueret. Illud in admittantur seruandum est, ut medijs aliquibus spacijs separantur propter noxam futuris alterni, sed his armentis pascua legamus pinguisima, hyeme aprica, frigida, & opaca prouideamus aetate, nec adeo mollibus locis nata, ut vngularum firmitas de asperitate nil sentiat.

De Contentu Equarum, & pullis earum. Cap. XCVIII.

Si Equa marem pati noluerit, trita squilla naturalia eius insecta libidinem concitabunt, deinde grauidae non vigeantur, nec famem frigisque tolerant, nec inter se locis comprimantur angustis. Generosus Equus, & quae masculos nutriunt alternis annis submittere debemus, ut pulli puri sint, & copiosi lactis robur infundant, ceterae passim replenda. Aetas incipientis admittantur quinti anni initio esse debet, femina recte, & bima concipiet: quia post decennium inets ex ea nascetur soboles, sed tarda. Pulli Equarum nati manu tangendi non sunt, quia eos tactus laedit assiduus: quantum ratio patitur defendatur a frigore. In pullis pro aetatis merito ea sunt consideranda, quae signum bonae indolis monstrant, quae in matribus, vel partibus spectanda praecipue, dabit & hilaritas, alacritas, agilitasque documentum. Nunc etiam domandi sunt pulli, vbi tempus bimae aetatis excesserint. Consideranda autem sunt magna, longa musculosa, & arguta corpora, testiculi pares exigui, & cetera, quae in partibus dicta sunt. Mores, ut uel ex summa quie faile concitentur, uel excitata festinatione non difficile teneantur. Aetatis consideratio talis est. Bimo, & sex mensium dentes medii superiores cadunt. Quadrimo earum proximi mutantur. Infra sextum annum molares superiores cadunt. Sexto anno quos primo mutauit exequat. Septimo anno omnes dentes eius expientur, latent ab hinc aetatis notae, sed prouectioribus tempora cauari incipiunt, supercilia canescere, dentes plerumque prominere. Hoc mense omnia quadrupedia, maxime Equos castrare debemus.

De Malis educandis, & Asinis. Cap. XCIX.

Si quem Mulorum genus creare delectat, Equum magni corporis solidis ossibus, & forma egregia debet eligere, in qua non velocitatem, sed robur exquirat, aetas a quadrima vsque in decennem huic admittantur iusta conueniet. Si Asinus Equam fastidit admittit, ostentam prius Asinam donec coeundi uoluptas sollicitetur, adhibemus: qua subducta Equam libido incitata non spernet, & raptis illecebris generis sui in permixtione consentit, & alieni, si morsu furens laedit obiectas, aliquatenus labore mitecat. Creatur ex Equo, & Asina, uel ex onagro, & Equa. Sed generosus nullum est huiusmodi animal, quam quod Asino creante nascetur, vtilis tamen admittantur nascuntur ex onagro, & Asina, qui post in sobole secutura agilitatem fortitudinemque restituant. Admittantur tamen Asinus sit huiusmodi corpore amplo solido, musculoso, stricis & fortibus membris, nigri uel murini maxime coloris aut rubei, qui tamen si discolores pilos in palpebris aut auribus geret, colorem sobolis plerumque variabit. Minor trimo maior decennii non admittit. Annicula Mula debet a matre depelli, & per montes asperos pasci, ut iuuenis laborem in tenera aetate solidata non contemnat, minor uero Asellus maxime agro necessarius est, qui & laborem tolerat, & negligentiam propensum non recusat.

Hoc mense maxime Apibus solet morbus incubere, nam post hiberna ieiunia utimur, & vlti amaris floribus...

De Leguminibus, & oleribus in Aprili seminandis. Cap. CI.

Mense Aprili medica sereda est, que semel fertur, & decem annis permanet continuis, ita ut quater, vel sexies possit per annum rescidi...

De Arboribus eodem mense excolendis. Cap. CII.

Vnic locis temperatis Olina inseratur, quae inseritur inter corticem more pomorum, sicut supradictum est...

tis, prius oleastri brachiis in trobe in qua disponemus inferere. Scrobes, ita replebimus, ut mediae vacuae sint...

De Vitulis in eo nutriendis, & Onibus rondenis, & Apibus inuestigandis. Cap. CIII.

Hoc mense vituli nasci solent, quorum matres abundantia pabuli inueniuntur, vti sufficere possunt tributo laboris...

De his, quae agenda sunt in Maio. Cap. CIII.

Mense Maio lateres faciendi, sunt ex terra Alba, & Creta, vel rubrica. Nam quae aestate sunt celeritate fertioris...

in locis ficis calidis, sive maritimis sena reciduntur, prius tamen quam exarescant, quod si pluuiis infusa fuerint...

De Nouellis vitibus excolendis, & noualibus aperendis. Cap. CV.

Vnic consideremus nouella vitis sarmenta, quae protulit, & ei pauca, & solida reliquamus, & amuniculis firmemus...

De Vitibus hoc mense castrandis. Cap. CVI.

Vnic castrandi sunt vituli (sicut Mago dicit) tenera aetate, ut sista ferula testiculi comprimantur, & paulatim confracti resoluantur...

De Onibus rondenis, & caeso faciendis, & Apibus purgandis. Cap. CVII.

Locus temperatis nunc ouium celebranda tonsura est, sed tonfas oues hoc vnguine medicemur, succum de cocto lusu...

pini feces vini veteris, & amuream pari mensura miscbis, & in unum corpus omnia redacta curabis allinere...

De his, quae in agris agenda sunt in Iunio. Cap. CVIII.

Mense Iunio frigidissimis locis, quae Maio sunt praeter missa faciemus. Agros ergo proscindemus herbosis, & gelidis...

De his, quae tunc agenda sunt in arboribus. Cap. CIX.

Hoc etiam mense ramus punice sicut supradiximus poterit intra ficile vasculum claudi, ut ad eius magnitudinem poma restituantur...



Hoc mense area præparanda est ad tritram, cuius primo terra radatur, deinde effusa leniter mixtis paleis, & amurca aquatur insulsa, quæ res a muribus, & formicis frumeta defendit, tunc præmenda est rotundo lapide, vel quocumque fragmento, cuius volutatio possit eius spacia solidare, dehinc sole sicceat. Aliqui mundatis areis aquam spargunt, & inimica ibi pecora diu spaciari ac proculcare compellunt, & cum terra vngulis stricta fuerit spectant solidam siccitatem. Nunc primo ordeis messis incipitur, quæ consumenda est antequam refractis spicis lapsa decurrant, quia nullis sicut triticum folliculi vestitur. Quinque modios recidere potest pleni agrorum vna messoris experti, mediocri vero tres vltimi etiam minus. Sed ordeis culmos tacere in agris aliquantum sinamus, quia fertur hoc more grandefecere. Nunc etiam mense postremo locis maritimis, & calidioribus ac siccis, triticis messis abscinditur, quam paratam esse cognoscis, si æqualiter spicium populis maturato robore stantescat. Pars Galliarum planior hoc compendio vitur ad merendum, & præter hominum labores, vniuersi operam spaciunt totius messis absumit. Erat itaque vehiculum, quod duabus rotis breuibus fertur, huius quadrata superficies tabulis munitur, quæ fornicibus inclines in summo reddant spacia largiora. Ab eius fronte capenti breuior est altitudo tabularum, ibi denticuli plurimi ac rari ad spicium menturam constituuntur in ordine ad superiorem partem recurui, a tergo vero eiusdem vehiculi duo breuissimi temones figurantur velut amites baltearum. Ibi bos capite in vehiculum verso iugo aptatur, & vinctulis mansuetus sanc, qui non modum compulsores excedat, hic vbi vehiculum per mellis caput impellere, omnis spica in carpentum denticulis comprehensa cumulat, abruptis ac relictis paleis, altitudinem vel humilitatem plerumque bubulco moderante, qui sequitur, & ita per paucos ius ac reditus breui horarum spacio tota messis impletur, hoc campestribus locis, vel æqualibus vtile est, & his quibus necessaria palea non habetur.

De Legendo, vel consciendo mella. Cap. CXI.

Hoc mense alucaria castrabuntur, quæ matura esse ad mellis redactum, signis pluribus instruemur, primum si plena sunt Apum subtili murmure audimus. Nam uacua sedes fauorum velut concava ædificia voces, quas caperint in maius extollunt: quare cum murmuris sonus magnus, & rarus est, agnoscamus non esse idoneas ad merendum crates fauorum. Item cum fucus a sedibus suis, quæ sunt Apes maiores grãdi intentione deturbant, matura mella testantur. Castrabuntur autem alucaria matutinis horis cum torpent aues, nec caloribus asperantur, firmus admonetur ex galbano, & arido fino bubulo quem in pultario factis carbonibus conuenit excitare, quod vas ita figuratum sit, ut velut innersi in fidubli angusto ore finium possit emittere, atque ita cedentibus apibus mella recidentur ad examinis pabulum, hoc tempore pars fauorum debet quinta dimitti. Sane putres ac vitiosi faui de alucariis auferantur, Nunc mella conficimus congestis in mundissimum Sabani fauis ac diligenter expressis. Sed antequam præmamur partes fauorum corruptas, vel pullos habentes recidemus. Nam malo sapore mella corrumpit. Mel recens paucis diebus apertis vasculis habendum est, atque in summitate purgandum donec refrigerato multo calore defetueat, nobilium mel erit, quod ante expressionem secundam velut sponte profluxerit. Hoc etiam mense ceram conficimus, quæ in vase æneo, feruente aqua pleno mense confectis fauorum reliquiis mollietur, & deinde in aliis vasculis, sine aqua resoluta digeretur in formas.

De Examinibus Apum custodiendis. Cap. CXII.

Tunc hoc mense vltimo noua egrediuntur examina, custos debent esse admonitis, quia nouelle apes vagantibus animis iubent ut ne nisi seruentur effugiant. Exeuntia in aditu suo morantur vno aut duobus diebus, quæ statim nouis alucariis excipienda sunt. Obseruabit autem custos assiduis vsque in octauam, vel nonam horam, quia post hæc tempora non facile fugere aut emigrare consueverunt, quamuis aliquæ & pcedere, & abire non dubitent. Signa futuræ fugg hæc sunt. Antebidnum, vel triduum aeris tumultuantur, & murmurant, quod vbi apposita aure frequenter explorator agnouerit, sollicitior aduersum hoc esse debet. Solent hoc signum, & cum pugnaturæ sint facere, quarum pugnas compescit puluis, aut mulgæ aquæ himber aspersus. Inest illis ad originis suæ reparandam concor-

diam dulcis auctoritas, sed cum se agmina sic pacata in ramo vel quocumque loco suspenderit, si vniuersis edu&ione pcedebunt, noris aut vnum regem esse vniuersis, aut reconciliatis omnibus manere concordiam. Si vero duo, vel plura vbera suspendens se populus imitatur, & discordes sunt, & tor reges esse quot velut vbera videris consentunt, vbi globos Apum frequentiores videris. Vincta manu succo mellis, fossilli, vel apij reges requiras. Sunt autem paulo maiores, & oblonge magis quam ceteræ apes. Rectioribus curibus, neque grandibus penis pulchri coloris, & nidi. Lenes sine pilo, nisi forte pleniores, quasi capillum gerunt in ventre. Quo tamen non vtuntur ad vulnosa: Sunt alii fuscissimi, atque hirsuti, quos oportet extinguere, & pulchriorem relinquere, qui si frequenter vagatur cum examinibus, exceptis aliis reseruetur, hoc enim manente nulla discedet, sed si nulla nascatur examina diuina, vel triduum multitudinem vasculorum in vnum conferre possunt, dulci tamen liquore conspersas apes atque inclusas per triduum tenebimus, apposito cibo mellis, & exigua tantum spiracula relinquemus in cella.

De Alucarijs suppleendis. Cap. CXIII.

Quod si velis alucarium, cui per aliquam pestem, multitudine subducta est, populi adiectione reparare, considerabis in aliis abundantibus ceras fauorum, & extremitates, & quos pullos habent, & vbi signum nasciturum regis inuenieris, cum solum solum recides, & in id alucarium ponas. Est autem hoc regis futuri signum, inter cætera, quæ raris pullos continent, vni maius ac longius velut vber apparet. Sed tunc transferendi sunt quando erosis cooperculis ad nascendum maturi capita nituntur exerere, nam si immaturos transfuleris, interibit. Si autem se subitum lenabit examen, streptu gris terreatur aut restitule, tunc ad alucarium rediet, aut in proxima fronte pendebit. Et inde in nouum vas herbis confectis, & melle conspersa manu contrahatur aut trulla, & cum in eo loco requieuerit, vespere inter alia collocetur.

De His, qua agenda sunt in Iulio. Cap. CXIII.

Idem in lib. 8. Mense Iulio agri, qui Aprilis proficisci fuerant circa Calend. iterentur. Nunc etiam locis temperatis tritici messis expletur more quo dictum est. Siluestres agri vtilime extirpantur arboribus atque virgulis cum luna decrescit, defecit radicibus atque cõbulis. Hoc mense arbores, quæ in messe steterant, sectis messibus obruantur aggestione terrarum, propter nimios solis ardores. Nunc & nouelle vitæ, & manne, & vespere iam calore deposito effodi debent, & auerfo grammine puluerari. Hoc etiam mense cepullas serimus irriguis aut frigidis locis, & radices, & atriplicem si rigare possimus, & ocimum, Maluas, Betas, Laetucas, & Porros rigandos. Hoc mense leuco rigno napes seremus, & Rapas soluto putri, & solo, nec spisso, locis humidis lætantur, & campis. Sed naps in secco, & prope tenui ac deuexo, & sabuloso melior nascitur. Locis proprietatis vtrumque semen in alterum mutat. Nam rapæ in alio solo per biennium fatę mutantur in Naps. Alio vero naps transit in rapam. Subactum solum stercoreatum versatumque conquerrunt quod & ipsi, & fegetibus pcederit, quæ ibi anno eodem feruntur. Hoc mense cum sol Cæci tenebit hospitium, Luna vero in Capricorni signo posita gramen ablatum Græci afferant nihil de radicibus reddendum. Item si bidentes caprei fiant, & sanguine extinguantur hyreino, & fornacis ardore non aqua, sed eodem sanguine tepentur, per eos eruti gramen extinguunt.

De Tauris, & Arietibus ad coitum admittendis. Cap. CXV.

Hoc mense maxime Tauris submitte dę sunt uaccę quia decem mensium partus sic poterit maturo uere cõcludi. Et certum est eas post vernam pinguedinem gestientes veneris amare lasciuam, vni tauro. 15. vacca Columella affisit posse sufficere, curandumque ne concipere nequeant nimietate pinguedinis. Si ab abundantia pabuli est in regione qua pascimus potest agnis omnibus in feturam vacca submitti. Si uero indiget hoc genere, alternis temporibus onerandę sunt maximeque si eadem alicui operi seruire conseruerunt. Hoc etiam mense Arietes candidissimi eligendi, & admittendi sunt mollibus lanis, in quibus non solum corporis candor considerandus est, sed etiam lingua, quæ si masculis fuscabitur, varietatem reddit in sobole. De albo plerumque nascitur coloris alterius, de fuscis nunquam (sicut Columella asserit) potest albus creari. Eligemus Arietem altum, procerum

cerum venti e promisso, & lanis candidissimis tecto, cauda longissima, velleris densi, fronte lata magnis testibus, ætatis prima, qui tamen vsque in octo annos potest vtiliter inire. Fœmina debet bima submitti quæ vsque in quinquentium feturę necessaria est anno 7. desit. Eligenda est vasti corporis, & prolixi velleris: ac in hoc genere vt pabuli saturaretur vberitate. & longe pascatur a senibus. quæ & lanã minuunt. & corpus incidunt. Admittendi sunt mense Iulio. vt natę ante hiemem conualescant. Aristoteles asserit. si masculos plures creari velis, admittenda tempora sic cultodias, & habitum septentrionis eligendum, & contra eum ventus greges esse pascendos. Si fœminas generari velis austri captandos status, & in eum pascua dirigenda. Ac sic inuendas matres ut mortuarum vel uitiosarum numerus nouella sobole reparetur. Autumno debiles quoque mutantur pascua. ne eas imbecillas hybernũ frigus abluat: aliqui duobus ante mensibus arietes, a coitu reuocant: vt faciem libidinis auget dilatio uoluptatis, quidam coire sine discretione permittunt: vt hoc eis genere per annum totum fetura non desit.

De his, qua in Augusto sunt agenda. Cap. CXVI.

Idem in lib. 9. Mense Augusto circa Calendas Septembris ager planus humidus exiliis incipit exarari. Nunc quoque maritimis locis vindemiz apparatus urgetur. Hoc etiam mense locis frigidis occasio vinearum est hoc tempore si terra exilis in uinea est: & in uinea ipsa miseror tres vel quatuor lupini modios in iugero spargas, atque ita, locabis, ubi fructificauerit eueritur, & optimum stercore præbet in uinea, quia lætamen propter uini uitium non conuenit inferre uinea. Nunc etiam locis frigidis pampinatur, locis uero ardentibus ac siccis obumbratur potius uua, ne ui solis arefaciat, si aut uinea breuitas aut facultas permitit operari. Nunc urenda sunt pascua, ut & altiorum fructuum festinatio reprimatur ad sipes, & incensis aridis, noua letius herba succedat. Hoc etiam mense ultimo siccis locis rapa & naps ferenda sunt. Hoc mense ultimo locis siccioribus radices feruntur, quæ hyeme sui usum minifrent, amat terram pinguem solum diu subactam qualem rapa, totum & glaream reformidant, gaudent cœli statu nebuloso. Serendę sunt spacijs grandibus & altis fossis meliores proueniunt. Si in arenis serantur, lætamen non est ingerendum, sed potius paleę, quia inde fungosę suauioresque sunt, si eas aqua falsa frequenter aspergas. Radices fœminini generis putantur, quæ minus acres sunt & habentes folia latiora lanã & cum iucunditate uirentia. Ex his ergo femina colligemus. Maiores fieri creduntur, si sublati omnibus folijs solo tenui caule demisso sæpe terrie operiantur. Si ex minus acra dulcem fieri uelis, se mina die ac nocte melle macerabis, aut passo, rafanum tamen sicut brassicam cõstat esse uicibus inimicam. Nam si circa se ferantur natura discordante refugiant. Hoc etiam mense pastina eas seremus. Et nunc implastratur arbusta. Pirum nunc plerique inferunt, & locis irriguis arborē citri. Hoc mense Scabrones Abrones molesti sunt alucariis Apum, quos persequi ac necare debemus, nunc etiam quibus Iulio non occurrimus exequamur.

De Vena aqua inuestiganda. Cap. CXVII.

Nunc si deicit aqua, sic eam quærere, ac uestigare debetis. Ante ortum solis his locis quibus aqua quærenda est æqualiter pronus, mento ad solum depresso, iacens in terra specta bis orientem, & in quo loco subuli nebula aerem surgere uideris, & uelut rorem spargere, constat naturali ex ratione aquã lætere: sed & terrarum genus considerabis, scilicet an sit creta, uel sabulum, uel terra supra uel humifmodi (sicut dictum est sup.) ut possit uel de tenuitate aquæ, uel de abundantia iudicare. Sūt & hæc signa uestigia dę aquæ quibus tunc credimus, si neque aliquis ibi ex consuetudine humor infidet ac præterit, iuncus tenuis, salix siluatica, alnus, uires, arundo, hædera, cæteraque; si qua humor gignitur, locus ergo ubi prædicta signa repereris folia tur latitudine pedibus tribus, & altitudine pedibus quinque, & prope solis occasum mundũ vas ibi erunt uel plumbei interius vinctum muerium ponatur in solo ipsius fossi nis, tunc supra libram fosse crates facta de uirgis ac frondibus, additaque terra spaciũ omne cooperiatur, sequenti die aperto loco si in eodem uase iudores inueniuntur aut stille, aquas ibi esse non dubites. Item si uas sigili ficitum, neque coctum eadem ratione ponatur, ac similiter operiatur, altero die, si aquarum uena est, in præsentis uas conceptio humor soluetur. Item lucerna oleo plena & incensa, si ibi similiter tecta ponatur, & secundo die inueniatur extincta superantibus alimentis, aquas idem locus habebit. Item Speculum Historiale.

si in eo loco focum feceris, & terra uaporata humidum fumum nebulosumque ructauerit, aquas inesse cognoscas.

De puteo fodiendo & aqua probanda. Cap. CXVIII.

His itaque repertis, certa firmante noticia, puteum facies, & aqua caput requires, vel si plura sint in vnum colliges, tamen maxime sub radicibus montium in Septentrionali parte quærere sunt aquæ, quia in his locis magis abundant uelioresque nascuntur. Sed in fodendis puteis cauendum est fossorum periculum, quoniam plerumque terra sulphur, alumen, bitumen educit, quorum spiritus mixti anhelitum pestis exalant, & occupatis statim naribus extorquent animas, nisi quis sibi uelocitate succurrat. Prius ergo, quam descendatur ad intima in eis locis lucernam ponis accensam, quæ si extincta non fuerit, periculum nõ timebis. Si uero extinguetur, cauendus est locus, quem spiritus mortifer occupauerit. Quod si alio loco aqua nõ potest inueniri, dextra læaque fodiemus puteos vsque ad aquę ipsius libramentum, & ab his foramina hincinde patefacta uelut nares intro agemus, qua nocens spiritus euaporet, quo facto latera puteorum structura suscipiat. Fodiendus est autem puteus latitudine 8. pedum quaque uersum, ut binos pedes structura concludat, quæ structura uelut lignis, subinde densatur, & structa sit lapide rosico uel silice. Si aqua limosa fuerit salis ammixtione corrigitur. Sed dum puteas foditur, si terra non habuit uitio generis dissoluta, aut humore laxabitur, tabulas obicias directas uadique, & eas transuersis uelut his, ne fodientes ruina concludat. Aquam uero nouam sic probabis, in uase æneo nitido sparges, & si maculam non fecerit probabilis iudicetur. Item decocta æneo uasculo, si arenam uel limum non relinquit in fundo utilis. Item si legumina cito ualebit excoquere, uel si colore perluendo carens, a musco tamen & omni labe pollutionis est aliena, sed qui in alto sunt putei perforatis usque ad infimam partem terris, ad loca inferiora possunt uice fontis exire, si uallis subiectę natura permittat.

De Aquaductu faciendo. Cap. CXIX.

Cum uero ducenda est aqua, ducitur aut forma struicilli, aut plumbeis fistulis, aut cannalibus ligneis, aut fictilibus tubis, si per formam ducitur solidandus est canalis, ne per rimas aqua possit elabi, cuius magnitudo pro aquæ mensura faciendã est, si per planum ueniat, inter centenos, uel sexagenos pedes sensim reclinetur structura scilicet quæpede, ut vim possit habere currendi, si quis mons interiectus occurrerit, aut per latera eius aquam ducemus obliquam, aut ad aquę caput speluncas liberabimus, per quas structura perueniat, sed si scõ uallis interserat, erectas pilas uel arcus usque ad aquę iusta uestigia construemus. Aut plumbeis fistulis clausam deici patiemur, & explicata ualle confurgere, sed quod est salubrius, & uilius fictilibus tubis cum ducitur duobus digitis crassi, & ex uena parte reddantur angusti, ut palmi spacio unius in alterum possit intrare, quas iuncturas uia ualce oleo subacta debemus illinere, Sed antequam his aquæ cursus admittitur, uasilla per eos mixta exiguu liquore decurrat, ut glutinare possit si qua sunt, uitia tabularum. Vltima ratio est plumbeis fistulis ducere, quæ aquas noxias reddunt. Nam cerusa plumbo creatur attrito, quæ corporibus nocet humanis, diligenter erit aquarũ receptacula fabricare, ut uel copiam inops uena procuret.

De Agris in septembri arandis, & stercoreandis. Cap. CXX.

Idem in li. 10. Mense Septembri ager pinguis, & qui diu tenere consuecit humorem, tertia uice arabis, quamuis, & humido anno possit antea tertiar, nunc etiam humidus planus exilis (quæ primo Augusto arari diximus) iterat, ac ferit, Graciles cliui nunc primũ arandi sunt, & serendi statim. Circa æquinocetium agri nunc stercoreandi sunt, sed in colle spissius, in cãporariis, lætamina disponunt cũ luna minuit, si res herbas si feruntur officiet, vni iugero asserit Columella 24. stercois carpenta sufficere, in plano uero 18. sed idem cumuli tot dissipandi sūt, quot ea die poterunt exarari, ne stercorea exucca nihil profint. Eijciuntur quidem lætamina, & qualibet hiemis parte, sed si tẽpore suo eijci, aliqua ratione non potterunt, antequam seras more feminis per agros puluerem stercoreis sparge, uel caprinũ manu proice, & terram farculis misce, nec prodest nimis stercore uno tempore, sed frequenter & modice. Ager aquosus plus stercoreis, siccus uero minus requirit. Sed si lætaminis copia non abundat hoc pro stercore optime cedit, ut sabulosis locis cretam idest argillam spargas, cratosis, ac nimum Tomus Secundus. N 3 spissis

pisillis fabulone, hoc & segetibus proficit, & vineas pulcherrimas reddit, nam letamen in vineis saporem vini vitare consuevit.

De Frugibus, ac leguminibus seminandis. Cap. CXXI.

Hoc mense vliginosi, locis aut exilibus, ac frigidis, aut opacis circa equinoctium triticum, & ordeum feretur dum serenitas constat, vt radices frumenti ante hiemē conualescant. Solet autem terra humorem saluum vomere, quā segetes necat. Vbi hoc fit, Columbinum sterus, aut Cypressi folia oportet inspergere, & ita ut eadem miscantur in arare, melius tamen omnibus remediis erit, si aquarius succus noxium deducat humorem. Si autem modo, quando feretur hyemē pelle vestieris, & ibi aliquandiu quod ferendum est esse paratis, facta bene provenire volumus. Item quoniam quaedam animalia subterraneis scētis radicibus necant plerūque frumenta, contra hoc proderit Agrestis Cucumeris humor expressus, & eius radix trita si aqua deluatur, & eodem quā serenda sunt macecentur humore. Aliqui ubi hoc segetes suas perire sentierint, inter initia vitiorum insilla amura uel praedicta aqua sulfos, & aratra perfundunt. Nunc gracili solo ordenu feritur cicerinum. Post hoc genus agros cellare parieris, nisi forte letamen aspergas. Nunc etiam vel maturius aliquanto Lupinus feritur, antequam frigus incipiat. Hoc mense postremo pisum serentur, terra facili & soluta, loco tepido, caelo delectatur humecto. Nunc etiam silvium feretur putri solo, vel pinguis arenis, uel terra congesta. Nunc quoque vitis prima satio est, & feni Græcum pubulicaula feritur, farrago etiam loco resiliubi sterco rato feritur, hoc mense ut loca sequenduntur exilia: Lupinus circa idus feratur, & vbi creuerit vetere vomere, vt putrefiat excisus, nunc quibusdam locis panicum metetur, & milium. Tempore hoc safelus ad escam feratur, nunc in amniculis appareretur aucupium noctuae, cæteraque instrumenta capturae ut circa Kal. exerceatur octobris.

De Hortis, & Oleribus conferendis. Cap. CXXII.

Nunc & papauer feritur locis siccis, & calidis, fertur vitilium provenire vbi virge, & farramenta combusta sunt, hoc mense spacia hortorum, quæ per Venum feminibus impletur, es, alte tribus pedibus pastinare debebis, & Luna decrescens hic sterus inferre. Hoc mense thimum seremus, sed melius plantis nascitur, quantum possit & semine. Agrum diligit apricum, macrum, maritimum. Nunc circa equinoctium seres origanum, sterco rari ac rigari donec conualescat. Amplectitur, amat loca aspera atque saxosa. Idem diebus feritur Capparis. Latere ferit, succo suo terris nocet. Serendus est ergo ne procedat ulterius circumsuente fossato, vel lato strictis parietibus, solo sicco & gracili, herbas sponte persequitur, flore æstate sub occasu virgiliarum Capparis marcescit. Githi etiam hoc mense vitium feritur. Hoc mense nasturtium seremus, & anatum locis temperatis & calidis. Radices siccis. Et Pastinacas & Cærefolium circa Octobres Kal. & Lactucas & Betas, & Coriadrum & primis diebus rapam napos.

De Pratis novellis formandis, & veseribus excolendis. Cap. CXXIII.

Nunc Prata si liberit notella formare, si eligendi facultas est, locum pinguem rosicidum planum: oderunt in hanc, vel huiusmodi vallem deputabimus, vbi humor nec statim precipitari cogitur, nec diu debet hærere, potest & quidē & soluto, & gracili solo prati forma si rigetur imponi. Exurpan dus est, itaque locus hoc tempore, & liberandus impedimentis omnibus uel herbis latioribus, & solidis, vitigulisque, deinde cū frequenter exercitus fuerit, ac multa aratione resolutus, submotis lapidibus, & glebis vbi que conficiatis stercoretur Luna crescente recentia letamine, ab vngulis iumentorum summa intentione seruetur intactus, præcipue quotiens humescit, nec iniquale solum reddant multis impressa locis vestigia. Sed si prata vetera muscus obduxerit, abradendus est, & scalptis eisdem locis feni spargenda sunt semina, & quod ad necandum muscum, prodest cinis saepius ingerendus. Quod si sterilis factus est locus caræ incuria, veritate exaretur ac de nouo rursus aequetur. Nam prata sterilia, plerumque arare conueniet. Sed in nouo Prato rapas conferere possumus, quorū melle finita, cætera quæ dicta sunt exequemur, Vitiam cum feni seminibus mixta

post hoc spargemus, rigari vero antequam durum solum fecerit non debet, ne eius cratem minus solidam vis interflui corumpat humoris.

De Vindemijs celebrandis, & dynamoron conficiendis. Cap. CXXIII.

Hoc mense locis tepidis, maritimisque celebranda vindemia est, frigidis apparanda. Sed maturitatem vindemie cognoscimus hoc genere, si expressa uia vinacia, quæ in acinis celantur, hoc est grana sint sulca, & nonnulla propemodum nigra, quam rem naturalis maturitas facit. In doliis picandis diligentiore optime cere in vigesimo picis libras, unam libram miscant, quæ & odori proficit, & saporis, & picem lenitate permulcens frigidibus eam non patitur dissilire. Picis tamen gustu exploranda dulcedo est, quia sæpe vina eius amaritudine vitiantur. Vnas quas seruare volumus legamus illefas, neque acerbitate rigidas, neque maturitate defluentes. Sed quibus est, & granum luce penetrabili spendidum, & tactus cum molli iucunditate callolus. Si qua sunt corrupta, vel rimosa resecemus, nec patiamur interesse quibus inexpugnabilis acerbitas contra blandimenta estitit caloribus induruit, tunc incisos botrionum vineas calida pice oportet amburi, atque ita in loco sicco frigidis, & obscuro sine luminis irruptione suspendi. Vitis cuius molli iucunditate putrefcit, per latera pampinanda est, ante tricesimum vindemij diem, & sola frons illi seruanda est, quæ in summitate posita solem nimium defendit a vertice. Dynamoron si conficere volueris, succum mori agrestis pabulum facies deferuere, tunc succi duas partes in vnam mellis ammisces, & mixta cura bis ad pinguedinem mellis excoquere.

De Vindemia Octobris, & vna passæ. Cap. CXXV.

Idem in libro. 11. Mense Octobri oportuna vindemia est, cuius tempore notanda est sequenditas vitium, vt ex his ad ponendum farramenta possumus eligere. Aserit autem Columella vno anno explorari fertilitatem non posse, sed quatuor, quo numero cognoscitur vera generositas farraculorum. Idem in libro 12. Græcis asserentibus vt vnam serues in vite vsque ad veris initia, circa ipsam vitem, quæ fructu plena est loco vmbroso serobe sodes altitudine trium pedum, latitudine duorum, & immittes fabulone ibi calamos figens in quibus retorques asidue farramenta fructibus plena, & illefas botri fruibas alligabis, vt soli non contingant, & cooperies, ut imber eo penetrare non possit. Item Græcis docentibus vnas uel poma in uite aut arboris si diu seruare volueris, vasculis clausa sicilibus ab vna parte pertusis, diligenter a summo tecta suspende, quamuis poma, & gipso coeperta in longam seruentur ætatem. Idem in 11. Pastinum vero nunc fiet ante vindemiam, quod Aphrica consuevit uniuersa conficere, leue atque iocundum, & quo ad condimentum si vtrius mellis uice, ab inflatione te vendices. Leguntur ergo vne passæ quam plurime, & in sicilibus clausis iuncto factis ali quatenus rariore contextu virgis, primo fortiter verbereantur, deinde ubi vuarum corpus uis concussio exuoluerit, eodeg supposita sporta comprimitur, hinc passum est quicquid effluxerit, & conditum vasculo mellis more seruatur. Vna passam Græcam sic facies, acini & dulcis, & lucidi botriones in ipsa uite torquebis, & parieris sponte marcescere, deinde sublatis in vmbra suspendes, & uam destitutam in vasculis cum ponis subtiler nis pampinos sicco algore frigentes, & comprimis manu, & ubi vas impleueris, iterum pampinos addis, nihilominus non caleat, & operculabis, ac ita uas in loco frigidis sicco, quem nullus sumus infestet.

De Musto, & vino. Cap. CXXVI.

Græci iubent si uia nimius imber infuderit postea, quam mustū eius primo ardore seruebat, ut ad alia uascula transferatur. Ita propter naturæ grauitatem remanens aqua subidet & translatum uinum pure seruabitur, relicto quicquid se illi eximbre misceuerat. Mustum quoque quod per pluias frequentes leue est, sic curari iusserunt, quod probari gustu ipsius poterit. Oē mustū decoqui iubet, donec pars eius 20. possit absumi, melius quoque fieri si centesimā partem Gipsi adicias. Lacedemonios uero ferūt eo vsq; decoquere, donec uini quinta pars pereat, & quarto anno uisibus ministrare. Græci quoque uini naturam tali ratione discernunt, & hanc in eo uolunt esse distantiam, ut quod dulce est grauius dicant, quod album, & aliquatenus saluum conuenire uiciss, quod croceo colore blandius digestioni accommodum, quod album, & stipticum prodesse sfo macho

macho largiori, transnatarum pallorem facere, & tantum sanguinem non creare. Vitis nigris fieri forte, rebeis suaue, albis vero plerumque mediocre.

De Vino condiendo. Cap. CXXVII.

IN condiendo igitur uino aliqui Græcorum, mustum decoctum ad medietatem, uel tertiam partem uino adiiciunt. Alii Græci ita iubent aquam marinam in undam, de puro, & quieto mari, quam anno ante compleuerint referuari, cuius talem esse naturam, vt & saliedine, & amaritudine per hoc tempus careat, & odore, dulcis fiat ætate. Ergo eius octogesimam partem musto admiscant, & Gipsi quinquagesimam, post tertiam deinde diem fortiter commouent, ac pollicentur, non ætatem solum uino, sed splendorem quoque coloris afferre. Oportet autem vnaquaque die uinum moueri atque curari, vel si tardius uidecimo. Sinaue uinum de duro facere docent, si Ordacei polinis cyatos duos, simul cū uino subactō mittas in uini uasculo, & hora uia pararis esse. Vinum quoque intra paucos dies optimi odoris, effici dicunt, si baccas Myrti agrestis montanas siccas, & cinfas mittas in cado. Vinum uero uelut uere effici de nouello, si Amigdala amara Absinthium Pini frugiferi Gummi, Fenum Græcum simul fricas, & pariter tundas. Et in album colorem uina sulca immutari afferunt, ex Faba lomentum factum uino si quis adiciat, uel ouorum trium lagenæ infundat alborē, diuque commoueat, sequenti die candidum reperiri. Quod si ex Africa pisa lomentum adiciat eadem die mutari posse. Vitibus quoque hanc esse naturam, uel alba uel nigra si repigantur in cinerem, uinoque adiciantur, et vnamquamque formam sui coloris imponere, vt ex nigra fuscum, candidum uero reddatur ex alba. Vinum quoque asserunt ex molli forte fieri. Altea hoc est Euicci folia, uel radices, aut eius caulem tenerum decoctum immitti, aut Gipsium, aut cineris conculas duas, aut Cypressi pilulas tres, aut Buxi folia quantum manus caperit, aut Apii fermen, & cinerem farramentorum, cuius commixtio corpus reliquit exile, omni soliditate detracta. Item feculentum in statim limpidi reddi, si septem Pini nucleos in uinum uini sextarium mittas, diuque commoueas, & paululum cessare parieris. Nunc rosatum sine rosa facies, folia Citri viridia, sporta Palmae immissa, in musti nondum feruentis uase depones, & claudes exemptis. 40. diebus melle adito, ad modum rosati, cum placebit ueris. Hoc quoque mense omnia, quæ locis suis leguntur ex pomis uina conficies.

De Vitis eodem mense ponendis, & excolendis. Cap. CXXVIII.

Hoc mense postremo, vbi calidi aut sicci aeris qualitas est vbi exillis, & aridus campus, vbi collis præruptus aut macer est, vites vitillimæ ponuntur, de quibus factis mense Febuario disputauit. Nunc locis siccis calidis exilibus, & macris, arenosis, apricis, quæcumque de pampinis, de uiribus ponendis, putandis, propagandis, reparandis, uel arbutio faciendo ante dicta sunt, rectius sunt, vt contra exilitatem glebæ, hibernis dimbribus adiuentur. Sic & humorem stientibus conferunt, & re scissa, uel in uera glacie non aduritur, quia talibus locis pruinariū vis, & natura nascitur. Post idus Octobris ablaqueanda est omnia nouella, seu in pampinis, seu in scrobibus, aut sulcis, amputentur radices superuacuae, quas produxit æstate, quæ si conualuerint inferiores radices faciet interire, & ita remanebit uitis in summitate suspensa, si res eā frigori obnoxia faciet, & calori. Sed hę radiculę nō ad sitū dent rescindi, ne aut plures inde nascant noua aut plaga corpori uitis impressa, uel secuta algoris uia. Rescedemus aut relicto digiti spacio, & si placida ibi hiems est, apertas relinque uites. Si uiolēta ante Decēbris idus operim. Si præfrigida aliquantulum columbinum sterco rari sub ipsa hieme circa uitalarum uestigia largiemur, quod contra frigus uinum Columella dicit toto faciendum esse quinquennio. Hoc tempore iccirco, locis quibus dixi, propagatio melior est, quia firmam radices uitis incumbit, cum proferendi palmitis eam cura non permouet. Hoc mense aliqui uites, & arbores, locis calidissimis inferere consueuerunt.

De Oliuetis instruendis, & oleis exprimentis. Cap. CXXIX.

Nunc etiam locis calidis, & apricis Oliueta instituemus, mote uel ordine quem Feb. mensis ostendit. Seminaria quoque oleatum locis talibus faciemus hoc tempore, & omnia, quæ ad oleam pertinebunt. Oliuas quoque abas cōdie mus, sicut postea referetur. Hoc tempore ablaqueanda arbores Speculum Doctrinale.

sunt oliuæ provincijs siccoribus ac tepidis, ita ut eis a superiori parte humor possit induci. Omnem sobolem conuelli Columella præcepit, mihi uidetur paucas dimitti semper ac solidas, ex quibus, uel in ueritate matris loco delecta, succedat, uel melius nutrita, & aggestæ terræ beneficio, etiam suas habens radices, ad Oliuetum faciendum, sine cura seminari transferatur arbutula. Nunc si suppetit, intermissio triennio, iteroranda sunt oliueta, locis maxime frigidis. Nunc etiam oleum uiride faciemus hoc genere, oliuam quam recentissimam cum uaria est colligis, & si diebus aliquot collegeris, expandis, ne caleat. Si qua ibi putris aut sicca est, remoues, vbi uero compleueris modum factorii, sales tritos, uel non tritos, quod est melius, in oliuā mites per, 20. modies tres salis, & molis primo, & sic salitam in nouis canistris esse parieris, vt pernoctet cum salibus, & ducat in se eosdem sapores, at mane præmi incipiat olei meliorem fluxum redditura, salis sapore concepto. Canales sane, & omnia receptacula olei calida aqua prius lauabis, vt nihil de anni præteriti rã core custodiant, focos etiam non propius amouebis, ne olei saporem fumus inficiat. Nunc etiam mense postremo, locis siccis, & calidis, ad oleum faciendum Lauri baccas legimus.

De Palmis conferendis, & arboribus ceteris. Cap. CXXX.

Vi placet curas agere seculorum, de palmis cogitit conlerendis. Hoc igitur mense Dactylorum non ueretur, sed nouorum, & pinguium recentia ossa debebit obruere, tetræ cinerem miscere. Si plantam uelit, ponenda est Aprilis mense, uel Maio. Locis delectatur apricis, & calidis, fouenda est vt crescat humore, terram solutam, uel fabuloneam requirit, ita tū vt qñ plāta disponitur, circa eam, uel sub eam pingui terra fundatur. Annicula transferatur, aut bima. Iunio mense incipiente, uel Iulio circumfodiatur affidue, & rigatione continuis vincat ardore. Aquis Palmæ aliquatenus salis iuuantur, quæ infici debent salibus, etiam si tales eas natura non præbuit. Si ægra est arbor feces uini veteris ablaqueatæ oportet infundi, uel radicem itperuacua capilla menta decidi, uel cuneum salicis interfolijs radicibus præmi. Constat autem locum prope in illis uilem fructibus in quo palmæ sponte nascuntur. Mense etiam Octobri aliqui mali arborem calidis, & siccis regionibus ponunt, & Cidonea circa Nouembres Calend. & Sorbum, uel Amigdala in seminariis obruunt, & Pini semen aspergunt. Hoc mense Poma condienda sunt, atque seruanda eo more quo in singulorum titulis continetur, uel vt quæque matura processerunt.

De Ceraso, & fructibus eius. Cap. CXXXI.

Cerasus amat celi statum frigidum, solum uero positionis humectæ, in tepidis regionibus parua proveniunt, calidum non potest sustinere, modo tana, uel in collibus cōstituta regione letatur, Cerasi plantam siluestrem transferre debemus mense Octobri, uel Nouembri, & eam primo Ianuario cum comprehendit inferere. Plantaria uero creati possunt, spædictis mensibus spargantur Poma, quæ summa facilitate nascuntur. Ego sic huius arboris facilitatem probaui, vt uirgulta ex Ceraso pro amniculis per vineam posita, in arborem produxisset confirmem, & Ianuario mense feri potest, inseritur mensi Nouembri melius, uel si necesse sit extremo Ianuario. Alii & Octobri ferenda esse dixerunt. Martialis in trunco inferi iubet. Mihi inter corticē, & lignū feliciter semp euenit. Qui in trunco inserit (sicut Martialis dicit) oēm lanuginē, quæ circa est, auferre debebunt, quia si remanserit, insitis nocere manifestat. In Cerasis hoc seruandum, & in omnibus gumminatis, vt tunc inferatur, quando his, uel non est, uel desinit gumma effluere. Cerasus inferitur in se, in Pruno, in Platano, vt alii in Populo, amat sero bes altas, spacia largiora, affiduas fossiones, putari in ea putria, & sicca debebit, uel quæ densius arcata protulerit vt rarefca, simum non amat, atque inde degenerat. Cerasa vt sine ossē nascantur, feri Martialis hoc dicit. Arborem teneram ad duos pedes rescindes, & eam vsque ad radicem findēs, medullam partem uisusque ferro curabis abradere, & statim ueraque partes in se uinculo stringes, & oblinies fimo, & summam partem, & laterum diuisuras. Post annum cicatrix ducta solidatur, hanc arborem surculis, qui adhuc fructum non in tulerunt inferes, & (vt asserit) ex his sine ossibus poma nascuntur. Si Cerasus concepto humore putrefcit, in trunco foramen accipiat, quo possit educi. Si Formicas patitur, succi portulacæ debebis infundere, cū aceti media parte pmixtū, uel uini fecibus truncti arboris florentis illinire. Si æstu Caniculariū irigatur, triū fontū singulos sextarios post solis occasum radicibus arboris iubeamus influere sic ne remedium luna deprehendat. Vel herbam Simplicam Tomus Secundus. N 4 circa



cirea arboris truncum torquibimus in coronam, vel ex ea iuxta inum codicem cubile faciemus. Cerasa non aliter quam in sole vsque ad rugas siccata feruantur.

De Hortis eodem mense conferendis. Cap. CXXXII.

Eodem quoque mense plantæ Cardui ponuntur, quas cũ ponemus radices eorum summas ferro resiccamus, ac primo cingimus, trium pedum spacio separamus incrementi causa, pedali serbo depositas bimas aut trimas, cinerem sæpe sub hieme, diebus siccis simum miscbimus, hoc etiam mense Sinapi seremus, terrã diligit aratam, & si fieri potest congesti tiam, quamvis vbiemque nascatur. Sarculari debet assidue, vt respergatur puluere quo fouetur, nõ nimis gaudet humore. De quo semen legere dũponis, suo loco esse patieris, quod ad effcã parabis, robustius facies transferendo. In Sinapi vero vetus semen inutile est, vel fatiõis vel vsui, Quod dentibus fractum si intus viride videbitur nouum est, si album vensitatem fatetur. Hoc quoque mense Malua serenda est, quæ occupati hiemis ab incrementi longitudine reprimetur, loco pingui delectatur, & humido gaudet letamine. Nunc etiam locis temperatis, & calidis Aneum seremus. Cepullæ feruntur, & hoc mense, vel Mentha, & Pastinaca, Thimum, & Origanum, & Capar mensis initio. Item Betam locis sicciõibus seremus, vel transferemus ad culta, vt melior fiat. Nunc & Porrum verno satum transferre debet, vt crescat in capite. Sane sarculis circumfodiatur assidue & comprehensa porri planta, velut tenacibus alleuetur, vt inani spaci, quæ radicibus subeunt incrementi capitis suppleatur. Ocinum quoque etiam nunc seremus, quod citius nasci fertur hoc tempore, si aceti hembre leuiter spargatur infusum.

De Frugibus seminandis, & Aluearijs Apum castrandis. Cap. CXXXIII.

Hoc etiam tempore Adorem seremus, vt Triticum, iusta satio est a. 10. Calen. Nouembris, vsque ad. 6. Idus Decembris regionibus temperatis, nunc etiam letamen effertur, ac spargitur. Hoc etiam mense seremus Ordeum, quod dicitur Canterinum. Et nunc Heruum Lupinum, & Pisum, & Sifamij seremus, vt dixi. Hoc mense Lini semen seremus, si placet, qd tamen pro malitia sui serendum non est, nam terræ vber exhaurit. Sed si velis, loco pinguisimo, & modice humido feretur. Alii qui macro solo spissum ferunt, ita alleguuntur vt Linum subtile nascatur. Hoc etiam mense Aluearia castrabuntur, more quo dictum est, quæ tamen oportet inspiciere, & abundantia est demere, si mediocritas partem mediam relinquere, pro hiemis in opia, si verò sterilitas apparet, in cellis nil profus auferre.

De Frugibus, & leguminibus in Nouembri seminandis. Cap. CXXXIII.

Idem in lib. 12. mense Nouembri triticum seremus, & Farfacione legitima, & Ordeum maturum adhuc seremus. In huius principio Fabam spargimus, quæ pinguisimam, vel stercoreatum desiderat locum vel vallem, quam iucius veniens a summitate secundet. Primo feritur, & deinde proscindatur, & tunc sulcatur, locanda est large, vt tegi plurimum possit. Aliq locis frigidis dicunt in fabæ satione glebas non esse frangendas, vt per eas gelicidiorum tempore possint germina obumbrata defendi. Satione eius generis (sicut opinio habet) non secundatur terra, sed minus læditur. Nam Columella dicit agrum frumentis villosorem probari, qui atqo superiori vacuus fuerit, quàm qui calamos fabaceæ mellis eduxit. Pingue iugerum sex modij occupant, mediocre amplius spisso bene prouenit. Macrum locum nebulosumque non patitur. Curadum præcipue vt luna. 15. feratur, si adhuc istum solis reperit non leuiter. Aliqui dicunt, 14. potius eligendam. Sanguine Caponis Græci asserunt Fabæ semina macerata herbis aduentibus non noceri. Aqua pridiæ infusa citius nasci, nitrata aqua respersta cocturam non habere difficilem. Nunc quoque feruntur prima Lentacula, sicut Februario mense narratum est, hoc etiam toto mense poterit Lini semen aspergi.

De Præcis, & Hortis, & Rosarijs instituendis. Cap. CXXXV.

In huius maxime principio possumus instituire noua prata, more quo dictum est. Hoc mense Allium bene feritur, & Vipicum, terra maxime alba fossa, & subacta sine stercore. Sulcos in areis facies, & semina in locis altioribus pones, quatuor digitis separata, neque altius præssa, sarculis frequenter, inde

plurescent, si capitatum facere volueris, vbi caput caulis prodire per culta, ita succus reuertetur ad spicas. Fertur si luna sub terris posita feratur, & item sub terris luna latente vellatur, odoris feritate caritrum. Vel paleis condita Allia, vel fumo suspensa durabunt. Nunc, & Cepulla feri potest, & Carduorum planta disponi, Amaraca feritur, & Amelea. Quamuis autem mense Februario sint conferenda Rosaria, tamen locis, calidis, apricis, atque maritimis. Hoc etiam mense poterimus instituire Ruseta quæ si indignus plantarum volueris ex paucis virgulis habere copiosa, quater novum digitorum furculos gemmantes cum geniculis suis debetis excidere, & in modum propaginis sternere, stercore ac rigationibus adiuuare, vbi anni ætatem cõpleuerint, pedis spacio inter se transferre disunctos, atque ita solum, qd huic generi deputabis, implere.

De Viribus, eodem mense excolendis. Cap. CXXXVI.

Hoc etiam toto mense locis calidis, & siccis, vel apricis erit vitium celebranda positio, nunc & propago iure ducitur, & locis frigidis nonnullas vites, & arborum plantas circum fodere atque operire conueniet. Et ante Idus, nunc mergus, hoc est propaginis curatura, post triennium, quàm præssa fuerat rescindetur a vite, nunc ac deinceps vinea vetus, quæ in iugo est, vel pericula si robusto, & integro trunco sit ablaquata simo factetur, & angustius putata inter quartum, & tertium pedem, a terra viridissima parte corticis, acuto ferramenti mucrone ferriatur, ac fossa frequentius incitetur. Nam sicut asserit Columella, ex eo loco germen plerumque producit, & veniente vere, nartam qua vitis reparatur locis calidis, & apricis. Vites quæ fructu carent, & fronde luxuriant, nunc præssa putare conueniet. Frigidis vero mense Februario si permanebit hoc vitium circumfossas, arena humiali, vel cinere debemus aggregare. Qui dam lapides inferunt inter flexuosa radicum. Iisdem temporibus, & locis vitem, quæ steriliis fuerit, Græci ita præcipiunt esse curandam, Trunco eius sisso lapidem asserunt includendum, & ibi vitæ veteris humanæ quatuor cotulas circa truncum debere suffundi, vt ad radices instillatio ipsa descendat, tunc adiciendum terra lætamine ammixta, & circa radices solum omne vertendum.

De Persicis plantandis, & earum fructibus conseruandis. Cap. CXXXVII.

Hoc mense locis calidis, cæteris vero Ianuario Persici ossa in pastinatis, quia ossis sunt, ponenda, bimis a se pedibus separata, & quæ ibi plantæ excreuerint transferuntur, sed ossa ponantur acumine deorsum versò, & non amplius, quàm duobus aut tribus palmis obruantur, locis quidem qualibuscumque proueniunt, Sed & pomis, & frondibus, & durabilitate præcipua sunt, si cœlum calidum, solum arenosum, & humidum fortiantur. Frigidis vero, & maxime ventosis, nisi obiectu aliquo defendantur intereunt. Dam tenera sunt germina sepe herbis circumfossa liberentur, bimam plantam recte transferemus (probe breui, nec a se longius statuenda sunt, vt muicena se a calore solis excussent, ablaquanda sunt per autumnum, & suis recorandæ folijs. Putanda Persicus in co est, vt arida, & putrida tantum virgula tollantur. Nam si quid viride resicemus arefcit. Languenti arbori veteris vini feces aquæ mixtas oportet insundi. Hæc arbor ardore solis marcescit, frequenti agestione cumuletur, vespertino inueter humore, obiectis defendatur vmbra culis, iuuat in ea, & spoliis serpens appendi. Nunc iam contra pruinas sterces ingeratur Persico, vel feces vini, cum aqua permixta, vel quod magis prodest, aquam in qua faba decocta est. Si vermes persicus patitur, cinis eos amurca mixtus extinguet, vel bouis arrina cum aceti tertia parte confusa. Si poma cadaua sunt, nudata radici eius, vel trunco Lentici, aut Therebinti cuneus affigitur, vel tenebratæ in medio palus salicis imprimetur. Si poma rugosa creabit, aut putria, circa inum trunquum cortex relcidatur, & cum inde modicus humor effluerit, argilla vel paleato luto plaga retegatur. Magna poma Persicus asserit, si ante florem per triduum ternos sextarios Caprini lactis ingesseris. Mense Ianuario, vel Februario locis frigidis, Nouembri calidis Persicus inferatur, maxime circa terram furculis plenioribus, & prope arborem uatis, nam quæ iuuat, vel nõ tenebunt, vel diu durare non poterunt. Inferitur in se, in Amigdalio, in Pruno. Persicus rubescit si platano inserta figatur. Duratua feruantur, si detrahitis ossibus, sicorum more in sole siccantur, ac pendent. Item, sæpe vidi detrahitis ossibus, duratua melle condiri, & saporis esse locundi.

De

De Pino, & nucibus eius. Cap. CXXXVIII.

Inus, creditur prodesse omnibus, quæ sub ea feruntur, Pinum seremus nucleis suis calidis, & siccis deputabis, quæ Oßobri, vel Nouembri, frigidis, & humectis Februario & Martio: Amar locum gracilem siue maritimum, inter montes, & saxa vastior & procerior inuenitur, ventosis & humidis arborum sunt incrementa lætiora, sed siue montes velis conferere, seu spacia quæcumque huic generi deputabis, quæ alteri vtilia esse non possunt. Exarabis ergo ea loca diligenter atque purgabis, & frumenti more semen aspergis, ac leui saculo curabis operire. Nec enim plus, quam palmo debent abscondi, defendenda est tenera arbor a pecore solum, ne calcetur inualida, proficies si nucleos aqua ante triduum macerabis. Alii qui dicunt fructum Pinum translatione nitescere. Sed plãtas hoc modo procurant, vt prius multa semina in caliculis terra a fumo repletis obruant, quæ ibi processerint relicto eo quod solidius est auferunt, alij vbi iustum cepert incrementum trimam plantam cum ipsis callulis transferunt, quibus fractis in serobe inducent radicibus largitatem, terræ tamen æquè stercore ammiscerent, facientes straturam alterno ordine subinde crescentem. Seruandum tamen est, vt radix eius quæ vna & directa est, vsque ad summam suam possit integra & illæsa transferri. Putatio nouellas, vini arbores tantum pronouet (quod expertus sum) vt quæ speraueras incrementa duplicentur, Noces pineæ vsque in hoc tempus in arbore esse possunt, & maturiores legentur, prius tamen legendæ sunt, quam paretant. Nuclei nisi purgati durare non possunt, tamen aliqui in vasis fictilibus nouis, & terra repletis, cum testis suis missos asserunt custodiri.

De Pruno, & fructibus eius. Cap. CXXXIX.

Pruna si ossibus feratur Autumno mense Nouembris, solo patris & subacta duobus palmis obruatur ossa, eadem ponuntur & mense Februario. Sed tunc prius sissio sunt maceranda per triduum, vt cito germinare cogantur; ponuntur & plantis quas fumemus ex codice mense Ianuario exeunt, vel Februario circa idus, radicibus solum oblitis. Gaudet loco læto, & humido, cælo tepido melius profrauntur, tamen queunt & frigidum sustinere, locis lapidosis, & glareosis iuuantur lætamine, ex culante, ne poma cadaua, & vermiculosa nascantur. Extirpandæ sunt soboles a radice exceptis relictioribus, qui seruabuntur ad plantas. Si languida pruni arbor est, amurca cũ aqua æqualiter temperata radicibus debet infundi, vel bubulum lotium solum, vel humanum vetus duabus aquæ partibus mixtur, vel cineres ex fumo aut maxime samentorum. Si poma decurrant, oleatri epigram terrebratæ inge radici. Vermes eius atque Pomicis rubrica cum pice si allinatur extinguet, sed modestius propter arboris noxam, ne idem faciat remediũ quod venenum. Iuuatur frequenter humore & assidua fossione mensis Martio extremo, Prunus inferitur melius trunco sisso cũ cortice, vel mense Ianuario antequam incipiat gaminẽ lachryam. Inferitur in se, & Persicum recipit, vel Amigdalum, vel Malum, sed eam degenerem reddit & paruum, Pruna sicantur in sole, per crates loco sicciore disposita, hæc sunt quæ Damascena dicuntur. Alij in aqua marina vel muria feruente reens lecta pruna demergunt, & inde sublata, aut in fumo tepido facitur, aut in sole sicantur.

De Castanea plantanda, vel seminanda. Cap. CXL.

Castanea feritur, & plantis quæ sponte nascuntur, & semine, sed quæ plantis feritur ita ægra est, vt biennio de eius vira sæpe dabitur. Serenda est ergo ipsis castaneis, hoc est seminibus suis, mense Nouembri, item Februario. Eligendæ sunt Castaneæ ad ponendum recentes, grandes, maturæ, quas mense Nouembri ponamus, facilem se præsentia fructus ipsius præstat. Si vero Februario ponemus, vt vsque tunc duret, ita facientum est. In vmbra castaneæ sicantur exponat, tunc in angustum & siccum locum translate cumulum faciant, & eas omnes humialis arena diligenter operent, post dies. 30. eas remota arona in aquam frigidam mittis, quæ sanæ sunt merguntur, supernat quæcumque vitata est. Item quæ probatè similiter obrues, & post. 30. dies æquæ probas. Hoc cum tertio feceris, vsque ad veris initium serere debetis, quæ manserint illibata. Alii qui in vasculis seruant atena periter immissa. Amant solum molle & solum, non tamen Arenosum, in Sabulone proueniunt, sed hunc, nigra terra illis apta est, & carbunculus, & totus diligenter infractus, in spisso agro & rubrica vix prouer-

nit, in argilla & glarea non potest nasci, diligit cæli statum frigidum, sed & tepidum non recusat, si humor assenserit. Delectatur eluis, & opacis regionibus, ac maxime in septentrionem versis.

De eadem excolenda, & fructibus eius seruandis. Cap. CXLI.

Astinati ergo locus debet, qui huic destinatur arbusculo, altitudine pedis vnus semis, vel duorum, vel totius, aut (sulcis, in ordinem destinatis, aut certe aratris resoluti hinc inde findentibus, qui siso satiatas, ac redactus in puluerem, Castanearum semen accipiant, non amplius pedis dodicæ demer sum, vnicuique semini propter notam furculus, debet insigi. Ipsa semina singulis locis sissal trin a vel quina ponantur, & inter se quatuor pedum spacio separantur, quibus transferre placuerit bimas plantas transferre debebant. Locus tamen deductoria liquoris accipiat, ne humor infidus limo germen extinguat. Cui placet potest castaneæ in propaginem ducere ima virgula quæ in radice nascuntur. Nouum Castaneum circumfodi debet assidue mense Martio, & Septembri, incrementum maius accerit, si putationibus adiuuetur. Castanea inferitur (sicut probauit ipse) sub cortice mense Martio, vel Aprili, tamen genere vtroque responder, potest & inoculari. Inferitur in se, & in salice, sed ex salice tardius maturat, & sit asperior in sapore. Castaneæ feruntur, vel in crates disposita, vel intra Sabulonem nec, in uicem tangantur immerfa, vel in vasculis fictilibus condita, & loco sicciore desosse, vel inclusa virgeis ex fago receptaculis, & lutatis, vt spiracula nõ relinquant, vel ordei paleis minutissimis obruat, vel palustri vna figuratus desorbis sportis reclusæ.

De Oleis, & arboribus cæteris. Cap. CXLII.

Nunc puratio Autumnalis celebratur, in vitibus arboribus, maxime vbi inuitatur tempore prouincis, & putantur oliueta, & oliua cum varia cepit esse colligitur, ex qua primum fiet oleum, nam cum tota nigrescit, quod speciei merito posterauit, fundentur vberare compensat. Est vtilis olearum putatio, cæterarumque arborum, si loci patitur disciplina, vt decimas cacumibus rami fluentes per latera prona fundantur, quod si regio insolens, & incustodita cõtingerit, agendum prius toto arboris corpore ab inferiore parte purgato, vt altitudine animalium super gressam, modus transcendantur iniuriæ, & arbor iam spacio suo tuta cœuetur. Nunc etiam locis calidis, & siccis regionibus oliueta ponuntur, sicut Februario disputatum est. Amat hæc arbor arduo laborum sivo, medio criter ab humore suspendi, (calpi assidue, lætaminis vbertate pinguefcere, seracibus ventis clem ter agitari. Hoc etiam mense oleis sterilibus, quæ supradicta sunt remedia faciemus, & corbes, & pali radice bene fieri possunt. Etiam nunc locis temperatis est Laurini olei iusta confectio. Hoc mense locis calidis, & siccis regionibus agrestium Pirorum plantas ponimus, quas postea possumus inlerere, & Malorum vel Malpunicis, & Cidoneis, & Citri, & Mespeli, Fici, Sorbi, Siliqua, & plantas agrestis Cerasi, post inferendas, & Mori tales, & Amigdalii semina, & nuce Juglandes, sicut in seminarijs dictum est quo more panguntur. Hoc etiam mense locis siccis, calidis, & Apricis maiores transferemus, truncatis ramis, illeis radicibus, multo stercore, & rigationibus adiuuandas.

De Oleis conficiendis, & purgandis. Cap. CXLIII.

Græci in conficiendi olei præceptis, ista iusserunt, tantum legendum esse oliuæ quantum nocte veniente possumus exprimere: Molam primo oleo debere leuiter esse suspensam, ossa enim constata fordescunt, quare de solis carnibus sit prima confectio, saliginis canistros fieri debere virgulis, quia genus hoc oleum dicitur adiuuare. Nobilius erit quod sponte defluerit. Sal deinde ac nitrum iubent nouo oleo misceri, vt hoc res spissitudinem eius absoluat, deinde cum ab amurca subside rit oleum purum. 30. diebus exactis in vitrea vasa transferri. Secundum eadem disciplina fieri, sed mola fortiore quassari. Si fordet oleum, frictos & adhuc calentes sales inici iubent, & diligenter operari, ita mundum reddi post tempus exiguum. Si fuerit odoris horrendi, vitides oliuæ sine ossibus tundi in olei metreta cheracas duas mitti, si bacæ defuerint caules tenerimos oleæ similiter esse tundendos. Nonnulli vtraque permiscet adiecto etiam sale. Quidam mittunt vetustum laterem torrefactum, perlique ordeaceos panes breuiter figuratos, & raro lintheo inuolutos mferunt, & nouos subinde permurant, vbi hoc bis aut tertio fecerint sales iniiciunt, & in alia vasa translatum

tum per paucos dies subsidere patiuntur. Oleum rācidum Græci afferunt, sic posse curari: Albam ceram mundo & optimo oleo resolutam, & adhuc liquefactam mitti in eo iubent, eunc fales frictos calētes addi, operari atque gispari, sic fieri ut oleum purgetur sapore & odore mutato. Oleum tamen omne in terrenis locis esse seruandum, & eius esse naturā, vt vel igne purgetur, vel aqua feruenti, si simul miscēatur in ualeulo, hoc etiam maculē oliuas condiemus.

De Apibus nutriendis, & alioarijs purgandis. Cap. CXLIIII.

Huius mensis initio Apes ex Thamarici floribus reliquit que siluestribus mella conficiunt, quæ auferenda non sunt, quia seruantur hiberno. Eodem mense sordibus liberandi sunt aluē (quia tota hieme eos mouere non possumus) sed hoc die aprico tepidoq; faciēda sunt, vt penās maxime auisū maiorum quæ habent rigorem, vel aliquo simili omnia interiora moueantur, quo manus non valebit attingere, tamen rimas omnes, quæ sunt extrinsecus luto, & fimo bubulo mixtus liniamus, & insuper Genestis, vel alijs tegumentis similitudinē porticus imitemur, vt possint a frigore & tempestate defendi.

De Agnis eodem mense aduocandis. Cap. CXLV.

Hoc mense Agnorum prima generatio est, sed agnus statim natus vberibus materis ad mouendus est manu, prius tamen exiguum lactis, in quo spissior est natura mulgendum, quod Pastores Colostas vocant, namque hoc Agnus nisi auferatur, nocet. Ac primo per biduum natus cum matre claudatur, tunc sepius obsecris feruetur, & calidus, ita seculo parulorum grege matres mittantur in pascua. Sufficit autem priusquam procedant mane, & cum saturæ reuertuntur ad vesperam agnis vbera haurienda permittere, qui donec firmetur inter stabulum furfibus, vel Medica herba, vel si est copia, farina Ordei pascantur ingesta, donec cōceptum paulisper robur atatis pascua matribus possint habere communia.

De Ouis pascendis. Cap. CXLVI.

Pascua Ouis generi vtilia sunt, quæ vel in noualibus, vel in pratis siccioribus excitantur. Palustria vero noxia sunt, siluestria damnoſa lanatis, salis tamen crebra conspersio, vel pascuis mixta, vel canalis frequentur oblata, debet pecoris leuare fastidium. Nā per hiemem si penuria est, Fenum, vel Paleæ, vel Vitia, vel Facioli vicius Vini, seruatis frondibus præbeatur, aut Fraxini, Acstius motibus pascantur sub lacis iōtio, cū Graminis terreni suauitatem totis mixtura commendat. Quar ta hora calcēte potus puri fluminis, aut putei præbeatur, aut fontis. Medios solis calores, vallis aut arbor vmbrosa declinet, deinde vbi flexo iam die ardor infringitur, & solū primo humbre vespertini rotis humescit, gregē reuocemus ad pascua. Sed Canicularibus, & æstiuis diebus, ita pascenda sunt oues, vt capra gregis semper auertantur a solis obiectu. Hieme autē vel Vere, vbi resolutis gelicidijs ad pascua prodire non debent. Nā pruinosā herba huic generi morbos creabit, at tunc semel ad aquare sufficiet Græcas oues, sicut Aſianas, vel Tarentinas moris est stabulo potius nutrire, quam campo, & percussis tabulis solum in quo clauderentur infernere, vt si turca cubilia, propter iniuriam præciosi vellens humor reddat elabēs. Sed tribus per annum totum diebus aprico die lotas oues vngere oleo oportebit, & vino propter Serpentes, qui plerumque sub præsepibus latent, Cedum vel Galbanum, vel mulieris capillos, aut Ceruina cornua frequenter vramus.

De Hircis ad Capras admittendis. Cap. CXLVII.

Tunc Hirci admittendi sunt, vt statim primum veris fouere possit exordijs, sed Capre eligendus est sub maxillis, duæ videntur pendere verrucolæ magni corporis, crassis cruribus, breui plenaque ceruice, auribus flexis, & grauibus, paruo capite, nitido, spisso, & longo capillo, ad ineundas fœminas, & ante anniculum congruus, non autem durat ultra sexennium. Capella similis corporis, sed magnis vberibus est eligenda, non tamen ita multæ Capræ, vt Oues vna statione claudantur, quā luto & stercore carere conueniet, hædis supra lactis abundantiam Hedera, & Arbuti, & Læfici cacumina sunt sæpe præbenda, trime educare optime possunt. Quod tenetiores matres generant transgendum est. Sed vltra octo annos seruandæ non sunt matres, quia genūs hoc largiore sterileſcit ætate.

De Glande legenda, & materia ad fabricam cedenda. Cap. CXLVIII.

Hoc tempore Glandes legendæ ac seruandæ extra nos ex-citer, quod opus femineis, ac puerilibus operis celebrabitur, facile more bacarum. Nunc materies ad fabricam cedenda est cum luna decreſcit. Sed arbores, quæ ceduntur vſque ad medullam (secundum reſeſas aliquandiu stare patieris, vt per eas partes humor, siquis in venis continetur, excurrat. Viles sunt autem maxime hæc, Abies, quam Gallicam vocant (nisi perluatur) leuis, rigida, & in operibus sicis perhenne durabilis, Larex vtilissima, ex qua strabulas suffigas, regulis in fronte atque extremitate rectorum præsidium contra incendia cōtulisti. Neque enim flammam recipiunt, aut carbonēs possunt creare. Quercus durabilis si terrenis operibus obruatur, & aliquatenus palis, sculus ædificijs, & radice apta materies. Castanea mira soliditate perdurat in agris, & tectis, & operibus cæteris, & intestinis, cuius lolum pondus in iunco est. Ficus in sicco vtilis humore corumpitur, Populus in vtraque, Salix & Tilia in sculpturis necessaria. Alnus fabricæ inutilis, sed necessaria si humidus sit locus, quia ad accipiēda fundamenta palandus est. Vimus, & Fraxinus si siccentur rigescunt. Ante curuabiles cathenis viles habentur. Caprinus vtilissima, Cypressus egregia. Pinus nisi in siccitate non durans, cui contra celerem putredinem competi in Sardinia hoc genere prouideri, vt ex scicæ traves, eius aut in piscina qualiter, anno toto mersa la-rent, post operi futura, aut arenis obruerentur in litore, vt aggelionem, qua recte essent alternis æstibus reciprocans fluctus allueret, Cedrus durabilis, nisi humore tangatur. Quæcumque autem ex parte meridiana ceduntur, vtiliores sunt. Quæ vero ex septentrionali proceriores, sed facile vitiant.

De his, que agenda sunt in Decembri. Cap. CXLIX.

Idem in lib. 13. Mense Decembri seruntur frumenta, Triticum, Far, O deum, quamuis Ordei satio iam seta sit, & Faba circa 7. iduum fieri poreſt. Nam post exactam brumam male seminatur. Hoc etiam mense adhuc Lini semen spargi poterit, vſque in 7. idus Decēbris. Nunc ad instituendas Vi-res, sed post idus pascua inchoemus effodere, sicut ante tractatum est. Et materiem bene hoc mense cademus, palos quoq; & corbes faciemus, & radicas, & locis frigidis oleum faciemus ex Lauto, & Mirti bicis, atque Lentici, in olei sui confectio-ne quassabimus, & vinum Myrticem sicut dictum est conficiemus. Hoc tempore serenda lactuca est, vt planta eius Februario transferatur. Eam nunc Alleum, & Vipicum, & Cepullæ, & Sy-napis, & Chymata seri poterunt, disciplina & More quo ante narratum est. Nunc etiam quibus lictis in fructum est, vbi lung fuerit augmentum, quæ omnium clausorum maris animalū atque concharum iubet incremento sua membra turgere, & Echini carnes salibus condire curabunt, quo solito more confi-ciuntur. Hanc quoque rem per omnes menses bene faciemus. Hybernos. Pernas etiam, & Lardum conficiemus, non solū men-se hoc, sed omnibus quas hiemalis algor attingit. Tempore hoc per humiles siluas, & Baccis secunda virgulta, ad Turdos cæteraſque aves capiendas, laqueos expedire conueniet, hoc vſque in Martium mensem tendentur aucupium.

LIBER SEPTIMVS.

De Scientia politica. Cap. I.



Qnot, Post Ethicam, siue monasticam scientiam, & Echonomicam tandem de Politica dicendum restat, eo q̄ inter practicas postremum locum teneat. Richardus in li. exceptionum. v. Practica enim sciētia est, quæ recte viuendi modum, ac disciplinæ formam, secundam virtutum institutionē, disponit. Et hæc diuiditur in tres. Ethicam, idest moralem, & Echonomicam, idest dispensatiuam, & Politicam, idest ciuilem. Prima quidem est solitaria, quæ mores instituit, & ad singulos pertinet. Secunda est priuata, quæ familiam disponit, & ad patremfamilias pertinet. Tertia publica, quæ vberes regit, & hæc pertinet ad vrbium rectores. Ethica igitur est, quæ sui curam gerens, cunctis sese exigit & exornat, at getque virtutibus, nihil in vita admittens, quo non gaudeat, nihilque faciens penitendum. Echononica est, que familiaris officij curam mediocri dispositione componens distribuit. Politica

litica est, quæ reipublicæ curam suscipiens, cunctorum salutem prudētē solertia, iustitiæque libra, & fortitudinis stabilitate, ac temperantiæ patientia medetur. Actor. Qualiter autem istæ tres scientiæ sibiinuicem conuectantur, ex Augustini verbis euidenter penduntur, quibus videlicet pax propria, vel hūmodi paci domesticæ, pax quoque domestica paci ciuicæ accōmodari docetur. Ethica namque moralis scientia docet ser-uare pacem hominis propriam, conscientiam. Echononica, siue contemplationis, & actionis concordiam. Echononica vero pax domesticam, Politica quoque pacem ciuicam.

Qualiter Ethica, & Echononica ordinentur ad Politicam. Cap. II.

Augustinus de ciui. Dei li. 19. Sicut nemo est, qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit, quoniam qui idem & ipsi qui bella volunt, nihil aliud quam vincere volunt, quod cum factum fuerit pax erit, pacis ergo intentione geruntur, & bella. Sed & illi, qui pacem in qua sunt perturbati volunt, non pacem odebunt, sed eam pro arbutio suo permurari volunt, non ergo vt sit pax nolunt, sed vt ea sit, quam volunt. Pax itaque corporis est ordinata temperata parium. Pax animæ irrationalis, ordinata requies appetitionum. Pax animæ rationalis ordinata cognitionis, actionisque consensio. Pax animæ & corporis, ordinata vita & salus animantis. Pax hominis mortalis, & Dei ordinata in fide, sub æterna lege obedientia. Pax hominum ordinata concordia. Pax domus ordinata imparandi atque obediendi concordia cohabitantium. Pax ciuitatis ordinata, imperandi at obediendi concordia ciuiū. Pax superne ciuitatis ordinatissima & concordissima societas fructu di Deo, & iuicem in Deo. Itaque quia homini rationalis anima inest, totum hoc, quod habet commune cum bestijs, subdit paci animæ rationalis. Ad hoc enim velle debet, nec dolore molestari, nec desiderio perturbari, nec morte dissolui, vt atque vile cognoscat, & secundum eam cognitionem, vitam mortalem componat. Sed ne ipso studio cognitionis, propter humanam mentis infirmitatem in pestem alicuius erroris incurras, opus habet magister diuino, cui certus, obtemperet, & adiutorio, vt liber obtemperet. Ac per hoc omnem pacem, vel corporis, vel animæ, vel simul corporis, & animæ refert ad istam pacem, quæ homini mortali est cum immortali Deo, vt sic sit ordinata in fide sub æterna lege obedientia. Nam vero quia duo præcipua præcepta, hoc est dilectionem Dei, & dilectionem proximi docet magister Deus, in quibus tria inuenit homo quæ diligat Deum, seipsum, & proximum, atque ille in se diligendo non erit, qui diligit Deum, consequens est, vt etiam proximo ad diligendum Deum consulat, quem iubetur sicut seipsum diligere, sic vxori, sic filijs, sic domesticis, sic cæteris quibus potuerit hominibus, & ad hoc sibi a proximo si forte indiget consiliū velit, ac per hoc erit pacatus omni homini quantum in ipso est, pace hominum, idest ordinata cōcordia, cuius hic ordo est. Primum vt nulli noceat, deinde vt etiam proficit cui potuerit, primum ergo inest ei suorum cura, ad eos quippe habet oportunitatem aditum consulendi, vel naturæ ordine, vel ipsius societatis humanæ. Vnde Apostolus dicit. Quisquis autem suis, & maxime domesticis non prouiderit, fidem denegat, & est infidelis deterior. Huic itaque etiam pax domesticæ oritur, ordinata imperandi, obediendique concordia cohabitantium. Imperant enim qui consulunt, sicut vir vxori, parentes filijs, domini seruis. Obediunt autem quibus consulunt, vt mulieres maritis, filij parentibus, serui dominis. Itaque patres nostri sic administrabant domesticam pacem, vt secundum hæc temporalia bona, filiorum sortem a seruorum conditione distinguerēt. Ad Deum autem colendum (in quo æterna bona speranda sunt) omnibus domus suæ membris æquali dilectione consulerent, qd naturalis ordo ita præscribit, vt nomen patrifamilias hinc exortum sit, & tam late vulgatum, vt etiam iuque dñantes, hoc se gaudeat appellari. Qui autem veri patrefamilias sunt, omnibus in familia sua, tanquam filijs ad colendum & promerendum Deum consulunt, desiderantes, atque optantes venire ad celestem domum, vbi necessarium non erit officium consulendi, iam in ista immortalitate felicibus, quo donec veniat magis debent patres, q̄ dominantur, quam serui tolerare, q̄ seruiunt, si quis autem in domo propter inobedientiam paci domesticæ aduersatur corripitur, seu verbo seu verbera, seu quolibet alio genere, quantum societas humana concedit, pro eius q̄ corripitur vtilitate, vt paci vnde dissilierat cooparetur. Sicut enim non est beneficentiæ adiuuandum efficere, vt bonum qd maius est amittatur, ita non est innocentiæ patiendo sinere, vt in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocentiæ offi-

cium, non solum nemini malum inferre, sed etiam cohibere a peccato, vel punire peccatum, vt vel ipse qui peccatur corrigatur experimento, vel alij terreatur exemplo. Quia igitur hominis domus part cula ciuitatis est, & omnis pars ad totius sui integritatem refertur, cōsequens est, vt ad pacem ciuicam pax domestica referatur. Ita fit, vt ex lege ciuitatis præcepta lumere patremfamilias oporteat, quibus domum suam sic regat, vt sit paci accommodata ciuitatis.

Quid alius sit Politica finis apud fideles, & alius apud infideles. Cap. III.

Ed domus hominum qui non viuunt ex fide, pacem terræ nam ex huius temporalis vitæ rebus, commodisque sectatur. Domus autem hominum ex fide viuentium, expectat ea, quæ in futuro eterna promissa sunt, terruntque rebus actem poralibus tanquam peregrina utitur: non quibus capiatur, & auertatur, quo tendit in Deum: sed quibus sustentetur ad facilius toleranda, minimeque augmentanda onera corporis, corporalis, quod aggrauat animam. Iecirco rerum vitæ huic mortali necessarium, vtrisque hominibus communis est vſus, sed finis vtendi, finis cuique proprius multumque diuersus: Ita & terræna ciuitas pacem terrenam appetit, in eaque desigit imperandi, at obediendi concordia ciuium, vt fiti ei de rebus ad mortalem vitam pertinentibus humana quædam compositio volūtatū. Ciuitas autem celestis, quæ hic peregrinatur etiam ista pace necesse est vitari, donec ipsa cui talis pax necessaria est, mortalitas tranſeat. Ac per hoc dum apud terrenam ciuitatem velut captiuam vitam suæ peregrinationis agit, iam promissione redemptiois, & dono spiritali accepto tãquam pignore, legibus terræna ciuitatis, quibus hæc administratur, quæ sustentandæ mortali vitæ accommodata vitæ, obtemperare nõ dubitat, vt quia communis est ipsa mortalitas seruetur in rebus ad eam pertinentibus, inter ciuitatem vtranque cōcordia. Verum quia terræna ciuitas habuit suos quosdam sapientes, q̄ vel suspicati vel decepti, multos Deos rebus humanis conciliandos esse credentes, a quorum diuersa quodammodo officia diuersa subdita pertinerent. Celestis autem ciuitas, cum vnum solum Deum colendum pietate fideli cõseret, factum est, vt religionis leges cum ipsa ciuitate terrena non possit habere cōmunes, per quæ his ab ea dissentire necesse haberet. Hæc ergo celestis ciuitas, ex omnibus genijbus ciues euocat, atque in omnibus linguis peregrinam colligit societatem, non cutans, quicquid in moribus, legibus, institutisq; diuersum est. Quibus pax terrena vel conquiritur, vel tenetur, dum tamen religionem in qua vnus sumus, & verus Deus colendus docetur, non impedit. Eamque terrenam pacem, ad celestem refert, vbi non erit vita mortalis, sed plane certæque vitalis, nec corpus animale & corruptibile, sed spirituale sine vlla indigentia ex omni parte subditum voluntati. Hanc pacem dum peregrinatur in fide habet, atque ex hæc fide iuste viuunt, cum ad istam pacem concepi scendam refert, quicquid bonarum actionum gerit erga Deū, & proximum, quoniam ciuitatis vitæ vtrique socialis est.

De materia Politica. Cap. IIII.

Alphorabius in li. de dini. scientiarum. Scientia ciuilis inquiri de speciebus actionum, & consuetudinum uoluntatiarum, & de habitibus, & moribus ac gestibus, a quibus illæ proueniunt, & de finibus propter quos fiunt, & ex quibus distinguuntur, & docet qualiter, vel quo ordine esse debeant & qualiter comprehendantur, ac deponuntur. Declarat et quæ sit ex eis vera beatitudo, quæ putantur esse beatitudo cum non sint, & q̄ vera beatitudo non potest haberi in præſenti, sed in futuro querenda est. Quæ aut putantur esse beatitudo, & non sunt, sunt sicut victoria, & gloria, & delectationes, quæ ponunt fines eorum qui faciunt hoies. Decernit igitur inter actiones, & cōsuetudines, quibus vera & beatitudo acquiritur, & quibus ea ueræ vera putatur, & ostendit quibus viuendum sit inter eque, & quibus inter gentes, quibus prælati circa subditos, & quibus subditus erga prælatos, & q̄ bonæ cōsuetudines subditorum proueniunt ex ista dñatione prælatorum. Et q̄ virtus regia comprehenditur ex duabus. Vna consistit in cognitione vſus vſum, alia in vſu viuendi, & assiduitate agendi, & experiendi, & audiendi. Sicut, n. non fit perfectus medicus, nisi p̄ cognitionem regulari vſum medicinæ speculatiuæ, quæ d̄ Theoretica, & per assiduitatem medendi ac medicinas circa ægros experie di, quæ dicitur practica, sic virtus, regia non sufficit actiones hominum disponere, secundum vnumquodque accidēs, vnamqueque ciuitatem, vnumquodque tempus, nisi per veritatem scientiæ, & assiduitatem experientie coalescat.



Hec autem scientia tres habet partes. Vna est qua cogno...

De Civitate, & Civibus. Cap. VI.

Sidorus in li. 1. 1. Civitas est concursus hominum, multi...

De Republica. Cap. VII.

Vgu. de Ci. Dei li. 2. Scipio rempublicam diffiniens, dicit, eam...

munione sociatum esse determinat. Idem in lib. 19. Nunc locus...

De corpore republica, & primo de capite, id est Principe. Cap. VIII.

Helinandus in chro. 11. li. Est itaque respublica, ut Plutar...

Quanto

Quanto enim quisque magis preponitur, tanto amplius pon...

De his qui post Reges rempublicam venerunt. Cap. IX.

Consules appellati sunt, a consulendo, nam cum Romani...

De Senatoribus. Cap. X.

Senatus nomen aetas dedit, quod seniores essent. Alii a sinendo...

propter turpitudinem Senatus motus est, nec restitutus, iudica...

De Praefectis, & publicis officialibus. Cap. XI.

Sidorus ubi supra. Praefides, rectores provinciae sunt dicti...

De Ducibus, & Militibus. Cap. XII.

Sidorus. Dux dicitur ex eo, quod sit ductor exercitus. Tribu...

armis. Nam sextodecimo anno Tyrone militabat, quo etiam solo sub custodia agebantur. Deserentes vocati sunt, eo qd deserunt militibus officijs evagantur. Hi in aliis numeros militie nomen dare prohibentur, sed si non magni temporis culpam cotraixerint, caeli numeris suis restituantur. Sed qui deserunt exercitum ad hostes transeuntes deserentes vocantur. Conscripti milites dicuntur, quia in tabulis conferuntur, ab eo qui eos ducibus est: sicut transcripti vocantur, cum de alia in aliam legionem transeunt. Excubitores dicuntur, pro eo qd excubias semper agunt. Sunt enim ex numero militum, & in portibus excubant, propter regalem custodiam. Excubiae autem diurnae sunt, vigilae nocturnae, vnde & vigiles. Velites etiam apud Romanos genus militiae, a voltando vocati. Lehi enim agilitate iuvenes, cum armis suis post terga equitum confidebant, & mox cum ad hostes ventum esset equis desiliebant, & continuo pedes ipsi, ex alia parte equitibus per quos aduecti fuerant dimicantibus, hostem perturbabant. Ab his igitur velitibus, Elefanti quodam Hannibalis retro, cum regiam a suis non possent, fabri di scalpro inter aures adacto necabantur.

De Castris. Cap. XIII.

Castra sunt ubi miles steterit, dicta quasi castra, eo qd illic castraretur libido. Nam nunquam his intererat mulier. Militia a militibus dicta est, aut a multis, quasi multitudo, quasi negotium multorum, aut a mole rerum quasi molitudo. Legio sex millium armatorum, est, ab electo vocata, quasi lecti idest armis electi: Proprie autem lingua Macedonum Phalanx, Gallorum Caterua, nostra Legio dicitur. Legio habet sexaginta Centurias, Manipulos triginta, Cohortes duodecim, Turmas ducentas. Centurias dicimus partes exercitus in centenos milites diuisas, vnde & qui his praesunt Centuriones dicuntur. Subcenturiae vero sunt, non qui in prima, sed qui in secunda sunt Centuria, quasi sub prima centuria constituti, etiam ipsi & in speculis postea in bello sunt, ut si primi defecerint, isti ipsi quos subesse diximus, laborantibus primis subueniunt. Vnde & ad insidiantiam ponitur subcenturiatus, quasi armis dolo sis instructus. Manipulus ducentorum est militum. Manipuli autem dicti sunt milites, siue quia bellum primo manu incipiunt, siue qd antequam signa essent, manipulos sibi, i. fasciculos stipulas, vel herbarum alicuius, pro signis faciebant, a quo signo manipulares milites cognominati sunt. Turma triginta equites sunt. Romani enim sequentia in una tribu trecenti fuerunt. De singulis enim centurijs decem dabatur, & fiebat Turma. Choro quingentos milites habet. Trium sunt militiae genera, Sacramentum, Euocatio, Coniuratio. Sacramentum in quo post electionem iurat vniquisque miles, se non recedere a militia, nisi post completa stipendia, i. militiae tempora. Et hi sunt qui habent plenam militiam. Nam vintiquingentis annis tenentur. Euocatio dum ad subitum bellum non velle miles, sed & ceteri euocantur. Vnde etiam Consul solebat dicere, Qui tempore blicam saluam esse vult, me sequatur. Coniuratio quae fit in tumultu, quando vicinum vrbis periculum singulos iurare non possunt, sed repente colligitur multitudo, & tumultuosa in ira conflatur. Haec & tumultuatio dicitur. In acie autem istae formae sunt, Exercitus, Classis, Nodus, Cuneus, Ala, Cornua, Agmen, quae forma, & nomina ab ipsis rebus de quibus translata sunt mutuantur. Acies dicitur qd ferro armata sit, & acumine gladio. Exercitus multitudo ex vno genere, ab exercitatione belli vocata est. Classes dicitur sunt propter diuisionem exercitus, qd postea manipuli dicti sunt. Iam postea & classica nauis dicitur. Nodus proprie est densa pedum multitudo, sicut Turma eorum. Nodus autem pro difficultate sic dicitur est, qd vix possit resolui. Cuneus est collecta in vnum militum multitudo, quasi coeas, eo qd in vnum omnes coeant, vel cogantur. Ala in exercitu triginta equites esse dicuntur, quia tegunt pedes alarum vice. Cornua vocata sunt extremitas exercitus, eo quod inorta sit. Agmen dicitur cum exercitus iter facit, ab agendo vocatus, idest eundo ipsum, est enim exercitus, ambulans. Nam agmen proprie dicitur quod in longitudine directum est, quale solet esse cum exercitus portis procedit, quicquid fuerit aliud abusu suad dicitur.

De Mercenarijs, & Colonis, ac Seruis. Cap. XIII.

Rinati sunt extranei ab officijs publicis. Mercenarij, sunt, qui seruiti accepta mercede. Idem & Barones Graeco nomine, eo qd sint fortes in laboribus. Bari enim dicitur grauis, qd est & fortis. Coloni sunt cultores aduenc dicti a cultura agris: sunt. n. aliunde venientes, atque alienum agrum locatum

colentes, ac debentes conditionem genitili solo, propter agriculturam, sub dno possessoris, pro eo qd his locatus est fundus. Coloni autem quatuor modis dnt. Nam Coloni aut Romani sunt, aut Coloni Latini, aut Coloni auxiliares, aut Coloni resu priuati. Inquilini vocati sunt, quasi incolebant aliena, non. n. habent propriam sedem, sed in terra aliena inhabitant. Differt autem inter Inquilinum, & Aduenam. Inquilini enim sunt, qui emigrant, & non perpetuo permanent. Aduenae autem, vel incolae aduencij perhibentur, sed permanentes, & inde incolae dicuntur, quia iam habitatores sunt ab incolendo. Indigenae sunt inde geniti, ubi inhabitant. Peregrini dicti sunt, eo qd igno rantur eorum parentes quibus orti existunt sunt. n. de longinqua regione. Vibani vocabantur, qui Romae habitabant, qui vero in caeteris locis Opidaniam loca vrbis Roma dicebatur, caetera vero opida. Famuli sunt ex propria seruorum familia orti. Serui autem vocabulum inde traxerunt, quod hi qui iure belli possent occidi a victoribus conferuabantur, & serui fiebant a seruando, sicut serui appellati. Ancillae a sustentaculo vocatae sunt, Ancion enim Graece cubitus dicitur. Vnde & Ancionem dicimus. Mancipium est quicquid manu capi subdique potest, ut homo, equus, ovis, haec enim animalia ita iure ut nata sunt mancipium esse putantur, nam & ea quae in bestiarum numero sunt, tunc videntur mancipium esse, quando capi sine domari coeperint.

De electione Principis. Cap. XV.

Actor. Dico de corpore reipu. mystico, cuncta videlicet eius membra, a summis vsq; ad infima profequedo, nunc ad caput rei. i. ad principem redeundum est. Primusq; de ipsius electione agendum. Qualis autem debeat esse, q in regem, vel principem assumitur, non solum ex Diuinit, verum etiam ex Philosphorum, & Poetarum scriptis colligitur. Et primu qd, qd ab omni ambitione, superbia, auaritia, & ceterisq; vitijs liber, & immunis esse teneatur. Tullius in li. Paradoxor. Cum. n. libere imperabitq; non potest cupiditatibus suis imperare? Hic frenet pium libidines, spernat voluptates, iracundiam teneat, auaritia coereat, caeteras animi labes repellat, tuncque incipit imperare, cum ipse improbiis dominis dedecori ac turpitudini parere deserit. Valerius libro. 6. Scipio Emilianus, cum duo in Senatu contenderent, vt aduersus Viriarchum, in Hispaniam mitteretur, ad magna inter Patres edictis diffensio esset, omnibus quoniam eius gententia inclinaretur expectantibus. Neurrum, inquit, mihi mitti placet, quoniam alter nihil habet, alter nihil facit esse. H. 3. Regnu est velle regnare est possis. Scilo. Si bene regna regis, dignus es nomine regis. Petrus Riga, hi quos vexat adhuc tenet lancia carnis, improba, pastores non decet esse gregis. Horatius in libro leuonum. Populus quoque stultus honores. Saepe dant indignis. Claudianus in maior. Iam nunc ad culmina rerum, In multis creuisse queror, tolluntur in altum, Vt lapsu graniore ruant. Poeta Asperius nihil est humili cum tendit in altum. Galtherus in Alexandreide li. 1. require de moribus seruorum. Gantheus ubi supra. Si vis bene duci, te certo committe duci, Actor. Boetius Platonem dixisse refert. Beatas fore republicas, si aut eas sapientes regerent, aut earum rectores sapienter studerent. De hac quoq; materia requiritur superius in libro de virtutibus, & vitijs, capitulo de Ambitione, & etiam capitulo de recusando principatu, vel honore, & iterum in li. sequenti, de moribus, capitulo, de dignitate. Iccirco autem maxime probatus esse debet, qui in regem eligitur, quia dum in eminentia regalis fastigi, tanquam in specula quadam, super alios constituitur, eius vitia siqui sunt, facilius, ac citius omnibus innotescunt, qui & eius exeplo corumpuntur. Quia enim dum gloria semper inuidiam patitur, laudabilis vita principis frequenter ab emulis detractoribus, obscuratur. Sydonius in epi. suis li. 5. Quis autem non exacerbescat, cum videat sordidam virtutem criminatione vitiorum? Si eligimus humilem vocatur abiectus: si erectum superbus: si minus institutum, propter imperitiam creditur irridendus: si aliquatenus doctum, propter scientiam clamatur inflatus: si feruorem, tanquam crudelis horretur: si indulgentem, facilitate culpatur: si simplicem, despiciunt vt brutus: si acrem, vitatur, vt callidus: si diligenter, superstitiosus deccrntur: si remissum, negligens iudicatur: si solertem, cupidus: si quietum, signaues: si abstinentem, auarus: si bene pascendum, gulosus.

De institutione morum Principis. Cap. XVI.

H Elinandus, ubi supra. Plutarchus autem qualis debeat esse princeps eleganter descripsit in libello pulcherrimo, qui inscribitur. Institutio Traiani. Cuius principium hoc est. Plutarchus Traiano salutem dicit. Modestiam tuam noueram non appere principatum, quem tamen semper motum elegatia merens induisti. Quo quidem tanto dignior iudicaris, quanto a crimine ambitionis videris esse remotior. Tu itaque virtuti congratulor, & fortunae meae, si tamen recte gesseris, quem probe meruisti. Alioquin te, & me periculis detrahentium linguas, subiectum iri non dubito, cum & ignauia delictis Imperatorum Romanum feriat, & sermo publicus delictis discipulorum resunderet solet in praecceptores. Sic Seneca Neronis sui merito detrahentium capitur linguas, Adolecentium suorum meritis in Quintilianum refunditur, & Socrates in pupillum suum fuisse elementum cernitur. Tunc vero quoduis celsissimereges, si non recesseris a teipso, si primo te composueris: Ad virtutem recte procedant vniuersa, Politice constitutionis mater tibi exculpis, cui si obtemperas Plutarchum viuendi habes auctorit. Alioquin praesentem epistolam restem inuoco, quia in perniciem imperij non pergis auctore Plutarcho. Sequuntur autem postea Politice constitutionis capitula. Actor. Qualiter etiam electus, in regno constitutus, viuere debeat, in Deutro nomio legitur, ubi & de electione, ac iure Regis agitur, & de forma viuendi praecipitur. Heli. in chro. suis lib. 11. Eum inquit constituit regem, quem dominus Deus tuus elegerit, de numero fratrum tuorum: Cumque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, quos uero numerositate sit subditis onerosus. Equos multiplicare, est plures, quam necessitas exigit vana gloria causa, vel errore alterius congregare. Multo minus igitur licet ei multiplicare Canes, aut Volucres rapaces, aut bestias truces, aut quaelibet portenta naturae. De Histrionibus aut, & Mimis, Scurris, & Lenonibus, & Meretricibus, & huiusmodi prodigijs hominum, quae princeps potius exterminare, quam fouere debet, non era: in lege mentio facienda. Sequitur. Nec reducat populum in Aegyptum. i. inferiores non contempat ex exemplo, quia componitur orbis regis ad exemplum, nec sic infideliter sensus humanos edicta valent, vt vicia regentis, mobile mutatur semper cum principe vulgus. Sequitur. Nec habeat vxores plurimas, quae afficiant animam eius. Cu in alijs plures vxores esse vniuers licitum fuerit: vt in Abraam, & Iacob, & Isaac gratia, ppagan de prolis, & fidelem populum dilatandi: In regibus perpetuo obtinet, vt vna vnus sit, multo minus igitur licet cu vel adulter, vel fornicari, vel quaelibet supra committere. Quomodo enim haec crimina in alijs puniet, eidem subiectus. Sequitur. Nec habeat aurum, & argenti immensa pondera: Quid hic dicitur, qui domino prohibente argentum, & aurum sibi thesaurizat, quae sum ex calumnia facientes, & quarentes abundantiam singulariter de multo non inopia, de rapinis diuitias, beatitudinem de calamitate, non habeat diuitias, quas nomen possidet alieno, nec sibi priuatae sunt fiscalia, quae publica consistunt: non autem mirum si regi non licet habere priuata fiscalia, cum nec ipse suis sit, sed subditorum. Actor. De hac quoque materia requiritur plenius superius, in gradu, de moribus principum, vel magnatum.

De studio eius, vel sapientia. Cap. XVII.

H Elinandus. Postquam autem sederit inquit in folio regni sui, describit sibi Deutro nomium legis huius in volumine. Igitur princeps, iuris non debet esse ignarus, licet multis priuilegijs gaudeat, nec praetextu militiae legem dnt permittere ignoret, sed & princeps Christianissimus, legibus suis iudicet, non dedignantur principes sacros canones imitari. Inutilis. n. est omnis constitutio principis, si non est Ecclesiasticae disciplinae conformis. Sequitur. Et habeat lectu, legetq; illud oibus diebus vitae suae, necessaria est ergo principi perita literarum, cui quotidie legem dnt legere praecipitur. Quia. n. de legem non legitur, non ei dies vitae esse, sed dies mortis. Hinc est qd in his, quas rex Romanorum misisse legitur ad regem Francoru, hortans eum vt liberis Rex liberalibus disciplinis institui faceret, Adiecit inter caetera: Rex illiteratus, est quasi Afrius coronatus. Quod si forte illiteratus est, certe literatorum consilij eum regi necesse est. Hinc est qd exemplar legis a sacerdotibus Leviticis Tibus iubetur assumere, i. catholicis vitijs, & literatis. Plautus, vt Boetius testis est, republicas fore beatas dixit, si eas aut sapientes regerent, aut earum rectores sapienter studerent. Sapientia ipse dicitur per me reges regnant, & conditores legum iusta decernunt, gentiles sapientiam quasi Deum Deoru colebant, sine

cuius Dei nura nihil faciedum credebant, vnde & antiqui philosophi imaginem sapientiae pro foribus oium temploru pingi, cum hac subscriptione censuerunt: Vtus me genuit, peperit memoria, ego odi homines ignaua opera, & philosophica scia. Est autem sapientia rerum diuinarum & humanarum princeps, & gerendorum omnitorumque scientia, huic insistere philosophari est. Ab initio vrbis conditae nomina senum auctoris literis scripta sunt: vnde & ipsi patres conscripti appellati sunt. Est autem senectus mentis, sicut & corporis.

De Humilitate eius, ac Pietate. Cap. XVIII.

Sequitur. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos. Qd praecipue necessarium est saepius replicat. Nunq enim humilitas satis vt commendata principibus, qd difficultum est, vt gradus honoris non pariat tumorem in alio praesidentis. Principes, sicut medici nunquam vt debet grauibus remedijs, nisi cum leuim beneficio desiderata sanitas desperat. Vnde Lucius: Principem senem moribus esse oportet, & q moderatiora consilia sequatur, & vicem gerere medicoru, q morbos auro, nunc ex inapitione in repletis, nunc refectione in vacuis, & dolore sedant, nunc cauterio, nunc fomentis. Sin. cytharedi alijq; fiducias multa diligentia procurant, qso oberantur corda cum peccant vitium, & alijs concordem reddant, quanta sollicitudine oportet principem moderari, vt subditos reddat quasi vnanimis, & vnus moris habitates in domo? Cerum est aut, qd vnus est chordas remitti amplius, q intensus protendi. Si piger ad penam principis, ad praemia velox, & doleat quoties cogitur esse ferrox. Quorum alterum iustitiae est, aliterum pietatis. De quibus Salomo. Misericordia, & veritas non te deserant. Circunda eas gutturi tuo, & describe eas in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam, & disciplinam bonam coram Deo, & homibus. Grana namq; debentur misericordiae, iustitiae disciplina. Qui sine prima est, omnibus est odibilis, q sine secunda, omnibus est contemptibilis. Plato cum subditos inquit opprimunt magistratus, perinde est, ac si caput corporis intumescat, vt a membris, aut omnino, aut sine ingenti molestia ferri non possit. Idem inquit. Cum in subditos potestas sauit, idem est, ac si pupillum tutor persequatur, vel cum suo mucrone iugulet, qui sibi ad defensionem sui gladium dedit. Vnde Claudianus. Sis pius in primis, &c. Actor. Responso supra in li. de moribus cap. de clementia principis, & de eius moderatione, cap quoque de noxia libertate, & etiam in li. praecedenti, cap. de crudelitate. Helinandus. Sequitur. Neque declinet in partem dexteram sine in sinistram. Declinare in dexteram, est non Dei gratiae, sed sibi tribuere velle, qd rectum est. Vel declinare in dexteram, & sinistram, est peccare propter eorum felicitatem, quae appetuntur, aut pro eorum infelicitate quae fugiuntur. Vel ad dexteram declinare, est virtutibus ipsius vehementer insistere, & in virtutis operibus, quae in modo consistit, excedere modum: vnde Iul. Infrani sapiens nomen feret, & quis inquit, ultra quam satis est virtutem si petat ipsam. Omnis vehementia saluti inimica est, & excessus omnis in culpa. Bonarumque rerum consuetudo nimia pessima est. Vnde Salomon. Noli esse nimis iustus. Quid ergo omnino prodest, si regna virtutum nimietate sua obest? Nimia quoque humilitas maxima pars superbiae est. Item ad sinistram declinat, qui in subditorum culpis puniendis nimis proteruus est ad vindictam. Ad dexteram vero, qui mansuetudini nimis indulget.

De praemio regalis iustitiae. Cap. XIX.

Sequitur. Vt longo tempore regnet ipse & filius eius super Israel. De virtute namque parentum saepe protenditur successio filiorum, & succedentium. Felicitas ex decedentium iniquitate praedicatur, iuxta illud. Iniustitiae disperibunt, simul reliquiae impiorum interibunt. Item regnum a gene in gente transferitur, propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Iniustitia, vt Stoicis placet, est mentis habitus, qui a regione morum exterminat aequitatem. Iustitia est non nocere, & ex humanitatis officio nocentes prohibere. Nocere enim iniuria est, nocentes non impedire iniustitia. Contumelia est, quando tumorem mentis in laesione alterius manifesta operis sequela comitatur. Dolus, vt a quibusda diffinitur, est qd aliud agitur, & aliud simulatur. Malus, qd fit intentione nocendi & quasi insidij nocet. Dolus igitur, quia ex timore est, aduersatur fortitudini. Contumelia prudentiae quae dicit sibi ipsi. Quid superbis terra & cinis? Iniustitiam temperantia non admittit, nolens inferre alij, qd sibi nolle ab alio irrogari. Iniustitiam iustitia excludit, faciens alij, quod vellet sibi fieri huius & honeste. Quod aut addit diuersos puro & oia coiter referendū, non solum



foli ad victorum diuersas species, sed et ad diuersas personas, & ad oēs modos, quibus a quocunque hæc vitia committunt.

De Reuerentia Dei, & cultu sui. Cap. XX.

Quatuor, vt dictum est, principibus in cultu Plutarchus nititur: Reuerentiam Dei, Cultum sui, Disciplinam officialium, & Potestatem, affectum, & protectionem subditorum.

De Officialium disciplina. Cap. XXI.

Sequitur de Potestate, & Officialium disciplina. Nihil iniquo diuitis consiliario perniciosius, unde in proverbijs. Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit.

ceptores personarum, & quasi quidam bonorum malici. Vnde Iuuenalis. Omne vitium animi, tanto conspectus in se Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

De Mimerum acceptoribus. Cap. XXII.

In domibus Prælatorum, & Principum omnia hodie venala sunt, frustra apud cupiales de testimonio conscientie, de venustate motum, de torrente eloquentie, nisi præcio interuenie confidit.

De Publicis exactoribus. Cap. XXIII.

Gregie de talibus ait Laurentius Mediolanen. episcopus, ubi publicos exactores describit. Publicanus, inquit, est caput rapine, lex violentie, prædo sine pudore, medicus æterni iudicii, immemor furibus.

Quod recte militare non sit peccatum. Cap. XXVI.

zationem, emungunt vsque ad sanguinem, & tanto dominatur grauius, quanto breuius, & qui recentis superueniunt, dissipant quicquid inueniunt.

De Electione Militum. Cap. XXIII.

Hætnandus ubi supra. Vidimus de membris cæteris Reipublice, vnde de Militibus videamus, qui manus appellantur. Nullus est, vt ait Vegetius renatus, quem oporteat plura, vel meliora scire, quam p. incipem.

De Regimine eorum. Cap. XXV.

Se enim principis providere in primis, ne milles suam perdat innocentiam pro defensione Reipublice, sine qua Respublica salua esse non potest, quom enim ille princeps bonus est, & iudex incorruptus, cuius sententia ex contemptu non affluat, & ego est æquitas.

Ratianus causa 23. q. 1. Quod militare quidem alienum videatur ab euangelica disciplina, hinc videtur posse probari, quia omnis militia, vel ob iniuriam propulsandam, vel propter vindictam inferendam est instituta.

De Reâ intentione, & obedientia militantium. Cap. XXVII.

Bellum enim debet esse necessitatis, vt liberet omnes a neccitate, & conseruet in pace. Non enim pax queritur, vt bellum exerceatur, sed bellum queritur, vt pax acquiratur. Esto ergo bellandum pacificis, vt eos, quos expugnas ad pacis utilitatem vincendo perducas.

De iniusto bello. Cap. XXVIII.

Quod autem sit iustum bellum, hidorus Ethymol. lib. 8. inquit. Iustum est bellum, quod ex edicto geritur, de rebus repetendis, aut propulsandorum hostium causa.

latores, ad insidiandum hostibus. Hinc admonemur, hoc non iniuste fieri ab his, qui bellum iustum gerunt. Cum autem iustus bellum susceperit, utinam a peccato pugnet, an ex insidijs, nihil interest ad iustitiam. Iusta autem bella solent diffusi, quae vilescentur iniurias. Scilicet gens, vel civitas plebs, vel bello, petenda est, quae vindicare neglexerit, quod a suis improbe factum est, vel reddere quod per iniurias ablatum est, sed & hinc genus belli, est sine dubio iustum, quod Deus imperat, qui novit quid cuique fieri debeat. In quo bello ducitor exercitus, vel ipse populus, non tam auctor belli, quam minister iudicandus est. Aug. in lib. questionum Numeri. Notandum est sane, quod admodum iusta bella gerantur a suis Israel contra Amorreos. Innoxius enim transitus negabatur, qui iure humanae societatis exquisito parere debebat. Ex summa de casibus. Nota quod quinque exiguntur ad hoc ut bellum sit iustum. 1. Persecutio, res, causa, animus, & auctoritas. Persona vero sit secularis, cui licet sit fundere sanguinem, non autem ecclesiastica, cui est prohibitum, nisi in necessitate inevitabili. Res, ut sit pro rebus repetendis, vel pro executione patriae. Causa si propter necessitatem pugnetur, ut per pugnam pax acquiratur. Animus ne fiat propter odium, vel iram, vel propter cupiditatem, sed propter charitatem, iustitiam, & obedientiam. Auctoritas, ut sit auctoritate ecclesiae, praeterquam cum pugnetur pro fide, vel auctoritate principis. Si aliquid istorum defuerit, bellum dicitur iniustum. Vt tamen casus in quo sine auctoritate principis, vel ecclesiae posset moveri bellum, ut pro rebus repetendis, & defensione patriae. Nam de iure naturali, cuique licitum est vim vi repellere in continentia, & cum moderamine inculpatae tute lae. De hoc autem requiritur plenius infra lib. 1. in tractatu de Homicidio. Miles habens iustum bellum contra alium militem, licet faciat suum quicquid capiat ab hoste, vel coadiutoribus, siue subditis suis, siue alijs, quousque iuxta conscientiam suam sit sibi satisfactum, de omni damno dato, & labore, & opere, tam sui, quam suorum hominum, vel de eo ipse hostis offerat ius, vel velit satisfacere ipsi. Subditos autem illos, qui Deum plus quam homines timentes, nolunt suo domino in bello, illicito impendere consilium, auxilium, vel favorem, credo nulla tenus spolios, vel in aliquo puniendos.

De Propulsanda iniuria sociorum. Cap. XXXIX. Ratio. 2. 3. Quod vero iniuria, sociorum armis propulsanda non sit, exemplis, ac auctoritatibus probatur. Dicit enim cum ab Herode quaereretur ad interficiendum, non patrociniam sibi quaesivit armorum, cum occulto instructo posset in eum convertere manus Iudeorum, sed fugiens in Aegyptum latuit ibi per septennium. Ipsi et Iudaei captivi ducti sunt, quia spem suae liberationis, non in solo Deo, sed et in homine posuerunt. Sed multa rite praestantur, quae tamen iure non petuntur. Non rite iniuriae vindictam petit, quia malum pro malo redderet, non quia iniuria est vitio, quae lex statuit, sed quia vitiosa est libido viciscendi, magisque ad iudicem pertinet hoc inter homines decernere, quam ad bonum hominem ubi expeteret: hic enim malum pro malo redderet, iudex vero non sed delectatione iustitiae iustum pro iniusto, quod est bonum pro malo, quod etiam Deus iudex facit. Item ab aliquo capto iniuste sua exigunt, pro vita tamen redimenda iuste offeruntur. Item sacra vestra ab aliquo Barbaro iniuste exiguntur, pro redemptione captivorum iuste praestantur. Sic et iniuriae propulsatio, licet iniuste postuletur, iuste tamen praestatur, quae ipsa postulatione non vitiosa quaque iniusta probetur. Aliud est, iniuriam propellere, ut sibi liceat vivere voluptuosae: aliud ut aliorum vitiatum libere possit vacare. Sicque aliud est suffragium ab hoste, tanquam ministro iustitiae postulare, ut mala voluntas adversariorum eius minime rito carcat effectus, & bonorum voluntas eius suffragio fortiter effectum. Aliud spem suam a Deo in hominem transferre, ut adversaria quae inferuntur a Deo ad vitia corruptionis humanae pellantur auxilio, nulla praecedente correctione. Petere ergo, vel persistere in tribulatione, subsidium, vel voluptuosae quis in crimine vivat est damnabile. Petere autem, vel praestare solatium, ut mala facultas delinquendi adimatur, ut ecclesia pacem adipiscatur, ut aliquis multorum vitiatibus seruetur, vitale est, & honestum, dissimulare vero gravissimum. Hinc de Paulo legitur, quod quod Iudeorum iurassent se non comesturos panem, nisi cum interfecterent, petijt milites a praetore, quorum praesidio illis servaret ab iniuria Iudeorum: non suam voluptatem, sed omnium vitiatum vitium. Hinc et ecclesia auxilium ab Imperatore ad sui defensionem petere monetur. Itē Ambrosius in li. de Officiis. Fortitudo, quae bello tueri a Barbaris patriam, vel domum defendit infirmos, vel a latronibus socios, iustitia plena est. Itē Hieronymus super Sophoniam. Si quis fortitudinem latronis, vel piratae encruat, & infirmos reddit, prodest illis sua infirmitas; debilitata, non membra,

quibus prius non habebantur, a malo opere cessabunt. Item Ambrosius in li. de Officiis. Non in inferenda, sed in depellenda iniuria lex virtutis est. Quia non repletur a socio iniuria nisi per, tam est in vitio, quam ille qui facit. Item Anastasius Papa, & Damasus. Possit obviare, & perturbare persequos, & non facere, nihil aliud est, quam favere impietati eorum. Nec caret scrupulo societatis eorum occultae, qui manifesto facinorosi desinit obviare. Ecce quod nonnulli obviandum est persequis, & iniuria locorum armis propulsanda est, ut & malis adempta facultas delinquendi proficit, & bonis optata facultas libere consulendi ecclesiae ministratur, hoc qui non facit contentit.

De Assuetudine principis, & subditorum. Cap. XXX. Hinc notandum ubi supra. Ultimi eorum quae Plutarchus habet ubi principem est, amor subditorum. Codrus Atheniensium Rex, pro victoria populi sui seipsum morte tradidit. Nam mutato regis habitu, sarmenta colligans, castra hostium ingressus, a milite quem falcem in iurgio percusserat, interfectus est. Unde istud poematum. Ergo iurgia codri. Decios duces Romanorum. Se pro suis exercitiis morti denovit percellere est. Iulius Caesar dicitur solitus erat, Dux qui non laborat, ut militibus charus sit, militem nescit amare, nescit humanitatem ducis in exercitu, & adversus hostes debere esse. Idem pistor in vineula coerebat, quia sibi meliorem panem, quam ceteris militibus in mensa supposuerat. Alexander militem suum Macedonem senio coactum, nimio frigore obstupescens, ipse in sublimi, & propinqua igni sede sedens, cum animadverteret, statim descendit, & suis manibus, corpus frigore duplicatum, in sua sedem imposuit. Plato cum vidisset Dionem tyrannum Siciliae corporis sui circumseptum custodiibus. Quid mihi malum inquit fecisti? et tam multis necesse habes custodiri? Principem sic oportet vincere obsequijs omnium affectus, ut quique subditus pro eo periculis imminentibus caput opponat, sicut vigenae natae pro capite carerae se solent membra opponere. Vnde Claudianus. Non sic ex cubiculo non circumstantia tela. Turat amor extorquebis amari. Hoc alterna fides, hoc simplex gratia. Hucusque dictum sit de institutione regum, & principum: qualiter se habere debeant vel domi, vel militie, non solum secundum leges divinas, sed etiam humanas.

De Distinctione potestatis Principum, & Pontificum. Cap. XXXI. Ex decretis Gratiani 1. parte dist. 10. Cyprianus Iuliano Episcopo Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, sic actibus proprijs, & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusque discrevit, propterea volens medicinali humanitate sursum efferri, non humana superbia rursus in inferna demergi, ut et Christiani Imperatores pro aeterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curiali spualimodo rerum, Imperialibus legibus tenerentur: quatenus spualis actio a carnalibus distaret incurribus, & Deo militans minime se secularibus negocijs implicaret, & vicissim non ille rebus divini praesidii videretur, qui esset secularibus negocijs implicatus. Hugo de sacramentis li. 2. Ecclesia sancta. i. universitas fidelium, corpus Christi vocatur per spiritum Christi, quem accipit, cuius participatio in note designatur, quae a Christo Christianus appellatur: Christus quippe vinctus interpretatur, illo videlicet oleo letitiae, quod praeparatum est, quasi caput membrum, in participationem transfundit, sicut vinum in capite, quod descendit & c. ut ad totum efflueret, & totum vivificaret. Universitas autem haec duos ordines complectitur, laicos, & clericos, quasi duo latera corporis vnius: quasi. n. ad sinistram sunt laici, qui vitae praesentis necessitati inserviunt, Clerici vero quasi dextra pars. Laici interpretatur popularis. Graeco. laos, Latine dicitur populus. Clericus dicitur Graeco clericos, quod Latine sonat, sive quod ipse forte electus sit a Deo, & ad servitium Dei, siue quod ipse Deus fors illius sit, & quod portionem aliam in terra habere non debeat clericus, nisi Deum, & ea quae ad partem Dei spectant. Laici enim terrena possidere conceditur, clericis vero spualia tantum committuntur, & conceduntur. Dux quippe vitae suae, una terrena, alia caelestis. Una qua corpus vivit ex aia, alia qua aia vivit ex Deo. Vita terrena bonis terrenis alitur, spualis spualibus. Ut autem in utraque vita iustitia seruet, & vitiatas pueniat, primum utriusque distributi sunt, qui utriusque bona secundum necessitatem, vel rationem studio, ac labore acquirant, deinde alij qui ea potestate officij commissi, secundum aequitatem dispensent. Propterea in utroque populo, secundum utramque vitam distributi potestates sunt. constitutae saecularis & spiritualis, in utraque diversimodum gradus, & ordines. Terrena potestas caput habet regem, spirituales habet summum Pontificem.

De

De Praeeminencia potestatis principum. Cap. XXXII. Vantum autem vita spiritualis dignior est, quam terrena, & spiritus quam corpus, tantum spiritualis potestas, terrenam honore, ac dignitate praecedat, Nam spiritualis terrena, & instituitur habet ut sit, & iudicare si bona non sunt. Ipsa vero a Deo primum instituta est, & cum deivata, a solo Deo iudicari habet & potest, sicut scriptum est. Spiritus dii iudicat omnia, & c. Nam & in veteri testamento, primum a Deo sacerdotium institutum est, postea vero per sacerdotium, iubente Deo, regalis potestas ordinata. Unde & adhuc in Ecclesia Dei sacerdotalis dignitas regalem potestatem faciat. Et Apostolus. Qui benedicit maior est. Extra 5. De maioritate, & obedientia. Clemens Papa. Omnes principes terrae, & ceteros homines, Episcopis obediunt beatus Petrus praecipiebat. Innocentius 3. Illustri Constantino Imperatori. Mirata est imperialis sublimitas, quod te ausi sumus in nostris litteris increpare, huic autem admirationi non causam, sed occasionem praebuit, quod legitis beatum Petrum scripsisse. Subditi estote omni humanae creaturae & c. Quod autem sequitur, Regi canquam praecellenti, non negamus quin praecellat Imperator in temporalibus, illis duntaxat, qui recipiunt ab eo temporalia, sed Pontifex in spiritualibus antecellit, quae tanto temporalibus sunt digniora, quanto anima praefertur corpori. Quod autem sequitur, Ad vindictam malorum, laudem vero bonorum, intelligendum non est, quod Rex, vel Imperator su per bonos & malos gladij acceptit potestatem, vel in eos solummodo, qui venientes gladio, eius sunt iurisdictioni commisi. Ad firmamentum ergo coeli, hoc est, universales ecclesiae, fecit Deus duo magna luminaria. i. duas inlucit dignitates, quae sunt Pontificalis auctoritas, & regalis potestas, sed illa quae est debet. i. spiritualibus maior, quae vero carnalibus minor, ut quanta est inter Solem, & Lunam, tanta inter pontifices, & reges cognoscatur differentia. Extra 2. de Iudicijs. Innocent. 3. Cum Valentinianus in Iulij Imperator suffraganeus Mediolanensis ecclesiae dixisset legatur. Talem in Pontificali sede constituro procurate, cuius & nos, qui gubernamus Imperium, sine tua iurisdictione nostra capita submittimus, & eius monita, cum tanquam homines deliquerimus, suscipiamus necessario, velut medicamenta curantis. Nec illud omittamus, quod Theodoros Imperator statuit, & Carolus innovavit. Quicunque videlicet licet habeat, siue petitor tempore curriculari, siue cum negocij peroratur, siue cum iam concepti promissio sententia, si iudicium elegerit sacrosanctae sedis Antistitis, illico sine aliqua dubitatione, etiam si pars alia refragetur, ad episcoporum iudicium cum sermone litigantem dirigatur. Cum enim non humanae constitutionis legem, sed divinae potius imitamus: quia potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo. Nullus sane mentis ignoras, quin ad officium nostrum spectet, de quocumque mortalium peccato corripere quemlibet Christianum, & si correptionem contempserit, per distributionem ecclesiae coercere. Quod Decreta Pontificum, praeferenda sunt legibus Imperatorum. Cap. XXXIII.

Actus. Sicut ergo potestati saeculari praecellit potestas ecclesiastica, cum ex potestate imperantium dependeat tenor & obedientia praepceptorum, patet quod & praepcepta canonum siue decretorum Pontificalium, praeferenda sunt edictis, & legibus Imperatorum, ut innuit Gratianus ubi supra dist. 10. Ex decretis Gratiani in prima parte dist. 1. Ius naturae est, quod in lege, & in Evangelio continetur, quo quisque iubetur alij facere, quod sibi vult fieri, & prohibetur, alij inferre, quod sibi noluit fieri. Dist. 3. Ecclesiastica institutio canonis nomine est scripta. Item in dist. 10. Constitutiones vero principum, ecclesiasticis constitutionibus non praeminent, sed ecclesiasticis legibus postponendae sunt. Vbi autem evangelicis, atque canonicis decretis non obviauerint, omni reverentia dignae habeantur. Hinc notandum ubi supra. Humanae leges eatenus valent, quatenus a divinis non discrepant, alioquin fallum est, quod in lege scriptum est, quod placet legis habet vigorem. Nullas leges credide quidam civibus praefereudas, sed has Anathasis rebus Araneae comparavit, quae muscas, & culices detinent, & volatilia grandiora transtulit. Ex summa iuris. Nota quod constitutio a principe lata est, nisi forte privilegium fuerit, quod Imperator ecclesiae tribuit, hoc enim ipso iure valet. Super saeculari vero negotio lata, si non contradicit canonum valet, & ipsam ecclesiam tanquam suam approbat, & tenet, ac per ea negotia decidit, ubi canon nil statuit, quod si immutetur a principe ipsam quoque immutatam habere debet ecclesia, nisi per canonem specialiter fuerit confirmata. Si vero contraqum contradicit, tunc est in saecularibus, & in saecularibus.

Speculum Doctrinale.

ro saeculari valet, nisi legi, vel Evangelio contraria fuerint: tunc enim non valet, ut sunt leges de vitis loquentes, & de diuoritijs. In foro autem ecclesiastico canon, illi legi contradicentis, observari debet, & secundum illum iudicari, sicut est ille de praescriptione 50. annorum.

De Legibus, & effectibus, & qualitate earum. Cap. XXXIII. Actus. Dico de Civibus, & Regibus, siue Principibus, tertio loco, secundum ordinem supradictum, restat dicendum de Legibus. Nam & ipse consensus civium, i. maiorum natu, sanctiuntur a principibus, & iudicantur civibus. Ex summa Azo. Lex aliquando stricte ponitur, ut pro statuto populi Romani, cum dicitur. Lex est id quod populus, Senatorio magistratu interrogante, vel iij consule, constituebat. Consul. n. q. Senator erat, populum consulebat, an ei pleretur ita statui, populusque respondebat. Porro quantum ad sumam, licet alia verba sint, eadem est distinctio qua dicitur, Lex est esse praepceptum, delictorum, quae sponte, vel ignorantia contrahuntur, coertio, cois Reipub. sponso. Quaeque vero large ponitur, pro omni rationabili statuto: vnde dicitur, Lex est sanctio sancta, iubens honesta, prohibens contraria. Iustinianus in lib. 1. Institutionum. Imperatoriam maiestatem, non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrumque tempus, & bellorum, & pacis, recte possit gubernari. Quodque principi placuit, legis habeat vigorem. Quaeque igitur Imperator per epistolam constituit, vel cognoscens decrevit, vel edicto praepcepit, haec sunt quae constitutiones appellantur. Ex his quaedam personales sunt, ut quod princeps alicui ob meritum indulset, vel si cui poenam irrogavit, vel si cui sine exemplo subuenit, personam non egreditur. Papinianus in lib. Distinctionum. Lex est esse praepceptum, virorum prudentium consultatio, delictorum, quae sponte, vel ignorantia contrahuntur, coertio, Reipub. sponso communitis. Celsus li. 7. Dig. Ex his quae forte vno aliquo casu accidere possunt, iura non constituuntur. Idem in li. 6. Nam ad ea potius debet aprari ius, quae & frequenter & facile, quam quae per raro eveniant. Modestinus li. 1. Regularum. Legis virtus haec est, imperare, vetare, permittere, punire. Vlpianus li. 3. ad Sabinum. Iura non in singulas personas, sed generaliter constituntur. Idem li. 16. ad eundem. Non ambigitur Senatus ius facere posse. Ido ubi supra li. 6. Omnis autem lex, aut permittit aliquid, ut vir fortis petat praemium: aut vetat, ut sacrum virginum nuptias nulli petere liceat: aut puniat, ut qui eadem fecerit, capite plectatur: eius enim praemio, aut poena vita moderatur humana. Facit autem leges, ut carum metu humana coereatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis, formidatio supplicio, refrenetur nocendi facultas. Eric autem lex honesta, iusta, possibilis secundum naturam, secundum consuetudinem patris, loco, temporisque conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquod per obsecritatem in capione contineat, nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripra.

De Institutione earum. Cap. XXXV. Ex summa Azo. Condendae sunt autem leges ab Imperatore, consilio procerum sacri palatii, ac cetero Senatorio honestissimo, qui erant, & dicebantur patres, vel aetate, vel cure similitudine. Conscripti vero, quoniam eorum nomina Imperator habebat scripta in suo diademate. Delegatur autem lex, primo alicui dictanda, dictata quoque recensetur. iterum tractatur, an sit aequum ita censeri, & si tandem omnes consentiant, in sacro consistorio recitabitur, ut per Principem firmetur, eiusque iussu in populos divulgatur, & valeat post duos menses a tempore insinuationis. Potest etiam eodim lex a Praefecto praetorij, si non sit contraria legibus principis, & iterum ab his quibus Imperator mandaverat. Nec obstat quod scriptum est, soli principi licere legem condere, quoniam & Senatus, & Praefectus, & Iuriconsulti condunt, ex principis auctoritate. Qualiter autem condi debeat lex, patet, quia clare, & aperte, certaque, & indubitante. Nihil enim adeo proprium est legislatoris, ut claritas. Debet etiam condi cum deliberatione illa, quam dixi supra. Hic autem loquor de legibus generalibus, non de specialibus, vel privilegij, quae purpurea cum inscriptione leguntur. Scitur autem lex esse generalis, ex hoc ipso quod continetur in corpore iuris, nisi in casu. Aliet autem non est generalis nisi Imperator de causa cognoverit, & inter partes diffinitive pronunciat, vel nisi mittat legem ad Senatorem, vel nisi vocet Edictum, ut saepe dicitur. Haec edictali lege. Vel nisi iubeat ea per oes populos divulgari, vel in similibus causis idem statui, vel nisi vocet eam generalem. Quando vero condi debeat si quatur, videtur quando super hoc praes Imperatori porriguntur, vel cum a via sponte mouetur, vel quoniam non est per legem diffinitum, id quod dicitur. Paulus lib. 2. Regularum. Quod quisque iuris in alterum,

Tomus Secundus. O 2 statuerit,



statuerit, ipse eodem iure vtatur. In Extrauagantibus, id est de Constitutionibus. Innocentius. Quod quisque iuris in alterum statuit, ipse debet vti, cum & sapientis dicat auctoritas, Patere legem quam ipse ualerit. In istis temporalibus legibus, quamquam de his homines iudicent, cum eas instituant, tamen esse fuerint instituta, & firmata, iudicare de ipsis non licebit, sed secundum ipsas. Leges instituantur cum promulgantur, firmantur cum moribus ventium approbantur, sicut enim moribus ventium leges confirmantur. Vnde illud Thelesphori Papae decretum, quod decreuit, vt clericis generaliter, a quinquagesima ieiunandi propositum susceperent, & a carnibus, & delictis abstinerent, quia moribus ventium approbatum non est, aliter agentes transgressio non arguit. Nisi forte quis dicat, hanc non decernendo esse statuta, sed exhortatio conscripta. Decretum vero necessitatem facit, exhortatio autem liberam voluntatem excitat.

De Primis actoribus legum. Cap. XXXVI.

Sidorus vbi supra li. 5. Omnes autem leges aut sunt diuinae, aut humanae. Diuinae natura, humanae moribus consistunt. Ideoque hae discrepant, quoniam aliae alijs gentibus placent. Fas lex diuina est: lex humana. Transire per alienum agrum fas est, ius non est. Moyses genti Hebraeorum primus omnium diuinas leges facris literis explicauit. Poronius Rex Graecis primus leges, iudiciaque constituit. Mercurius Trimegistus primus leges Aegypti tradidit, Solon Atheniensibus. Ligurgus primus Lacedaemonijs iura ex Apollinis auctoritate confluxit. Numa Pompilius, qui Romulo successit in regnum, primus leges Romanis edidit. Deinde cum populus seditionis magistratus ferre non posset, decem viros legibus scribendis decreuit, qui leges ex libris Solonis in Latium sermonem transtulerunt de tabulis exposuerunt. Fuerunt autem hi. Apus, Claudius, Genutius, Veterius, Julius, Manilius, Sulpitius, Sextius, Curatius, Romelius, Postumius. Hi decem viros legum conscribendarum electi sunt. Leges autem redigere in libris, primum Consul Pompeius instituit, sed non perseverauit obreftatorum metu. Deinde Caesar cepit id facere, sed ante interfectus est. Paulatim autem antiquae leges vetustate, atque incuria exoleuerunt, quarum etsi nullus iam vltus est, noticia tamen necessaria videtur. Nouae leges a Constantino inciperunt Caesaris, & reliquis succedentibus, erantque permixtae, & inordinatae. Postea Theodosius minor Augustus, ad similitudinem Gregoriani, & Hermogenis, Codicem constitutionum a Constantini temporibus, sub proprio cuiusque Imperatoris titulo disposuit, quem a suo nomine Theodosianum vocauit.

De Iure vniuersali. Cap. XXXVII.

Sidorus vbi supra. Ius generale nomen est. Lex autem iuris species est, & dicitur ius, quia iustum est. Iustinianus vbi supra. Iustitia est constantis, ac perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens. Iuris prudentia est diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti & iniusti scientia. Iuris praecipua sunt, honeste viuere, alterum non ledere, sua cuique tribuere. Ius publicum est, quod ad statum rei Romanae spectat. Ius priuatum, quod ad singulorum utilitatem. Ius priuatum collectum est, aut ex naturalibus praecipis, aut gentium, aut civilibus. Ius naturale, quod natura omnia animalia docuit. Hinc descendit maris & feminae coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, liberorum procreatio, & educatio. Vlpianus li. 1. Institutionum. Iuris nomen a iustitia descendit. Nam vt eleganter Celsus diffinit. Ius est ars boni & aequi, cuius merito quis nos sacerdotes appellat. Iustitiam namque colimus, & boni, & aequi notitiam profitemur, & iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum in eum praenari, verum etiam praemiorum exhortatione efficere cupientes, vti iam fallor philosophiam non simulatam affectantes.

De Speciibus iuris. Cap. XXXVIII.

Publicum ius, & facris in sacerdotibus, & magistratibus consistit. Priuatum ius est, quod ad singulorum spectat utilitatem, quod tripartitum est: collectum est enim ex naturalibus praecipis, aut gentium, aut civilibus. Pomponius li. singulari Enchiridii. Ius gentium est apud Deum religio, vt parentibus, & patriae pareamus. Florentinus lib. 1. Institutionum, vt vim atque iniuriam propulsemus, nam iure hoc euenit, vt quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure secum esse existimet. Et cum inter nos cognationem quandam natura consti-

tuit, consequens est, hominem homini insidiari nefas esse. Papius in lib. 1. diffinitionum. Ius praetorium est, quod praetores introdixerunt, adiuvandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris civilis gratia, propter utilitatem publicam, quod & honorarium dicitur, ab honore Praetorum sic nomenatum. Marius in li. 1. Institutionum. Nam & ipsum ius honorarium, vna vox est iuris civilis. Paulus. Praetor quoque ius reddere dicitur, etiam cum in quod decernit, resolutione facta non ad id quod praetor facit, sed ad id quod praetorem facere conuenit. Sidorus vbi supra. Ius gentium est sedium occupatio, edificatio, municio, bella, captiuitates, seruitutes, postliminia, foedera pacis, iudicia, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Et inde ius gentium, quia eo iure omnes fere gentes vtuntur. Ius militare est belli inferendi solennitas, foedus faciendi nexu, signo dato egressio in hostem, vel commissio. In signo dato recessio. Item flagitij militaris disciplina, si locus deleatur. Item stipendiorum, modus, dignitatum gradus, praemiorum honor, veluti cum corona, vel torques donantur. In praede decisio, & pro personarum qualitatibus, & laboris iustitia diuisio, ac principis portio.

De Ortibus iuris triplicibus. Cap. XXXIX.

Ratianus dist. 5. Naturale ius inter omnia primatum obtinet, & tempore, & dignitate. Ccepit enim ab exordio rationalis creaturae, nec variatur tempore, sed immutabile permanet. Sed cum natura ius in Lege, & in Euangelio per dicitur esse comprehensum, quaedam autem contraria his, quae in lege statuta sunt, nunc inueniuntur concessa, non vt ius naturale immutabile permanere. In lege namque praecipiebatur, vt mulier si masculum pareret, si vero foemina 80. diebus a templi cessaret ingressu, nunc autem statim post partum ecclesiam ingredi non prohibetur. Dist. 8. 5. His itaque respondetur. Sunt in lege quaedam moralia, vt, Non occides, &c. quaedam mystica, vt potest sacrificiorum praecipia, & alia his similia. Moralia mandata ad naturae ius pertinent, & ideo nulli mutabilitate receptisse monstrantur. Mystica vero, quantum ad superficiali, a naturali iure probatur aliena, quantum ad moralem intelligentiam inueniuntur sibi annexa, ac per hoc, secundum superficiali videntur esse mutata, tamen secundum moralem intelligentiam mutabilitatem nescire possunt. Ius vero consuetudinis, post naturalem legem exordium habuit, ex quo homines conuenientes in vnum coeperunt simul habitare, quod ex eo tempore factum creditur, ex quo Cayn ciuitatem legitur edificasse. De. di. 8. Ius autem constitutionis cepit a iustificationibus, quas dominus tradidit Moysi dicens. Si iuris seruatum Hebraeorum &c.

De Differentia eorum, & ordinis. Cap. XL.

Dist. 7. Differt autem ius naturae a consuetudine, & constitutione. Nam iure naturae omnia sunt communia omnibus, quod non solum inter eos seruatum creditur, de quibus legitur. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna &c. verum etiam ex praecedenti tempore, philosophis traditum inuenitur. Vnde apud Platonem illa ciuitas iustissime ordinata traditur, in qua quisque proprios nescit affectus. Iure vero consuetudinis, vel constitutionis hoc mixtum est, illud vero alterius. Vnde Augustinus super Iohannem. Vnde quisque possidet, quod possidet, non iure humano? Nam iure diuino, Domini est terra, & plenitudo eius. Iura autem humana iura sunt Imperatorum, quare quia ipsa iura humana per Imperatores, & Reges saeculi Deus distribuit humano generi. Item tolle iura Imperatoris, & quis audeat dicere: Hec villa mea est, meus est iste seruus, mea est haec domus? Sed dicitur, Quid nobis & Imperatori? sed vt iam dixi, de iure humano agitur. Apostolus voluit seruire omnibus regibus, voluit honorari reges, & dixit. Regem venerationem. Noli ergo dicere, quid mihi & regi. Quid tibi ergo & possessioni, per iura regum possidentur possessiones, dixit. Quid mihi & regi. Noli ergo dicere possessiones tuas, quia ipsa iura renunciauisti humana, quibus possessiones possidentur. Tullius in R. heto. 2. Naturae ius est, quod cognitionis, aut pietatis causa seruatur, quo iure parentes a liberis coluntur, & conuerso. Lege ius est, quod proprio iussu sanctum est. Consuetudine ius est, quod sine lege aequum acsi legitimum sit vltatum est. Gratianus vbi supra. Dignitate vero ius naturale similitur prauale consuetudini, & constitutioni. Quatenusque enim, vel moribus recepta sunt, vel scriptis comprehensa, si naturali iuri sunt aduersa, vana & irrita sunt habenda. Nicolaus Papa. Mala consuetudo non minus, quam pernitiosa corruptela est abiectio. Quae nisi citius radiotis euellatur, in priuilegiarium ius ab impijs

impijs assumitur. Ang. Veritate manifestata, cedat consuetudo veritati. Item Grego. Papa 7. Corde vt beati Cypriani vtatur sententia: quae libet conueto quantumvis vetusta, quantumuis vulgata, veritati omnino est postponentia, & vltus qui veritati est contrarius, est abolendus. Hoc plane verum est, quia ratio, & veritas consuetudini praeponebantur, sed si consuetudini veritas suffragaret, nihil oportet firmius retineri.

De Iure naturali. Cap. XLI.

Sidorus vbi supra. Ius aut naturale est, aut civile, aut gentium. Ius naturale est commune omnium nationum, & quod ubique in hunc in naturae, non constitutione aliqua habetur, vt viri, & feminae coniunctio, liberorum susceptio, & educatio, communis omnium possessio, & omnium vna libertas, acquisitio eorum, quae caelo terra, matrice capiuntur. Item depositio rei, vel commendata pecunia restitutio, violentiae per vim repulsio. Nam hoc, ac si quid huic simile est nunquam in iuriam, sed naturale, & equum habetur. Ex decretis Gratiani in prima parte dist. 1. Ius naturae est, quod in lege, & in Euangelio continetur, quod quisque iubetur alij facere, quod sibi vellet fieri. Dist. 2. Ecclesiastica institutio canonis nomine censetur. Regula iuris. Iure naturali aequum est, neminem cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletorem. Tull. in 2. de legibus. 1. Raquite supra in li. de Ethica. c. 2. & iterum. sub illo tit. q. nobis. in nata sunt vitium humana. Ex Decretis dist. 2. Ex concilio Toleran. Placuit sancto concilio, vt Metropolitanus Si dis auctoritate coacti, vniuersisque prouinciis ciues, rectoresque ecclesiarum, vnum eundemque in pfallendo tenent modum; quem in Metropolitanis sede cognouerint instituti. Officia publica, id est Vespertus, Maritimus, vel Missiani alteri, quae in principali ecclesia celebrare non liceat. Actus. Quia vero dicitur est supra iuris naturalis esse coniunctio maris & feminae, quantum naturae natura animata docuit, hae per hoc videntur, & licet alicui inueniam suam in plura dist. de nota q. ius naturalis quoddam est vniuersale, si quod est in omnibus rebus, id est in concordia omnium rerum, & de tali iustitia naturali agit Plato in Timaeo, vnum enim elementum non potest esse sine alio. Quod dicitur autem minus vniuersale, quod scilicet, a natura omnia anima docuit. Et hoc modo, de naturalitate est coniunctio maris & feminae. Quod dicitur vero speciale, quod scilicet naturalis ratio dicitur, & tale ius est, quod a natura ratione, vnde de tali iure est fidelitas, quantum vir debet uxori suae. Et itaque de iure naturali specialis, in causa vniuersae, verum tamen in antiquis paribus, dispensatio Deus, dicitur quantum ad effectum in virtute praecipit, scilicet castitatis, quae quantum ad hunc partem est naturalis, & ubi est, sed supra variabilia sunt. sub dist. 2. de iure naturali. De iure naturali. Cap. XLII. Ius naturale est, quod a natura est, & in omni homine, quod dicitur. Ius gentium, quod a natura est, & in omni homine, & in omni homine, quod dicitur. Ius civile, quod a natura est, & in omni homine, & in omni homine, quod dicitur. Ius gentium, quod a natura est, & in omni homine, & in omni homine, quod dicitur.

De Iure civili. Cap. XLIII.

Regula iuris. Omnis diffinitio iniurae civilis periculosa est, parum est quod subterit non possit. Sidorus vbi supra. Ius civile est, quod quisque populus, vel ciuitas sibi proprium, humana diuinaque causa constituit. Iustinianus vbi supra. Omnes autem leges, & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur: nam quod quisque populus, ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est, vocaturque ius civile, quasi ius proprium ipsius ciuitatis. Quod vero naturae ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peraeque custoditur, vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtuntur. Ius civile constat aut ex scripto, aut ex non scripto. Scriptum ius est lex, plebiscita, senatusconsulta, Principum placita, magistratum edicta, responsa prudentum. Lex est quod populus Romano Senatorio magistratu interrogante, veluti Consule constituebat. Plebiscitum est, quod plebs plebeio magistratu interrogante, veluti Tribuno constituebat. Plebs a populo differt, ut species a genere. Nam appellatione populi uniuersi ciues significantur, Plebs aut appellatione sine Patrijs & Senatoribus, caeteri ciues significantur. Plebiscita lege Hortensia lata, non minus valere, quam leges caperunt. Senatusconsultum est, quod Senatus iubet atque constituit. Quod vt principi placuit, legis habet vigorem. Responsa prudentum, sunt sententiae, & opinioniones eorum, quibus permittuntur a iura condere. Nam antiquitus constitutum erat, ut essent qui iura publice interpretarentur, quibus a Caesare ius respondendi datum est, qui Iurisconsulti appellabantur, a quorum responso iudici recedere non licebat.

nes autem populi, qui legibus, & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur: nam quod quisque populus, ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est, vocaturque ius civile, quasi ius proprium ipsius ciuitatis. Quod vero naturae ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peraeque custoditur, vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtuntur. Ius civile constat aut ex scripto, aut ex non scripto. Scriptum ius est lex, plebiscita, senatusconsulta, Principum placita, magistratum edicta, responsa prudentum. Lex est quod populus Romano Senatorio magistratu interrogante, veluti Consule constituebat. Plebiscitum est, quod plebs plebeio magistratu interrogante, veluti Tribuno constituebat. Plebs a populo differt, ut species a genere. Nam appellatione populi uniuersi ciues significantur, Plebs aut appellatione sine Patrijs & Senatoribus, caeteri ciues significantur. Plebiscita lege Hortensia lata, non minus valere, quam leges caperunt. Senatusconsultum est, quod Senatus iubet atque constituit. Quod vt principi placuit, legis habet vigorem. Responsa prudentum, sunt sententiae, & opinioniones eorum, quibus permittuntur a iura condere. Nam antiquitus constitutum erat, ut essent qui iura publice interpretarentur, quibus a Caesare ius respondendi datum est, qui Iurisconsulti appellabantur, a quorum responso iudici recedere non licebat.

De Ortibus iuris tria Lacedaemonia, scilicet, & Athenis. Cap. XLIII.

Vs civile a duabus ciuitatibus emanauit Athenis, & Lacedaemonia. Lacedaemonia ea, quae pro legibus obseruabant, memoriae mandabant. Athenienses ea, quae in legibus scripta erant, custodiebant. Hecostadus in croniceis suis lib. 13. Regnante Ioanis in Iudaea Ligurgus Lacedaemonijs iura composuit. Iustinianus lib. 3. Ligurgus legibus suis nihil in alios sanxit, cuius non ipse exemplum in scriptis daret. Auri argenteaque vsum, vt omnium scelerum materiae sustulit, finidos omnium aequales inter omnes diuisit, vt aequa partem omnia nomen potenter altero redderet. Conuicium omnes publice iustis, in eius diuitia, vel luxuria in occulto essent, laenibus non amplius vna veste vt toto anno permiserit, nec quemquam cultius, quam alterum progredi, nec vniuersi opulenter. Eri singula non pecunia, sed compensatione mentium iussit. Pueros puberes non in forum, sed in agrum deduci iussit, vt primos annos non in luxuria, sed in omni opere, & labore agerent. Nihil eos somni causa subterneret, & vitam sine pulchritudine degerere, neque prius in vrbem redire, quam viri facti essent, statuit. Virgines sine dote nubere iussit, vt uxores, non pecunia eligerentur. Maximam honorem non duxerunt, & potenter, sed sensu esse statuit. Haec & similia quoniam solacis aetate moribus dura videbantur, auctoritatem Appollinis Delphici finxit, & inde se esse deum. Deinde quae in iure suo legibus data, auctoritate obligat ciuitate, nihil eis de eius legibus mutaret, priusquam reuerteretur, simulque secundum placitum Delphicum profectus, consulere ius, quod addidit, vel mutatum legibus videretur. Ploetor est autem Cretensis, vbi vultur ius, & in iure suo vniuersi ab illi esse sua in mare missa, nec fore, Lacedaemonie referrentur, & sic se putare a Lacedaemonijs, soluos a iure inuendo. Ex Chronice. Post or regnante Sedochia Solon Atheniensis, vniuersi scilicet septem sapientibus. Dea ceteri legibus antiquae, extenuatae, quae ad sanguinem pertinebant, noua genti cui praerantura composuit. Ex cuius etiam libris in Latium translatae leges Romanis exposita sunt.

De Ortibus, & inuencione iuris apud Romanos. Cap. XLIV.

Cuiusque rei potissima pars principum est. Ploetor singulari Enchiridij. Et quidem in initio ciuitatis nostrae, populus sine lege cohaerere, sine iure certo, primu in agere instituit. Omniaque manu a regibus gubernabantur. Postea aucta ad aliquem modum ciuitate, eruditur ipsum Romulum diuisisse populum in 30. partes, quas curias appellauit, quia tunc reip. curam potestentias earum partium expediebat, & ita tulit ad populum leges curiarum, Tulerunt & sequentes reges, quae omnes conscriptae sunt in li. de Papirij, qui fuit tempore Tarquinij superbi, alias qui fuit illi temporibus, quibus superbus Demetrius Chorinthi filius, qui liber appellatur. Ius Papirianum, non quod ipse Papirius de suo quicquam ibi adiecit, sed quod leges sine ordine latus, in vnam composuit. Et actus deinde regibus, lege Tribunicia omnes eorum leges exoleuerunt. Iterumque cepit populus Romanus incerto magis iure, & consuetudine aliqua viua, quam per legem latuisset, prope 200. annis passus est. Postea ne diuinus hoc fieret, placuit publica auctoritate decem constitui viros, per quos poteretur leges a Graecis ciuitatibus.

tabulis, & civitas fundaretur legibus, Quas in tabulis Eboresis percriptas pro rostris epulocunt, ut possent leges apertius percipi. Datum est eis ius eo anno in civitate summa, ut leges & congerent, & si opus esset interpretarentur. Ne qua p- uocatio ab eis fieri a ceteris magistratibus fieri. Quod & ipsi amaduerunt aliquid de illis primis legibus, idemque sequenti anno alias duas eisdem tabulas adiec- runt, & ita ex accidenti appellatae sunt Leges duodecim tabularum. Quarum ferendum autorem fuisse ex decem viis, Hermodorū quendam Ephesum exulanti in Italia, quidam tenuerunt. His legibus laici euenit, ut interpretatio desideraret prudentium autoritatem, necessariamque esse disputationem fore. Hæc disputationis, & hoc ius, quod sine scripto venit compositum a prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, (vt ceteræ partes iuris suis nominibus designantur,) sed eam appellatur nomine, In quibus. Deinde ex his legibus eodem tempore feræ iustiones comparatae sunt, quibus inter se homines disputarent, quas ceteras, & solennes esse voluerunt, & appellatur hæc pars Legis actiones, idest legitima actiones. Et ita eodem tempore tria hæc iura nata sunt. Leges duodecim tabularum, & ex his fluxerit ius civile, ex eisdem legibus actiones, & fore populi ius annos prope centum hac consecutivum vltus est. Postea cum Apus Claudius has legis actiones in formam redegit, Gnaeus Flavius scriba eius lib- rarius, iurepreum librum populo tradidit quod munus adeo gratum fuit populo, vt tribunus plebis fieret, & senator, & edilis curulis. Qui liber actiones continens appellatur, Ius civile Flavianum. Primus iuris civilis scientiâ Tyberius Cornelianus publice profectus est. Fuit autem in primis peritus Papirius publicus, qui leges regias, in vnum con- tulit, post Apus Claudius, vnus de decem viis, cuius maximū consilium in duodecim tabulis scribendis fuit, post hoc Apus eiusdem generis cognomento Centumanus, qui viam Apianam traivit, & aquam Claudiam induxit, & de Pyro in vrbem nõ recipiendo sententiam tulit. Publius Mutius decem libellos reliquit, Brutus septem, Manilius tres. Post hos Quintus Mutius Publij filius iuris civilis scientiam primus conluluit genera- tem, in libros 18. redigendo, Mutij auditores fuerunt complu- res. Omnes iurisconsultorum libri digesti sunt ab Aulio Na- mulo in sexagesaginta libros. Seruius reliquit prope 180. libros. Athicus Consul fuit Labeo esse noluit cum offerretur ei consulatus ab Augusto, quod sufficit fieret, & honorem susceperet, sed plurimum studij operam dedit, & totum annum ita diuisit, vt Romæ sex mensibus cum studiosis esset, & sex mensibus secederet, & conscribendis libris operam daret. Reliquit 40. volumina. Hi duo primus veluti duos clas- sedas fecerunt. Nam Athicus Capito in his, quæ ei tradidit, fuerant per seuerat. Labo ingenij qualitate, & fiducia doctus, & plura ignouate instituit.

**De Iure Quiritio, idest Romano, & partibus eius. Cap. XLVI.**  
 Sidorus vbi supra. Ius Quiritium est proprie Romanorum, quod nulli teneat, nisi Quiritis, idest Romanus, tanquam de legitimis hereditariis, de donationibus, de testibus, de usufructibus, Constat autem ius Quiritium ex legibus, ex plebiscitis, constitutionibus principum, sine prudentum responsis. Lex est constituto populi, quomatores natu simul cum plebi bus aliquid sanxerunt. Scita sunt quæ plebes tantum constituunt. Et vocata scita, quæ ea plebs sciat, vel quæ ab eis scitur, & rogat, vt fiat. Senatusconsultum est, quod tantum Senatores potestis componendo decernunt. Constitutio, vel edictum, quod Rex, vel Imperator constituit, vel edidit. Responsa sunt, quæ iuris consulti respondeo dicuntur consulentibus, vnde de respon- sa Pauli dicta. Fuerunt vniuersim quidam prudentes, & arbitri equi- tatis, qui institutiones civilis iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium ius, contentioneque soluta. Quædam et leges dicuntur, ab his qui condiderunt, vt consules, Tribuni- ciz, Iuliz, Cornelia, Papia, Pompeia, Falcia, Aquilia, Satyr- a, verò lex est, quæ de pluribus simul rebus eloquitur, dicta a Co- pia, recum, & quasi a facultate. Vnde & Satyræ scribere est, poemata varia condere, vt Oratij, Iuuenalis, & Persij, lex no- uella. Rhodiæ leges naualium commerciorum sunt, ab insula Rhodo. cognominata, in qua antiquitus mercatorum vltus fuit.

**De Iure Canonico. Cap. XLVII.**  
 Gratianus in Decretis, dist. 1. Ecclesiastica vero constitutio canonis nomine consetur. Idem dist. 3. Canon Græcè, Latine regula nuncupatur. Regula dicta est, eo quod recte dicit, nec aliquid aliorum trahit. Alij dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam recte viuendi præbeat, vel quod distorum, primumque est, corrigat. Porro canonum, alij sunt Decreta p- uiscum, alij statuta Conciliorum. Conciliorum vero alia sunt vniuersalia, alia prouincialia, Ex dist. 19. Agatho Papa omni-

bus Episcopis. Sic autem omnes Apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ sunt, tanquam ipsius diuina voce Petri firmata. Idem ex Capitulo Caroli Imperatoris. In memoriam B. Petri A- postoli honorem sanctam Romanam Ecclesiam, apostolicam- que sedem, vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitas, esse debeat ecclesiasticæ magistrali rationis. Et licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus. Item Greg. Sit ergo vniuersa tuae dolore prostra- tus, quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis. Hugo Ca- thalanen. Præceptiones canonum, seu prohibitiones, quæ ab Apostolicis viis Romanis Pontificibus, seu cæteris orthodo- xis patribus traditæ ad nos vsque venerunt, quam salubres, & necessariæ sint ecclesiæ Dei, & euident ostendit ratio, & grauis- sima patrum comprobata auctoritas. Ipsis enim tanquam regi- minis spirituali regimur, ac gubernamur. Ipsis canonibus dico, tanquam regulis artioribus, ab illicitis quibusque, & inhone- stis coarctemur, per ipsos ecclesiasticis docemur intendere dis- ciplinis, & rebus diuinis adhibere diligentiam, secundum ip- sos omnes fere ecclesiasticam administrationem dispensantur, & vt verbis Papæ Leonis 4. vtar. Ipsi sunt per quos episcopi iudi- cant, immo per quos ipsi simul, & clerici iudicantur, promide ob- multiplicem eorum virtutem, seu vtilitatem, ob eruditionem fidei, & sacramentorum, quam plenariè contiuent, cum etiam propter admonitiones quasdam, ac præceptiones necessarias, ad publicam ecclesiæ bibliothecam apponi conueniunt, & in- ter authentica scripta connumerantur, ac spirituali hoc nomine insulari, Decreta Pontificum. Et ex instanti quam ecclesiasti- cæ leges vigere ceperunt. Ex summa iuris. Canon quidem de multipliciter. De enim canon alicuius negocij Papa diffinitio- nem, præsentibus Cardinalibus explicatio, & hoc Decretum ap- pellatur. Et dicitur canon alicuius iurisconsultatio, vel per scripturam facta responsio, & hæc Decretalis epistola vocatur. Item Canon dicitur in concilio generali, super vniuersalis ecclesiæ stata, facta promulgatio, & sic proprie sumitur. Dicitur etiam Canon idem, quod pensio, sicut vbi dicitur. Qui non solent canonem per biennium reuelatur a possessione.

**De Ortū eiusdem, & compilationis Decretorum. Cap. XLVIII.**  
 Summa de casibus Decretalium. Dicitur canon, quod vetus iuris damno sine rursus irrefragabili dissolutus, & argu- menta fatigat inuicem, vt ex propositionibus, præcatorum, conclusionem inferat in finalem, & communem vtilita- tem, pro vtriusque partis diffinitione, quam non mens, homo Christus Iesus, medicinali humilitate sua, vixine peccatorum primiparantis dissipata, ad damantur sui sanguinis, firmiter so- lidauit. Ab ista veritate duo vniuersales bellatores fortissimi exierunt, quorum vnus Meum, alter Suum, in suo clipeo defendebat, quæ si in Senecam, de medio essent sublata, pax ef- set in celo, & in terra per beatitudinem reformata. Fuit ergo neces- sarium, vtriusque dissentio sedaretur. Et pp hoc iudicio vtriusque canonici doctrina, publica in medio constituta vix, ne quis libi promittere valeat vnicuique. Quia autem mouit summum Ponti- ficem ad veterem canonem diffinitionem, hæc possent euidenter assignari, quia nouæ causarum emergentium, quænes, quous exi- gunt dectionibus terminari, vt singulis modis, ceperuntibus remediis de puratis, ius suū vnicuique salubriter tribuatur. Hu- go Cathaleno. Horū autem canonū tanta in immensum creuere vo- lumina, vt vel copari vix possent, pp sumptum, vel scribi, vel legi, pp salidum. Succedebat vniuersis Romanis sibinuitic Pon- tificibus, tot & tanta approposita, partim ex generalibus com- concilio, partim ex concilio, vel cæterorum vitorū il- lorum, & omnium humanā excederet. Quanta ergo pu- tas alij sumptum omnibus addita, ex conciliis, quæ huic vni tot misera sunt, pp tantæ ergo librorū immensitate, quæ vel legi vix poterant, vel tenent memoria, cogitauerunt quidam doctores prudenti intellectu, salubri consilio, quida cautela, horū oium libulenti facere abbreviativæ. Ex quibus gloriose memoriz ve- nerabilis lato. Carnorensis episcopus, ex quibus diligentia de praxatis canonū regulis, quæ capitula ordinavit, & ad numerū 10. libro- rū laudabili redigere cependo. Sed quæ & ille liber immensus est, & non ad hoc breuiatus, vt recte Enchiridion possit nomi- nari, praxati ego summariū illius facere, & volumine eius in libellum redigere mandauit. Extraxit apud nos liber Decreto- rum apostolicorum, quem primus compilauit Sidorus, Episto- las decretales Romanorum Pontificū, canones quoque concilio- rū, (quod per successiones ipsi, diuersis locis porbè ab episcopi catho- cis celebrata sunt) in vniuersa vnde volumine compingens. Ex quo .i. volumine, siue ex eius partibus, idest ex epistolis Pontificali- bus, & conciliis simul, & ex catholicorum doctorum opusculis manifestum est Leonis, & Gratiani decreta fuisse excerpta.

**De Compilatione Extravagantium, & abbreviatione eorum. Cap. XLIX.**  
 Summa de casibus Decretalium. Sed cum omnia non possent in corpore Decretorum comprehendere, post compilationem ipsorum factam per Gratianum, multæ de- cretales Epistolæ a Romana curia emanauerunt, quarum tẽ- pore Alexandri primus fuit B. Papiensis præpositus, & etiam subtilissimus ordinator, quæ. Prima compilatio, appellari sole- bat. Secundo tempore Celestini, & Vibani, Iohannes Galen- sis quondam editit compilationem, quæ solebat, Secunda com- pilatio, siue secunda nuncupari. Sed quia quædam decretales reperiebantur in illis: Romana curia non approbat. Ideo Innocentius 3. per B. Benuectanum aliam fecit compilatio- nem de his, quæ a principio iuxta promotionem, vique ad 12. an- num in suo continerentur registro, & quæstiones quas in ge- nerali concilio promulgauit, quæ 3. & 4. compilationes appel- labantur. Deinde cæcitate hominum multitudinem, & se infini- tibus quæstionibus, cauillationibusque immiscentem, tempore Honorij Papæ facta fuit quædam compilatio, quæ quinta seu Honoriana dicebatur. Verum cum non debeat teprehensibile iudicari, si pro varietate temporum statuta quandoque varietur humana, præsertim cum vrgens necessitas, & euident vtili- tas hoc exposcit, quoniam ipse Deus ex his, quæ statuerat in veteri testamento, mutauit in nouo, adueniente nouo homi- ne, idest Gregorio. signa, & prodigia in medio mundi emittente, & produxit ventos de thesauris suis, hoc est iuris ciuicis, & comparabilis, quæ inflatum, & tumidum reddit scientiam, iuxta illud. Scientia inflat, & decretales prædecefforibus suis compilatas, remouendo superflua, & membranas frustra occupantia decurtauit, iniungens super hoc statum Raymūdo penitentiario suo, vt de compilationibus veteribus, constitutio- nes eliceret meliores, in contentum lauentiam. Et vere in omnibus, tam libris, quam titulis, & etiam capitulis, ista facta est decisio. Nam cum prius essent 5. volumina, in quibus 25. distinctiones habebantur, hodie per Gregorianam prouidentiam ad volumine vnicum sunt redacta, in quo solummodo quinque distinctiones reperitur. Decurtauit in titulis, quæ eam in veteribus quinquies c. & 20. tituli comprehendere- tur, ad nonies 20. hodie sunt redacti. Item in capitulis, sed non multum. Nam cum in antiquis bis mille & 62. essent ad mille, & 900. reducuntur. Quia vero tot compilationes erro- rem, tadium, confusionem, & inuenias desperationem fre- quentissime inducebant, propter hoc facta fuit hæc compila- tio, quæ sufficit ad canonicarum quæstionum decisionem. Di- uiditur opus in quinque partes. In prima tractat de officiis cle- ricorum, & præparatoriis iudiciorum. In secunda de iudicijs, & processu iudiciorum. In tertia, de vita & honestate clericorum. In quarta de matrimonio. In quinta de criminibus, & pe- nis. Quæ autem sic ordinatur hæc est ratio. Omne ius quo vtriusque, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Ideo primo tractat de personis, sed quia personæ in iudicio existentes, aliquando causas examinauit diffiniendo, interlo- quendo, componendo, ideo in secunda tractat de iudicijs. Ve- rum cum duplex sit genus hominum, clericorum, & laico- rum, quod duobus modis habet regi, naturali, & iure, & moti- bus, Vita & honestas clericorum, longe præmioret vitæ laico- rum. Ideo pro tertia parte primo tractat, de vita & honestate clericorum. Sed quia in laicis etiam vitæ & honestas habet at- tendi, quæ consistit circa sponsalia, & matrimonia, ideo quar- ta de his incutitur, Verum tamen cum nec clericis, vel lai- cis vitam mundam sine inmunditia ducere potest, nec hono- riam sine de honestate, propter hoc quintus de vitis, & eorum- que penis habet tractare. Vnde versus. Pars prior officia parat, & electique ministros. Altera pars testes, & cetera iudiciorum. Tercia de rebus, & vita presbyterorum. Dat formam, rito nu- bera quarta docet. Vltima de vitis, & penis tractat eorum.

**De Concordanza canonum. Cap. L.**  
 Hugo. Cum auctori in scriptis sanctorum patrum, vel apo- stolicorum vitorum nostrorum aliquod capi, vel canone repperieris, ab vno quidem secundum rigorem iudicij inten- sum, & ab alio vero secundum indulgentiam moderationem di- spensatum, non statim, vt contrarium reprehende, sed scrip- torum intentione diligenter intuita, vnam esse scripturæ faciem intellige, quæ de vno charitatis fonte procedit. Verbi gratia. Beatus Greg. dicit in canone, quem scribit Secundo incluso. Lapsi in laicis ordinibus post condignam satisfactionem reuocari possunt, & ad ordinem suum redire. Sed Martinus Papa, ab eo decimus dicit, quod semel lapsi, post suam ordinationem, deinceps iam depositi erunt, & nullum gradum sacerdotij poterunt adipisci. Et putat hæc sunt contraria. Vt superflucies.

litæ facere dissonantiam, sed si diligenter attendas auctorum intentio facit concordiam. Ecce. n. canonem illum, quem alcer dispensat, & moderatur pp infirmos compassionem misericordie, alius aggrauat, & intendit rigore ecclesiasticæ disciplinæ, nec desperatione venia hoc dicit, ne forte contra clauas ecclesiæ disputaretur, quibus ligata soluantur, sed zelo quodam iustitiæ, & seruo extirpandi vitia: vt hac singulari cautela, metus quidam libere peccantibus inuenteretur. Multa in hunc modum in factis canonibus reperies, quæ pro necessitate temporū, vel consideratione personarum, vel et ætate, alij rigore iudicij intenduntur, alij misericordie moderatione indulgent. Scire ergo iam debes, quia sunt quædam præceptiones, & pro- hibitiones mobiles, quædam immobiles. Immobiles sunt quæ lex æterna lauxit, quæ obseruata salutem conferunt, non obseruata eandem auferunt. Qualia sunt. Diliges dñm Deum tuum, ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. Et honora patrem tuum, & non occides, non mæchaberis, & hu- iusmodi. Mobiles vero sunt, quæ lex æterna nõ sanxit, sed pos- teriorū diligentia ratione vtilitatis inuenit, nõ ad salutem prin- cipaliter obtinendam, sed ad eam tutius munendam, quale est illud Apostoli: Hereticum hominem post primam & secun- dam correctionem deuita, Et qualia sunt quæ propofiumus. Canonū itaque præceptiones, vel prohibitiones mobiles sunt, & secundum rigorem ecclesiasticum, vel moderationem, quæq; actantur, (vt sæpe dictum est) quæ dispensantur. Quas si quædam præceptiones, vel prohibitiones, cum diligenter in iuris fueris, & quid secundum rigorem, quid secundum moderatio- nem, quid secundum iudicium, quid secundum misericordiã dicatur, vigilanter attendis, nihil in eis iam ambiguit, vel con- trarietatis inuenies. Ex summa iuri canonici. In summa vero nota, quod canonum quidam sunt generales, & de statu vniuersa- tis Ecclesiæ, quidam vero speciales. Et hoc multipliciter. Ex tempore, ex loco, ex causa, ex persona. Iterum quidam dati sunt secundum præceptum, quidam secundum consilium, qui- dam secundum rigorem, quidam secundum misericordiam. Et secun- dum istas distinctiones possunt solui multæ canonum contra- rietates. Item epistola decretalis aliquando est constitutio. In qua Papa aliquid statuit. Aliquando est consultatio. In qua de iure respondet, aliquando vero diffinitio, quæ per eam dif- finitiua sententia negocium diffinit. Aliquando quoque com- missio, quæ. per eam negocium alicui diffiniendum committit.

**De Rescriptis. Cap. LI.**  
 Summa Decretalium. Rescriptum dicitur, quod a Papa, vel Imperatore rescribitur ad consultationem, vel ad relatio- nem. Rescriptum si est secundum ius, vim habet constitutio- nis. Est enim epistola Decretalis, & habet auctoritatē pro cau- sis diffiniendis. Similiter, & quæ est præter ius. Si vero contra ius non valet, nisi fiat ex certa scientia rescribentis, & illius iuris contra quod sic mentionem facit. Vnde causa 25. q. 2. Im- peratores Theodosius, & Val. Rescripta contra ius elicta, ab omnibus iudicibus præcipimus rescribatur, nisi forte aliquod quod non lædat alium, & proit petenti, vel crimen supplicatorem indulgeat. Itaque rescriptum, quod non est contra ius, iuxta ca- sum suum indulgendum est, concepta præsumptione, quæ ex alia causa Papa, vel Imperator ita scripserit, nec ad consequen- tiam trahi voluerit, nisi voluntas eius contraria, vel per aliqua verba in rescripto contenta, vel per alia iudicia apparuerit. Tunc enim secundum voluntatem eius tenendum est et con- tra ius, dummodo tale sit ius cui per constitutionem Papæ, vel Imperatoris derogari possit. Per nouum. n. ius, antiqua abrogat. Præiudicat autem & rescriptum priori in certis casibus. Si de eo mentionem faciat. Item si primū generale sit, & & spe- ciale. Item si quis prius permisit se conueniri per secundas lite- ras, & non abiecit eas in principio litis. Item si is, qui primas literas impetrat, non sit vnus eis per annum. Alias autē regu- lare est, quod semper valet literæ prioris. Si vero dubitetur, quæ literæ sint prioris, quæ posterioris, ad arbitri eam. Quod si rescripti diffinitio non possunt, Papa consulatur. Si autem impetratur rescriptum per falsi suggestionem, vel per tacitam veritatem, tunc si talis fuit falsitas, vel veritas, qua non sugge- sta, vel non suppressa, literæ habitæ non fuissent, non valent, nec debent iudices delegati per eas procedere in causa, nisi tantum, quo ad hoc, vt cognoscat de illo mendacio, alias autem valebant in forma communi. Et nota ergo, quod hæc con- ditio. (Si præces veritate nitantur) in literis subintelligitur, & si non apponatur. Et quæ literæ impetrantur, oia illa narranda sūt Papæ, quibus obmissis literæ nõ concederent. Itē in summa nota, quod si quis impetrat literas sub hac forma. Conquoror de Titio, & de quibusdā alijs, p hæc generalē clausulā, nõ poterit multum di-

De Speculum Doctrinale.

Tomus Secundus. O 4 nem



nam effrenatam in iudiciam vocare, nec maiores personas, quam sint in clauſula ſpeciali. Habentur hæc ex tra. idelt de re ſcriptis. c. ſedes apoſtolica. Porro ſi dubitatio incidat in reſcri- pto, laetiſſima fieri debet interpretatio, poteſt autem inter- pretatio reſcriptum illa cui deſtinatum eſt. Sed eius inter- pretatio tantum inter partes, quatum cauſa illi committitur facit ius, & non inter alias perſonas. Poteſt etiam inter- pretari Papa, & etiam magiſter, vel conſuetudo, ſicut infra ca- pitali, de interpretatione iuris.

De Priuilegijs. Cap. LII.

Priuilegium eſt conſeſſionis beneficium, contra ius com- mune indultum, quod enim de iure competat, non debet priuilegio impetrari, licet ex ſuperabundanti plerumque concedatur, quod quidem ad cautelam fit, vt videlicet plus ti- meatur, fed priuilegium dici non debet. Dicitur quum priuile- gium quaſi lex priuata, vel quia priuata a lege communi, vel quia in priuato fertur. In hoc etiam differt a reſcripto, quia da- tur contra ius commune, reſcriptum autem, vt dictum eſt, ead- em contra ius commune non valet, niſi fiat ex certa ſcientia reſcribentis, & illius iuris communis, contra quod fit habita mentione. Priuilegium autem generale, aliud ſpeciale. Generale quidem, vt illud quod eſt indultum toti collegio clericorum. Verbigra- tia, quod clerici ſunt immunes a tutelis, quod eccleſiam in præ- dia generaliter immunitatem habent. Speciale vero ſubdi- ditur in perſonale, & reale. Sed & perſonale aliud eſt per- ſone, aliud perſonarum, ſpeciale & reale eſt, quod ſpecialiter conceditur, & rei, vel domui coheret, nec cum perſona ſinitur, ſi imper autem reale videtur, niſi contra exprimat. Speciale & perſonale eſt, quod ſpecialiter perſonæ conceditur, & eſt per ſona ſinitur. Speciale vero, & perſonale, quod ad poſteros, vel ſucceſſores tranſmittitur. Item priuilegiorum aliud eſt tem- porale, aliud perpetuum. Iterum aliud conſert ius nouum, aliud vetus confirmat. Itẽ aliud eſt in lucro captando, ſicut in dona- tione facta eccleſiæ, eius quod ultra quingentos ſolidas va- leat, ſue in ſuauatione, aliud in damno vitando, ſicut cum ali- cui datur eccleſiæ priuilegium, ne contra eam currat præſcri- ptio centum annorum. Priuilegium poſſunt concedere, qui & communem legem condere, Papa, ſcilicet & Imperator; quili- ber enim contra legem a ſe conditam poteſt venire. Vnde nec ipſa legibus ſuis tenentur. Vulpiano dicente, Princeps legibus ſolutus eſt. Episcopos quoque, licet communes leges non poſ- ſit facere, conſuetudo tamen admittit, vt de his quæ pertinent ad ſuam poteſtate, poſſit aliqua priuilegia dare. Verbigratia, poteſt in decimis monaſterium priuilegiare, capellam a iuriſ- dictione eccleſiæ baptiſmalis eximere, & eccleſiam vnã alijs ſu- bjicere, ſicut & vnire. Poteſt tamen dici, quod huiusmodi non ſunt priuilegia, ſed quedam conſeſſiones. Cum autem duo pri- uilegia inter ſe repugnant, ſed conſeſſa ſunt ab imparibus au- toritatibus, conſeſſum a maiori præiudicat alteri. Si autem a paribus, aut ambo generalia, vel ambo ſpecialia ſunt, & in vtro- que caſu primum poſteriori præiudicat, niſi in poſteriori me- tio de priori fiat, aut vnum generale, & alterum ſpeciale, & tunc ſpeciale generali derogat, ſue prius ſue poſterius impe- ratum fuerit, niſi ſpecificatio ex generali procedat.

De effectibus Priuilegiorum, & exceſſibus priuilegiatorum. Cap. LIII.

Effectus priuilegij eſt, quod is, cui conſert, eo vitur pepe- tui, nec aliquis etiam ſummus Pontifex contra illud ven- ire debet, niſi aliqua ratione motus velit priuilegio de- rogare, tali tamen diſtinctione. Priuilegium, aut parte actionis, aut tribuit exceptionem. Si parte actionis, præſcribitur con- tra eam illo ſpacio, quo præſcriberetur ſi ad illa de iure con- peteret. Lex tamen videtur dicere, quod contra priuilegium currit præſcriptio decem annorum, ſed illud priuilegium de quo loquitur, nec actionem nec exceptionem conſeſſit, immo tantum ad factum datum eſt, & ideo tam breui tempore con- tra illud præſcriptum eſt. Eadem ratio videtur, quod ſi templa- rius per decem annos in hac eccleſia, ex quo interdicta eſt ce- leberrate diuina negligeret, fieret ei iudiciũ. Si vero tribuat ex- ceptionem, nullo tempore præſcribatur contra eam. Quæ- n- temporalia ſunt ad ageudum, perpetua ſunt ad excipiendum, Tria vero faciunt, vt priuilegium mutetur, vel amittatur, ſcili- cet meritum priuilegiandi voluntas priuilegiantis, & culpa priuilegiati. Triplex autem priuilegiatus circa priuilegium, committit, ſi permiſſa poteſtate abutendo, contra priuilegium faciendo, priuilegio quoque tacite, vel expreſſe renunciando.

Veniamen ſi priuilegium aliquod concedat eccleſiæ Ro. nõ poteſt ei renunciari expreſſe, ſed tacite poſſeſt, ſi. ſ. per centum annos negligatur. Si vero non concedat aliquod eccleſiæ Ro- manæ, poteſt ei renunciari expreſſe, ita tamen q̄ ſi fuit conſe- ſſum rei non perſonæ renunciantis, perſone tantum non eccle- ſiæ renunciatio nocet. Hoc etiam dico, niſi ſit odioſum, vel pe- nale, vel toti collegio clericorum conſeſſum, cui renunciari non poteſt, expreſſe poteſt, non tacite. Exceſſus itaque priuile- giatorum ipſius amiſſione priuilegij, vel mutatione puniunt, & etiam quod per ſurpationem factio ad ignominiam ipſo- rum irritatur. Extra 3. de priuile. & ex. pri. Innocentius 3. Priuile- gij autem amittere, qui permiſſa abutitur præte. Idẽ. Deli- ctum perſonæ in damnum eccleſiæ redundare, non debet. Idẽ. In beneficijs pleniffima ſit interpretatio adhibenda. A. c. t. Hic nota, q̄ priuilegij beneficij, quando non in damnum conde- ditur, largiffime interpretandum eſt, cum vero in damnum ali- cuius ſtrictiffimẽ interpreta tur, Gratianus in cauſa 17. q. 2. c. vltimo. Hoſtilitatis, vel paupertatis neceſſitate temporales ſe- des, vel mutantur, vel dux in vnum rediguntur, ſicut neceſſitate patientes ceſſante neceſſitate beneficijs renunciare coguntur, q̄ eis miſericordiam indulget inuitus, ſic religioſe viuẽtes, cũ a reli- gione ceſſauerint priuilegij exuuntur, q̄ religioſa cõuerſatio meruit. Priuilegia ergo, quæ religioſis domibus conceduntur, vel in eo caſu accipienda ſunt, in quo eis ita conſulitur, quod nulli aliquid derogatur, videlicet vt ex noualibus quorum de- cimationes nulli assignatæ fuerant, priuilegiorum auctorita- te decimas nulli perſoluere cogantur, vel ſi propter inſtantem temporis neceſſitatem eis conſuli non potuerit, niſi alijs de- rogetur. Iſta priuilegiorum auctoritas videtur eſſe ſeruanda, vt eorum ſubueniatur inopia, non vt ſuarum diuitiarum augmẽ- to, & poſſeſſionum non modica extenſione portecta, bapti- males ſeu parochiana eccleſiæ pecunia deſtruantur.

De principijs vtriuſque iuris, communibus & proprijs. Cap. LIIII.

EX ſumma iuris. Iurium principia ſunt quedam commu- nia vtriuſque iuris. ſ. ciuiliſ, & iuris canonici. Quedam ve- ro propria ſingularum. Iſta quidem quæ inſiſtũt quodã modo naturæ cordi hominis ſunt inſinata. Communia ſunt vtri- uſque iuris, vt iſtud q̄ homini iniuriari neceſſa eſt. Item iſtud. Non facias alijs, quod tibi non vis fieri, idelt non debes velle fieri, & ſimilia. Sunt & alia quedam communia vtriuſque, quæ eſt non a natura, tamen iure gentium ſunt introducta, vt hoc iuſtum eſt, vnũ quodque eo genere quo ligatum eſt, diſſolui. Item qui non facit, quod debet, contra ea facere videtur, quæ facere debet. Et ſerẽ omnes regulę contentę ſub titulo de regulis iuris in Digestis, communia ſunt vtriuſque iuris. Perẽ di- co, propter quedam, quæ iuri canonico non conueniunt, qd̄ leſtori diligenti facile patere poteſt. Et caue tibi, quod aulium adeo generale principium iure gentium eſt introductum, qd̄ non patitur exceptionem in aliquo pro qualitate temporũ, locorum, negociorum, & etiam perſonarum quandoque. Itẽ ſunt & alia multa principia communia vtriuſque iuris, quæ ſub titulo de regulis iuris, non continentur, vt hoc: Sententiã a nõ ſuo iudice laram nullam eſſe. Item. Quod cum falſo pro- curatore actum eſt, iudicium nullum eſſe, adeo q̄ nec iudiciũ dici ſolet. Item iſtud, Licet cuique a ſententia iniqui iudicis appellare, & multa alia. Propria ſunt iuris ciuiliſ, vt quod quif- que ob tutelam ſui corporis fecerit, vnũ & iniuriam pulſando iuris via ſeciſſe videtur. Hoc enim iure canonico cuique non licet, immo clerici arma portantes excommunicari debent. Et perfectus, ſi fuerit percuſſus in maxillam, debet præbere & aliam. Item proprium iuris ciuiliſ, eſt omne ius, & omne actio- nem præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum tolli, non habita diſtinctione, vtrum præſcribens bonam fidem, vel malam habeat. Quod ſecus eſt ſecundum iura canonica, quia omne, qd̄ non eſt ex fide peccatum eſt. Item iure ciuiliſ eſt hoc principium proprium, Neminem poſſe ante diſtinctionẽ ſuam appellare. qd̄ non eſt ſecundum iura canonica, & multa alia. Iuris quoque canonici propria ſunt, verbigratia. Neminem in factis ordinibus conſtitutũ, matrimonij poſſe contrahere. Itẽ omnes committetes perſoniam in ordine irregulares effici, & executionem ordinis non habere. Item nemini licere benefi- cium quod habet, in manu laici reſignare. Item nullos iuſta- quarum gradum cognationis ſibi attingentes poſſe matrimo- nialiter copulari. Neminẽ poſſe contrahere matrimonij cum ea, cui viuente marito fidem dedit de contrahendo cum ipſa. Item neminem poſſe ad ſacros ordines promoueri, qui duarũ vxorum, vel vnius corruptæ maritus exiſterit, & alia plura.

De

De interpretatione iuris Canonici, vel Ciuiliſ. Cap. LV.

EXtra 3. de verborum ſignificatione, Hyllarius Intelligen- tia ditorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus. Greg. Plerumq; dum proprietates verborum attenditur, ſenſus veritatis amittitur. Celeſtius 3. Non intentio verbis, ſed verba intentioni debent deferre. Innocentius 4. Beneficia principum ſunt interpretanda largiffime. Glo. ſuper. Mattheum. Quod non eſt licitum in lege, nec ſit licitum facit, nam & ſabbatum, cuſtodiri præ- ceptum eſt. Machabei tamen in ſabbato ſine culpa pugnant. Sic & hodie ſi quis ieiunium fregerit ægrotus, reus voti non habetur. Extra 1. de conſtitutionibus. Greg. nonus. Quoniam cõ- ſtitutio Apoſtolice ſedis omnes attingit, nihil debet obſcurũ vel ambiguum continere. Extra de tranſactionibus. c. Ex parte tua. Honorius 3. I. ſanctæ Praxedis presbytero card. In his, ſu- per quibus ius nõ inuenitur expreſſum, procedas æquitate ſer- uata, ſemper in humaniore parte declinando, ſecundum quod perſonas, & cauſas, loca, & tempora videris poſtulare. In lianus li. 1. Digest. Neque, vt leges, neque ſenatus conſulta ita ſcribi poſſunt, vt omnes caſus, qui quandoque incididerint cõ- prehendantur, ſed ſufficit ea, quæ plerumque accidunt conti- neri. Idem in lib. 15. Non poſſunt omnes articuli ſigillatim, aut legibus, aut ſenatus conſultis comprehendere. Sed cum in alio- quo caſu ſententia eorum manifeſta eſt, debet ſi qui iuriſdictioni præſt ad ſimilia procedere, atque ita eſt ius dicere. Pau- lus li. 4. ad ed. Quod contra rationem iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentiã. Idem in lib. Digest. de ſin- gulari iure. Ius ſingulare eſt, quod contra rationem rationis, pro- pter aliquam vilitatem, auctoritate conſtituentium introdu- ctum eſt. Celsus lib. 20. Digest. Scire leges hoc non eſt verba ea- rum tenere, ſed vim ac poteſtate. Idem lib. 29. Dig. Benignius leges interpretandæ ſunt quo voluntas earum conſeruetur. Idem libro 33. In ambigua voce legis, ea potius accipienda eſt ſignificatio, quæ vitio caret, præſertim cum etiam voluntas leg- is, ex hoc colligi poſſit. Vlpianus lib. 35. ad ed. Cũ lex in præ- teritum condit indulget, in futurum verat. Paulus li. 4. ad Plau- tium. Minime mutanda ſunt, quę interpretationem certam Temper habuerunt. Celsus lib. 9. Digest. Inciuit eſt niſi tota le- ge perſepta, vna aliqua particula eius propoſita iudicare, vel reſpondere. Paulus li. ſingulari ad legem Anciã. Contra legem facit, qui facit, quod lex prohibet. In fraudem vero legis, qui falſis verbis leges, ſententiam eius circumuenit. Vlpianus li. 4. ad ed. Fraus legi ſit, vbi quod fieri noluit, fieri autem non venit, id ſic. Regula iuris. Semper in dubijs benigniora præſe- renda ſunt. Quotiẽs idem ſermo duas ſententiã exprimit, ea poſitiuum excipiat, quæ rei gerenda aptior eſt. In ambi- guis orationibus maxime ſententia ſpectanda eſt, eius qui caſ protuliſſet. Vbi repugnantia inter ſe inuenitur, neutrum ra- tum eſt. Quæ rerum natura prohibentur, nõlla lege conſuma- ta ſunt. In re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus iuſtus eſt, quam tutus. In penulibus cauſis benignius in- terpretandum eſt. Ex ſumma Azonis. In ſumma vero nota, q̄ eorum eſt proprie leges interpretari, quorum eſt condere, & de quibus ſuperius dictum eſt. Et hæc interpretatio generalis eſt, & in ſcriptis redigenda. Poteſt etiam interpretari conſuetudo, quæ eſt optima legum interpretatio, ſed non eſt ſcripta, neque neceſſario in ſcriptis redigenda, cum & ipſa conſuetudo dica- tur ius non ſcriptum. Interpretatur, & iudex in cauſa ſibi com- miſſa, ſue de verbis legis dubitetur qualiter intelligenda ſint, & de caſu qui non eſt in lege comprehenſus. Interpretatio tamen eius generalis non eſt, quia res inter quõſdam iudica- ta non præiudicat alijs, & hæc tamen redigenda eſt in ſcri- ptis. Poteſt etiam interpretari doctor, ſue magiſter legis, ſed iſta neque generalis, nec in ſcripto neceſſario redigenda eſt, ſed eam ex voluntate, & vtilitate ad conſeruationem me- moriæ ſcribere poteſt. Prima igitur eſt generalis, & neceſſaria, & ſcripta. Secunda eſt generalis, in loco. ſi in quo obtinet, & ne- ceſſaria, ſed non ſcripta. Tertia eſt neceſſaria, & non generalis, ſed ſcribenda. Quarta vero neque generalis, neque neceſſaria, neque neceſſario ſcribenda.

De ſolutionibus contrarietatum iuris. Cap. LVI.

EX ſumma iuris canonici. Ad notitiam vero contrarietati- um iuris, nota generales ſolutiones, quæ diuerſis in lo- cis, vel cauſibus incidere poſſunt. Aliquando namque duo- rum canonum, vel decretalium, aut etiam legum, quæ ſibi re- pugnant videntur, eo modo contrarietas ſoluitur, vt dicatur,

quoniam hæc illa poſterior eſt, & ob hoc ad ſe trahit illam. Hæc ſolutio confirmatur per legem Digesti. de leg. & ſe. con. l. non eſt nouum, & l. ſequenti. Aliquando vero ſic, iſta loqui- tur demum lite contentata, illa vero ante litem contentationem. Vel iſta loquitur in caſu ſuo, cum factum eſt petitorio, illa ve- ro in contrario cum agitur poſſeſſorio. Vel iſta contrigit illam, aut reuocat, vel abrogat, vel quod minus in illa dicitur, in iſta ſuppletur: Vel iſta poſterius ſuit edita, licet prior ponatur in compilatione, quoniam ibi melius adaptatur materi; Vel illa loquitur de rigore iuris, iſta vero de miſericordia, & ob hoc eſt ei præferenda. Vel ideo non eſt contrarietas, quia Papa vel Imperator hic non ſtatuit, ſed factum narrat. Vel illa loqui- tur ſecundum ius antiquum, hæc autem ſecundum ius moder- num: Vel illa dictat conſilium, hæc autem præceptum: Vel il- la continet ius commune, hæc autem obtinet de conſuetudi- ne: Vel continet indulgentiam, aut ius datum, vel commiſſum ſpeciale: Vel illa intelligitur de comparatiua permiſſione, hæc autem de communi iure: Vel prima ſuit promulgata propter neceſſitatem, hæc autem cum nulla neceſſitas eſſet, & ob hoc illa ceſſante cauſa, & illa ceſſare debet: Vel illa per importuni- tatem, & inſtanciam magnam emanauit, hæc autem cum deli- beratione. Vel aliter in illa diſſimulat, aut tolerat Papa, vel Im- perator, in hæc autem conſiſtit pura veritas: Vel contrarietas eſt tantum in ſuperficie literæ, non in medulla ſententiæ. Vel in iſta quidem ſupplendum eſt aliquid in litera, & tunc erit con- cordantia. Vel aliter. Hæc illi contraria non eſt, ſed ſecundum illam intelligitur, quia per eam determinatur. Vel forſitan di- ſtinguendum eſt, vt quod aliud eſt in iudice ordinario cui per- petua eſt iuriſdictione, aliud in delegato, qui poſtquam deman- dat ſua executioni, ſanctus eſt officio. Vel aliud eſt in actio- ne perſonali, vbi ſua debet elapſis quatuor meſibus executioni demandari, & aliud in reali, vbi ſtatim ſi reus at præſens. Vel aliter, illa lex, vel decretalis in deſuetudinem abiit, quoniam vius eam non approbavit. Vel illa loquitur indiſtincte, hæc au- tem cum diſtinctione. Et licet canon, vel lex indiſtincte loqua- tur, iudex tamen, vel aduocatus diſtinguere debet, & ſupplere quod omiſſum eſt. Vel aliter. Illa loquitur conſuſe, hæc aperte, & ob hoc ſtandum eſt: quia lex, & ca non debent eſſe manife- ſti. Vel hæc & illa loquitur in diuerſis cauſibus, aut materiabus, aut locis, aut temporibus, vel cauſis: vt illa decretalis, quæ dicit parcedum eſſe delinquenti, propter ſcandalum vitandum, in- telligitur. Illa vero quæ dicit contrarium, intelligenda eſt, vbi ſcandalum non timetur. Vel illa prior intelligitur, vbi ſemel tã- tum peccauit, hæc autem vbi bis, vel pluries deliquit. Vel aliter. In illa decretali Papa loquitur in foro, vel conſilio animæ, in hæc in foro iudicii. Vel in illa loquitur magiſtraliſter, hic autẽ Papaliſter, ſcilicet conſuetudo ius auctoritate præcepti. Vel illa ſpectat ad conſuetudinem Eccleſiæ Romanæ, hæc aliam eccle- ſiarum. Vt illarum Decretalium, quę ſunt, de decimis. Vna ſpecialiter loquitur in Monachiſ Cisterciensibus, q̄ priuilegia- ti ſunt in multis, alia vero in ceteris Monachiſ. Vel illa de de- cimis prædialibus, iſta vero de perſonalibus. Vel illarum de ele- ctionibus. Illa intelligitur quando aliquid de forma electionis omiſſum eſt, altera vero quando nihil: Vel illa quando vitium fuit in perſona electi, & eligentium, iſta vero, quando in vno tantum. Vel illa continet errorem, quia cum deberent eligere Canonici, poſtularunt, hæc autem nequaquam. Vel in illis de appellationibus, licet vtraque videatur loqui poſt appellationem, in prima tamẽ fuit appellatum ab eo, vel ab illis quorum non intererat, aut ab his qui circa appellationẽ peccauerunt, vel qui appellationi renunciauerunt: quia non eã iuſta tẽpus legitimum profecuti ſunt, ſecus autem in ſecunda. Item ſi reſ- cripta videantur contraria, conſidera, quod prius impetratum fuerit, & vtrum in ſecundo fiat mentio de primo, & vtrũ vtrũ ſpeciale ſit alterum generale, vel vtrumque generale. Item vtrũ tacita veritate, vel expreſſa falſitate fuerit impetratum, vtrum impetrato dolo, deſit vtrũ infra annum, vtrum pendente cita- tione per primum, vel eorum iudice delegato, vtrum lite pen- dente, & vtrum ſuper re litigioſa. Item quis aduerſariorum præ- uenit alium in citatione, tunc enim obtinet, qui præuenit. Item vtrum primus impetrator ſuppreſſit reſcriptum, vel que ad litem contentationem quia tunc non valet, etiam ſi de primo men- tio fiat in ſecundo. His conſideratis facile poterit ad con- traria reſponderi.

De iure non ſcripto, quod mos eſt, vel conſuetudo. Cap. LVII.

Iuſtinianus vbi ſupra. Ex non ſcripto ius venit, quod vius comprobauit. Nam diuturni mores conſenſu videntur cõ- probati, legem imitantur. Iſidorus vbi ſupra. Ius legibus,

et motibus constat. Lex est constitutio scripta. Mos est vetusta probata consuetudo, sine lex non scripta, nam lex a legendo vocata, quia scripta est. Mos autem longa consuetudo de moribus tractat tanquam de consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur cum dicitur lex. Nec differt scriptura a ratione consistit, quando & legem ratio commendat. Porro si ratione lex constat, lex est omne iam quod ratione consistit, duntaxat, quod religioni congruat, quod discipline conveniat, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in communi est vsu. Ex Decretis. di. 12. consuetudinem, lib. 1. 1. Durum moris, nisi legi sint aduersi, consensu vrentium approbati legem imitantur. Augustinus ad lanuarium. Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores esse conuenit, indifferenter est habendum, & pro eorum inter quos vinitur societate seruandum est. Mater mea Mediolanum me fecit, canones ecclesiasticis sabbato non ieiunatum, & ex parte sustinere quid ageret, tunc ego consuli de hac re, beata memoriae Ambrosium episcopum. At ille ait: Cum Romanam venio sabbato ieiunum, cum Mediolani sum non ieiunum. Sic & tu ad quam forte ecclesiam ueneris, eius morem serua, si cuiquam non vis esse scandalum, nec quemquam tibi. De consuetudine quoque, & vsu proprium habes capitulum, in peris, in libro de moribus.

De consuetudine bona seruanda, & mala abolenda. Cap. LVIII.

Extra. 1. de consuetudine. Inno. 3. c. ad audientiam. Consuetudo quidem, quae canonicis obuiat institutis, nullam ebiti nec firmitatem, cum sententia lata a non suo iudice nullam obtinet firmitatem. Consuetudo approbata optima est legum interpretis. Grego. 9. Cum tanto sint grauiora peccata, quanto diutius infelicem demerit animam alligatam. Nemo sane mentis intelligit naturalis iuri (cuius transgressio periculum salutis inducit) quaecumque consuetudine (quae dicenda est in hac parte corruptela) posse aliquatenus derogari, licet et iure, & consuetudine non sit vis auctoritatis, non tamen est vis quae adeo ualida, ut iuri positio valeat praedictum generata, nisi fuerit rationabilis, & legitime scripta. Extra 5. de rega. iur. Grego. 9. Quod latenter, aut per vim, vel alias illicite introductum est, nulla debet stabilitate sustineri. Regula iuris. Quae ab initio fuit inutilis constitutio, temporis extractu conualescere non potest. Ex summa iuris canonici. In summa vero nota, quod consuetudo quaedam est generalis, ut orare contra orientem apud omnes catholicos. Quaedam uero specialis, ut illa quae est in aliquo municipio. Item quaedam est inhonesta, & haec nullatenus est seruanda, quia corruptela est. Quaedam autem honesta, & haec, aut est secundum ius, & haec inuolabiliter obseruanda est in loco suo, aut praeter ius, & hanc similiter obseruari oportet, quia ut ait Augu. Turpis est omnis pias, uniuerso suo non congruens, aut est contra ius, & tunc, aut ille qui potest iuri derogare, sicut hoc, aut nescit. Si scit, aut eam tolerat, quia scilicet non contradicit expresse cum possit, & tunc seruanda est, & legi in loco suo derogat. Si nescit, aut uersimile est, quod si sciret toleraret eam, prudens in arbitrio seruanda est, & legi in loco suo derogat. Aut uersimile non est, & tunc seruanda non est. Aut de hac dubitatur, & tunc seruari non debet, quia quod certius est tenendum est, iuxta illud Augusti. Tene certum, & dimitte incertum. Soler autem dicit, quod in criminibus inducit consuetudinem binus actus, id est duae uices. In aliis autem non sufficiunt tres, vel etiam plures, sed exigitur longitudo temporis, scilicet 10. annorum inter praesentes, 20. inter absentes. Unde de hoc iura diuersimode loquuntur. Quod autem plures uices sic inducant consuetudinem, patet quia forsitan ex gratia, vel ex tolerantia saepius hoc praemissum est. Item quia licet plures actibus aliquid iudicatum sit, non ob hoc impotenter ita iudicandum est, sed eundem consuetudinem bene iudicatur, ac si secundum legem, quod tamen non fieret nisi iusta, & rationabilis esset; non est enim iudicium nisi sit iustum.

De vigore consuetudinis. Cap. LIX.

Justinianus ubi supra. Nona quoque hominum consuetudo, aliter uis, quam legibus scriptum est, legem scriptam excludit. Ex ff. li. 1. Iulianus. Leges non solum suffragio legislatoris, sed tacito etiam consensu omnium, per desuetudinem abrogantur. Vlpianus libro 1. de officio proconsulis. Durum sunt consuetudo pro iure, & lege in his, quae non ex scripto descendunt obseruari solet. Paulus li. 7. ad Sabin. Magnae auctoritatis habetur hoc ius consuetudinis, quod in tantum probatum est, ut non fuerit necesse scripto comprehendere. Idem libro 1. quae sitio. Opima legum interpretis est consuetudo. Celsus li. 23. digest. Quod non ratione introductum est, sed errore primum, deinde consuetudine obreptum est, in aliis similibus non obtinet. Modestinus li. 1. Regulariter omne ius, aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmavit consuetudo. Vlpianus libro 1. institutionum, & Justinianus ubi supra. Quod principi placuit legis habet vigorem, est summa iuris. Dicit cano, quod consuetudo pro lege suscipitur, cum deficit lex, ubi u. de iur. in uere, quod si lex in promptu sit, non sit standum consuetudini, sed tunc demum ad consuetudinem recurrendum sit, quando lex deficit. Unde nota, quod index, maxime delegatus, primo secundum canones iudicare debet, quibus deficiente, in dicit secundum leges. Dicit enim Lucius. Sicut enim leges non dedignantur facio, canones imitari, & sacrorum scriptura canonum principum constitutionum adiunantur, deficiente autem omni iure, ad consuetudinem generaliter procedat, vel etiam ad particularem ipsius loci, vel prouinciarum uicinarum si generalis deficiat, licet quidam tunc dicant ad Romanam consuetudinem recurrendum. Deficiente uero utroque, licet & iure, & consuetudine, de similibus ista ad similia procedendum. Quandoque tamen consuetudini standum est, etiam contra ius scriptum, ut bigratia in electionibus. Nam perle-na, quae aliis est ineligibilis, sit eligibilis ratione consuetudinis. Coguntur etiam aliqui ratione consuetudinis, et gere de aliena ecclesia. Item sic per solum Abbatem, & in praesentatione similiter ad ecclesia. Solus etiam episcopus ratione consuetudinis, sine consensu fratrum consistit superbia. Praeualt quoque consuetudo in, in cognitione uisus matrimonii, in uenditione patrimonii, in sacramento Baptismi, in ordinatis extra quatuor tempora, in libertate serui iudicanda, & in aliis quibusdam casibus. Sed ad hoc tamen, quod consuetudo iuri praedictat, exiguntur ad minus tria, uel etiam plura. Primum, est ut scripta sit. Iungi temporis, sicut iam superius ostensum est, & moribus constituta, i. frequentibus hominum actibus approbata. Secundum est, ut contra rationem, uel aequitatem non sit, alioquin (ut dictum est) secundum eam iudicari non potest. Tertium est, ut animabus habendi, uel in peccatum acquirendi introducta sit, alioquin talis usus, non dicitur vsus, uel quod in iudicio contradietio, siue non contradicito obtemperat, hoc enim sufficit. Item quod res illa praescriptibilis sit, & quod antiqua, & approbata consuetudo dicitur non potest. Tertium est, ut conscientia principis introducta sit, & quod per errorem sit, inducitur. Item quod maior, uel sanior populi pars ea uti consueuerit. Sicut enim minor pars populi non potest inducere legem, ita nec consuetudinem. Quod tamen dicitur, quod illa consuetudo praedictat legi, quae ex credit hominum memoriam, illa cuius habetur loco constituti.

De Personis publicis, secularibus, ecclesiasticis. Cap. LX.

Justinianus ubi supra. Omne ius quo nos utimur, uel ad personas pertinet, uel ad res, uel ad actiones. Patum est autem ius nosse, si personarum quarum causa statuum est, ignoratur. Ex summa iuris. Personarum duplex est diuisio, quia quaedam sunt publicae, quaedam priuatae: quaedam ecclesiasticae, quaedam seculares. Seclularium publicarum personarum multiplex est diuisio, quia quaedam sunt maximae, ut superillustres: quaedam magnae, ut spectabiles: quaedam minores, ut clarissimi: quaedam minime uel pedanae. Maximae superillustres, quasi superillustres, id est super alios lucentes, uel alios illuminantes sunt, ut Imperator, idem ergo de Rege in regno suo. Item consules super illustres dixerunt, sed in his illustres dici possunt. Maiores personae illustres sunt praefectus praetorio, praefectus uicibus, magister militum, quaestor sacri palatii, id est Imperialis palatii. Es dicitur sic ad differetiam aliorum quaestorum, quia plures sunt quaestores scilicet praetor, & alii, qui huius ordinis non existunt. Magni sunt spectabiles, quasi ex dignitate, & honore inspectione digni, ut magistri officiorum, comes rerum priuatarum, & comes orientis, praefectus Aegypti, & duces. Minores sunt praesides prouinciarum, id est qui prouinciis praesunt, sicut potestates. Et hi dicuntur clarissimi, & defensores ciuitatum. Alii sunt minimi sicut pedanae, hoc forte dicti sic, quia uicinum & infimum locum obtinent, sicut pes in corpore. Nam isti omnes magistratus, quasi membra sunt, ut lex dicit. Sunt & alii in dictis ordinibus, sed istis, exempli gratia, sis contentus. Sunt & alii, qui communi nomine, scilicet iudices, uel speciali aliquo ratione officii nominantur, sed quia non ponuntur a iure

in ordine, prosequi non curamus. Ecclesiasticae uero publice personae sunt dominus Papa, Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, Decani ecclesiarum cathedralium. In quibusdam ecclesiis Archiepiscopi, Diaconi, Praepositi. In quibusdam ecclesiis Abbates, Priores, & magnates ordinum. Gratianus. d. 21. Ministri uero sanctorum canonum, & decretorum Pontificum sunt summi Pontifices, & infra Praesules, ac reliqui sacerdotes, quorum institutio in ueteri testamento est inchoata, & in nouo plenius consummata. Anaclerus. In nouo testamento per Christum dominum, a Petro sacerdotalis cepit ordo: quia ipse primo Pontificatus in ecclesia Christi datus est. Ceteri uero Apostoli, cum eodem pari consortio honorum, & potestatem acceperunt, ipsumque principem eorum esse uoluerunt, ipse quoque decedentibus in loco eorum surrexerunt episcopi. Videntes autem ipsi Apostoli messem esse multam, & operarios paucos, ab eis electi sunt, 72. discipuli, quorum typum gerunt Presbyteri.

Qualiter ad illas iura pertineant. Cap. LXI.

Ex summa iuris. Viso ergo de personis publicis, nunc qualiter ad eas iura pertineant, non habito respectu ad scipias, uel eorum privilegia, quibus quidam sunt in pluribus, quidam in paucioribus honorati. Sed eorum quibus praesunt, respectu, breuiter uideamus. Tribus itaque modis ad praedictas personae iura spectant, in condico, interpretando, & uendo. Dominus enim Papa in foro ecclesiastico solus iura condit, & cum dico solus, consilium cardinalium non excludo, nec concilia, quae quoadque facta sunt ipsius tamen auctoritate. Eius est, & interpretari iura, in eodem foro, si dum in iure dubitatio oritur. Alia omnes personae ecclesiasticae non condit, sed ueniunt iure condito, reddendo iustitiam his quibus praesunt, aliis uero non. Nam extra territorium ius dicitur impuere non parerit. Item ius reddere pro limitato sibi officio, sed dum quod diuersimode super hoc iura loquuntur, & de consuetudine obseruantur, nec prosequitur officium singularium, quia de his inferius. Deo dante tangetur, ubi de ecclesiasticis officis agetur, quod autem in domino Papa dixi, Imperatore intellige in suo imperio, & in Rege in regno. Alii uero non condunt, nec interpretantur, sed solum ueniunt condito iure, sicut de personis ecclesiasticis diximus, per diuersitatem singularium, hoc excepto, quod praefectus praetorio orientis, & praefectus praetorio Illiriae, possunt leges condere, dum tamen non sint contrariae generalibus, uel constitutionibus aliorum, quod nullus alius potest, nisi princeps auctoritate suffulatus: Praetor etiam edicta proponit, iuris ciuilibus iurandi quibus. Et quia de iure iuris principaliter ad praesens hic agimus, quaedam personarum publicarum seclularium officia breuiter consideremus.

De quarundam personarum publicarum officio. Cap. LXII.

Ex digesto libro Vlpianus libro 1. de officio consulis. Officium consulis est consilium praebere. Aurelius, Archadius, Crispus magister librorum libro singulari. A praefectis praetorio facultas appellandi interdita est sententia principali. Ceditur enim princeps eos, qui ob singularium industriam, explorata eorum fide, & grauitate ad huius officii magnitudinem adhibentur, non aliter iudicatos esse pro sapientia, ac luce dignitatis suae, quam ipse foret iudicator. Vlpianus libro singulari de officio quaestoris. Opinio est Tullium Hostilium primum in rem publicam induxisse quaestores, & a genere quaerendi quaestores initio dictos. Paulus libro singulari de officio praefecti uigilum. Praefectus uigilum appellatur, qui agnoscit de incendariis, furibus, raptoribus, effraCTORIBUS, receptoribus, nisi si quae iam atrox, & tam famosa persona sit, ut praefectus uel bis remittatur. Et quia plerumque in condico culpa sunt in habitantibus, qui negligentiam ignem habuerunt, hos praefectus uigilum aut castigat sustibus, aut seuera interloquutione comminatus, sustium castigationem remittit. Sciendum est autem, praefectum uigilum, per totam non solum uigilare debere, & quo quo erant castratum, cum armis, & dolariis, & omnes in quibus ad monere, ut curam adhibeant, ne aliqua negligentia in eandem casus oriantur. Et ut aquam uisquisque inquinatus, in cenaculo paratam habeat. Vlpianus libro 1. Obseruare proconsulem oportet, nec in hospitibus praedictis oneretur prouincia. Idem in libro primo de officio proconsulis. Antequam fines prouinciae sibi deceret proconsul ingrediatur, edictum debet de aduentu sub-mittere. Seuerus, & Antonius Imperatores in

epistola sic scribunt. Quantum ad exenia pertinet audi quid sentimus. Vetus prouerbiu est. Exronata silena, quod exponitur. Neque omnia, neque semper, neque ab omnibus. Nam ual de inhumatum est a nemine accipere, sed passim uisillum, & per omnia auarissimum, & quidem in mandatis contineatur, ne donum, uel munus, ipse proconsul & qui in aliquo officio erit accipiat, ematue, quid, nisi uictus quotidiani causa, sed nec exenia producenda sunt ad munerum qualitatatem, id est necessitatem: Aduocatos quoque perentibus debet indulgere, plerisque feminis, uel pupillis, uel aliis debilibus, uel his qui suum metis non sunt, si quis eis petat, uel si nemo sit qui petat, uelro eis dare debet. Si quis per potentiam aduersarii non inuenire se ad locatum d'cat, neque oportebit ei aduocatum dare. Vlpianus libro 20. Ad legem Iuliam, & Papiam. Proconsules non amplius, quam sex falcibus utantur. Idem libro 12. ad ed. Proconsul portam Romae ingressus deponit imperium. Marcus libro primo de officio praesidis. Nomen praesidis generale est, eo quod, & consules, & legati Caesaris, & omnes prouincias regentes, licet senatores, praesides appellatur. Paulus libro 13. ad Sab. In mandatis principum est, ut curetis qui prouinciae praesent malis hominibus prouinciam purgare, nec distinguunt uide sint. Vlpianus libro 1. opinio. Illicitas exactiones, & uolentias factas, & exortas metu uenditionis, uel sine pretii numeratione prohibeat praesides prouinciae, & ne quis iniquum lucrum aut damnum sentiat, ne potiores uiri humiliores iniuriis afficiant, neque de seniores eorum, calumniosis criminibus in seclentur innocentes. Illicitas exactiones sub specie tributorum fieri prohibeat. Neque licita negotiatione aliquos prohiberi, neque prohibita exerceri, neque innocetibus poenam irrogari sinat. Idem libro 3. opinio. Praesides prouinciae inspectis aduocatis, dominorum, causa cognita, reficere ea compellat, & aduersus detrahentes competenti remedio defensorum auxilium ferat. Paulus libro 4. epistolarium. Non tam spectandum est, quid Romae factum est, quam quid fieri debeat. Modestinus libro 5. Regum Plebiscito cooptatus, ne quis praesidem munus, donumque caperet, nisi esculentum, poculentum uel, quod intra dies proximos prodigatur.

De iudicibus ordinariis. Cap. LXIII.

Ex summa iuris. Praedicti autem omnes ordinarii sunt iudices. Et dico ordinarius esse illum, qui eo ipso quod eligitur, & confirmatur a superiore, uel eo ipso quod princeps sibi dat: in aliquo territorio, uel prouincia dignitatem, uel super collegio primatum iuris dicit, habet, super quibus est constitutus. In qualitate iudicis ordinarii considerata ista quinq; secundum iura condico, sexus, aetate, discretio, fama, Condicio quidem ne seuerus sit, & uisus ne summa. Etas autem uel maior sit 20. annis, uel ad minus annorum 18. Discretio uero 5. ne sit indolens in iudicio. Fama quoque, ne sit infamis. Sed licet infamia faciat ne possit ordinarius de iure, & merito subditos suos iudicare, sententia tamen infamis, uel criminosa iudicis tonet, nec propter talem repellit potest. Illiari iudicando, quam diu sustineat in officio suo, sed delegatus repellit potest. Quoniam autem praetorum ecclesiasticum ordinatum esse puto. Archiepiscopus quidem est ordinarius: suffraganeorum suorum, sed non subditorum illorum. Officium praetari, uel iudicis est curam habere subditorum. Eiusque potestas circa tria uersatur. Circa correctionem, & iudicium, & animaduersionem. Igitur in correctione debet esse benignus, in iudicio iustus, in animaduersione misericors. Isidor. libro 9. Iudices dicti sunt, quasi ius dicentes populo, siue quod huc disceptant id est iudicant, non est. iudex, nisi sit in eo iustitia. Gratianus causa 3. q. 7. Quod autem iudex esse non possit, quem cum reo par, aut maior macula inficit, multis auctoritatibus probatur, sicut enim sancta Romana Synodus dixit. Infamis persona, nec procurator esse potest, nec cogitor. Item Ambrosius super Beati imma. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet quod in seipso condemnent, ne cum de alio iudicet, in se ferat sententiam. Gratianus ubi supra. Sed obicitur. Sa uel enim cum a domino esse reprobatus; populum Dei iudicabat. Multi etiam alii tam in ueteri testamento, quam in nouo: inueniuntur, quorum uita cum esset blaspheuiabilis, tamen eorum sententia, quia ex officio suo seruata iudicium ordinis integritate, processit, tunc nitor seruata. Unde in euangelio dominus ait. Super cathedra Moysi sedebunt scribae & Pharisaei. Hinc liquido constat, quod mali pastores, dum sententia iusti examina aliorum criminum ferunt, sibi ipsi nocent, dum sine exemplo suae emendationis aliorum uita corrigere curant. Subditis uero profunde sicorum interpretatione correcti, uel sententia coacti, uita suam





nicam vitam professi, regulariter se victuros proposuerunt: ge- nerrari nanque ecclesie consuetudine receptum est, & moribus approbatum, vt clerici more aduocatorum patrocinia impend- ant, & pro impendendis munera exigant, & pro impensis suscipiant.

Qui pro quibus aduocare possunt. Cap. LXXI.

EX summa iuris. Postulare potest qui non prohibetur, hoc enim edictum prohibitorium est, sicut illud de procurato- ribus, & testibus. Item postulare prohibentur qui veribus his notantur. Non cuique datur, vt postulet, immo vetatur. Addi- ctus pgnas, seruus, puer, actor arena. Luminibus cassus, mulier, multebria passus. Addictus pgnas dicitur condemnatus de pu- blico crimine. Actor arena, qui locauit operas suas, vt cum be- stis depugnet in arena, talis enim infamis est. Sed & lumi- bus cassus, id est cecus, aduocare prohibitus est, propter quen- dam Publium cecum, qui volens aduocare, cum esset post ter- gum praeoris, credens se esse ante illum, aduocare cepit aue- sa sella. Monachi quoque, vel canonici regulares, postulare no- possunt. Clerici siue in maioribus, siue in minoribus ordini- bus constituti, si habent ecclesiastica beneficia sufficientia, non possunt apud secularem iudicem aduocare, nisi suam prosequa- tur causam, vel ecclesie suae, vel miserabilium velitarum, vel nisi alicui ecclesie, pro alicuius munificentie debito, ad impen- dendam patrocinium fuerint obligati. Si vero non habent be- neficia, vel non sufficientia, in minoribus existentes ordinibus aduocare poterit, & habere salaria: quoniam & iusta negocia- tio, non est clericis pauperibus interdicta. Sed si habent sufficien- tem titulum, non debent agere pro salatio, possunt tamen sus- cipere gratis oblatum. In criminali causa nullo modo pos- sunt. In maioribus autem aduocare non poterunt, quia si non habent beneficium, possunt agere contra Episcopum. Porro in foro ecclesiastico possunt aduocare, etiam si habeant beneficiu nisi sint prelati. Cum enim prelati imponatur necessitas ha- bendi aduocatum in causa ecclesie suae, multo fortius in aliena causa arcentur ab aduocatione. Ex Decretis, causa 3. q. 7. In ff. titulo de postulando, legitur: Infames esse non possunt pro- curatores, vel patroni causarum. Sunt autem tres ordines eorum, qui postulare prohibentur. Est autem postulare desiderium suu, vel amici sui in iure, apud eum qui iurisdictioni praest, expo- nere, vel alterius desiderio contradicere. Nam, vt praemisimus, quidam prohibentur omnino postulare, vel propter iracundiam, vt maiores 17. annis, vel propter calumnia, vt infidus, qui prorsus non audit. Alii prohibentur ne pro aliis postulent: vel propter sexum, vt feminae: vel propter causam, vt utroque lumine orbati: vel propter notam infamiae turpitudinis, vt hi qui corpore suo multebria passi sunt: nisi forte vi predonum, vel hostium stuprati probentur. Similiter qui capitali crimine, vel calumnia publici iudicii sunt damnati, vel qui operas suas locauerunt, vt cum bestis depugnent in arena, pro aliis postulare prohiben- tur. His personis pro se allegare permittitur, pro aliis postulare prohibentur: nisi forte tutelam impuberum, vel curam adole- scentium non effectatam, sed necessariam administrant: pro his enim quorum curam gerunt, eis postulare conceditur: alii enim omnes, qui vt infames notantur, nisi pro se, & certis per- sonis postulare non possunt, nisi in integrum restitutionem ac- ceperint. Permittitur autem eis postulare pro parente, pro pa- trono, pro patrona, liberis, & parentibus patroni, vel patronae, pro liberis etiam suis, fratre, sorore, socero, genero, uirum, uicini- co, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa fatuo, fatua, furdo, & prodigo adolescente. Item pro his quibus propter infirmitatem curatores dari solent, & qui negociis suis aliquo perpetuo morbo, superesse non possunt. Omnes autem qui non sponte, sed necessario funguntur officio, sine offensa postulare possunt, etiam si hi sint quibus non nisi pro se postu- lare permittitur. Extra 1. de postulando. Greg. 9. Cum sacer- dotes sit nulli nocere, omnibus autem velle prodesse, non nisi pro seipso, vel ecclesia sua, vel si necessitas imminet, pro perso- nis coniunctis sibi, aut miserabilibus est licitum postulare: & infra: Clericus autem, qui contra ecclesiam, a qua beneficium obtinet, pro extraneis aduocatus, vel procurator esse praesumit tanquam ingratus potest maxime si clericus sit, eiusdem eccle- sie beneficio huiusmodi spoliari.

De Procuratoribus. Cap. LXXII.

EX summa iuris. Dico de aduocatis qui patrocinium li- tigantibus praebent, dicendum est de procuratoribus, qui vicem litigantium supplent. Est enim procurator, qui negociu

alienum mandato generali, vel speciali suscipit ministrandum. Mandatum enim exigitur. Sunt tamen quaedam personae, quae sine mandato admittuntur, sicut in Digestis legitur. Differunt autem ab aduocato, quoniam aduocatus in omni causa tam criminali, quam civilis admittitur, procurator autem in causis cri- minalibus non recipitur. Item procurator post litem contestatam dominus litis, aduocatus autem nunquam. Item si aduocatus dolose egit in causa alicuius, statim eius dolo probato, re- stituitur dominus ad totam causam si voluerit. Procurator au- tem, si praebitatus fuerit, in causa nunquam restituitur. Procu- ratorem dare potest, quicumque lege non prohibetur: procura- tor etiam post litem contestatam dare procuratorem. Potest au- tem dari procurator, qui personam habet standi in iudicio, non enim dari potest excommunicatus. Ex his autem qui stare pos- sunt in iudicio, miles, & mulier excipiuntur. Item non potest dari monachus, vel clericus a priuato, quia non debent secu- laribus negociis immisceri. Et sciendum quod si de mandato con- fiteri non est ab eo exigenda cautio. Si vero dubitetur de ma- dato exigitur a procuratore quidem actio, cautio de rato. Vt caueat dominum, item ratam habiturum a procuratore. Nec rei exigitur cautio de iudicato. Porro si dubitetur procuratorem auctoris habere mandatum, in potestate eius est vt iuramentum mandatum probet, vel de rato caueat: quia cum quis tenetur ad duo subalternationem, eius est electio, quod illorum velit facere. Si vero conserit eum non habere mandatum, ad agendum repellitur nisi talis persona sit, quae sine mandato possit admitti, vt sunt coniuncta personae, consanguinei, vel affines: cauere tamen de- bent etiam tales de rato. Contradictio vero me, nec etiam co- iunctae personae possunt agere, nisi in causa liberali, & iudicia si moueatur mihi quaestio super statu meo, & non defendam me poterit persona mihi coniuncta, me et contradicente, se interpo- nere. Item si eadem quis in quodam criminali, potest aliquis et ip- so contradicente pro eo appellare. In criminalibus causis (vt di- ctu est) procurator non datur, & hoc nisi in crimine iniuriarum, qui agit illustris persona. Item nisi in crimine ingratitudinis, pro quo patronus potest agere per procuratorem, ad reuocan- dum libertu in seruitutem, & ille se defendere potest per pro- curatorem. Item nisi in causa criminali, in qua civiliter agit. Item nisi contra tutorem agatur de suspecto, tunc enim procura- tor constitui potest. Item in popularibus actionibus non da- tus procurator. Et idem videtur in causa denunciationis, cum illa sit popularis. Secus est in inquisitione. Nam ibi per procura- torem agitur. Procuratoris officium est vique in fine, ex- ceptum mandatum, nisi tempore renunciationis. Mandatum na- ab initio potest rescipi, sed ceptum debet consumari: vnde ver- sus. Spernere mandatum licet, ac finire necesse est. Et hoc nisi his qui mandauerat reuocet, re integra existente. Potest quilibet enim ante lit. contestatam mandatum procuratorem reuo- care, post litem contestatam causa cognita non aliter: puta si religiosus officiar, vel inimicus, vel suspectus, vel affinis ad- uerfari. Eff. deus vero procuratoris est, vt ratum sit quod cura, procuratoris est gestum est, ac si cum domino gestum esset.

Iterum de eodem. Cap. LXXIII.

Iustinianus vbi supra 4. lib. Omnis homo agere potest, aut suo nomine, aut alieno, veluti tutorio, procuratorio, cura- torio: nam & morbus, & etas, & necessaria peregrinatio, itemque alia multa causa sepe hominibus impediunt sunt, quo minus rem suam ipsi exequi possint. Procurator neque praesente auctario, immo plenius quo ignorante, constitui- tur. Cuiusque enim permiserit rem tuam agere, aut defende- re, is tuus procurator intri legitur. Nemoque defensor in alie- na re, sine satisfatione idoneus esse creditur. Ex Digest. lib. 3. Praetor ait, procuratorem ad litem suscipiendam datum, pro quo consentiente domino iudicium solui exposuit, iudicium accipere cogam: verum ex causa non debet compelli, vt pote si inimicitiae capitales interuenierint inter ipsum procuratorem, & dominum Scribit Iulianus debere in procuratorem denega- ri actionem. Item si dignitas accesserit procuratori, vel reip- sica causa absurtus sit, Iulianus ait, eum qui dedit diuersis temporibus procuratores duos, posteriorem dando, priorem prohibuisse videri. Ait praetor. Cuius nomine quis actionem si- bi dari postulat, is eum viri boni arbitratu defendat, & eum quo nomine agit, id ratum habere, ad quem res pertinet boni viri arbitratu satisficere. Equum praetor visum est, eum qui alicuius nomine procurator experitur, eundem etiam defen- sionem suscipere. Regula. Cum iudicatur rem meam esse indi- catur aduersarii non esse. Regula. Nemo aliena ius idoneus defensor, sine satisfatione intelligitur. Regula. Ignorantis da- mni

domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet: vt ait Paulus. l. 34. ad ed. Ex ff. li. 3. de nego. gest. Caius li. 3. ad ed. proinde. Si qui absentis negotia gesserit, licet ignorantis, tamen quaequid vult in rem eius impenderit, vel etiam ip- se si in rem absentis alicui obligauerit, habet eo nomine actio- nem. Extra 1. De procuratoribus. Alex. 3. c. quarelam. Infirmi- tate detentus non potest quis cogi, nisi velit, in grauibus cau- sis procuratorem conuocare. Inno. 3. c. in nostra Falli procura- toris exceptio, non solum ante litem, verum etiam post potest obici, vt pote qua probata iudicium nullum, & nullius momenti controuersia reputetur. Idem. c. tu frater. Si vir accu- set uxorem de crimine adulterii coram iudice seculari, ad pec- nam legitimam instigendum, quia tunc inscriptionis vinculu- debet accipere, sed per poenam talionis astringere, non per procuratorem, sed per seipsum praesentem oportet praesentia- ter accusare. Si vero coram ecclesiastico iudice vt ab eius coha- bitatione discedat: quia tunc, & si forsitan oporteat eum inferi- bere, vt designet in scriptis nomen, locum, & tempus, & omnia quae comprehenduntur in lege civilia, ad talionem tamen non debet se obligare, ne forte eum in probatione defecerit, inten- tionis suae consequatur effectum. Suffineri vero potest (si ne- cessitas ex postulat) vt per procuratorem accuset, quoniam huiusmodi accusatio, & si de crimine fiat, non est tamen crimi- nalis, sed quasi mixta inter civilem, & criminalem, quamquam in praesentia principalium personarum securus procedatur.

De Arbitris. Cap. LXXIII.

EX summa iuris. Quoniam praedictarum personarum li- tigia per sententiam arbitri terminantur. Hic quoque de arbitris inferendum videtur. Arbitri enim dicuntur, in quem ab utraque parte litigantium super pecuniaria quaestio- ne copromittitur, vt inquisita veritate, sententia stabilis ac fir- ma proficiat. Item arbitri est iudex per electionem litigantium, a principe, vel ab alio delegatus. Item arbitri est iudex, qui ne- cessitate a litigantibus electus est loco iudicis declinati, propter causam suspicionis: ab istis licet appellare. Est iterum arbitri. i. ar- bitrator in quem sine pena copromittitur, & ab isto non appel- latur, quia nulla est eius sententia, nec vlla ex ea actio datur. Est et arbitri compromissarius, in quem sub pena copromittitur, ab isto quoque non appellatur, quia citra 10. dies licet a senten- tia lata recedere, citra omnem appellationem, ita qd pena com- mittatur, nisi sententia fuerit corroborata per subscriptionem li- tigantium, siue per aliu iudicem eum, qui nullam habet iuris- dictionem. Arbitri esse potest, qui non prohibetur: puta liber h. b. paterfamilias, filius familias. Prohibetur autem mulier, & quilibet minor 20. annis, prohibetur etiam iudex ordinarius, seruus, fu- riosus, furus, & mutus, non tamen liberus, vel infamis. No- tandum vero, qd ex quo aliquis arbitrium in se susceperit, cop- pellitur ab ordinario loci pronuntiare secundum formam copromissi, nisi interuenierit inimicitiae inter litigatores, & arbi- trum, vel occupatio rerum, vel necessaria profectio, vt munus aliquod exigat arbitrum. Quod si arbitri inimicus fiat, & licet prohibetur arbitrum, obstat exceptio doli si pena patitur ab illo qui non paruit arbitrio, A pud arbitrum quoque non habet locum reuocatio. Item nota, quod si pares sunt arbitri, diuer- saq; ferant sententias, neutra sententia valet. Ideoq; statutum est, vt arbitri impari numero eligantur. Si vero iudices dele- gati sunt, & pares, ac discordant in sententiis, tunc confirma- bit superior quam valuerit. Si autem ordinarii sint, & pares, valet sententia lata pro reo, & hoc nisi in casibus. Sin libera- te, in matrimonio, & dote, in ambiguis, in testamento. Si vero sint impares, valet sententia lata a pleribus.

Iterum de eodem. Cap. LXXV.

Extra 1. de arbitris. c. sane Si ex communi placito episco- porum, inter quos causa versatur, arbitros elegerint, aut vnus eligatur, aut tres. Et si tres elegerint, aut omnium sequitur sententiam, aut duorum. Inno. 3. Dilecti filii abbas & conuentus de Straden. Cister. or. sua nobis, quaerela monstra- runt, qd cum inter eos ex vna parte, & hospitalarios ex altera, super viuario cuiusdam nemoris quaestio verteretur, in Regina Francorum fuit copromissum: vtrinque, quae causa mentis intel- lectis, arbitriu duxit per diffinitiuam sententiam promulgandam: &

infra. Quamuis autem secundum regulam iuris civilis feminae a pu- blicis officiis sint remotae, & a libi dicatur, qd licet summe opi- nionis existant, si arbitrium susceperint, vel si patronae inter li- bertos suos interposuerint audientiam, & omni sint iudiciali examine, vel ordine separandae, vt ex earum prolatione, nulla pena aduersus earu contempores, nullaq; pacti exceptio ha- beat, quia tamen iuxta consuetudinem approbatam (quae pro lege seruatur in partibus Gallicanis, feminae praecellentes, in su- bictos suos ordinaria iurisdictionem habere noscuntur Man- damus quatenus hospitalarios, vt arbitriu ipsum, praesertim cu- eporum praesentia, & consilio fuerit reborati, sicut proinde la- tum est, & ab utraq; parte sponte receptu, oblerent, per pena in compromisso statutam ap. post. compellatis. Ex decretis. Causa 3. q. 7. c. infamis. S. cognitores. Nihil refert et qui arbitriu susci- pit, an sit integre famae, an ignominiosus. Filius et in re patris arbiter esse potest, nam, & iudicem eum esse posse pleriq; placet: Si quis vero iudex sit, arbitrium accipere eiusdem rei de qua iudex est, & in se compromitti iubere, prohibetur, & si senten- tia dixerit non est danda pena persequitur. Seruus arbiter esse non valet, Libertinus potest.

De Delegato, & eius officio. Cap. LXXVI.

EX summa iuris. Officiu legati simile est officio delegati, quamuis latius sit. Legatus n. dicitur, cui aliqua patria, vel provincia regenda committitur, vt eius vice fungatur a quo destinatur: vnde officiu eius est ea explicare, vel expedi- dere, quae faceret ille qui eum i. gavit, exceptis his quae specia- li privilegio Ro. ec. referuntur: vt est episcopo de depositio, vel eoru translatio, & similia. Haec n. legatis non competunt, nisi specialiter eis committantur, praeter absolutionem excoicatio- rum, pro violenta iniectione manuum in clericu. Hoc n. com- petit eis, licet Papae specialiter referatur. Item potest de cau- sis illorum, qui pertinere ad eius iurisdictionem cognoscere, & des- finire, siue deuoluantur ad eum per appellationem, siue per qua- relam: nisi appelletur ad Papam, & tunc et appellationis causam audire potest, vt causam instructam ad Papam remitteret, non qd appellationi factae ad Papam derogaret. Potest et ecclesias va- cantes conferre, procuraciones vbicunq; venerit exigere. Et si committantur ei duae provinciae, potest in vna existens in alia iuris- dictione exercere. Neq; vero potest episcopu deponere, nec epi- scopatu dare, vel diuidere, nec de causa delegato commissa cog- noscere. Iurisdicchio legati durat quoadiu placet mittenti, fini- tur autem elapso termino, si ad terminu est data legatio, vel se- cura reuocatione, vel morte alterius interueniente, siue capta sit legatio, siue non capta, si sui personae. Itē extra 1. de of- legati. c. iudicium. Cum mandatum speciale deroget generali, le- gatus commissionem factam, alii specialiter impedire non potest, & si secundum formam mandati nostri, sententia fuerit promulgata, non poterit ipse delegatus, nisi super hoc mandatum speciale acceperit, ea quolibet irritare, ipsam tamen rationabili- ter lata fuerit, confirmata, valet, & executioni mandare. Greg. 9. Excoicatis pro iniectione manuum violenta, ecclesiae Ro. le- gati, qui de ipsius latere non mittuntur, extra provinciam sibi commissam, vel ibidem, si huiusmodi manu iniectiones illuc contingat aliunde accedere, & qui ecclesiarum suarum praeter- tu legationis sibi vendicant dignitatem, & subditis (quamuis in provincia sua existentes) beneficiu absolutionis impartiri non possunt, nisi de speciali mandato, illis & istis amplius a se. ap. concedatur. Idem. Neminus dubiu esse volumus, quin legato- ru ap. se. statuta edita in provincia sibi commissam, durent tan- quam perpetua, licet eadem sint postea egressi. Secus autem si causas duxerint aliquibus delegatas: cum iurisdicchio istorum expiret, si ante illorum discessum horum citatio non praecessit.

De personis priuatis. Cap. LXXVII.

EX summa iuris. Personae priuatae sunt (vt largè dicā) quae non sunt in dignitate aliqua constitutae. Ad has autem iura pertinent respectu sui, Et harum multiplex est diuisio, quia qui- dam sunt liberi, quidam serui, item quidam ingenui, quidam libertini, item quidam sui iuris, quidam alieni iuris sunt. Qui- dam sunt in potestate dominorum, vt serui, qui quicquid ac- quirunt dominis acquirunt. Quidam vero in potestate patris, vt filii ex iustis nuptiis procreati. Itē nepotes vel filii filioru, & ceteri descendendo filii, & non filii, si in potestate patris exi- stant. Et nota quod matrimonio est viri ac mulieris copunctio, indiuiduum vitz consuetudinem retinens. subaudi, proposito, & si non facto. Item in potestate nostra sunt illi, quos in filios adoptamus, vt dumtaxat si reposita adoptionis sui iuris sunt. Qui



Qui sui iuris sunt, alii sunt in tutela, alii in cura, alii neutro iure tenentur. Et est tutela, ius ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter aetatem se defendere nequit, iure civili data ac permessa. Ido. c. 1. lib. 9. Priuati dicuntur, qui sunt ab officiis curiae siue ab officiis publicis extranei & ideo sic appellati, est n. nomen magistratuum habentium contrarium. Et regula iuris. Fœminæ ab oibus officiis ciuilibus, vel publicis remotæ sunt, & ideo nec iudices esse possunt, nec magistratuum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec procuratores existere. Item impubes omnibus officiis ciuilibus debeat abstinere. Furtiosus nullum negotium contrahere potest. Pupillus omnia tutore auctore agere potest.

De Seruis, & Ancillis. Cap. LXXVIII.

Sidorus vbi supra. Serui dicti sunt a seruando &c. Requiritur supra e. de mercenariis &c. Iustinianus vbi supra li. 1. Oes hoies aut liberi sunt, aut serui. Libertas est naturalis facultas, eius quod cui facere libet, nisi qd aut vi, aut iure prohibentur. Seruitus est cõstitutio iuris gentium, qua quis domino alie no contra naturã subijcitur. Serui autem ex eo appellati sunt, qd Imperatores captiuos redere iubent, ac per hoc sedere, nec occidere solent, qui etiam mancipia dicti sunt, qd ab hostibus, manu capiuntur. Serui autem nascuntur, aut fiunt, nascuntur ex Ancillis nostris, fiunt aut iure gentium, i. ex captiuitate, aut iure ciuili, cum homo liber maior 20. annis, ad precium patrici pandum sese venundari passus est. In seruis cõditio nullo modo differetia est. Domini in seruis vitæ, nec qd potestatem habent, & quequid per seruum acquiritur, domino acquiritur. Nullis inde hoibus, qd sub imperio nostro sunt licet sine causa legibus cognita, supra modum in seruis suos sequi. Ex cõstitutione Antonii Pii. Qui sine causa seruum occiderit, nõ minus punitur iubeatur, qd si alienum seruum occiderit. Itẽ præcepit, vt si intolerabilis videatur seruitutis diorum, cogantur seruos suos bonis conditionibus vendere, vt pretium dño daretur, etenim expedit reipub. ne quis re sua male utatur. Ex ff. li. 1. de his qui sui vel alii iur. sunt. l. si dominus. Vbi ad Sab. Adrianus Vmbriam quandam matronam in quinquennium relegauit, qd ex leuissimis causis ancillam suam atrocissime tractasset. Regula iuris. In personam seruilem nulla cadit obligatio. Quod attinet ad ius ciuile serui pro nullis habentur, non tñ ex iure naturali, quia quod ad ius naturale attinet, oes hoies equales sunt. Cum seruis nulla est actio. Item qui in seruitute est, vti capere non potest, cum enim possidet, non videtur. Item melior cõditio nostra per seruos fieri potest, deterior fieri non potest. Item seruitutem fere mortalitatis comparamus, itaq; libertas omnibus rebus fauorabilior est, & estimari non potest.

De Ingeniis. Cap. LXXIX.

Sidorus vbi supra. Ingeniis dicti sunt, qui in genere habent libertatem, non in facto, sicut liberti, vnde & eos Græci Euges vocant, quod sunt boni generis. Iusti. vbi supra li. 1. In liberis aut multæ differentie sunt, aut n. Ingeniis sunt, aut Libertini. Ingeniis est his, qui statim in natus est, liber est, siue ex duobus Ingeniis cõstitant, si in natus est, siue ex duobus Libertinis, siue ex altero Libertino, & altero Ingenio. Si qd ex matre libera nascatur, patre vero seruo Ingeniis nihilominus nascitur, quemadmodum qui ex matre libera, & patre seruo natus est, quoniam in vulgo dicitur est: si filius aut liberam suam de matre eo tempore quo nascitur, licet ancilla conceperit. Et cõtrario si libera conceperit, & post ancilla facta patiat, placuit eum qui nascitur liberum nasci, quia non debet calamitas matris, ei nocere, qui in utero est. Sed si ancilla præ natus manumissa sit, & iterum ancilla facta peperit, probat Marcellus, eum qui nascitur liberum nasci. Sufficit enim ei, qui in utero est liberam matrem, vel medio tempore habuisse.

De Libertis, vel Libertinis. Cap. LXXX.

Libertini sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt. Manumissio autem est datio libertatis, nam quamdiu quis in seruitute est, & potestati suppositus est. Et manumissus liberatur a domini potestate. Libertas dari nõ potest minori 17. annis, nec liberum potest facere seruum, nisi qui 17. annum impleuerit, & 18. tetigerit. Idem in lib. de singulis rebus perficicõm. relic. Directa libertas tunc dari videtur, cum non ab alio seruum manumitti rogat, sed velut ex suo testamento ei competere vult. Verba autem fideicommissorum hæc maxime in vñ habentur, peto, Rogo, volo, mando, fidei tuæ commit-

to: que perinde singula firma sunt, ac si omnia in vnum congeffa essent. Ex codice Theodosiano lib. 7. Sunt quædam species relictorum, quæ priuilegijs gaudent, vt libertas. Libertas enim omnibus rebus fauorabilior est. Libertati fauere omnibus permillum est. Si duo sunt iudices, & diuersas sententias dederint, pro libertate conuictum obtinet. Si duo petant hominẽ aduersus dueros iudices, & vnus pro libertate sententiam dederit, alter contra libertatem, cogentur consentire, cum tamen si dissenserint libertas conferatur, patre pretij præfita victori. Præscriptio 20. annorum pro libertate eatenus facta, vt & ciuem Romanum faciat, contra libertatem autem nulla temporis præscriptio opponitur. Iidorus vbi supra. Libertus autem vocatus est, quasi liberatus: erat enim prius iugo seruitutis additus. Libertorum autem filii apud antiquos libertini appellabantur, quasi de libertis nati. Nunc vero libertinus, aut a liberto factus aut possessus. Manumissus dicitur quasi manu emissus, apud veteres enim quotiens manumittebant, alapa percussos circumagebant, & liberos confirmabant. Dediti primum a deditioe sunt nuncupati. Deditio enim dicitur quando se vidit, aut vincendi hostes victoribus tradunt. Quibus hæc origo nominis fuit, dum quondam aduersus populum Ro. serui armis sumptis dimicassent, victi se dederunt, comprehensaque varia turpitudine afflicti sunt. Ex his quidã postea a dominis manumissi, propter supplemento notas, quas manifeste perpessi sunt, ad dignitatem ciuium Romanorum peruenerunt. Liberti ante Romam conditam, apud Latinos fiebant, nunquam per testamentum, sed per epistolam libertate sumentes. Inde quia nec testamentum aliquid capere, nec suos hæredes facere poterant, eius Romani postea sub consulibus per testamenta in Vrbe Romana esse cõstituerunt. His primum aditus erat in vrbe Roma commorari, cæteris autem libertis prohibebatur ne, vel in vrbe Roma, vel infra scriptam ab vrbe milliariam commorarentur. Ex sum. iu. In summa vero nota, quod Manumissio fit multipliciter, sed etiam quidem in secreto, cum dicit dominus seruo: Liber esto: aliquando vero corã iudice. Et si fiat ad hoc vt manumissus ordinetur potius debet fieri corã ecclesiastico iudice, quam coram seculari. Fit etiam in vltima voluntate, & hoc vel directis, puta cum in testamento dicitur a testatore: Titius seruus meus liber esto. Vel per fideicommissum, vt cum rogat hæredẽ suum, vel alium vt manumittat aliquem seruum. Manumittere potest, qui retũ suarum administrationem habet. Minor etiam (qui iam 20. annum compleuerit) inter viuos libertatem dare potest. In vltima quoque voluntate ex quo testari potest, manumittere potest. Regula iuris. In obscura voluntate manumittentis, fauendum est libertati, quæ rebus omnibus fauorabilior est, & estimari non potest.

De Filijs Legitimis, & Illegitimis. Cap. LXXXI.

Sidorus, vbi supra. Quadripartitus est autem ordo filiorum: Ita: Primogenitus, Vnigenitus, Medius, Nouissimus. Quatuor autem modis filij appellantur, natura, imitatione, adoptione, doctrina. Filij autem ideo in legibus liberi appellantur, vt hoc vocabulo ceetantur a seruis, quia sicut seruis in potestate est domini, sic filius in potestate patris, ideo etiam filio fit emancipatio, vt fit liber a patre, sicut seruo fit manumissio, vt fit liberatus a domino. Item liberi dicti, quia ex libero sunt matrimonio ori, nam filij ex libero & ancilla seruilis conditionis sunt. Naturales autem dicuntur, ingeniarum concubinarum filij, quos sola natura genuit non honestas coniugij. Item putri a pube. Gemini sunt non duo tantum simul nati, sed etiam plures: de geminis enim vno abortio; alter qui legitime natus fuerit Volpicus nominatur. Posthumus vero vocatur, quod post humationem patris nascitur, idest post obitum. Itẽ, & defuncti nomẽ accepit, sic etenim lex voluit, vt qui post defunctum nascitur, defuncti nomine appelletur. Nothus dicitur, qui de patre nobili, & matre ignobili gignitur, sicut ex concubina. Est autem hoc nomen Græcum, & in Latinitate deficit. Huic contrarius est spurus, qui de patre ignobili, & matre nobili nascitur. Item dicitur spurus, patre incerto matre vtriusque genitus. Iusti. vbi supra lib. 1. In potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex nuptijs iustus procreauimus. Nuptiæ autem siue matrimonium, est viri mulierique coniunctio, in diuiduam consuetudinem vitæ retinens. Ex ff. lib. 1. de statu hominum. Celsus, li. 29. ff. Cum legitime nuptiæ factæ sunt patrem liberi sequuntur: Vulgo quæritur matrem sequitur. Modestinus, li. 1. Pandectarum ti. co. Vulgo concepti dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed cum hñt quem habere non licet, qui & spurij appellantur. Ex lib.

De Cognatis, & Affinibus. Cap. LXXXIII.

Vltinia. vbi supra. Agnati sunt, qui per masculini sexus personas cognatione iunguntur, cognati qui per feminini. Idem in libro 3. Vulgo quæritur agnatus non habetur, quia agnatio est a patre, cognatos tamen habent, quia cognatio a matre est. Hi autem nullum habere patrem intelliguntur. Ido. vbi supra. Agnati dicti sunt eo quod accedunt pro natis, dum defunt filij, qui ideo prius in agente agnoscentur, quia veniunt per vitilis sexus personas, vt frater eodem patre natus, vel fratris filius, vel nepos ex eodem, item patruus. Quatuor autem modis in scripturis diuini fratres dici solent, natura, gente, cognatione, affectu. Germana ita intelligitur, vt germanus eadem, ex genitrice manans. Soror autem vt frater, nam sororem ex eodem semine, dicta quod sola cum fratribus in sorte agnationis habeatur. Fratres paruos dicuntur, quia patres eorum germani fratres inter se fuerunt. Consobrini vocantur, quia aut ex sorore, & fratre, aut ex duabus sororibus sunt nati, quasi consorini. Fratruales autem materteræ filij sunt. Sobrini consobrinorum filij. Patruus frater patris est, auunculus est matris frater, eius nomen formam diminutiui habere videtur, quia ab auro venire monstratur: Amira est soror patris, quasi alia mater. Matertera est soror matris, quasi mater altera. Socer est qui filiam dedit. Gener est qui filiam duxit. Vitricus est qui vxorem ex alio viro filium, vel filiam habentem duxit, & dicitur vitricus quasi nouitricus, eo quod a matre superducatur nouus, priuignus qui ex alio patre natus est, & priuignus dici putatur, quasi primigenius, quasi prius genitus.

De Hæredibus. Cap. LXXXV.

Sidorus, vbi supra. Hæredis nomen imposuit, census æris, soluit enim tributum a choris. Idem libro 7. Cretio est certus dierum numerus, in quo constitutus hæres, aut accipit hæreditatem, aut finito tempore cretionis excluditur, nec liberum illi est ultra capiendæ hæreditatis, cretio autem appellata quasi decretio. Iustin. vbi supra lib. 2. Hæredes aut necessarii dicuntur, aut quasi sui, & necessarii, aut extranei. Necessarius hæres est seruus hæres institutus. Ideo sic appellatus, quia vel non licet omnino post mortem testatoris procius liber necessarius hæres sit. Sui & necessarii hæredes sunt filius, & filia, nepos & neptis ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui modo in potestate morientis fuerint, sui quia domestici. Necessarij vero qui omni modo velint non sint, tam abintestato, quam ex testamento hæredes sunt, ex lege 12. tabularum tantum. Cæteri qui testatoris iuri subiecti non sunt, extranei dicuntur, etiam liberi qui in potestate eius non sunt. Nota emancipatos liberos, iure ciuili ad bona parentis non admitti, si militet adoptiuos emancipatos ad bona patris, adoptiuo iure ciuili non admitti. Bonorum autem possessio est ius, quod me facit defuncti rem aut possidere, aut expetere. Idem in lib. 3. Tertulianum senatusconsultum Adriani tempore fuit, quo cognoscimus, quod matri competat de filij successione intestati mortui inquit enim: Licet vulgo autem quæritur sit filius filiaue, potest ad bona eius mater ex Tertuliano senatusconsulto admitti. Orfici autem senatusconsultum diui Marci temporibus factum est. Orphicio & Rufo consulibus, quo cognoscimus quædam dum matribus a filijs succedatur, & dicitur ibi matri succedere vulgo quæritur, si tamen illustris non sit, nam si illustris fuerit, & legitimos filios habuerit, illi excluduntur. Regula iu. Qui in ius dominium ve alterius succedit, eius iure vti debet. Hæredem eiusdem potestatis iurisque esse, cuius fuit defunctus constat. Ea quæ in partes diuidi non possunt, solida a singulis hæredibus debentur. Priuilegia quædam causæ sunt, quædam personæ, & ideo quædam ad hæredem transmittuntur, quæ causæ sunt, qd vero personæ sunt, ad hæredẽ nõ transeunt. Nemo plus commodi hæredi suo reliquit, quam ipse habuit. In contractibus, quibus doli mali præstatio, vel bona fides inest, hæres in solidum tenetur.

De Personis legitimis ad hæreditatem admittendis. Cap. LXXXVI.

Vltinianus, vbi supra. Legitimi personis hæreditates vltimæ ad decimum gradum competunt. Patruus est frater patris, qui Græce patrũs vocatur: Auunculus frater matris, Amita soror patris, Matertera soror matris. Patruus magnus aut frater. Amita magna aut soror: Auunculus magnus aut frater: Matertera magna aut soror. Consobrinus, & consobrina, qd vte ex fratribus, aut sororibus generant, qd tñ consobrinus, eos Tomus Secundus. P proprie

lib. 1. Pandectarum ti. co. Vlpianus lib. 27. ad Sabin. Lex naturæ hæc est, vt qui nascitur sine legitimo matrimonio: matrem sequitur, nisi lex specialis aliud inducat.

De Filijs adoptiuis. Cap. LXXXII.

Sido. vbi supra. Adoptiuus filius est, qui aut patre iusto, aut auctore, aut proauctore, cuius per emancipationem est traditus, in alienam potestatem, qui utriusque fert nomen, vt Fabius Emilius, vel Scipio Paulinus. Ex summa de casibus. Adoptio est extraneæ personæ in filium, vel in nepotem, vel deinceps assumptio legitima. Species eius sunt duæ, vna dicitur arrogatio, alia simplex adoptio. Arrogatur ille qui sui iuris est, idest qui non habet patrem, vel si habet emancipatus est, & transit in potestatem arrogantis, & ista fieri debent, auctoritate principis. Adoptatur ille qui est in potestate sui patris, & ideo non transit in potestatem adoptantis, & hoc fit imperio magistratus. Adoptare potest paterfamilias, qui sui iuris est, & qui generare potest. Nam qui generare non potest, si hoc est propter aliquod impedimentum naturale, non poterit adoptare, vt frigidi, & a natura enouchi. Secus si esset propter impedimentum accidentale, vt ipado, siue gallinacius, vel gladio castratus. Item nec ille, qui minor est 20. annis, nisi iusta causa interueniente. Mulier vero adoptare non potest, nisi ex rescripto principis in solatium filiorum a missorum ei concedatur. Potest adoptari quilibet tam masculus, quam femina, dummodo sit minoris ætatis patre adoptiuo, ita quod filius eius naturalis esse possit. Effectus adoptiois est, vt ille qui adoptatur, per omnia quasi filius habeatur, ita vt etiam ab intestato succedat. Item arrogatus, & eius filij vel nepotes si quos in potestate habet, transeunt in potestatem arrogantis, quod non est in eo qui adoptatur. Item arrogator tenetur relinquere filio arrogato quartam partem omnium bonorum quæ hæret, siue in testamento, siue aliis eum velit emancipare, sed adoptator adoptiuo nihil tenetur relinquere, nisi velit. Spes adoptiois sunt tres, vna quasi descendendum, alia quasi ex latere venientium, tertia quæ legalis affinitas dici potest, de qua scilicet dicitur infra, tractatu de impedimentis matrimonij. Iusti. vbi supra. Minor maiorem adoptare non potest, adoptio enim naturam imitatur, & pro monstro est, vt maior sit filius, quam pater: debet itaque is qui sibi per arrogationem, vel optionem filium facit, plena pubertate, idest 18. annis præcedere. Idem in libro 3. In acquisitione, quæ fit per arrogationem, nihil aliud nisi tantummodo usufructus, tam naturalibus patribus, quam adoptiuis, per filiosfamilias acquiritur in his rebus, quæ extrinsecus obueniunt filiis, dominio eis integro seruato. Ex lib. Pandectarum. idest de eman. & adop. Vlpian. lib. 26. ad Sabin. Inqui rendum est, ne forte turpis causa arrogandi subsistat: Eorum duntaxat pupillorum arrogatio permittenda est his, quæ vel naturali cognatione, vel sanctissima affectione ducti adoptant, ceterorum prohibenda.

De Patribus, & Auis, & Nepotibus. Cap. LXXXIII.

Sido. vbi supra. Pater dicitur eo quod patratiõne perfecta filium procreet: Patratiõ enim est rei veneræ consummatio. Mater dicitur quasi materia, nam pater causa est. Paterfamilias autem dicitur, eo quod omnium in familia sua positus semis (vt pater filijs) paternam dilectionem consulat, seruumque conditionem a filiorum affectu non discernat: sed quasi vnum membrum amplectatur. Qui autem iniuque dominatur in seruis hoc nomine nequaquam reputet appellari. Auis, patris pater est, ab quo dicitur, idest ab antiquitate. Proauus, aui pater, est quasi prope auium. Abauus proauus patris, iam longe ab auid. Ata uis abauus pater. Tritauus atrauus pater, quasi tertius, idest quartus supra auium. Sed tritauus vltimum cognationis nomen est. Familia enim oritur a patre & terminatur in tritauo. Nepos est qui ex filio natus est, dicitur enim nepos quasi natus post, primum enim filius nascitur, deinde nepos. Pronepos est, qui ex nepote conceptus, & natus est. Et dicitur pronepos, quasi natus porro post. Abnepos dicitur quia sciungitur a nepote, est enim inter filium & nepotem. Pronepos abnepotis filius. Tritnepos pronepotis filius: quia post nepotem quartus in ordine est, quasi tertianepos.

proprie putant dici, qui ex duabus fororibus progenerantur, quasi conforinos: Eos vero qui ex duabus fratribus, proprie fratres patruales vocantur. Si autem ex duobus fratribus filij nascuntur, forores patruales appellantur. Qui ex fratre, & forore progenerantur. Amitinos proprie dici putant, Amicæ tunc filij, conforinum appellant, tu illos amicitios, Propatruales, & proamitatos, proavij frater & foror. Proavunculus, & proamatertera proavij frater & foror. Abpatruus, & abamita, abavij frater & foror. Abavunculus, & abmatertera, abavij frater & foror. In primo gradu supra sunt pater & mater, in secundo avus, & avia, in tertio proavus & proavia, in quarto abavus, & abavia, in quinto avus, & avia, in sexto tritavus tritavia. Infra sunt filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos.

De Tutoribus Pupillarum, & Curatoribus. Cap. LXXXVII.

Item in libro 1. Tutela est (ut Servius diffinit) ius ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit, iure civili data, ac permilla, masculi vero puberes, & feminæ viripotentes, vsque ad 25. annu completum curatores accipiunt, qui licet puberes sint, adhuc tamen huius ætatis sunt, vt negotia sua curare non possunt. In iuri adolecentes curatores non accipiunt, præterquam in litem. Idem libro primo de legitima patronorum tutela. l. unica. Regula dicit. Plerumque ubi est successio in emolumentum, ibi & tutela onus incumbit. Ex sum. iuris. Tutores ergo sunt, qui tuendi vim & potestatem habent, vnde dicuntur tutores, quasi tutores, vel defensores. Ita dicitur in pupillari ætate, & si pupillus est masculus vsque ad 14. annum completum, feminæ vsque ad 12. tunc enim dicuntur viripotentes. In cura vero sunt tempore pubertatis, quod est in masculo a 14. anno, in feminis a 12. vsque ad 25. Et nota quod tutor quandoque datur a patre, quandoque a iudice. Curator a patre non datur, sed datus confirmatur. Item curator in iure adolecenti non datur, præterquam ad litem. Ex Digesto. libro 4. de mino. 25. an. lib. primo. Prætor edicit, quod cum minore, 25. annis natu gestum erit, viqueque res erit animadvertant: Naturalem scilicet æquitatem hoc edictum proposuit, quo tutelam minorum suscipit. Nam cum inter omnes conlter fragile esse, & infirmum huius ætatis consilium, & multis captio- nibus suppositum, multorum insidijs expositum, auxilium eis prætor hoc edicto pollicetur est, & adversus captiones optu- lationem. Nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat, & ideo hodie vsque in hanc ætatem adolecentes: cu- ratorum auxilio reguntur, nec ante re ad ministrario committit eis dicitur, quamvis rem suam bene gerentibus. Vlpianus l. si pitor. §. Hodie hoc iure vitium, vt iudicio minoribus succu- ratur. Pomponius. l. si sine dolo. §. quæstionem. In rebus, quæ fortuitis casibus subiectæ sunt, non est minoribus adversus em- ptorem succurrendum, nisi aut fordes, aut evidens gratia tuto- rum siue curatorem doceatur. Susceptam tutelam non alij solent dponere, quam qui transire causa reipu. abiant, vel hi q. circa principes sunt occupati. Paulus libro 9. ad edict. Plane quamvis is qui a minore rem accepit, aut hæres eius idoneus sit, nihil inquit noui constituendum est in eum, qui rem bona fide emerit. Vlpianus, l. in causa cognitione. Si communi auxilio, & iure munitus sit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium, vt puta cum pupillo contractu est sine tutoris auctoritate, nec locupletior factus est, & gene- raliter ubi contractus non valet, pro certo prætor non debet se interponere. Paulus l. cum mandato. Si procuratoris nomi- ne minor circumscriptus sit, imputari debet hoc domino, qui rali commisit sua negotia. Triphonius. l. auxilium. Nulla est ætatis excusatio adversus præcepta legum, quæ dum leges in- vocat, contra eas committit. Regula iuris. Neque interdictio, neque in cæteris causis, pupillo nocere oportet dolum tutoris, siue soluendo est, siue non est.

De Rebus ad quas spectat ius. Cap. LXXXVIII.

Ex summa iuris. Viso de iure ad personas spectante, ven- dendum est de iure ad res pertinet, siue in rebus non- bis competente. Rerum multiplex est divisio, nam aliæ sunt sanctæ, aliæ sacræ, aliæ religiosæ. Item aliæ publicæ, aliæ communes. Item aliæ vniuersitatis, aliæ singulorum, aliæ nul- lius. Item aliæ in nostro patrimonio, aliæ extra patrimonium. Item aliæ nec in patrimonio, nec extra patrimonium. Item aliæ corporales, aliæ incorporales. Istodorus, ubi supra lib. 5. Res sunt, quæ in nostro iure consistunt, iura autem sunt quæ a nobis iuste possidentur, quod autem male possidetur alienum

est. Male autem possidet, qui vel male suis vitur, vel aliena præsumit. Possidet autem iuste, qui non irretit cupiditate, qui autem cupiditate tenetur possessus est, non possessor. Peculium a pecudibus dicitur, in quibus veterum constabat vni- uersa substantia. Regula iuris. Bona fides possidenti tantum- dem præstat, quantum veritas. Quotiens lex impedimento non est, qui actionem iudice comparavit, bonæ fidei possessor est. Paulus libro 2. instituto. Res aliæ diuini iuris, aliæ humani. Primæ in nullius bonis sunt. Quæ autem humani iuris sunt, aliæ publicæ, aliæ priuæ. Publicæ non sunt in bonis alicuius, sed vniuersitatis sunt, priuæ quæ singulorum sunt, quædam corporales sunt, id est quæ tangi possunt, quædam incorpora- les, quæ tangi non possunt, & in iure consistunt: vt hæreditas, usufructus, obligationes, & similia.

De Rebus sacris. Cap. LXXXIX.

Ex summa iuris. Sanctæ res sunt sanctorum martyrum reli- quia. Item muri, & portæ ciuitatum, & municipiorum sanctæ dicuntur. Et est sanctum, quod ab iniuria homi- num defensum & munitum est, pena enim grauissima consti- tuta est contra eos, qui prædicta violauerint. Communi vsu, homines bonæ vitæ, & dignitatis eximie, dicimus sanctos esse. Et tantum valet sanctus, quantum firmus, siue mundus cum personæ attribuitur. Sacræ sunt, quæ rite ac publicè per pon- tifices consecratæ sunt, vt ecclesiæ, & alia quæ ad ministerium Dei rite dedicatæ sunt, vt Cruces, Calices, Vestimenta & simi- lia. Religiosæ res sunt loca, in quibus aliqui sepulti sunt, etiam si serui sint, nisi forte ille qui sepultus est in loco, siue liber, si- ue seruus, capitali sententia punitus sit, vel nisi talis eiat, quod non debeat lugeri, ut proditor patris sui. Et nota quod sufficit saltem caput hominis sepeliri in loco, ad hoc, quod sit religio- sus, ita tamen si eo animo sepelitur, quod ibi perpetuo esse: nã si sepeliatur quis causa transferendi aliàs, non est locus religio- sus. Item religiosæ dicuntur domus religiosorum, & ipsi in- habitantes, religiosi dicuntur, a religando passiuè, quia religati, siue astricti sunt certa regula, puta B. Benedicti, vel alia per se, ap. approbata. Martianus l. 4. regularum. Sanctum est, quod ab iniuria hominum defensum, atque munitum est. Vlpianus, lib. 18. ad ed. Sacer locus est locus consecratus. Sacrum locus in quo sacra reponuntur, quod etiam in ædificio priuato esse potest. Muros municipales nec reficere licet sine principis, vel prædici auctoritate, nec aliquid eis coniungere, vel supponere. Res sa- cræ non recipit æstimationem. Pomponius lib. 2. de iuris les- sionibus. Si quis muros violauerit capite punitur, si autem qui transgredietur scalis ad montes, vel alia qualibet ratione, nam ci- ues Romanos, aliàs quam per portas egredi, vel ingredi non li- cet, cum illud hostile, & abominandum sit.

Iterum de eodem. Cap. XC.

Vltianus, ubi supra. Sacræ res sunt, quæ rite per Pontifi- ces Deo consecratæ sunt vt cedes sacræ, & dona quæ rite ad ministerium Dei dedicatæ sunt, quæ etiam per nostram cõstitutionem alienari, & obligari prohibentur, excepta causa redemptionis captiuorum. Si quis auctoritate sua locu quasi sacru sibi constituerit, sacrum non est, sed proprium. Locus autem in quo sacræ cedes edificatæ sunt, etiam dirupto ædificio, ad- huc sacer locus manet, vt Papinianus scripsit. Religiosum locum vnusquisque sua voluntate facit, dum mortuum in fert in locum suum, in commune autem locum purum, inuito so- cio inferre non licet. In commune vero sepulchrum, etiam inuicis cæteris inferre licet. Item si alienus usufructus est, pro- prietarium placet, nisi consentiente usufructuario, locum reli- giosum non facere. In alienum locum concedente domino licet inferre, & licet postea ratum non habuerit, quoniam illa- tus est mortuus, tamen sine consensu eius, religiosus locus fit. Sanctæ quoque res sunt veluti muri, & portæ. Ideo autem mu- ros sanctos dicimus, quia pena capitis constituta est in eos, qui aliquid in muros sanctos, deliquerint: ideo legum eas par- tes, quibus penam constituimus aduersus eos, qui contra Je- gem fecerint, sanctiones vocamus.

De Rebus publicis, & communibus. Cap. XCI.

Quædam naturali iure communia sunt omnium, quæ- dam publica. Communia sunt, vt aer, & aqua profusæ, & mare, & per hoc litorea maris. Flumina omnia, & portus publica sunt, ideoque ius piscandi omnibus commune est, in portu, fluminibusque. Littus maris est, quatenus hiber- nus

nus fluctus maximus excurrit. Riparum quoque vsus publi- cus, & portus iure gentium est, sicut fluminis. Itaque nauem ad eas ripas applicare, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere cuiuslibet liberum est, sicut per ipsum flumen nauigare, sed proprietates earum illorum est, quorum prædiis adherent, qua de causa arbores in ipsi- dem nata eoru- dem sunt. Littorum quoque vsus publicus iure gentium est, sicut ipsius maris, & ob id quibuslibet liberum esse casam ibi imponere, in qua le recipiant, sicut thetia siccare, & ex mari deducere, proprietates eorum nullius est, sed eiusdem iuris est, cu- ius & mare, & que mari subiacet terra, vel arena. Ex summa iuris. Publica sunt flumina omnia, & portus, riparum quo- que vsus publicus est, sicut & fluminis. Communia sunt quæ iure naturali sunt omnium, vt aer, aqua profuens, & mare, ac per omnia litorea maris. Et caue, quia idem videret commu- ne, & publicum, quod quidam concesserunt, sed non est veru, quia commune est, quod quis occupatione, vel apprehensione suam facit, vt quantum quis de acre attrahit tantum suum faci- at, publicum est cuius vsus est publicus, nec occupanti conce- ditur, vnde occupantis non fit.

De rebus vniuersitatis, & singulorum, & his que sunt extra pa- trimonium. Cap. XCII.

Vniuersitatis veto sunt theatra, id est palatia, siue domus communitatis, & stadia, & si qua alia sunt communia, ciuitatum vel alicuius vniuersitatis. Idem dici potest de rebus collegiorum, vel capitulorum, & istis collegij sunt, non singulorum, vnde canonicus potest ferre testimo- nium in causa capituli, quia non est sua: nam in re sua, nullus idoneus testis habetur. Singulorum res sunt, quarum quilibet dominium habet, quod quidem dominium traditionibus, & vscapionibus, multis modis requiritur, & tales res bona no- stra vocantur, & in nostro patrimonio esse dicuntur. Extra patrimonium sunt res sacrosanctæ, & religiosæ, quæ etiam nul- lius esse dicuntur: nam quod diuini iuris est, id nullius in bonis est. Res vero, quæ nec in patrimonio, nec extra patrimo- nium sunt, sicut usufructus, seruitutes, tam rusticorum, quam vbanorum prædiorum. Idem de iure patronatus, nam istæ seruitutes, vel ius patronatus per se sine prædio, vel patrimo- nio non venduntur, & ideo non dicuntur esse in bonis. Item non sunt extra bona, cum contra non possidentes exceptio- nem, contra possessores actionem ad eas recuperandas ha- beamus. Quid autem sit exceptio, quid actio patebit infra.

De rebus, que nullius sunt, & occupanti concessæ sunt. Cap. XCIII.

Vltianus lib. 2. Quod autem antea nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur. Nec interest feras bestias, volucres, & pisces vtrum in suo fundo quisque capiat, an alieno. Plane qui in alienum fundum ingreditur, venandi aut aucupandi gratia, potest a domino si si præuiderit, prohiberi ne ingreditur. Quicquid autem eorum ceperis, con- fque tuam esse intelligitur, donec tua custodia coercetur, cum vero euaserit custodia tuam, & in naturalem libertatem se receperit, tuum esse desinit, & rursus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita in conspectu tuo sit, vt difficilis sit eius persequ- tio. Apium natura fera est. Itaque quæ in arbore tua con- federint, antequam a te alueo includantur, non magis tuæ esse intelliguntur, quam volucres, quæ in tua arbore nidum fece- rint. Ideoque si alius eas incluserit, ipse earum dominus erit. Faunos quoque, si quos effecerint, quilibet eximere potest. Plane integra te priusquam eximantur, si præuideris ingreditem in fundum tuum, potest eum iure prohibere, ne ingreditur. Examen ex alueo tuo si euolauit, confque tuum esse intelligitur, donec in conspectu tuo est, nec dissimilis eius persecutio est. Alioquin occupantis fit. Pasonum, & palubarum fera na- tura est, nec ad rem pertinet, quod ex consuetudine auolare, & reuolare solent. Nam & apes idem faciunt, quarum constat fe- ram esse naturam. Ceruos quoque, ita quidam mansuetos ha- bent, vt in siluas ire & redire soleant, & ipsorum feram esse naturam nemo negat. In his autem animalibus, quæ ex con- suetudine abire, & redire solent, talis regula probata est, vt consuetudine esse intelligantur, donec animum reuertendi ha- beamt, nam si animum reuertendi habere desierint, tua esse des- iunt, & huius occupantium. Reuertendi autem animum ven- dentur desinere, cum reuertendi consuetudinem deseruerint. Gallinarum, & Anserum non est fera natura, nam aliæ sunt

gallinæ, quas feras vocamus, & alij anseres, quos feros appel- lamus, & ideo si anseres tui, aut gallinæ tuæ, aliquo casu turba ti, turbatæve euolauerint, licet conspectum tuum effugerint, quocumque tamen in loco sunt, tui, tuæve esse non desinunt, & qui lucrandi animo ea animalia retinet, sicut committere intelligitur.

Adhuc de eodem. Cap. XCIII.

Item ea, quæ ab hostibus capimus, iure gentium statim no- stra sunt, adeo quidem, vt & liberi homines in seruitutem nostram deducantur, qui tam si euaserint nostram pote- statem, & ad superiores reuersi fuerint pristinum statum recipiunt. Lapilli & gemmæ, & cætera quæ inueniuntur, iure naturali sta- tim inuentoris sunt. Quæ ex animalibus, dominio tuo subie- ctis nata sunt, tua sunt. Quæ per alluionem agro tuo flumen adiecit, tibi acquiruntur, est autem alluio incrementum latæ. Per alluionem autem id videtur adijci, quod ita paulatim adijcitur, vt intelligere non possis quantum quoque momento temporis adijciatur. Quod si vis fluminis partem aliquam ex tuo prædio detraxerit, & vicino prædio applicauerit, palam est eam tuam permanere, plane si longiori tempore fundo vi- cini hæserit, arboreque quas secum traxerit, in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videntur vicini fundo acquisi- tæ. Insula quæ in mari nata est (quod raro accidit) occupantis fit. Glo: & hic est casus, in quo publica res, sine permisso prin- cipis, fit priuata. Si gregis usufructum quis habeat, in locum demortuou capium ex factu fructuarius submittere debet, & in vinearum demortuarum vel arborum locu alias debet sub- stituere, rectè enim colere debet, & quasi bonus paterfamilias vri debet. Thesaurus quos quisque in loco suo inuenit, Im- perator Adrianus naturalem æquitatem secutus, ei concessit, qui inuenit. Idemque statuit. Si quis in sacro, aut in religio- so loco, fortuito casu inuenit: si quis in alieno loco, nã data ad hoc opera, sed fortuito inuenit, dimidium domino lo- li concessit, & dimidium inuentori. Glo. Quod si data ad hoc opera inuenit, non solum nihil inde consequitur, sed etiam punitur. Si quis in Cæsaris loco inuenit, dimidium inuen- toris, & dimidium Cæsaris erit. Ex sum. iu. In summa vero nota, quod 5. modis res dicuntur esse nullius. Consensu populi, vt res sacræ, & religiosæ. Natura, vt homo liber, & silue- stria omnia, & similia, vt pisces, & huiusmodi. Facta, vt res pro derelicto habita, puta cum quis metu tempestatis projicit res in mare, vel pro aliquo periculo etiam in terra, vel voluntate derelinquit aliquid, quod suum erat, sine spe reuabendi. Casu, vt hæreditas iacens, puta cum mortuus est aliquis, & relinquit hæredem, antequam hæres adeat hæreditatem, hæreditas dicitur in nullius bonis esse. Item tempore, vt thesaurus, puta cum aliqua pecunia, vel argentum, vel aurum absconditum est, nec quod ibi sit extat, hominis qui repositus, vel aliorum memoria.

De Rebus incorporalibus, & primo de Hæreditate. Cap. XCV.

Ex summa iuris. Item rerum aliæ sunt corporales, puta quæ sui natura tangi possunt, vt homo, fundus, vestis, aurum, & aliæ innumerabiles res. Aliæ incorporales sunt, quæ tangi non possunt, vt ea quæ in iure consistunt, vt hæreditas, usufructus, vsus, & obligationes quoquo modo contractæ, seruitutes prædiorum, ius patronatus, vscapiones, præscriptiones, obliga- tiones quoque contractæ. l. si. §. li. Hæreditas est res, quæ mor- te alicuius ad quempiam peruenit, vel legato, ex testamento, vel possessione recepta. Regula iuris. Hæreditas nihil aliud est, quã successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit. Ex Digesto- rum. libro. 5. Pro hærede possidet, qui putat se hæredem esse & non est, vt ait Vlpianus l. 15. ad edict. Vel qui scit se nã esse, pro possessore vero possidet, prædo. Si a furioso emero sciens, pro possessore possideo. Qui sciens emit alienam hæreditatem, pro possessore possidet, & sic peti ab eo hæreditatem, vt aiunt quidam, sed nemo prædo est, qui præcium soluit. In hereditate continentur vniuersæ res hæreditariæ, siue iura, siue corpora sunt, & etiam res pignori datæ, vel commodatæ, vel depositæ. Caus lib. 6. ad edict. pro iur. c. De perditum intelligitur, quod in rerum natura esse desijt. Diminutum quod vscapiti est, & ob id de hereditate exijt. Vlpianus in eodem. Quod quis suo no- mine soluit non debitoris, debitorem non liberat, iustus autem possessor proculdubio debet deducere quod sibi debetur, si- cut aut sumptum, quæ fecit, deducit, ita si facere debuit, & non fecit, culpe huius reddat rationem, nisi bonæ fidei possessor est, tunc n. ga. quæ re sua neglexit, nulli quærelæ subiectus, est aut petita hæditatem, postea vero & ipse p. do. est. Paulus. Fructus hæreditar-



eis intelliguntur deductis impensis, quæ quærendorum, confen-

De usufructu, & usu. Cap. XCVI.

EX Digest. 7. lib. Martiano libro 2. re. Seruitutes autem personarum sunt, ut usus, & usufructus, aut rerum ut

De seruitutibus Prædiorum. Cap. XCVII.

EX Digest. 8. lib. Vlpianus libro 29. ad edict. provinciale. Onus ex dominis communium ædium seruitutem im-

dam in sermone tacto excipiuntur, non enim per villam ip-

De seruitutibus Prædiorum Urbanorum, & Rusticorum. Cap. XCVIII.

EX summa iuris. Seruitutes urbanorum prædiorum sunt, quæ ædificijs, siue domibus inherent, ut scilicet vicinus

De iure Patronatus. Cap. XCIX.

EX summa iuris decretalium. Patroni nomen unde patronatus, dicitur æquiuoce sumitur. Dicitur enim pa-

defensio, quandoque etiam aduocatio, veruntamen aduocatus proprie dicitur, qui nec ecclesie solum præstitit, nec ædificauit,

De eius acquisitione, & debito, & translatione. Cap. C.

Acquiritur autem huiusmodi ius tribus de causis. Patronum enim faciunt fundi præstatio, donatio, ædificatio, si-

De Bonorum possessione. Cap. CI.

Sidorus, li. 5. Bonorum possessio est ius possessionis certo ordine certoque titulo acquisita. Infinitus in lib. in-

eos, unde liberi. Impugnandi, quia lex. 12. tabularum eos, qui per fœmineum sexum descendunt, omni modo repellit a

De Vsupatione. Cap. CII.

Sidorus, ubi supra. Vsupatio est adeptio dominij per continuationem iustæ possessionis biennij, aut alcius tempo-

De Prescriptione. Cap. CIII.

Prescriptio igitur est ius quoddam in rebus immobilibus, substantiam idest firmitatem ex tempore capiens. Hæc

exigitur, ut scilicet ille qui possidet, credat rem suam esse. Item iustus titulus scilicet q. habeat eam ex bona causa, & iusta, non per violentiam, nec per occupationem in iustam. Item cetera...

Iterum de eodem. Cap. CIIII.

Ratio causa. 16. q. 3. Quod autem prescriptio temporis omnia iura tollantur, probatur auctoritate Galesii...

Quadragesimalis prescriptio, omnem prorsus actionem excludit. Idem. Cum laici decimas devinare non possunt, eas nulla ratione possunt prescribere. Inno. 3. Cum non liceat a capite...

De interruptione prescriptionis, & eius effectu, & probatione. Cap. CV.

Gregorius. Aduersus ecclesias, minorem prescriptionem quam 40. an. Ro. ec. non admittit, licet quidam canones...

De obligatione. Cap. CVI.

Vltimianus, ubi supra lib. 3. Obligatio est vinculum iuris, quo necessitate attingitur, alicuius solvenda rei, secundum...

quod dandum vel faciendum, vel ex conventionem propria, seu quod pro eodem habetur, vel etiam contra propriam voluntatem...

De Pacto, & Conventione. Cap. CVII.

Ed quia de pacto fecimus mentionem. Nota qd pactum est duorum, plariumve consensus in idem. Et bene dixit in idem...

potest, ne sibi locum suum dedicare liceat, aut ne sibi in suo sepelire mortuum liceat, aut ne invito vicino praedium alienet...

De speciebus Pacti. Cap. CVIII.

Ex libro qui dicitur Instrumentum iuris. Pactorum quaedam in contractu bonae fidei, quaedam in contractu stricti iuris apponuntur. Item quaedam in continentibus, id est ingressu...

De differentia Pacti, & Promissionis, Obligationis, Contractus, & Actionis. Cap. CIX.

At caue tibi, quia idem videtur esse pactum, & pollicitatio, obligatio, contractus, & actio, sed non sunt. Pactum enim (ut dictum est) est consensus duorum, verbi gratia...



octoginta. Et sic tu descendendo, & ego ascensum sedo, idem post multa, & varia certamina in vnam consolationem deducitur, sententiam, conuentionem de precio, & de re dāda pro illo, & q in hoc dico in omnibus alijs contractibus serua. Ex tali consensu nascitur obligatio, quam d. s. in vltimo supra, & ex obligatione nascitur ius quoddam, quod proponimus contra obligatum in iudicio, ad faciendum, vel dandum, quod conuenit, vel promissit, quod ius dicitur actionem actio est ius profectū diu iudicio quod nobis debetur. Manifesta igitur est differentia inter predicta. Paret etiam ex praemissis, qd pacti nomen est generale ad omnia, quae aguntur inter partes causa obligationis contrahendae, vel etiam tollendae, sicut in pacto de non petendo. Conuentionis vero verbum generalissimum est, conueniunt enim scholares ad congregationem, & alij homines ad alium locum, & partes inter se. Item aliquando pactum strictius sumitur, vnde l. si. s. l. Pactum dicitur inter partes, ex parte conueniens scriptura, legibus, ac moribus comprobata. Et dicitur pactum, quasi ex pace factum, ab eo quod est paco. vnde & pepigit sedus. Placitum quoque similiter ab eo qd placet,

De obligatione qua contrahitur re, & primo de Mutuo, Cap. CX.

EX summa iuris. Dico quid sit contractus, superest, vt de illis, vel saltem de aliquibus contractibus, quibus pacta vestiuntur videamus. Et primo de re. Inter partes quidem re contrahitur obligatio Mutuo, Commodato, Depósito, Pignore, & Debitori solutione, item in contractibus innominatis. Sed hæc est differentia inter contractus innominatos, & predictos, quia in predictis statim, vt sunt, nascitur obligatio & actio, & in innominatis non statim, sed postquam vnus cepit facere, vel dare rem. Dicitur autem mutuum, quasi de meo tuum, ex corru pro, & integro, quando pecunia, que mea erat, fit tua, cum do tibi eam mutuo, & datur mihi conditio certi. actio ad petendum quod mutuo dedi. Iustinianus vbi supra lib. 3. Obligatio quidem (vt superius dictum est) aut ex contractu fit, aut quasi ex contractu aut maleficio, aut quasi ex maleficio. Contrahitur autem aut re, aut verbis, aut literis, aut consensu. Re, vt mutuo, quod in tribus rebus consistit, pondere, numero, & mensura, sicut in vino, frumento, & oleo, pecunia numerata, ære, argento, auro, & dicitur mutuum, quia ita tibi a me datur, vt ex meo tuum fiat. Et quandoque nobis, non eadem res, sed alie eiusdem naturæ & qualitatis redduntur. Nā si eadem res reddatur, commodatum videtur, aut depositum. Et ex hoc contractu nascitur actio, quæ vocatur conditio. Qui mutuum accipit, quicquid ei accidat casu fortuito. i. furto, ruina, incendio, vel naufragio, semper tamen obligatus manet.

De Commodato. Cap. CXI.

Idorus quinto lib. Commodum est, quod nostri iuris est, & ad alios temporaliter translatum est, cum modo temporis, quamdiu apud eum sit, vnde & commodum dictum est. Iustitia. vbi supra. Qui autem vtendum accepit, exactam quidem diligentiam custodiendam rei præstare iubetur, nec sufficit ei tantam diligentiam adhibuisse, quantum in suis rebus adhibere solitus est, si modo alius diligentior poterit eam rem custodire, sed propter maiorem vim, maiorem casus non tenetur, si modo non ipsius culpa is casus interuenierit. Alioquin si id qd tibi commodatum est, peregre tecum ferre malueris, & incursum hostium, prædonumve, vel naufragio amiseris, dubium non est, quin de restituendo tenearis: nam commodata res, tunc proprie intelligitur, si nulla mercede accepta, vel constituta, tibi res vtēda datur est. Alioquin mercede interueniente, locatus tibi vsus rei videtur, gratiarum enim debet esse commodatum. Ex summa iuris. Est igitur commodatum, res mobilis alicui gratis ad vtendum ad tempus concessa. Ideo dico concessa non translata, quia commodator semper rei commodatæ dominium, ac possessionem sibi retinet, vt recipiat eandem numero, & in hoc differt a mutuo, in quo, & dominium transfertur. Et dicitur commodatum tanquam commodi gratia datum. l. vtentis, vel ipsius dantis, vel etiam vtriusque. Commodate potest in ecclesiasticis Oeconomus, id est dispensator, cui. ecclesiasticæ res gubernandæ mandantur. In ceteris autem, quicunque rem habet propriam, tum etiam alienam, quod est apud me, possum alij commodare, sicut dicit lex in Digestis. Natura vero commodari est, vt res ipsa restituatur, sicut dictum est. Nec potest etiam prætextu debiti retineri. Damnum tamen in ea si acciderit fortuito casu, vel fatali morte, vel latronum, vel hostium violentia, non imputabitur commodatario, nisi fuerit in culpa, vel

nisi periculum in se suscepit. In summa vero nota, qd qui re commodata, aliter quam commodata sit, vitium, futuum committit: nisi forte credat, hoc dominum rei permittitum, sicut legitur in digestis, titulo de furtis. Extra. 4. De commodato. Greg. 9. Cum gratia sui tantum quis commodatum accepit, de leuitissima etiam culpa tenetur, sed casus fortuitus, nisi acciderit culpa sua, vel interuenierit pactum, seu in mora fuisset, sibi non debet imputari. Contra cum quoque recte commodatum non agitur, nisi post vsum completum, cuius gratia fuerat commodatum, cum non decipi nos oporteat beneficio, sed iuuant.

De Præcario. Cap. CXII.

Idorus, vbi supra. Præcarium est dum præce creditor rogatus, permittit debitorem in possessionem fundi, sibi obligati, demorari. Ex summa iuris. Præcarium est, quod vtendum alicui conceditur, quamdiu is qui concedit patitur, ita vt quodcumque voluerit reuocare possit. Vnde pater, quod est contractus gratuitus, similis commodato, sed in hoc differens, quia commodatio fit ad certum vsum, nec reuocari potest, antequam vltus sit ille, cui commodatur. Præcarium vero reuocatur quando cumque voluerit is, qui concedit. Item commodatum in rebus mobilibus consistit, præcarium autem in rebus immobilibus. Differunt ergo non tantum in voce, vt quidam dixerunt, sed etiam in re. Præcaria vero idem est quod emphiteosis, id est, contractus meliorationis inter dominum, & colonum consistens. Verbigratia, dicit dominus ad colonum. Concedo tibi terram hæc ad tempus colendam, ad dictumque reddendum mihi præstandum. In hoc ergo contractus iste differt a locato, quia causa meliorationis inter, vnde & contractus meliorationis dicitur. Natura vero huius talis est, vt colonus ante terminum expelli non possit. Præcaria vero ecclesiæ damnosa, abique merito pœnæ reuocantur. In summa vero nota, qd tres sunt præcarie species. Vna que ab vltu facta non distat. Et de hac canon ille. c. q. 2. loquitur. Præcarie & c. Alia vero que de quinquennio in quinquennium renouatur. Tertia vero, quæ vsque in tertiam generationem datur, & hæc in pluribus locis frequenter. Extra. 3. de præcarijs. Ex concilio Beluac. Præcarie de quinquennio in quinquennium secundum auctoritatem, & antiquam consuetudinem renouentur. Ex concilio Chartagi. De præcarijs irrationabiliter factis, a rectoribus ecclesiarum præcipimus, vt nemo successor antecessoris sui pœna sit obligatus, sed suæ prouidentie sit concessum, nisi quando apud sequentem ecclesiæ irrationabiliter distribuit, ab eo ad ius eiusdem ecclesiæ reuocentur. Greg. 9. Præcarium vtendum quoque obitu eius cui concessum patitur qui concessit. Soluitur quoque obitu eius cui concessum est, non etiam concedentis, aut cum ipsum alienari contingit alicui, hoc reuocare volent, quia per conuentionem huiusmodi, non licet rem alienari inuito domino possideri. Porro præcarie que quandoque de ecclesiarum possessionibus fieri solent, non sunt pro voluntate concedentium reuocandæ.

De Deposito. Cap. CXIII.

EX summa iuris. Item deposita re celebratur contractus. Et est depositum, quod custodiendum alicui datum est, id est traditum. Nam deposita sicut commodata rei possessionem, & dominium retinemus, nisi quando apud sequentem deponimus custodiendam, vt ei reddatur cui fuerit adiudicata, & ita hic fit depositum, & a pluribus tantum & infolidum, & nascitur ex deposito, actio depositi, contra illum qui recipit depositum, vt restituat. Idorus, vbi supra. Depositum est pignus commendatum ad tempus, quasi diu positum. Deponere autem quis videtur, cum aliquid metu furti, incendij, naufragij, apud alium custodiendæ causa deponit. Iustinianus, vbi supra. lib. 2. Is apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, ex actione depositi, quia & ipse de ea re quam accepit restituenda, tenetur. Sed is ex eo solo tenetur, si quid dolo commiserit. Culpæ autem nomine id est delicti, ac negligentie non tenetur. Itaque securus est, qui parum diligenter custoditam rem furto amisit, quia qui negligenti amico rem custodiendam tradidit, suæ factiati id imputare debet. Ex Digest. l. 4. Prætor ait Nauis, caupones, stabularij, quod cuiusque saluum fore receperint, nisi restituerint, in eos iudicium dabo. In locato etiam, conducto, culpa in deposito dolus præstat. Si quid naufragio, aut per vim piratarum perierit, exceptio ei danda est. Similiter si in stabulo, vel in caupona vis maior contigerit. Extra. 1. de Deposito. Greg. 9. Bona fides abesse præsumitur, si rebus cuius saluus existentibus depositas amissit. De culpa quoque tenetur, si te ipsum deposito obtulisti, vel si aliquid de custodia recepisses. Pacto

vero, culpa, vel mora præcedentibus, casus, etiam fortuitus imputatur. Sanè depositori liceat pro voluntate sua depositum reuocare, contra quod compensationi, vel deductioni locum non fuit, vt contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam minime referatur, licet compensatio admittatur, si causa ex qua postulat fit liquida, ita quod facile exitum credatur habere.

De Natura Depositum. Cap. CXIII.

EX summa iuris Canonici. Natura ergo Depositum talis est, vt res deposita restituatur etiam furi, & latroni, vel cui libet alij deponenti, non deterior facta. Et hoc nisi in tribus casibus, scilicet quando petitio concurret, quando ille furem cepit, vel quando rem meam quis apud me deposuerit. si vero damnus in re deposita incidit, non tenetur depositarius, nisi de dolo: nisi inter eos tale pactum interuenierit, scilicet vt culpam præstaret, vel nisi custodia præsumpta accepit, vel nisi se vitro ad custodiendum obtulerit, vel eam pro commodo suo suscepit, vel vbi moram restituendi fecerit, nec iustam retinendi causam habuerit. In huiusmodi namq casibus, et leuissima culpa imputatur. Vnde de quatuor primis versus ista formantur. Et in deposito præstantia leuissima culpa. Cui tenor hic pacti, cum sola la insipientis Contrahitur causa, cum se reus obtulit vitro. Sicut ergo de dolo, sic de lata culpa tenetur, quia dicit eam lex in Digestis dolum esse. Pro his quidem que in Acte sacra deponuntur, si ecclesiæ, id est vniuersitati commendentur, ecclesiæ conueniunt. Si vero persona, persona impetretur. Item si dno rem litigiosam apud sequestrum deponat, finita lite, debet ea, secundum arbitrium iudicantis restituere. Item depositarius contra depositorem agere potest, si quid in re deposita vtiliter expendit. Item ex deposito iter interdum in creditum, vt si depositarius suscepit apud se pecuniam commiserit. Ex deposito namque introductum esse, ac lege in Digestis, vt si pecuniam apud te deposuero, ita vt volueris ea vitare, si vero signata deponeretur, ab eius vsu prohiberi intelligitur. In summa quoque nota, quod depositarius talem in deposito custodiam præstare debet, qualem in suis rebus exercet. Item si depositarius apud alium deponat, & ille aliquid alteri committat, non tenetur primus depositarius, nisi actio nem quam habet contra secundum cedere deponenti. Pœna negantis depositi, hæc est, quod conuictus super hoc infamatur. Quatuor enim actiones ex contractibus descendentes infamant, scilicet depositi, mandati, pro socio, tutelæ. Et quatuor ex delictis, scilicet iniuriarum, doli, raptorum, & furti. Vnde versus.

Iudice damnatos infames reddidit vbi que. Quod vis diripitur, iniuria, furta, dolique. Etio tutela, mandati, depositique. Directa, sed pro socio communis vtrique.

De Pignore. Cap. CXV.

Iustinianus vbi supra. Creditor quoque qui pignus accepit re obligatur, quia & ipse de ea ipsa re, quæ accepit restituenda tenetur actione pignoratitia, scilicet soluta debito. Sed quia pignus vtriusque gratia datur, & debitoris quo magis ei pecunia creditur, & creditoris quo magis ei in tuto sit creditum, placuit sufficere quod ad eam rem custodiendam, exactam diligentiam adhiberet, quam si præstiterit, & si ex aliquo fortuito casu rem amiserit, securum esse, nec impediri creditum petere. Idorus vbi supra. Interest autem in loquendi vsu inter arram, & pignus. Nam pignus est, quod datur propter rem creditam, quod dum redditur, statim pignus aufertur. Arra vero est, quæ primus pro re bonæ fidei contractu emptæ ex parte datur, & postea completur. Arra enim complenda est, non auferenda: vnde qui habet arram nõ reddit sicut pignus, sed desiderat plenitudinem. Et dicta arra, à re pro qua traditur. Ex summa iuris. Pignus est obligatio rei pro debito, fit autem ad maiorem securitatem creditoris, quia tutius est pignori incumbere, quam in personam agere. Soler inter pignus, & hypothecam hæc assignari differentia, quod vbi res obligatur & traditur pignus dicitur, vbi vero obligatur, & non traditur, hypotheca vocatur: vnde pignus est in re mobilis, hypotheca vero in immobili. Sed hic laige pro vtroque accipitur pignus. Contrahitur autem duobus modis, tacite scilicet & expresse. Tacite quidem, vt in conductore domus, intelligitur enim, omnia quæ habet obligare tacite, vel si eâ deteriorauerit, vel p. pretio conductionis. Iterum in Prælato, qui tacite totum patrimonium suum obligat ecclesiæ, si res eius diffraxerit. Similiter in marito, qui tacite bona sua obligat pro dote. Expresse vero, vt si dicatur, ista res tibi sit obligata pro decem, vel viginti. Iterum contrahitur aliquando

specialiter, ut ager, equus. Aliquando vero generaliter, ut quando quis omnia bona sua obligat, in quo casu non solum, quæ habet, sed & quæ postmodum acquirere, obligata erunt.

De Rebus impignorandis, & restitutione pignoris. Cap. CXVI.

Impignorari possunt omnia illa, & sola, quæcumque vendi possunt. Itaque res sacræ, nec vendi, nec obligari possunt, nisi urgente necessitate. Item nec liber homo potest, vt pignus obligari, nec pro debito teneri, nisi ex consensu in obsequio, vel nisi redimatur ab hostibus: tunc enim si non habet unde restituat præcium numeratum, pro ipso tenetur seruire, per quinquennium. Item nisi pater obliget filium suum ob necessitatem famis, quem etiam tunc vendere potest. Aliter autem, qui liberum hominem pro debito detinet, cadit a debito. Icti co autem pignus ad maiorem securitatem dari dicitur, quia naturaliter, & sine pignore debitor tenetur. Vnde si pignus absque creditoris culpa percat, non reddet illud creditor, nec tamen minus ad solutionem tenetur debitor, nisi aliter eos conuenierit. Similiter, & si minus debito valet pignus, nihilominus omne debitum creditor exigit. Impensas etiam, bona fide circa pignus factas, creditor ei reddere debet. Item rem alij impignoratam, alij ignoranti non debes impignorare, alioquin Scellionus crimine poteris accusari: nisi talis sit res, quæ sufficiat vtrique. Similiter etiam si rem alienam sciens, absque domini voluntate ignoranti obligaueris, aut rem fraudulenter subripueris, ei dem crimini subicieris. Creditor autem soluto debito integro, tenetur pignus reddere, non deterioratum, nec alij obligatum. Ideo autem dixi, integro, quia si pars tantum soluitur, remanet totum pignus obligatum pro residuo, donec integre sit solutum. Hæc & alia plura de pignoribus inueniuntur in legibus. Extra. 3. de pignoribus. Ex concilio Remensi, Nullus prebyter præsumat calicem, vel patenam, vel vestimentum sacerdotale, aut librum ecclesiasticum, tabernario, uel negociatori alicui laico, vel sœminæ in vadum dare, nisi iustissima necessitate urgente. Inno. 3. R. de Morte forti. Cum contra G. super quibusdam possessionibus, quas quondam pater tuus L. de Saul. pro certa quantitate pecuniæ obligat, & ipsius creditoris hæredes prædicto G. impignorauerant, mouisset in nostra præsentia quæstionem, legitime probauisti, quod ex earum proventibus tantum fuerat, tum ab eodem G. tum ab alijs qui eas tenerant, a tempore quo fuerant obligatæ, perceptum, quod fructus forti poterant adæquare. Nos igitur attendentes, quod in talibus perceptio fructuum in solutione sortis accedat, cum secundum canonice sanctiones fructus restitui, & in sortem debeant computari. Considerantes etiam, quod possessiones ipse iam extenuassent pœnitentium torum onus, & debitum annullassent, ipsas tibi restituendas esse decreuimus.

De Obligatione, qua uerbis contrahitur id est stipulatione. Cap. CXVII.

EX summa iuris. Verbis celebratur contractus, puta stipulatione. Est autem stipulatio uerborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum, facturumve se id, quod interrogatus est, spondet, id est promittit. Et ex ista diffinitione apparet quod per uerba futuri temporis contrahitur tantum, excepto in quibusdam casibus, in illo, scilicet, qui promittit stare iuri. Nam lex interpretatur, quod dabit interesse, id est damnum refartiet, si non stet iuri. Et in stipulatione, qua promitto animal, quod uendo esse sanum, ut oportet: si non est sanum, nascitur illi cui promissum est actio contra illum, qui promissit, quæ dicitur Edilitia ab inuatore. Inutilis est quandoque stipulatio ratione personarum. Item quandoque ratione facti, uel iuris, sicut de pactis supra diximus. Item inutilis est, quandoque ratione conditionis, pura si fit impossibilis, Vt si promittam tibi centum, si digito celum attingeris. Item ratione temporis, vt si interrogem utrum promittas, & non statim respondeas. Nam continuus debet esse actus inter interrogantem, & respondentem, uel saltem cum modico interuallo. Ex hac autem uerborum obligatione nascitur certi conditio generalissima, id est actio, que comperit quodcumque aliquid mihi dari peto ex stipulatione, id est quia promissit. Si uero aliquid fieri, uel quod in factum consistat petatur, tunc habet locum actio talis ex stipulatione, siue certi conditio ad interesse. Nam ubicunque factum est in obligatione, & interesse est in obligatione. Idorus ubi supra. Stipulatio est promissio, uel sponso, vnde & promissores stipulatores vocantur. Dicta est autem stipulatio a stipula, veteres enim qui sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam

iterum iungentes, sponſiones ſuas agnoſcebant. Iuſtinianus vbi ſupra. Verbis itaque obligatio contrahitur ex interrogacione, & reſponſione, cum quid dari, ſeruire nobis ſtipulamur. Ex quo duæ proficiuntur acſiones, tam conditio certi, ſi certa ſit ſtipulatio, quam ex ſtipulatu ſi incerta. Quæ hoc nomine inde vtriusque, quia ſtipulatio apud veteres ſi ſeruum dicebatur, forte a ſtipite deſcendens. Inutilis eſt ſtipulatio de re impoſſibili, vt de mortuo, quod viuere credebat, vel de re ſacra, aut religioſa, quam humani iuris eſſe credebat, vel de republica populi, vel de foro, vel de theatro, vel de homine libero, quem ſeruum eſſe credebat. Mutus, & Surdus, non qui tarde exaudit, ſed qui omnino non audit, ſtipulari non poſſunt, ſuſi ſimiliter, & infantes, vel infantia proximi nullum negotium gerere poſſunt. Impoſſibilis conditio eſt, cui natura impediſmento eſt, quo minus exiſtat, velut ſiquis dicat. Si digito caelum tetigero, dare ſpondes. Quod turpi eſt cautã promiſſum eſt, non valet.

De Generibus ſtipulationum. Cap. CXVIII.

Iuſtinianus vbi ſupra. Omnis ſtipulatio, aut pure, aut in diẽ, aut ſub conditione fit. Pure, ut cum quinque aureos dare ſpondes, idque conſtitum peti poteſt. In diem, cum adiecto die, quo pecunia ſoluatur ſtipulatio fit, videlicet cõ. ro. aureos primis Calendis Martii dare ſpondes. Id autem, quod in diem ſtipulamur, ſtatim quidem debetur, ſed peti priuſquam dies veniat non poteſt, ac ne eo quidem ipſo die, in quem ſtipulatio facta eſt, quia totus is dies, arbitrio ſoluentis tribui debet. Neque enim certum eſt, eo die, in quem promiſſum eſt, datum nõ eſſe, priuſquam is prætereat. At ſi ita ſtipulaueris. ro. aureos annuos, quoadquam dare ſpondes, & pure facta obligatio intelligitur, & perpetuatur, quia ad tempus debet non poteſt, ſed hæres petendo pacti exceptione ſubſtrahitur. Gloſa, quia ſtipulantibus tacita pacta inſeſe videntur. Sub conditione ſtipulatio fit, cum in aliquem calum differunt obligatio, vt ſi aliquid factum fuerit, vel non fuerit. Conditionalis ſtipulatio, dum adhuc pendet conditio, tranſmittitur ad hæredem, quæ enim p rerũ naturam certa ſunt non morantur obligationem. Nec ſolum res in ſtipulatum deduci poſſunt, ſed etiam facta, & in huiusmodi ſtipulationibus optimum erit penam ſubiicere, ne quantitas ſtipulationis in incerto ſit, veluti ſi domum mihi non edificaueris, da bis. ro. aureos penæ nomine. Stipulationes aliæ ſunt iudiciales, aliæ prætorias, aliæ conuentionales, aliæ communes tam iudiciales, quam prætorias. Iudiciales ſunt, quæ ex iudicis officio proficiuntur, veluti de dolo cautio, aut de perſequendo ſeruo, qui in fuga eſt, reſtituendove præcio. Prætorias ſunt, quæ a meo prætoris officio proficiuntur, veluti damni infecti, vel legatorum. Conuentionales ſunt, quæ ex conuentione vtriuſque partis concipiuntur, hoc eſt, neque iuſſu iudicis, neque iuſſu præcoris. Communes ſunt, veluti, rem ſaluam fore pupillo.

Iterum de eodem. Cap. CXIX.

Ex libro, qui dicitur Instrumentum iuris. Stipulatio alia pura, alia conditionalis. Pura, id eſt ſine conditione, vt licet dum ædificare ſpondes, quæ ſtatim contrahitur, & committitur cum fieri poteſt, ſed tamen ante litem conteſtatã mora in ea purgatur. Conditionalis alia incipit a conditione, alia a præſenti pactone. Cũ a conditione incipit, aut conditio poſſibilis eſt, & honeſta, aut impoſſibilis, vel inhoneſta. Si eſt impoſſibilis vel inhoneſta, tunc nullius momenti eſt ſtipulatio. Cum vero eſt probabilis, aut conſertur in præſens tempus, vel præteritum, vel futurum. Cum in præſens tempus conſertur, veluti ſi Rex Parthorum viuat, vel in præteritum, veluti ſi Ticius conſul fuerit, non ſuſpeditur obligatio, ſed aut ſtatim valet, ſi ita eſt, aut ſtatim deſicit, ſi ita non eſt. Quæ enim per rerum naturam certa ſunt, licet apud nos ſint incerta, non morantur obligatione: quoniam inſtar conditionis non habet, quod non in futurum: ſed in præſens, vel in præteritum referunt. Quod ſi in futurum conditio conſertatur, aut eſt casualis, aut poteſtatua, aut mixta. Cũ casualis eſt, id eſt cum pendet tantum ex inſidiis fortunæ vt hæc, Si cras pluerit, nec credit, nec venit dies eius, id eſt nec ea debetur, nec peti poteſt, ſed tantum ſpes eſt, id eſt debitu iuri, ſi conditio extiterit. Si vero ex facto promittentis tantum pendet, quæ dicitur poteſtatua, vt hæc, ſi Pamphilum non dederis. c. dabis. Dimittitur ſententia Pegafi æſtimantis non ex ea agi poſſe, quando deſiſſet Pamphilum poſſe dari, licet Sabinus putar ſtatim c. poſſe peti, cum potuerit Pamphilum dare, & non dat. Hoc quidem deſendebat exemplo pecuniæ legatæ, vt puta teſtator pecunia legatã damnauit hæredem, vt centum daret.

pecunia non data, ſtatim enim cum potuit dare pecuniam legatã, & non dedit, tenetur. Sed hoc ob tũdam voluntatem deſuncti, in pecunia admittitur. Eadem dico ſi concepta fuerit ſtipulatio ſub conditione mixta, ut hic. Si in capitolium non acceſſeris, uel in patriam tuam non redieris. In his enim omnibus agi poteſt, niſi primum conſideret non poſſe fieri, quod in conditione continetur. Cum autem ſtipulatio incipit a præcedenti pactone, ſiquidem præcedens pactio eſt improbatã, uel contra bonos mores, totã ſtipulatio nullius momenti eſt. Si præcedens pactio eſt honeſta, ſiquidem eſt obligatoria, ut ſi primum ſtipulatus ſum Pamphilum dare, & ſi datũ, non eſſet c. ſtatim cum eis in mora dandi Pamphili, committitur ſequens in c. & quaſi nouatio prioris fit, nec poteſt mora purgari.

De Obligatione Sacramento & eius abſolutione. Cap. CXX.

Sidorus lib. 5. Sacramentum eſt pignus ſponſioni: ſic dictũ quia violare, quod quiſque promittit, peſtiferũ eſt. Ex ſumma iuris. Iuramentum dicitur oratio iuratoria, ſive iurantis actio. Iurare eſt, inuocato Deo teſte, aliquid afferere, vel negare, quod cum de facto proprio rite concipitur iuramentum promiſſorium dicitur, & obligat. Iuramentum namque promiſſorium duplex eſt. Aut enim id quod iuratur eſt illicitũ in ſe, & tunc non obligat, nec eſt obſeruandum, etiam ſi illud illicitũ ſit veniale peccatum. Aut eſt licitum in ſe, & tunc aut ſi ſoli Deo, & tunc obſeruandum eſt, nec in melius commutare licet, niſi de illius conſenſu, cui obligatio facta eſt. Fallit hoc in quibusdam caſibus, ſcilicet in viro, qui iurat alicui de matrimonio contrahendo, talis enim poteſt intrare monaſterium, & abſoluitur a iuramento. Talis etiam ſi contrahat cum alia per verba de præſenti abſoluitur. Item in clerico, qui iurat obediẽtiam Epifcopo, abſoluitur enim ab obediẽtia, quando monaſterium ingreditur. Item in eo, qui iurat ſe non repetiturum vſuras. Itẽ in eo, qui vi compulſus iurat, & in aliis huiusmodi. In ſumma vero nota. Quod ſi quis metu compulſus abiurauerit ſuum tenet, & ſeruandum eſt ſacramentum, niſi vergat in æternã ſalutis interitum. Poteſt autem rem recuperare poſt renunciationem, quia non iurauit, quod non repeteret, ſed tantum, q renunciarẽt. Extra. 2. de iureiurando. Ex regiſtro Gregorij. Peruenit ad nos Laudinum. Epifcopum ab Arn. comite rebũ ſuis ſpoliatum, & iurare compulſum, quod non repeteret ſic ablata. Cognita igitur conſuetudine valde doluimus, aſſerentes ipſum Epifcopum nullius iuramenti vinculis ſuper hoc poſſe conſtrigi, quem tamen abſolimus, quia nefandiſſima coactioe iurauit. Idem regi Francorum. Peruenit ad nos, & infra. Non enim propoſitum, aut promiſſum infringit, qui in melius illud commutat. Nec tu etiam ei, ſi promiſſum tuum iuramento, vel ſidei obligatione, interpoſita conditione firmare, aliquatenus tenentis, ſi conſtat cum conditione minime paruiſſe. Alexander. 3. M. vigilan. Epifcopo. Debitores ad ſoluendam vſuras, in quibus ſe obligauerant, cogi non debent. Si vero de ipſarum ſolutione iurauerint, cogendi ſunt domino reddere iuramentum. Et cum vſuræ ſolutæ fuerint, creditores ad eas reſtituendas, ſunt Eccleſiaſtica ſeueritate, ſi nec eſſe fuerit, compellendi. Idem. Non eſt tutum quemlibet contra ſuum iuramentum venire, niſi tale ſit, quod ſeruatum vergat in interitum ſalutis æternæ. Nec nos alicui dare materiam volumus veniendi contra proprium iuramentum, ne actores periuiri, uideamur. Verum aliquãdo in Romana Eccleſia a pluribus prædeceſſoribus noſtris factum eſt ſecolitur, quod clerici, qui coacti miniſterium Eccleſiæ abiurauerunt, de iuramento abſolutionis beneficium meruerunt, & ad coercendam iniquitatem eorum, qui Eccleſiaſticos viros ad præſtandum, illud compulerant, permiſſi ſunt in eadem Eccleſia miniſtrare. Lucius. 3. Cum poſterius iuramentum ratione Lateran. auctoritate inueter, primo præiudicat, quod de cupiditate proceſſit. Urbanus. 3. Qui iurauit non loqui patri, vel matri, ſorori, uel fratri, aut eis ſubſidum humanitatis exhibere, abſoluedi ſunt ab illius obſeruancia iuramenti, cum illicitum ſit, & contra rationem, inuictã tamen eis de hoc, quod male iurauerant penitentia competenti.

Iterum de eodem. Cap. CXXI.

Cæleſtinus tertius. In ſacramenti vinculo abſoluantur, qui illud inuiti pro vita, & rebus ſeruandis fecerunt. Nihil aliud arbitramur, quam quod antecẽſores noſtri Romani Pontifices arbitratu fuiſſe noſcuntur, qui tales a iuramenti nexibus abſoluerunt. Cæterum vt agatur conſultius, & auferatur materia peierandi, non eis ita expreſſe dicatur, ut iuramentũ non

ta non ſeruent, ſed ſi non ea attenderint, non ob hoc ſunt, tantum pro mortali crimine puniendi. Innocentius. 3. Cum. I. & G. Petro vſuras nõ modicas perſoluiſſent, iuramento firmati, q non per ſe, nec per alium prædictas vſuras repererent, uel ad Eccleſiaſticum iudicem, ſive etiam ſæcularem, ſuper his deponerent queſtionem. Cũque creditor conſideret teſtamentum, ſuis præcepit hæredibus, vt omnibus, qui rationabiliter poſſent probare, ſe deſiſſe vſuras, ipſas eiſdem reſtituere, procurarent, ut cum prædicti. I. & G. vſuras repetere non attentent propter huiusmodi iuramentum, & hæredes prædicti Petri eis negligant ſatisfacere de vſuris. Mandamus quatenus ſub pena excommunicationis publice in Eccleſia proponi factas, vel proponas, vt qui ſuper hoc nouerint veritatem, procedant ad teſtimonium proferendum, & ſi per dictã teſtium, vel alia documenta tibi conſiterit de præmiſſis, hæredes illius, ut vſuras, quas a prædictis pater eorum acceperit, reſtituant vniuerſis, cenſura Eccleſiaſtica compellas. Idem Neapolitano Archiepiſcopo. Ad noſtram noueris audientiam perueniſſe, quod a te quaſi p extorſionem factũ ſuit præſtitum iuramentum, q in omni cauſa deberes ordinem iudicium obſeruare, Verum quoniam ſecundum traditiones canonicas, manifeſta crimina ac cuſatione non indigent, nec in eis eſt ordo iudicium obſeruandus, qui debet in aliis obſeruari, neque tu quando ſub præmiſſo tenore iurati, habebas in mente, ut propterea uenires contra canonicas ſanctioes, alioquin non iuramentum, ſed periurium potius extitit ſet, nec eſſet aliqua ratione ſeruandum. Nos iuramentum tuum benignius interpretari volentes, ita q conſonet canonicis inſtitutis. ſ. t. aut. præ. intimamus, q in maniſeſtis, & notoriis, rone iuramenti præmiſſi, non credimus, q ſententi ſeruare ſubſilitatẽ ordinis iudicium, quem in his, nec obſeruari per omnia, ipſã iuris ratio poſtulat, quamquam & ſeruandum approbatum intellectum recte poſſet intelligi, quod iurati, ut in omnibus cauſis ordinem iuris obſeruare iudicium. In illis videlicet, in quibus iuramentum eſt ſeruandum. Idem. Non iuramenta, ſed periuria potius ſunt dicenda, quæ contra Eccleſiaſticam vtilitatem attentantur. Idem in Conci. ge. Nimis de iure diuino quidam layci vſurare nituntur, cum viros Eccleſiaſticos nihil temporale obtinentes, ab eis ad præſtandum ſibi fidelitatis iuramentum compellant. Grego. 11. Clericus, qui iurauit ſe ſtatuta in Eccleſia ſua edita ſeruaturum, promittens per idem iuramentum, ſtatutum quod poſtmodum ſubſecutum eſt, fideliter obſeruare, licet tranſgredi non debeat, quod promiſit, non tamen tenetur ad illius obſeruanciam, ex debito præſtiti iuramenti.

De Temerario coniugum iuramento. Cap. CXXII.

Innocen. 3. Archiepiſtopo Terracon. Tua nos duxit fraternitas conſulendus, quid tibi ſuper hæc ſit faciendum, quod H. & A. vxor eius adiuuente iurauerunt, ſe nunquam mutuo petituros. Idem vero nunc repetit illam inſtãnter, ea e contrario affirmante, quod prius ſe faceret Saracenam, quam rediret ad eum. Et infra. Nos igitur, ſ. t. reſpon dentes. Mandamus quatenus vtrumque ad continentiam ſeruãdam moneas, & inducas, quã ſi promittere voluerint, & ſeruare, vtrumque dimittas ſine alio commorari. Alioquin ſi vir noluerit continere, tu illum vt reuertatur ad ipſum, & tanquam vxor cum viro moretur, per excommunicationis ſententiam ap. re. compellas. Cum & temerariũ fuerit huiusmodi iuramentum, & adulterium ſit vtrinque commiſſum. Idem. Si autem vir mulieri iurãſſet, quando contraxit cum illa, quod eã p legitima teneret vxore, pro fornicatione, quam mulier antea commiſiſſet, illum non poſſet dimittere, ſed pro fornicatione, quam poſtea perpetraret, eam dimittere poſſet, non obſtante huiusmodi iuramento, quoniam talis erat ſub intelligenda conditio, ſi videlicet illa in legem coniugii nõ peccaret. Nam ſi poſt contractum coniugium, vir propter fornicationem licite poteſt vxorem ſuam a ſua cohabitatione dimittere, longe fortius ante coniugium celebratum propter eandem cauſam ſponſus licite poteſt in ſuam cohabitationem non admittitẽ ſponſam: quia turpius eiicitur, quam non admittitur hoſpes. Non obſtante in alterutro caſu vinculo iuramenti, quod quidem propter ſubintelligendam conditionem eſt tale, ut iſis, qui iurauit, ad utrumque ſine tranſgreſſione ſe poſſit habere. Quod ſi poſt huiusmodi iuramentum mulier fieret non ſolũ leproſa, ſed etiam paralytica, vel oculus, vel naſum amitteret, ſeu turpius ei quicquam adueniret, nunquid vir teneretur eam ducere in vxorem. Profecto ductã non poſſet dimittere, ſed nunquam non ductã admittitẽ teneretur, quia interdum non dimit contractum, quod impedit contrahendum. Illud autem ſacramentum proculdubio eſt temerarium, ſi vir iuret uxori, q

eam in nullo crimine accuſabit, quia ſi mulier fieret infidelis, & nollet cohabitare abſque cõtumelia creatoris, uel vt illum protraheret ad infidelitatis errorem, tunc vir debet incontinenter illum impetere apud iudicem ſuum, vt eam niſi penitus reſpiciſſet omnino dimitteret. Quod ſi expreſſe iurãſſet, quod eam ſuper adulterio non impetret, eſſet ne ſeruandum huiusmodi iuramentum, Scriptura teſtatur, quod patronus eſt turpitudinis qui celat crimen vxoris. Et ſecundum Euangelium. Si primo, & ſecundo correctã reſpiciſſet nollet, dicendum eſſet Eccleſiæ, ut tanquam Ethnica, & Publicana vitaretur, ne per hoc libera præbeatur ei peccandi facultas, propter impunitatem peccati. Sed nunquid vir non poteſt dimittere vxori peccanti non ſolum ſepties, ſed etiam ſeptuagies ſepties, ſecundum Euangelicã veritatem. Tutius ergo in hoc caſu videtur, vt propter iuramentum di religionem vir accuſare deſiſtat uxorem ad diuortium celebrandum, quamquam denunciare eam poſſit ad penitentiam peragendam.

De Iuramento illicito non ſeruando. Cap. CXXIII.

Gratianus cauſa. 22. q. 4. Quod autem illicita iuramenta ſeruari non debent, in Tolerano concil. 8. legitur. Si publicis ſacramentorum gelis (quod Deus auertat) a quibullibet illicita, uel non bona extitit conditio allegata, quæ aut iugulare animam patris, aut gerere compelleret ſupremũ ſacraſſimam uirginis, nunquid non tolerabilius eſſet ſultæ promiſſionis vota reſcere, quam per inutilium promiſſorum cuſtodiam, exhorrendam criminum adimplere menſuram. Item Iſido. in ſynonimis. In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi uoto decreta muta. Inipia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur. Item Beda Homel. 44. Si aliquid nos incautiũ iuraſſe contigerit, quod obſeruatum peiorem vergat in exitum, libere illud ſalubriori conſilio mutandum nouimus, ac magis inſtãnter neceſſitate peierandum nobis, quam pro vitando periurio in aliud crimen grauius eſſe diuertendum. Denique intauit Dauid per Deum occidere Nabal virum ſtultum, & impium, atque omnia, quæ ad eum pertinebant demolire, ſed ad primã interceſſionem Abigail ſœminæ prudentis, mox remiſit minas, reuocauit enſem in vaginam, neque aliquid culpæ ſe pro tali periurio contraſſe doluit. Item non ſolum in iurando, ſed in omni, quod agimus, hæc eſt moderatio ſollicitius obſeruanda, ut ſi in talem forte lapſum verſum hoſtis incidimus inſidiis, ex quo ſine aliquo peccati contagio furgere non poſſimus, illum potius euadendi aditum peramus, in quo minus periculi nos perpeſſuros eſſe cerimus. Item ex concilio Hilerdenſi. Non ſemper promiſſa omnia ſoluenda ſunt, denique ipſe Dominus frequenter mutat ſententiam. Item ex concilio Elbertano cap. primo. Diſcretio in incauta laudabiliter ſoluenda eſt, nec eſt præuaricatio, ſed præuaricationis, vel temeritatis emendatio. Gratianus. Ecce, quod iuramenta illicita laudabiliter ſoluuntur, & damnabiliter obſeruantur. Quod tunc intelligendum eſt, quando iuramentum illicitum deſeritur, vt ad bonum redeatur. Cæterum ſi propterea deſeritur, ut in aliud malum tranſeatur, illicitum ſacramentum damnabiliter ſeruatũ, ſed damnabilius contemnitur. Vnde Auguſtinus de bono coniugali. Mulier ſi ſide coniugali violata, fidem ſeruet adulterio, utique mala eſt, ſi neq adulterio peior. Gratianus. Sed cum omnibus his, illicita iuramenta non ſeruanda probentur, opponitur quod Iofue Gabaoitas contra præcepta Domini non deleuerit, quia ſeniores Iſrael iuramenta pacis cum eis firmauerant. Sed notandum eſt, quod filij Iſrael, & ſi ſciẽntia Domino eſſe imperatum, ut deleuerent genus terræ promiſſionis, decepti tamen a Gabaoitis, neſciebant eos eſſe incolas, terræ promiſſionis. Venerunt autem, ut hiſtoria reſert, attritis calciamentis, & cum aridis panibus dicentes. Viri pacifici uenimus de terra longinqua. Illi autem uidentes ſe eſſe deceptos noluerunt delere eos, ſed pepercit eis Iofue propter iuramentum filiorum Iſrael. Illicitum ergo iuramentum, quod ſeruari prohibetur, intelligendum eſt, quando ſcitur eſſe illicitum dum iuratur. Si autem neſcitur illicitum eſſe ipſa ignorantia excuſatur, ſi putatur licitum eſſe non ignorantia iuris, ſed facti. Aliud eſt enim ſi alicuius copula credatur eſſe licita, quia neſcitur eſſe conſanguinea, uel quia creditur eſſe uidua, Aliud ſi ideo putatur licita, quia conſanguineorum coniugium, uel relictarum copula, nullo iure credatur prohibita. Hic, eſt ignorantia iuris, quæ nemine excuſatur, niſi cui permiſſum ius ignorare, ibi uero ignorantia facti, qua quiſque ſere excuſatur.



Qvod autem illicitum iuramentum seruari prohibetur, non est generaliter intelligendum. Iuramentum namque (ut Hiero testatur super Hieremiam) debet habere tres comites, veritatem, iudicium, & iustitiam: ubi autem ista defuerint non est iuramentum, sed periurium. Unde datur intelligi illicitum esse iuramentum, cum aliquod istorum defuerit. Non tamen, cuiuscunque conigerit aliquid istorum defuisse, prohibetur seruari. Aliquando namque iuramento deest iustitia, veluti cum quispiam post votum castitatis duxit uxorem, iuramento firmans nunquam se ab ea discessurum, quod quantum illicitum, quia iustitia probatur sibi defuisse, tamen auctoritate Greg. seruari precepitur. Hic autem si quis contendat prerogatiua coniugij non propter religionem iurandi seruari, animaduertat Gabonitas ob solam religionem contra domini preceptum seruatos. Cum ergo omne preceptum Domini iustum sit, patet ei iustitiam deesse, quod eius precepto contrarium inuenitur. Iudicium quoque aliquando iuramento constat deesse, veluti cum propria temeritate aliquis ductus, iurat se manducaturum & habiturum, hoc quantum leuitate indiscreta illicitum probetur, non tamen deo iubetur violari. Iuramentum itaque illicitum multipliciter intelligitur. Est. n. illicitum aliquando ex eo quod iuratur, aliquando ex modo iurandi. Ex eo quod iuratur tunc est illicitum iuramentum, cum id quod iuratur in sui natura vitiosum est, vel vitam adimens, vt adulterium, homicidium, & his similia. Vel reparari non permittens, veluti cum inimico ad pacem non redire, indigenti misericorditer non subuenire. Ista quia perspicua habent in se iustitiam, & si iuramento firmantur, tamen seruari non debent. Circa haec itaque iuramenta, intelligenda sunt, quae de illicitis iuramentis non obseruandis, si praefata leguntur. Quis ergo iuramento firmauerit se aliquid facturum, quo corporalis vel spiritualis salus adimitur, vel sine quo utraque salus separari, vel conseruari non possit, fidem permissam seruare prohibetur. Quorum praemissa exempla auctoritates subiungunt, dum eum quae homicidium facere, vel alimenta matri & fratribus denegare, vel in adulterio perseuerare, vel ad pacem cum aduersario non redire, iuramentum praefando promiserit, salubriori consilio illicita nota obseruare non permittunt. Est autem id quod iuratur aliquando vitiosum non in natura sui, sed ex causa extrayuentibus, veluti cum aliquis post votum castitatis iurat alicui, se habiturum eam in coniugem. Coniugem namque habere in seipso malum non est, tamen huic ex voto perniciosum est, hoc autem iuramentum & si illicitum sit, non tamen prohibetur seruari, sed de violatione voti penitentia iubetur sibi indicere. Ex modo iurandi tunc est illicitum iuramentum, quando inconfiderate, & incircumspecte aliquid iuratur, quo nec corporalis, nec spiritualis salus adimitur, & sine quo utraque salus reparari, & vita conseruari valet, veluti dum aliquis a parentibus coactus, vt clericatus conseruatur, vel religionis vestitus suscipiat, se neutrum facturum iuramento firmauerit. Hoc quantum aliquibus videatur reprehensibile, quia opus charitatis iuramento se non facturum promissit, nulla tamen auctoritate seruari prohibetur, quia etiam nunquam clericatus conseruatur, vel religionis vestem suscipiat, non tamen ideo minus salutem promoueri valet, cum nonnulli in laici habitu sanctissimi, & deo dilecti inueniantur. Quo exemplo euidenter datur intelligi, quotiens aliquis se iurat non facturum aliquid, ex quo expeditior sibi via praepararetur ad beatitudinem, dummodo sine eo salutem ualeat inuenire, quod iuramentum non prohibetur seruare. Unde cum istamur nos non duros aliquid alicui, sine quo utraque salus eius potest esse incolumis. Et si aliqua ex eo sibi commoditas praefaretur, dummodo sit nobis alia via necessitatis eius subueniendi.

De Fraude iuramenti. Cap. CXXV.

EX summa iuris. Sciendum est autem, quod ubi est fraus, & vertitur ex parte iurantis, refertur iuramentum ad intentionem recipientis, non ipsius iurantis. Si vero non constet de hoc, ad communem verborum significationem recurrendum est. Gratianus ubi supra, q. 1. Queritur de eo qui verborum calliditate se circumuenire putat illi, cui iuramentum deseruit, an sit reus periurij nisi seruauerit quod iurasse creditur. De hoc ita scribit Isidorus li. sententiarum 5. Quaeque arte verborum quis iurat, deus tamen qui conscientiae testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus sit, quod & Dei nomen in uanum assumit, & proximum dolo capit. Sed obicitur illud Greg. in 25. li. moralium. Humanas aures talia uerba iudicant, qualia foris sonant. Diu-

na iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis profertur, quae non debet intentio uerbis deferre, sed uerba intentioni. Pater ergo, quod deus non sic accipit iuramentum, sicut ille cui iuratur, sed potius sicut qui iurat intelligit. Item obicitur de ciuibus, qui credunt se iurare obediuntur consiliis suis in omnibus, quae sibi imperata fuerint pro honore suae ciuitatis, ne uero obedientiam recusantes, reatu periurij illaquerentur, supponitur breue iuramentum, in quo aliud continetur, quam se iuratos arbitrentur, uidelicet, ne Padum in Nilum conuertant, vel aliquid huiusmodi faciant. Si ergo contra hoc, quod iurasse crediderant, consiliis suis obedientiam denegarent, nunquid secundum intentionem recipientis, an potius secundum intentionem iurantis, deus illud iuramentum acciperet. Sed sicut aliud est callida arte uerborum iurare, aliud simpliciter intentionem suam iurando denunciare. Sic aliud est simpliciter intentionem iuramentum factum recipere, aliud in recipiendo calliditate uti. Deus autem dupliciter aspernatur, simpliciter intentionem utriusque considerat, & tam ex parte recipientis, quam ex parte praestantis dupliciter uerborum aspernatur, & odit.

De Fideiussione. Cap. CXXVI.

EX summa iuris. Post stipulationem dicendum est de fideiussione. Nam & ipsa cum stipulatione fit, sed pro debito alieno, & obligatione principali accedit. Est itaque fideiussor, qui stipulante creditore, obligationem in debitore remanente, in suam percipit fidem, stipulatio namque necessaria est. Et nota differentiam inter illos, qui alienas obligationes suscipiunt, scilicet fideiussorem, mandantorem, & constitutorem. Fideiussor enim accipitur, & ante obligationem rei, & post, sed non nisi per stipulationem, ut dictum est. Mandator autem sine obligatione, & stipulatione, solo consensu. Et praecedat principalis debitoris obligationem, nisi in casu, scilicet cum quis tibi mandauerit, ne uigeres debitorem ad solutionem teneri, periculo quo suo fore pecuniam dixit. Constitutor similiter obligatur solo consensu, sequiturque principalis debitoris obligationem. Item fideiussor a ceteris differt in hoc, quod mandator, vel constitutor re alienam obligationem in se suscipiente, obligatio omnino transfertur in eos, ita quod non remanet in reo. Fideiussore uero suscipiente nihilominus in reo remanet, ut in diffinitione dictum est. Verbigracia. Si pro Titio debitore tuo spondeo, fideiubeo, si mando tibi ut Titio credas, mandator existo. Porro si obligationem Titij in me transfero, & me pro eo debitorem constituo, constitutor ero, & actione de constituto conueniri potero. Fideiubere potest quicumque non prohibetur, hoc enim edictum prohibitorium est, sicut edictum de procuratoribus. Itaque mulier fideiubere non potest. Clericus quoque fideiubere prohibetur, si tamen fideiussor tenetur. Milites etiam prohibentur. Seruus autem fideiubere agendo negocium peculiare, puta pro suo peculiari creditore. Alioquin, nec naturaliter obligatur seruus, nec dominus ex illa fideiussione conuenitur de peculio. Porro filius, si indistincte fideiubet, sicut & pater. Omni autem obligationi recte fideiussor accedit, etiam naturalium, nisi contractus sit legibus, aut canonibus improbatos.

De Eodem. Cap. CXXVII.

Fideiussor tenetur ad id, ad quod principalis debitor tenebatur, non autem in plus. Nam secundum legem, in duriores causas fideiussor obligari non potest. Et olim quidem erat in potestate creditoris conuenire quem uellet, scilicet uel debitorem, uel fideiussorem, uel etiam unum ex fideiussoribus eligere. Hodie uero debitore praesente, & soluendo existente, fideiussor conueniri non debet, sed debitore deportato, uel capitaliter accusato, fideiussor uigetur. Item pro fideiussore fideiussor fideiubere potest. Item si plures sunt fideiussores, singuli pro parte conueniendi sunt. Item cum aliquis fideiubet sub poena, quod reus intra certum tempus iudicio sitat, & si non steterit, elapso spacio poterit moram per septem annos purgare. Et hoc est speciale in fideiussore iudicio sibi, alias enim non licet alicui purgare moram in poenam, etiam post momentum. Aliud quoque speciale est in fideiussore iudicio sibi, ut si quidem fiat sine scriptis, & non in causa publica, fideiussor liberetur lapsis diebus, in quibus actor non est accusationem prosecutus, praesentur enim quia uoluit deferre, lex enim fauet ei, qui de aliena tenetur obligatione, debitor autem fideiussori tenetur, ut eum liberet, uel si fideiussor soluit, tenetur ei in fortem, & eius accessiones. Item si quid fideiussor ex causa fideiussionis bona fide impenderit, debet ei ab eo pro quo fideiussor restitui, sicut & in mandato contingit. In summa uero nota, quod exceptio, quae competit

tit debitori, competit & fideiussori. Quam si omiserit fideiussor sciens, non habet regressum contra debitorem. Hoc tamen recipit distinctionem. Denique fideiussor antequam soluat, contra debitorem non agit, nisi quod inter eos ab initio conuenit, uel quod debitor bona sua uenditae cepit, uel quando mora interuenit. Extra. 3. de fideiussione ex concil. Cant. Clericus fideiussoribus inferius abicitur. Inno. 3. in concil. generali. Volumus, & mandamus, ne quis religiosus absque maioris partis capituli, & abbatis sui licentia, pro aliquo fideiubeat, uel ab aliquo pecuniam mutuam accipiat ultra summam communis prudentia sibi constitutam, alioquin non teneatur conuentus pro his aliquatenus respondere, nisi forte in utilitatem domus ipsius manifeste conluerit redundasse. Regula Grego. 11. Cum pro quo te fideiussore obligasti si in dicti debiti solutione diu cessaueris, aut dissipare bona tua cepit, seu fidei hoc condemnatus fuit, iure poteris conuenire, ut te a fideiussione debeat liberare.

De Debiti solutione. Cap. CXXVIII.

EX summa iuris. Dico de obligatione principali, & fideiussione, dicendum est de solutione qua res debita soluitur, & tam principalis persona, quam fideiussoris liberatur. Est itaque solutio eius, quod debetur reddito. Species eius duae sunt, una quidem uera, siue naturalis, ut quando soluitur, quod debetur. Altera uero imaginaria siue civilis, ut per nonationem, uel acceptationem. Verbi gratia. Habes ne acceptum, quod tibi debeo? Respondeo. Habeo, acceptumque tuli. Quaedam etiam pro solutione habentur, ut solennis depositio, fructuum perceptio, compensatio, pactum de non petendo, successio. Si creditor debitori succedat, uel conuerso. Soluere debet principalis debitor, uel fideiussor, uel haeredes eorum. In Ecclesiasticis quoque successor tenetur soluere antecessoris sui debita, si tamen pecunia ab eo accepta pro utilitate Ecclesiae contracta, uel in utilitatem Ecclesiae fuerit uersa. Sed & quilibet pro alio soluere potest, etiam inuito. Qui autem inuito creditore soluit alij, non se liberat. Soluendum est igitur ei cui debetur, uel alij de uoluntate ipsius, sed & eius procurator soluendo, liberatur quis a debito, similiter & tutor. Effectus solutionis est, ut & reus, id est debitor principalis, & fideiussor, & pignora, & instrumenta liberentur. Illud autem in summa nota, quod qui dicit se soluisse debet probare. Regula iuris. Nihil peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam perfolui possit, & cum soluendo tempus obligationis additur, nisi eo praeterito peti non potest. Quod autem nullius esse potest, id ut alicuius fieret nulla obligatio ualeat efficere, & si nihil facit mutandum est ex solennibus, tamen ubi aequitas euidenter poscit, subueniendum est. Extra. 3. de solu. Si aut filius debita patris tenetur soluere, ita praetatus sui praedecessoris pro Ecclesiae necessitate contracta. Grego. 11. Inhibemus, ne quis praesumat Ecclesiam sibi commissam per alios grauari debitis, aut literas alicui sua sigilla concedere, quibus possent Ecclesiae obligari, decernentes, si secus fuerit attentatum, ad solutionem talium debitorum Ecclesiam non teneri. Idem Osobardus clericus proposuit, quod cum P. clericus, & D. laicus, & quidam alij laici ipsam eorum officiali Archi. Res. sup. quibusdam decimis debitis conuenissent, idem in eam recepno scientem huiusmodi debita se debere, sed per inopiam soluere non ualentem, excommunicationis sententiam promulgauit, & infra. Mandamus quatenus si conluerit, quod praedictus, O in toto, uel in parte non possit soluere debita praedicta, sententiam sine difficultate aliqua relaxetis, recepta prius ab ipso idonea cautione, ut si ad pinguiorem fortunam peruenerit, debita praedicta persoluat. Inno. 3. R. in praecedenti. c. de fideiussione. Extra. 2. de iureiur. Idem onus non remittitur, sed augetur, cum cuiquam imponitur soluitur, quod alij ex debito est praestandum. Regula iuris. Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit.

De Donationibus. Cap. CXXIX.

EX summa iuris. Dico de stipulatione, id est, promissione, & de fideiussione, quarum contractus uerbis celebrantur, dicendum est de donatione, quae & ipsa solis uerbis perficitur. Donatio est datus ex mera liberalitate pro uentis. Sic dicta quasi dono datus. Unde dicit regula iuris. Donari uel quod nullo iure cogente conceditur. Naturali tamen instinctu, ille cui donatum est ad antihonam tenetur. Ideo uero de mera, quia si fiat ex necessitate non est donatio, nam in necessitatibus nemo liberalis existit. Dux autem sunt species donationis. Sinter uiuos, & causa mortis. Donatio inter uiuos est quod rem, quam dono, alium habere malo, quam me ipsum. Et huius generis alia est simplex, quando

scilicet: et in nullo casu uolo ad me reuerti, quod dedi, uel quod me daturum promisi, siue fiat pure, siue in die, siue sub conditione. Alia uero ob causam, quae, si interponitur, ut aliquid fiat, uel ad fiat, in quam speciem cadit donatio propter nuptias. Secus autem in donatione sponsalica, quoniam illa pure simpliciterque fit, licet conditio tacite per legem insit. Donatio uero causa mortis est, quod malo quidem me habere, quam alium, sed magis alium, quam haeredem meum. Perficitur autem donatio nudis uerbis, etiam sine rei traditione, donator tamen ad rem tradendam tenetur, sed non tenetur de euictione, nec tenetur nisi inquantum facere potest, id est habita ratione, ut non egeat. Id idem ubi supra. Donatio est cuiuslibet rei transactio. Cessio est propria rei concessio, sicut est illud. Cedo iure propinquitate. Cedere enim dicimus quasi concedere ea. Quae propria sunt, nam aliae restituimus, non cedimus. Extra. 3. de donationibus. Grego. Hanc sibi quodammodo nobilitas legem ponit, ut debere se, quod sponte tribuit existimet, & nisi in beneficiis suis excreuerit, nihil se extitisse putet. Inno. 3. In contractibus plena, in testamento plenior, in beneficiis quoque plenissima est interpretatio adhibenda.

Quis, quid, & qualiter donari possit. Cap. CXXX.

EX summa iuris. Donare potest quisque siue potestatis est, sicut paterfamilias. Seruus autem uel filius non potest, nec etiam pupillus sine tutoris auctoritate. Sed quod dixi de patrefamilia, saltem, si filio non emancipato donare uelit, hoc enim non potest, sed nec uxor donare potest. Item monachus, qui propriis renunciauit, uel conuersus, donare non potest. Sed neque praetatus res Ecclesiae donare potest, quia procurator est non Dominus, procurator autem non donat. Et hoc dico, nisi bene merito, uel nisi modicam rem. Donari uero potest tantum id, quod in accipientis dominium transire potest, itaque si solus aut Lunam, uel liberum hominem, aut rem sacram mihi donaueris nihil agis. Item donare quisque quantum uult potest, eo salvo, quod ultra summam quingentorum aureorum, sine scriptis facta donatio non tenet, nisi in casibus, ut fiat donatio causa pietatis ab Imperatore in priuatum, aut conuerso, uel a magistro militum in militem, uel a priuato in priuatum, in reparatione domorum, uel si fiat propter nuptias, uel si remittantur uitae futuri temporis. Alias ergo exigitur insinuatio donationis apud magistratus, & ut inde scriptura fiat adhibitis personis publicis, non enim priuati sufficiunt. Reuocatur itaque donatio si ultra legitimum modum fuerit, & quantum legitimum modum excedit. Item reuocatur in officiosa donatio, puta si donec quicquid habet. Item propter natos postea filios, uel propter ingrati tudinem, ut si donatori donarius intulerit atrocem iniuriam. Haec de donationibus factis in priuatos. Donatio quoque facta Ecclesiae reuocari solet propter appositam conditionem, propter pacti turpitudinem, propter dantis iniquitatem, propter danti enormitatem, propter suscipientium fraudem, propter superuenientem filiorum naturam, propter dantis impotentiam. Quod enim ab eo, qui donare non potest donatur, pro non donato habetur. Notandum uero, quod ea, quae clerico intuitu Ecclesiae donantur, Ecclesiae acquiruntur, quae uero intuitu personae, in bonis ipsius clerici computantur. Regula iuris. Nemo plus iuris ad alium transferre potest, quam ipse habet, nec uidentur datus, quae eo tempore quo dantur accipientia non fuerint. Item quod cuique praestatur, inuito non tribuitur. Extra 3. De his, quae sunt a praetato sine consensu capituli. Ex concil. apud Valentiam. Irrita erit Episcopo donatio, & uenditio, uel mutatio rei Ecclesiae facta, absque collaudatione, & subscriptione clericorum, Alex. 3. Concessio decimae ab abbatisa prius facta, si conuentu sciente, & non contradicente facta est, robur habere debet. Verum si ignorante conuentu, aut contradicente, decimam prius. H. concessit praedicto, & non post multum temporis de assensu conuentus eandem decimam dedit eidem, secunda concessio debet praedictae priori. Ibi etiam de donationibus. Alex. 3. Cum Episcopus & quilibet praetatus Ecclesiasticarum rerum sit procurator non Dominus conditione Ecclesiae meliorare potest, facere uero de teriore non debet. Grego. 11. Propter eius magnitudinem, in quem liberalitas est collata, donatori persona, secundum rigorem iuris eam potuit reuocare. Si forte in ipsum impias manus iniecerit, aut sibi atrocem iniuriam, seu graue rerum suarum damnum, uel uitae periculum inferre praesumpserit, quod tamen donatoris, qui hoc tacuit non extenditur ad successores. Actor. In summa uero nota, quod quando donatur aliquid alicui ad uitam suam, intelligitur de uita naturali. Unde si transeat ad uitam religionis, potest illud ius conferre cui uoluerit.

**E**X summa iuris. Quoniam in testamentis solet fieri donatio causa mortis, dicto de donationibus, dicendum est de testamentis. Et notandum in primis quod testamentum dicitur tribus modis. Vno modo diuina lex scripta, sicut, & nouum testamentum. Alio modo, id quod quisque pro anima sua reliquit. Tertio modo magis proprie. Iuxta dispositionem de rebus mortis. In qua significatione hic accipitur. Unde sic dicitur in codice li. 6. Testamentum est dispositio, siue voluntatis proprie iuxta sententiam, qua quis disponit, quid de rebus suis post mortem fieri velit. Et dicitur testamentum, quasi testatio mentis. I. manifestatio voluntatis. Testamenti species duae sunt. I. in scriptis, & sine scriptis, quod dicitur testamentum nuncupatiuum. Quod si fuerit aliquem testari, ab hereditate, vel successione repellendus est, sicut leg. l. idem ubi supra. Testamentum uocatum est, quia nisi testator mortuus fuerit, nec confirmari potest, nec sciri, quid in eo scriptum sit, quia clausum, & obfirmatum est, dictum quia non valet nisi post testatoris mortem, sed omne pactum, vel placitum testamentum uocabant, quod utique etiam inter uiuos ualeat. Olographum testamentum est manu auctoris totum conscriptum, atque subscriptum, inde & nomen accepit. Graeci. n. olo totum, graphum literam dicunt. Irritum testamentum est, si is qui testatur capite diminutus est, aut si non recte f. Et in sit. Inofficiosum testamentum est, quod frustra liberis exhereditatis, sine officio naturalis pietatis in extraneas personas est redactum. Ruptum testamentum inde uocatum quod nascendo postumo, neque exhereditato nominatum, neque herede instituto distrumpitur. Supersum testamentum est, quod in fraudem heredum, vel legatariorum, siue libertorum, non est palam prolatum, quod si non latet nisi per praedictas personas non profertur, suppressum uideatur. Regula iuris. Omnia, quae ex testamento proficiuntur, ita statim euentus capiunt, si in iudicio sine uicio caperint. Absurdum est plus iuris habere eum cui legata sit fundus, quam heredem, aut ipsum testatorem si uiueret. Si quis pregnantem uxorem reliquit, non uidetur sine liberis decessisse. Extra. de testa. & uoluntatis. Inno. 3. Qui extremam uoluntatem in alterius dispositionem committit, non uidetur decedere intestatus.

De Testibus, & instrumentis testamentorum. Cap. XXXII.

**E**X summa iuris. Fit autem testamentum sicut leges cum multa solemnitate, adhibitis. 7. testibus rogatis, masculis, liberis & bonae famae, & instituendus est haeres unus, aut plures. Inde et excipitur testamentum militis, quod huiusmodi solemnitates non requirit. Excipitur etiam testamentum, quod Imperatore praesente fit, quia pro solemnitatibus omnibus, eius praesentia sufficit. Excipiuntur iterum testamenta rusticorum, in quibus 5. testes sufficiunt. Item testamentum caeci excipitur, in quo octo exiguntur. In his autem quae relinquuntur Ecclesiis duo testes sufficiunt. Hodie quoque sicut canones in quolibet test. sufficiunt duo testes. Item sicut canones ualent testamentum, & si nullus haeres instituat, dum tamen institutio eius in alterius uoluntate relinquatur. Extra. 4. de testamen. Alex. 3. Cum scriptum sit, In ore duorum, vel trium testium stet omne uerbum, testamentum, quae parochianus coram presbytero suo, & tribus, uel aliis duabus personis idoneis, in extrema fecerit uoluntate, firma decernitur permanere, sub interminatione anathematis, prohibentes ne quis huiusmodi ualeat rescindere testamenta. Inno. 2. ubi supra. Testes sunt, quos quisque ante iudicium placiti sibi alligat, sicut dicitur eo, quod testamento solent adhiberi, sicut signatores, eo quod testamentum signant. Tabulae testamenti dicitur sunt, quia ante chartam, & membranam usum, in dolatis tabulis, non solum testameta, sed etiam epistoliarum alloquia scribebantur, unde & portitores earum tabellarii uocabantur. Testamentum iuris ciuili, est quinque testium subscriptione firmatum. Testamentum iuris praetorii, est septem testium signis signatum. Sed illud apud ciues fit, inde ciuile, istud apud praetores, inde iuris praetorii. Testamentum autem signare, notare est, ut notum sit quod scriptum est. Nuncupatio est, quam in tabulis, cerisque testator recitat. Ius liberorum est coniugum siue liberis inuicem pro loco pignorum hereditatis alterna conscriptio. Codicillus est scriptura nulla indigens solemnitate uerborum, & sola testatoris uoluntate, qualicunque scripturae significatione expressa, cuius beneficio uoluntatis defunctorum constat esse subuentum, propter legalium uerborum difficultatem, aut certe propter necessitatem adhibendorum solemnium, ita ut qui scribit titulum eiusdem scripturae codicillum uocat. Sicut autem codicillus fit uice testamenti, ita epistola uice codicillorum. Regula

iuris. Quae in testamento ita scripta sunt, ut intelligi non possunt, peinde sunt, ac si scripta non essent. Insuper ubi supra lib. 2. Aliquando oportet non intendere scripturam in testamento, sed uoluntatem testatoris considerare.

De Confirmatione, & executione testamenti. Cap. CXXXIII.

**E**X summa iuris. Morte testatoris testamentum confirmatur, vel si transeat ad religionem, quia talis mortuo comparatur. Infirmitas autem, quando non est legitime factum, vel si testator capite minuatur. Rumpitur etiam testamentum agnatione posthumi naturalis. Uel ciuili. Puta si postea testator alium fecerit adoptiuum, uel ingressus est monasterium, cui nihil ante reliquerat. Monasterium enim pro uo filio reputatur. Potest tamen dici contra, quia posthumi non rumpit testamentum, nisi talis sit, qui in testamento si uiueret agnosceretur potestatem. Praeterea subuertitur, quia testator sibi mortem consciiuit. Effectus uoluntatis est, ut debeat omnino seruari, & ut transferatur dominium sine traditione. Haeredes tenentur implere uoluntatem testatoris, alioquin hereditas auferetur eis. Extra. 3. de testa. & vl. vol. Grego. Dilatas defunctorum uoluntates episcopali decens est uoluntati adimpleri. Ex concilio Mogunt. in. Si haeres instituta testatoris non adimpleuerit, ab episcopo loci illius, omnis res, quae eis relicta est canonice interdicatur, cum frugibus, & ceteris emolumentis, ut uota defunctorum implerentur. Grego. 12. episcopo Nonione. In omnibus pijs uoluntatibus sit pro locorum episcopos prouidendum, ut sicut defuncti uoluntatem uiuenter procedat. Idem. Executores post mandatum susceptum per diocesanum, debent cogi testatoris explere uoluntatem. Insuper ubi supra. Damna legata non ualent. Poenae quoque nomine inutiliter legatur. Poenae autem nomine legari uidetur, quod coercenti haereditas causa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat. Quinciam nec ipsa libertas poenae nomine dari potest. Nunc autem poenae nomine relicta ceteris legatis exequantur, exceptis his, quae impossibilia sunt, uel legibus interdicta, aut alias prohibita. Impossibilis quoque conditio in institutionibus, & legatis, necnon in fidei commissis, & libertatibus, pro non scripto habetur. Guilelm. Impossibilis conditio, in ultimis uoluntatibus non ualeat, in contractibus autem ualeat.

De His, qui possunt facere testamentum. Cap. CXXXIII.

**E**X summa iuris. Sunt autem. 2. genera hominum, qui non possunt facere testamentum, sicut leges. Primum quidem ille, qui in aliena potestate est, ut seruus, uel filius, etiam si pater concedat ei testari, quia testamenti factio publici iuris est, non priuati. Potest tamen donare causa mortis parte contentente. Praeterea, quod filius, testari non possit, saltem in filiosa milite, qui de castrensi peculio, uel quasi castrensi potest testamentum facere. Nam filius sicut salarium habens ex patrocinio causam in eo quasi castrensis testari potest. Item impubes testari non possunt quia non habent animi iudicium, licet tribuuntur plebis mercedem. Item furiosus testari non potest, quia non est sui mentis, nisi dilucida habuerit interualla, tunc enim licet ei testari, ita tamen ut compleatur testamentum, antequam furor superueniat. Nomine uero furiosus, etiam mente captum accipio. Item testamenti factionem non habet prodigus, cui bonorum administratione interdicta est, & omnino furus pariter, & mutus a natura. Si uero furus ex accidenti est, & mutus similiter, tunc si liberatus est, & scribere scit, testari potest, aliter non. Item neque caecus testari potest, nisi quadam solemnitate adhibita, quae in lege determinata est. Iterum eius, qui apud hostes est obsecus, uel captiuus non tenet, etiam si postea redierit. Item damnatus ad mortem testari non potest, mortem intelligas large, siue damnatus sit ut moriatur, siue ut fiat poenae seruus, siue in insulam deportetur. Relegati uero, quia ciuitatem, uel libertatem non amittunt, testari possunt. Item damnatus ob crimen famosum non potest condere testamentum, nec adhibetur ad testimonium. Item de statu suo dubitantes, ut quia se manumissos, uel emancipatos nesciunt, testari non possunt. Sed nec haeretici, nec perduelliones rei, quoniam eis lege interdicitur bonis. Similiter nec qui propriis renunciauerit, ut monachus, uel regularis. Episcopus tamen factus pro sepultura sua testari potest. Et hic est vnus ex casibus in quibus potest testari non Dominus. Sunt & alii quique casus scripti, quos non prosequor.

**I**N summa uero nota, quod olim Praelatus Ecclesiae de his bonis poterat testamentum condere, quae prius habebat, & de his, quae postea per haereditatem propinquorum ei obueniant, hodie uero de omnibus, quae obtinent ei, non intuitu Ecclesiae, potest testamentum condere. Causa. 12. q. 5. Testamenta non licet eis condere, nisi de propriis rebus. Unde Grego. Lucido Episcopo. Nulli dubium est, quod sicut sacerdotibus, res in episcopatu acquisitas nulla est alienandi licentia, ita de his quas ante habuerunt, quicquid iudicare uoluerint non uentur. Item ex concilio Spalensi. Fixum ab hinc, & perpetuo mansurum esse decreuimus, ut episcopus res sui iuris, quas aut ante episcopatum aut certe in episcopatu, sed haereditaria successione acquisiuit, sicut auctoritate canonicam, cui uult conferat, & quicquid de eis uult faciat, postquam autem Episcopus factus est, quicumque res de facultatibus Ecclesiae, aut suo, aut alterius nomine comparauerit, decernat ut non in propinquorum suorum, sed Ecclesiae cui praestitit iura ueniunt. De rebus uero Ecclesiasticis testari licet Episcopo, sed tantum de propriis restituat. Extra. 3. de testa. & vl. vol. Grego. Arelan. ciuitatis Episcopo edito testamento in 8. uicis substantiae suae haereditatem suam instituit, ecclesiam suam in residuis quatuor. Hortamur ergo ut solite hoc discutias, & quicquid ipsi habuisse patris, ut hoc solum, quod ante Episcopatum ordinem proprium habuisse conseruit, quicquid uero Ecclesiae ante ipsius consecrationem fuisse cognouerit, uel in Episcopatus ordine praedictum Episcopum acquisiuit, in eiusdem Ecclesiae domino conferuetur. Alex. 3. De mobilibus, quae per Ecclesiam sunt adepti, de iure testari non possunt, uia tunc tamen, & sui competes, moderare ualent aliqua de bonis, non ratione testamenti, sed diuino intuitu erogare, & in agritudine causa situit. Idem. Generaliter bona quolibet per Ecclesiam acquisita, ei debent per Lateranensem concilium post acquirentis obitum remanere. Nomine autem Ecclesiae non Episcopus, uel successor clericus moriens, ubi est collegium clericorum, sed eius congregatio intelligitur, quae rerum illarum debet canonicam distributionem, & curam habere. Vbi autem in loco defuncti tamen est vnus clericus ordinandus, is ea bona, sicut & alia ipsius obitu, Dei timore disperdet. Licet autem mobilia per Ecclesiam acquisita, de iure in alios pro morientis arbitrio transferri non possunt, consuetudinis tamen est non improbandae, ut de his pauperibus, locis, & religiosis, & illis, qui uiuenti seruerunt, siue consanguineis suis, siue aliis aliqua iuxta seruiti mererit conferant. Cetera quoque, quae ex hereditate, uel artificio, uel doctrina, ueniant, distribuuntur pro uoluntate decedentis, & quia nonnulli in diuersis Ecclesijs beneficia possident, diuidantur, quae habuerant per existimationem congruam inter ipsas.

De Successione ab intestato. Cap. CXXXVI.

**E**X summa iuris. Dicitur de successione ab intestato, relictum dicendum de successione ab intestato. Et notandum primo, quod ut dicitur in 3. li. Insuper. Intestatus dicitur quis, si testamentum omnino non fecerit, uel si non iure fecerit, uel si iure quidem factum, sed postea ruptum, irritum uel factum, uel si ex illo testamento nemo haeres est. Laico quidem intestato decedenti, succedunt consanguinei post defunctum, & post hoc ascendentes, deinde uero collaterales. His autem omnibus deficientibus, succedit uxor uel uxor uiri, sicut leges, his quoque deficientibus succedit filius. Porro clericus decedenti intestato, succedunt eodem modo parentes, olim quidem in ante clericatum quae sitis tamen, & in post quae sitis haereditaria diraxat successione. Hodie uero parentes in omnibus succedunt. Exceptis illis bonis, quae clericis ipsis intuitu Ecclesiae proueniunt. His autem omnibus deficientibus succedit Ecclesia, quasi loco filii. Haec quidem uera sunt, ubi res inueniuntur distinctae, ubi uero adeo confusa sunt res clericis, ubi res Ecclesiae uel discerni non possunt, quatuor exinde debent fieri portiones. Vna. Episcopo danda, alia uero Ecclesiae, tertia uero pauperibus, & quarta parentibus. Item haec uera sunt, ubi constat eum prius habuisse propria, ubi uero non constat praesumitur pro Ecclesia. Illud quoque notandum est, quod uxor clericus intestatus succedit in bonis defuncti sine cognatione, & praeterea Ecclesiae. Ad dignandum autem uirum res clericis data fiat ipsius, uel Ecclesiae, inspicendum est, datur. Si uirum sit ei consanguineus, uel affinis. Item res donata. Si uirum sit calix, uel palefretus, aut huiusmodi, item tempus donationis, uirum. Sicut tpe missae, uel alias. Item locus, ut uirum in Ecclesia, uel in camera. In dubis autem praesumitur pro Ecclesia. Causa. 12. q. 5. ex concilio Triburien. Quicumque ex gra-

du Ecclesiastico, sine testamento, & sine cognatione decesserit, haereditas eius ad Ecclesiam, ubi deseruit deuoluatur. Extra. 3. de suc. ab intesta. ex concilio apud Alten. Habitato de Episcopo, praesbyteris, & clericis, si per haereditatem, uel alio modo in uero persona aliquid acquirerint, donare eis liceat cui uoluerint, dum uiuent, si uero ante obierint, quam hoc fecerint, altari cui seruiunt omnia perpetuo sanctificantur, & in ius eius tradantur. Ex concilio Triburien. Sancto concilio, allatum est, quod quidam improbe agant contra praesbyteros suos, ita ut de mortuorum praesbyterorum substantia partes sibi uendicent, sicut de propriis seruis, interdicimus itaque ne hoc ulterius fiat. Nihilque ab eis praeter diuinum officium exigatur. Peculium uero ipsorum diuidatur in quatuor partes. Quarum una Episcopo, altera Ecclesiae, tertia pauperibus, quarta parentibus assignetur, & si non sint idonei parentes, Episcopus eam recipiat, & in usus Ecclesiae diligenter distribuatur.

De Obligatione, qua literis contrahitur. Cap. CXXXVII.

**E**X summa iuris. Literis etiam celebratur contractus, & nascitur literarum obligatio. Et de ista distinguitur, quia cum scribo aliquid, aut pro me, aut contra me. Si pro me, mihi non creditur. Si contra me, tunc distinguitur, quia aut scribo me obligatum, aut alium a me liberatum. Item si me obligati, aut adiecta causa, aut non. Item si adiecta causa, aut est ex causa mutui, uel dotis, aut alia. Si autem scribo me obligatum, & ex causa mutui uel dotis, puta forte maritus sum, & scripsi me teneri in 20. xori, quae nomine dotis ab ea receperam, aut scribebam tunc, quod sit numerata pecunia, uel dos, aut non. Et si non, nihilominus sum obligatus ciuilitate etiam, & ab eo exceptione non numeratae pecuniae usque ad biennium, sed transacto biennio cum effectu teneor, ante biennium (ut dictum est) non teneor, nisi creditor probaret mihi numerasse, & hoc ita uerum est, si ego non renunciavi exceptioni non numeratae pecuniae, quia tunc mihi incumbit probatio, quod non numerat mihi creditor. Transacto uero biennio non admittor ad probandum mihi non fuisse numeratam, nisi forte non potui habere copiam iudicis, & contestatus sum coram testibus, quod uolebam probare, quod mihi non numerat, & quod uolebam agere contra creditorem. Nam non solum excipere, sed etiam agere potest debitor certi conditione, ad sui liberationem. Si uero ex causa alia scribo me obligatum, statim teneor cum effectu, nisi per literas postum probare contrarium, nec per testes. Si enim nulla causa adiecta est, nunquam teneor, nisi creditor probet se numerasse. Et nota, quod sicut in stipulatione promissio fit per uerba de futuro, ita in literis, puta scribo sic. Nouerint uniuersi, quod per praesentes obligo me daturum, D. 10. ex causa mutui, uel ex deposito, uel alia causa. Si autem per uerba de praesenti scribam, praesumit lex me obligatum, sed si per uerba de praesenti scribam, praesumit me obligo me dedisse, non ualeat. Sed nunquid ista distinctio habet locum si instrumentum sit publicum, dicebat dominus meus, quod si scriptum sit, se confessum fuisse, & accepisse tamen, nec ex causa aliqua praecedenti, tunc idem est, quod in praesenti. Si uero sit expressa causa praecedens mutui, uel dotis adhuc idem. Si alia tunc distinguitur, quia si fuerat confessus se recepisse, & numeratum sibi fuisse, quia tunc probatur numeratum per instrumentum, statim teneor, & statim eius confessioni, nisi per literas probet contrarium. Si uero non contineatur in instrumento sibi numeratum fuisse, si confessus est se recepisse, & ex causa praecedenti, tunc si illo praesente a quo recepit, & cum eo tractante adhuc stabitur confessioni eius, nisi contrarium probet per literas, si illo absente non sibi praesentem, si confiteatur quis sine literis, & causa adiecta sit mutuum, uel dos. Idem si cum literis. Si alia, dixerunt quidam, quod statim teneor, sed contrarium potest probare per testes. Sed ego cum domino meo dico, quia cum confessio extra ius facta nemini praesentem, non teneor nisi in casu, in quo testes ad hoc uocati, quique, scilicet ualere probationem per literas, uel quod tantummodo nomine possideo, confiteor me tuo nomine possidere. Si autem scribo alium a me liberatum, tunc regulare est, quod mihi non praesentem infra. 30. dies, sed his elapsis liberatus est a me cum effectu. In tribus tamen casibus statim scriptura facit contra me, puta si maritus, postquam fecerat sibi instrumenta de dote, scripsit quod solum sibi erat. Item si procurator principis scribat sibi solutos publicos redditus domini sui, uel ipse dominus scribat. Item si scribo me depositum, quod deposueram, recepit.

De illa, qua contrahitur confessio. Cap. CXXXVIII.

**C**onfessio etiam celebratur contractus, & inde oritur obligatio, ut in venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus,



focietatibus, mandatis. Et est differentia inter hunc modum, & alios, quia non est necessaria scriptura, sicut in obligatione literarum. Item nec presentia contrahentium sicut in stipulatione id est obligatione verborum. Item nec est necesse rem interuenire, sicut in contractibus, qui contrahuntur re, sed sufficit, quod contrahentes consentiant. Sive presentes sive absentes, unde per nuncium, & epistolam contrahere possunt. Est & alia differentia, quia in istis tractatibus uterque obligatur alteri, sed in predictis aliter est, quia unus alteri tunc a principio obligatur, ex post facto in deposito, & commoda operatione expensarum, & similibus potest alter alteri teneri. De istis itaque videamus per ordinem, & primo de emptione, & venditione, quae contrahuntur, postquam de certo pretio, pro aliqua re danda conuenierint, unde sic potest describi.

De Emptione & venditione. Cap. CXXXIX.

Venditio est alienatio rei, cuius commercium habemus, danda pro certo pretio in pecunia numerata, non erronea conuenitio. Nam si non sit pecunia numerata, sed alia res, puta equus pro equo datus, non venditio, & emptio, sed alius contractus. Ipermutatio dicitur. Quod autem dixi pro aliqua re, intelligas, quod item oportet interuenire, & talem cuius commercium ius gentium, vel mores ciuitatis, seu ius canonicum non interdicit, ut si sciens quis rem sacram, publicam loca, vel religiosam emat, non valet. Ex contractu venditionis duntaxat nascuntur actiones, una ex vendito, quae datur venditori, alia ex empto, quae datur emptori. Ad quid autem, & quid debetur, & quid in eas veniat, longum esset persequi. Emptio contrahitur, postquam de pretio conuenitur. Arra vero datio venditionis est argumentum. Et si velit emptor re integra, non dandum tradita re, amittere tamen arram. Si venditor duplicabit eam, & nihilominus agi poterit ad interesse. Itaque vendi potest, quicquid commercium habet. Non habet autem commercium homo liber, sed neque res sacra, & religiosa, licet transeat cum vniuersitate, sicut ius patronatus. Natura venditionis est, ut res sit, quae vendatur, & pretium intercedat, ut emptor rei lucrum, ac damnum ad emptorem pertineat, nisi venditor o se periculum in se suscepit. De hoc tamen datur talis regula. Si venditio fiat pure, sine scriptis, certae speciei, quae degulationem non exigit, o se periculum ad emptorem spectat, excepto calu publicationis, nisi pactum, vel culpa, vel mora interueniat. Pure ideo, quia si venditio conditionalis esset, ante conditionis euentum, ad venditorem pertinet. Sine scriptis autem ideo, quia si in scriptis fieret, antequam perficeretur scriptura, similiter ad venditorem pertineret. Porro certae speciei dicitur, quia si fuit sub alternatione, praecipuum periculum in eadem pertinet ad venditorem. Ideo quoque dicitur, si emptio sit rei, qui degulationem non exigit, quoniam in huiusmodi, sicut in vino, ante degulationem pertinet periculum ad venditorem. Item ad eundem pertinet publicationis periculum.

Adhuc de eodem. Cap. CXL.

Venditor ad rem tradendam tenetur, & si non det ad interesse condemnabitur, licet benedictus eum ad rem tradendam praecise teneri. Emptor autem tenetur ad praecium & etiam ad expensas, in re vendita, bona fide, factas. Item venditor de emptione tenetur, si res euincatur. Item si in mora tradendi fuerit, & res perierit, ad interesse tenebitur. Item ubi supra. Emptio, & venditio est rerum commutatio, atque contractus ex conuenientia veniens. Pretium autem uocatum est, eo quod prius illud damus, ut pro eius vice, rem quam appetimus, possidere debeamus. Iusti ubi supra. Quod arra nomine datur argumentum est emptionis, & venditionis contractus. Nulla emptionis sine pretio esse potest. Quicquid sine dolo, & culpa venditoris accidit, in eo venditor securus est. Loca sacra, religiosa, publica frustra quis sciens emit. Regula in. Cui ius est donandi, eadem & vendendi, ius est, & contrahendi, plerumque emptoris eadem causa esse debet circa petendum, ac defendendum, quae fuit auctoris. Ex codice. 4. l. Vestimenta imperialia, & frumentum quod militibus tribuitur, & arma militibus necessaria, non sunt in vendenda, uel aliis praebenda. Eunuchi nec faciendi sunt in Romano Imperio, nec distrahendi, sed qui a Barbaris facti sunt, uel di & emi possunt. Ea quae in bonis nostris non sunt, uelut liberi nostri, distrahi non possunt. Vbi pater in ea inopia sit constitutus, ut se alere non possit, tunc enim liberos distrahere potest, ita tamen, ut quoquo tempore pater, uel ipse qui distractus est, uel alius pro eo offerat mancipium, uel praecium, quod potest valere, restituatur in pristinam causam. Quaecumque consensu contrahitur, contrario consensu dissoluitur. Si arra data sit, ita ut non sint pars praecii, sine causa repetuntur. Generaliter traditum est, quotiens emptio pura est, periculum emptoris esse, nisi res ex

priori uitio interempta sit, uel si venditor non suscepit in se periculum ex pacto speciali. Ex ff. 1.9. l. Vlpianus. Si res uendita non tradatur, in id, quod interest agitur, hoc est, quod rem habere interest emptoris. Hoc autem interdum praecium egreditur, si plures interest, quam res ualeat, uel emptor est. Paulus. Si in emptione modus datus est, & non praestatur, ex empto est actio. Vacua possessio emptori tradita non intelligitur, si alius in ea legatorum, fideiue commissorum seruandorum causa, in possessione sit. Pomponius. Ratio possessionis, quae a uenditore fieri debet est, ut si quis eam possessionem iure aduocauerit, tradita possessio non intelligatur. Vlpia. Sciendum in hoc iudicio id demum de duci, quod praestari conuenit, cum sit bona fidei iudicium, Nihil magis bona fidei congruit, quam id praestari, quod inter contrahentes actum est, & eius rei venditor facere empto rem dominum, emptor autem numerus uenditoris facere cogit.

De Delicto, uel errore uenditionem irritante. Cap. CXLII.

Summa iuris. In summa uero notandum, quod pro nullo spiritali, puta pro praebenda, uel beneficio habendo, uel ut recipiatur in religione aliqua, uel ut ordinetur, licet aliquid dare. Qui enim pro talibus dat, uel recipit, uterque symoniam committit. Rerum Ecclesiasticarum interdicitur esse uenditio, nisi pro redemptione captiuorum, & quibusdam aliis casibus. Item rem meam siue sciens, siue ignorans emam, nulla est emptio. Et nota, quod quinquae, uel sex errores uel diffensus impediunt uenditionem. Si enim putabam me tibi uendere pro decem, tu putabas emere pro quinquae, nulla est uenditio. Sed e contra, ego putabam pro quinquae uendere, tu emere pro decem, quia tunc in quinquae conuenimus bene ualeat. Item si putabam me uendere, tu putabas tibi donari, uel contra non ualeat. Nam error contractus impedit uenditionem. Item diffensus in corpore impedit uenditionem, ut si putabam uendere fundum Cornelianum, tu putabas emere Ticianum, uel si putabam seruum nomine Stichum absentem uendere, tu credebas emere Pamphilum. Item uel non in corpore, sed in substantiali qualitate sit error, nulla est emptio, ut si pro auro, uel stagnum pro argento quis uendiderit, secus si non in substantiali qualitate, sed in bonitate erratum est, puta credebam esse melius aurum, quam sit. Item si error in sexu, puta credebas emere hominem, tu mulierem uendidisti, nulla est emptio. Secus si putabam uirginem emere, tu corruptam uendidisti, quia tunc ualeat. Nota, quod si uenditor deceptus fuerit ultra iustum praecium medietatem, in optione emptoris est, uel iustum praecium supplere, uel uenditionem rescindere, tenetur autem utrumque facere. Extra. 3. De emptione, & uenditione. Ex concilio apud Alim. Placuit ut presbyteri plebes suas admoneant, ut & si ipsi hospitales sint, & non carius uendant transeuntibus, quam mercato uendere possunt, alioquin ad presbyterum transeuntes haec referant, ut illius iustum cum humanitate tibi uendant. Inno. 3. Cum causa, quae inter economum sancti Martini de monte, & ciues Viterbenses, super casamentis uertebatur, fuisse aliquandiu ventilata, cum constitisset nobis monasterium, in uenditione ultra dimidiam iusti praecii, fuisse deceptum, sententiam decreuimus, ut praefati ciues ei recepto praecio possessiones memoratas restituerent, uel supplerent quantum constaret legitime uenditionis tempore iusto praecio defuisse. Extra primo de constitutionibus. Innocentius. 3. Venditiones feudorum factas sine legitimo Ecclesiasticarum personarum assensu, uires decreuimus non habere. Ex digestis. 6. libro. Marcellus, &c. Requirit supra cap. de usufructu.

De Rei permutatione. Cap. CXLIII.

Summa iuris. Permutatio est contractus uenditionis, & emptionis similis. Est enim certae rei uicaria praestatio. Differt autem ab emptione, quia ubi praecium datur pro re, hic autem res pro re. Emptio itaque sola pecunia contrahitur, permutatio uero non nisi ipsa re. Huius ergo natura est, ut non solo pacto sicut emptio, sed ipsa re contrahatur. Et ut, si res quam mihi dedisti euicta fuerit, non repeteret re quam dedi tibi. Permutari potest, quicquid uendi potest. Sed, & quae uendi non possunt, permutari recte possunt, ut una Ecclesia cum alia. Dignitates autem, & praebendae recte nequeunt permutari, quoniam absque canonica electione non possunt haberi. Ecclesia quidem una cum alia permutari potest auctoritate superioris interueniente, & hoc cum indemnitate utriusque, ita quod uni superfundatur pecunia, si possessiones alterius praeponderent, & etiam cum principe, & cum priuato, si uilitas exigit. Quod autem de mancipiis dicitur, quod non possunt nisi

nisi ad libertatem permutari, cum priuato mancipio obtinere, ubi hoc uilitas ecclesiae exigit, alioquin permutari possent, cum & donari possent. Extra. 3. de rerum permutatione. Ex Concilio apud Tol. Si princeps uoluerit rem immobilem sanctis locis praestare, & accipere ab eis aliam immobilem, eoque modo de communi uoluntate permutationem contrahere, liceat ei hoc facere si causa rationalis id exposcat, & res quae praestabitur maior fuerit, uel aequalis, pragmatica sanctione super hoc promulgata. Ex Concilio. Belua. Commutationes rerum ecclesiasticarum, quae ab antecessore incognito factae sunt, ab eo qui successor est emendantur. Ex Concilio Siluan. Mancipia ecclesiastica, nisi ad libertatem non conuenit commutari. Quod n. semel Deo consecratum est, ad humanos uires transferri non debet, & est absurdum, ut ab ecclesiastica dignitate seruus decedens, humanae sit obnoxius seruituti. Urbanus. 3. Cum commutatio dignitatum in Turonen. Concilio fuerit interdicta, commutationes praebendarum de iure fieri non possunt, praesertim passione praemissa, quae circa spiritualia, uel connexa spiritualibus, habem semper continet simoniam. Si autem episcopus causam inspexerit necessariam, licite poterit de uolo loco ad alium transferre personas, ut qui uolo loco minus sunt uiles, alibi se ualent uilius exercere. Clemens. 3. Duae conuencionales ecclesiae sunt in tua diocesi constitutae, quarum utraque parochialem habet ecclesiam, cum possessionibus magis alteri, quam sibi vicinam; illis autem eas desiderantibus permutare. Respondemus, quod cum de dictis parochialibus ecclesijs per se queat commutatio celebrari, & in permutatione possessionum per se non sit inhibitorium, si altera ratio ne possessionum alteri praeponderet, pecuniam posse refundi de ipsarum possessionibus adiuuicem, prout uisum fuerit expedire, rebus certa pecuniae quantitate poterit contractus permutationis iniuriam tamen quod contractus nequaquam sibi iniuicem miscantur.

De Locatione, & Conductione. Cap. CXLIII.

Summa iuris: Sequitur de Locatione, & Conductione. Est autem locatio personae, uel rei ad usum facta concessio, mercede in pecunia numerata conuenta. Nam si non de mercede, sed de alia re danda, uel facienda, esset contractus in nominatus. Contrahitur autem locatio iisdem modis quibus & uenditio, & eius iuris regulis, consistit. Unde ibi dicta, hic repetita intelligit. Nascuntur ex isto contractu duae actiones. Una locatori, quae ex locato dicitur, alia conductori quae ex conducto dicitur. Et nota, quod conductor, si custodiat rem diligenter, sicut bonus homo custodiret, & aliquo casu res locata perierit, uel mortua fuerit, non tenetur locatori, nisi forte receperit extimatam, quia tunc quodammodo suo periculo receperit uideretur. Locatio esse personae, re uel facta concessio, ad usum mercede data, uel conuenta. Itaque locator dicitur, qui eo quod suum est, uel administrationi suae commissum, alium uti permittit, data uel conuenta mercede. Conductor autem conuenit, & ante factum alienum est utitur, pacta mercede. Locari potest quicquid uendi potest, hoc excepto secundum leges, quae seruitutes praediales non possunt locari, sed constat eas posse uendi. Item militi, uel curiali non potest quis praedia colenda locare duplici ratione. Una est ne relicto armorum usu, ad opus terrestris se conserant. Alia uero quia minacem terroris vicinis ostendere possunt. Sed certum est, quod eis praedia uendi possunt. Itaque quaecumque de consensu, & de rebus in uenditione dicuntur, & in locatione locum habent, praeterquam in duobus praedictis casibus. In emphyteosim uero, sub annuo censu dari posse uidentur spiritualia, quae tamen nec locari, nec uendi possunt.

De eodem. Cap. CXLIII.

Natura differunt locatio, & uenditio, quoniam in emptione periculum ad emptorem spectat, & ante traditionem. In conductione uero non ita. Non enim tenetur conductor ad mercedem, nisi pro rata temporis, si ei non licet uti re locata, usque ad tempus locationis. Item uenditor tenetur, ut uel rem tradat, uel interesse praebet. Sed locator excusatur aliquando, uel quia res erat aliena quam bona fide locatur, uel quia usus est necessaria. Item locatio non est titulus usufructu, uel dominium transferendi. Immo dicit decretalis, quod per nihil melius retinet dominus possessionem, quam per pensionem, secus est in emptione. In hoc autem locatio conuenit cum uenditione, quia de mercede necessarium est, ut conueniant in quantitate. Locator itaque conductor praestare tenetur, ut ei liceat uti re locata, & aliquando tenetur ex conducto ad interesse, nam qui uasa uitiosa locat, ad interesse tenetur etiam

si ignoret. Conductor uero locatori tenetur ad mercedem soluendam, ita quod si infra biennium non soluerit, expelli poterit: In emphyteosim uero contractu, non expellitur ante triennium, sed ecclesiae privilegium est, ut possit expellere post biennium. In summa uero nota, quod dominus potest rem suam cui uult locare, nec potest secundum conductorem quaestione primo referre. Locat itaque non solum dominus, sed etiam primus conductor, & res posterioris conductoris obligantur domino, sicut & primi: non tamen intantum, id est ad uniuersam pensionem sicut primi, sed ad eam tantum qua tenetur ipse primo conductori. Extra, tertio. de locato, & conducto. Honorius iij. Abbatii sancti P. Vltra nobis relatio declarauit, quod cum ad firmam fructus uestrarum dare consueueris decimarum, & infra. Diocesanorum episcoporum statuto contrario non obstante, uestrarum decimarum prouentus illis libere locare poteritis, cum quibus ecclesiae uestrae conditionem poteritis facere meliorem, ita tamen quod huiusmodi locatio ad feudum, uel alienationem non uideatur extendi. Gregorius nonus. Propter sterilitatem ascientem magno incommodo conductores, nitio rei, siue culpa coloni, seu casu fortuito contingentem coloni, ecclesiae tuae pro rata esse pensionis remissio faciendam, nisi cum ubertate praecedentis, uel sequentis anni sterilitas ualeat compensari; Verum inuito inquilino domum inhabitare, uel recedere poteris, si necessitas, quae tamen non inueniebatur locationis tempore, id exposcat, remissa sibi pro residuo tempore portione. Qui etiam inde rationabiliter amouetur, si peruerit ubi fuerit conuersatus, uel cum canonem per biennium non soluerit, & sibi satisfactio celeri non prouidit.

De Infeudatione. Cap. CXLIV.

Summa iuris. Infeudatio quoque contractus quidem est, qui fit utriusque gratia, sicut locatio & conductio &c. supra dicta. Maiusque ius habet feudatarius in feudis, quam conductor in re locata, uel creditor in pignore debitoris. Feudum quandoque dicitur beneficium ipsum, hic autem contractus appellatur, quo beneficium illud intuitu fidelitatis in aliquem, ut uasallum confertur. Ideo dico, ut uasallum, quonia & praeterea conferitur fidelitatis intuitu, non tamen principaliter intuitu fidelitatis, uel fidei, ut uasallo confertur, alioquin simonia committitur. Praeterea non confertur intuitu fidelitatis praestitae, sed post electionem praestandae, alioquin simonia est. Ite feudalitas omni nouo domino iuratur, non sic autem in praetatis. Ite feudum, siue perpetuum, siue ad tempus heri potest, in praetatis autem secus est. Et sic intelligendum est, quod dicit decretalis. In spiritualibus homagium non est faciendum. Itaque seu dicitur appellatur beneficium, licet non sit gratuitum, sicut & dos appellatur donatio pro matrimonio, licet gratuita non sit. Sic etiam inter aduocatum, & clientem, licet interueniat pecunia, non tamen dicitur esse locatio, & conductio, sed magis opera beneficii loco praebere, & id quod datur ad remunerandum dari, & tamen honorarium appellari. In facto fidelitatis inter cetera etiam illud adiciendum est, quod dominus contra omnes homines defendet, exceptis Papa, & Imperatore. Consistit autem feudum (ut dicunt) in rebus soli, puta domo, uinea, agro. Sed & iura cum immobilium lege censentur, unde & praescribuntur non usufructu, & ipsa in feudum concedantur, nisi spiritualia sint, ut est ius percipiendi decimas, uel primitias oblationes. Quod si post Lateran. Concilium fuerit infeudatum, irritatur quod factum est, & praeterea qui infeudauit deponi debet. Infeudationes autem, ante Concilium factae, ratione multitudinis, quae est in causa sustinentur. Cetera uero ecclesiae immobilia, si quae prophana sunt infeudari possunt. Esse tunc feudi consideratur, & ex parte accipientis, ut si concessum sit in perpetuum, uel ad longum tempus, habet possessionem naturalem, dicitur uero ciuile, ubi & agit interdicto, unde vi, contra dominum. Et ex parte dantis, ubi habeat iurisdictionem in suum uasallum, quando contenditur inter duos uasallos, super iure feudi. Secus est in duobus creditoribus, qui litigant inter se de pigore, ubi enim dominus non est iudex. Praeterea recipi debet praeter sortem fructus feudi sibi obligati, non committit usuram.

De Feudi acquisitione, & amissione. Cap. CXLV.

Acquiri potest feudum donatione. Item emptione, & permutatione, facta de domini uoluntate. Acquiritur etiam collatione dotis, etiam sine domini uoluntate. Erit tamen donatio specialis duratura, scilicet duntaxat in uita dantis. Propterea pignori, uel in usum, aut in usufructum, uel feudum posse dari: constat etiam sine domini uoluntate, sicut dicitur in illa constitutione Federici, de feudis Imperialibus. Et extra, secundo, de foro competentis: ex transmissa. Sicut autem in modo conferendi, sic & in pensionis conferenti, & accipientis est dicitur. Nam humilibus personis quilibet feudum dare potest, ut Ecclesia, Rex, Imperator, Dux, Comes & huiusmodi: militibus autem

autem inferiores (vt dicitur) scilicet dare non possunt. Et si dent erit donatio temporalis, scilicet vt dominus renouare possit quandoque voluerit: Amittitur vero si vasallus auferat de bello, relicto ibi domino non mortuo, nec mortaliter vulnerato. Item si dominum currucauerit, id est vxorem eius cognouerit, vel si eandem aut eius filiam in loco indecenti, puta circa manillas, vel circa partes inferiores palpaucrit, vel si cum aliqua de domo domini sui inhoneste iuserit, & huiusmodi quae numerantur in canone causa. 22. questio. 5. de forma fidelitatis. Item amittitur morte, si decedat sine successione, vsque ad septimum gradum. Succedunt autem virilis sexus homines tantum de consuetudine, nisi contra sit expressum tempore doris conferendae. Item succedunt fortes non clerici, non monachi, non debiles qui bellare non possunt, nisi feudum sit ecclesiae datum: Sicut episcopi temporalia habent a regibus in feudum. Amittitur iterum si vasallus infra annum, & diem nouo domino non praesentiter fidelitatis sacramentum. Gratianus ca. 20. secunda questio. 5. De forma vero fidelitatis, quid quisque debeat domino, vel conuerso, sic inuenitur in epistola, Silierti episcopi. Qui domino suo fidelitatem iurat, ista sex in memoria semper habere debet. Incolumem, tutum, honestum, utile, facile, possibile: Dominus quoque in his omnibus fideli suo vicem reddere debet, quod si non fecerit merito censetur maleficus, sicut ille, qui in eorum prauaricatione, vel faciendo, vel consentiendo deprehensus fuerit perfidus, & periuus.

De Obligatione contracta per societatem. Cap. CXLVII.

EX summa iuris. Societas est duorum, vel plurium conuentio contracta ob commodiorem usum, vel vberiore quae situm. Et potest contrahi, & ad tempus, & in perpetuum, id est dum viuunt, & sub conditione, puta si nauis venerit de vltimo mare. In aeternum vero. i. in saecula saeculorum contrahi non potest. Item in re turpi contrahi societas non potest, vt in furto faciendo, vel alio facinore. Idem contrahere possunt hi, qui obligari possunt alij, de quibus supra dixi in tractatu de pactis. Item omnium bonorum potest confundi societas, vel pariter, vel ad aliam quam negotiationem. Et breuiter id quod actum est seruati debet, si nihil sit actum, pro dimidia quisque lucrum, & damnata sentit. Caue tamen quia non potest agi, vt vnus totum lucrum, alter nihil reportet, quia leonina esset talis societas. Item sufficit qd socius talem diligentiam adhibeat in rebus communibus, qualem in suis. Vnde si negligens sit, sibi imputare debet qui talem socium eligit. Nota etiam, quod quandoque plus valent opera vnus, quam pecunia alterius, vnde quandoque plus ponit in societate vnus, quam alter: & tamen pares sunt in lucro. Ex hac nascitur actio pro socio, quae datur vni contra alterum, quae quando nascatur, vel ad quid datur non prosequor.

quod dedi Titio, prius oportet me hæreditatem petere, ut ita liqueat, an mutuum petere debeat. Possunt etiam plures, gratia diuine eorum, insimul tractari. Quando vero proponuntur a diuersis, si quidem ambæ euides sint insimul tractabuntur, quoniam in illis habet locum reconuentione. Illi tamen prius libellum porrigat, & item contestabitur, qui prius ad iudicium prouocauerit, iuxta regulam illam, Qui prior appellat prior agat. Fallit hoc in actionibus, quæ sui natura præcedunt alias, ut quæstio possessionis precedit quæstionem proprietatis, ut si actor agat possessorem, reus non poterit agere petitorie. Item in præiudicialibus actionibus ut si tu petas a me 10. & ego dicam te seruum meum esse, vel filium in potestate mea existentem. Item si a reo inferatur alia quæstio, in modum exceptionis, illa prius tractabitur. Item hoc in quæstione criminali, concurrente in civili ex diuersis partibus, prius enim tractanda est criminalis si vero sunt ambæ criminales, similiter obtinet regula præmissa, Qui prior appellat &c. Fallit tamẽ hoc si prior instituat quæstionem de minori crimine, & secundus de maiori. Item si primus iniuriam suam non prosequatur, & secundus prosequitur fallit. Item in crimine derogatorio, ut si dicas quod vendiderim seruum tuum, & ego dicam occidisse illum ante tempus illud, quo me dicis eum vendidisse. Fallit etiam vbi civilis quæstio præiudicialis, & criminalis concurrat cum quæstione criminali, prius. n. tractabitur civilis, quæ est præiudicialis criminalis, ut si velis me accusare criminis, & ego dicam te seruum meum, prius cognoscetur civilis quæstio: quoniam illa probata, perimetur quæstio criminalis, cum non liceat seruis domini accusare. Item vna fuerit incidens, altera principalis, incidens semper primo tractabitur. Extra 1. de ordine cognitionum. Cælestinus 3. Cum exceptio probata, principalis quæstio perimatur, ante est cognoscenda de ipsa, quam ad diffinitionis articulum procedatur. Grego. 9. Super spoliationis quæstione, si eum reconueniat, audiẽdus cum restitutoris petitio in hoc priuilegiata cognoscatur, ut si iam intentans non cogatur ante restitutionem spoliatoribus respondere, quamquam ab agẽdo spoliatione ab eis in modum exceptionis opposita repellatur.

De Plus in superantibus. Cap. XXVI.

Vltimianus vbi supra li. 4. Si quis autem agens in intentione sua plus complexus fuerat, quam ad eum pertineret, causa cadebat id est rem amittebat, nec facile in integrum restituatur a prætore nisi minor 25. annis, aut iuuentute lapsus, & vbi tam magna causa iusti erroris interueniebat, vel etiam constantissimus quis labi possit. Plus autem quatuor modis petitur, re, tempore, loco, & causa. Re, ut si quis pro 10. aureis, qui ei debentur 20. petat. Aut si is cui pars debetur, totum petat. Tempore, ut qui ante diem præfixam, vel ante conditionem petierit. Sicut enim qui tardius soluit, quam debuit, minus soluit intelligitur, ita qui præmature petat, plus petere videtur. Loco, ut cum quis quod certo loco soluendum est, alio loco petat, auferte enim videtur vilitatem loci, quæ vilitas plurimum que in mercibus maxime inuenitur, ut in vino, oleo, frumento & huiusmodi, quæ per diuersas regiones diuersa habent precia. Causa, ut si quis ita stipulatus sit, hominem Stichum se dare aut 10. aureos, & ille alterum petat, veluti hominem tantum, aut 10. aureos tantum. In hac autem petitione electio tollitur promissori, & eo modo petitio conditioem suam meliorem facit, aduersarii deteriorem. Vel si quis generaliter hominem spondeat, aut vinum, aut purpuram, & ille cui spondeatur specialiter petat Stichum hominem, vel vinum campanum, purpuram Tyriam: quinetiam licet vilissimum sit, quod quis petit, tamen plus petere intelligitur, quia sæpe accidit, ut promissori facilius sit illud soluere, quod maioris est pretij. Zeno autem, & nostra constitutio iudicat, quod si quid quantitate, vel alio modo plus petitum fuerit, si quid forte damna ex hac causa acciderit, ei in spolijs, contra quem petitum fuerit condemnatione triplici punietur. Ex summa iuris. De quatuor modis, quibus plus debito petitur, versus iste formatur. Plus petitur causa, re, loco, & tempore. Pœna vero plus petentis, hoc est ille qui plus petit, re, si perueuerit in petitione, cadit a toto debito. Ei vero qui plus petit tempore, induciæ temporis in penam duplicantur, & ex pensas restituet. Qui autem loco, vel causa plus petit, omne damnum restituet, quod inde reus percepit. Denique si probatur per testes actori, quod plus petierit, prædictas pœnas patietur. Si vero probatur iuramento delato, vel per confessionem actoris, euacuabitur tantum summa falso adiecta. Extra 1. de plus petitio. Grego. 9. Punitur impunitas plus petentium, si super petitione sua, duxerint in iudicio persistendum, ita



ita quod qui re petunt amplius sine causa, in expensis aduersariis condemnantur. Qui autem plus loco, ad interesse tenentur, pro eo quod utilitas admittere debitoribus, quam haberet, si raturo loco soluisent. Et vero a quo amplius tempore petitur, inducie duplicantur, nec licem excipiet, nisi ei soluantur expensis.

De Minus petentibus, vel in petendo errantibus. Cap. XXVII.

Vltimianus vbi supra 4. li. Si vero in intentione sua minus complexus fuerit actor, quam ad eum pertinet, sine periculo agit, in reliquum enim nihilominus iudex aduersarium in eodem iudicio condemnat. Ex constitutione Zenonis. Si autem aliud pro alio intendit, nihil eum periclitari placet. Sed in eodem iudicio, cognita veritate, errorem suum corrigere permittitur, veluti si Stichum hominem petere debeat, & heredem petat, aut si quis ex testamento dari oportere intendat, quod ex stipulatu ei debeat. Eum qui creditoribus suis bonis cessit, si postea aliquid acquirerit, quod idoneum emolumentum habeat, ex integro in id quod facere potest, creditores cum eo ex periantur. Inhumanum enim erat spoliatum fortunis infolidum damnari. Bene dixit, & idoneum emolumentum habeat, nam si forte modicam sit commodum, quod ad victum eius vix sufficiat, non possunt hoc autem creditores, quia amplius, quam semel cessio non fit. Sed hoc intellige de prioribus creditoribus, nam si postea noui superueniant, secunda cessio fit, si ne cum feruis negotium gestum est, siue cum his, qui sunt in potestate parentis, in his vero eadem iura seruantur. Glo. fere dicit, quia filius familias, potest personaliter conueniri. Executor appellatur is ad quem quotidianis vanis quaestibus pertinet. Qui negotiationibus proponuntur infitores vocantur.

De Quaestione, vel causa possessionis, & proprietatis. Cap. XXVIII.

EX summa iuris. Sciendum, vero quod aliquando mouetur quaestio proprietatis, aliquando quaestio possessionis, & aliquando ambe concurrunt. Quaestio possessionis est in qua de sola possessione controuersia ventilatur. Quaestio vero proprietatis, in qua de sola proprietate quaeritur, id est de solo dominio, vel quasi dominio. Quaestio possessionis recuperanda, & adipsam ab vna, & eadem parte possunt concurrere. Ex diuersis autem partibus concurrere non possunt, quia quaestio possessionis quaestioni proprietatis est praedicta, quia quod ex diuersis partibus proponuntur, item cum ego petam restitutionem, tu vero poteris in ferre proprietatis quaestione, super illa re quam possides, & detines, quaestio vero possessionis retinenda potest ex diuersis partibus concurrere, & non ab vna, & eadem parte, sicut notauit Lau. Satisque concedi potest vbi quaestio possessionis retinenda mouetur, inter possidentem naturaliter ex vna, & possidentem, ciuilitate ex alia, quod ille qui dicit se ciuilitate possidere, possit quaestione proprietatis inferre, cum non detineat. Alius autem, qui possidet, & detinet non possidet tamen vult, quod nullo modo possint concurrere. In summa vero nota, quod si is cui competebar possessorium, instituat petitorium, poterit quaestione proprietatis suspendere, & ad possessorium redire, vbi iam esset conclusum in proprietatis quaestione: tunc enim non esset agendum possessorio, nisi reus subtraxisset copiam probandi dominium actori. In tali namque, vel in alio rationabili tunc posset agi possessorio. Itaque quando tractantur in simul istae quaestiones, licet praemitantur in pronuntiatione quaestio possessionis, praevalet tamen quaestio proprietatis. Extra 2. de causa proprietatis, & pos. Celestinus 3. Interrogati sumus, si iudices deputati, vt de possessione & proprietate agnoscant, grauibz partium sumptibus parere cupientes, de vtraque commixtim audiant allegationes pariter & testes admittant. Deinde prius audiant attestaciones de possessione, & pronunciet secundum tenorem illarum, vtrum liceat hoc agatur. Nos autem cum hoc sit in iure ciuili expressum, quod licite possit fieri respondemus.

Quod Omnibus liceat debita repetere. Cap. XXIX.

Helinandus vbi supra. Aequum est certe, vt quicquid alterius apud alterum sine causa deprehenditur reuocetur. Quidquid autem nobis debetur, non propria auctoritate sed publica, id est, per iudicem persequi debemus. Aequitati, non congruum est, vt priuatorum lites, publica actione dirimantur & per magistratum effectui tradantur. Verbum autem debentur

di, ita accipere debemus, vt non solum ea, quae per actionem, vel per alia iura, quae hodie in actiones redacta sunt, debeantur, sed etiam illa quae iudicis officio tantum nobis praestanda sunt, velut per restitutiones, & in debiti verbo distinguitur, illa persecutio per quam non pecuniarum quid exigitur, sed publica vindicta desideratur. Indebitum autem, quod omnino non debetur, id est neque naturali ratione, nec etiam ciuili iure, vel praetorio: siue autem iuste siue iniuste res mea ad te peruenit, & quod est te teneri, non suffragante iusta causa, ex qua eam tenere debeas: Gratianus causa 14. q. 1. Quod autem clerici sua repetere non possint, facile videtur posse probari. Ait enim dominus in euangelio. Si vis perfectus esse vade &c. quia ergo isti iter perfectionis arripunt, non licet eis habere sua, multo ergo minus licet eis repetere, quia non debet repeti, quod possidere non licet. Item si quis voluerit tunicae tuam tollere &c. Item Apostolus in epistola ad Corinth. Secularia igitur iudicia si habueris omnino peccatum est in vobis. Vnde in concilio Carthagi 4. Episcopus nec prouocatus, pro rebus transitoris litiget. His ita respondetur. Prohibetur perfectio in iudicio stare, captando lucrum, sed non euitando damnum, vel aliter. Aliud est sua possidere, aliud communiu procuratorem esse. Canonici non possident sua, quia res Deo oblatas non sunt alicuius. Vtuntur enim rebus ecclesiarum, non vt suis, sed tanquam ad dispensandum sibi rebus. Sicut ergo isti non sua possident, ita nec repetunt, sed res ecclesiarum quam procuratorem gerunt. Similiter quod in iudicio prohibentur contendere, ita intelligendum est, vide licet, vt non sibi stent coram iudice, sed alius. Alius autem coram iudice stitisse, & pro eis iudicem interpellasse, non nullus fanctorum legitimus. Hi autem non sibi stant, sed pauperibus, quorum necessitates profutura repetunt, & ita non prohibentur stare coram iudice. Illud vero euangelium. Si quis abstulerit tibi tunicam &c. non praecipiens est, sed exhortans. Vnde aug. ait. Quod debetur, est benigne remittitur, non tamen iniuste repetitur, peccat autem qui exigit vltra debitum. Iustitia. vbi supra. 4. lib. Tribus autem modis debitor suis rebus defraudatur, si latent bona eius ne veniantur. Si confessionem bonorum fecerit. Si intra certum tempus non soluerit.

De Exceptionibus. Cap. XXX.

EX summa iuris. Adueniente vero termino, & reo comparente, ac litigante volente, potest excipere contra illum, qui petit, & contra libellum, & etiam contra iudicem. Et est exceptio actionis, intelligitur large, vt sit etiam intentionis exclusio. Et nota quod ad exceptiones, aliae sunt peremptoriae, aliae dilatoriae. Item dilatoriae aliae sunt de declaratione iudicii, aliae de latore facti, siue communes. De declaratione iudicii sunt, quando excipitur contra iudicem, quod non est iudex, puta quia non valet rescriptum in quo datus est iudex, vel quia dicit non esse de iurisdictione eius. Dilatoriae causae sunt, cum reus dicit actorem excommunicatum, vel cum dicit nondum exire terminum solutionis, vel aliquid huiusmodi. Peremptoriae sunt, quae factum petuntur, & semper competunt ante sententiam, vel factum de non petendo, & cum opponitur dolus actori, vel quod metus causa, videlicet quod coegit me per metum sibi promittere aliquid, & nunc petit a me istud, obstat enim exceptio praedicta. Dilatoriae siue declarationis ante sententiam possunt opponi, postea non, praeter excommunicationis exceptionem, illa enim semper proponitur. Peremptoriae vero, & ante sententiam, & post possunt proponi, vique ad distinctionem sententiam, postea non regulantur. Et nota quod in qualibet exceptione, reus efficitur actor, quatenus contra probationes. Iustitia, vbi supra. Exceptio est auxilium contra legem inuentum, iure quidem ciuili inualidum, naturali vero plenam virtutem habens. Est praeterea alia perpetua, & peremptoria. Alia temporalis & dilatoria. Primae sunt quae semper agentibus obstant, & semper re de qua agitur perimunt, vt exceptio doli mali, vel quod metus causa factum est, & pacti conuenti, cum ita conuenit, ne omnino pecunia peteretur. Secundae sunt, quae ad tempus nocent, & temporis dilatione pereunt, qualis est pacti conuenti, cum ita conuenit, ne intra certum tempus ageretur, vt intra quin quennium, quo tempore finito nihil impedit actorem ex equi. Replicatio est, per quod replicatur, & resolutur ius exceptionis. Regula iuris. Marcellus definit de bito, & esse eum, quod est exceptionem iustam, nec a naturali aequitate abhorrentem. Vlpianus. Cui vero damus actionem, eadem exceptione competere multo magis dicimus, siue vtilis, siue directus sit, cui effectus tantum. Extra primo. de ordine cognitionum. Clemens 3. Cum exceptione probata principalis quaestio perimatur, est ante cognoscendum de ipsa, quam ad distinctionis articulum

lum procedatur. Innocentius 3. in c. cum dilectus. Si in modum exceptionis aliquod crimen tibi obiicitur, vt a testimonio repellatur, & si crimen contra eum ciuilitate probatum fuerit, non igitur sibi poena infligitur ordinaria, sed eius duntaxat testimonio non creditur, quod ea ratione non contingit, quoniam in ipsum accusatio non procedit, testes etiam quorum testimonium reprobatur, inter, infames, quasi ex falso testimonio non habentur.

De His, quae vi, vel metu, causa sunt. Cap. XXXI.

EX summa iuris. Quoniam autem exceptiones, ut dictum est, plurimumque de vi, vel metu, vel dolo fiunt, dum scilicet actor, vel dolus malus, vel metus ab eo illatus, opponitur, de his quoque dicendum est. Et primo de vi, vel metu, Vis est maioris rei impetus, cui resisti non potest. Metus autem est instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatio. Et quoniam in talibus incidit coactio. Notandum est de coactione. Quod si quis compellatur ad id, quod peccatum mortale est, vt ad thurificandum idolis, & hoc coactione absoluta, violentem eum trahendo, alias trahendo, & manus eius cum thuribulo super aram agitando, talis coactio excusat omnino. Si vero coactio sit conditionalis, non excusat, nisi in parte: melius est enim omnia mala tolerare, quam peccato consentire. Porro si compellatur quis ad id, quod non est mortale peccatum, sicut ad renuntiandum rebus suis, & metus, vel coactio talis sit, quae in constantem vium cadere possit, vt est motus mortis, vel stupri, vel subuersionis status, vel truciatus corporis, vel etiam ablationis rerum excusat, & factum, vel promissum irritum facit. Si vero sit modica vis, vel metus, non excusat. Item nota, quod si quis in metum incidat ex culpa sua, non excusatur, si tamen vni inferendam legitimo modo sibi timeat, sed si vim iniuriosam timeret excusaretur, licet ex culpa sua in metum incidisset. Extra 1. De his, quae vi, & metu causa sunt, Alex. 3. Cum quidam nobilis, & potens. M. uxorem suam suspectam haberet. Milites sui eius praeccepto eam ad quandam filiam ducentes, euaginato gladio occidere voluerunt, sed tandem pietate ducti, sub tali conditione praeciperunt eidem, quod in monasterio de Collobis habitum susciperet monachalem, & infra. Episcopi vero missi a viro, vt ei velle inuenerent, quia iuuenis erat, & filium habebat paruum, inuentione vite sui suspectam habentes, scorsum conueniunt, eisdemque retem facientes, quod mortis timore intrabat monasterium, proppit vt inde quodcumque posset exiret, sed alter episcoporum, vt vni tyrannidi satisfacere videretur, velle imponere simulauit. Tandem viro de medio sublato, mulier de monasterio exiens, alium maritum accepit, quos Colliritanus Episcopus, ad instantiam fororum vinculo excommunicationis amplexit, & infra. Ideo mandamus mulierem, & vni recepto sacramento, quod d nobis debeant stare mandaro, excommunicationis vinculo absolutis. Deinde tam mulierem, quam prioris, & moniales ante velle tam praesentiam conuocantes, si legitime probatum fuerit, non timore mortis mulierem religionem intrasse, aut quod fecit ratum postmodum habuisse, ipsam ad monasterium redire, & habitum depositum resumere, cen. cc. compellatis. Idem. Quae metu, & vi fiunt, de iure debent, & in irritum reuocari. Clemens 3. Renunciatio facta ad laicorum terrorem, nisi forte per iuramentum, vel fide interposita sit consummata, non impedit quo minus, qui renuntiauit Ecclesiae ad cuius regimen prius erat electus, praeficiat. In hoc 3. Distinguitur vtrum is, qui communicat excommunicatis, inuitus sit per coactionem attractus, aut per metum inductus. In primo casu talem non credimus excommunicatione teneri, cum magis pati, quam agere conuincatur. In secundo, licet metus culpam arguatur, non tamen prorsus exciudit, cum pro nullo metu debeat, quis mortale peccatum incurere, exco municationis labes credimus inquirari.

Idem de eodem. Cap. XXXII.

Extra. 5. de regulis iuris. Gregorius septimus. Quod latet, et aut per vim, vel alias illicite introductum est, nulla debet stabilitate sustineri. Iustinianus vbi supra. Vis priuata est sine armis, vis publica cum armis. Regula iuris. Vani timoris iusta excusatio non est, nec vim facere videtur, qui suo iure vitit. Ex dige. 4. li. Vlpianus lib. 1. r. ad ed. Ait praetor, quod metus causa gestum erit, ratum non habeo. Olim ita dicebatur, quod vi metusue causa, vis enim fiebat mentio, propter necessitatem impositam, contrariam voluntati. Metus est instantis, vel futuri periculi causa, mentis trepidatio. Sed postea detracta est vis mentio ideo, quia quodcumque vi atrocior sit, id metu quoque fieri

videtur. Paulus lib. 1. sententiarum. Vis est maioris rei impetus, quae repelli non potest. Vlpianus lib. 1. r. ad ed. Vim accipimus atrocem, & eam quae aduersus bonos fiat mores, non eam quam magistratus recte intulit, scilicet iure licite, & iure honoris, quem sustinet. Idem. Metum enim accipiendum habeo dicit, non quemlibet timorem, sed maioris mali. Casus lib. 4. ad ed. prouin. Metum dicit non vani hominis, sed qui merito, & in homine constantissimo cadit. Paulus. Si quis dederit pecuniam, vel aliud, ne stuprum patiat, siue vir, siue mulier, hoc editum locum habet, cum viris bonis metus iste, maior quam mortis esse debeat, haec autem, quae diximus ad hoc editum pertinere, nihil interesse inter se quis veritus sit, an in liberis suis, cum pro affectu parentes magis in liberis terreantur. Vlpianus lib. 1. r. ad ed. Metum autem praesentem accipere debemus, non suspicionem inferendi eius. Calistratus. Extat enim decretum diui Marci in haec verba. Optimum est, vt si quas putas te habere petitiones experiaris actionibus. Cum Martianus diceret, vim nullam feci, Caesar dixit, Tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur. Vis est, quotiens quis id, quod debet sibi petat, non per iudicem reposcit. Qui quis igitur probatus mihi fuerit, rem illam debitoris, vel pecuniam debitam, non ab ipso sibi sponte, datam, sine vilo iudice temere possidere, vel accipisse, sique sibi ius in eam rem dixisse, ius crediti non habebit. Vlpianus. Et quoniam metus habet in se ignorantiam, merito quis non astringitur, vt designet, quis ei metum, vel vim adhibuit, sed ad hoc tantum actor astringitur, vt doceat metum in causa fuisse, vt alicui acceptam pecuniam, vel rem traderet, vel quid aliud faceret.

De Restitutione rerum, quae per vim, vel metum extorta sunt. Cap. XXXIII.

Vlpianus in l. 1. Si cum exceptione. Pedius lib. 8. scribit Arbitrium iudicis in restituenda re tale esse, ut cum quidem, qui vim admittit iubeat restituere, etiam si ad alium res peruenit, eum autem ad quem peruenit similiter exigi, si alius metum fecit. Nam in alterius primum verti alicuius metum non oportet. Siquis autem non restituit, in quadruplum in eum iudicium pollicetur. Quadruplatur autem omne quodcumque restitui oportuit, satis clementer cum reo praetor agit, ut daret ei restituendi facultatem, si vult poenam euitare, post annum uero in simplum actionem pollicetur, sed non semper, sed causa cognita. In causa autem cognitione versatur, ut si alia actio non sit, tunc haec detur. Et sane cum per metum facta iniuria, anno quidem utili expleuerit, causa esse debet, ut post annum actio haec dari debeat. Alia autem actio sic esse potest, si is cuius admissa est decesserit, haeres eius habet hereditatis petitionem, qui pro possessore, qui vim intulit possidet, nec cuiquam iniqui iudicatur, ex alieno facto alium in quadruplum condemnari, quae non statim quadrupli est actio, sed si res non restituitur. Haec autem actio cum arbitraria sit, habet reus licentiam, quae ad sententiam ab arbitro datam restitutionem rei facere. Quod si non fecerit iure meritoque quadrupli condemnationem patietur. Qui vim intulit cum possessionem a me sit consecutus, sui non est, quamuis qui ui rapuit uir improbius esse uideatur, ut Iuliano placet. Eum qui metum fecit, & de dolo teneri certum est. Si plures intulerunt metum, & unus fuerit conuentus, si quidem sponte ante sententiam rem restituerit, omnes liberati sunt. Si autem non sponte, sed ex sententia quadruplum restituerit, verius est etiam sic perimi aduersus ceteros metus causa actionem. Vlpianus. Quod turpiter, vel scelere questum est, & ad haereditatis compendium non debet pertinere. Paulus. Quod metu causa gestum est nullo tempore praetor ratum habebit. Paulus lib. 1. sententiarum. Qui in carcerem, quem detulit, ut ei aliquid extorqueret, quicquid hac causa factum est nullius momenti. Ex Codice. 8. lib. Possessionem iam ui ablatam incontinenti, id est in eadem concertatione armis etiam recipere permittum est, eum enim qui cum armis uenit, possumus armis repellere.

De Dolo malo. Cap. XXXIII.

EX summa iuris. Dolus est calliditas ad aliquem decipiendum adhibita. Poena dolosi est, ut de dolo condemnentur infamius. Item ne aduersario condemnentur in expensis, sed qui doli obiicit, probare debet. Ex dige. 3. li. Vlpianus lib. 1. ad ed. Hoc edito praetor aduersus varios, & dolosos qui alijs obfuerit calliditate quadam subuenitur, ne uel illis malicia sua lucrosa sit, uel illis simplicitas damnosa. Verba edicti talia sunt. Quae dolo malo facta esse dicentur, si de his rebus alia actio non erit, & iusta

Iusta causa esse videbitur, iudicium dabo. Dolus malum Seruius sic diffinit, Machinatio est quedam alterius decipiendi causa, cum aliud simulatur, & aliud agitur. Labeo autem ait, posse & sine simulatione id agi, ut quis sibi conueniatur, posse etiam sine dolo aliud agi, & aliud simulari, sicut faciunt qui per suam dissimulationem, se & sua, uel alios, & aliena tuetur. Ipse itaque sic diffinit. Dolus malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. Hec diffinitio est uera, non fuit autem contentus prator dolum dicere, sed adiecit malum, quoniam veteres dolum etiam bonum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant, maxime si aduersus hostem, latronem uel quis machinetur. Vlpianus dicit. Si quis pupillus tutore auctore coludente circumscriptus sit, non debere eum de dolo aduersus tutorem habere actionem. Idem Labeo querit. Si seruum meum compeditum, uel fugerit soluiti, an de dolo actio danda est, & ait Quintus apud eum notans, si non misericordia ductus fecit furti tenens, si misericordia in factum actionem dari debere, Non nisi ex magna & euidenti calliditate, non debet de dolo actio dari. Vlpianus lib. 11. ad edi. Si plures dolum fecerint, & unus restituerit omnes liberantur. Vlpianus lib. 14. Si deserente me inueneris, & absolutus si, postea periuurum fuit approbationem, Labeo ait de dolo actionem in eum dandam. Pomponius ait per iurandum transactum uideri, quam sententiam Marcellus lib. 8. digest. probat. Strari enim religioni debet. P. uultus. 21. ad edi. Nam sufficit poena periurii. Regula iuris. Qui iussu iudicis aliquid fecit, non videtur dolo malo fecisse, quia parere necesse habet, sed damnus dat, qui iubet dare. Neque interdum, neque in ceteris causis pupillo nocere oportet, dolum tutoris, siue soluendo est siue non est. Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non obtemperat, nemo videtur fraudare eos qui sciunt, & consentiunt. Nemo lucrari debet ex alieno damno. Martianus lib. 2. digest. Si duo dolo malo fecerint, uti eum de dolo non agent. Extra. 2. de dolo, & contu. Inno. 3. Si in liti bus cupientes imponi, ne partes ultra modum grauentur, laboribus, & expensis, praesertim cum de beneficijs Ecclesiasticis litigatur, quae sine dispendio diu uacare non possunt, praesenti decreto statuimus, ut postquam intentionem suam altera pars sandauerit, si reliqua forte uoluerit ueram exceptionem opponere, quam noluit, aut nequeat incontinenti probare, quia frequentes ad impediendum, uel differendum processum huiusmodi exceptiones per excogitatum malitiam opponuntur, ad soluedas moderatas expensas, ex tunc in iudicio faciendas, si acceptis iudicijs, si forsitan in probatione defecterit, condemnentur. & si soluendo non fuerit, alias secundum arbitrium discreti iudicis puniatur, ut hic saltem timore perterritus non facile, quis in grauen alteras, falsas exceptiones opponat. Extra 3. de rerum permutacione. Deceptis, & non decipientibus iura subueniunt. Ex Codice lib. 1. Quae in fraudem legis gesta sunt, irrita sunt, tam ipsa, quam eorum subsequencia, si perpetuo prohibita sunt. Si autem temporalem causam seruat, subsequenti- uum eius ualeat.

De Ignorantia, & Errori. Cap. XXXV.

Quoniam autem in causis saepe praetenditur ignorantia, & in re, quam in facto, de hae quoque uidentur est. Et notandum. j. q. aliud est ignorantia, aliud error, & aliud tribuatio Ignorantia esse dicitur, quando quis de iure, uel facto nihil scit, nec aliquid inde suspicatur. Proprie uero ignorare est, quod sciri debet, nec scire. Sicut enim gnarus sapiens, & ignarus, id est insipiens appellatur, sic & ignorantia dicitur insipientia, quando. saliquis nescit ea, quae sciri tenetur, & inde est, q. qui ignorat ignorabitur, ita nescire latius est, quam ignorare. Error autem, quando aliter est, quam credatur. Tribuatio uero, cum de duobus contrariis aut duobus dubitatur, ita q. neutri credulitatem meam applico. Ignorantia diuiditur. Nam alia iuris est, alia facti. Ignorantia facti alia probabilis, alia non probabilis est, ut si quis errat in alieno facto, non in suo. Nam in facto suo uel in rebus suis, uel in qualitate rerum suarum probabilis non est, nisi in casu, ut cum tractatur de indebito repetendo. Item non probabilis est, quando quis ignorat, quod omnes de ciuitate sciunt, uel maior pars ciuium. Secundum primam diuisionem sumitur haec regula. Ignorantia iuris, in uicapiatione prodesse gatur, ut si putat quis sibi licere a pupillo emere, sine tutoris auctoritate. Ignorantiam uero facti prodesse constat, ut si putauit venditorem dominum esse, qui non erat, nec tamen cuiuslibet ignorantia facti prodest, ut si puto rem non esse furtiuam, quae tamen est. Item alia regula. Ignorantia non prodest acquirere uolentibus, suum uero petentibus non nocet. Item error facti in

damnis, uel compendijs non obest, error autem iuris, nec feminis in compendijs prodest, in damnis autem non nocet. Ex Codice lib. 1. Error in iure naturali tolerandus non est, in ciuili tolerabilis est iuris ignorantia, in amittenda re sua nemini obest, in compendijs uero nemini prodest.

De Differentijs ignorantia iuris. Cap. XXXVI.

Ex summa iuris. Porro distingui potest, utrum naturale ius ignorauerit quis, uel quasi naturale, an caetera iura. Si naturale, uelut si cedat impuere sibi licere uel pulcare parentem, uel inopem non exlibere, uel furio sum non poturare, uel captiuum non redimere, cum ipse sit filius maior, non pariter ei quominus exliabere. Idem & si putet sibi licere occidere, uel furtum committere, uel huiusmodi, quae iure naturali prohibentur. Nihilominus enim ex delicto specialiter tenetur. Secus autem si putat sibi licere rem inuicem auferre, tunc enim potius est error in iure ciuili, & ob hoc excusat a delicto furti, non tamen a poena contributionis. Item quia quasi de iure naturali debemus reuerentiam. Ideo mater, quae praeterea ignorantiae iuris, uel iura filijs tutorum, non excusat a lege de signatis, sic & mulier, quae nubrit infra annum, non excusat a suo quondam marito reuerentia. Regulae: er autem ignorantia facti probabilis, & prodest in compendijs, & non nocet in damnis. Notandum uero, quia propter ignorantiam iuris ciuilibus pariter seminis, non tamen semper, sed in casibus a lege designatis. Minoribus quoque facit, & in contractibus, & in delictis, quae non praesentantur ex animo, si quid per errorem iuris, uel facti fecisse dicantur. Militibus etiam in armis in iure pariter. Ait enim imperator. Milites arma scire uolo, non leges. Subueniri tamen eis tantum uideatur erantibus in iure, quantum ad exceptionem, non quantum ad actionem. Item haec intelliguntur in his, quae extra iudicia aguntur. Nam in iudicijs exposita confessio per errorem iuris nocet. Diligenter ergo notandum est, quibus ignorantias sibi subleuare uelit, & utrum in lucro, aut in damno, & pro qua ignorantia, & utrum ad actionem, uel ad exceptionem, & etiam quando, scilicet ante sententiam, uel postea. Nam post sententiam non licet praetendere errorem etiam facti, nisi in casibus si forte error sit committis, non specialis ipsius erantibus. Item in iudicijs, ut ualeat sententia prodest allegare iudicis errorem. Si ignorabat successorem aduenisse. Partu autem error itaque pupuli, quandoque prodest, ut eius sententia ualeat. Si eum esse liberum, ac iudicem esse posse putabant, secus uero si putarent eum alium esse, quam esset. In testimonijs etiam error testatoris, ac testium. Item pupuli iura testis, quem credebatur esse liberum, prodest, ut teneat testimonium. Item ignorantiam in delictis quandoque reperio excusare, in quibus solus puniatur dolo, ut ecce si re commodata, uel deposita a te utar aliter, quam accipiam. Item & si in testimonio seruo meo scripsi, quem putabam alienum. Non enim punior, quia culpa etiam laza, in publicis accusationibus, pro dolo non puniatur. Sicut & e contrario excusor, quem ad seipsum seruo, quem putabam meum, sed erat alienus. Contrarium uero reperio in actione iniuriarum. Nam si facias mihi iniuriam, cum me putas alium esse, quam sim, uel si credas me filium esse, non tamen scias cuius teneris. Ac in contractibus non excusat, ut si uendideris rem uiuolam, quasi sanam, uel subiectam, uel quasi subiectam minoribus.

De His, qui sunt in errore aliterum. Cap. XXXVII.

Causa 15. q. 1. Quod autem ea, quae alienata mente sunt, non sint impunita, facile uidetur posse probari. Augutti de uera religione. Vique adeo peccatum uoluntarium malum, est, ut nisi sit uoluntarium nullo modo sit peccatum. Quare aut negandum est peccatum committi, aut fatendum est cum uoluntate committi. Sed obijciatur de Lamech, qui cum caecus esset Chaya interfecit nec eum excusauit caecitatis infirmitas, sed caecitas ignorantie similis est. Ex utraque enim quaedam sunt, quae imputantur, quadam uero quae minime. Caecus namque si debitum suum uxori se credens reddere, alienam polluit, non est reus adulterii, si autem ludo, uel exercitatione uirium, uel uentratione iaculum mittens alium perimat, quia ab eo poenitus hoc debet esse alienum, homicidij reus habetur. Mens uero alienata furor, cum sui compos non sit, reatum non contrahit, quia facultatem deliberandi non habuit. Item Ambrosius in Exam. Neque enim si per furor aliquis innocentem perinat, obnoxius morti est. Idem in lib. de Paradiso. Necis qui homicidium aliquod iniuri fecerit, extra ministerium Dei est. Siqui dem lex ait de eo: Quia Deus dedit illum in manus eius, manus

De Mittendo in possessionem causa rei seruanda. Cap. XXXIX.

manus ergo eius instrumenti modo diuina uoluntati mitteretur praebuerunt. Gratianus. Cum itaque, qui inuitus hominem interfecerit mittitur Dei sit, cum innocenter furor perimens morti nequaquam obnoxius est, cum subito dementes eorum, quae faciunt ream uel minime gestent, patet hunc sacerdotem minime ream esse homicidii, unde nec sacerdotio priuari debet. Obijciatur autem illud quod inuenitur in penitentiali Thgo dori. Si quis inuitens aliquem occiderit, si ad sanam mentem peruenierit, leuiter ei poenitentia imponenda est. Sed hoc forte de eo intelligitur, quem propria culpa ad furor em perduxit. Ita obijciatur. Sunt quaedam quae & si non impunitur ad poenam, tamen impediunt sacramenti signaculum. Auentur namque parentem, filio non impunitur ad poenam, cui tamen obest ad Ecclesiam munus accipiendum. Sic quae mente alienata sunt, & si non impunitur ad poenam, tamen facti in ueneris executionem impediunt. Vnde Hierony. Si quis non iratus, sed propter discipulnam, aliquem uerberauerit, uel alicui palmam dederit, & casti occiderit, sicut solet fieri, quantum ad gratiam innocens est, quia uoluntatem non opus requirit, quantum ad legem autem reus est, quia opera querit. Sicut ergo, qui propter disciplinam casu homicidii facit, quantum ad legem reus est, quantum ad gratiam innocens, sic iste sacerdos, qui furor homicidii fecit, quantum ad culpam innocens est, quantum ad iustitiam peccatis executionem reus probatur. His itaque respondetur. Non omnia, quae ordinatum impediunt, ordinatum deiciunt. Non enim potest ad sacerdotium proeui, qui aliquando insanit, ueruntamen si post susceptionem ordinem, uel sacerdotium furere coeperit, non ideo sacerdotio carebit, nisi forte nunquam ad sanam mentis officium illum redire contingat.

De Contumelia. Cap. XXXVIII.

Ex summa iuris. Contumacia est erga iudicem, uel praetatum inobedientia. Pena contumacis est, ut si fuerit absens ante litem contestatam, in causa criminali secundum canones debeat excommunicari, uel suspendi. Secundum leges autem bona eius auocantur, & post annum sisco applicantur. In pecuniaria uero si agatur reali actione, fiet missio in possessionem rei petite. Si actione personalis, tunc fiet missio in possessionem bonorum ipsius absentis, secundum modum declarati debiti, sed si contumax infra annum uenerit, & obtulerit cautionem standi iuri, recuperabit possessionem, soluit expensis, missio in possessionem autem non auocatur, nisi super proprietate. Si uero causa sit talis, q. missio in possessionem non possit, puta: si sit super aliquo iure, uel super matrimonio, tunc excommunicabitur absens. Porro si contumax fuerit post lit. contestatam, & in causa criminali, aut liquere poterit iudici de causa, aut non sit, ferret sententiam diffinitiuam in contumacem, alioquin ipsam excommunicabit. In ciuili uero uel quasi recipiet, probationes praesentis, & condemnabit contumacem diffinitiuam sententia, nec poterit appellare. Si autem liquere non poterit iudici de causa, forte quoniam absens praesentia subtrahit copiam probandi, tras feret in aduersarium possessionem, nec recuperabit eam rediens infra annum. Illud igitur in summa nota, q. qui propter contumaciam condemnatur, non auditur appellans, nisi ueniret ad huc iudice pro tribunali sedente. Hoc quidem uerum est de contumace in non ueniendo, contumax autem in non exhibendo bene auditur appellans. Extra. 2. de dolo, & contu. Vrbanus. 3. Rem qui contumaciter a praesentia uestra recessit iuratori cogit exponere cautionem, q. coram uobis iuri pareret. Cuius die praesentia uestra se conspiciat praesentia, praetextu aduocati, quem non habebat, respondere solita malitia recusauit, tandem actore instante, respondit, q. 40. annis decimas de quibus erat contentio percipisset, uariisque excusationibus uens, in uocem appellacionis prorupit, & contumaciter iuramento contempto recessit. Ideoque man. qua. ad conuincendam eius malitiam semel eum ad pra. ue. conuocetis, & si uenerit, sinem imponatis negotio competentem. Quod si uenire contempserit, causam ( utpote lite, quae ingitur con-elata ) diffinitiuam sententia terminetis, uel praesentia saltem adiudicetis possessionem, seruata duntaxat proprietatis quaestione absenti. Inno. 3. cum mandatur alicui ut ad certum terminum se iudici repraesentet, duo sub hac forma mandantur, ut ad inuicem ueniat, & ad diem sibi praesentiam accedat, unde si uenire non possit ad diem assignatam, tenetur nihilominus se iudici praesentare. Si enim mandatur alicui ut ad certum diem alii rem certam exoluat, non ideo erit a mandato solutus, si solvere nequieuerit die dato, immo ad solutionem ( elapso ipso etiam die ad solutionem praesentem ) tenetur.

De Litigiosa rei sequestratione. Cap. XL.

Ex summa Azonis. Sequester dicitur ille apud quem a pluribus res, quae est in lite, siue de qua est controuersia deponitur, sic dicitur ab eo, q. occurrenti, & quasi sequenti eos res committitur. Sequestratio est ipsa rei separatio. Interim enim dum apud sequestrum est, nec actor, nec reus possidet, nisi hoc in sequestratione actum esset, ut custodia tantum causa depositio fieret. Si igitur de quolibet contractu pecunia postulat, sequestrationis necessitas conuiescit, oportet enim primo debitore conuinci, & sic ad solutionem pulsari. Ex uoluntate uero partiu sequestratio fieri potest, sicut ex praermissis patet. Fit etiam quandoque ex necessitate, si de mobili re controuersia sit, & persona rei suspecta est, q. depopulur fructus, uel quod rem dissipatura sit. Et fit etiam quandoque propter contumaciam non cautis de collatione facienda. Quandoque uero propter conditionem personae, ut si seruus de conditione seruitutis proclamatur in liberum, & contra eum pronunciatum est, fit enim tunc sequestratio rerum earum, de quibus dubitatur, uerum domini sint an eius, qui se dicit liberum. Ex summa iu. Sequestratio est ei rei, quae in lite est, uel eius fructus a possessore separatio. Haec quidem prohibetur, quia quilibet in possessione existens, in illa uendendus est usque ad diffinitiuam sententiam, & etiam post sententiam infra decendum quo appellari potest. Permittitur tamen in septem casibus, scilicet in quatuor praedictis, & praeterea quando possessor contumaciter est absens, & hoc de misericordia. Item quando libertus dicit se non debere operas. Item quando timetur ne scandalum aut uolentia inferatur, si reus possideat. In his casibus fit inuito possessore per iudicem sequestratio. Ex uoluntate uero possidentis fieri potest in omni casu, q. a potest si uelit renunciare in i suo. Extra 2. de sequestratione pos. & fructu. Inno. 3. R. rector Ecclesiae de Bertuerya sua nobis petitione monstrauit, quod cum inter ipsum ex parte una, & Abbatem, & conuentum de Cestria ex altera, super eadem Ecclesia coram abbate de Sibiton, & eius collegis quaestio uerteretur, iudices ipsi praedictos abbatem, & conuentum in possessionem ipsius Ecclesiae causa custodiae induxerunt, qui fructus medio tempore perciperet pro suo distrahit libito uoluntatis, Quo circa. Man. qua. si est ita, facientes fructus sequestrari praedictos, si quid de ipsis per eos distractum inuenieris, in statum pristinum reuocetis. Gregorius. ix. ab eo, qui a sententia prouocauit, fructus possessionis si dissipentur, ab eo possunt lite pendente sequestrari.

Quid



Acto. Quod autem circa rem super qua lis, vel questio mota est lite pendente nihil innovandum sit, vel in mutatum, multis auctoritatibus comprobatur. Extra. 2. v. lite pendente, nihil innovetur. Alex. 3. Eboracensi Archiepiscopo. Litera prohibitionis nostrae, quas ad petitionem Archiepiscopi Cant. t. f. direxerimus, nullum tibi praedictum faciant, quod minus tibi, & successoribus tuis liberum sit, more solito, ante nos per totam Angliam deferre crucem, quousque diffinitiva sententia decernatur, an Ecclesia tua de iure debeat hoc habere. Caelest. 3. Laudabilem, & infra. Quareis quando matrimonium accusare contingit, an statim sit carnale commercium suspendendum, & infra. Ad quod breuiter Respon. quod coniugum alteruter accusatus ante probatam accusationem, iure quod habet in altero priuari non possit. Inno. 3. Abbati, & conventui Sancti Siluefri. Ecclesia Sanctae Mariae in via lata contra. I. de Ateza, qui quosdam possessiones ipsius dicebatur contra iustitiam derinere, mouit sub iudice quaestionem, & infra. Prohibemus ne possessiones, quae successerunt in locum, & ius illarum quas ab. I. de Ateza Ecclesia Sanctae Mariae petierat in monasterium vestrum ab eo de. I. lite pendente translatae alicui nare, interim praesumatis, vt si Ecclesia Beatae Mariae de vicio litigiosi contraeas, vel de proprietate voluerit experiri, quod si obtinuerit in iudicio inuatum labore, monasterio vestro minime possidente, sic quod eum certe valeat, & post. Item: titulo de confirmatione. Alex. 3. Si quis rei litigiosae confirmationem impetrauit, ap. se, non minus iudex potest de causa cognoscere, & eam sine debito terminare. Sed si rem tunc pacifice possidebat, cum inde confirmationem obtinuit, non est licitum iudici de quaestione postea exorta cognoscere, aut eam dissentire, absque ap. se. mandato.

De litiis contestatione. Cap. XLII.

Ex summa iuris. Si uero non excipiat reus, vel in probatio ne exceptionum deficiat, cogitur ad respondendum actori, id est ad litem contestandam super negotio principali. Est autem litiis contestatio ad negotii principalis apud iudicem narrationem, siue petitionem oppositam, subiecta responsio. Extra. 2. de lit. cont. Grego. ix. Inter Episcopum Nouiomen. ex parte vna, & capitulum Sancti Quintini ex altera, super quibusdam iniuriis excommunicationis sententis, & quibusdam aliis articulis, materia quaestionis suborta, & infra. Indices factis quibusdam positionibus, & responsionibus ad eandem, auditis etiam quae partes voluerit proponere coram eis causam eandem ad examen ap. remiserunt. Procuratoribus igitur partium pp hoc in nostra praesentia constitutis, quamuis positiones, & responsiones hinc inde super pluribus articulis factae fuerint, coram iudicibus memoratis, quia inde litiis contestationem non inuenimus esse factam, cum non per propositiones, & responsiones ad eam, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem fecutam contestatio litiis fiat, processum illorum iudicum, de fratrum nostrorum consilio, irritum duximus nunciandum. Ibidem. Vt lite non contestata, non procedatur ad receptionem testium, vel ad diffinitiuam sententiam. Inno. 3. Si reus lite non contestata contumaciter se absentat, talique sit causa, q. actor possit in possessione rerum petitarum introduci, est in eadem causa custodiae introducendus. Quod si causa talis fuerit, quod idem in possessione nequeat introriri, vt iuri pareat, est per cen. ex. contumax compellendus.

De Non procedendo ante litiis contest. Cap. XLIII.

Lite non contestata non est ad receptionem testium procedendum, nisi forte de morte testium timeatur, vel absentia diuturna. In quibus casibus, cum ciuilius est agendum, ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur, senes, & valitudinarii, & alii testes, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, etiam lite non contest. sunt proculdubio admittendi, siue pars conuena sit contumax, siue sit absens absque malitia, vt conueniri non possit. Sed si actor non conuenit aduersarium, ex quo infra annum conueniri poterit, vel saltem receptionem huiusmodi testium non denunciauerit illi, attestaciones sic receptae non valeant, ne forte hoc procuret in fraudem, vt processu temporis exceptiones legitimae ad repellendum testes, vel aliae locum habere non possint. Porro speciales cause possunt occurrere, in quibus casualiter esset aliquid obseruandum, vt verbi gratia. Si super alicuius electione, vel copula maritali quaestio moueatur, tunc & enim ne propter lon-

gam moram, in spiritualibus, & temporalibus patiat Ecclesia lesionem, vel viro siue mulieri fornicationis occasio prebeat, maxime cum propinquitatis gradus opponitur, lege diuina prohibitus. In huiusmodi casibus si contumax apparuerit, is, in quem fuerit actio dirigenda, siue quia peremptoria citatione venire contemnit, siue quia malitiose occultat se, siue quia impedit ne possit ad eum citatio peruenire, testes lit. non contestati. sunt merito admittendi, & nihilominus si de causa liqueat, ad diffinitiuam sententiam procedendum. Si vero aliter abiens fuerit, & agatur de spirituali coniugio inter Ecclesiam, & praetatum, iam contracto, electione maxime confirmata, illud in hoc articulo volumus obseruari, quod super expectatione talium personarum, in sacris canonibus est diffinitum, quod si forsitan agatur de spirituali coniugio contrahendo, is qui est in praetatum electus, p spacium sex mensium expectetur, nisi pensatis negociis circumstantiis per superioris prudentiam, magis, vel minus fuerit expectandus. Si autem de carnali coniugio sit agendum, tamdiu alteruter coniugum expectetur, donec de ipsius obitu praesumatur verissime, quia cum sine culpa sit absens ut si captiuitate, vel aegritudine, aut alio iusto impedimento forsitau tenetur, aut etiam propria, si non maliciose voluntate, in remotis partibus moram faciat, vel de facili, vel in breui citari non possit, ei quidem praedictum non debet, cum habeat exceptiones legitimas ad intentionem contrariam eligendam, eo nequaquam obstante, quod de lapsu carnis possit opponi, quoniam in coniugio multi casus occurrunt, in quibus coniuges sine culpa, sed non sine causa, continere cogantur. Sunt & alii casus similes speciales, in quibus absque litiis contest. legitime possunt testes produci, & quando excessum inquisitio, vel testium publicatio imminet faciendae. In alijs vero casibus prudenter est attendendum, utrum contumax actione reali, aut personali conueniatur. Si reali, mittendus est actor in rei petita possessionem, vt tedio affectus reus veniat responsurus. Qui si venerit infra annum, iudicio litiis praestita cautione aut exhibita satisfactione congrua, expensarum possessionem recipiet. Quod si cautionem offerre neglexerit infra annum, actor post annum verus constituet possessor, super proprietate dumtaxat, aduersae parti defensione legitima reseruata. Quod si super rebus immobilibus quique conueniatur, qui eas nomine possidet alieno, debet statim in iudicio dominum nominare, certo dierum spacio a iudice finiendo, eoque ad eius notitiam produciendo, vt vel ipse veniens, vel idoneum dirigens responsalem, actoris intentionem excipiat. Si vero post tempus indultum, quod dispositum est, voluerit adimplere, tanquam lite qua ingeritur, ex eo die quo possessor ad iudicium vocatus est, ad interuendum praescriptionem longi temporis, contra dominium possessionis, iudex edictis legitimis euocabit, & nunc ipso in eadem voluntate manente, negotium summam examinat in possessionem ipsarum rerum auctore mittere non tardabit, omni allegatione absentis super principali quaestione seruata. Si autem super personali actione conueniatur, mittendus est actor in possessionem bonorum suorum, vel immobilium, si forte non habeat mobilia pro modo debiti declarati, vel in contumacem est Ecclesiastica sententia referenda, & ita uidelicet, q. alterutra poena, quae magis timeri debeat iudex a principio sit contentus, ad alteram nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis, qui veniens infra annum, vel post annum etiam audietur, iuxta distinctionem notatam superius in alio casu.

De Absentatione partium, post litem contest. Cap. XLIII.

Ex instrumento iuris. Si lite contesta. abfuerit actor, ut reus multiplicitate dilatione fatigetur, & triennii metae iam prope finem veniant, debet actorem iudex legitime citare, trinis edictis, per interualla decem dierum. Iura uero Autenticorum per interualla 30. dierum, & si non est sufficienter actitatum de causa, absoluat reum de obseruatione iudicii, & actorem in legitimis expensas condemnet. Si uero sufficienter de causa disputatum est, si viderit absentem meliorem causam habere, reum ei condemnet, sed de condemnatione omnes expensas legitime a reo factas deducat, haec enim poena actori etiam meliorem causam habenti imponitur. Si autem reus contumaciter abest, & nihil adhuc sufficienter actitatum est de causa, ex quo possit fieri certa coniectura, auditis etiam allegationibus praesentis, & absente legitime citato, si venire distulerit iudex non differat actorem mittere in possessionem, Si uero causa sufficienter est actitata, tunc iudex contracto Hermodicio absente legitime citato, non dubitet proferre sententiam, & pro absente si viderit eum meliorem causam habere, cum eius absentia Dei praesentia replebitur, vel contra eum si viderit condemnandum, omnino remedio

remedio appellacionis absentis contumaciter in hoc casu denegato. Ex. 4. libro. ff. Quibus ex cau. maio. 25. an. in inte. resti. Paulus lib. 22. ad edi. Non autem negligentibus subuenitur, sed necessitatibus rerum impeditis. Vlpianus. Reipublice causa tadium abesse, quis videtur, quamdiu officio aliquo praestit, quod si finitum fuerit officium, iam desinit abesse reipub. causa. Sed tempus ad reuertendum illi computabitur statim, atque desinit reipublice causa abesse, donec reuertitur in urbem potuerit. Quod si infirmitate impeditus continuare iter non potuerit, habebitur ratio humanitatis, sicuti haberi solet, & huiusmodi tempore nauigationis, & caeterorum, quae casu contingunt. Alphensius. Non nere dicitur reipublice causa abesse, eum qui sui privati negotii causa in legatione est. Vlpianus. libro. 12. ad edi. In vinculis autem etiam eos accipimus, qui ita alligati sunt, vt sine dedecore in publico patere non possint. Regula iuris. Absentia eius, qui rerum causa abest, nec ei, nec alii damnosa esse debet.

De Dilationibus. Cap. XLV.

Ex summa iuris. Dilationes quidem in iudiciis dantur a iure, vel a iudice. Et earum, quae a iudice dantur, aliae sunt relictoriae, aliae citatoriae, aliae deliberatoriae, aliae preparatoriae, aliae vero executoriae. Relictoriae dantur post reformationem eius, qui fuerat spoliatus, & sunt sex mensium ad minus. Citatoriae dantur ad causam vocatis, suntque trium mensium in praetatis, & XXX. dierum in aliis clericis. Deliberatoriae dantur volenti probare. Suntque trium mensium, si probationes postulerit ex eadem provincia, vel sex mensium si ex alia, porro 9. mensium ex transmarina. Executoriae vero condemnato dantur vt mandet sententiam executioni, suntque quatuor mensium, Hodie tamen omnes indiciis dantur arbitrio iudicantis. Ex. 2. lib. ff. de feriis, & dilationibus. Paulus libro quinto sententiarum. In pecuniariis causis omnibus, dilatio singulis causis plus, quam semel tribui non potest. In capitalibus autem reo tres dilationes, accusatori duae dari possunt, sed vtrunque causa cognita. Ex libro quinto Digesto. De iudiciis. Calistratus. Interdum. Humanum est propter fortuitos casus dilationes accipi. Extra. 2. de dilationibus. Alex. 3. Abbas, & monachi de Lu. timentes se iudicibus aggrauari, eo quod ad primam citationem terminum sibi nimis breuem, & peremptorium statuerent, ad nostram duxerunt audientiam appellandum, & in fra. Quia vero non spectat ad iuris ordinem, diem peremptorium, maxime cum de rebus Ecclesiasticis agitur, nisi forte necessitate ingruente taliter maturare. Mun. qua. si est ita reuocato in irritum, qui quid inuenierit post appellacionem huiusmodi attentatum, in causa iuxta priorum tenorem literarum, & c. Item titulo de praesumptionibus. Bonifacius. Nullus autem dubitat, quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum ut absoluitur, qui est innocens querit. Constat enim de omnibus quiquis se subterfugere iudicium dilationibus putat. Helinandus vbi supra. Iuste inquit, quod iustum est exequeris, id est sine acceptione personarum, vel munerum, mox ut tibi liquebit de causa iusta, de vtraque parte feres sententiam, Nam dum causa anceps est, protelanda est sententia, quia festinata iudicia pariunt poenitentiam. Si igitur in iudicando periculum vitari non potest, nihil est vtilius, quam differri, si autem alterutrum litigantium periclitatur utilitas, & rei difficultas moram non exigit, iniquissimum est iudicium protelari. Pro estimatione quidem iudicis tempus potest coarctari, & etiam dilatio proflus denegari. Et amplius, quam semel, ex iustissima causa, danda non est.

De Ferijs, siue Vacationibus. Cap. XLVI.

Ex summa iuris. Dilationes autem quae dantur a iure sunt feriae, quarum aliae sunt solennes, aliae repentinae, aliae vero temporanae. Solennes sunt vt dies festi. Repentinae vero sicut ob natalem Imperatoris, vel ob rem prospere gestam, puta victoriam, vel aliud huiusmodi instituntur. In his ita, quia feris causa tractari non debent, nec sententia ferri, & si lata fuerit in die feriato, non tenet, nisi de consensu partium lata sit. Temporanae vero feriae sunt, quae dantur fugibus colligendis, & sunt duorum mensium secundum varios situs terrarum, in quibus similitur causa tractari non debent. Ex digesto. 2. libro de feriis, & dila. Solet messis, vindemiarumque tempore ius dici, de rebus, quae tempore, vel morte periturae sunt, ut ait Vlpianus

in libro secundo ad edi. Morte veluti furti, iniuria, damni, iniuriarumque atrocium, & qui de incendio, ruina, naufragio, rante, naue expugnata, rapuisse dicuntur, & si quae sunt similes. It est si res tempore periturae sunt, aut actionis. d. es exiturus est, liberalia quoque iudicia omni tempore finiuntur. Paulus. Praesides provinciarum ex consuetudine cuiusque loci solent messis vindemiarumque, causa, tempus statuere. Vlpianus ad edi. Lege cautum est, ne diebus feriatis iudicatum sit, nisi ex voluntate partium. Pau. libro 13. ab Sab. More Romano dies a media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur, ita quod in his. 24. horis, id est duabus dimidiatis noctibus, luce media actum est, perinde est, quasi quavis hora lucis actum esset. Extra. 2. de feriis. Gregorius. 9. Quamuis non prorogari, sed expe diriri deceat quaestiones, debet tamen iudicialis strepitus diebus conuiescere feriatis, qui ob reuerentiam Dei noscuntur esse statui. Natalis, scilicet Domini, sancti Stephani, Ioannis Euangelista Innocentium, sancti Siluestri, Circuncisionis, Epiphaniae, septem diebus Dominicae passionis, cum septem sequentibus. A scensionis, Pentecostae, cum duobus qui subsequuntur, Natiuitatis sancti Iohannis Baptistae, festiuitatum omnium sanctorum, & Virginis gloriosae. xij. Apostolorum, & praecipue Petri, & Pauli, Beati Laurentii, Dedicacionis Beati Michaelis, solennitatis omnium Sanctorum, ac Dominicis diebus, caeterisque solennitatibus, quas singuli Episcopi in suis diocesis, est clerico, & populo duxerint solenniter uenerandas, quibus utique solennibus feriis, nisi necessitas urgeat, vel suadeat pietas, vsque adeo conuenit ab huiusmodi abstinerere, vt contentiibus etiam partibus, nec processibus habitus tenent, nec sententia quam contingit in huiusmodi diebus solennibus promulgari, Licet diebus feriatis, qui gratia vindemiarum, & messium ob necessitates hominum indulgentur, procedi valeat, si de partium processerit voluntate.

De Treuga, & Pace. Cap. XLVII.

Ex summa iuris. Ad officium quoque iudicis spectat inter dissidentes facere treugam, pacemque seruari, vel reformari. Est autem treuga securitas praestita personis, ac rebus discordia non finita, pax uero est discordiae finis. Quidam habent treugam perpetuam, secundum. l. vt clerici, monachi, peregrini, rustici quoque, & animalia quibus terra colitur. Quidam uero temporalem, ut ne quis in alium faciat insultum, scilicet a vespera quartae feriae vsque in exordium secundae feriae, ab aduentu quoque domini vsque in octauam Epiphaniae, & a. lxx. usque ad octauam Paschae, de feriis quidem haec forte ratio reddi potest. Quinta feria privilegium treugae habet propter Dominicam ascensionem. Sexta propter Domini passionem. Sabatum uero propter eius diei requiem. Dominica propter Resurrectionem, & Spiritus Sancti missionem. Haec autem, quae dicta sunt, in treugis canonicis obtinent. In treugis uero conuentionalibus, id obseruandum est, quod in datione treugae fuerit expressum: nam fides si promittatur, etiam hosti seruanda est. Item habent promissa locum in bello uoluntario, scilicet ubi princeps aliquis res suas iniuste occupatas reuocare non potest, & uult eas prelio recuperare: talis si quidem non debet mouere bellum in praedictis diebus, sed si inferretur alicui uiolentia, possit eam propulsare, etiam in die Paschae. Ex decretis causa. vigesima materia quaestione octaua. Nicolaus Papa. Si nulla urget necessitas, non solum in Quadragesimali tempore, sed etiam omni tempore, a preliis est abstinentum. Si autem inuictabilis urget importunitas, nec Quadragesimali tempore, pro defensione tam sua, quam patrie seu legum paternarum est bellum proculdubio preparationi partendum, ne uidelicet Deum uideatur homo tentare, si habet quod faciat, & suae ac illorum saluti consulere non precurat, & sanctae religionis detrimenta non precauet. Extra primo de treuga, & pace. Alexander tertius. Treugas a quarta feria post occasum solis usque ad secundam feriam in ortu solis, ab Aduentu Domini usque ad octauas Epiphaniae, & a Septuagesima usque ad octauam Paschae ab omnibus inuicibiliter obseruari precipimus. Si quis autem treugas frangere presumpserit, post tertiam monitionem si non satisfecerit, Episcopus suus excommunicationis sententiam dicet in eum, & scriptam vicinis coepiscopis annunciet.

Actor, Satisfactio est species cautionis illa videlicet, qua fit per pignora vel fideiussores. Nam cautio fit etiam per stipulationem, vt per simplicem promissionem, vel per iuramentum, aliquando tamen accipitur cautio stricte, videlicet genus pro specie. Ex ff. 2. libro 5. ad ed. prouinci. Satisfactio eodem modo appellata est, quo satisfactio. Nam vt satisfacere dicimur et cuius desiderium implemus, ita satisfacere dicimur, dare aduersario nostro eum, qui pro eo, quod a nobis petijt ita cauit, ut cum hoc nomine secutum faceremus, datis fideiussoribus. Pan. Si medio tempore insignis idest magna calamitas, vel magna inopia acciderit, causa cognita ex integro satisfandam erit. Marcell. lib. 1. de appell. Sciendum est possessores immobilium rerum satisfacere non compelli, possessor autem is accipiendus est, qui in agro, vel ciuitate rem soli possidet, aut ex alie aut ex parte. Sed & qui vectigalem idest emphiteoticum agrum possidet possessor intelligitur. Item qui solam proprietatem habet, sed non usumfructum, nam cum qui usumfructum tantum, Iul. ait possessorem non esse. Occupati circa rem rusticam, in forum compellendi non sunt.

Elimandus ubi supra. Ipso autem iure cautum est, vt factorum Euangeliorum scripturae terribiles, ante sedem iudicis deponantur, ibique ab initio litium vsque ad finem per maneant, nec amoueantur, nisi sententia recitata, quo totius consistorii latitudo Dei ipsius repleta praesentia omnibus ad sacrosanctas scripturas metum incutiatur, & reuerentiam, ad inquisitionem veritatis omnis iniquitas propulsetur. Itaque facta satisfactio, nihil aliud restat, nisi vt iurandum exigatur, ita ab eo, qui intendit, quam ab eo, qui fugit, ut ne quid inter se calumnie expositent. Sed & ipsi patroni calumniae, quo fidelior possit fieri, examinatio ab ipsa contestatione litis, iuramento artantur ad virtutem, & fidem. Iurant enim quod cum omni virtute sua, omni tempore quod iustum, & verum existimauerint, clientibus suis inferre procurabunt, nihil studii relinquere, prout cuique possibile est, & quod ex industria sua non pertrahent lites, nam eas oportet a iudicibus infra biennium, vel triennium terminari, iusti ubi supra lib. 4. Pro calumnia iurare cogitur, & actor, & reus, & vtriusque partis aduocati. Extra. 2. de iura. calum. Honorius 3. Cum in nonnullis partium canonibus reperitur, ut clericis omnino iurare non audeant, dignum est, ut totus ordo clericalis a praestando iuramento calumniae sit immunis. Item non abbas non aliquis monachus, vel sancti monialis, in quacumque causa, seu controuersia criminali, seu civili iurandum compellatur, aliqua ratione subire. Sed aliis idoneis defensoribus, si expedire Ecclesiae suae viderint officium, huiusmodi liceat delegare, verum tamen cum hac moderacione, vt Episcopus inconsulto Rom. Pont. vel quilibet clericus inconsulto praetato suo, minime iurare audeat. Idem Romana Ecclesia in his casibus in quibus de decimis Ecclesiasticis, & rebus spiritualibus tantum agitur, iuramentum calum. nec dare, nec recipere confuevit, eo qd tales causae non ex legum distinctione, sed ex canonum aequitate finem debitum sortiuntur. Ca. notae autem iuramentum calumniae in huiusmodi causis nulli inducunt. Euge. Papa. In petra tractandis causis sacramentum calum. passim praecipimus exhiberi. Sed causae, & principalium personarum qualitate inspecta, quandoque per ipsas principales personas, quandoque per economos, qui causam omnino non uesciant, in animas iurantem illud praestari praecipimus. Ex summa. iij. Tam in iudicio voluntario, quod arbitrabile dicitur, quam in necessario (de quo hic agitur) iuramentum de calumnia frequenter, sic dicitur, quia propter uitandam calumniae datur. Et autem calumnia, certa scientia petitio, uel repulso iniusta. Itaque iuramentum calumniae est, quando quis iurat se non calumniandi animo agere, uel respondere. Praestatur autem post lit. conte. ut ex confessionibus partium, ueritas magis elucescat.

In omnibus itaque causis, exceptis spiritualibus de calumnia iuratur. Debent autem iurare personae principales. Item tutor, economus, syndicus, & actor, quia legitimam administrationem habent. Clerici vero si conueniantur Ecclesiae nomine, iurant per economum, vel syndicum. Nam cum ma-

gna fuerit causa, & persona economi depauperata, tunc enim intratur in propria clerici persona. Quando uero super rebus patrimonialibus conueniantur clerici, vel super contractibus habitis nomine suo, iurare debent in propria persona. In causa autem adulti, qui est sub cura, potest vel ipse, uel curator iurare. In causa vero ciuitatis, vel municipii consules, vel rectores. In iuramento calumniae quinque continentur praecipue. Iurat enim pars utraque, quod credat se iustam causam habere. Item interrogata non negabit, quod credit uerum esse. Item quod non utetur scienter falsa probatione. Item quod dilationem frustratoriam non petet. Item quod pro hac causa nec dedit aliquid uel promisit, neque dabitur promittere, nisi tantum aduocatis, vel aliis certis personis, quibus de iuris indulgentia praestari licet. Haec autem quinque uerbis his potes comprehendere. Istud iuratur, quod his sibi iusta uideatur. Et si quaeratur, uerum non inficietur. Nil promittetur, ne falsa probatio deatur. Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur. Qui uero iuramentum hoc praestare noluerit, cadet a causa si actor fuerit, si reus habitur pro conuicto, nec appellare poterit. Semel quidem in principio causae praestatur, & ad omnes exceptiones, quae in iudicio proponuntur extenditur. A ne lit. conte. iurandum est. Item haeres illius, qui moritur in iudicio pendente causa debet iterum iurare, quia iuramenta non transferuntur in haeredes. In causa uero appellacionis non iurabitur iterum, quia eadem est cum principali. In summa quoque nota, quod in iuramento calumniae pater contra filium, & patronus contra liberum excipiuntur.

Iuramento praestito, quandoque fiunt positiones ab actore, quae esse debent simplices, & non implicatae, & purum factum continere debent, talis scilicet quod actor possit probare si reus neget, & tales quibus probatis faciant ad negocium, nam impertinentes non debent recipere. Quibus factis, si reus neget eas, producuntur testes ab actore ad minus duo, quia unus regulariter non sufficit, quantaeumque auctoritatis sit, qui iurare debent praesente aduersa parte, quod puram ueritatem dicent, nec pro odio vel amore, gratia, vel timore dimittent. Contra quos, & eorum dicta potest reus dicere, unde postquam examinati fuerint a iudice, de ueritate quam sciunt, & quomodo se uiderint, aperiri debent eorum dicta. Et signanter dico sciunt, quia testimonium de auditu, uel de credulitate regulariter non ualeat. Eius uero aperiri, fit copia reo attestacionum eorum, & datur ei terminus ad dicendum contra, quo adueniente, potest dicere reus, quod discordant. Nam si non concordant, & singulares sunt in dictis, nihil probant, idem est si contraria dicant. Potest etiam dicere, quod sunt excommunicati, uel aliter criminosi, & sic eos repellere. Et nota, quod non solum per testes, sed etiam per instrumentum potest actor probare si velit. Porro contra promptas rei negaciones necesse sunt actori probationes. Est autem probatio rei dubiae per argumenta quaecumque ostensio, sic dicta a probe aduerbio, quia probe agit, qui probat. Illi siquidem incumbit probatio, qui dicit, non ei, qui negat, negantis enim factum per rerum naturam probatio nulla est. Species probationis sunt sex. Prima per rei euidentiam, ut si quis in adulterio fuerit deprehensus. Secunda per famam. Tertia per praesumptionem. Quarta per iuramenti dilationem. Quinta uero per testes. Et sexta per instrumenta. Ex his duae postremae probationes dicuntur propriae, reliqua uero impropriae, & transumptiuae. In notariis probatio non est necessaria. Item uera probatio vincit praesumptionem. Helyandus ubi supra. Praesumptionibus standum est, donec probetur contrarium, probatio rei dubiae est argumentum iudici faciens fidem. Iudici probandum est praesente aduersario, uel eo habito pro praesente, publica enim persona, ideo in medio posita est, ut ei fidem faciamus. Nam aduersario nunquam fidem facere possumus. Actori probatio incumbit usque adeo donec intentio teneat, vel teneat uideatur. Teneat intentio si reus confessus vel conuictus sit. Teneat uideatur si reus dicit se suscepisse, asserit se soluisse, si de intentione conlter, reus uel excipere, uel elidere intentionem debet, alioquin soluere cogitur. Reo excipiente probare debet exceptionem, quemadmodum actor intentionem. Reus enim in exceptionem actor efficitur. Argumenta sunt quae causam indicant, atque ostendunt ut testes, & instrumenta. Et iudicia omnia recipienda sunt, quae lege non sunt reprobata, ut domestica testimonia, uel instrumenta. Quaedam sunt, quae per se fidem non faciunt

faciunt, cum aliis uero profunt ut unus testis, & domesticum instrumentum. Extra. 2. de probationibus. Alex. tertius. Quoniam apud nos confuetum esse dicimus, ut cum aliquis intentionem suam fundauerit instrumentis, aut testibus, ei sacramentum nihilominus deferatur, quod si subire noluerit, fides probationibus non habetur. Nos cum deinde tunc ad huiusmodi sit suffragium recurendum, cum alia legitima probationes deesse noscuntur, talem consuetudinem reprobamus. In no. 3. Cum per literas iudicis ordinarii, quibus standum est donec probetur contrarium nobis confiterit, quod. N. excommunicatus erat quando officium procuracionis assumpsit, ipsum tanquam procuratorem non duximus admittendum. Idem Episcopo, & Archi. Senonen. Causam matrimonii, quae inter N. iunenem, & G. puellam Senonen. quae se uirginem, & monacham profiteatur noscitur agitari, & infra. Man. qua. puellam eandem ponatis in monasterio illo interim, qd intravit, ut ibi secrete ualeat commorari, donec iudiciali sententia, quid agi debeat decernatur, recepturi postmodum non solum probationes iuri, quas inducere uoluerit contra mulieres illas, quae ad inuestigandum signa uirginitatis ex parte puellae fuerint introductae, uerum etiam probationes alias, hoc negocium contingentes, quas pars ueritaliter duxerit producendas. Et quia ut dicit canon, Saepemano fallitur, & oculus obestricit. Volumus, & mandamus quate ad hoc honestas matronas prouidas, & prudentes deputare curetis, ad inquirendum utrum dicta puella uirginitatis priuilegio sit inuita.

Ex summa iuris. Licet autem superius dictum sit, qd negatiua factum per rerum naturam probatio nulla sit, in quibusdam tamen casibus imponitur negatiua probatio. Cui praesumptio fit pro actore. Verbigratiua. Si duo simus filii patris uirius, & tu possideas omnes res haereditarias, dicisque me non debere aliquam rem ex illis habere, debes probare negatiuam. Item si negatio in se implicitam habeat affirmationem. Item si reus sponte subire uelit negatiuam probationem, tunc enim mos ei gerendus est. Item si ius negetur. Qui enim dicit aduersarium suum a iure prohibuit, probare tenetur. Item ubi in defectu probationum fit delatio iuramenti, tunc enim reus sacramentum suo probat suam negationem. In exceptionibus etiam cum reus efficiatur actor, probare tenetur exceptionem. Extra. 2. de probationibus. Inno. 4. in concil. generali. Quoniam contra falsam assercionem iniqui iudicis innocens litigator quidque non potest uerum negationem probare, cum negantis factum per rerum naturam nulla sit directio probatio, ne tamen falsitas ueritati praedictet, aut iniquitas praualcat aequitati, statim, ut in ordinario iudicio, quam in extraordinario iudex semper adhibeat aut publicam, si potest habere personam, aut duos uiros idoneos, qui fideliter ueritatem iudicij acta conscribant, uidelicet citationes, dilaciones, recusaciones, exceptiones, petitiones, repositiones, & interrogaciones, confessiones, testium depositiones, instrumetorum producciones, interlocuciones, appellaciones, & renuaciones, conclusiones, &c. quae occurrerunt competenti ordine conscribandae, loca designando, & tempora, & personas, & omnia sic conscripserit partibus tribuantur, ita qd originalia penes scriptores remaneant, ut si super processu iudicis fuerit suborta contentio, pro hoc possit ueritas de clarari, quatenus adhibito moderamine sic honestis, & discretis deferatur iudicibus, quod per improuidos, & iniquos innocentium iusticia non laedatur.

Ucius. 3. Scire autem debes, qd iudicium finium regendo rum tale est, ut in eo utraque persona uices duorum habeat, uidelicet actoris, & rei. Unde hinc inde testes produci possunt ad cognitionem iudicis instruendam, quibus examinatis iudex quos praecellere intellexerit, ad fidem sibi faciendam admittit. Quod si ambarum partium testes sunt equae idonei, possessoris testes praeferrantur, cum promptiora sint iura ad absolueudum, quam ad condemmandum, praeterquam in libertatis causa, in qua si utriusque partis testes aequales fuerint, pro libertate sententia proferatur. Nam possessori probationem aliquam dari iuris est manifestum, cum iure cautum sit, qd qui obiceat praescriptionem longissimi temporis, quam nemo recte obicit, nisi qui possidet, & tam probauerit, ita causa debeat obrincere. Clemens. 3. Iuratur quidam (ut asseris) se quamdam in vxorem legitimam accepturum, quam uellet traducere, quidam Speculum Doctrinale.

iuramentis secundum morem exhibitis, legitime probauerunt ipsos in quinto consanguinitatis gradu sibi inuicem attingere. Quia uero requisisti a nobis, quid agendum sit, cum quidam alii probare uelit contra praedictam probationem, iuramentis canonicis factam, & partibus publicatam, nullo eos se consanguinitatis gradu contingere. R. qd standum est probationi priori. Inno. 3. Sacerdotes, & clerici Daciae Regni, legi per quam negatiua probatur temere innitentes, a criminibus, quae probari testibus possunt fidedignis, legitime contra eos reputantur infonnes, si se super his purgare ualeant quoquo modo, & infra. Volentes igitur, ut haec pestis contraria omni iuri penitus extirpetur a clero. Mandamus, quate in huiusmodi probatione negatiuae, dum tamen posset affirmatiua ex aduerso probari, neminem audiat. Idem. Nihil indignum est, iuxta legitimas sanctiones ut quod sua quisque uoce dilucide protestatus est, in eundem casum proprio ualeat testimonio infirmare. Ex sum. iij. In summa uero nota, quod si testes inducuntur ad probationem negatiuam factam, non ualet probatio talis. Unde si probet actor duobus testibus affirmatiuam, & reus aliis duobus negatiuam, directe praualent testes actoris, si autem indirecte, praualent testes rei.

Sidorus. lib. 5. Testes sunt, a quibus quaeritur ueritas in iudicio, quos quisque ante iudicium placiti sibi alligat, ne cui sit postea liberum aut dissimulare, aut subtrahere se, sic dicti, eo quod testamento solent adhiberi, sicut signatores, quia testamentum signant. Ex sum. de casibus. Testis debet esse communis persona, sicut iudex, & pro utraque parte dicere puram, & meram ueritatem, quam scit, de facto super quo inducitur. Item nihil debet recipere pro testimonio ferendo. Nam sententia, sicut non debet esse uenialis, ita nec testimonium. Augusti. Cum iudicia, & testimonia, quae nec iusta sunt, nec uera, sunt uendenda, iniqua & falsa uenduntur, multo scelere utique pecunia sumitur, quia scelerare etiam, quamuis a uolentibus datur, expensas tamen potest recipere ab illo, qui eum producit, tem ubi uidet proximum rem suam amittere, propter defectum probationis, quasi necessitate cogente, debet tunc ferre testimonium ueritatis, alius peccat. Augusti. Quisquis metu cuiusque potestatis ueritatem occultat, iram Dei super se prouocat, quia magis timet hominem, quam Deum, immo in tali casu etiam priuilegiatae personae, ut sacerdos cogendi sunt, iurati testimonium dicere, si talis sit causa, in qua liceat eis ferre testimonium, non enim licet in causa sanguinis. Praeter istum tamen casum, sicut alii sex casus, in quibus debet etiam sacerdos, uel clericus iurare, nec non laicus, uidelicet pro recta fide, pro obedientia, pro pace, pro indemnitate Ecclesiae, & cum absoluitur ab excommunicatione, & cum in sanatus debet se purgare. Extra de testibus, & arte. Ex concil. Macien. Placuit sancto conuentui, ut testes non conducantur praecio, & ut quicumque idonei, & fideles in testimonium assumantur, & ut nullus testimonium dicat, nisi ieiunus. Honorius 3. Nullus testimonio, quantumcumque religiosus existat nisi iuratus deposuerit, in alterius praedictum debet credi. Extra secundo, de confirmatione. Inno. tertius. Iure civili statutum est, ut quando periculum testium formidatur, ne ueritas occultetur, & probandi copia fortuitis casibus subtrahatur, & lite non contestata, testes ualitudinarii, & alii de quibus aliqua causa rationabili timetur, ad testimonium admittantur.

Ex summa iuris. Producenti autem sunt testes in iudicio regulariter post lit. contestatio, producti iurare debent, quod ueritatem dicent, quam in illa causa nouerint & quod factum non admiscebunt, quod testimonium pro utraque parte dicent. In causa quoque matrimoniali iurare debent, quia non uenerint ad testificandum odio, uel gratia, uel timore. Debeat autem inquiri testimonia de causis propriis, loco, tempore, auditu, scientia, credulitate, fama, certitudine. Dixerunt tamen quidam, testimonia de auditu non ualere, sed contrarium uerum est, quoniam in omnibus contractibus, qui contrahuntur ex consensu, testimonium de auditu ualet, denique ualet in causa matrimoniali. Item in solutione pecuniae. Item in memoria facti operis. Item ubi dubitatur de baptismo alicuius. Itē de uoluntate obmutescens in articulo mortis. Et nota, qd qui testes producit, eos debet interim suis sumptibus procurare. Produccionem uero facta publicam attestaciones, & sup illis publice disputat. Et nota, qd publicatus Tomus Secundus. R. 2. atesta-



attestationibus, nec a reo, nec ab actore possunt ulterius produci testes. Hoc uerum est in illo articulo, in quo publicatae sunt attestations, in alijs uero possunt, & in causa appellationis similiter. Fallit etiam hoc in causa matrimoniali, in qua in eodem articulo producuntur. Sunt autem tres productiones quae fieri debent infra vnam dilationem. Quarta uero non permittitur, nisi iuret is, qui uult eam facere, q non didicit testificata per se, vel per aduocatum, nec dolo postulet quartam productionem. Extra. 2. de testibus, & attestata. Grego. 9. Ultra tertiam productionem non debent testes in causa produci, nisi p- f- ito ab eo, qui postulat, iuramento, quod neque per se, neq; per alium testificata subtraxerit, vel fuerit percontatus, neque per dolum, vel artem aliquam, quartam productionem exposcat, sed quia quos desiderat de nouo producere, prius habere nequiuit. Causa. 3. q. 9. Calixtus Papa. Testes per quamcumque scripturam testimonium non proferant, sed praesentes de his, quae nouerunt, & uidentur testimonium ueraciter dicant, nec de alijs causis, vel negocijs testimonium proferant, nisi de his, quae sub eorum praesentia acta esse noscuntur. Gratianus. De his, quae au dierunt, si ad hoc uocati sunt, in ciuili causa testimonium dicere possunt.

De his, qui a testimonio repelluntur. Cap. LVI.

EX summa iuris. Testes esse possunt quicumque non prohibentur. In his enim 7. consideranda sunt, quae uerbis his notantur. Condicio, sexus, etas, discretio, fama. Et fortuna, fides, in testibus ista requiruntur. Condicio requiritur, quia seruus a testi monio repellitur, ne metu dominantium supprimat ueritatem. Et hoc nisi deficiant probationes, tunc enim poterit interrogari, vel si queratur de facto serui, puta si per eum sit depositum, non tamen admittitur contra dominum. Sexus quoque requiritur, quia foemina in criminali repellitur, in ciuili admittitur. Etas autem, quia minor quatuordecim annis non admittitur in ciuilibus, nec minor. 20. annis in criminalibus. Discretio quoque, quia seruus, & mente captus repellitur a testimonio, sicut a iudicandi officio. Fama uero, quoniam infamis repellitur. Item fortuna, quia sicut in accusando, sic & in testificando pauper suspectus habetur. Fides quoque, quoniam infidelis contra infidelem non admittitur. Praeter haec etiam repelluntur sanguinei illius, pro quo debet testimonium ferri. Insuper, & ipsius domestici, & ipsius itatum aduersae partis inimici. Causa. 4. quest. 7. Calixtus Papa. Consanguinei accusatores aduersus extraneos testimonium non dicant, nec familiares, vel de domo prodeuntes. Sed si uoluerint, & inuicem consenserint, inter se parentes testificentur, & non in alios. Item Anacletus Papa. Accusatores, & testes esse non possunt, qui ante hesternum diem, aut nondiu alterius inimici fuerint, ne irati nocere cupiant, ne lesi se uideant. Inoffensus ergo, & accusatorum, & testium affe ctus, querendus est, & non suspectus. Item Pontianus Sanctae, & uniuersalis Ecclesiae Episcopus. Suspectos aut inimicos, aut facile litigantes, & eos qui non sunt bonae conuersationis, accusatores esse, & testes Apostoli prohibuerunt.

De eodem. Cap. LVII.

Causa. 4. questio. 2. & 3. Ex concil. Cartag. Illos ad testimonium non admittendos esse censemus, qui nec ad accusationem admitti iussi sunt, vel etiam quos ipse accusator de domo sua produxerit. Item infra annum. 14. etatis suae constituti non admittantur. Item in criminali causa produci testis non potest, qui antea in eum reum testimonium dixerit. Item lege Julia. de vi. Cauetur ne hac lege in reum testimonium dicere liceat, qui se ab eo parente uel eius liberauerit, quive impubes erit, quive in iudicio publico damnatus erit, quive in uinculis, custodiae uel publica erit, quive eorum restitutus in integrum non erit, quive ad bestias ut depugnaret se locauerit, quive palam que stum facit, fecerit uel quive ob testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepisse iudicatus, uel conuictus fuerit. Item idonei non uidentur esse testes, quibus imperari potest ut testes fiant. In testem idoneus pater filio, aut filius patri non est. Item nullus idoneus testis in re sua intelligitur. Item parentes, & liberi inuicem aduersus se, nec uolentes etiam ad testimonium admitti debent. Item serui neque pro domino, neque aduersus dominum, sed pro facto suo interrogari possunt. Causa. 14. quaestio secunda. In criminali enim causa non licet testem de propria domo produci, in ciuili autem praetatis Ecclesiae licet. Vnde Paschalis. 2. In criminali quidem accusatorum, & testium illa distinctio obseruanda est, quae in canonicis continetur, neque ad probationem domestici assumantur. Ca-

terum in possessionum, uel huiusmodi, hi potissimum, assumendi sunt, qui eadem negocia tractauerunt, de quorum auditu, & visu haestatio esse non debeat. In consensendis autem instrumentis secularium negociorum, presbyteri non uocentur ad testimonium. Sed si casu contractui eos interfuisse acciderit, iubente Episcopo testimonium dicant. Extra. 2. de testibus, & ar. Alex. 3. Vtrum testes sint reprobandi in causa criminali, uel ciuili, quibus ab aduersa parte criminosa opponuntur. Respondemus, quod si etiam ante non sunt conuicti, uel confessi de criminibus illis, dum modo inde conuincantur, in testimonium non debent admitti. Idem. Laicos in accusationem, uel testimonium contra clericum, in criminali causa non esse aliquatenus admittendos, censura sacrorum canonum manifestius edocetur, nisi forte sua uel suorum iniuriam prosequantur, nec tunc etiam ad testimonium, sed ad accusationem possunt admitti. Idem. Testimonium Christianorum aduersus Iudaeos in omnibus causis, cum illi ad ueris Christianos testibus suis uti praesumant, recipiendum esse censemus, & anathemate feriendos esse decreuimus, qui cumque Iudaeos Christianis uoluerint in hac parte praerere, cum eos Christianis subiicere oporteat, & ab eis pro sola humanitate soneri. Gregorius. 9. Non debet quis in criminibus, nisi forsitan in exceptis, ad testificandum admitti pendente accusatione de crimine contra ipsum, cum etiam accusati, nisi se probauerint innocentes, ab accusatione, ac susceptione ordinum repellantur.

De infamibus repellendis. Cap. LVIII.

Actor. Infames non solum ab accusatione, sed etiam a testimonio repelluntur, sicut ex multis auctoritatibus colligitur. Causa. 3. quaestio quinta. Eusebius Papa. Constitutum cum omnibus, qui nobiscum sunt Episcopi, ut homicidae, malefici, fures, facilegi, raptores, adulteri, incesti, uenatici, suspecti, criminosi, domesticci, periuri, & qui raptum fecerint, & qui falsum testimonium dixerint, seu qui ad fortilegos diuinoque cencurrunt, similesque eorum, nullatenus ad accusationem, uel ad testimonium sint admittendi, quia infames sunt iuste repellendi, quia infamia est uox eorum. Eadem quaestio septima. Gra. Porro infamia multipliciter irrogatur, aliquando enim contrahitur genere delicti declarati per sententiam, aliquando genere peccati, sicut ille qui damnatur in opus publicum, qui pristinum statum obtinet, & sic damno infamiae etiam post impletum tempus subiicitur. Helianodus ubi supra. Fama siue exstimatione, necnon opinio est illa se dignitatis status, a natura tributus, cuius merito, quis ea potest, quae homini permisa sunt, legibus & moribus comprobatus, nec in alio quo imminutus. Infamia est fama priuatio, & commaculatio. Ex. ff. libro tertio de postula. l. hunc titulum. §. ait praetor. Si quis famoso iudicio condemnatus, per in integrum restitutionem fuerit absolutus, Romponius putat hunc infamia eximi. Julia. lib. ad edictum. Praetoris uerba dicunt, infamia notantur, qui ab exercitu ignominiae causa, ab Imperatore, uel cui de ea restituenda potestas fuerit dimissus erit, qui ariis iudicis pronuntiandae causa in scenam prodierit, qui lenocinium fecerit, qui in iudicio publico calumniae, praeruaricationis uel causa, quid fecit iudicatus erit, qui furti, uel bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo, & fraude suo nomine damnatus patitur erit. Marcel. in libro publicorum. l. etus furtium infamiam non importat. Sed causa propter quam id pati meruit, si ea fuerit, quae infamiam damnato irrogat. In ceteris uero generibus poenarum eadem forma statuta est.

De numero testium legitimo. Cap. LIX.

EX summa iuris. Debent autem testes ad minus esse duo, quia in ore duorum, & cetero. In quibusdam tamen casibus plures requiruntur, ut quando praesul, uel cardinalis accusatur. Item quando infamatus de crimine debet se purgare. Item in testamentis, ubi septem testes requiruntur secundum leges, quae tamen uidentur per decretales, extra de testa. ubi expresse dicitur, quod etiam in testamentis sufficiunt duo testes aut tres, uel dici potest, illas decretales esse restringendas ad pias causas, ut si in testamento, uel codicillis aliquid legaretur pauperibus Ecclesijs, uel alijs pijs locis, quantum ad illa ualerent, & cum duobus aut tribus testibus. Porro effrenata multitudinem testimonium est a iudice coarctanda. In nulla uero causa sufficit unus testis, quantaeumque sit dignitatis, quoniam ad probationem, uel fidem faciendam, uox unius, uox nullius. In omnibus tamen illis casibus unus testimonio creditur, in quibus praedictum alteri non inferitur. Ut si dubitetur

dubitetur an aliquis baptizatus sit, & appareat super hoc unus testis, sufficit. Idem est et de consecratione Ecclesiae dubitatur. Et similiter in consensibus. Item iuramento, uel testimonio vnus creditur, in causa denunciationis, in causa symoniae, in reuocatione procuratoris, in eo, qui dicit se cognouisse illam, quam consanguineus eius uult ducere. Item in matre, quae confiteretur contra matrimonium filiae suae. Item in derico uerberato, & in eo, qui passus est ablationem rerum suarum. Causa. 2. q. 5. Siluester Papa. Praesul non damnatur, nisi cum. 72. testibus, Praetbyter autem cardinalis, nisi. 60. testibus non deponatur. Diaconus cardinalis urbis Romae nisi. 60. testibus non condemnatur. Subdyaconus, acolytus, exorcista, lector, hostiarius, nisi in seiprem testibus non condemnabuntur. Testes autem, & accusatores sine aliqua sint infamia. Item Leo. 4. Nullam damnationem Episcoporum vnquam esse censemus, ubi autem ante legitimum numerum episcoporum, qui sit per. 12. episcopos, aut certe per. 4. sententia, per. 70. idoneos testes, qui tales sint, qui & accusare possint, & prius ad sacra Christi quatuor Euangelia sacramenta praesent, & nihil falsum deponant. Sed hoc uel specialiter privilegio de clericis Romanae Ecclesiae intelligitur, uel propter improbatum quorundam, qui cum non sint spectatae uirtus, & scientia, in accusationem ministrorum Dei repente proficiunt. Quorum uero uita adeo laudabilis est, ut omnibus imitanda appareat, de quorum assertionem nulli dubitatio nasci poterit, eorum testimonio, duorum uel trium testimonium, quilibet iure conuincitur, & damnari poterit. Causa. 4. q. 2. Vnus testis responsio omnino non audiatur, etiam si praedictae curiae honore praesulgeat. Sed obicitur illud Beati Briccii, qui uoce pueri. 30. dies ab ortu habentis, innocens probatus est, sed miracula diuina sunt admiranda, non in exemplum humanae actionis trahenda. Extra de testibus, & ar. Inno. 4. Inhibemus ne vnus iudicis quantaeumque sit auctoritatis uerbo credatur, in causis, siue super testimonio, siue quibusdam alijs contrarijs quaestio agitur, nec scriptum eorum nisi testimonium adminiculo sulciatur eam obtineat firmitatem, quin ei possint, & debeant duorum, uel trium testimonium bonorum testimonio praerualere, salua tamen ap. se auctoritate. Idem. Ad multitudinem tantum respondere non oportet, sed ad testium qualitatem, & ad ipsorum deposita, quibus potius lux ueritatis affluat, ex quibus motum animi suo conuenit iudicem informare. Si ergo testes ex parte monachorum producti, tanta praereminentia fuerint, quod eorum auctoritas aliorum sit merito multitudinem praerenda, ab impetitione Archiepiscopi absolutus eosdem. Idem. Monachi uero de suis fratribus ac conuersis testes in causis proprijs producere, abque iuramentis si exhibitione non possunt, nisi forsitan a parte remittatur aduersa.

De Variatione attestationum. Cap. LX.

EX summa iuris. Sunt autem quinque, quorum diuersitates obstant testimonio, & notantur hoc uersu. Res, persona, locus, gradus, & tempus sunt consensio tempore. Res, persona, quia cum vnus dicit de vna re, & alius de alia, ubi res petitur, uel vnus dicit de facto vno, & alius, de alio, ubi de facto queritur, non ualeat eorum testimonium, cum singuli sint in testimonijs suis singulares. Persona uero, quia cum agitur in personam alicuius, uel queritur de facto persona, & vnus dicit de vna, & alius de altera, non ualeat similiter eorum testimonium ratione praemissa. Gradus autem quia cum agitur de consanguinitate, & testes variantur in graduum computatione, similiter non ualeat. Locus etiam reddit testimonium dissonum, sicut patet per exemplum in Daniele. Similiter & tempus, ut si vnus vno tempore, & alius alio dicit se uidi se. Hoc tamen intelligunt quidam in facto non iterabili, sicut in homicidio. Nam in facto iterabili sicut est adulterium, dicunt diuersitatem loci, uel temporis non nocere, quia qui in huiusmodi diuersificantur, & si non probant idem adulterium, probant tamen illum etiam adulterium, contra alios ferunt testimonium. Porro si vnus dicit in die dominico, & alius hora 9. talis diuersitas in tempore non nocet, quia dictum secundum continetur sub dicto primi. Similiter, & de loco. Item in facto durabili non nocet diuersitas temporis, ut si dicat vnus se uidi se episcopum celebrare missam in diebus alterius episcopi in hora tertia, & alius dicat eum in hora 6. quia factum illud in tantum durare solet. Idem etiam in similibus. In summa uero nota, circa diuersitates, siue contrarietates testium, quod si testis vnus contradicat sibi, non ualeat eius testimonium. Si autem alteri, neutrius ualeat, cum sint in testimonijs suis singulares. Si uero pluribus, ualebit plurium testimonium siue sint ab vna, & eadem parte producti, siue diuersis. Quidam autem dicunt, testes ab eadem parte productos, siue ab inuicem derogare, sicut in in-

Speculum Doctrinale.

strumentis contingit, sed in instrumentis aliud est, quoniam illa possunt inspicere antequam ea producam. De testibus autem nescio, quid testificatur sint. Causa. 3. q. 9. Ambro. in lib. de paradio. Pura & simplex testimonij series intimanda est, plerumque testis dum ad seriem gestorum aliquid ex suo adicit totum testimonium fidem partis mendacio decolorat: nihil ergo, quod etiam bonum uideretur addendum est. Causa. 3. quaestio. 2. Si testes omnes eiusdem honestatis, & extimationis sint, & negocii qualitas, ac iudicis motus cum his concurrerit, sequenda sunt omnia testimonia. Si uero ex his, quidam eorum aliud dixerint, licet impari numero credendum est, quod naturae negocii conuenit, & quod inimicitiae aut gratiae suspicione caret, confirmabitque iudex motum animi sui ex argumentis, & testimonijs, & quae rei aptiora, & ueritati proximiora esse comperit. In testibus fides, dignitas, mores, grauitas, examinanda est, & ideo testes, qui aduersus fidem suae testationis uacillant, audiendi non sunt. Item in testibus considerandum est, si simpliciter testimonium dicant, utrum unum eundemque meditantem sermonem afferant, an ad ea, quae interrogantur ex tempore, uerisimilia respondeant.

De Receptione testium in causa matrimonij. Cap. LXI.

EX summa iuris. In causa matrimonij duo testes sufficiunt sicut & in ceteris causis. Extra. 2. de testibus, & ar. Gregorius. 3. Quotiens aliqui propter cognationem propinquitatis separari possunt, duobus, uel tribus testibus adhibitis, qui de ea consanguinitate super sint, uel totidem senioribus, & melioribus eiusdem loci, idem debet legitime comprobari. Probatio autem testium debet fieri duplici iuramento, ut iurent se non priuato odio, neque amicitiae, neque pro aliquo commodo, quod habuerint, uel habent, uel habituri sunt, ad inrandum inductos, & sicut ipsi dicunt rei ueritatem accepisse a maioribus suis, & credere ita esse. Alex. tertius. Vtrum uiro negante se mulierem affidisse, ipsius mater mulieris, & altera mulier possint ad testimonium recipi. Consultationi tuae taliter respondeamus, quod cum mater filie incrementum, & honorem uidetur diligere, ubi uir superior est diuitijs, nobilitate, & potentia, uel honore, testimonium eius uidetur esse suspectum, & ideo non est aliquatenus admittendum. Idem. Si matrimonium est summa, non debet sine plurium iuramento dissolui. Caelestinus. 3. Cum quis accusatur aliquam cognouisse, an sint testes interrogandi de uisu, aut sola ueritate fama sufficiat, uel si iuratis testibus sit procedendum, qui se carnali copulae conscios esse fateantur, sed de uisu nihil affirmant. Respon. quod si testimonium conueniens de uisu reddatur, uel etiam de auditu, & praesumptionem violentam fama consensiens submittit, ac alia legitima adminicula suffragentur standum in testimonio iuratorum. Et enim circumspectus iudex atque discretus, motum animi sui ex argumentis, & testimonijs, quae rei aptiora comperit, confirmabit. In Concil. Gene. Licet ex quadam necessitate praeter communem formam, olim fuerit institutum, ut consanguinitatis, & affinitatis gradibus computandis, ualere testimonium de auditu, cum propter hominum breuem uitam testes de uisu deponere non ualere, usque ad gradum septimum computando: quia tamen pluribus exemplis, & certis experimentis didicimus, ex hoc pericula, contra legitima prouenisse coniugia. Statuimus ne super hoc recipiantur de cetero testes de auditu, cum iam quartum gradum prohibitio non concedat. Nisi forte personae graues extiterint, quibus fides merito sit adhibenda, & ante litem motam testificata didicerint, ab antiquioribus quidem suis, non utique ab vno, cum non sufficeret ille si uiueret, sed duobus ad minus, nec infamibus, & suspectis, sed a fide dignis, & omni exceptione maioribus, cum satis uideretur absurdum illos admitti, quorum repellerent auctores. Nec tamen si vnus a pluribus, uel infames ab hominibus bonae famae acceperint, quod testantur, tanquam plures, & idonei testes debent admitti, cum secundum ordinem solitum iudiciorum, non sufficiat vnus testis assertio, etiam si praediali dignitate praesulgeat, & actus legitimi sint infamibus interdicti. Testes autem huiusmodi proprio iuramento firmantes, quod ad ferendum testimonium in causa ipsa odio, amore, uel timore, uel commodo non procedant, personas expressis nominibus, uel demonstratione, uel circumlocutione sufficienti designent, & ab utroque latere, singulos gradus computatione distinguant, & in suo nihilominus iuramento concludant, se accepisse a suis maioribus, quod deponunt, & credere ita esse. Sed nec tales sufficiant nisi iurati deponant se uidi se personas, uel saltem in uno praedictorum graduum constitutas per consanguineis se habere. Tomus Secundus. R 3 Tolera-

Tolerabilis est enim aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam conuictos legitime contra statuta domini separare.

De Conditione testium. Cap. LXII.

EX summa iuris. Regulare qui dem est secundum leges, vt testes ad testimonium ferendum, etiam iurati compellantur, sed excipiuntur inde quidam ratione senectutis, & inualitudinis, aut militie, absentes quoque causa reip. & qui publicis funguntur officiis. Quidam autem ratione consanguinitatis, & affinitatis. Quidam etiam ratione affectionis, vt libertus contra patronum. Secundum canones vero monendi sunt, non cogendi, nisi per alios veritas liquere non possit, tunc enim etiam clerici ab Ecclesia compelluntur, quia tacere veritatem in praedictum alterius, mortale peccatum est, & Ecclesia peccantes tenetur corrigere, si ei denuncientur. Videtur autem per leges, q. in criminalibus causis compellantur testes, quia concedunt leges, de publicis iudicij loquentes, quibusdam personis privilegium, ne possint compelli. Vnde videtur, q. alij possint compelli. Porro in canones dicunt doctores in causis criminalibus, q. agitur criminaliter, non esse testes compellendos, quoniam accusator debet habere probationes luce clariores, quando vero de crimine ciuilitate agitur, in modum inquisitionis, compelluntur. Quando etiam in modum denunciationis, similiter compelluntur. Cum enim compellantur vbi in causa pecuniaria veritas per alios liquere non valet, multo magis compelluntur vbi per silentium, animae tacentis perditio fieret. Compelluntur etiam in causis matrimonialibus. Extra. 2. de testi. cogen. Clemens. 3. Qui de rebus Ecclesiasticis testificari recusant, si aliter veritas nequeat elici, ad illud sunt per cen. cc. compellendi. Iterum quod de consanguinitate cogendus sit testis perhibere testimonium veritatis, non dubitatur a nobis. Inno. 3. Super inquisitionis articulis tam de fama electi, quam literis contra cum sub nomine longe maioris, & sanioris partis capituli destinatis, cogatis testes, qui nominati fuerint perhibere testimonium veritatis. Honorius. 3. Testes, qui nominati fuerint, praeterquam super criminibus, si se gratia, vel timore subtraxerint, vel odio, per cen. cc. cogatis veritatis testimonium perhibere.

De fide instrumentorum. Cap. LXIII.

EX summa iuris. Dicitur de illa probationum specie, quae fit per vocem viuam. s. per testes, restat de illa, quae fit per vocem mortuam, id est per instrumenta. Est autem instrumentum scriptura facta ad alicuius rei probationem. Instrumentorum aliquid publicum, aliud priuatum. Publicum est, quod habet publicam auctoritatem. Et huius species sunt tres. Est enim publicum, quod est per manum publicam, id est per manum tabellionis in forma publica factum, vt sunt chartae tabellionum. Et est publicum, quod auctoritate iudicis in actis publicis est deductum. Est etiam publicum autentico sigillo signatum. Priuatum instrumentum est veluti cirographum, vt est apocha de recepto, antipocha de soluto. Instrumenta quaedam priuata si habeant subscriptionem contrahentium in personibus, praefertur publicis instrumentis. In rebus vero praefertur priuato publicum instrumentum, nisi subscriptionem habeat trium testium. Alias autem sine subscriptione contrahentium, vel testium instrumenta priuata non faciunt fidem, nisi contra illum, qui ea scripsit introducantur. Duobus modis imponitur fides instrumentis, scilicet per testes, & per comparationem literarum. Instrumenta vero parum habent vim cum testibus, sed fallit hoc in quibusdam casibus. Vno videlicet de censibus, quorum instrumenta praefertur testibus. Item ubi minor se maiore per scripturam facit, interposito sacramento non poterit per testes probare contra, sed per instrumentum. Item si quis indebitam pecuniam promittat, & cautionem super hoc exponat sine adiectione causae poterit postea promissionem factam indebitae, scriptis probare. Item ubi scriptura exigitur, vt in alienatione rei Ecclesiasticae, & etiam in omnibus casibus, qui remoti sunt a memoria hominum. In summa vero nota, q. scripturae diuersae ab una, & eadem parte prolatae fidem sibi derogant. Ex Codice. 2. li. Equi est controuersiam te fauente alicui, causam eius documento tuo finire. Contra reus instrumenta sua actori exhibere non cogitur, nisi intentione fundata. Actor enim suis instrumentis intentionem non etiam fugientis partis probare debet. Extra. 2. de fide instrum. Gregorius. Si scripturam autenticam non videamus ad exemplaria nihil facere possumus. Alexan. 3. Scripta uero autentica si testes inscripti decefferint, nisi per manum publicam

facta fuerint, ita quod appareant publica, aut autenticum sigillum habuerint, per quod possint probari, non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere. Helinandus vbi supra. Instrumenta causa dicuntur omnia, quibus causa instrui potest, siue testimonio, siue testes, inter huiusmodi instrumenta sunt apocha, & antipocha. Apocha est qua creditor scribit se accepisse debitum, vel Dominus se colonum suscepisse. Antipocha est, qua debitor se vsuras creditoris soluisse protestatur, uel colonus a Domino rem accepisse, vel pensiones ei se soluisse dicit.

De Praesumptionibus. Cap. LXIII.

Postquam de vera probatione differimus, superest vt etiam de quasi probatione, id est de praesumptione pauca subiungamus. Praesumptio est alicuius facti dubii, semiplena inuestigatio. In hoc ergo differt a probatione, quia probatio facit plenam fidem. Praesumptio alia est temeraria, & haec reprobatur. Alia vero probabilis, & haec admittitur, inducitque purgationem licet non sufficiat ad condemnationem. Alia quoque violenta, & huic statuta, ita quod sententia per ipsam fertur. Vbi uero ius praesumit, & non statuit, ex praesumptione tali recipit probationem in contrarium, etiam si violenta sit. Si uero statuat inde, hoc est faciat constitutionem, per talem praesumptionem non recipiunt probationes in contrarium. Oriuntur praesumptiones ex causa, ex persona, loco, tempore, & aetate, ceterisque modis, qui notantur his uerbis. Si vis iure quaeri, quae sit praesumptio veri, Cur, quantum, quale, locus, euentus, fuga, stertus. Vtilitasque frequens bona conuincit, tempus. Neglectus, iuris norma, protestatio, forma, Consuetudo, modus, praesumptio, sexus, & aetas. Praesumitur autem tam ex praesenti, ceterisque praeterito, circa praesens, & praeteritum, & futurum. Est autem praesumptio iudicis, haec admittit probationem in contrarium, siue super iure, siue super facto sit quouisque probationibus renunciatum fuerit. Et est praesumptio iuris, quae si super iure sit, idem est quod ius, siue constitutio iuris, & ideo probationem in contrarium non admittit. Puta dicit Papa, quod sibi videtur, ut q. illa, quae a viro lapsa in haereticum recessit, ad illum conuertum redire compellenda sit. Si vero sit super facto, debet in contrarium admitti probatio, nisi admitti prohibeatur a iure, uel fauor impediatur, uel odium, uel nisi probato contrario idem iuris esset. Effectus praesumptionis est, ut ei stetur donec contrarium probatur. In summa vero nota, quod omne bonum factum, praesumitur, omne uero malum factum, praue actum praesumitur. Extra. 2. de praesumptionibus. Bonifacius. Nullus autem dubitat, quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum ut absoluitur, qui est innocens quaerit, conuictur enim de omnibus, quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat. Alexan. tertius. Literis t. s. receptis aobis innotuit, quod cum P. ab A. muliere quam uxorem accepit petierat separari, accusato res matrimonii produxerunt testes, firmiter asserentes, quod postquam mulier cum praedicto viro contraxerat matrimonium, consanguineum eiusdem viri solum cum sola, nudum cum nuda, in eodem lecto iacentem, ea vt credebant intentione, ut eam cognosceret carnaliter viderunt, multis secretis locis, & la tebris ad hoc commodis, & horis electis, & infra. con. t. taliter respon. quod ex huiusmodi uiolenta, & certa suspitione fornicationis, potest sententia diuortii promulgari, ita quidem, vt vir licentiam mortua illa duduci aliam habeat mulierem, muliere sine spe coniugii remanente.

De Iuramento. Cap. LXV.

EX summa iuris. Praeterea, quia iurandum aliquando loco probationis succedit. De ipso quoque nobis dicendum occurrit. Iuramentum igitur est assertio, uel negatio de aliquo, facere rei attestatio firmata. Huius species sunt duae, nam aliud est assertorium, aliud promissorium. Assertorium est quando iuratur super re praeterita, vel praesenti. Promissorium est, quod super futuro concipitur, ut cum iurat quis se daturum aliquid, uel facturum. Et hoc quando fit in iudicio, vocatur cautio nate, de quo iam satis dictum est supra. Assertorium uero quadruplex est. Primum est unilaterium, vt si dicas extra iudicium me tibi debere decem, & deferas mihi sacramentum, dicens te velle ulterius non petere, si iurauero me non debere, non habes necesse, vel referre, vel recipere. Secundum est necessarium, quod a iudice defertur in defectum probationis. Et dicitur necessarium, quia recusari non potest, nisi iusta causa allegetur. Tertium est iudiciale, scilicet ubi pars parti defert iuramentum, & habebat olim reus necesse cui sic deferebatur, vel iurare, vel sacramentum referre, uel soluere, quod petebatur.

petebatur. Hodie vero potest reus sacramenti recusare, si, & in quantum dubitat. Quartum est iuramentum in litem, quo. s. iuratur sua interesse. Helinandus vbi supra. Cum alia instrumenta desunt, ad emendicata suffragia recurramus, & per iuramentum res expeditur, quod proprie probatio non est, sed locum probationis obtinet. Iudex autem nequaquam iuris questionem in iurandum dimittere debet, si aliter decidere eam potest. Religio autem iurandi id facit, vt hoc quod inter eos (qui rem in iurandum dimiserunt) actum est, praestito sacramento pro vero accipiatur, non solum pro eo, vel eius successoribus, qui iurauit, sed etiam contra eum, vel eius successores. Sacramentum eis prodest, vel obest, inter quos factum est, & eorum haeredibus. Causa. 2. 2. q. 5. Cornelius Papa. Honestum esse vbi, vt qui in sanctis audeat iurare, hoc ieiunium faciat, cum omni honestate, & Dei timore, ut etiam pueri ante annos. 24. non cogantur iurare. Gratianus. Praeterea sunt quaedam tempora, quibus iurare prohibetur. Vnde in concil. Tol. apud Sanctum Medardum habito, decreuit Sancta synodus, vt a. Septuag. vsq; ad octauam Paschae, & ab Aduentu Dni vsque ad octauam Epiphaniae, necnon etiam in ieiuniis quatuor temporum, & Letaniis maioribus, & in diebus Dominicis, & in diebus Rogationum, nisi de concordia, & pacificatione, nullus supra Sancta Euangelia iurare praesumat. Extra. 2. de iuramento. Urbanus tertius. Nullus Episcopus clericos suos, nisi forte quibus Ecclesiasticarum commissa fuerit dispensatio, sibi iurare compellat. Innocentius. 3. Abbati, & capitulo Castellionis. In c. & si Christus. Licet debeatis esse viri perfecti, vt quantum potestis iuramentum vinculum euertitis, volentes indemonstrati monasterii vestri providere, ne propter defectum testium sui iuris sustineat lesionem, praesenti vobis pagina indulgemus, quatenus vos, & monasterii vestri conuersi, possitis in causis eiusdem, deficientibus alijs testibus, pro ipso perhibere testimonium veritatis. Gregor. ix. H. iudici. Iuramentum a te parti delatum, nisi iusta de causa non potuit recusari, Quamuis quod in iudicio a parte parti defertur, recusari possit licite ac referri. Nec liceat conuentui, aculatione famosa, referre huiusmodi iuramentum. Sane si actor omnino in probatione defecerit, reus debet, nisi nihil praestiterit obtinere. Praesumptionem vero facientem pro illo, reo defertur potest, ad ostendendam suam innocentiam: iuramentum, nisi iudex respectis personarum, & causae circumstantiis, illud actori videat defendendum.

De Exceptionibus contra testes. Cap. LXVI.

Extra. 2. de excep. Celestinus. 3. Si crimina testium obiciuntur, de quibus non fuerant haecenus accusati, sed tantum per exceptionem opponuntur, probatio illorum criminum exhibenda est, antequam causa per sententiam terminetur, cum testes absque ulla infamia, vel suspitione manifesta in ferendo testimonio requirantur. Ceterum si de criminibus ad solam exceptionem obiectis testes conuicti fuerint, vel confessi, poena ordinaria multari non debent, cum accusatio in ipsos, secundum iuris ordinem non procedat. Sufficit ergo si a perhibendo testimonio repellantur, praesertim cum si crimen, quod eis obicitur, causam de qua agitur, contingere non videtur. Inno. 3. Verum is, qui excommunicatus in locuti one, vel oratione scienter communicat, excommunicatum ipsum a sua possit accusatione repellere, cum ille communionem huiusmodi replicet contra eum. Respon. q. ipse ab accusatione eius poterit remoueri, cum primus a communionem fidelium sit exclusus, secundus uero tantum sacramentorum participatione est remotus. Idem. Quoniam per dilatorias exceptiones, malitiose nonnunquam causarum terminus prorogatur, inquisitionis tunc taliter respondendo decernimus, vt infra certum tempus a iudice assignandum, omnes dilatorias proponantur, ita quod si partes exinde aliquas uellent proponere, quas non fuerint protestati, nullatenus audiatur, nisi forte de nouo aliqua sibi competens orta fuerit, vel is, qui roluerit proponere, fidem faciat iuramento, se postmodum ad illius notitiam peruenisse. Idem in c. cum venerabilis. Delictum personae in damnum Ecclesiae redundare non debet, ac non solum ante sententiam, verum post obici potest exceptio falsitatis: cum falsorum instrumentorum praetextu, lata sententia, vsque ad 20. annorum spacium valeat retractari. Honorius. 3. Si procurator. V. probare poterit exceptionem, quam proposuit se in causam trahi ultra duas dietas, contra Constant. concilii generalis. Nos appellationem dicti. V. legitimam decernentes, negotio superferedite curesis. Gregor. ix. in cap. significauit. Praetextu excommunicationis oppositae a prosecutione appellationis non debet, quis excludi: cum omnis legitima defensio, excommunicatum non debeat. Speculum Doctrinale.

municato in iudicio referretur. Idem. Exceptionem excommunicationis in dilatoriis proponendis, reus scienter omittens, in qualibet parte litis minime opponere prohibetur, quod est in hac exceptione specialiter obseruandum, ne quis in periculum animae suae excommunicato communicare cogatur, qui si eam omiserit, vt actor laboribus, & sumptibus fatigetur, in expensis est legitimis condemnandus. Idem. Aduersario tuo per iudicem absoluto, quoniam tempore motae litis rempetam ab ipso sine dolo deserat possidere, si eam modo possideat, tibi petenti denuo rei iudicatae exceptio non obstitit. Idem. Venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Narbonensē, qui a iudicibus ex sufficienti grauamine ad apo. se. appellans, ad vos super appellatione sua literas nostras reportans, & si ex causis aliis tempore impetrati rescripti vinculo excommunicationis fuerit alitatus, de quibus ibi mentio non habetur, ad proseguendam per eandem literas ap. praedictam decreuimus admittendum, quia nihil excommunicato appellare prodesset, si non posset appellationem proseguere, & super eas literas impetrare.

De Diffinitione, & proprietate exceptionis. Cap. LXVII.

EX summa iuris. Exceptio est actionis exclusio. Sicut enim testibus reus impugnatur, sic exceptionibus actor repellitur. Exceptio tamen aliquando large, & improprie sumitur, pro omni defensione, quae reo competit, vel etiam pro replicatione, quae datur actori contra exceptionem rei. Aliquando vero stricte, & proprie pro illa defensione, quae competit reo contra actionem in eum competentem, vt in praedicta diffinitione. Sic enim dicit tex, q. exceptio actorem excludit, replicatio reum, contra replicationem solum dari tripliciter, contra replicationem rursus quadrupliciter, sique demceps multiplicatio fit, dum aut reus aut actor obicit. Et q. dixi exceptionem, nec actori improprie dari, verum est, cum actor tamen habet probare. Secus uero cum uterque, quod est inuenire in casibus notatis supra ca. de probationibus. Praeterea quando ponitur species pro genere, vt praescripto pro exceptione, opponuntur exceptione a reis, & eorum haeredibus. Item a si de iuribus nisi sint personales, puta ut condemnentur, quis in quantum facere potest, non autem transit ab vno fideiussore in alium. Praeterea notandum, quod omnis exceptio sua vitur aequitate. Nec illud omittendum, quod replicationes imitantur naturam actionis. Sicut enim in petitione principali, ambiguitas est contra actorem in interpretanda, sic & in replicatione, licet secus in exceptio ne. Et eodem tempore tollitur replicatio quo actio, licet exceptio duret sine temporis praesinitione.

De Speciebus exceptionis. Cap. LXVIII.

Exceptionum aliae sunt peremptoriae, quae semper agentibus obstant, & rem de qua agitur perimunt, qualis est de consanguinitate contra eum, qui petit aliquam in uxore, vel q. spoliatus, quis renunciauit, vel q. seruus est illius a quo, quid petit. Aliae uero dilatoriae, quae saluud tempus nocent, & dilationem tribuunt. Harum autem alia solutionis est, & haec duplex inuenitur, si ex pacto, puta si conuenerit, ne infra tempus competatur, vel ex lege. Alia uero declinatoria iudicij. Et haec multiplex. Verbigtrata, fori vel etiam iudicis, quia infamis est, vel criminofus, aut suspectus. Item quod solus est procurator, uel excommunicatus, uel etiam quod excommunicatus est accusator, vel testis, aut tabellio, uel huiusmodi, uel q. tempus est feriarum, uel q. in criminalibus frustra interuenit. Item non numeratae pecuniae, extenditur enim in 30. dies, & quandoque in biennium. Item exceptionis aliae sunt dolosae, vt Macedoniana, aliae fauorabiles, ut Valeriana, aliae inducunt ad rigorem iuris obseruandum, ut Rei iudicatae, obstant enim obligationi naturali. Et idem dico in descriptione, uel vsucapione qualibet. Natura namque indultum est, ne quis cum aliena iactura locupletetur. Aliae uero propter causam a naturali aequitate non abhorrentem, ut numeratae pecuniae, metus & doli, & transactionis, & ignorantiae, uel aetatis, & militiae, & huiusmodi. Item exceptionum aliae sunt in rem, vt quae competunt alicui, & his qui conueniuntur ex persona sua. Aliq. uero in personam, ut quae non transeunt ad alium, sicut illa quam habet quis ut damnet in quantum facere potest, & pacti personalis. Perpetuae, ac peremptoriae exceptiones opponuntur a reo antequam renunciatum sit, aut conclusum, non enim post. Fallit hoc in 7. casibus. In filiofa, qui post sententiam habet exceptionem Macedoniani, & in muliere, q. habet exceptionem Valeriana, & similiter in milite, Tomus Secundus. R 4 & in





ne vti. Ex summa in. In summa ergo nota, quod potest appellari, quotiens opus fuerit. Quidam tamen dicunt, quod bis tantum in vno & eodem articulo potest. Et exponunt illud quotiens, id est bis, vel quotiens necesse fuerit, scilicet in diuersis articulis. Sed primus verius est. Item ab omni sententia potest appellari, praterquam a sententia arbitri. Extra. 2. de appel. & re. Cælestinus. 3. Si quis iudex ita protulit sententiam. Nisi Sempronio infra 20. dies satisfeceris, te excommunicatum, vel suspensum, vel interdictum esse cognoscas. Ille in quem fertur sententia medio tempore appellans, ad diem statutum minimè satisfecerit, videtur nobis, quod huiusmodi sententiam ap. obstatulum debeat impedire. Innocen. 3. Quotiens ad illos iudices vos enocari contingit, ad quorum presentiam vobis periculosum est ire, libere poteritis appellare; etiam si in literis commissionis Apostolice fuerit remedium interclusum, nisi iudices vobis assignent locum idoneum, & securum. Idem. Plus est ad sedem Apostolicam prouocare factum, quam verbum. Greg. ix. Quotiens clausula, per quam tollitur App. remedium, in medio ponitur literarum, si sint plura negotia se minime contingentia, præmissa tantum complectitur, nisi forte in fine literarum prædicta clausula iteretur. Item vna sententia pluribus condemnatis, si vnus solus ad app. beneficium conuolauit, illius victoria in re communi cæteris suffragatur, si communi iure inuenitur. Idemque negotium, & eadem causa defensionis existat.

De his quibus, & à quibus appellare possit. Cap. LXXVII.

EX summa iuris. Appellare possunt illi quorum interest. Item procurator, negotiorum gestor, tutor, & curator. In criminali vero causa pro condemnato potest appellare, & illo inuito appellari debet, vt dictum est, à minore iudice ad maiorem. Si quis autem appellauerit ab æquali ad æqualem, vel etiam ad maiorem, sed extraneum, vt ab episcopo ad episcopum, vel ad alterius provincie Archiepiscopum, appellatio tenet errore non nocente, si tunc profectio ad illum, ad quem debuit appellari. Si vero ad maiorem appellauerit error, ei nocet, quia sententia transit in rem iudicatam. Omnibus autem medijs intermissis appellari potest ad Papam. De legato vero appellatur ad delegatam, nisi iurisdictione, id est vniuersitas causarum ei fuerit delegata, tunc enim appellabitur ad illum, ad quem à delegante appellaretur. Gratianus vbi supra. In concilio Mileuitano legitur. A iudicibus quos communis consensus elegerit, non liceat prouocari, quod de arbitris intelligendum est. Iudicum enim alij sunt arbitrarij, alij ordinarij. Ordinarij vero sunt, qui ab Apostolico vt potest ecclesiastici, vel ab Imperatore, vt potest seculares legitimam potestatem accipiunt. Arbitrarij sunt, qui nullam potestatem habentes, cum consensu litigantium, in iudicibus eliguntur, in quos compromittitur, vt eorum sententia stetur. Horum alij sunt ordinarij & arbitrarij, & alij arbitrarij tantum. Ordinarij & arbitrarij sunt, qui legitimam potestatem habentes, ab eis eliguntur ad arbitrandum, qui non sunt suæ iurisdictioni suppositi. Ab his, & si vt arbitrarij sedent, & non vt ordinarij, privilegio tamen ordinariæ dignitatis prægrauatus aliquis, appellare valebit. Arbitrarij tantum sunt, qui nullam legitimam potestatem acceperunt, à quibus appellari non licet, quia eis imputandum est, quod sibi tales elegerunt. Si vero sententia eorum, à quibus appellatur, soluta fuerit per eum, ad quem appellatum est, nihil eis obest, nisi forte vel inimicitia, vel pecunia deprauati, iniustam probantur tulisse sententiam.

De Appellatione ad Papam. Cap. LXXVIII.

Zepherinus Papa. Ad Romanam ecclesiam, ab omnibus, maxime tamen oppressis, est appellandum, & concurrendum quasi ad matrem, vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur: à suis oppressionibus releuentur. Item. Iulius Papa. Placuit, vt à quibuscumque ecclesiasticis iudicibus, ad alios iudices ecclesiasticos, vbi est maior auctoritas prouocatum fuerit, audientia non denegetur. Idem. Ideo huic sedi præfata privilegia specialiter sunt concessa, tam de consilij congregandis, & iudicij ac restitutionibus episcoporum, quam & de summis ecclesiarum negocijs, vt ab ea omnes oppressi auxilium, & iniuste damnati restitutionem resumant, & talia ab impijs non præsumantur, absque vltione, nec exercentur absque sua damnatione. Idem Iulius Papa. Qui se scit alijs præpositum esse, non molestè ferat aliquem sibi esse prælatum. Ipsa nanque ecclesia, quæ prima est, ita reliquis ecclesijs vires suas credidit largiendas, vt in partem sint vocata sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde omnium appellantium ad Apostolicam sedem,

episcoporum iudicia, & cuncta maiorum negotia causarum, eisdem sanctæ sedi seruata esse liquet. Leo Papa. Nulli appellanti iudicia sunt neganda. Extra. 2. vbi supra. Alex. 3. Idem deniq; quod queritis, si à ciuili iudice ante iudicium, vel post, ad nostram audientiam fuerit appellatum, an huiusmodi appellatio teneat, tenet quidem in his, qui sunt nostre temporali iurisdictioni subiecti, in alijs nõ. Etsi de consuetudine ecclesie teneat, secundum iuris rigorem credimus non tenere. Idem de appellationibus minimis interpositis volumus tenere te, quod eis pro quacunque causa leui fiant, non minus est, quam si pro maioribus fierent deferendum.

De temporibus appellationis faciendæ, & proseguendæ. Cap. LXXIX.

EX summa iuris. Appellari quidem non potest, secundum leges, nisi post sententiam. Secundum canones autem, potest & ante sententiam, & post, & ante lit. contest. & post, & in qualibet parte litis, nisi appellaretur à correctione, tunc enim maxime ante lit. contest. non licet prouocare, quoniam à correctionibus inhibetur esse appellare. Appellatio infra decem dies faciendæ est, etiam si sententia fuerit. Ista sub conditione, proseguenda est autem infra annum, vel si iusta causa interueniat, datur biennium ad prosecutionem, post illud itaque tempus si sententia lata est, iura manent. Si non est lata proceditur contra appellantem appellatione remota, nisi forsitan appellans appellationem prosequi non potuisset, vel si in consistorium principis inferenda sit, ac per principem stet, quo minus appellationem recipiat, & causam examinet. Item si medio tempore fuerit a litigatoribus arbiter electus, & ita biennium transeat, etiam si causa non fuerit ibi terminata ex cursu biennij, nõ necesse appellatori. Gratianus vbi supra. Tempus appellationis est ante datam sententiam, vel post datam; quotiens enim quis se grauari senserit, libere potest appellare. Post datam uero sententiam, qui appellare uoluerit, infra quinque dies appellat, & infra eisdem à quo prouocauit dimissorias accipiat, & infra eisdem ad quem appellauit iudicium prouocare uoluerit, & infra quinque dies appellat, & in his quinque diebus ad iudicem ad quem prouocauit, sine aliqua dissimulatione perueniat. Et ipse dies in quo accepit literas in his quinque diebus specialiter computatur, q. si longius interit, ex cepis quinque diebus, & spacium dierum quo iter agi possit computatur. Extra. 2. de appellationibus, & re. Alex. 2. Sacri canones ante, & post lit. contest. & in prolatione sententiæ, & post singulis facultatem tribuunt appellandi. Leges autem seculares appellationem, nisi in casibus ante sententiam, non admittunt. Si autem infra certum tempus his decidenda committitur, extunc terminus incipit, cum iudices contingit literas recepisse. Si ante sententiam, vel postea fuerit appellatum, appellationibus huiusmodi annus indulgetur, aut ex necessitate, & euidenti causa biennium, nisi forte iudex à quo appellatum fuerit, secundum locorum distantiam, & personarum, ac negotij qualitatem, tempus præcisius fuerit moderatus, infra quod, si is qui appellauerit causam app. non fuerit prosecutus, tenet sententia. Si post sententiam appellauerit, & à causa sua cecidisse uideatur, nec amplius audietur super eo negotio appellans. Si uero à grauamine, & ante litis ingressum fuerit appellatum, huiusmodi audietur appellans: quoniam sacri canones, & extra iudicium passim appellare permittunt, nec solent huiusmodi dici appellationes, sed prouocationes ad causam. Si autem ante sententiam quis appellauerit, cogitur illius stare iudicio, ad quem noscitur appellasse. Præterea si raptor sit, uel uolentus detentor alienæ rei, qui appellat, huiusmodi appellatio facta in iudicio, apud ecclesiasticas personas solet audiri; nisi forte manifestus raptor, uel fornicator existat, sicut ille, quem absentem & irrequisitum Apostolus excommunicauit.

De forma appellationis. Cap. LXXX.

Causa. 2. q. 6. Martianus lib. 5. tit. de libellis dimissorias. Post appellationem interpositam literæ dandæ sunt ab eo, à quo appellatum est, ad eum qui de appellatione cogniturus est, siue principem, siue quemlibet alium, quas literas Dimissorias, siue Apostolos appellant. Sufficit autem petisse intra tempus dimissorias instanter, & sepius, & si non accipiat ad ipsam contestetur. Nam instantiam petendi dimissorias, constitutiones

tiones desiderant. Aequum est igitur, si per eum steterit, qui debebat dare literas quo minus de re hoc accipienti noceat. Forma Apostolorum talis est. Ego Hen. sanctæ Bononiensis ecclesie sancti Apollinaris, ad Apostolicam sedem quam appellasti, ab obseruatione mei iudicij dimittis. Forma uero appellationis ante sententiam hæc est. Ego A. delinus sanctæ Regine ecclesie minister, licet indignus, sentiens me prægruari à domino Gualtero sanctæ Rauenatis ecclesie Archiepiscopo, Romanam sedem appello, & Apostolos peto. Si uero post datam sententiam appellare uoluerit, his erit ei modus appellandi. Ego A. S. R. e. m. licet indignus, contra sententiam domini Gualteri sanctæ Rauenatis ecclesie Archiepiscopi, iniuste in me latam, pridie Kalen. Martij; anno Incarnationis Domini Millesimo Centesimo. 5. feria. 4. Ro. se. ap. & Apostolos peto. Si autem vnus, vel duo pro pluribus appellare uoluerint, sic appellabunt. Nos G. & P. syndici id est defensores Canonici. S. B. E. sentientes nos prægruari contra sententiam & Romanam sedem appellamus, & Apostolos postulam. Huiusmodi appellationes in scriptis fieri debent, ad iudicium autem alterius fidei catholico non licet appellare. Extra. 2. de appellationibus, & re. Alexan. 3. Licet prædictus presbyter ex simplicitate forte uerbum appellandi non expressit, quia tamen postquam se & sua nostræ protectioni subiecerat: non debuit sine causæ cognitione aliqua sententia condemnari. Mandat. quat. si ita tibi contiterit, sententiam quam præfatus episcopus in eundem tulit denuncias non tenere. Grego. Si iustus metus, quo minus appellaueris te excusat, ad app. beneficium reputaris conuolasse, dummodo infra tempus quo licite prouocatur, coram iudice à quo appellasse uolueras, vel si habere ipsius copiam nequiuieris, in presentia bonorum virorum, atestatione super hoc proposita, causas appellationis duxeris exprimendas.

De Prosecutione eiusdem. Cap. LXXXI.

Alexander. 3. Illos autem, qui appellant à presentia tua, cogere debes infra tempus cõueniens ap. interpositam profectio, aut iudicio tuo ap. re. parere. Idem. De his qui iuramentum præstant, quod ecclesie stabunt iudicio, & postea appellat, id tunc sollicitudo prouideat, vt eos seruare quod iurant, vel infra. 40. dies post ap. interpositam iter arripere ad ipsam prosecutionem, compellas. Greg. ix. Interposita appellatione ex causa probabili, non sufficit appellanti probare, quod ex causa huiusmodi prouocauerit, si eam non doceat esse veram, nisi hoc se offerens probaturum, non fuisse admittit. Eidem quoque permittitur, si non recipitur ap. eius à iudice, nec ab aduersario approbetur, super prosecutione appellationis per procuratorem ad imperandum, & contradicendum constitutum, literas imperare, licet pars altera per se, vel per procuratorem idoneum, super hoc iudicium apud se. ap. recipere sit parata. Ille denique qui uocem ap. emisit, cuius nondum est alij cognitio delegata, ad petitionem eiusdem, ad eum à quo prouocauit, de iure remittitur, contradicione partis alterius non obstante. Est tamen in legitimis expensis aduersario, quas eum propter hoc fecisse cõfiterit, condemnandus. Sanè parato aliquo probare grauamen, propter quod duxerat appellandum, parte aduersa se contumaciter absentante, potest super hoc lit. non contest. procedi, licet nondum lit. contest. facta fuerat in ipso articulo, vel negotio principali: quia cum in hoc casu iniquitas prioris iudicis principaliter arguatur, non est rigor iuris, ex quo sequi possit causæ prolixitas, requirendus. Causa. 2. q. 6. c. si autem. Cum autem in capitali causa, vel litato, interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per seipos appellantes, causam suam agere oportet. Itè in c. si quando. Si uero is qui appellat, p̄sententia ductus ab appellatione desistere uoluerit, non prohibetur.

Iterum De eodem. Cap. LXXXII.

Extra. 2. vbi supra. Innoc. 3. in c. sepe contingit. Licet in Lateranensi concilio fuerit constitutum, vt si eo qui appellatur fuerit ueniente, qui appellauit uisire neglexerit: competentem illi recompensationem faciat expensarum; quia tamen propter hoc questiones nihilominus prorogantur, statuitur vt si huiusmodi appellatio, vel à iudice recepta, vel à parte fuerit approbata, post terminum app. præfixum, edicti peremptorij vires obtineat, vt ita, vt extunc in absentem perinde procedatur, ac si peremptoriè uocatus ad iudicium extitisset. Quicquid autem contra citationem peremptoriam posset ab absente proponi, aduersus ap. huiusmodi ualeat allegari. Si quis autem terminum appellationis præueniens tacita ueritate literas impetrauit, & ca-

reat impetratis, & penam contumaciæ non euadat. Idem. Licet igitur appellanti legitima sententia indulgeatur, annus à lege, aut ex iusta causa biennium, ad ap. interpositam prosecutionem, quia tamen huiusmodi terminus potest, restringi non solum à prouocante, uerumetiam à iudice à cuius sententia prouocatur, cum ideo sit constitutum, non vt terminus ipse præueniri non possit, sed ne ualeat prorogari. Credimus distinguendum in quo casu literæ impetrantur, & quidem quoniam tertius terminus ab appellante, vel iudice præfixitur appellationi prosecutione, si eo tacito appellatus literas impetrauit, huiusmodi literæ tanquam tacita ueritate surreptæ, obtinere non debent aliquam firmitatem. Si uero non sit aliquis terminus à iudice, vel appellante præfixus, pars appellata infra terminum constitutum à lege, dummodo nimium non præcurrat, vt appellantem in commissione impetranda supplantet, commissionis literas poterit impetrare, quarum auctoritate in appellationis causa legitime procedatur. Ita quod si appellans uoluerit in causa ap. procedere, oportebit eum agere sub iudice sic obtento, nisi possit eum legitime recufare. Quod si agere noluerit appellatus, potest nihilominus profectio causam ipsam, maxime si sentiat sibi ex dilatione imminere ex grauamen: Superior quoque iudex, sibi si uiderit expiratione ex dilatione periculum imminere, potest & debet neutro profectio ap. occurrere, vt periculum euitetur. Idem. Cum sit lis super eodem coram iudicibus primis legitime contestata, poterunt iudices delegari, eo qui conuenitur se per contumaciam absentante, cum eis de meritis causæ liquebit, sibi commissum negotium diffinire. Idem in concilio generali. Vt debitus honor deferatur iudicibus, & litigatoribus consulatur super laboribus & expensis, statuimus, vt si quis coram idem iudice contenerit aduersarium, ille ante sententiam ad superiorem iudicem absque rationabili causa non prouocet, sed coram illo suam iustitiam prosecutionem, non obstante quòd dicat, quod ad superiorem iudicem destinauerit nuncium, aut literas impetrauerit ab eodem, priusquam delegato fuerint assignata. Cum autem ex rationabili causa putauerit appellandum, coram eodem iudice causa probabili appellationis exposita, tali uidelicet, quæ si foret probata deberet legitima reputari, superior de ap. cognoscat, & si minus rationabiliter appellasse contiterit, illum ad inferiorem remittat, & in expensis alteri parti condemnet, alioquin ipse procedet saluis constitutionibus, de maioribus causis ad sedem Apostolicam deferendis.

De Officio appellationis, & appellati. Cap. LXXXIII.

Causa. 2. q. 6. c. si quando causa. Iudicibus autem non solum suscipiendæ appellationis necessitas uidetur imposita, uerumetiam. 30. dierum spacium, ex die sententiæ diffinita sunt, intra quæ gesta, vna cum relatione litigatoribus conuenit præstari. Similiter arbiter appellationem suscipere, & relationem dare compellitur, si delegatus fuerit. Litigatoribus uero copia est, etiam non conscriptis libellis, illico uocæ appellare, cum res iudicata posuerit, tam in ciuilibus, quam in criminalibus causis. Ab eo autem, qui de appellatione cognoscit, non potest recursus fieri ad iudicem à quo fuerit prouocatum. Gratianus. Hæc omnia in 6. lib. Cod. inuenies tit. de appellationibus, & constitutionibus. Item. Queritur autem de eo à quo appellatur, an sit deuoandus in testimonium apud eum, ad quem appellatur super negotio cuius cognitionem suscepit. De hoc ita statutum est in concilio Carthag. 5. Non liceat clericum in iudicium ad testimonium deuoari eum, qui præses, vel cognitor fuerit, & nulla ad testimonium dicendum persona ecclesiastici cuiuslibet pulsetur. Leo Papa. c. qui scit. Ceterum si quis causa frustratorij dilationis appellauerit à iudice, ad quem prouocatum fuerit, condemnabitur. Ex summa iuris. Officiu igitur eius, qui appellat, est petere Apostolos, eius à quo appellatur, est dare dimissorias, quas etiam non petenti dare debet. Item mittere debet ad eum, ad quem appellatur, atestationes, allegationes, & alia, quæ coram eo sunt acta. Officiu autem illius ad quem appellatur, est omnibus diligenter examinatis, appellationem iustam, uel iniustam pronunciare. Extra. 2. ubi supra. Innocen. 3. Ad officium eius qui de ap. cogniturus est, pertinet prudenter corrigere, quæ contra ipsam inuenit attentata. Si tamen notorij existeret quod mandatum episcopi indiscretu erat, uel frustratorium, cui non tenebatur subditus obedire, ac per consequentiam liqueat euidenter subditum legitime prouocasse, potest archiepiscopus auctoritate metropolitana declarare, subditum irrationabiliter anathematis mucrone percussum. Cum autem excommunicatus qui appellauerat, iuxta prædictam formam, coram archiepiscopo deponit contra episcopum questionem Metropol. ad cognoscendum de causa potest interponere partes suas, cum ille



ille appellationis prosecutionem renunciare tacito videatur, sed si vel verbo, vel facto appellationem se velle, prosequi protestatur, non est tanquam aduersaria petens, & sibi contrarius audiendus. Idem. Plus est Romanum Pont. ad se aliquod euocare negocium, quam aliquem ad eum super aliquo negotio procurare.

De Effectu appellationis. Cap. LXXXIII.

EX summa iuris. Effectus appellationis est, vt omnia sint in eodem statu, in quo fuerunt tempore appellationis factae, nisi ille qui appellat aduersarij sui deserat appellationi. Idem quoque puto si appellans contra sententiam propriam conuenit, ita procedendo, ac si non appellasset. Gratianus vbi supra. Dum ergo litigantes Romanam appellauerint sedem, aut ab ea se a diri poposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes surripere, aut eorum res auferre, aut aliquam vim eis inferre presumat, antequam amborum causa Romani Pont. auctoritate finiatur. Quod si aliter a quoquam presumptum fuerit nihil erit, sed viribus carebit. Extra. 2. Alex. 3. Idem praeterea de his qui ad apo. se. appellant, & postea graua committentes, se dum conueniuntur appellatione tuerentur, duximus respondendum, quod eos appellatio non debet in sua iniquitate tueri, quo minus eorum excessus cen. eccle. puniatur. Idem. Cum aliquis sit per aliqua causa appellat, licet pro illa appellatione non minus teneatur in alijs, super quibus appellatum non est, respondere. Iudex tamen a quo appellatur (quia illi suspectus omnino est) non nebet eum ad respondendum super alijs compellere, nisi pro crimine adeo graui, & manifesto, quo ipso actu merito sit condemnandus. Idem Cantuar. Archiepiscopo. Qua fronte nos consilere valeas non videmus, cum videris ordinem iuris peruertere. Tam enim non in ecclesia sicut est canonicum & honestum, non etiam in palatio, sed non in camera tua, sed in camera regis contra debitum iuris & Pontificalis officij dignitatem, episcoporum electionem dicere confirmare. Sane si quis pro contumacia, vel alia causa qualibet interdicto, vel excommunicatione tenetur alitrius, & offert se ad iustitiam, de his pro quibus sententiam ipsam exeperit, iudex cum ne in excommunicatione decedat absolueri poterit, etiam si pars aduersa (ne absoluat) app. obseculum interponat. Ab ipso tamen ante absoluitiorem, sufficienti cautione suscepta, quod vel in praesentia Rom. Pont. ad cuius audientiam appellatur, si maluerit aduersarius, vel coram iudice cui causam delegauerit, iuris pareat equitati. De his etiam, qui conueniuntur se irrationabiliter excom. municationi, vel interdicto suppositos. Illud idem dicimus, & si hi, qui huiusmodi sententiam protulerint ad Se. Apost. duxerint appellandum. Innoc. 3. Quia multotiens quis ad tempus per ap. legitimum a iudicis sui, quo ad aliquem certum articulum, eximitur potestate. Consulisti autem nos, vtrum si quis excommunicationis sententia innotatus, ante denunciationem ipsius, ab ea tamquam minus rationabiliter promulgata, in eo casu in quo ante sententiam appellatio vires obrinisset, curauerit pronocare, eo q. per ap. interpositam excom. municationis videtur iurisdictione dormitasse, ipse denunciare possit eundem, & ad tempus ecclesiasticis beneficijs spoliare. Nos itaque respondemus, quod cum executionem excommunicationis secum trahat, & excommunicationis per denunciationem amplius non ligetur, ipsum excom. municationem denunciare potes, vt ab alijs euitetur, & illi prouentus ecclesiastici merito subtrahantur, cui ecclesiae communio denegatur. Grego. ix. Vna sententia pluribus condemnatis, si vnus solus ad appellationis beneficium conuolauit, illius victoria in re communi ceteris suffragatur, si communi iure iuuetur, idemq. negocium, & eadem causa defensionis existat. Requirit supra. tit. de appellationis remedio.

De Appellationibus friuolis, & non necessarijs. Cap. LXXXV.

Causa. 2. q. 6. Est autem, quando appellationem interponi non est necesse. Sententia naque extra solum ordinem iudiciorum a praesi de prolata, auctoritatem rei iudicatae non obtinet. Item si sententia lata fuerit circa prius iudicata, a quibus pronocatum non est, sententiae auctoritatem non obtinebit, & ideo ab eo appellari non est necesse. Item si sententia contra ius scriptum feratur. Si vero contra litigatoris sententiam dicatur, ad pronocationis remedium oportet confugere. Item si plures iudices dati fuerint, & vnus tantum ex his pronocasse proponitur, non videtur appellandi necessitas fuisse, cum sententia firmitatem iuris non teneat. Item quod circa ius gestum videtur, firmitatem non tenet, & sine appellatione potest rescindi. Venales quoque sententias, quae in mercede a corruptis iudici-

bus proferuntur, & circa interpositae pronocationis auxilium, infirmas esse decretum est. Sunt etiam quorum appellationes non recipiuntur. Non enim potest recipi eius appellatio, qui per contumaciam absens, cum ad agendam causam negotio prius summatim perferat, vocatus esset, condemnatus est. Nullus enim homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, itemq. eorum qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis conuictus, vel tribus superatus, voce etiam propria victum, scelusq. confessus, audiatur appellans, & hoc in notorijs. In oculis aut, si testibus productis, instrumentis prolatis, alijsq.ue argumentis praestitis, sententia contra eum lata sit, & ipse qui condemnatus est, aut minimè voce sua confessus sit, aut fortitudine tormentorum territus, contra se aliquid dixerit, prouocandi licentia ei non denegatur. Item. Quicumque non confidentia iusta cause, sed causa differenda morae, ne contra eum sententia proferatur, appellauerit, vel si de facto suo confessus, ne abijciatur appellare voluerit, huiusmodi appellationes non recipiatur. Extra. 2. de appellationibus, & recu. Alexan. 3. cad. nostram. Quia remedium ap. non ideo est inuentum, vt alicui ad religionis, & ordinis obseruantia exorbitanti, debeat in sua nequitia patrocinium exhibere, Mandamus quatenus, quando si quis subiectorum tuorum ad remedium appellationis conuolauerit, non ideo minus eum iuxta tenorem mandati, quod in praedicta regula continetur, & institutione ordinis, corrigas, & castigas. Idem vbi supra ca. consiluit. Si aliqui quos manifestum sit, & notorium vxorem alterius detinere, aut iniectile manus violentas in clericum, appellauerit, eorum ap. non est aliquatenus deferendum. Idem. Si generaliter app. quis interponat ab omni grauamine, quod sibi posset contingere, huiusmodi app. teneri non debet. Si vero ab aliquo iudice super omni grauamine, quod in vna causa sibi posset inferri, quamquam generalis app. fuerit interposita, appellationi tamen eius ab eodem iudice est deferendum. Celsitinus tertius. An sit deferendum app. illius, quem aduersarius de expoliatione, post appellationem legitime interpositam sibi facta, paratus est incontinenti conuincere. Respon. quod cum in eo puniendus sit, in quo deliquit, qui appellationis deferre neglexerit, se beneficio reddidit appellationis indignum. Honorius tertius. Cum omisso dicecesano episcopo, fuisset ad archiepiscopum appellatum, ad quem gradatim fuerat appellandum, in causa ipsa de in re procedere non debebat.

De Casibus in quibus appellare prohibetur. Cap. LXXXVI.

EX summa iuris. Inhibetur etiam appellatio in quibusdam casibus, qui notantur his versibus. Appellare vetant sceles, excellentia, pacta. Contemptus, minima, interdictione facta. Arbitrium, res quae perit, est si longius acta. Scelus quidem, quoniam propter delicta notoria, non potest quis appellare. Excellentia vero, quoniam a Papa non appellatur, cum superior illo non inueniatur. Pacta quoque, quia si pacificatur partes, ne appellent, appellare non poterunt. Contemptus autem, id est contumacia, quia contumax appellans non auditur, nisi forte ueniret adhuc iudice pro tribunali sedente, et nisi esset contumax in no. exhibendo. Minima vero res, quia non appellatur, si citra 40. solidos consistat summa, super qua litigatur. Interdictio facta, quia quando a Papa inhibetur appellatio, non appellatur, nisi a manifesto grauamine, tunc enim deferendum est appellationi. Si vero appellatur ab occulto grauamine, iudex non desert ei. Sed superior si inuenerit appellationem a grauamine interpositam, retractabit ipsam, & quae postea facta sunt, arbitrii autem non, quoniam ab arbitro non appellatur. Opponitur tamen exceptio doli, quae vicem obtinet accusationis. Verbi gratia. Si arbiter inimicus meus officiar, & densicem illi ne pronociet, & ipse nihilominus pronociat, illius sententiae non parebo. Esti poena peratur, opponam exceptionem doli. Res autem, quae perit, quia si res ex dilacione deirimentum patiat, non appellatur. Verbi gratia. Si appellatur ne corpus defuncti sepulturae tradatur. Can. 2. q. 6. Sixtus Papa. Quotiens episcopi se a suis comprouincialibus, vt a Metropolitano putauerint praegrari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellant sedem, atque eis libere liceat ire. Et dum praedictam Romanam ecclesiam appellauerint, aut ab ea se audiri poposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes surripere, aut res eorum auferre, aut aliquam eis vim inferre presumat, antequam amborum causa Romani Pontificis auctoritate terminetur, q. si aliter a quoquam presumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Extra. 2. de appellationibus & re. Alexan. 3. in concil. Statuimus, vt nec prelati, nisi canonica commonitione permissa suspensionis, vel excommunicationis sententiam proferant in subditos

subditos, nisi forte talis sit culpa, quae suo genere suspensionis, vel excommunicationis poenam inducat: nec subiecti contra disciplinam ecclesiasticam in vocem appellationis prorumpant, seipsum vero hoc in religiosis volumus obseruari, ne si religiosi pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra regularem praelati sui & ca. disciplinam appellare praesumant, sed deuote, & humiliter suscipiant, quod pro salute sua fuerit eidem iniunctum. Idem. Peruenit ad nos: quod cum M. tunc ecclesiae canonicus, vt in ea residentiam faceret monuisset, in appellationem prorupit, & infra. Cum autem frustratorie dilationis causa, videatur dictus canonicus appellasse. Mandamus quate. eum studiosè moneas, vt in eadem ecclesia residentiam faciat. vel infra terminu appell. suam prosecutionem iter ad nos arripiat veniendi. Interim vero alicui honestae personae vices eius in ecclesia praetaxata committas, & ei de beneficijs illius assignes, vnde possit congrue sustentari. Quod si praefatus M. & alterum ipsorum adimplere neglexerit, tu praebenda sua prius eundem, & eam alij idoneae personae concedas. Idem. Abbates qui de aliqua publica infamia reserpsi ac conuicti, & deinde in communi capi. communiti praelationi cedere noluerint, appellandi non habeant facultate.

Quando appellare liceat, etiam appellatione remota. Cap. LXXXVII.

EX summa iuris. Appellari vero potest etiam appellatione remota, quando iudex suspectus allegatur, nec recusatio admittitur. Item quando primum peremptorium statuitur. Item quando certum imprimi libello postulari, nec conceditur. Item cum ante causae principalis ingressum, restitutio denegatur. Item cum locis incongruis ad litigandum statuitur. Item cum appellans ante citationem, iter arripuerit ad sedem Apost. Item quando iudex alij vices suas committit, cum non possit comittere re. ap. Item quando iudex recusat admittere probationem super falsi suggestione. Item cum appellatione inhibita est vlt; ad diffinitiuam sententiam tantum. Item cum iudex delegatus, inuito ordinario, vult clericum minus idoneum in ecclesia institueri. Item cum iudex rationabiles exceptiones non vult admittere, & huiusmodi. Extra. 2. de appellationibus & re. Quotiens clausula, per quam tollitur ap. remedium in medium ponitur literarum, si sint plura negocia se minimè contingentia, praemissa tantum complectitur, nisi forte in fine literarum praedicta clausula iteretur.

De Sententia confirmatione. Cap. LXXXVIII.

EX summa iuris. Quoniam autem sententiae frequenter a iudice, qui de appellatione cognoscit confirmari solent, de confirmatione quoque tractandum est. Confirmatio est iuris prius habiti corroboratio. Item confirmare, est alicuius facti, vel iuri firmitatem praestare. Fit autem pluribus modis. Aliquando quidem a iure, sicut ex cursa temporis, vt si in sententia non fuerit infra decem dies appellatum. Aliquando vero a iudice, sicut per sententiam, vel priuilegium. Aliquando vero iureiurando, vt si minor alienet rem suam, & iuret se non venire contra, non poterit restitutionem petere. Similiter autem confirmatur sententia decreto. Fit autem confirmatio a superiori persona, puta Papa. Vel episcopo aliquando confirmat aliquem contractum, vel beneficium aliquod, vel electionem alicuius, vel sententiam ab inferiori latam. Confirmari quidem possunt ea, quae iuste, & pacifice possidentur, & ea quae minus legitime processerunt. Res autem litigiosa confirmari non potest. Effectus confirmationis est, vt ex quo res tibi fuerit a superiori confirmata, non licet alicui sine mandato Papae de ipsa contra confirmationem indicare, nisi confirmatio per mendacium esset impetrata. Nam si dixi me canonicè possidere, & sic obtinui confirmationem, poterit mihi moueri questio super illo beneficio. Vnde si dicatur me non canonicè possidere, poterit de hoc iudex cognoscere: hoc enim probato per consequentiam probabitur, me per falsi suggestionem habuisse confirmationem, & ita non valebit mihi. Si vero vitiolam habui institutionem, & hoc dixi Papae, ipse quae nihilominus confirmauit, eius confirmatio quod deerat institutioni supplebit, vnde iudex inferior de hoc cognoscere non poterit. Queritur autem si sententiam ab episcopo confirmet Papa, possit idem episcopus, qui tulit illam, absolueri ab ea. Videtur quidem, quod non possit, quoniam omnia illa nostra factum, quibus auctoritatem nostram impartimus, & sic illa sententia confirmata a Papa perinde habetur, ac si esset ab eo lata: vnde non videtur inferior iudex ab illa posse absolueri: contrarium tamen verum est. Si vero queratur cur non expirat confirmatio morte mandatorum, sicut rescriptum, &

vel mandatum. Haec potest esse ratio, quia confirmatio statim sortitur effectum suum, vnde statim confirmatur, mandatum vero semper spectat ad futurum. Extra, de confirmatione vtili. li. j. Alex. 3. Si iustus metus, quo minus appellaris te excusat, ad appell. beneficium reputaris conuolasse, dummodo infra tempus quo licite pronocatur coram iudice, a quo appellasse volueras, vel si habere ipsius copiam nequiuieris, in praesentia bonorum virorum attestacione super hoc proposita, causas appellationis duxeris exprimentas. Idem. De confirmationibus autem Rom. Pont. te volumus tenere, quod contra illas, nisi nouum apo. se. procedat mandatum, aut certum sit, quod fiat per falsi suggestionem elicite, non est aliquatenus iudicandum.

De Re iudicata. Cap. LXXXIX.

EX summa iuris. Res iudicata pro veritate accipitur, & tenet, etiam si lata sit contra ius litigatoris, dummodo non sit lata contra ius scriptum, tunc enim non tenet; neque vero praetextu instrumentorum, vel testium postea reperorum retractatur, sed fallit hoc in causa matrimoniali. Extra. 2. de sent. & re iud. Alex. 3. Cum autem aliquibus est ad iudicata possessio, non sufficit dare pignora, nisi corporali possessione latentur. Innoc. 3. Constantino episcopo. Cum post decem dierum spatium sententia in auctoritate rei transeat iudicata, qui ad pronocationis subsidium infra id tempus no. recurrit, appellandi sibi aditum denegauit, cum per hoc videatur per interpretationem iuris late sententiae paruisse, praesertim vbi causa non redditur appellandi. Sed nec executionem ipsius sententiae, ideo conuenit retardari, licet ad hoc agendum quadrimestris tempus regulariter sit statutum, quia id arctari pot. nunquam a sedenti in medio, & etiam prorogari, & qui ab initio sponte recipit terminum breuiorem, sibi imputare potest, & debet, cum ex hoc videatur amplius beneficium contempnisse: vnde talis non audietur appellans, nisi forte a duersus eum modus executionis canonicus excedatur.

De Sententia executione. Cap. XC.

EX summa iuris. Fiat autem executio sententiae in rebus condemnati. Primo, in mobilibus si inueniantur, si non inueniantur in immobilibus. Tertio, si illa non sufficiat, peruenitur ad debitores condemnati, contra quem iudex exequitur. Et nota, quod ista bona omnia pignori captuntur auctoritate iudicis, & venduntur bona fide infra tempus a iudice statuendum, & hoc habet locum in personali. Si autem agatur realitacione, statim fit executio sententiae si non appellatur, & hoc si res statim restitui potest. Si forte non possit statim restitui datur condemnato tempus a iudice, infra quod restituatur rem, & interim dat condemnatus bonos fideiussores de praestanda estimatione, si rem non restituerit, & haec locum habent, quando condemnatus est iustus restituere, & vult parere sententiae. Si autem parere non veller, & rem. habeat penes se, iudex ex officio suo, per brachium militare potest ab illo auferre rem, & dare victori. Si vero condemnatus rem non habeat, nec restituere uelit, iurabit victor quantum sua interest, & intantum iudex condemnabit victum, maxime nisi dolo fecit quo minus rem haberet. Si vero victus dolo non desijt possidere, nec rem potest restituere, iudex in rei estimatione debet esse tantummodo condemnare. Iusti. ubi supra lib. 4. Improbis etiam litigator, damnatum & impensas litis inferre aduersario cogitur. Ex Liget. 5. lib. VI pianus de offic. Proconf. Eum quem temere aduersarium suum in iudicium uocasse contiterit, uia tica, lutiq. sumptus aduersario suo reddere oportebit.

De In integrum restitutione. Cap. XCI.

EX summa iuris. Quoniam autem eorum, quae per vim aut metum, uel dolum, uel alias perperam ablata sunt, restitutio per sententiam fit. De in integrum restitutione quoque uideandum est. In integrum restitutio est prioris status, uel iuris reintegratio. Fit autem ab ordinario, & a delegato si delegatus sit ab eo, qui propriam habet iurisdictionem. Si tamen iam tulisset sententiam, & postea peteretur ab eo restitutio, non posset eam facere, quia iam functus esset officio suo. Ordinarius autem, etiam contra sententiam suam, vel praedecessoris sui potest restituere. Maior etiam aduersus sententiam minoris restituere ualet, sed non econuerso. Est autem facienda minori, uel ecclesiae, si tamen se laesos ostenderint, minori quidem 25. annis, si decipiatur in contractibus, nel sententia poterit enim petere restitutionem toto tempore minoris aetatis, usque ad annos 25. & etiam

etiam post annos 27, infra quadriennium. Hæc eadem restitutio competit ecclesiæ, quoniam ecclesia iure minoris vitur. Nam iure pupilli secundum leges vitur respublica, ecclesia vero vitur eodem iure quo respu. Restituitur autem si lædatur circa iudicia, vtpote si necessarias allegationes omittat. Restituitur etiã circa contractus si lædatur, & hoc infra quadriennium tantum à tempore contractus. Ecclesia quoque contra ecclesiam restitui potest. Est & alia restitutio, quæ cõpetit iure maioris, secundum leges. Debet autem fieri restitutio causa cognita, & aduersario præsentate. Effectus restitutionis est, vt læsus quod suum est accipiat, & ad omnia restituatur. Cessat autem restitutio in re modica. Item vbi damnum prouenit ex euentu. Verbi gratia. Si minor, vel ecclesia vendidit prædium, nec fuit in venditione deceptus, sed precium postea perijt per casum, nõ competit restitutio. Item si contractus ipso iure nõ teneat. Item si minor restitui petat ad hæreditatem omiffam, & ampliãtã laboribus substituit. Item si soluat ei debitum auctoritate iudicis, & postmodum illud amittat. Idem in delictis. In summa vero nota, quod licet ecclesia iure minoris vitur; tamen privilegium ecclesie, privilegium minoris excedit, quoniam ecclesia nõ tenetur creditori, nisi creditum in utilitatem ecclesiæ versum sit. Minor autem tenetur, sed restituitur.

Itarum De eodem. Cap. XCII.

**E**X Digest. lib. 4. Modestinus. Omnes in integrum restitutio nes causa cognita à prætoribus promittuntur, scilicet, vt iustitiam earum causarum examinet, an veræ sint, quarum nomine singulis subuenit. Paulus lib. 7. Nemo videtur re exclusus, quem prætor in integrum restitutum pollicetur. Marcellus. Antonius Imperator Martio Auzo prætori de succutren do ei, qui ab lens rem amiserat, in hæc sententiam rescripsit. Et si nihil facili mutandum est ex solennibus, tamen vbi æquitas euident poscit, subueniendum est. Itaque si citatus non respondit, & ob hoc more pronuntiatus est, confessum autem pro tribunali te sedentem adijt, extimari potest non sua culpa, sed parum exaudita voce præconis desuisse, ideoque restitui potest. Deceptis enim sine culpa sua, maxime si fraus ab aduersario suo interuenierit, succurri oportebit: cum etiam de dolo malo actio competere soleat, & boni prætoris est potius restituere litẽ, vt & ratio & æquitas postulat, quã actionem famosã constituit. Ad quam tunc demum descendendum est, cum remedio locus esse non potest. Extra de in integrum restit. Alexã. 3. De possessionibus ecclesiæ laicis sub modico censu concessis: Noueris, quod si ecclesia læsa est, & manifeste appareat ipsius detrimentum, cum episcopo conditionem eius deteriorẽ face re non liceat, & ecclesia iure minoris semper debeat illesta seruari, quæ in damnum eius data fuisse confiterit, ad ipsius ius, & proprietatem redire conuenit. Prouidendum est tamen, ne si forte coloni possessiones illas expensis, atque laboribus suis reddiderint meliores, sumptibus quos bona hãde fecerunt, debeant defraudari. Innocẽ. 3. Sententia Rom. sc. non negatur in melius posse commutari, cum aut surreptum aliquid fuit, aut ipsa pro consideratione etatum, & temporum, seu gratium necessitatũ dispensatiue quicquam ordinare decreuit, & secundum iura ciuiliã, principes etiam contra res bis iudicatas, in auditorio suo examinati, restitutionem in integrum permisissent. Grego. ix. Causa restitui in integrum coram iudicibus ordinarijs administrationem habentibus, vel delegatis ab eis tractari potest, & finiri, siue hoc ipsi delegatis specialiter demandatum fuerit, siue commissio eis negotio contingat incidere huiusmodi quæstionẽ. Delegati vero ab ordinarijs qui administrationem non habent, sed facultatem tantummodo iudicandi, seu arbitri de causa cognoscere nequeunt, vbi coram eis mota fuerit incidere. In matrimoniali quoque, liberali, vel criminali causa, cum maiores iudices exigantur, arbitri nequit assumi. Idem. Beneficio restitutionis in integrum ecclesiæ tuæ in alio iudicio denegato, restitutio, præterquam ad appellationem omiffam, videtur eidem ecclesiæ posse negari, nisi nouis defensionibus ad huiusmodi sit beneficium admittenda.

Quid, & bi, qui iniustam causam fouerunt, tenentur restituere. Cap. XCIII.

**H**elinandus vbi supra. Iudex, & Consiliarius, & Aduocatus tenentur ad restitutionem omnium, quæ iudicio, consilio, aduocatione auulsa sunt à proximo, siue doli, siue non, sed ignorantia interuenierit, eo quod. Prophetæ, & videtur assumi omnes officium, & sicut videtur, qui per incuriã aliquod contingentibus omisit punire, tenetur enim talis orania scire, quæ

vt dispense officio assumit, similiter & magister. Quod autem obijciatur, non fraudulenti officij nulla est obligatio, verum quidẽ est eatenus, vt non propter hoc traheris in causam coram iudice. Quod tunc autem ad Deum citra fraudulentiam officij obligaris, quamuis reuera fraus sit scienter nos tale officium assumere, quod cum debito sine scimus nos non posse terminare. Scientia igitur in fraudem, & ignorantia crassa obligat, diligentia debita adhibita excusat. Ex his patet, quod notitia iuris non minus iudici necessaria est, quã voluntas aut facultas. Et quidem meo tempore nihil miserabilius vidi, quã iudices scientiã legis ignoros, & bonæ voluntatis inanes, quos cõuincit amor munerum & retributionum, & qui talibus ordinariis iurisdictionem conferunt, aut iuris ignari sunt, aut contemptores. Si autem aduocatus sciens fouet partem iniustam, tenetur ad restitutionem omnium rerum earum, quæ amittit ille, contra quem stat si vicerit in causa. Si verò iustam, & sit sententiam ferendam, & pro cliente suo sine auxilio suo, tenetur ad restitutionẽ salarij, quod tunc demum accipere potest si scit iustam causam, nec clientem suum sine auxilio, & labore aduocati posse euincere. Sed cum aduerterit causam quam fouet in aliquo vacillare, & iniustitiam continere, puta in testibus subintroductis, vel in alijs instrumentis, minus conuenientibus, quaeritur si aduocatus teneatur munire iudicem circa illud? Et videtur necessarium, quia ei seruit necesse hẽt, vt faciat ei fidem. At si muerit eũ erit proditor causæ, & secreti sibi commissi, quod non videtur reuelandum, sicut nec confessio. Ob hoc valde periculosum est aduocare pro pecunia. Magister Radulphus de Talano, compta iniustitia partis quam fouebat, quam à principio causæ iustam putauerat, repente stetit aduocatus, & pro parte aduersa etiam euocatus à iudice ad iudicium dandum, quia solius Dei intuitu cognoscebatur agere negotium, propter quod maximũ incommo dum, & odium, & inimicitias ad aduersã parte incurrit. Periculosum est igitur aduocare, præterquam in illo negotio solo vbi veritas est periculo. Dico etiam, quod aduocatus tenetur consilium clienti suo, ne per præscriptionem euincere cupiat, cum sacra scriptura consulat, ne quis per præscriptionẽ tantum, aliquid possideat, dicatque illi qui sic possidet magis peccare quanto diutius sic possiderit. Igitur si in tali causa euicerit aliquis, aduocatione tua te patrocinante, teneris ad restitutionẽ totius damni partis aduersæ, siue corporale damnum sit, siue spirituale. Ad eandem restitutionem tenetur, tam iudex forensis, quã ecclesiasticus. Sic enim iudex efficitur particeps rapinæ, & tenetur tanquam raptor ad restitutionem, cum pari pena puniendi sint male agens, & consentiens. Est autem consensus iste remotus, tum opus quidem pratum non placet, sed delinquentem cum possis non corripis verbo, iuxta illud: Si peccauerit in te frater tuus corripe eum, aut iusta coercionem, quod ad prælatos pertinet vtriusque fori. Sicut famulus meus ad custodiam equi mei deputatus, si eum amisero per eius incuriam, tenetur mihi illum restituere, sic & iudex ad hoc constituitur.

De Causis criminalibus. Cap. XCIII.

**E**X summa iuris. Viso qualiter procedendum sit in causis pecuniarijs, restat agendum de criminalibus. De causis spiritualibus, quæ proprie ad forum ecclesiasticum pertinet, in sequentibus Deo dante tractabitur, vbi de lapsis clericorum agetur. Extra. 5. de accusationibus. Innocẽ. 3. Tribus modis ualeat crimen opponi denunciando, excipiendo, & accusando. Quando crimen in modum denunciationis opponitur, non est inscriptio necessaria. Sed cum in modum accusationis, oportet inscribi, quoniam ad depositionem instituitur accusatio. Sed ad correptionem est denuntiatio faciendã. Cũ autem excipiendo fuerit crimen obiectum, distinguendum est, quare opponatur, & quomodo. Si enim à testificatione, vel ab accusatione aliquis repellatur, non est inscribi necesse. Sed cũ opponitur, vt quis à promotione officij, vel beneficij excludatur. Si ante confirmationẽ obijciatur, non cogitur quisquã inscribere, quia crimen hoc modo probatum impedit promouendum, sed non deijcit iam promotum. Post confirmationem vero, cum scilicet ordinandus fuerit aliquis, aut etiam consecrandus, quia ab obtinendo repellit, & deijcit ab obtento, ad extraordinariam penam, secundum arbitrium discreti iudicis citra vinculum inscriptionis est excipiens astringendus, si defecerit in probando, pro eo quod crimine sic probato perdit, quod per electionem & confirmationem ei fuerat acquisitum. Sed ob hoc prius habita non amittit, licet enim agatur de crimine non est tamen huiusmodi quæstio criminalis unde per procuratorem potest rite tractari. Can. 2. questio. sexta. Gratianus. Cum autem in capitali causa, vel status, interpellatum fuerit, non per procuratorem, sed per seipos appellantes

pellantes causam suam agere oportet. Extra 1. de restit. in integ. Grego. ix. In criminali quoque causa cum maiores iudices exigantur, arbitri nequit assumi.

De Quingue modis accusandi, vel agendi de crimine. Cap. XCV.

**E**X summa iuris. Quoniam ergo criminales causæ, de quibus dicendum est per accusationem proponuntur, de hac ordine congruo pauca præmittantur. Accusatio, largi sumpro vocabulo, dicitur alicuius de crimine delatio. Talis accusatio quintuplex est, scilicet infamantis, denunciantis, famæ communis, solemniter accusantis, & excipientis. Prima prohibetur, secunda præcipitur, sed secundum quosdam ad prælatos restringitur. Tertia verò nec præcipitur, nec prohibetur, quia non pendet de iuris potestate, sed ipsius infamato vitio, vel plerumq; solius Dei potestate, & hæc inquisitionem inducit. In inquisitione naque fama est loco accusatoris. Quarta quoque nõ præcipitur, tum quia odiosa est, tum quia periculosa est. Nec etiam prohibetur, sed tantum permittitur, quoniam interest respub. ne crimina permanent impunita. Quinta similiter nec præcipitur, nec prohibetur, sed tantum permittitur, quoniam vniuersus ius suum, & profectum, & contemnere licet. In prima & tertia constat non inscribi, cũ prima sit omnino prohibita, nec tertia fiat ab homine speciali. In secunda quoque non est inscribendum, sed admonitio tantum præmittenda, quoniam ad correctionem est denunciatio faciendã. In quarta vero oportet inscribi, quoniam ad penam legitimam instituitur accusatio. In quinta denique distinguendum est, vtrum obijciatur accusatoris, vel testi, vt ab agendo, vel testificãdo repellatur, an vt à promotione excludatur. In primo casu non est necesse inscribi. In secundo idem si agatur ante confirmationem. Si verò post obligationẽ, concipiens ad penam extra ordinariam, si defecerit in probatione. Quod autem dixi, vbi ad penam legitimam agitur, inscribi oportere, fallit in denunciatione, quoniam hæc ad omnes pertinet, sine in inquisitione, vbi perdit quis honorem, sine accusatoris inscriptione. Regulariter enim inquisitio necessaria est, vbi cuiusque de honore adimendo tractatur. Item fallit etiam in leuibus criminibus, & in notorijs, & in omnibus, quæ iudicio publicantur, talia naque nõ requirunt inscriptionem, vnde sine inscriptione deponitur testis, qui contra se crimẽ confitetur illud, etiam si crimen de quo excipitur, causam de qua agitur contingere videatur. Denique & iudex punit calumniam sine inscriptione accusatoris, incontinenti absoluto reo. Idem in eo qui suspectam producit chartam, cui fidem non facit. Idem etiam in teste vacillante, vel proaciter respondente. Idem forte & in suspectis tutoribus.

De Infamations. Cap. XCVI.

**C**irca infamations autem nota, quod si quis famosum libellum composuit, aut certum est, quod inscripsit, aut non. Si certum, aut sponte confitetur, & tunc cum eo mitius agitur, aut conuincitur, & tunc secundum leges capitali pena punitur, vel forte in exilium deportatur, ac perpetuo ibi stibilis efficitur, secundum canones autem, qui vltimum supplicium nulli irrogant, verberibus subijciatur. Si vero non est certum, tunc secundum canones admoneri debet, vt prodeat in publicum & exequatur quod incepit. Quod si non fecerit, primo quidem eius charitatis participatione priuabitur, & si contumax ex toto fuerit, tunc demum anathematis mucrone ferietur, secundum leges autem, si capi potuerit & comprehendendi, si eo libello infamatus innocens, punietur. Secus verò si nocens, quoniam expedit delicta nocenti esse nota, atque punita. Hæc quidem vera sunt in eo, qui non vult probare quod inscripsit. Si verò vult probare commendandum est, & si defecerit tenetur ad penam talionis. Causa. 5. q. 1. Adrianus Papa. Qui in alterius famam publicè scripturam, aut verba contumeliosa confinxerit, & repertus scripta non probauerit flagelletur, & qui eam inuenit prius rumpat, si non vult auctoris culpam, & facti causam incurere. Item ex concil. Albertano. Hi qui inuenti fuerint libellos famosos in ecclesia ponere, anathematuzeantur. Cod. lib. ix. tit. de famosis libellis. Imperator Valentinianus & Valens. Si quis famosum libellum, siue domi, siue in publico, siue quocunque loco ignarus reperit, aut corrumptat priusquam aliter inueniat, aut nulli fateatur inuentum. Si verò non statim easdem chartulas, vel corrumptas, vel igne consumpserit, sed vim earum dolose manifestauerit, sciat se quasi auctoritate huiusmodi delicti, capitali sententia subingandum.

De Denunciatione. Cap. XCVII.

**C**Ausa. 5. q. 5. Nunc autem quaeritur, an sit aliquis maliuolus, quia crimen alterius indicat. De hoc scribit beatus Augustinus ita dicens: Non vos iudicetis maliuolos, quãdo crimen alterius indicatis magis quippe nocentes estis non indicando crimen, quã si fratres vestros, quos iudicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Idem ad Innocentium Donatistam. Melius est cum seueritate diligere, quã cum leuitate decipere, & qui freneticum ligat, & qui lytagicum excitat, ambobus molestus, ambobus amarus. Quis non potest nos amplius amare quã Deus, & tamen nos non solum docere suauiter, uerum etiam salubriter terrere non cessat, fomentis leuibus quibus Deus consolatur, sepe etiam mordacissimum medicamentum tribulationis adiungit. Noueris aliquem furem auertendis pecoribus pabulum spargere, & pastorem aliquando flagello ad gregem pecora errantia reuocare. Gratianus. Eusebius autem contra statueret videtur, dum aliorum crimina sponte consistentes, in episcoporum accusatione recipi prohibet, sed aliud est ex charitate aliorum crimina deferre, vt quos secreta ammonitione corrigere non possumus, conuictos iudicis sententia corripiat. Atque aliud insidiando falsa obijcere, vel insultando vera faciliẽ exprobrare. Illud vero charitatis, hoc autem impietatis est officium; unde in Proverbij dicitur. Verba impiorum insidiantur sanguini, os iustorum liberauit eos. Ex summa iuris. Circa denunciationem, ergo nota, quod qui crimen alterius indicat, si malo animo maliuolus est, & peccat, qui vero bono, benignus. Et hoc præsumitur si iuris ordinem in iudicando seruat, puta si indicat ei, qui prodesse potest, & non obesse. Item si eum præmonuit. Item si quod occulte indicat in iudicio probat. Denunciare prohibetur criminosis, qui adhuc in scelere perseverant. Et infames prohibentur, & inimici, quia charitatem debet esse denuntiatio. Alii ter etiam laicos admittunt sed non mulier, vel pupillus, etiam bonæ famæ, cum sit accusatio popularis. Idem dico de illo, qui prosequitur inquisitionem, scilicet, vt si est criminosis, vel infamis, aut inimicus repellatur. Idem etiam in exceptione videtur, scilicet, vt inimici repellantur. Ab accusatione quoque prohibentur multi, sicut infra dicitur. Sed idem forte denunciare, & inquisitionem impetrare valent. Denunciari vero, vel accusari nõ possunt, qui dam propter dignitatem eorum excellentiam, vt Papa, qui super se iudicem non habet, nisi solum Deum. Et hic nisi in crimine hæreticos. Idem etiam in Imperatore quo ad accusationem. Cæterum denunciari potest coram Papa, de quolibet mortali peccato.

De Publica fama clamante. Cap. XCVIII.

**F**ama communis accusat aliquem de crimine, quando infamatus est publicè, ita quod insinuatio clamorosa peruenit ad aures iudicis, vt procedat ad inquisitionem, & indicat infamato purgationem, tunc enim non exigitur inscriptio, uel accusatio specialis alicuius hominis, quoniam ipsa fama supplet locum accusatoris. Et de hac quidem fama, uel potius infamia, iam supra dictum est capitulo de infamibus, à testimonio repellendis. Quæri autem potest, vtrum infamis pendente infamia possit liquem excusare, uel contra aliquem testificari, de hoc distinguere, quod est infamia facti, puta quando de aliquo dicitur, quod crimen aliquod commiserit, & tunc infamia pendente, nõ potest accusare, uel testificari. Item est infamia iuris, quando ipso facto est aliquis infamis, vt qui fœnus improbum exercet, uel qui muliebria passus est, talis enim etiam post sententiam infamis remanet, nisi fuerit à principe restitutus, & ob hoc accusare non potest. Item est infamia iudicis, quando condemnatur aliquis de crimine, quod habet actionem famosam, ab episcopo, uel ab inferiori iudice, talis etiam post actam penitentiam infamis remanet, nisi fuerit à Papa restitutus, qui potest deponit eum restituere. Item infamia canonis, quando quis peccatum mortale committit, uel quando est excommunicatus. Nã quicunque peccat mortaliter, eo ipso infamis est infamia canonis, quæ scilicet infamia fertur ad tempus, & sub conditione, scilicet nisi se correxerit, vnde finita penitentia, finitur, & aboletur infamia, & sic accusare, uel testificari potest. Possunt autem simpliciter infames accusare suam, uel aliorum iniuriam prosequendo. Possunt etiam infames accusare de hæresi, de symonia, de crimine læsæ Maiestatis, de crimine quoque fraudatæ annonæ, de crimine suspecti tutoris, & etiam de sacrilegio secundum quosdam.



Extra 5. de accusa. & re. Innoc. 3. In concil. generali. Qualiter autem, & quando debeat prelatas procedere ad inquisitionem, & puniendum subditorum excessus, ex auctoritate notii, & veteris testamenti colligitur evidenter, ex quibus processerunt canonice functiones. Legitur enim in Evangelio, q. villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum suum, quasi diffipasset bona illius, audit ab illo. Quid est hoc, quod audio de te, redde rationem villicationis tue &c. & in Gen. Dominus ait descendam, & videbo &c. Ex quibus probatur, quod non solum cum subditis, verum etiam cum prelatas excedit, si per clamorem, & famam, ad aures superioris aduenerit, non quidem a maiusculis, & maledictis, sed a prouidis & honestis, nec semel tantum, sed saepe quod clamor innuit, & diffamatio manifestat, debet coram ecclesia senioribus veritatem diligentius perscrutari, vt si rei poposcerit qualitas, canonica distinctio culpam feriat delinquentis. Non tanquam idem sit actor & iudex, sed quasi denunciante fama, vel deferente clamore officij sui debitum exequatur: Licet autem hoc sit obseruandum in subditis, diligentius tamen obseruandum est in prelatas, qui quasi signum positi sunt ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare quandoque, & interdum suspendere, nonnunquam vero ligare, frequenter odium multorum incurunt, & inuidias patiuntur. Et ideo sancti Patres statuerunt prouide, vt accusatio prelatorum non facile admittatur, ne concussis columinis contruat aedificium. Verum ita voluerunt prouidere prelatas, ne criminarentur iniuste, vt tamen cauerent ne delinquerent insolenter, contra morbum vtique inuenientes congruam medicinam, videlicet, vt criminalis actio, quae ad diminutionem capitis, id est ad degradationem interditur, nisi legitima procedat, inscriptio, nullatenus admittatur, sed tamen si super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, vt iam clamor ascendat, qui diutius sine scandalo distimulari non possit, vel sine periculo feruari, abique dubitationis scrupulo, ad inquirendum, & puniendum eius excessus, non ex odij fomite, sed charitatis procedatur affectu. Quatenus si fuerit grauis excessus, & si non degradetur ab ordine, ab administratione tamen amoueat omnino, quod est secundum sententiam euangelicam, ad villicationem villicum amoueri, qui non potest villicationis suae dignam reddere rationem. Debet igitur esse praesens is contra quem debet fieri inquisitio, nisi se per contumaciam absentauerit, & exponenda sunt illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi seipsum, & non solum dicta, sed etiam ipsa nomina testium sunt ei (vt quid, & a quo fit dictum appareat) publicanda, necno exceptio nes & replicationes legitime admittende, ne per suppressionem nominum infamandi, per exceptionum vero exclusionem, falsum deponendi audacia praebatur. Ad corrigendos itaq; subditorum excessus, tanto diligentius debet prelatas assurgere, quanto damnabilis eorum offensas desereret in correctas. Contra quos, vt de notorijis excessibus taceatur, & si tribus modis possit procedi, per accusationem videlicet, denunciationem, & inquisitionem ipsorum, vt tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne forte per leue compendium ad graue dispendij perueniatur, sicut accusatione legitima debet procedere inscriptio, sic & denunciationem charitativa monitio, & inquisitione clamorosa insinuatio praue nit. Illo semper adhibito moderamine, vt iuxta formam iudicij, sententia quoque forma dicitur. Hunc tamen ordinem contra regulares personas non credimus vique quoque obseruandum, quae cum causa requirit facilius & liberalius a suis possunt administrationibus amoueri. Idem Ver cellen. episcopo, & abbati de Til. Vos quidem omni gratia & timore postpositis, Deum solum pro oculis habentes, via regia incedentes, sine personarum acceptione in negotio procedatis, formam vero iuramenti quam a clericis Nouariens. super inquisitione faciendae in hoc negotio recepistis, in similibus volumus obseruari, vt videlicet iurent clerici, quod super his quae sciunt, vel credunt in sua ecclesia reformanda, tam in capite, quam in membris, (exceptis occultis criminibus) meram & plenam dicant inquisitoribus veritatem.

Idem. Propter famam quidem & deponentium credulitatem non erit ad depositionis sententiam contra aliquem procedendum, sed infamato canonica poterit iudici purgatio, secundum arbitrium iudicantis, qui propter dicta paucorum eum infamatum reputare non debet, cuius apud bonos & graues opinio laesa non existit. Ex summa de casibus. Purgatio est de obiecto

crimine innocentiae offensio. Purgationis sunt duae species. Canonica, scilicet & vulgaris. Canonica quae fit per iuramentum, vel per testes, & ista permittitur, & approbatur tanquam bona, vtilis, & honesta in ecclesia Dei. Vulgaris est, quae a vulgo est inuenta, vt ferri candentis, aquae feruentis, monomachiae. i. duelli, & caetera huiusmodi. Sed ista hodie in totum reprobata est, & maledicta. Can. 6. q. 5. Quod autem deficiente accusatore reus non sit cogendus ad probationem, auctoritate Gregorij probatur. Accusatus itaque non negatione, sed excusatione probare debet. Hoc aut obseruandum est, quando reum, publica fama non vexat, tunc autem auctoritate ipsius Gregorij propter scandalum remouendum famam suam reum purgare oportet. Can. 15. q. 5. Purgationem vero neganti esse praestandam. Stephanus Papa scribit Leoni Thianensi archiepiscopo dicens, vt si vel ipse confessus, vel legitimis testibus fuerit approbatus, canonica ferriatur sententia. Quod si nec sponte confitetur, nec accusatores & testes legitime reperti fuerint, & mala fama crebrescit, non in publico examine, sed coram te, & aliquantisper reuerendissimi presbyteris & diaconibus tuae ecclesiae secreto iuramento se purificet, & deinde boni testimonij eum annunciet, & compescet, & commune ecclesiae suae filios, nec sacerdotem Dei infamare vterius praesumat.

Causa. 2. q. 5. Iuramento vero dato candetis ferri, & feruentis aquae purgatio non est addenda. Vnde Stephanus 5. Huberto episcopo Maguntino. Consultuisti de infantibus, qui in vno lecto cum parentibus dormientes, seu mortui reperuntur, vtrum ferro candente, aut aqua feruente, seu quolibet alio examine parentes se purificare debeant, eos non oppressisse. Monendi namque sunt, & protestandi parentes, ne tenellos secum in vno collocent lecto, ne negligentia qualibet proueniente suffocentur, vel opprimantur. vnde ipse homicidij rei inueniatur. Nam ferri candentis, vel aquae feruentis examinatione, confessionem extorqueri a quolibet, sacri non censent canones, & quod sanctorum Patrum documento sanctum non est, superstitiosa adinventione non est praesumendum. Spontanea enim confessione, vel testium approbatione, publica delicta, habito pro oculis Dei timore, commissa sunt nostro regimini iudicare, occultata vero Deo delinquenda.

Ex summa de casibus. Duellum est singularis pugna inter aliquos, ad probationem veritatis, ita videlicet, ut qui uicerit probasse intelligatur. Et dicitur duellum, quasi duorum bellum. Dicitur etiam vulgo in plerisque partibus, iudicium, eo quod ibi Dei iudicium expectatur. Dicitur etiam monomachia, quasi unica, vel singularis pugna. Monos enim unus, machia pugna. Non debet fieri inter laicos, licet enim David duellum cum Golia commisit, non tamen illud est pro lege sumendum, quia priuilegia paucorum communenem legem non faciunt, vt ait Hieronymus. Item quia est contra illud preceptum Domini, Non tentabis dominum Deum tuum, expressum enim prohibetur in lege seculari, scilicet de gladiatoribus. Consuetudo tamen generalis contra ista inualuit, ferè ubiq; terrarum, unde solet quaeri, an huiusmodi consuetudine generali excusentur a mortali peccato. Et dicunt quidam quod sic, inducentes pro se uerbum. Ambr. 32. q. 4. Obijciuntur Iacob. 4. uxores, quod quando mos erat, erimeae non erat. Alij distinguunt & ajunt, eum qui duellum offert, & eum qui sponte suscipit, peccare mortaliter. Eum uero, qui suscipit iudice compellente non peccare, cum aliter non possit euadere periculum mortis, uel reru suarum: quod enim quis facit ob defensionem suam, uel rerum suarum, licitum iudicatur, si sit etiam sacerdos. Ego autem, saluo meliori iudicio, dico eum A. sine exceptione, & nulla consuetudo, uel iuris corruptela, potest in hoc aliquem excusare, eo quod diuturnitas temporis non minuit peccata, sed auget. Peccant ergo omnes mortaliter, sed differenter: grauius enim peccat, qui suscipit etiam propter quantumcunque metum. Attenuatur tamen peccatum multum propter periculum personae, uel rerum. Ille autem qui sponte suscipit, item qui offert, item iudex qui desert, uel praestat auctoritatem, item assessores, & qui dant ad hoc consilium, auxilium, uel fauorem, item sacerdotes, qui dant benedictionem, isti homines peccant longe grauius. Item si contingeret aliquem ibi mori, omnibus imputaretur homicidium, & omnes fierent irregulares. Si ergo alicui clerico offeratur duellum, nullo modo suscipiat, uel per se, uel per aliquem, quem ponat loco sui, quia de iure debet deponi. Puna pugnantium

rium in duello est depositio, sicut clericis. Sed si exinde nec mors sit, nec membrorum diminutio subleuata fuerit, poterit erga eos suus episcopus dispensare, si aliter necessitas, vel utilitas hoc exposcat. Si tamen sacerdos vel alius clericus in duello sponte oblat, uel susceperit ab ipso, amississet partem digiti, sed non tantam, quin sine scandalo possit celebrare solemniter, potest, quantumcunque grauis sit excessus, episcopus cum tali post peccatam penitentiam, dispensare. Circa laicos autem qualiter in talibus sit procedendum. Require infra.

Actor. Accusatio proprie dicitur, alicuius ante iudicem de crimine manifesta delatio. Nam si non fiat ante iudicem, non est accusatio, sed infamatio. Si autem apud iudicem occulte fit, est denuntiatio. Igitur accusare est aliquem coram iudice reum criminis ad vindictam proclamare. In omnibus autem negocijs exigitur accusator, nisi in quibusdam casibus, uerbi gratia. Secundum leges, quando quis deserit literas suspectas, nec potest ostendere fidem earum, potest enim tunc ut falsarius puniri sine accusatore. Similiter & quando quis vacillat in testimonio, si possit fieri, quod falsum sit. Item quando quis intulit iniuriam ministris ecclesiae. Item quando tutor suspectus est de dilapidatione. Item quando maritus accusat uxorem de adulterio, & uxor replicat de lenocinio, si verum sit, iudex sine accusatore potest eum punire. Secundum canones autem in notorijis, vt in filio sacerdotis habente ecclesiam patris. Item in presbytero habente concubinam. Item in parentela manifesta. Item in adulterio, in usurario, & symoniaci. Accusatur autem aliquis de crimine sicut, de adulterio, vel homicidio, vt capite puniatur, aliquando prelatas de symonia, vel incontinentia, vt deponatur, aliquando vero de negligentia, vel sufficientia, vt ab administratione remoueat. Prohibentur autem accusari nisi de haeresi Papa, & Imperator, vt supra dictum est. Item Legatus Imperialis, vel Palaplis, Praeses prouinciae Consili Romanus. Prohibentur, quoque magistratus, nisi in his, quae circa magistratum consistant. Potest etiam accusatio contra eos deponi sed differat usque in finem honoris causa. Item accusatus ab vno prohibetur accusari ab alio de eodem crimine. Item prohibentur accusari, qui in digessis vetantur in ius vocari, & multi alij. Item nullus laicus admittitur ad accusationem clerici, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequendo. Nam in hoc casu, licet etiam infamibus accusare. Remuneratur autem secundum iura, qui accusat tractantem de electione Papae ipso uiuente, vel conspirantem in mortem Episcopi, vel Imperatoris, vel iudicem accipientem aliquid ob iudicandum, vel dominam cum seruo concumbentem, vel condentem falsam monetam, vel etiam symoniacum aut haereticum: nam haeresis, & symonia crimini laesa maiestatis comparantur.

Ratianus. Cau. 2. q. 1. Quod autem nullus sine ordine iudicario damnari valeat, multis auctoritatibus probatur. De eo ait Aug. Nos in quenquam sententiam ferre non possumus, nisi aut in conuictum, aut in sponte confessum. Item Constantinus Imperator. Iudex criminosis discutens, non ante sententiam proferat, quam aut reum ipse se confiteatur, aut per innocentes testes conuincatur. Item Eleutherius Episcopus. Nihil circa quemlibet accusatum, abique legitimo, & idoneo accusatore fiat. Nam & dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, non est deiectus. Item de libro Constitutionum. Nemo Episcopus, ne mo presbyter etiam communicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Ca. 4. q. 4. Fabianus Papa. Nullus vnquam praesumat accusator simuli esse, & iudex, vel testis, quoniam in omni iudicio, 4. personas semper necesse est esse. Iudices electos. Accusatores cognos, Defensores idoneos, atq; Testes legitimos. Iudices aut debent vii equitate, Testes veritate. Accusatores intentione ad amplificandam causam, Defensores extenuatione ad minuendam eam.

Ratianus. Cau. 2. q. 1. His omnibus auctoritatibus datur intelligi, qd nullus est condemnandus, nisi iudicio ordinabiliter habito, aut conuictus, aut reum se ipse confiteatur. Speculum Doctrinale.

Verum hoc de illis intelligendum est, quorum crimina sunt occulta. Caeterum quae manifesta sunt, iudicium ordinem non requirunt, vnde Ambr. Manifesta, accusatio non indiget. Sed secundum est, qd eorum quae sunt manifesta, alia sunt nota iudici, & incognita alijs: quaedam vero sunt nota iudici, & alijs. Quae iudici tantum nota sunt, sine examinatione ferri non possunt: quia dum accusatoris persona assumitur, iudicialia potestas amittitur. In vna eademq; causa nullus simul esse potest accusator, & iudex. Vnde Aug. in Hom. de penitentia. Multi corriguntur, vt Petrus: multi tolerantur, vt Iudas: multi nesciuntur donec veniat dñs, qui illuminabit abscondita tenebrarum. Nos vero quenquam a cōione prohibere non possumus, quamuis haec prohibito nondum sit mortalis, sed medicinalis. Nisi aut sponte confessum, aut in aliquo sine seculari, siue ecclesiastico iudicio notatum, aut conuictum. Quis. n. sibi vtrumq; audeat assumere, vt cuiusquam ipse sit accusator & iudex? Gratianus. Qñ vero crimen notum est alijs, & non iudici, nec tunc sine examinatione ferendum est, quia in crimine sibi occultum, iudex suam ferre non det, vnde Euanstus Papa ait. Si. n. Deus cognitor oium, Sodomoium mala (quorum clamor ad caelum usq; peruenerat) oia sciens, prius, nec credere, nec iudicare voluit, quam ipse eum fidelibus testibus; inuestigans, quae audierat opere cōprobaret, nos qui sumus hoies, & peccatores, quibus incognita sunt occulta iudicia Dei, hoc praecautentes, nullum ante vram iustamq; probationem damnare debemus, manifeste Paulo Apostolo dicente. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? suo. n. dño, aut stat, aut cadit. Qñ aut crimen notum est iudici, & alijs, aliqui reus factus in infamia tur, veluti si quis negaret se interfecisse eum, quem sub oculis iudicis in conspectu multorum interfecerat. Hic quia reum se negat, sine examinatione ferri non pot. Aliqñ ipsa praesentia reum testatur, qñ opere publico crimen suum confiteatur, tunc post secundam, & tertiam correctionem, sine examinatione damnandus est, si incorrigibilis extiterit. In hoc itaq; vltimo casu intelligenda est auctoritas illa Ambrosij, & Nicolai. Manifesta, accusatio non indiget. Extra. 5. vbi supra. Greg. super Gen. de morte Abel. Euidetia patratu sceleris, non indiget clamore accusatoris.

Ratianus. Cau. 5. q. 2. Vocatio autem eius qui impetitur, non semel sed bis, & tertio, per congruum spacium rationabilibus scriptis fieri debet. Vnde Damascus Papa scribit dicens. Vocatio ad synodum iuxta patrum decreta canonica eius, qui impetitur rationabilibus scriptis, debet fieri per spacium congruum atque canonicum, quia nisi canonice vocatus fuerit suo tempore, & canonice ordinatione, licet venerit ad conuentum quacunque necessitate, nisi sponte uoluerit, nullatenus suis respōdebit insidiatoribus. Item Silvester Papa. Praesenti decreto censemus, vt in primis paternaliter uocentur, & per septem dies expectentur, nullus ecclesiasticae rei interdicta licentia. Huic vero expectationi iterum addantur dies septem interdicta licentia ecclesiam intrandi, & omnia diuina officia audiendi. Post hoc vero adijciantur duo dies, quibus a pace, & communionē sanctae, sine ecclesiae suspensione. Deinde vero iterum alijs duobus diebus, sub eadem expectatione deportentur, quibus vna die superaddita, oī expectatione, veluti in desperata, reus mox anathematis gladio feriatur. Itē Damascus Papa. Delatus est ad sedē Apostolicam, nos accusationes fratrum per scripta suscipere, atq; legitimo accusatore, qd deinceps in omni orbe terrarum fieri apostolica auctoritate prohibemus. Leges. n. seculi accusatores praesentes cxi gunt, & non per scripta absentes. Ibidem. q. 3. Quod autem per procuratorem suam causam agere valeat, qui impeditus causae suae adesse non valet, auctoritate Romanae synodi, quae tempore Adriani Papae celebrata est, probari videtur. Causam autem maximè criminalem, nulli nisi per se agere licet.

Causa. 2. q. 1. Ex lib. 48. digest. tit. de accusationibus, & inscriptionibus. Prohibentur accusare alij propter sexum, vel aetatem, vt mulier, & pupillus. Alij propter sacramentum, vt qui stipendium merentur. Alij propter magistratum, & potestatem, in qua agentes sine fraude in ius euocari non possunt. Alij pp delictum, proprium, vt infames. Alii propter turpem quaesum, vt qui duo iudicia aduersus duos reos subscripta habent, nummo uel ad accusandum, vel non accusandum acceperint. Alii propter conditionem suam, vt libertini contra Tomus Secundus. S patronos.

patronos suos. Alij propter suspicionem calumniae, vt illi, qui falsum testimonium subornari dixerunt. Nonnulli propter paupertatem, vt sunt, qui minus quam 50. aureos habent. Hi tamen omnes, si suam iustitiam exequantur, mortemve propinquorum defendunt, ab hac excusatione non excluduntur: Liberi, libertique non prohibentur suorum rerum defendenda, um gratia, de facto parentum, patronorumve conueniri, veluti si dicant se vi a possessione ab his expulsos, sed non vt crumem in eos intendant, si d tantum vt possessionem recipiant. Mulierem propter publicam vilitatem ad annonam pertinentem, audit a praefecto annonae deferentem, Diuus Senecus, & Antonius rescripserunt. Cau. 3. q. 4. Calixtus Papa: Con sanguineorum coniunctiones, nec legitime sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendae. Quisquis ergo non legitime con iunctus, vel absque dotali titulo atque benedictione sacerdotis copulatus, sacerdos, vel legitime coniunctos criminari, vel in eos testificari minime potest, quoniam omnis incesti macula pollutus, infamis est, & accusare supradictos non permittitur, sic & omnes eis consentientes. Similiter de raptoribus, vel eis, qui sentiores impetunt, fieri censemus: hos enim seculi leges interdicunt, sed nos tales misericordia praevaleat sub infamiae nota ad penitentiam recipimus. Idem: Conspiratores in nullius accusatione sunt recipiendi, nec eorum, vel anarhematizatorum vox vllum nocere, aut ledere potest. Item Stephanus Papa: Clericus vero, qui episcopus suum accusaverit, aut insidiator ei extiterit, non est recipiendus, quia infamiae effectus est, & a gradu debet recedere, ac curiae tradi serviturus. Ibidem. q. 5. Gratianus: Et si manifesta sint crimina alicuius, non tamen accusatione inimici condemnandus est. Ca. 4. q. 1. Omnes autem infamiae maculis aspersi, id est histriones, aut turpitudinibus subiectae personae, haeretici etiam, siue Paganus, siue Iudei ab accusatione prohibentur. Cau. 6. q. 1. Gratianus. Quod autem crimine irretiti alios accusare non possunt Anaclitus Papa testatur. Si sacerdos sine crimine eligi praecipitur, nullatenus a criminosis accusari, vel calumniari permittitur, nec ab alijs, quam ab his, qui sine crimine sunt, & iuxta electionem canonicam sacerdotes ordinari possunt, & tales per omnia inveniuntur quales sacerdotes eligi iubentur. Item Clemens Papa, Iacobo Hierosolymitano episcopo: Beatus Petrus homicidas, & adulteros, ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coaequales non erant, ab episcoporum accusatione, & vexatione prohibebat, & non nisi a coaequalibus aliquid sibi inferre debere docebat. Infames etiam omnes, & quos primatus, & leges seculi non suscipiunt, sed & laicos ab episcoporum accusatione, & vexatione semper repellere debere rogabat, & cunctos esse subditos praecipiebat. Maiores vero a minoribus, nec accusari, nec iudicari nullatenus posse dicebat, quoniam non solum hoc divinas, sed etiam leges seculi inhibere docebat. Gratianus: Carnales prohibere ab accusatione spiritualium, non spirituales ab accusatione carnalium. Stephanus Papa. Infames autem esse eas personas dicimus, quae pro aliqua culpa norantur id est, omnes qui Christianae religionis normam abiecerunt, & statuta ecclesiastica contemnant.

Utrum minoribus liceat maiores accusare. Cap. CVIII.

Causa 2. q. 6. Vt autem dicit Marcellus Papa, Laico non liceat quemlibet clericum accusare. Gratianus. Personae autem inferiorum ordinum in superiorum accusatione recipiendae non sunt. Vnde Silvester Papa: Clericus adversus exorcistam, exorcista adversus acolitum, acolitus adversus subdiaconum, subdiaconus adversus diaconum, diaconus adversus presbyterum, presbyter adversus episcopum, accusationem dare, aut testimonium ferre non valent. Item Zepherinus Papa: Maiorum quisquam, minorum accusationibus non impetratur. Gratianus. Verum hoc de criminosis, & infamibus intelligendum est, qui vitam suorum praetorum parati sunt reprehendere, non imitari. Quae ex verbis Anaclitae datur intelligi, qui ait. Laici in eorum accusatione audiendi non sunt, quia oppido eis, quidam infesti sunt, & indignum est, vt ab eis accusentur, qui eorum gravitatem nolunt imitari. Nam eorum accusatio non nisi ab idoneis, & probatissimis viris, qui suspicionibus, & sceleribus carent, fieri deinceps, & Dns sacri corporis sui tractatores, a viliibus, ac reprobis, & non idoneis personis infamari noluit, nec calumniari, sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes, a templo eiecit. Vnde liquet, quod summi sacerdotes, i. epi a Deo sunt iudicandi, nec ab humanis, aut praevae vitae hoibus laecrandi, sed potius ab hominibus fidelibus

portandi. Item Euaristus Papa. Si qui sunt vituperatores, aut accusatores episcoporum, aut aliorum sacerdotum, non oportet eos a iudiciis ecclesiae audiri, antequam eorum discutatur exiliminationis suspicio, vel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vitio, qua conscientia, quoque merito, si pro Deo, aut pro vana gloria, aut pro invidiam, vel odio, vel cupiditate ista praesumpserint. Item Calixtus Papa. Quarandum est in iudicio, cuius sit conversatio, & fides, is qui accusat, & is qui accusatur: quibus hi qui non sunt iustae fidei, & conversationis, & quorum vita est accusabilis, & quorum vita fides, & libertas nescitur, non permittuntur maiores natu accusare, neque viles personae in eorum recipiantur a culationem. Extra 5. de accusationibus, & in Paschal s. Papa. Nulli episcopum ab accusatione sua repellere liceat, quos antequam se ab eis impetentem cognosceret, a sua consuetudine in se separare. Alexander III. Monachi nisi alia causa praepediatur rationis, eo quod de obedientia, & subiectione abbas esse noscuntur, ab eius accusatione non sunt vituperandi, licet alios accusare non possunt, quibus si quidem cum proprium non habent, de rebus monasterij exponeant debent necessitate, donec causa debitam suam accipiant, ministrari.

De modo accusationis, & ordine. Cap. CIX.

EX summa iuris. Qui vult aliquem accusare, prius debet ei denunciare, & postea libellum scribere, ac iudici porrigere. Quem ita demum iudex recipit, si de lite prosequenda satisfecerit. Itaque iudicatio praestatur, etiam in absentia rei libellum recipitur, & eius nomen inter reos scribitur. Quibus peractis reus exhiberi iubetur, & non ante. Exhibitus autem cavete debeat, & sic obiectis respondere, vel si adesse noluerit, procedatur contra eum. Causa 2. q. 8. Calixtus Papa: Accusatorum personae sine scripto nunquam recipiantur, nec abente eo, quem accusare voluerint. Quibuslibet accusare permittitur. Codicis lib. 4. tit. de probationibus. Sciant cuncti accusatores, eam rem se debere deferre in publicam vocationem, quae munita sit testibus idoneis, vel instructa a peritissimis documentis, vel iudicij ad probationem idoneis, vel indubitatis, & luce clarioribus expedita. Item Sixtus Papa. Qui crimen obicit scribat se probaturum, & qui crimen non probaverit, quod obicit, poenam quam intulerit ipse patiatur. Sed Stephanus Papa contra scribere videtur, ita dicens. Per scripta, nullius accusatio suscipiatur, sed propria voce, si legitima, & condigna accusatoris persona fuerit, praesente eo videlicet quem accusare desiderat, quia nullus absens accusare potest, nec ab aliquo accusari. Sed Calixtus Papa praecipit, vt accusator, praesente eo quem accusat, in scriptis accusationem iudici offerat, & propria voce literas suae accusationis legat. Stephanus autem prohibet ne absens aliquem per episcopum accusare audeat. Causa 3. q. 9. Thelephorus Papa. Accusatori oino non credi decernimus, qui absente aduersario causam suggerit ante vtriusque partem iustam discussionem. Item Cornelius Papa. Oia quae aduersus absentes in omni negotio, aut loco aguntur, aut iudicantur, omnino evacuantur: Quoniam absentem nullus addicit, nec vlla lex damnat. Item Damasus Papa. Qui accusare alium elegerit, praesens per se, & non per alium accuset, in scriptione videlicet praemissa, neque vllus vnquam iudicetur, antequam legitimos accusatores, vel tutores praesentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Item Felix Papa. Absens per alium ne accusare, ne accusari potest. Ca. 1. q. 2. Damasus Papa. Delatum est ad Sedem Apostolicam, vos accusationes fratrum per scripta suscipere abisq; ultimo accusatore, quod deinceps in omni orbe terrarum fieri apostolica auctoritate prohibemus: leges. n. seculi accusatores praesentes exigunt, & non per scripta scilicet absentes. Extra. 5. de accusationibus, & in Felix Papa. Si legitimus accusator non fuerit, non fatigetur accusatus.

De Criminosi confessione. Cap. CX.

Gratianus. Causa. 15. q. 6. Quod vero confessio cruciatus extorquenda non sit, Alexander Papa testatur, scribens omnibus Orthodoxis. Omnis enim confessio, quae fit ex necessitate, fides non est. Confessio igitur in talibus non debet extorqueri, sed sponte profiteri, pessimum enim est de suspitione, aut ex orta confessione quemquam iudicare, est magis inspectus sit Dominus cordis, quam operis. Non autem potest humano condemnari examine, quem dñs suo referuavit iudicio. Si oia namque in hoc seculo iudicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Regula iuris: Qui tacet, non vtiq; fatetur.

fatetur, sed tamen verum est eum non negare. Extra. 2. de confessis. Clemens. 2. Eos quorum suggestionem seclus homicidij se presbyter perpetrasset proponit, nisi alijs modis verum esse confiteretur nulli censemus poenam subdentes: quia secundum vtriusque iuris statuta, de se confessi super aliorum conscientias interrogari non debent, & crimine laesa maiestas excepto. De reatu proprio: confitentis, periculosa confessio non est aduersus quemlibet admittenda. Si tamen eos infamia huiusmodi laborare cognouerit, singulis eis adiunctis tribus socijs sui ordinis, purgationem indicas. Inno. III. Quoniam. V. canonicus Bechlemitanus fuit in iure confessus, quod pro praestando alterius electioni consensu, quingentorum Saracenorum obligationem receperit, & mediator exitit simoniace prauitatis, ipsum per d finitiam sententiam duximus ab omni officio, & beneficio ecclesiastico deponendum. Greg. IX. B. iudici Viterbien. Ex parte abbas, & conuentus sancti. M. monasterij, fuit propositum, quod inter ipsos ex parte vna, & V. nomine vxoris suae ex altera, coram te quaesito verteretur, cononimus monasterij memorati, quadam per errorem facti fuit in iure confessus. Cum igitur in negotio necdum finito, nemini nocere error facti: Man. quat. si huiusmodi poterit errorem docere, prouideas, vt nulli super hoc praedictum generetur. De hac quoque materia require supra ca. de rei confessione.

De Accusationum calumnia, & temeritate. Cap. CXI.

EX summa iuris. In accusando vero peccat, quis tripliciter scilicet calumniando, & hic ad talionem tenetur. Item praeruaricando, & talis ab accusatione repellitur. Item terguer sando, & hic infamis efficitur, & 5. libris auri punitur. At in his omnibus si accusare cessauerit, abolitione interueniente non efficitur infamis, nec in aliquo punitur. De calumnia quidem nisi sit euidens, non noratur tutor, qui ex officio res pupillorum admistrare tenetur. Item neque mater illum accusans, qui filium eius interfecit, item neque successor, qui mortem praedecessoris sui vindicare debet. Item neque pater qui filio praecipit, vt liberum accuset, quia venentisrum poculum sibi obtulit. Item neque quem vltimus dolor admissi criminis excusat, vt si pater accuset adulterum vxoris filij sui. Item neque maritus, quando accusat vxorem de adulterio iure mariti. Gratianus. Cau. 2. q. 3. Norandum quoque est, sicut in digest. lib. 47. legitur tit. de abolitionibus criminum. Accusatorum temeritas tribus modis detegitur. Aut enim calumniantur, aut praeruaricantur, aut terguer santur. Calumniari est falsa crimina intendere: Praeruaricari vera crimina abscondere. Terguer santur in vniuersum ab accusatione desistere. Sed non vtiq; qui non probat quod intendit protinus calumniari videtur. Nam eius rei inquisitio arbitrio cognoscens committitur, qui reo absoluto de accusatoris incipit consilio quaerere, qua mente datus ad accusationem procefferit, & si quidem iustum eius errorem reperit, absoluit eum. Si vero in euidentia calumnia deprehenderit eum, legitimam ei poenam irrogat. Penae vero persecutio non eius voluntari mandatur, sed legis auctoritati referatur. Si autem interloquendo dixerit, Ticus temere accusasse videtur, non calumniatorem pronunciat. Temeritas. n. facilitatis veniam cotinet, & in consultius calor calumniae vitio caret, & ob hoc nonnullam poenam huic irrogari oportet. Ex digest. lib. 47. tit. de praeruaricatoribus. Vlpianus: Praeruaricator est, quasi varicator, qui diuersam partem adiuuat prodita causa sua. Quod nomen Labeo a varia certatione contractum ait. Extra. 2. de accusa. & in ex. Brochardo l. 4. Accusasti aliquem & per tuam accusationem occisus est, nisi pro pace hoc feceris, 40. dies in pane, & aqua, quod quarentena vocatur cum. 7. sequentibus annis penitere debes. Quam autem per tuam delataram debilitatus est, per tres debes. 40. penitere. Ibidem de calumniatoribus Grego. Fortius punienda sunt crimina quae insonibus, & maxime sacris hominibus inferuntur.

De his qui desiciunt in accusationis prosecutione. Cap. CXII.

Causa 2. q. 3. Damasus Papa. Calumniator autem si in accusatione defecerit, talionem recipiat. Item ex decreto Adriani Papae: Qui non probauerit, quod obicit, poenam scilicet quam intulerit ipse patiatur. In lib. capitulorum. c. 70. capitulo legitur: Si quem penituerit accusasse criminaliter, & inscriptionem fecisse, eo quod probare non potuerit, si cum accusato innocente conuenierit, inuicem se absoluant. Si vero iudex eum qui accusatus est criminolum esse cognouerit, & inter reum & accusatorem per obreptionem conuenierit, de col. Speculum Doctrinale.

ludio poenam excipiat legibus constitutam. Ibidem. q. 4. Deficientibus vero accusatoribus, non videtur esse cogendus reus ad purgationem. Sicut enim possessor, deficiente actore, titulum suae possessionis probare non cogitur, ita qui impetitur, ad innocentiam suam purgandam cogendus esse non creditur. Cau. 5. q. 6. Qui quod intulerit probare non valet, punitentur est. Vnde Adrianus Papa: Omnis qui falsa intulerit puniatur, & pro falsitate ferat infamiam. Itē ex decreto Adriani Papae: Delatori autem lingua capuletur, aut conuictio caput amputetur. Delatores autem sunt qui inuidia produunt alios. Extra vbi supra. Innocentius. III. Cum dilectus filius magister Scholasticus Palentinus ad Sedem Apostolicam accessisset, & de suo episcopo varios excessus nunciasset, nec intelligere poterimus, probatum esse sufficienter aliquid de praedictis. Vobis. man. quat. memoratum magistrum Scholast. donec suam canonicè purgauerit innocentiam scilicet, quod non calumniandi animo, ad huiusmodi crimina procefferit, ab officio, & beneficio suspendatis, vt ceteri poena pterteriti, ad infamiam suorum facile non prosiliant praetorum.

De deficientibus in primi capituli probatione. Cap. CXIII.

EX summa iuris. Queritur autem, vtum si aliquis simul de pluribus accuset, & vnum non probet, ad alia sit admittendus. Et quidem admitti potest ad alia, siue sint maiora, siue minora, siue simul omnia velit probare, siue separatim: potest enim quis de pluribus condemnari, vel absolui. Capitula vero, quae videntur dicere contrarium, loquuntur in eo casu, quando quis de calumnia super primo condemnatus est, tunc enim non debet admitti, quia praesumitur, quod & in alijs velit calumniari. Cau. 3. q. 10. Gratianus. Quod vero deficientes in primo capitulo non sint admittendi ad sequentia, ex Conco. Carthag. 7. confirmatur, in quo sic statutum legitur. Placuit, vt quotienscunque clericis ab accusatoribus multa crimina obijciuntur, & vnum ex his, quo prius egerint, probata non valuerint, ad cetera iam non admittantur. Item Felix Papa in 2. decre. Episcopis Galliae. Si accusatorum personae in iudicio culpabiles apparuerint, ad arguendum de cetero non admittantur, nisi proprias causas asserere, non tamen criminales, vel ecclesiasticas voluerint.

De obiectione criminis in modum exceptionis. Cap. CXIII.

Ibidem. q. 11. Gratianus. Ab accusato vero accusationem in accusatorem vtrius multorum auctoritate prohibetur. Ait enim Stephanus Papa. Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo praemuntur exuerint, quia non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicantur, nisi se prius probauerint innocentes. Eadem vbi supra. ca. Negantes. li. 9. C. iii. Imperatores Valentinus, Valerius, & Gratianus. Neganda est accusatis, nisi suas, suorumve iniurias prosequantur, licentiam criminandi in pari, vel minori crimine, priusquam se crimine quo praemuntur exuerint, ita tamen, vt & ipsi inscriptionem contra eos, etiam pendente accusatione, deponere possint. Causa. 6. q. 2. Quod autem quaeritur, si episcopus in accusatorem accusationem vertere voluerit, an suae simplici assertioni fides sit habenda, facile soluitur, si sanctorum patrum auctoritas diligenter inspicitur. Vt enim sancti patres diffiniunt, Nullius personae, quantumlibet exercitiae confessioni fides est adhibenda, nisi competentes probationes adhibeat. Ex summa iuris. In summa vero nota, quod accusatus antequam nomen eius recipiatur inter reos, si accusatorem de maiori crimine velit accusare, prior auditur, vel si suam, aut suorum iniuriam prosequatur. Si vero nomen eius receptum est inter reos, neminem potest accusare, potest tamen contra accusatorem inscriptionem deponere, & post sententiam agere, nisi forte eodem netur de capitali crimine. Potest etiam quis accusatione pendente, contra alium iniuriam suam exequi, indirecta accusatione in modum exceptionis, & antequam accusatus accipiat inter reos, & post, vsque ad litem contestata, & sic accusatorem repellere.

De visio collusionis. Cap. CXV.

EX summa iuris. Quoniam autem in actionibus criminum saepe colluduntur. De collusionis quoque nonnulla hoc loco conferantur. Collusio est quaedam illicita pactio inter actore, & reu, per quam alter accepta pecunia, Tomus Secundus. S 2 vel



vel aliquo pecunie loco interveniente, vel tergieratur id est, in totum ab acculatione desistit, vel prauariatur, id est se malitiose in iudicio superari permittit. Fit autem per transactionem, cum scilicet interueniente pecunia, vel aliquo pecunie loco a lite receditur. Sed cum sint causarum tria genera scilicet civilis, & criminalis, & spiritualis. In causa civilis nunquam sic collusio, siue iudicis auctoritate, siue sententia datur. Id est siue gratis, siue per transactionem, nisi in duobus casibus scilicet in actione famosa, in qua sine iudicis auctoritate non licet transigere. Et in causa status, vt si me agente cum aliquo tanquam seruus meus esset, vel libertus, passus sum cum pronunciarer ingenuum, confitendo contra me in iudicio, qd esset ingenuus, tunc enim ne per tales ita degeneres inquinetur ordo in dignitate posteriorum, vel senatus ecclesiar, id est clericorum, statutum est, vt hęc collusio detegatur, & ac detur pœmium detegenti. In causa vero criminali ante inchoatã actionem, si gratia recedatur collusum non videtur, post inchoatam autem recedere non licet, etiam per gratiam sine iudicis auctoritate, & etiam sine rei consensu, si tormentis fuerit mancipatus, vel per accusationem infamatus, & si desiterit incidit in Turpilianũ, si publicum crimen intendit. Si vero priuatum extra ordinem puniatur. Per transactionem quidem licet, vel non licet, secundum leges reo recedere prout his verbis distinguitur. Sanguis nisi mæchus transigat omnis, &c. sicut dictum est supra scilicet in lib. præcedenti, capitulo de transactione. Actori vero nunquam licet, secundum canones, autem etiam reo non licet recedere per transactionem in criminali, cũ nullum sit ibi crimen sanguinis. Porro in causa spirituali per gratiam, & iusta causa licet recedere. Qui vero sine iusta causa receditur punitur. Per transactionem autem nunquam licet, veluti cum super ecclesiastico beneficio, quis malitiose sibi controuerfiam moueri facit, vt sic interposita transactione, vel in aliu transferat ipsum beneficium, vel exinde præster alij annuum pensionem, & hoc cum agitur de spirituali tanquam beneficio, secus vero si tanquam super proprietate. Porro in causa mixta, cum scilicet vir aecusat uxorem ad diuortiu, potest maritus desistere quando vult. Fit itaque collusio in causa criminali, & spirituali, cum distinctione tamen in vtraque. In civilibus vero nunquam, nisi in prædictis duobus casibus.

De Conscientia illucina. Cap. CXVI.

EX summa de casibus. Quid de iudice, qui scit accusatum ad penam capitis, vel quamlibet aliam coram se immunitatem penitus a culpa, quæ sibi imponitur, & tamen videt testes paratos ad iurandum fallum, non quid recipit? aut si receperit iam nunquid per illos condemnabit scilicet innocentem? Hęc quid facit officiales, & excoerutores, qui nouerunt veritatem, & tamen vident illos iurare falsum, & compelluntur mandato iudicis suspendere, vel decapitare innocentem, vel alio modo punire. Videtur enim omnino, qd nec iudex, nec alij possunt procedere contra conscientiam, qd edificat ad gehennam. Item secundum quosdam. Omnis homo tenetur ex præcepto, illum qui iniuste ad mortem ducitur eripere, & liberare etiam per vim, & secundum omnes tenentur saltem iudices, & prelati. Si ergo tenentur ab alijs defendere, iudex vel officialis, multo fortius a seipso, sicut argumentatur canon, & leges. Ego ita videtur. Dicit enim expresse Ambro. quod iudex non debet iudicare secundum priuam conscientiam, quam apportauit de domo, sed secundum iura & allegata & probata coram ipso dum sedebat pro tribunali, vnde. Descendam inquit, & videbo &c. An non est ita, vt scientia & c. dicit glo. Tanquam iudex, & tãquam Deus omnia nouerat. Itē licet sacerdos sciat parrochianum suum in peccato mortali occulto, tenetur tamen illi peccati in publico dare Eucharistiam. Ad hoc dico quod iudex si perpendit, quod testes velint deponere contra istum & peccare, debet nisi ex officio suo (etiam si accusatus taceat) ad repellendum illos a testimonio, vel quia sunt ignoti, vel infames, vel grauis opinionis, vel opponendo eis aliquam similem causam. Si in narratione facti inuenierit eos deuiare a vero, subter examinet, inuestigetq; causam ad repellendum eos, sicut Daniel de duobus senibus falso testificantibus contra Susannam. Si autem nullo modo potest eos repellere, & probant secundum formam iuris sufficienter. Consulo vt deleget alteri si fieri potest. Si autem remittat ad superiorem. De officialibus vero excoerutoribus, & cæteris subditis credo, falsum meliori consilio, quod in hoc casu non debent obedire, si pro certo sciunt, secus si dubitant, tunc enim excusantur propter bonum inobediunt.

De causis suspendenda condemnationis, & differenda. Cap. CXVII.

EX summa iuris. Iudicio vero siue condemnationi superferendum est, in quibusdam casibus scilicet ubi timetur periculum scandalis, vel scismatis, vel turbatio pacis, vel strages multorum. Item quando talis est consuetudo. Item quando est ardua causa, puta fides, quæ tractari debet a solo Papa. Præterea superferendum est in iuvene, in sene, in muliere, in Papa, in potente, & in occulto crimine. Vnde versus: Scidala, scilima, strages, iuvenes, transaio pacis: Papa, senex, mulier, mos, causa, potens, vel occultum. Casibus his debet correctio dissimulari. Lata porro condemnationis in reum sententia, differenda est, in quibusdam casibus, ipsius executio. scilicet quando iudex seuerius iudicat, quam expressum sit in iure. Item quando seuerus condemnatur in causa criminali: Debet enim differri sententia donec illi domino suo reddidit rationem. Item quædo mulier prægnans condemnatur, tunc etiam oportet differri donec peperit. Item quando iudex aliquem condemnauit deportatione, differenda est executio, donec assignetur insula eidem. Vnde versus: Exilium, seruus, prægnans, iustus solito plus. Non habet effectum sententia casibus istis.

De absoluteione accusati a crimine. Cap. CXVIII.

Abfoluitur autem accusatus de crimine tripliciter. scilicet per diffinitiuam sententiam, & extrinsecus eodem, de eodem crimine non accusatur. scilicet ne sapiens de delictis eiusdem hominis quærat. Ab alio quoque non nisi doceat priorem præuaricatum esse, vel nisi cum dolore suum profiteatur, & doceat accusationem institutam priori se necesse. Item per dispensationem, quæ est accusationis instituta per seipsum. Et fit tribus modis. scilicet publice, priuata, & ex lege. Vnde triplex distinguitur abolitio. scilicet publica, priuata, & legalis. Publica fit ad tempus ob publicam gratulationem, vel ob rem prospere gestam, vel diem insignem. Priuata fit cum accusans eum absolui petit: Legalis autem fit accusatoris moriente, vel omnino ab accusatione desistente, vel ex iusta causa si impedito, vt accusationem proficere non possit. Et illa quidem, quæ fit publice, fieri debet altera parte presente, & cognita causa, non de plano, sed de plano, id est plena inquisitione. post hanc quidem & alius, & idem accusator admittitur, finita abolitionis causa. Post priuata autem idem accusator non admittitur sed alius, post legale similiter. Potest autem & iudex maximè Imperator, & Papa plerumq; accusato, & confessio, vel conuictio penam ex officio suo remittere, & sic eum absolueri de crimine. Extra, de accusationibus & ex concilio. Maguntinum. De his autem criminibus de quibus absolutus est accusatus, non potest accusari, vel actio replicari. Actor, Hoc intellige cum prædicta distinctione.

De Verborum significatione. Cap. CXIX.

Damasus. Ad eorum autem, quæ dicuntur interpretationes, necessarium est scire verborum significationes, & ambiguitatum expositiones. Verborum ambiguitas alia est in legibus, alia in iudicijs, alia in testamentis, & victimis voluntariis, alia vero in contractibus, & alia in stipulationibus. De legum ambiguitate planam est, quod eius est interpretari, cuius & condere. In iudicijs autem alia est ambiguitas in contestatione litis, alia in confessionibus, alia in testimonijs, vel probationibus, alia in sententijs. In contestationibus ambiguitas petitionis interpretanda est pro actore. Ambiguitas responsionis contra reum. Nam circa litem exordium plus creditur actori, quam reo. Si autem in confessione est ambiguitas, debet vergetur confitens, vt certum confiteatur, sic autem accipiat, quod magis expedit aduersario. Circa probationum proprietates, contra actorem præsumitur. Semper enim in ambiguis testimonijs dictis, reus absoluitur: nec enim testes post publicationem reuersari possunt, vt dictum suum interpretentur. Sed hoc tamen possunt incontinenti scilicet post publicationem. Sic itaque quo ad initium pro actore, quo ad finem pro reo præsumitur, quo ad media vero pro vtroque. Post sententiam autem, iudicis est interpretari. Sed distinguitur inter ordinarius, & delegatus, delegatus enim eodem die tantum interpretatur, ordinarius autem etiam potest in executione, & hoc in diffinitiuis, in interlocutorijs enim etiam delegatus potest, immo etiam renouare possit, quod plus est. In testamentis autem, vel victimis voluntariis, scilicet

secundum intentionem proferentis est ambiguitas interpretanda. Distinguendum est tamen, vtrum vsus sit nomine proprio vno pro alio, an nomine appellatio vno pro alio. In primo casu valet quod fit. In secundo non. In contractibus porro distinguere, aut certum sit, quæ consenserit, & tunc valet quod agitur, etiam si vno nomine appellatio sit vsi pro alio, aut certum sit quod non consenserit, & tunc nihil agitur. Aut dubitetur quod consenserit, & tunc distinguo, quoniam aut præsumi potest intentio clientis ex adiacentibus causis, & tunc ad intentionem verba referantur, aut non potest, & tunc ad communem verbi significationem recuratur. Quod si & illa se habet in duas partes subdistinguo, aut enim valet quod dictum est secundum partem intellectum, aut secundum vtramque. In primo casu commodissime id accipitur quod rei gerenda aptius est. In secundo casu contra eum interpretandum est, in cuius sint potestate verba aperti dicere. In stipulationibus autem ambiguitas responsionis pro reo interpretanda est, ex hoc quando nulla ex vtraque parte frus vertitur. Ceterum autem si vertitur, distingo vtrum ex altera, an ex vtraque. Si ex altera verba sunt contra illum interpretanda, sicut dicitur in iuramentis, quæ sunt similiter quasi contractus, siue sit suscipiens, siue proferens verba. Si vero ex vtraque, & circa diuersa dolo compensetur, scilicet vt quæ tenet tenet. Nam contra doli actionem dolo excipitur, sed non replicatur ex eodem de quo agebatur, licet de alio possit etiam si maius esset. Si vero circa idem, & stipulatio fauorabilior est, ad communem verbi significationem recuratur. Porro si fauorabilior non est, locum habet quod prius dictum est, scilicet vt dolo dolo compensetur, & hoc quando de dolo excipientis non constat, nisi per dictum agentis, aliis salua tali distinctione. Hęc de verborum significatione generaliter perstrinxisse sufficiat, neque enim omnia specialia plenè referre nobis possibile est.

De Pœnis Canonis, & Legalibus. Cap. CXX.

EX summa iuris. Pœna est iudicialis retributio pro peccato. Vel aliter. Pœna est satisfactio delicti, quæ a lege, vel ministro legis imponitur. Gratianus. Cau. 23. qd. 2. Pœna nulli est inferenda, nisi per iudicem, vnde licet vir possit uxorem dimittere fornicationis causa, tamen quia separatio pœna est, non licet alicui auctoritate sua dimittere. Quod etiam de pœna homicidij, & de qualibet alia intelligendum est. Ex summa de casibus. Pœnarum alia est canonica, alia legalis. Canonica iterum subdiuiditur, quia alia est spiritualis, alia corporalis, alia pecuniaria. Spiritualis enim quintuplex. Nam alia increpationis, alia interdictionis, vel suspensionis, alia excommunicationis, alia infamiae, alia depositionis. Corporalis pœna similiter quintuplex inuenitur, vna ieiunij, siue abstinentiæ, alia verberationis, alia seruivitij, alia publicationis omnium bonorum, alia exilij. Exilium triplex est, aliud in loco certo, vt cum quis intruditur in monasterium, aliud a loco determinato, vt cũ prohibetur alicui esse in aliquo certo loco, sed fit alibi pro velle suo. Aliud ab omni loco, vt cum interdicitur publice pœnitentibus morari in vno loco, vltra vnum, vel duos dies, & sic peregrinantur per orbem ad tempus. Pecuniaria inferitur aliquando pro iniuria illata personæ, vel loco, aliquando pro illati damni satisfactione, ut pro furto, vel rapina, vel simili. Pœna autem legalis est multiplex. Nam alia est mortis corporalis, vel urbijs, vel detractionis membrorum. Alia depositio, alia proscriptio, vel relegatio, alia exilium, & alia multa. Generaliter iudices possunt punire subditos iuxta quantitatem culparum, & nullus alius. Nam iurisdicctio sine modica coercionem nulla est. Hoc tamen scias, quod pœnas maiores, vt decapitare quantum ad forum seculare, uel deponere quo ad forum ecclesiasticum, non possunt iudices, nisi maiores, qui etiã dicuntur habere merum imperium, vt episcopus in ecclesiasticis, ad ipsum enim pertinent negocia maiora.

De Speciebus pœnarum legalium. Cap. CXXI.

Isidorus in libro Ethy. 5. Octo genera pœnarum in legibus contineri Tullius scribit, scilicet damnationem, vincula, verbera, rationem, ignominiam, exilium, seruivitum, & mortem. Cetera dicta sunt, quia continentur pedes. Peduces sunt laquei, quibus pedes illaqueantur, dicta a pedibus capiendis. Cathenæ autem dicuntur eo, quod capiendū se teneant pluribus nodis. Manices sunt vincula, quibus manus capiuntur, licet & manice tunicarum sint. Nerui vincula, uel cathenæ, quibus pedes, uel ceruices impediuntur. Boia est torques damnatorum, quasi iugum in boue. Verbera dicta, quia cum agitantur actum Speculum Doctrinale.

uerberant. Hinc flagra, & plaga, & flagella, quia cum flatu, & strepitu in corpore sonant. Nam plaga, quasi flaga. Sed plaga, & flagra primæ positionis sunt, flagella autem per diminutionem dicta sunt. Anguilla est, quia in scholis pueri coercentur, quæ vulgo scutica dicitur. Fustes autem pali sunt, quibus pro criminibus iuvenes seruantur, appellati quod præfixi in fossis stent. Scorpio est virga nodosa, uel aculeata, sic dicta quia arcuato uulnere in corpore infigitur. Vngula dicta sunt, eo quod effodiant, hæc & fideiula, quia is rei in aculeo torquentur, ut fides inueniatur. Aculeus autem dictus est, eo quod extendat. Est & laurumia genus supplicij, ad uerberandum aptum, inuentum a Tarquino Superbo, qui tormenta, fustes, metalla, atque exilia prior adinuenit, & ipse prior ex regibus exilium meruit. Talio est similitudo vindictæ, ut taliter quis patiatur, ut fecit. Hoc enim, & natura, & lege est institutum, ut lædentem similis vindicta sequatur. Exilium dictum, quasi extra solum. Nam exil dicitur, qui extra solum est. Vnde postliminij redeuntibus, hoc est de exilio rediendis, qui sunt eiccti iniuria, id est limen patriæ. Diuiditur autem exilium in relegatis, & deportatis. Relegatus est, quem bona sua sequuntur, deportatus quem non sequuntur. Proscriptio exilij, procul damnatio, quasi porro scriptio. Item proscriptio, quasi palam scriptus. Metallum est, ubi exules deputantur ad erudendam uenam, marmoræque secanda in crustis. Seruitus a seruando vocata est, hæc est sola malorum omnium potestrema, quæ liberis omni supplicio grauior est. Nam ubi libertas perijt una, ibi perierunt & omnia. Patibulum autem vulgo furca dicitur, quasi ferens caput. Suspendium enim, & strangulatum eo exanimat. Sed patibuli minor pœna quam crucis. Nam patibulo appensus statim exanimatur. Cruci autem affixus diu cruciatur. Culleum est parricidiale uasculum, ab oculendo, id est claudendo dictum, est autem uter ex corio factus, in quo parricidæ cum Simia, & Gallo, & Serpente inclusi in mare præcipitantur. Omnium autem istarum mortium genus animaduersio nominatur, & dicitur animaduertere, animum uertere, ad puniendum reum.

De Ignominiosa missione, & capitis diminutione. Cap. CXXII.

EX Digesto libro tertio. I. prætoris uerba. De his, qui infamia notantur multa sunt genera missionum. Est honesta, quæ est meritis stipendijs, uel ante ab Imperatore indulgetur. Est causaria, quæ propter ualitudines laboribus militiæ soluitur. Est ignominiosa totiens, quotiens is, qui mittit addit nominatim ignominiam causa mittere. Est & quartum genus missionis, si quis uitandorum numerum causa militiam subisset. Hęc autem missio æstimationem non lædit. Ignominia autem causa missus, neque in urbe, neque alibi ubi Imperator est morari licet. Ibidem quarto libro, Paulus libro undecimo ad edictum. Ciuitatis amissionem fit capitis diminutio, ut in aqua, & ignis interdictione. Qui deficiunt, capite minuuntur. Deficere autem dicuntur, qui ab his quorum sub Imperio sunt deficiunt, & in hostium numerum se conferunt. Sed & hi quos Senatus hostes iudicauit, uel relegati utique, usque adeo, ut ciuitatem amittant. Causa libro quarto ad edictum provinciale. Eas obligationes, quæ naturalem præstationem habere intelliguntur, palam est diminutione capitis non perire, quia civilis ratio naturalia iura corrumpere non potest. Paulus libro secundo ad Sabinum. Capitis diminutionis tria genera sunt. Maxima, media, minima. Tria enim sunt, quæ habemus, libertatem, ciuitatem, familiam. Maxima est, cum hæc tria pariter amittuntur. Media cum ciuitas amittitur, & libertas retinetur. Minima, cum sola familia mutatur, ciuitate, & libertate retentis.

De Iudicijs criminum publicis, secundum leges. Cap. CXXIII.

Vitinius Insti. lib. 3. Publica iudicia dicta sunt, quia cuius ex populo executio eorum plerumque datur. Horum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia. Capitalia quæ ultimo supplicio afficiunt, uel aqua, & ignis interdictione, uel deportatione, uel metallo. Cetera si qua infamiam irrogant, cum dano pecuniario, publica et iudicia sunt, sed non capitalia. Publica autem iudicia hæc sunt. Lex Julia Maiestatis læsæ, in eos, qui scilicet contra Imperatorem, uel Rempublicam aliquid moliti sunt, cuius pœna animæ amissionem sustinet, & memoria rei et post mortem damnatur. Item lex Julia de adulterijs coercendis, quæ non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, Tomus Secundus. 3 sed

fed etiam eos, qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent, quae lex etiam stupri flagitium punit, cum quis sine vi, vel virginem, vel viduam honeste viuentem stuprauerit. Poenam autem eadem lex irrogat peccatoribus, si honesti sunt, publicationem partis dimidia bonorum eorum, si humiles corporis coercionem cum relegatione. Item lex Cornelia de sicariis, quae homicidas vitore ferro persequitur, vel eos qui causa hominem occidendi cum telo ambulat. Telum autem (vt ait Casus) in interpretatione legis duodecim tabularum id appellatur, quod ab arcu mittitur, & quod manu cuiusquam mittitur. vt autem ait Paulus in libro Sententiarum, qui telum pro tuenda salutis causa gerit, non videtur hominis occidendi causa portare. Igitur & lapis, & lignum, & ferrum teli nomine continentur. Dicitur ob hoc, quod in longinquum mittitur, a Graeco telon. Siccata est ferrum occultum. Eadem lege & venefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis, quam susurris magicis homines occidunt, vel mala medicamenta publice vendunt. Item lex Pompeia de parricidiis, secundum quam parricida, nec gladio, nec ignibus, nec alia solenni pena subijcitur. Sed iustus culleo, cum Cane & Gallo Gallinatio, & Vipera, & Symia inter illas ferales angustias comprehensus, secundum quod regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem proicitur, ut omnium elementorum visu viuus carere incipiat, & ei celum superstiti, terra mortuo auferatur. Item lex Cornelia de Falsis, quae penam irrogat ei, qui testamentum, vel aliud instrumentum falsum scripserit, signauerit, testauerit, subiecerit, qui signum adulterinum fecerit, sculpsit, expresserit, sciens dolo malo. Huius legis pena in seruos vltimum supplicium est, in liberos deportatio. Item lex Iulia de vi publica, seu priuata, cuius legis pena in armata vim, id est publicam deportatio. In priuata, id est sine armis, tertiae partis bonorum publicatio. Raptus autem violentus virginis, aut viduae, aut sanctimonialis, tam in ipsos peccatores, quam in illos qui opem flagitio dederunt, capite punitur. Item lex Iulia peculatus, eos punit, qui pecuniam, uel republicam, uel sacram, uel religiosam furati fuerint. Sed & ipsi iudices, si tempore administrationis hoc fecerint, capitali animaduersione puniuntur, ut omnes illi qui ministerium ad hoc illis adhibuerunt, uel qui pecunias ab his subtractas scienter susceperunt. Item lex Flauia de plagiaris, quae interdum capitis penam irrogat, interdum leuiorem. Item lex Iulia de ambitu, & lex Iulia repetundarum, & lex Iulia de annona, & aliae, quae animae quidem amissionem non irrogant. Sed alij penis eos subijciunt, qui earum praecipua neglexerint.

Item De eodem. Cap. CXXVIII.

EX Instrumento iuris. Turpe lucrum ab haeredibus semper extorquetur. Criminum quaedam sunt publica, quaedam extraordinaria. Publica quorum executio cuius de populo plerumque datur. Nam constanti matrimonio, adulterij accusatio non omnibus permittitur: Horum quaedam sunt capitalia, quaedam non: Capitalia sunt, quae caput, uel ciuitatem eximunt. Receptatores latronum eo modo puniendi sunt, ut latrones. Effractores quandoque capite puniuntur, quandoque leuius. Expilatores tanquam atroces fures grauius puniuntur. Qui haereditatem nondum aditam expilauerit, extra ordinem puniuntur. Qui terminos mouent pecuniali pena Laureorum tenentur, quam in publico dare debent, & corporaliter extra ordinem puniuntur. Sacrilegi quandoque bestijs damnantur, quandoque uiui eximuntur, quandoque in furca suspenduntur. Qui mortem sibi consciscunt ante sententiam, eorum bona sisco uenduntur. Crimen haereseos, criminum maiestatis simile est, & iisdem modis punitur, id est omnium bonorum confiscatione, & animae amissione: nisi quod in hoc crimine delicti uenia penitentibus non denegatur. Criminis apostatatus pena est uersari inter homines, & hominum carere suffragijs, bona eorum publicantur, si uiui de eodem crimine a quolibet conuincantur. Mathematici, & similes concremandi sunt, uel uitore gladio prosternendi, uel ferali peste absumendi. Lex Miscella persequitur libertinos, qui dicunt se ingenuos. Crimen falsae monetae flammam deposcit aduersionem. Famosi libelli scriptor, uel publicator capitale in grege sententiam. Incendiarij igne cremantur. Grassatores capite minuuntur. Consiliorum renunciatores, aut uiui eximuntur, aut furca suspenduntur. Qui nondum uiripotentis uirgines corrumpunt, aut furca suspenduntur, aut bestijs obijciuntur, aut in insula deportantur.

Quod non solum opus sed etiam uoluntas, aut consilium, in criminibus sit puniendum. Cap. CXXV.

Causa. 33. de penitent. d. i. Eodem li. 8. Eadem aut seueritate uoluntate sceleris, qua effectum puniri uoluerunt. Eodem lib. 1. ti. de Episcopis, & clericis Imperator Iustinianus. Si quis non dicam rapere, sed tm attentare matrimonij iugendi causa, sacratissimas uirgines ausus fuerit, capitali ferietur sententia. Item ad l. Cornel. de sicariis. Si quis cum telo ambulauerit hominis necandi causa, sicut is qui hominem occiderit, uel cuius dolo factum fuerit commissum, legis Corneliae de sicariis pena coarceatur. Imperator Valerius, & Gratianus. Si quis in tantis necandi piaculum ingressus fuerit, scilicet se capitali supplicio esse puniendum. Imperatores Gratianus, & Valerius. Si forte mulier mortis periculo parasse insidias, uel quolibet alio genere uoluntatem occidendi habuisse inueniat, uel forte maritus eo modo insequitur uxorem, in eadem quaestione ab omni familia non solum mariti, sed etiam uxoris, quae tm tunc temporis domi fuerit, quaerendum est sine cuiusquam defensione. Item in digest. ti. de iniuriis. l. Sed & quaestio. Si quis tam masculum, quam feminam, siue ingenuos, siue libertinos impudicos facere attentauerit, iniuriarum tenetur. Sed & si feru pudicitia attentata sit, iniuria loci habet. Item non solum is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, hoc est qui percussit, uerum etiam ille quoque tenetur, qui dolo fecit, uel qui curauit, ut cui mala pugno percuteretur. Idem apud Laboneum queritur. Si quis pullatus quidem non est, uerum manus leuatae sunt aduersus eum, & saepe territis, quasi uapulaturus, non tm percussus, iniuriarum actione tenetur. Ibidem ti. de extraordinariis criminibus. Sollicitatores aliarum nuptiarum, itemque matrimonij interpellatores, & si effectu sceleris potiri non possunt, propter uoluntatem perniciosae libidinis extra ordinem puniuntur. Qui puero stuprum abducat, uel corrupto comite persuaserit, aut mulierem, aut puellam interpellauerit, quidve impudicitiae gratia fecerit, donum praebuerit, precitue quo is persuadere dedit, perfecto flagitio punitur capite, in perpetuum in insulam deportatur, corrupti comites summo supplicio puniuntur. Sed contra eodem lib. ti. de penis. Cogitationis penam nemo patitur. Gratianus: Cogitatio quidem non meretur penam lege ciuili, cum suis terminis contenta est. Verum quamquam lex minus eum, qui occidendi hominis causa cum telo fuerit inuentus, quam eum qui occiderit puniat. Discernuntur tamen a maleficijs, ea quae de iure effectum desiderant. In his enim, non nisi iudicium animi consideratur. Vnde in digest. ti. de repudiis: Diuortium non est uerum, nisi q animo perpetua obstinatione discessionem facit, ita quaequid calore iracundiae fit, uel dicitur, non aliter ratum est, quam si p seuerantia approbauerit iudicium animi fuisse. Ideoque per eum calorem misso repudio, si in breui reuersa est uxor, nec diuertisse uidetur. Hinc etiam in canonibus: Si quis iratus crimen alicui obiecerit, &c. Ex consilio autem, uel ex facto aliquem teneri. August. probat. Periculose decipiuntur, qui aestimant eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, & non potius eos per quorum consilium, & fraudem, & exhortatione homines extinguunt, &c.

De Penae legalium, & moderatione. Cap. CXXVI.

Ibidem Gratianus: Penae sicut in digestis ti. de penis, legi tur, legum interpretatione mollienda sunt potius, quam nimis exasperanda; atque ideo proprium casum non excedunt. Sed quae de rapto uirginum, uel aduocatis, siue de crimine maiestatis, uel de sicariis dicta sunt, fauore religionis, & si dei atque principalis, & odio siccariorum introducta sunt. Iniuriarum uero, non pro earum uarietate, multipliciter quis & reus fieri potest. Varietas itaque criminum uarietatem inducit poenarum. Vnde in digestis ti. de penis. Aut facta puniuntur, ut furta, & desque. Aut dicta, ut conuicia. Et in fide aduocationis aut scripta, ut falsa charta, & famosi libelli. Aut consilia, ut conuinationes. Aut conscientia latronum, quousque alios suadendo monuisse sceleris est instar. Sed haec quatuor genera consideranda sunt 7. modis. Causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu. Causa ut in uerberibus, quae impunita sunt a magistro illata, uel a parente, quoniam emendationis animo, non iniuriae gratia uidentur adhiberi, puniuntur, cum quis ab extraneo per iram pulsatur. Persona dupliciter spectatur, Eius qui fecit, & eius qui passus est. Aliter enim puniuntur ex eisdem facinoribus ferui, quam liberi, & aliter qui in Dominum, parentem uel ausus est, quam qui in extraneum, & qui in ma-

In magistrum, quam qui in priuatum. In huius rei consideratione, etatis quoque ratio habeatur. Locus facit, ut idem, uel sursum, uel sacrilegium sit, & capite luendum, uel minore supplicio. Tempus discernit, & emanforem & effractorem, furem uel diurnum, uel nocturnum. Qualitate factum uel actum, uel leuius est, uel furta manifesta non manifestis discerni solent, rixa & crassatior, expilationes factis, uel uolentia. Quantitas discernit furem de abigeo, nam qui suum unum furripuerit, ut fur coarcebitur, quae gregem, ut abigeus. Euentus spectatur, ut & demeritissimum quaeque facta, quamquam lex minus eum qui occidendi hominis causa cum telo fuerit inuentus, quam eum qui occiderit puniat. Et ideo apud Graecos exilio uoluntario fortuiti casus luebantur.

De Tentanda iuris canonici seueritate. Cap. CXXVII.

Causa. 1. quaest. 7. Canonicae quoque rigor disciplinae quandoque relaxatur ex dispensatione misericordiae. Multorum enim crimina sunt damabilia, quae tamen ecclesia tolerat, pro tempore, pro persona, intuitu pietatis, uel necessitatis, uel utilitatis, & pro euentu rei. Pro tempore, sicut Gelasius, qui cum necessitate temporis uideret, Italianam ecclesiam, propter belli, famisque incurfionem, serere omni clericorum officio destitutam, adeo ut plerisque populis subsidia regendorum deessent animarum, concessit de monachis, uel laicis clericos assumi. Similiter ex dispensatione in Niceno concilio statutum est, de Nouatianis, uel ad ecclesiam redeuntibus ordinetur. Pro persona sicut beatus Grego. scribens Ianuario episcopo ait. Tanta nequitia ad aures nostras de tua senectute peruenit, ut eam nisi humanitas ad huc pensarem, fixa iam maledictione fererem. Et quidem poenae fuerat in te sententia iaculanda. Sed quonia simplicitate tuam, cum senectute nouimus, interim taceamus. Pietatis intuitu, sicut de illiteratis, & corpore uiciatis Gelasius ait. Si qui, uel propria uoluntate, uel temeritate, uel incuria praesidentium tales sunt, nihil ultra promotionis accipiant, satique habeant, hoc sibi pro nimia miseratione concessum. Necessitatis intuitu, sicut Hyacinthus Papa, qui cum de quodam episcopo, praeter notitiam, uel consensum Metropolitanorum ordinato loqueretur, ne in utroque graue scandalum fieret, ait in epistola sua. Quoniam quicquid ab alterutra parte est iudicatum, omni uidentur peruenire consensum, temporum necessitate per se, hac ratione decernimus ad ueniam pertinere quod gestum est, ut deinceps nullus praeter notitiam, uel consensum Metropolitanorum ordinetur Antistes. Item Innocentius Papa. Quotiens a populis, aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem uindictam non potest, multum solet transire, priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, & de reliquo maxima sollicitudine praecauenda. Item in epistola Cyrilli ad Ianuarium presbyterum, & Archimandritam. Dispensationes rerum nonnunquam cogunt parum quidem a debito rigore quosdam foras exire, ut magis aliquid iugesciant. Sicut enim hi, qui mare nauigant tempestate uigente, nauis que periclitant, & anxii quaedam exonerant, ut cetera salua permancant, ita & nos, cum non habemus saluandorum omnium negotiorum penitus certitudinem, despiciamus ex his quaedam ne cunctorum patiamur dispendia. Utilitatis intuitu, sicut in Meldensi concilio prohibetur de filijs uirginum, per vim raptorum, & sic ad coniugium raptorum applicatarum. Tali coniugio generati, ecclesiasticis ordinibus non applicantur, nisi forte illos, aut maxima ecclesiae utilitas, uel necessitas possulet, uel euident meritorum praerogatiua commendet. Pro euentu etiam rei quaedam in ecclesia tolerantur, sicut Leo Papa ait in decretis suis, de laicis subito contra decreta canonum ordinatis episcopis. Illos quorum proeuetio hoc tantum reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad episcopale officium electi sunt suum locum tenere permittimus, non praeducantur Apostolicae sedis ratibus, quia remissio peccati, non dat licentiam delinquendi. Gratianus. Ecce quibus de causis quaedam in ecclesijs tolerantur, quae eisdem cessantibus pia seueritate uindictantur, Gelasius Papa. Aliquando enim pro necessitate ecclesiae mutantur, & laxantur praecipua canonica.

De His qui excusant aliquos, a poena. Cap. CXXVIII.

EX summa de ca. Sunt autem multa, quae excusant a poena, uidelicet mentis alienatio. Talia enim quae sunt alienata mente impunita sunt. Dicitur autem homo alienatus mentis tripliciter, scilicet per furorem, seu mentis perturbationem. Hoc modo uidetur August. excusare Loth, de Speculum Doctrinale.

eo quod filias suas uoluit prostituere, ut uiros hospites liberaaret. Item per furorem, item per ebrietatem, & hoc intelligas si ex toto sunt alienatae mentis, ita quod in nullo sunt compotes sui, & nihil intelligunt, alias excusarentur non a toto, sed a tanto, tamen si fuerint liberati, omnibus esse penitentia imponenda, sed leuior, quam si sani tale quid commisissent. Hoc autem sit ad cautelam, & ne disciplina ecclesiae deferatur. Item excusat a culpa, & a poena coactio, a toto si fuerit absoluta, a tanto si fuerit conditionalis. Item excusat deceptio, si forte aliquis deceptus per fraudem, uel dolum alterius, uel per errorem facti probabilem, fecit non faciendum. Fallit hoc in his, quae sunt contra articulos fidei praecipua, uel prohibitiones domini, siue quorum obseruantia non est salua, & de tali ignorantia dicitur: Si quis ignorat ignorabitur. Quandoque tamen excusat in istis ignorantia, non a toto, sed a tanto, scilicet cum non fuerit affectata, sed inuincibilis. Item multitudo non excusat aliquem in delictis, sicut nec consuetudo; nec aliqui diuturnitas temporis. Releuat tamen multitudo a poena temporalis in duobus casibus, scilicet cum multitudo est in culpa, uel cum delinquens habet sociam multitudinem. Item quandoque excusat aetas, uel a toto, si est infans non doli capax. Aliae uero aetates aliquando attenuant ipsa peccata, & poenas debitas pro peccatis, secundum uarietatem ipsarum aetatum: & eorum quae geruntur. Item iocandi, uel certandi facilitas. Praeter haec autem nota in summa, quae sunt consideranda in aggrauatione, uel attenuatione poenae, & etiam in aliquibus omnimoda excusatione.

An Aliquis puniendus sit sine culpa. Cap. CXXIX.

Causa prima quaestio quarta. Queritur, an patrum criminum huic deputetur, quod ex ignorante constat admissum. Quod ignorantia hinc excusat, multorum auctoritatibus probatur. Ait enim Augustinus. Nullius crimen maculat nescientem: Item quis locus innocentiae relinquatur, si alienum crimen maculat nescientem. Item ex concilio Tolet. quarto. Iudaei baptizati si postea praeruaricent in Christum, qualibet poena damnati extiterint, a rebus eorum fideles filios suos excludi non oportebit, quia scriptum est: Filii non portabunt iniquitatem patris. Econtra Dominus ad Moysen: Ego sum Deus Zelotes, qui uisito peccata Patrum in filios, usque ad tertiam, & quartam generationem, licet non in aequalitate iudicij, sed magnitudine clementiae. Item paruulos Sodomitarum non excusauit ignorantia, quin pro paterno scelere caelesti igne consumerentur. Sed hoc igne poena illis diminuta est, quibus successio paterni sceleris est adempta. Pariter autem monstratum est peccatis parentum paruulos aliquando corporaliter flagellari. Illud idem & intelligendum est de paruulis, qui peccato Dathan, & Abiron uiui descendunt ad inferos. Item Cham peccante Chanaan filius eius maledicitur. Gyezi delinquente, lepra transmittitur ad posteros. Iudaei clamantibus, Sanguis eius super nos, & super filios nostros, reliquiae eorum poenae mortis Christi additae sunt. Nobis quoque peccante, posteri eius regni solium amiserunt, & qui de eius semine in regno Iudae nati sunt, usque ad purgationem lahem ipsius familiae, a genealogia Domini sunt exclusi. Odium quoque Esau transiit ad Idumeos. Quibus omnibus colligitur, quod ignorantia peccati, non excusat aliquem. Sed his exceptis non probantur teneri peccatis aliorum, nisi imitatores nequitiae eorum. Ex summa decre. Poena quidem aeterna non puniuntur pro alio, sed anima quae peccauerit, ipsa morietur. Hoc autem fallit in peccato originali, quod ideo est (vt ait Augustinus) quia vnus erat cum illo, & in illo, a quo traxit, quando quod contraxit admissum est. Poena autem spiritali, que est excommunicatio, nunquam debet puniri vnus pro alio. Poena uero spiritali, quae dicitur interdictum, saepe puniuntur familia, ciuitas, uel etiam tota prouincia pro peccato domini, & hoc propter magnitudinem peccati, & quia aliter non potest compelli ad satisfactionem. Aliquando etiam remouetur filius ab ordine, uel beneficio propter symoniam a patre, uel etiam alio in sua promotione, & ipse ignorante commissam. Poena etiam infamiae puniuntur filii pro patre in crimine laesae maiestatis. Et omnes illegitimae nati pro peccatis parentum suorum repelluntur a promotione. Poena quoque corporali, & pecuniaria puniuntur vnus pro alio. Nam pro peccato Achor plebs Israelitica in manus hostium tradita est. Item pro peccato Sodomitarum paruuli caelesti igne consumpti sunt. Et infinita exempla possunt super hoc inueniri. Amplius pro peccato hominum, etiam bruta, & insensata leguntur punita, & maledicta a Domino, quod non fit participatione peccati, sed causa sacramenti, uel detestatione peccati, uel flagello delinquentium. Tomus Secundus. S 4 tium.



titum. Item nota sex casus, in quibus aliquis punitur quotidie li- cite ac iuste sine culpa, sed non sine causa. Vnde verus: Pau- pertas, odium, fauor, & vitium, scelus, ordo; Personas spoliant, & loca iure suo. Propter paupertatem ecclesia, quae consuevit habere episcopum, perdit ipsum. Propter odium civium con- tractum, ex eo quod occiderunt duos episcopos proprios succes- sive, vel forte ex alia simili causa, ita enormi, perdit ipsa ecclesia ius suum. Item propter fauorem Constantinopolitanae civitatis, quam Constantinus constituit, quasi novam Romam transferes se ad illam, fuit datus ecclesiae Constantinopol. primus locus post Romanam, & amisit eum Alexandria. Propter vitium le- pra remouetur praetatus ab administratione ecclesiae. Debent tamen iuxta facultates sibi necessariae, quando vixerit, ministra- ri. Propter scelus patris, vel domini spoliatur familia commu- nione, & pro peccato Monachi, vel Monachae, pro quo retrudi- tur in aliud cauius monasterium, perdit primum monasterium, res, quos illius personae occasione fuerit consecutum. Propter ordinem sacerdotij domino seruis aufertur,

De ordine paenarum, & mensura. Cap. CXXX.

IN summa vero nota: quod siue iudex puniat, siue absoluat, semper debet facere propter correctionem. Item si semel punitus est aliquis sufficienter pro aliquo crimine, non debet pro eodem alia poena infligi. Item cum clericus punitur pro contumacia, debet poena incipere ab excommunicatione mino- ri. Deinde crescente contumacia debet anathematizari, dein- de deponi. Vbi vero punitur pro crimine, & crimen exigit, de- bet primo deponi, & non ultra, si est corrigibilis. Si vero est in- corrigibilis, post depositionem debet excommunicari minori excommunicatione, deinde crescente contumacia anathematizari. Si hoc non prodest, exinde per secularem compellendus est potestatem, ita quod ita ei deputetur exilium, vel alia poena le- gitima inferatur. Iste est ordinarius processus, nisi crimen esset adeo enorme, quod non sufficeret vna poena, tunc enim imponen- tur simul duae, vel plures. Vnde multoties pro eadem culpa im- ponitur multiplex poena simul, in eodem iudicio, sed omnes ille accipiuntur pro vna. Sed in diuersis iudicijs non licet his in id- ipsum iudicare. Verum autem iudex possit poenam commutare. Respon. Crimine probato, si certa reperitur poena in iure, illa infligenda est, non mollior, nec durior, alioquin iudex infamis fit. Quod si plures poenae taxatae sunt, tunc arbitrio iudicis pe- na relicta, debet illam imponere, quae magis timetur, extra vt li- non conest. quoniam. Si vero poena certa statuta non est, sed iudici committitur, debet aequitate seruata, semper in humano- rem partem declinare, vt de transac. ex parte. Ex summa fratris V. Nota, quod tam milites, quam personae ecclesiasticae emendas quas leuant secundum legitimas consuetudines, & iudicia regionis retinere possunt, & in suos vsus expendere, nec pec- cant quando in hac parte subest causa, & seruat iuris ordo, nec est corrupta intentio, scilicet vt propter zelum iustitiae hoc faciant, non propter cupiditatem, alijs peccarent. Nec oblat, q- poena excedit damnum in magna quantitate quandoque, quia p- cae huiusmodi non solum propter interesse, sed propter coer- cenda crimina statuta sunt, tamen temperatae sunt pensatis cir- cunstantijs negociorum & personarum, quia culpa est tota perse- qui culpam, & iudicij sine misericordia fiet illi &c. Vnde non sunt laxanda habere maxime militibus in hac parte, in concilio animarum, quia freno indigent quo ad hoc, securus tamen esset huiusmodi emendas, in pios vsus erogare. Haec de iudicijs, actionibus, & appellationibus, & poenis haecenus dixisse suf- ficiant.

LIBER NONVS.

De Criminibus. Cap. I.



CRIMINIBUS. DICTO de iudicijs crimi- num, secundum vtrunq-ue forum, nunc etiam de criminibus, tam ec- clesiasticis, quam secularibus, siue legalibus est aliquid subiungendum. Ildorus in libro Ethym. 5. Crimen a carendo nomen habet, vt furtum, falsitas, & cetera quae non occidunt, sed insaniant. Facinus dictum est, a faciendo malum, eo quod noceat alteri. Flagitium autem a flagitando corruptelam libidinis, quia noceat sibi. Vis

est virtus potestatis, perquam causa, siue res, vel aufertur, vel extorquetur. Vis priuata est, si quis ante iudicium armatis hominibus quenquam a suo deiecerit, vel expugnauerit. Vis publica est, si quis ciuem aut populum, vel iudicem, vel re- gem appellansem necauerit, aut torserit, siue verberauerit, vel vixerit. Dolus est mentis calliditas ab eo, quod deludat, aliud enim agit, aliud simulat. Apud comicos iniuria est, qua au- det aliquis contra ordinem iuris. Seditio dicitur dissensio ci- uium, quod seorsum alij ad alios eunt, nam hi maxime turba- tione rerum, & tumultu gaudent. Sacrilegium proprie est sa- crarum rerum furtum, & in idolorum cultu hest hoc no- men. Adulterium est illius alieni coniugij, quod quia alterius thorum commaculauit, adulterij nomen accepit. Stuprum rap- tus proprie est illicitus coitus, a corrumpendo dictus. Vnde & qui rapta potitur, stupro fruatur. Parricidium quidem actio, non solum in eo dabatur qui parentem, id est, qui patrem, vel ma- trem interemisset, sed & in eum, qui fratrem deciderat. Et di- ctum est parricidium, quasi parentis cedes. Furtum est rei alic- nae clandestina contractio, a furto, id est fisco vocatum, quia in obscuro fit. Pervasio est rei alienae manifesta praesumptio, & est earum rerum quae transferuntur, & eorum quae immobilia sunt. Inclinatione est negatio debitae rei, cum a creditore deposci- tur. Idem & abiuratio, id est rei creditae abnegatio. Peculatus iudicium in eos datur, qui fraudem rerario faciunt, pecuniamq- publicam interuertunt. Non autem iudicatur furtum respici- bilis, sicut rei priuatae: nam ille sic iudicatur, vt sacrilegus, quia fur est sacerdotum. Incestus iudicium in virgines sacras, & propinquas sanguine constitutum est, qui enim talibus miscen- tur, incesti, id est incesti habentur. Maiestatis reatu tenentur hi qui regiam maiestatem laeserunt. Piaculum dictum est, pro eo quod expiari potest. Actor. Haec sunt crimina in lege conscripta, cetera dicuntur ecclesiastica. Ex summa fratris V. Rodonensis. Nam crimina ecclesiastica sunt quorum exami- natio, siue cognitio, & sententia pertinet ad ecclesiasticum iudi- cem, vt Symonia, Haeresis, Apostasia. Sacrilegium, peritium, votorum transgressio, & similia. Sicut secularia appellantur cri- mina, quorum cognitio pertinet ad iudicem secularem, vt homi- cidium, furtum, & similia.

De Crimine Symoniae. Cap. II.

EX summa iuris. Igitur inter omnia, de Symonia nobis est differendum, quoniam inter ecclesiastica crimina, primis tenet locum. Symonia igitur est studiosa, id est ad actum exteriorum progressuum cupiditas, emendi, vel vendendi aliquid spirituale. In hac quidem diffinitione apponitur studiosa, ad ex- cludendam voluntatem, quae signis exterioribus non declarat, & ob hoc ab ecclesia non punitur, quoniam eius probatio non ha- beretur. Sunt tamen quaedam quibus non punitur quis, vt symo- niacus, etiam voluntate declarata, sicut illa, quae sunt symoniaca tantum, quia prohibita. Ex summa de ca. Item videtur q- sola intentio, vel voluntas, etiam non studiosa, seu declarata, fa- ciat symoniacum, sicut & vitium. vt in Lue. Date mutuum, nihil inde sperantes. Itaque distinguo, quod quaedam sunt pro- hibita, quia symoniaca, vt vendere, uel emere sacramenta. In istis sufficit sola voluntas. Quaedam sunt symoniaca, quia prohibita, scilicet quae per constitutionem ecclesiae tantum sunt symoniaca, ut cum quis renunciat ecclesiae illa conditione, vel pacto, ut detur nepoti suo, uel alij, in talibus non sufficit sola voluntas, nisi procedat in actum. Ex summa fratris V. Quaeritur ad quid sufficit sola voluntas in primo casu, & non in secundo, si ad faciendum rerum eodem modo sufficit, ad faciendum rerum in secundo voluntas renunciandi beneficio ad opus nepotis ex pacto. Sed sufficit in primo casu volun- tas ad introducendam irregularitatem, sicut sancitum est hoc extra. eod. mandato. Respondeo. Symonia quandoque large accipitur, vt comprehendat voluntatem emendi, uel uenden- di aliquid spirituale, uel paciscendi super eo, licet non progrediatur ad aliquem actum exteriorum, sicut mechia large appel- latur concupiscentia mulieris. Iuxta illud. Qui uiderit muli- ad concupiscentiam, &c. Quandoque strictius, secundum quod dif- finit eam Cantor Parisien. Symonia est spiritualium accep- tio, uel collectio non gratuita. Quandoque strictissime, secun- dum quod symonia est pactio temporalium, propter spiritualia danda, uel accipienda, uel facienda. Item duplex est actus, scilicet emendi, uel uendendi spiritualia, uel actus renunciandi beneficio ad opus alterius, & actus paciscendi super tali- bus. Dicit ergo, quod in his, quae prohibita sunt, quia symoniaca, sufficit voluntas ad introducendum peccatum, siue stet in finibus

finibus suis, siue progrediatur ad actum emendi, vel vendendi sine etiam paciscendi. Sed non sufficit ad irregularitatem, si non progrediatur ad actum paciscendi. In illis autem, quae sunt symoniaca, quia prohibita, non sufficit ad introducendum pec- catum voluntas renunciandi beneficio, ad opus alterius, etiam si progrediatur ad actum renunciandi, nisi cum hoc etiam pro- grediatur ad actum paciscendi, quia non est peccatum alicui si renunciat beneficio ad opus alterius, dum tamen dignus sit, dum tamen pactum non intercedat,

De Spiritualibus, & annexo spiritualibus. Cap. III.

ACTOR. Non autem oportuit addere, Vel annexum spiritua- li, nam & omne spirituale annexum spirituale est, & ideo symoniacum est illud vendere, uel emere. Specialiter tamen dicitur de iure patronatus, non quod spirituale sit, sed q- annexum spirituale, quia cadit in personam laici, sicut & ius su- nerandi, quod non vt cetera spiritualia, prohibetur tamen ven- di ratione praedicta. Ex summa fratris V. Spirituale quando- que large, quandoque stricte accipitur. Stricte, secundum quod spirituale appellatur illud solum quo habetur spiritus sanctus, vt virtus gratum faciens, vel quo datur, vel sacramenta Ecclesie, vel quo haberi significatur, vt donum prophetiae, & potestas fa- ciendi miracula. Large autem accipitur, secundum quod com- prehendit praedicta non solum quatuor, sed ea, quae sequuntur ex sacramento, vt ius percipiendi decimas, & oblationes, quod sequitur ex sacramento ordinis. Et etiam illud, quod antecedit ad spirituale, ut ius patronatus, quod antecedit ad praesen- tationem personae ad aliquam Ecclesiam, vel praebendam. Et etiam omnis res sacra instituta ad celebrationem, sacramento- rum, & omnis res officiorum diuinorum, vt calix, &c. Similiter annexum spirituale quandoque stricte sumitur, ut appellatur il- lud solum, quod est in illo, qui habet sacramentum ordinis, ut ius percipiendi decimas, & oblationes. Quandoque large, ut co- prehendat illud, quod & antecedit ad aliquod ius spirituale, ut ius patronatus, quod antecedit ad praesentationem, ut dictum est. Dic ergo, quod ius patronatus non est spirituale stricte sumpto vocabulo, nec annexum spirituale, similiter stricte sum- pto vocabulo, quia tale non competit laico. Nam annexum spi- rituali large sumpto vocabulo, bene potest competere laico, ut ius patronatus, sed ius percipiendi decimas, vel oblationes, non competit ei, sed illi soli, qui habet ordinem Ecclesiasticum, uel ei qui habet auctoritatem clericis talia percipiendi, sicut sunt quidam regulares, & templarii, & similes. Item nota, quod spi- ritualia quaedam sunt imprecabilia, & de iure, & de facto, ut fides, spes, charitas, & ceterae virtutes, & spiritus sanctus, & dona eius, scilicet doni prophetiae, & potestas faciendi miracula. Quaedam autem sunt imprecabilia de iure, sed non de facto, vt sacramenta Ecclesiae, quia reuera de iure vendi non possunt, licet de facto quandoque uendantur. Ex summa de ca. Item nomine emptionis, & venditionis intelligitur omnem contractum non gratuitum, praeter contractum permutationis. De qua sic tenens, quia permutatio dignitatum, vel aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, non potest fieri auctoritate partium, absque periculo symoniae, sicut nec transactio. Episcopus tamen si cau- sam inspexerit necessariam, potest ex officio suo transferre p- nas, & facere permutationem. Quantum ad proprietatem au- tem potest fieri permutatio Ecclesiasticum, & aliorum beneficiorum, dum tamen fiat auctoritate superioris, & nullum tempo- rale interueniat, nisi forte altera abundaree multum in redditu- bus temporalibus, alia parum, quia tunc minus abundans pos- set refundere alteri certam pecuniae quantitatem, ita quod te- porale pro temporalis daretur, vt contractus nullo modo misce- rentur. Item nota quod sicut spiritualia non debent uendi uel emi, ita nec redimi, super ab illo, qui ius habet percipiendi. A- lias enim non possunt redimi, de manu laici, scilicet eas iniuste detinentis. Nec uero possunt aliquo dato, vel recepto, vel promisso possideri, nec super eis transigi. Vnde dicitur, quod ante electionem nulla cautio, siue pacto peti potest, & si praesta- tur symonia est, quia uidetur facere propter hoc ut eligatur. Idem est, si promittatur ante electionem se iuraturum post electionem, sed post electionem bene potest. A superiore uero po- test peti honesta cautio, & ante & post electionem. Dicitur autem symonia a Symone mago, primo in nouo testamento huius sceleris auctore, qui uoluit emere gratiam spiritus sancti a Sancto Petro, sicut Gyezi in ueteri testamento uoluit uendere gratiam sanitatis Naaman Syro. Vnde proprie uen- ditor spiritualium dicitur Gyezi, & Gyezi: emptor ue- ro Symoniacus, a Symone, vlti tamen uterque symoniacus di- citur.

De illa specie Symoniae, qua per munus a manu committitur. Cap. IIII.

COMMITTITUR autem symonia tribus modis, quia triplex est species muneris. Munus a manu pecunia est. Munus ab obsequio est seruitus indebite impensa. Munus a lin- gua fauor. Porro sunt casus in quibus licite pro spiritualibus aliquid datur. Munus a manu potest dari in quinque casibus. Primus si gratis offeratur. Si autem dubitetur utrum gratis, vel ex pactione, uel corrupta uoluntate datum sit, tria maxime sunt attendenda scilicet dantis, & recipientis qualitas, uidelicet an a paupere diuiti, uel econuerso, siue a diuite locupleti. Muneris quantitas si magni, uel minoris praegri res data existat. Et donationis tempus, an scilicet iustante necessitate, seu alio tempore conferatur, & secundum hoc est habenda praesum- ptio, uel pro, uel contra. Secundus casus est pro operibus spiri- tualibus, ad quae non tenetur ex officio. Tertius est pro operi- bus spiritualibus debitis, puta cum consecrat Episcopus Eccle- siam, uel uisitat Episcopatum, potest exigere procuracionem moderatam. Quartus pro uita aeterna, & peccatorum remissio- ne, ut elemosynae. Quintus pro redimenda vexatione, quae si- bi sit iniuste super iure spirituali. Ex summa fratris V. Nota q- haec praepositio, pro, quandoque notat appreciationem, seu com- mutationem, & secundum hoc nunquam concedendum est, q- temporale detur, pro spirituali, uel econuerso. Quandoque no- tat causam efficientem, quandoque finalem. Quando ergo ali- quis cum recipit sacramentum aliquod, conferenti dat aliquod temporale. Et dicitur, iste dedit denarium pro sacramento, vel aliud. Si haec praepositio, pro, notat appreciationem falsa est, si autem notat causam finalem, ut sit sensus, Ipse dedit denarium pro sacramento, id est propter uenerationem sacramenti, siue p- pter uenerandum sacramentum, licite potest hoc fieri, & conce- di. Similiter si notet causam efficientem, ut sit sensus, Dedit p- sacramento id est pro deuotione quam habuit ad sacramentum, licite potest fieri. Porro cum dicitur, q- pro operibus spirituali- bus aliquid temporale datur, haec praepositio, pro, notat causam efficientem large, ut sub efficiente comprehendatur causa ad- ministrandi, scilicet causa sine qua non possunt commode op- era spiritualia impendi. Vt si diceretur, Iste ministrat sacerdoti librum, & calicem pro celebranda missa, haec dicitio, pro, non no- minaret appreciationem, sed potius administrationem. Sed cur Episcopo datur procuratio, pro consecratione Ecclesiae, & non pro clericis ordinandis similiter datur, cum sit utrobique illi labor? Respondeo, Episcopus potest ordinare clericum, & debet in sua Ecclesia, & facile potest habere expensas in domo sua, in qua habet victualia, sed illa victualia non potest commode ferre secum ad alienam Ecclesiam, unde necesse est ei de victua- libus prouideri alibi, cum aliam consecrat, aut uisitat Ecclesiam. Item cum datur temporale pro uita aeterna, & peccati remis- sione, quare non est hic symonia, cum nihil sit spirituale. Respondeo hic, quoniam elemosynae dantur Deo in pauperibus, cum quo, quia dominus est, nulla committi potest symonia, si- cut committitur cum praetatis, qui non sunt domini, sed disp- satores sacramentorum, & aliorum spiritualium. Proterea uita aeterna, & remissio poenae peccati cadit sub merito, & proponi- tur nobis uenale a Deo ex pacto, vt ematur a nobis moereta Dei, quae est affectus, & opera charitatis. Sed non sic est de spi- ritualibus, quae conferuntur per ministris Ecclesiae. Sed nec cor- poralis elemosyna est praecium uitae aeternae, in quantum est res corporalis, nec in quantum datum, sed in quantum fructus, id est in quantum procedit ex affectu charitatis.

Item De eodem. Cap. V.

EXTRA. 5. de symonia. Alexander. 3. Archiepiscopo strigou. In hoc quod P. presbyter cardina. ap. se. legatus, pro ele- ctione tua, & ut palium tibi traderet ad partes illas pro ac- cessit, & frater tuus eius praesciens necessitatem, equum unum te ignorante transmisit. quoniam per mare ueniens nullas, uel paucas secum equitaturas adduxit, te nullo modo timere oportet, cum in accipiendis, & dandis muneribus, tria sint maxime attendenda, personae scilicet dantis, & accipientis qualitas, & quantitas muneris, & donationis tempus. Qualitas personarum, ut a quo & cui uidelicet an a paupere diuiti, an econuerso, si- ue a diuite locupleti datum fuerit, Estimatio muneris, & dona- tionis, siue magni uel maioris pretii res data existat, & an in- stante necessitate siue alio tempore conferatur. Si igitur praedi- ctorum card. & fratris tui personam, & qualitatem pensamus, non fuit magnum ab eodem fratre tuo card. unum equum tra- mittere.

mitti, quem etiam ioculatori non petenti vir tantus, & tam abundans forte donaret, verum etiam si temporis necessitatem perpendimus, non alia intentione hoc conflat factum fuisse, quam ut cardinali subueniretur, in articulo prenotato, & infra. Quod autem scriptum est. Beatus qui exciuit manus suas ab omni munere, de illis donis dictum est, quæ accipientis animi allicere, vel irretire, alias euertere solent, quoniam si ipsa etiã electi persona offerat ordinatori, vel consecratori suo electuarium, ut de optimo vino, siue de aliis huiusmodi, quæ modici præcij fuerint, & quæ voluntatem recipientis inclinare, vel mouere non debeant, non tamen Ecclesia Romana in interpretari consuevit accipientem in his delinquere, nec donantem.

De illa qua per obsequium corporale. Cap. VI.

EX summa de ea. In munere ab obsequio distingue, quia aut corporale est, aut spirituale. In primo casu si obsequium est honestum, potest pro eo spirituale dari, ut si eat Romam pro Ecclesia, vel seruiat alicui Episcopo, vel Ecclesie in licitis, & honestis, dum tamen sine passione. Si inhonestum, non potest. Ex summa fratris V. Obicitur, quia cum huiusmodi corporale obsequium honestum sit precabile, & possit ex pacto propter illud recipi pecunia, ergo de eo idem est in dicendum, quod de pecunia. Sed si daretur pecunia pro habendo beneficio, esset symonia etiam sine pacto, ergo & hic. Respondeo. Dicunt quidam quod datur præbenda principaliter pro Deo, & secundo pro seruitio licito, ut sit finis sub fine. Sed contra non possunt hic ordinari intentiones, quia si dicatur, quod Episcopus dat præbendam, propter remunerationem seruitii, & remunerat seruitium propter Deum. Prima intentio illicita est, & primus finis, scilicet dare spirituale pro temporali seruitio. Propter hoc dicitur alii, quod cum dicitur. Ille dat præbendam pro seruitio licito, hæc præpositio, pro, non notat causam finalem, sed excitatiuam. Sed eadem ratione possem dare pecuniam Episcopo, ut pecunia non esset precium, sed excitatio Episcopi ad dandam præbendam. Respondeo. Huiusmodi obsequium non debet esse excitatiuum ad dandam præbendam, sed ad cognoscendam merita præstantis obsequium, quibus cognitis danda est præbenda pro ipsi, non pro ipso seruitio. Quia sicut dixit Cantor Parisiensis, Curia prælatorum probatoria sunt clericorum. Pecunia autem si daretur Episcopo ab aliquo, non propter hoc aliquid eius meritum aut fidelitas probaretur, sicut probatur per obsequium honestum.

De illa qua per obsequium spirituale missarum. Cap. VII.

EX summa de ea. Si autem est obsequium spirituale, non debet quis facere pro beneficio, vel alio sibi dando, nisi cum tale obsequium sit in ipso beneficiario, ut quando alicui præbenda est impositum hoc onus, ut quicumque habuerit cantet quotidie. Ex summa fratris V. Pone quod iste sacerdos debeat celebrare maiorem missam, alius minorem. Sed ex causa cum dicunt ad inuicem, quod iste celebrabit pro isto, & ille pro illo, nunquid est licitum, cum tamen hic præstetur obsequium spirituale pro spirituali? Respondeo. Licitum est ex causa. Et cum dicitur, Ille impendit obsequium spirituale, pro alio spirituali, si pro, non notat causam finalem, & appreciationem, sed administrationem, eo quod iste non possit cantare loco alterius, nisi ille cantaret loco ipsius, cum duas missas cantare non debeat. Item si sacerdos tenetur ex officio ad hanc missam, vel exequias, vel simile, propter hoc exigere aliquid symoniacum est. Si uero non tenetur, & desint ei sumptus, potest locare operas suas, vel ad diem, vel ad annum, sicut faciunt conductitii sacerdotum. Si autem habet sumptus, & tamen non tenetur ad hoc, aut debet cantare gratis, aut cessare, alias uideretur facere ex avaritia. Et licet forte non esset symonia, cum nemo tenetur cum suis stipendiis militare, tamen turpe lucrum est, vel ad minus habet speciem mali. Celebrata tamen una missa, qui celebrat secundum pro pecunia, vel hominum adulatione, peccat mortaliter. Quidam dicunt, quod cum sacerdos talis intendat locare, vel uendere laborem suum, non ipsum officium vel sacramentum, licitum est, alias non habet. Ego credo, quod non in talibus locum habeat conductio, vel locatio, cum etiam lex secularis non dixerit esse locationem, vel conductionem, quoniam mensuris agrorum aliquid recipit a Dominis eorum pro eis mensurandis, sed quod datur appellauit honorarium, unde ibi dicitur. Non credidit veteres, inter tales personas locationem, & conductionem esse, sed magis opera beneficii loco præberi. Die ergo, quod sacerdos siue indigeat siue non, potest ei dari pecunia

nia in sumptus ipsius sacerdotis, non in munera sacerdotii, id est officii sacerdotalis, quod impendit, sicut dicit Hiero. q. 10. panes, crustula, & vas mellis, si data fuerint propheta: magis in sumptus prophetæ, quam in munera prophetæ reputanda sunt. Cum ergo sacerdos recipit pecuniam pro officio Ecclesiæ ad tempus, si pro, non notat causam finalem, siue causam administrationem, non appreciationem ipsius sacramenti, vel officii, quod impendit, uel laboris quo laborat in ipso officio, quia Deo coniunctus est officio, qui nec vendi, nec locari potest, sic nec ipsam officium. Quod autem dicuntur conductitii, male sonat istud uerbum, potius possunt uocari, vel vicarii, vel subditarii. Et credo quod in omni casu debet cantare gratis, quia siue datur ei pecunia pro sumptibus, siue datur ei sumptus in domo illius, quem inuit in officio Ecclesiæ ad firmam, de qua reddit certam pensionem, & residuum prouentuum retinet, pro sumptibus ex pacto, gratis tamen impendere debet officium, & quod datur ei gratis debet dari, sicut dicit B. Augustin. quod Apostoli gratis panem accipiebant ab illis, quibus gratiam prædicationem impendebant. Est quidem, ut dicit turpe lucrum, si ex avaritia fiat, si autem in sumptus recipiat, ut dictum est, non est turpe etiam si sit diuites. Quod autem, qui secundum pro pecunia celebrat, ut dictum est, peccat mortaliter. Idem credo de prima, si pro, notat appreciationem, uel primam causam motiuam. Extra. de symo. Alex. 3. Mandamus quatenus ipse minister Ecclesiæ exercendo nullatenus pecuniam exigatis.

De illa qua in benedictione nubentium. Cap. VIII.

EXtra. 5. de symo. Inno. 3. in concil. generali. Quidam clerici pro exequiis mortuorum, & benedictione nubentium, & similibus pecuniam exigunt, & extorquent, & si forte eorum cupiditati non fuerit satis factum, impedimenta facta fraudulenter opponunt. Contra quidam laici laudabilem consuetudinem erga sanctam Ecclesiam pia deuotione introductam, ex feruore hæreticæ præiudicis nituntur infringere, sub prætextu canonicæ pietatis, qua propter super his præuasis exactiones fieri prohibemus, & pias consuetudines præcipimus obseruari, statuentes ut libere offerant Ecclesiæ sacramenta, sed per Episcopum loci, ueritate cognita, compescantur, qui malitiose nituntur laudabilem consuetudinem immutare. Ex summa fratris V. Sacerdos, qui facit sibi caueri, uel satisfieri de hoc, quod in talibus solet dari, uel qui exigit talia ante impensum officium, uel etiam post, si extorqueat per uolentiam, aut exigat iure actionis, uocando eum in ius, & ille qui opponit impedimenta ficticia, aut etiam uera, dum tamen ad extorquendum hoc faciat, symoniacus est. In huiusmodi tamen symoniis credo simplicem Episcopum posse dispensare, cum peccante.

De illa qua in exequiis defunctorum. Cap. IX.

EX summa de ea. Item de processionibus quas faciunt conuentuales Ecclesiæ, & alie in exequiis defunctorum, data uel promissa sibi certa pecunia quantitate, alias non facturi. Ad hoc dico saluo meliori iudicio, si non fecerint super hoc statutum, idem quod supra. Si uero factum est statutum, quod quicumque reliquerit conuentui, 10. habeat processionem, nec tenebatur alias ad hoc, non est symonia, dum tamen intenderint hoc habere ratione laboris tantum. Si autem statutum factum est per hæc uerba, uel æquipolentia, quod nulli fiat processio, nisi reliquerit, non ualet statutum, quia remouet officium pietatis. Ex summa fratris V. Nota quod ait bene laboris, quem scilicet sustinent eundo, & redeundo ad exequas, pro quo labore, eo quod non omnino coniunctus est officio exequiarum, sed separatus, potest dari pecunia, & accipi sine periculo symoniæ secundum quosdam, sicut non est symonia, si canonicus secularis, uel clericus vadat ad Ecclesiam pro habendis denariis horariis, uel annuariis, quia tale ire non est spirituale, ut dicitur, dum tamen non faciat officium pro illis denariis, quia hoc esset symonia. Sed quid si nullum sit statutum factum, licet ne dare pecuniam conuentui, uel recipere pro huiusmodi exequiis, aut pro interesse extremæ unctionis? Item quid de illis, qui dant redditus, aut recipiunt propter faciendam annuariam. Item quid de illis, qui dant redditus sacerdotibus diuitibus, uel pauperibus pro faciendo annuali, uel triennario, uel annuariario, uel pro celebranda missa de Spiritu sancto uel alia, uel qui dant donum clericis pro dicendis psalteriis in exequiis mortuorum, uel qui dant elemosinas pauperibus ut orent pro eis, cum talis oratio sit spiritualis, & huiusmodi elemosina sit res corporalis. Respondeo in omnibus huiusmodi casibus

casibus dare, uel accipere temporale pro spirituali symoniacum est, siue datur pro sacramento, siue pro officio, siue pro oratione, siue pro labore huiusmodi officii, uel orationis, secundum quod præpositio, pro, notat appreciationem. Sed si notat causam motiuam non primam, uel primam, uel principalem, sed remotam, & occasionalem, licitum est, unde si quis dat pecuniam collegio alicui pro generanda deuotione, & dilectione in ipso collegio, ut ex illa deuotione exaudiat in sua petitione, qua petit, quod fratres intersint exequiis mortui, uel extremæ unctioni morientis, & illi hoc faciant ex dilectione, uel deuotione in eis, taliter generata, aut pro deuotione ipsius dantis, licitum est sic dare, & sic accipere temporale pro spirituali, secundum quod si pro, notat causam motiuam remotam, non propinquam, propinqua autem causa est dilectio, uel deuotio generata ex dato, aliis forsitan non generanda. Nec est simile si obicitur, quod eadem ratione possum dare pecuniam Episcopo, ut me diligat, & ex dilectione me beneficiet, uel ordinet. Et hoc ideo, quia dilectio qua Episcopus diligit aliquem, licet sit etiam spiritualis, non est causa propter quam debeant talia conferri, sed & potius attendi debet meritum, & dignitas personæ, sed bene est causa sufficiens huiusmodi dilectioni, contra etiam diligitur peccator spiritualiter, ut debeat orari pro eo, & etiam in hoc concordat dominus, ubi dicit. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut recipiant uos, & id est ut orent pro uobis recipiendis, pecunia tamen pro huiusmodi amicitia acquirenda, qua spiritualis est, non est pensanda a dante, & accipiente, ut datum, sed ut fructus. Secundum quod dicit Apostolus, Non quaero datum, sed fructum, quasi non attendo principaliter pecuniam datam, sed charitatem, & deuotionem, uel pietatem, ex qua datur, propter quam solam elemosina fructus facit. Eodem modo respondendum est ad omnes quaestiones superpropositas. De illis etiam, qui officiant Ecclesiæ pro denariis horariis, uel annuariis, die, quod si pro, non denotat appreciationem, uel causam primam motiuam, uel finalem illicitum est. Si autem causam adminicularem, licitum est, ut talia recipiant in sumptus officiantium, non in precium officiorum.

De illa qua per preces committitur. Cap. X.

EX summa de ea. In munere a lingua, distinguitur ab H. & multis alijs. Aut eligitur, uel ordinatur quis suis precibus, uel alienis. In primo casu, quantumcumque sit dignus, est symonia. In secundo, aut illæ preces sunt carnales, aut spirituales. Si carnales, & pro indigno, symonia est: tunc enim preces succedunt loco precij. Si uero carnales pro digno non committitur symonia, dum modo ordinatur, uel elector non habeat respectum ad preces, sed ad Deum & merita personæ. Alij sunt qui dissentiant in primo articulo, dicentes, quod licite potest quis petere pro se, exemplo Petri dicentis Domino. Ecce nos reliquimus omnia &c. Et ego diligendo, saluo meliori iudicio, quod non potest pro se petere ecclesiam, uel dignitatem, uel aliud beneficium habens curam animarum annexam. Beneficium uero simplex, si indiget, & sentit se dignum, potest petere, si uero non indiget, peccat si petat. Ex summa fratris V. Quod ait: Non potest pro se petere, hæc opinio uidetur dura, & multoties contrarium sit, unde credo, quod beneficium habens curam animarum annexam, potest aliquid petere pro se, si dignus sit, exemplo Esaiæ, qui dicit: Ecce ego, mitte me. Item quod ait: Si non indiget, hoc iterum durum est, & credo, quod ex quo quis promouetur ad sacros ordines, cum huiusmodi ordinatio titulum ecclesiasticum requirit, potest petere beneficium ecclesiasticum, licet abun det in temporalibus, & inra quæ magister inducit ad probandum contrarium, loquuntur secundum statum primitiue ecclesiæ, quando exiles redditis erant, & distribuatur de facultatibus ecclesiæ, prout cuique opus erat. Ex summa de casibus. Quid de illis qui dicunt in capitulis. Canonizemus nepotulos nostros, placeat tibi de meo, & mihi placebit de tuo, si quæ paciscuntur, uel ita. Si tu fuisti exauditus in una petitione, ego debeo exaudiri in alia. Item alius dicit. Nunquam me uiuente fiet canonicus in ecclesia, nisi & ille pro quo ego rogaui. Respondeo, in primo & ultimo casu committitur symonia, quia dicit canon. Ab omni pacto. In secundo casu, si preces sint spirituales, non est symonia. Omnes enim qui in una ecclesia uni domino famulantur, pari debent libertate gaudere. Si uero sunt carnales, uel ex pacto quodam facto, uel nunc faciendo symonia. Causa 1. q. 1. Grego. Oportet ergo, ut nec dono, nec gratia, neque alioquin supplicatione, aliquos ad sacros ordines audeat quis promouere, nisi eum quem uita, & actionis qualitas, ad hoc dignum esse monstrauerit. Gratianus. Non itaque quorumlibet precibus or-

inationes factæ falsæ dijudicantur. Sed hæc demum, quæ precibus ordinandi, uel eius amici non spirituali, sed carnali affectu potestis sunt, cum alias futuræ non essent, quas non caritas interueniens, sed ambitio supplicans extorquet. Causa 8. q. 2. Quod autem patrocinia amicorum in electione conualescere non debeant, auctoritate beati Gregorij Papæ probatur, qui in 3. lib. Registri scripsit dicens Antonio subdiacono. Illud quidem præ omnibus tibi curæ sit, ut in hac electione, nec datio quibuscumque modis interueniat premiorum, nec quarumlibet personarum patrocinia conualescant. Nam si quorundam patrocinio quisque fuerit electus, uoluntatibus eorum cum fuerit ordinatus, reuerentia exigente, obedire compellitur. Sicque fit ut res illius Ecclesiæ misuratur, & ordo Ecclesiasticus non seruetur.

De illa propria qua committitur in ordinatis. Cap. XI.

EX summa de ea. Symoniacæ dicitur ordinatio, alia ex parte ordinatoris, alia ex parte ordinandi tantum, alia ex parte utriusque alia ex neutrius parte, scilicet cum utroque ignorante amicus ordinandi dat, uel promittit aliquid consiliario Episcopi. Quaritur utrum consuetudines circa procurandos conuentus post receptionem, uel circa exactiones, uel extorfiones quas plerique faciunt in consecrationibus Episcoporum, benedictionibus abbatum, & ordinibus clericorum dicentes tantum est dandum scriptori, portario, & huiusmodi, inducant symoniam? Solutio. Si talia exacta, uel extorta persoluntur, symoniaci, & qui receperint, & qui dederint cum Giez, & Symone condemnantur, nulla consuetudine obstant. Si uero electus, uel ordinatus, seu alius pro eis non exactus, sed gratis offerat, dicunt quidam, quod si sit ex passione præcedente, est symonia alias non. Alii, & melius distinguunt, utrum principaliter propter illud, an non, ita quod & alias esset daturus: in primo casu est symonia, in secundo, non. Ex summa fratris V. Pone, quod aliquis dignus ordinari, dat exactus, uel non exactus iamtori, ut permittat eum intrare ad Episcopatum, ad petendos ordines, uel abbas ad petendum confirmationem suæ electionis, nunquid est symoniacus? Respondeo, quod si non dat corrupta intentione, scilicet ut per intercessionem illorum quibus datur, consecratur, quod intendit. Similiter credo, quod si abbas, uel alius det aliquid familiæ Episcopi, ne uideatur auarus, & ut magis placeat, & facilius habeat accessum ad Episcopum, aut ut de largitate laudetur, non est symonia.

De eodem. Cap. XII.

Causa 1. quæstio. c. Grego. 7. Ordinationes, quæ interueniente precio, uel precibus, uel obsequio alicuius personæ ea intentione impendunt, uel quæ non communi consensu clericorum, uel populi, secundum canonicas sanctiones sunt, & ab his ad quos consecratio pertinet non comprobantur, falsas esse indicamus, quoniam qui taliter ordinantur, non per hostium, id est per Christum intrant, sed ut ipsa ueritas testatur, fures sunt, & latrones. Item Grego. Vniuersis Episcopis per Eledam prouinciam constitutis. Cum quem precio quis ordinat, prouehendo agit, ut hæreticus fiat. Ideoque hortamur, ut uestrum nullus denno hoc fieri patiatur. Ibidem quaestione. 2. Itē Grego. in Registro. Sicut Episcopum non decet manum, quam imponit uendere, ita minister, uel notarius, non debet in ordinationem eius, uocem suam, uel calamum uenundare. Is autē, qui ordinatus fuerit, si non ex pacto, neque exactus, ac petitus, post acceptas chartas, & pallium, offerre aliquid cuiuslibet ex clerico, gratiæ tantummodo causa uoluerit, hoc accipi nullo modo prohibemur, quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione processit. Ex summa de casibus. Debet tamen quilibet in huiusmodi non solum a malo, sed ab omni specie mali, secundum Apostolum, abstinere. Nam licet ordinatus, uel ordinandus, eligendus, uel electus, non detur intentione corrupta, tamen ratione temporis, ut si in ipsa collatione, uel parum ante, uel parum post, uel, ratione loci, uel personæ uel rei quæ datur surgit, uel pro, uel contra. Extra. de symo. Alexan. 3. Cum ad ordinem sacerdotij non alter noluisse eum eius Arch. præsentare, nisi sex solidos, solueret eidem, & sic ordinem ipsum per eum præsentatus accepit, si hoc publicum non fuerit, sed secretum, ipsum sacerdotem secreta conuenias, monens sine ulla coactione, ut ordinem alicuius religionis assumat, & ab officio perpetuo abstinere, quod illicite acquisiuit, alioquin non erit tutum, cum sit secretus eius excessus, ipsum inuitum ab eodem officio coercere, cui tam secretam penitentiam, secundum quod tibi uisum fuerit, iniungere non possonas. Lucius. 3. Cum quidam, licet per quandam speciem symoniæ utpote



ypote illis ignorantibus, symoniace ordinantur, possunt ( quia symoniaci non sunt ) in ordinibus remanere. Inno. 3. Cum. D. lator presentium, vellet in subdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet, quendam presbyterum exquirat, ut ipse ad Ecclesiam suam titulum presentaret, quod cum ille facere recusaret, ipse illi firmiter compromisit, quod nunquam in ecclesia sua aliquam partem daret, & sic ad presentationem ipsius extitit ordinatus, nec se in hoc egisse illicitum aliquid intellexit. Respondeo, quod nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatum, nec ad superiores ascendere, nec in suscepto debet ordine ministrare. Greg. 9. Si quis ordinaverit, vel ad ordinem presentaverit aliquem, promissionem vel iuramentum ab illo recipiens, quod super promissione non quietaret eundem, ordinator a collatione, presentator vero ab executione ordinis, per triennium, & ordinatur ab ordine sic suscepto, donec dispensationem super hoc per sedem apo. obtinere meruerit, nouerint se suspensos.

De Ordinatione Symoniaca. Cap. XIII.

EX summa de casibus. Pone, quod scit aliquis Episcopum suum symoniacum, vult ordinari, petit ab eo executionem recipiendi ordines ab alio, non vult dare, immo precipit, quod recipiat ordines ab eo, quid faciat. Dico, quod non debet recipere ab eo, si scit eum symoniacum in ordine, cum enim ille non habeat executionem, non possit isti dare, & potius debet se permittere excommunicari, quam recipiat ordines ab eo. Quid si ignorabat eum esse symoniacum, cum tamen esset. Dico, quod quantumcumque sit occultum, & iste ignoret, non recipit executionem, & indiget dispensatione, & hoc in detestationem criminis, Secus est de coacto, Nam ille recipit executionem, & est ratio, quia magis constat de voluntate coacti, quam ignorantis. Hoc tamen intelligas de conditionaliter coacto, nam absolute coactus non recipere characterem. Ita sentiunt maiores de eius effectu Io. & alii plerique, cum quibus ego. Nam tamen intelligit totum de ordinatis ab hereticis. Quidam tamen dicunt, quod si non possunt probare per testes eum symoniacum, debeo recipere ordines ab eo, si mihi precipit, licet sciam eum symoniacum, sed non possum exequi sine dispensatione, dicunt quidam Papae, alii cuiuslibet superioris, quae in secreto erit petenda, ne Episcopus infametur, Hoc de symoniaco in ordine, se cus de alio secundum distinctionem supra positam. Quid si creditur propter relationem aliquorum eum symoniacum? Respondeo, Non debet credere: verum tamen durante credulitate, non debet ab illo recipere ordinem, sed debet deponere errorem. In ordine tamen suscepto ab eo, cum nihil de ipso audierat potest ministrare. Ex summa fratris. V. Ideo vero ordinandus a symoniaco non recipit executionem, quia ordinator suspensus est quo ad se, & quo ad alios. Sed nunquid est suspensus quo ad iurisdictionem, sicut & quo ad ordinem executionem est, ita quod non possit excommunicare, vel suspendere? Respondeo, Cum poenae non sint extendendae potius dicendum est, quod non est suspensus talis, quo ad ea, quae sunt iurisdictionis, sed quo ad ea, quae sunt ordinis per symoniam obtenti. Quod autem dicit Secus est de coacto. Ego credo, quod nec ignorans, nec coactus recipit executionem. In hoc tamen est differentia, quod si alius dispensatur cum coacto, quam cum ignorante.

De illa, qua in consecrationibus & in rebus sacris. Cap. XIII.

EXtra, 5. ubi supra. Alex. 3. in concil. Lateranen. Horribile nimis pro Episcopis, siue abbatibus, siue quibuscumque personis Ecclesiasticis ponendis in sedem, siue introducendis presbyteris in Ecclesiam, necnon & pro sepulturis, & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, seu aliis sacramentis aliquid requiratur. Ne igitur haec de cetero fiant, districtius prohibemus. Si quis autem contra hoc. venire praesumpserit, portionem cum Gyezi se noverit habiturum. Idem. Nihil pro consecratione ecclesiarum potes, vel debes praeter purificationem exigere. Idem. Pro sepultura quoque, vel chrismatis, vel olei perceptione, nulla precii exactio attentetur, nec sub obtentu cuiusquam consuetudinis, reatum suum quis taceat, quia diuturnitas temporis non diminuit peccata, sed auget. Inno. 3. in concil. generali. In plerisque locis sunt exactiones, & extorsiones turpes, & pravae, in consecrationibus Episcoporum, & benedictionibus abbatum, & ordinibus clericorum. Est quoque taxatum quantum sit illi vel isti, quantumve alteri vel alij persolendum. Tantum igitur volentes abolere abusus, consue tudinem huiusmodi, quae magis dicenda est corruptela, penitus

reprobamus, &c. Idem. Cantuarjen. Archiepiscopo. Cum quidam suscipere tui pro chrismate certam consueverunt recipere quantitatem, non merentes poenam canonicam, tempus facie de solutionis anticipant, recipientes in media Quadragesima, quod consuere post Pascha, & ut recipiendi causam distimulent, nomen denariorum variant, quos prius Chrimales, secundo Paschales dicebant, consuetudinem media Quadragesimae nuncupantes, & infra. Cum vero expressius venditionis specie exprimat, qui prius recipit precium, quam rem conferat pro christo, & gratis sit gratia conferenda. Man. quat. eos a tam illicita exactione compescas. Causa. r. q. i. ex concil. Tiburt. Pro per eptione Chrimatis nummos dari, similiter pro baptismo, & comunione, haec esse symoniaca haeresis, detestata est synodus, & anathematizavit, & vt de cetero. nec pro ordinatione, nec pro chrismate, vel balsamo, vel baptismo, vel sepultura, vel communionem quocumque exigant, statuit. Sed gratis dona Christi gratuita dispensatione dantur. Ex summa de casibus. Pro spiritualibus aut corporalibus aliquid dare, puta calice, ornamentis, & similibus, dicunt quidam, quod non est symonia, nisi inueniatur prohibitum, ut in ecclesia, in cremeterio, & chrismate, vel oleo benedicto. Ex sum. fratris. V. Large dicuntur haec spiritualia, pro eo que consecrata, & deputata sunt, ad hoc quod in eis exerceatur diuina. Nota, quod calix consecratus bene potest vendi ecclesiae ab ecclesia, in eadem forma, priuato autem non potest vendi, nisi conflatus nec panis benedictus, nec aqua benedicta, cum per eius asperersionem dimittantur venialia, vendi debet. Quid si ta cerdos paruulum in periculo mortis constitutum baptizare nollit, nisi data pecunia, poterit ne dari et sine periculo symoniae in tali necessitate? Respondeo Credo, quod in hoc casu laicus, siue vir, siue mulier, potest huiusmodi paruulum baptizare. Si autem non habeat aqua, aut huiusmodi, laicus formam uerborum ignoret, potius debet dare pecuniam sacerdoti, non intentione emendi ab eo sacramentum, sed potius intentione remouendi ipsius furiam, quam huiusmodi paruulum sic perire dimittere. Secus autem credo dicendum de aliis sacramentis, & benedictione nuptiali, & talibus, ubi res capit dilationem, & potest deponi symonia contra huiusmodi sacerdotem coram superiore. Item. In contractu uero matrimonii non datur temporale pro ipso sacramento, sed pro onere matrimonii sustinendo datur dos rite.

De illa, qua in rebus Ecclesiasticis spirituali annexis. Cap. VIX.

Causa. r. q. 3. Paschalis Papa. Si quis autem obiecerit non consecrationem se emere, sed res quae ex consecratione proueniunt, penitus desipere probatur. Nam cum corporalis Ecclesia, aut Episcopus, aut abbas, aut tale aliquid sine rebus corporalibus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore corporaliter uiuit, quisquis eorum alterum vendit, sine quo nec alterum prouenit, neutrum inueniendum dereliquit. Urbanus Papa. Donum Dei est Spiritus sanctus, & donum Dei est res ipsi ecclesiae oblata, & si bene animaduertis Symon Magus, qui ad fidem sicte accessit, non Spiritum sanctum, quo ipse erat indignus, quia scriptum est, Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum, sed donum eius emere uoluit, vt ex venditione signorum, quae per eum fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Quisquis igitur res ecclesiasticas, quae Dei dona, a Deo fidelibus, & a fidelibus Deo donantur, quaeque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis donari debent, propter sua lucra uendit, uel emit, cum eodena Symone donum Dei possideri pecunia existimat. Ideoque, qui eas non ad hoc ad quod instituta sunt, sed ad propria lucra munere lingua, uel indebiti obsequii, uel pecuniae largitur, uel adipiscitur, symoniacus est. Alioquin cur sancta synodus Calcedonensis. 600. & 30 episcoporum procuratorem, uel defensorem ecclesiae, uel quemquam regulae subiectum a Deo per pecuniam ordinari prohibet, ita ut interuentores quoque tanti sceleris anathematizat, nisi quod eosdem symoniacos iudicet. In nomine siquidem procuratoris, intelligit praefata synodus quemlibet ecclesiasticum rerum amministratorum, ut uerbigratia, praepositum, oconomum, uicedominum Defensoris nomine aduocatum, siue castaldum, & iudicem. In subiecto uero regulae Archiepiscoporum, Archidiaconum, Diaconum, Canonicum, Monachum, uel quemlibet ecclesiastico officio mancipatum. Item. Gregorius. 7. Peruenit ad nos fama sinistra, quod quidam Episcoporum, non sacerdotibus propriis dyacensis decimas, atque Christianorum oblationes conferant, sed potius laicis personis, militum uidelicet, siue seruitorum, uel quod grauius est, consanguineis. Vnde amodo, si quis Episcopus inuenitus fuerit huius diuini praepcepti transgressor

gressor, inter maximos hereticos, & antichristos non minimus habeatur. Et sicut Nicena synodus de symoniacis censuit, & quae dat episcopos, & quae recipiunt ab eo laici, siue precio, siue beneficio, aeterni incendij ignibus deputentur. Item Paschalis. 3. Altare & decimas per pecuniam dare, spiritum sanctum uendende symoniacam heresim esse, nullum fidelium ignorat.

De illa, qua in electionibus. Cap. XVI.

Causa. r. q. i. Quia uero per electionem uenit ad consecrationem premia largitur, ac si consecratione munera dedit. Vnde Symachus papa scribit Cesario episcopo. Si quis autem episcopatum desiderat, data pecunia potentes personas minime suffragatrices sibi adhibeat, nec ad decretum sibi faciendum clericos, uel ciues ad subscribendum, adhibito cuiuslibet generis timore compellat, uel pro premijs quibuslibet exhortetur. Item Greg. papa, Si agio episcopo angustentur. Sicut is qui inuitatus uenit, quosquis restitit, sacris altaribus est admodum. Sic qui uult ambire, uel importunum se ingerit, est proculdubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altaria, quod aliud agit nisi vt crescedo decrecat, scededo exterius, interi in profundo descendet. Gratia. Si autem pecunia promissa fuerit, uel soluta electio, uel ordinatio penitus ignorat, nec eo modo ad electos peruenerit, uel ordinationem ei nullatenus obesse uel, nec ad reatum criminis cuius conscientiam non habuit. Extra. 5. de syno. Alex. 3. De hoc quod episcopus Oxon. Archidiacon. benedictum, & cuidam clerico ante electionem priorum dicitur promissum, vt uterque consentiret in eundem. Tunc prudentia respondens, quod si manifestum est eundem Archidiaconum, & clericum ob causam illam promissa recepisse. Aut exinde confessi fuerint in iure, uel legitime conuicti, ab altaris ministerio sunt perpetuo deponendi. Si uero tantum publica laborant infamia, eis canonica purgatio debet iudici, si qua uel defecerint tamquam adores tanti sceleris sunt puniendi. Cypellinus. 3. Cum qua tuor essent a capitulo constituti, qui debebant quendam eligere ad plebanum, amici eius, de cuius electione spes habebatur, uel omnes eligentibus promiserunt se pecuniam soluturos, eo tamen ignorante, qui huiusmodi promissione interueniente postmodum est electus, & infra, ubi constaret illos, qui promissum tale fecerunt, per fraudem in dispendium illius, qui eligendus fuerat illi malitiose fecisse, quamuis ipse promissionis conscientis non fuerit, eius tamen electio, tanquam symoniaca praeterea presumpta penitus est reprobanda, & infra. Aliquis in plebanum, seu quemlibet clericum prelatum electus, & ut dictum est, per prauiorem symoniacam reprobatus, ab episcopo suo dispensationem aliquam obtinere de iure non potest. Innocentius 3. abbati Gemblacen. Leodiens. episcopus electionem de te factam noluit confirmare, uerum cum hoc fieri, pro extorquenda pecunia compertisset, sub interminatione anathematis uentus, ne pro facto huiusmodi aliqua pecunia offerretur. Quamuis igitur etiam paruuli, qui cupiditate parentum, ecclesias per pecuniam sunt adepti, eas dimittere teneantur, quia tamen longe diuersum est non prebere assensum, & expressum aliquot prohibere, tibi duximus scribendum. Quoniam ex eo, quod contra uoluntatem & prohibitionem tantam, a qua postmodum minime recessisti, aliquis te penitus ignorante promiserit pecuniam, & exoluit, praesertim cum is tibi sit nulla consanguinitate coniunctus, nihil tibi debet ad poenam, uel ad culpam sicut credimus imputari nisi postea consenserit pecuniam soluendo promissam, aut reddendo solutam. Alioquin contingeret, ut ad alium factum infidias inimico parantis, ei damnosum existeret, cui penitus displiceret, & sic aliquis de fraude sua commodum reportaret. Illos autem, qui dederunt pecuniam, uel qui receperunt tantum constare esse culpabiles, quod si expressus esset ecclesiae manifestus, que non indicat de occultis, pe na essent canonica feriendi. Causa. 8. q. 3. Quod autem symoniacus habendus non sit, qui post electionem pro indennitate ecclesie iuramentum praestat, facile probatur. Aliud est animi ante electionem iuramentum facere, uel se facturum pacisci, ad hoc vt eligatur. Aliud est nulla praecedenti conuentione post electionem huiusmodi iuramentum conferre. Illud ab officio tanquam minus impensum rejicit, hoc autem consecrando nullum impedimentum generat.

De illa, qua in uadendis vexationibus. Cap. XVII.

EX summa de ca. Si aliquis laico nullum ius habenti in electione, sed malitiose impediendi, causa det aliquid, vt cesset a tali impedimento, uideatur quod non sit symonia. Dedit enim, vt redimeret vexationem suam, credo tamen sy-

moniam commissam, quod nondum erat ei ius acquisitum. Ex summa fratris. V. hoc uerum est, quando aliquis eligendus dat huiusmodi personae aliquid, ne impediatur electionem de ipso faciendam. Si autem manifestum esset, quod ille impediens nullum ius haberet in electione, & post electionem factam se opponeret, ne confirmaretur, instaretque electus, allegans id solum, quod eius assensu fuit electus, posset tunc redimere vexationem suam, sicut magister hic innuit. Sed & si ante electionem aliquis, de quo constaret nullum habere in electione ius, impediret electionem faciendam simpliciter, id est ne fieret aliqua electio, posset capitulum redimere vexationem suam. Si autem impediret, non ne omnino fieret electio, sed ne de isto fieret electio, uel de illo, forte capitulum tunc nihil posset dare impediendi, sicut nec ille cuius electio impediretur. Extra. 5. de syno. Lucius 3. Cum fuisses ad ecclesiam tuam regimen, de uoluntate maioris partis fratrum electus, paucis tibi contradicentibus. Quidam amicus tuus de conscientia tua, & uoluntate turbata ei, qui magister discordiae uidebatur, certae quantitatis munus exoluit, & sic contradicentis conuenit. Respondemus, quod multum tibi consulis si administratione celeriter, ac sponte dimittas, illius uerbi memor. Quid prodest homini si uisuerum mundum lucretur, animam uero suam detrimentum patiat. Ex summa fratris V. Quid si aliquis iniuste interdictus, uel suspensus ab officio, & beneficio, uel iniuste excommunicatus, debet aliquid pro restitutione officij, uel beneficij, uel communionis, nunquid est symoniacus? Respondeo. Notauit Hu. quod non est symonia ex parte dantis, sed ex parte recipientis tantum, quia dans nullum ius acquirit, sed dat, ut acquisitum retineat. Cum autem aliquis iniuste est interdictus, suspensus, uel excommunicatus, si dat aliquid pro sua restitutione, symonia est ex utraque parte: Verius credo, quod symonia committitur in utroque casu, & qui iniuste est interdictus, uel suspensus, uel excommunicatus est, deponat quaerimoniam coram superiore, Quid si ecclesia mea, uel praebenda, me remoto, alij fuerit assignata, nunquid est symonia, si precio eam redimo, & recuperem? Respon. Credo quod sic, siue iniuste amotus fuero, & alius institutus, siue iniuste, sicut dictum est in casu superiori.

De illa, qua in beneficijs. Cap. XVIII.

Causa prima quaestio. secunda, ca. sicut episcopum. Gratianus. Auctoritate Bonifacij patenter ostenditur, quia si cut nullus precio est inuitandus ad conuersionem, ita nulli pecuniae interuentu, ecclesiae largiri oportet ingressum. Item Hiero. ad Damasum Papam. Qui bonis parentum, & operibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto committunt, & per abusionem talium iudicium sibi manducant & bibunt. Item Prosper. de contemplatiua uita, ca. 10. Pastor ecclesiae his, quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, quandoquidem nihil aliud sit habentibus dare, quam perdere. De clericis quidem dicit Spiritus sanctus, Peccata populi mei comedunt. Sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta quibus indigere uidentur accipiunt, ita possessores, non alimenta quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt. Idem, Non est meum dicere quale peccatum, cibos pauperum praesumendo suscipiant, qui ecclesiam, quam inuare de proprijs facultatibus debuerunt, suis expensis insuper grauant, perfectior est ille, qui se mundi rebus expoliat, aut qui cum nihil habuerit, nec habere desiderat, quam ille qui ex multis, quae possidet ecclesiae aliquid praestiterit, ac se de eo quod praestiterit forsitan iactat. Quae 3. Multorum auctoritatibus luce clarius constat, quod ab ingressuris monasterium non licet pecuniam exigere, ne & ille qui exigit, & ille qui soluit, symoniae crimen incurrat. Ibidem quaest. 3. Alexan. Papa. Sicut per columbarum uenditores illi denotantur, qui sacramentis impositionem uendere conantur, sic per numularios ecclesiastici beneficij uenditores designantur, qui domum Dei, teste Euangelio, speluncam latronum efficiunt. Itaque firmatimus, ut nullus cuiuscunque gradus clericus, pro ecclesiae beneficio audeat aliquid conferre, aut in ecclesiarum fabrica, uel in donarijs ecclesiarum, seu etiam quod pauperibus sit distribuendum. Ibidem quaestio. quinta. Urbanus. Quicumque sine cupiditate parentum, cum adhuc paruuli essent, ecclesias, uel ecclesiarum partes per pecunias adepti sunt, postquam eas omnino dimiserint, si canonicè in eis uiuere noluerint, pro magna misericordia ibidem eos esse concedimus, neque hoc pacto a sacris ordinibus remouemus, si alias digni inueniantur. Gratianus. Vnde patet, quod & si illis ignorantibus symoniae peccatum sit admissum, fructum tamen paterne emptionis reportare non possunt. Quod uero a crimine excusentur hinc patet, quia

quia pro hoc facto a sacris ordinibus non remouentur. Extra de symo. Alexan. 3. G. Cant. Archid. te induxit, ut ei homagium faceret, & fidelitatem praestaret, ita quod ipse beneficium tibi ecclesiasticum annis singulis exhiberet. Vnde quoniam huiusmodi obligatio illicita est, absolui a nobis instantius postulasti, adiciens, quod ab eo deinceps nihil de beneficio acciperes constituto. Quo circa nos tuam petitionem honestam, & fauorabilem attendentes, te a praesati Archidiaconi homagio, & fidelitate absolui, ita quod ab Episcopo vel sacerdote discreto, penitentiam inde condignam recipias. Idem. Man. etiam, quod pro vicariis assignandis, nullatenus pecuniam exigatis.

*De illa, qua in praebendis recipiendis.*  
*Cap. XIX.*

Pecunia, vel possessio symoniacæ accepta, debet restitui illi ecclesiæ in cuius iniuriam data fuit, a quoque etiam accepta fuit. De hoc autem ar. contra. extra c. veniens. vbi restituitur ei qui dedit. Dicunt quidam, quod si restituitur facti fuisse. Alij distinguunt, quibus assentio, quod si remanet in seculo ille, qui dederat pecuniam, non est ei restitutio facienda, sed ecclesiæ, ut supra. Si vero transferat ad religionem, vel de illo monasterio ad aliud, debet restitui pecunia simpliciter, & possessiones (saltem quo ad vtilitatem illi monasterio, quod ingreditur, ut sicut habet onus, habet & emolumentum. Ex summa fratris V. Rodon. Pone quod datur abbati, & toto collegio pecunia pro aliquo monachando, vel canonizando, cui restituitur pecunia sic fuissecepta. Respondeo. Vbi abbas, & totum collegium est in culpa, non debet pecunia remanere poenitentibus istud monasterium, quia illa pecunia se fecit indignum, sed danda est pauperibus per dispensationem superioris. Si vero solus abbas, vel aliquis de collegio non debet tunc delictum personæ reducere in damnum ecclesiæ: vnde pecunia illa siue possessio remanere debet poenitentibus illud monasterium, præsertim cum in eius iniuriam data sit, ita tamen quod illi qui fuerunt in culpa quantum possent fieri alieni essent a commodo illius pecuniæ. Vbi autem aliquis secularis dat pecuniam episcopo pro habendo beneficio, illa debet refundi in vilitatem præbendam, vel ecclesiæ, quam sic emit, ipso amoto ab illo beneficio, nisi forte dedisset illam pecuniam alicui collegio seculari, pro habenda ibi præbenda. In quo casu debet fieri de illa pecunia quod supradictum est de pecunia data abbati, & monachis. Vbi vero dedit pro habendo ordine, si non habebat beneficii ecclesiasticum, pecunia debet cedere illi cathedrali ecclesiæ, in cuius ignominiam data est. Si autem habebat beneficii, ad cuius titulum ordinari gratis debuit, aut si dedit pecuniam pro beneficio obtinendo ab episcopo, vel alio prælato ecclesiastico, cum vtrique ecclesiæ sit facta iniuria, scilicet ecclesiæ illius prælati, & ecclesiæ, vel præbendæ comparatæ, pecunia debet cedere, partim in vtilitatem ecclesiæ, partim in vtilitatem illius.

De Poenitentia Iudaica. Cap. XXXVII.

EX summa de ca. Egimus de his, qui spiritum sanctum per symoniam blasphemant. Nunc de his agamus, qui male colendo Deum inhonorant, ut sunt Iudæi, & Saraceni, & heretici. Iudæi dicuntur, qui legem Moisaicam ad litteram tenent, se circuncidendo, & alia legalia faciendo, dicti Iudæi a nomine dignioris tribus. A tribu Iudæ partriarchæ, qd inter tribus alias belliciosior primum aciem in bellis, & regis priuilegium obtinebat. v. de ea sola tribu crearetur Rex, sicut ex tribu Levi Sacerdotes. Prius autem dicebantur Hebrei ab Heber cuius familia colunt vnius Dei, cæteris idola tria sedatis. Statuit ecclesiæ illos Iudæos, publicis cæditibus deputandos, qui de infidelibus baptizatos subtertere attentauerunt, & similes poenas interdum, & pecuniarias, prout qualitas delicti exposcit. Sæpe statuit ecclesiæ contra tales, illa tamen moderatione adhibita in flagellis, qd statutu eius in vindictam sanguinis transire minime videatur, talis. n. poena indiditæ relinquenda est brachio seculari. Extra 5. de Iudæis, & Sarace. Inno. 3. Et si Iudæos quos propria culpa submisit seruauit, pietas Christiana receperit, & sustineat cohabitationem Speculum Doctrinale.

illorum: ingrati tamen esse non debent nobis, ut reddant Christi anis pro gratia contumeliam, & de familiaritate contemptum. Accepimus qd Iudæi faciunt Christianos puerosum suorum nutrices, & qd non tantum dicere, sed etiam nephandum est cogitare, cum in die Resurrectionis Dominicæ illas recipere corpus & sanguinem Iesu Christi contigerit, per triduum antequam eos lactent, lac effundere faciunt in latinâ. Alia in super quæ fidei nostræ confusione inducunt. & infra. Prohibemus igitur districte, ne de cætero nutrices, vel seruantes habeant Christianos, ne filij liberæ filijs famulentur ancilla, sed tanquam serui a dño reprobati, in cuius mortem nequitur cõ iuratur, se saltem per effectum operis recognoscant, seruos illo rum quos Christi mors liberos, & illos seruos effecit. & infra. Si vero nutrices, & seruantes non dimiserint Christianos, sub excoicationis poena inhibeat districte oibus Christianis, ne cum eis commercium aliqd audeant exercere. Idem in cõ cil. ge. In nonnullis prouincijs a Christianis Iudæos, seu Saracenos habitus distinguit diuersitas, sed in quibusdam inoleuit confusio, ut nulla differentia discernantur. Vnde contingit interdum, qd per errorem Christiani Iudæorum seu Saracenos, & Iudæi seu Saraceni Christianorum mulieribus cõmifcentur. Ne igitur damnatæ commixtionis excessus per velamen erroris hmoi, vltetius excusationis habere possit diffugium, statuimus ut tales vtriusque sexus in omni Christianorum prouincia, & omni tempore, qualitate habitus publice ab alijs populis distinguantur. In diebus autem lamentationis, & dominicæ passionis, publicè minime procedant, eo qd nonnulli ex ipsis, talibus diebus, sicut accepimus, etiam ornatus non erubescunt incedere. A christianis qui sacratissimæ passionis memoriam exhibentes, lamentationis signo prætendant, illud dere non formidant. Et quoniam illius dissimulare non debemus ob proprium, qui probra nostra deleuit, præcipimus præsumptiores huiusmodi per principes seculares animaduersionis condignæ adiectione compesci, ne crucifixum pro nobis aliquatenus blasphemare præsumant.

Qualiter inter Christianos Iudæi colorandi sunt. Cap. XXXVIII.

Alexan. 3. Generaliter interdicitas, ut Iudæi hostia, vel fenestras in die Parasceues apertras non habeant, sed clausa teneant tota die. Iudæus de nouo constituitur synagogas, vbi non habuerunt, pati non debet, verum si antiquæ corruerunt, vel ruinam minantur, ut eas reedificent potest æquanimiter tolerari, non autem ut eas exalcent, aut ampliores, aut præciosiores fiant, quam antea fuisse noscuntur: quia vtrique pro magno debent habere, qd in veteribus synagogis, & in suis obseruantijs tolerantur. Clemens 3. Nullus Iudæos inuitos ad baptismum venire compellat, quippe Christi fidem habere non creditur, qui ad baptismum non spontaneus cogitur peruenire. Nihilominus etiam Christianus, eorum quemlibet sine iudicio terrene potestatis, vel occidere, vel vulnerare, vel suas pecunias eis auferre præsumat, aut bonas quas habentus habuerunt, consuetudines immutare, præsertim in festiuitatum suarum celebratione, quiscquam fustibus aut lapidibus eos nullatenus turbat, nec aliquis ab eis coacta seruitia exigat, nisi qui ipsi tempore præterito facere consueuerunt. Neminem cõmmerterium eorum mutilare, aut inuadere audeat sine obtentu pecuniæ corpora humana effodere. Porro si quis huiusmodi decreti tenore cognito, qd abist, contrarie præsumpserit, honoris & officij sui periculum patiat, aut excoicationis sententia plectatur. Inno. 3. Iudæum, qui manus iniecit in clericum, si tunc iurisdictionis est, poena pecuniaria punias, vel alias, secundum qd conuenit temporali, faciens læso satisfactioem congruam exhiberi. Idem in concil. ge. Cum sit nimis absurdum, ut blasphemis Christi in Christianos vim potestatis exerceat, quod super hoc Toletan. concil. statuit inuocamus prohibentes, ne Iudæi publicis officiis præferantur, quoniam sub hoc prætextu Christianis plurimum sunt in festi. Ex summa de casibus. Item Christiani non in suis infirmitatibus debent vocare Iudæos, nec ab eis accipere medicinas, nec se in eisdem balneis cum eis balneare. Item cogendi sunt sol uere decimas prædiales. Item Iudæi baptismum postulantes, debent 40. diebus in poenitentia, & abstinentia probari. Item cogendi sunt Christianos testes recipere circa se.

De Saracenis. Cap. XXXIX.

Saraceni dicuntur, qui nec nouum, nec vetus recipiunt testamentum, qui non se ab Agar ancilla Abraham, de qua cog Tomus Secundus. T 2 rum



rum fuit origo, Agarenos vocari voluit, sed potius a Sara eius vxore, & libera le Saracenos appellauerunt. Sunt tamen inter Saracenos quidam, qui receperunt 5. libros Moyfi, sed prophetas respulerunt, hi dicuntur Samaritani. Cum Saracenis nobis comedere non licet, nisi in casu, vt infra dicitur, his & armataeque subsidia, quibus impugnare nos valeant mittere prohibemur. Extra 5. de Iudæis, & Sar. Clemens 3. Tuis frater episcopo, petiit omnibus annuentibus, tibi tuisque locis ad prædicandam Christi fidem Paganis hæreticis exhibitis ap. auctoritate concedimus. vt vobis his cibis cum modestia & gratiarum actione, oblectata temporum qualitate, iuxta canonicas sanctiones vt liceat, qui vobis ab ipsi infidelibus apponuntur. Insuper indulgemus, vt quicunque religiosi siue clerici idonei, ad annunciandam gentibus veritatem euangelicam requisita, & habita prælatorum uorum licentia, tibi uoluerint adherere. Id absque contradictione qualibet liberam exequendi habeant auctoritate apostolica, facultatem. Idem. Illos qui iurauerunt se amplius in terram Saracenorum cum mercibus non ituros, nisi pax esset inter Christianos, & ipsos, & post treugam uenerunt illuc. Condicio illa de pace & treuga habenda ab excommunicationis vinculo non absoluit. Idem. Omnes excoicatio non supponimus, qui amplius cum Saracenis mercionium habuerint per se, vel per alios, nauibus, seu quocumque alio ingenio, eis aliqua rerum subsidia, vel consilia, quamdiu inter nos, & illos guerra durauerit, duxerint impedienda. Inno. 3. in concil. general. Anathematizamus falsos, & impios Christianos, qui contra Christum, & populum Christianum Saracenis arma ferrea, & ligamina deferunt galearum, eos & etiam qui galeas eis vendunt, & naues, quique in Pyrrhæicis Saracenoium nauibus, curam gubernationis exercent, vel machinis, vel quibuslibet aliis, aliquod eis impendunt consilium, vel auxilium, in dispendium terræ sanctæ. Ipsosque priuatione rerum suarum multari, & captiuorum seruos fore censemus, præcipiunt, vt per omnes vias maritimas, diebus Dominicis, & festiuitatibus, huiusmodi tententia publice inuocent, & talibus gremiis non aperiatur ecclesiæ, nisi totum quod ex commercio causa damnato perceperint, tantundem de suo in subsidium terræ sanctæ transmitterent æquo iudicio, in quo deliquerunt puniantur, Quod si forte in soluendo non suffecerint, vt alias reatus talium castigetur, quod in pena ipsorum, alijs interdicatione audacia similia perpetrandi.

De Cohabitatione, vel communione fidelium utriusque. Cap. XL.

Idem Alexan. 3. in concil. Lateranen. Iudæi siue Saraceni, ne que sub obtentu aledorum puerorum suorum, neque pro seruitio, vel alia qualibet causa Christiana mancipia in domibus permittantur habere. Excommunicantur autem qui cum eis presumpserint habitare. Sed si qui præterea Deo inspirante ad fidem se conuerterint Christianam, a possessionibus suis nullatenus excluduntur. Inno. 3. in concil. gen. In nonnullis prouinciis a Christianis Iudæos seu Saracenos habitus distinguunt diuersitas. Sed in quibusdam inolenit consensio, vt nulla differentia discernantur. Vnde contingit interdum, quod per errorem Christiani Iudæorum, seu Saracenorum, & Iudæi, & Saraceni Christianorum mulieribus commiscantur. Ne igitur damnatae commixtionis excessus, per velamen erroris huiusmodi vitæ excusationis habere possit diffugiū, statuimus, vt tales utriusque sexus in omni Christianorum prouincia, & omni tempore, & qualitate, habitus publicè ab alijs populis distinguantur. Ex summa de ca. Non debent Christiani comedere cum Iudæis, neque habitare, neque recipere eos ad conuiuia sua, quia per abusionem scripturarum, contemptum ciborum nostrorum, magis fidem nostram impugnant. Similiter nec cū Saraceno, quia Saraceni hodie iudaizant, vnde eadem causa prohibitionis: & idem periculum vtrouique. Excipitur tamen casus, in quo licite possumus vti cibis, qui nobis a Paganis apponuntur, hoc tamen cum modestia, & gratiarum actione seruata, & temporum qualitate, videlicet si contigerit nos, vel aliquos ex nostris in terram eorum intrare ad prædicandum eisdem fidem Christi, & in hoc nisi esset eis didum, quod illud esset idolis immolatum, tunc enim, sicut ait Aug. satius est mori fame, quam vesci idolatice. Quod intelligunt quidam, si vescerentur ad ueneratione idoli. Aliter in summa necessitate famis, posset quis etiam idolatice vesci. Item nullus Iudæo, vel Paganis potest aliquid relinquere in testamento. & si fecerit, etiam post mortem iudicabitur anathema. Ex summa fratris. V. Iura que ad hoc introducuntur, loquuntur de solis clericis, sed magister videtur extendere ad omnes. Credo tamen, quod siue sit

clericus, siue laicus: si daret vel legaret aliud talibus, & maxime consanguineis, non ad ditandum, sed ad succurrendum extremæ, vel inultum arctæ necessitati, non esset puniendus. Ex summa de ca. Item quod licet Christianus non debeat seruire vel cohabitare Iudæo in eadem domo, tamen non prohibetur excolere prædium Iudæorum. Item pone quod Iudæi occupant aliquam parochiam, emendo prædium, & domos, quæ a parochia non solebant inhabitari, nunquid poterit ecclesiæ petere a Iudæis quicquid soluere consueuerant Christiani? Respondeo, se eundem omnes, potest petere decimas prædialia omnes. Et quod occasione prædiorum solebant percipere, etiam oblationes, & decimas personales, extra de deci. de terris, & extra de vsuris. quanto. Quod tamen plerique doctores nolunt concedere quantum ad oblationes, & decimas personales, propter honestatem ecclesiæ conferendam. Ex sum. fratris. V. Potest tamen distingui verum huiusmodi Iudæi aliqui habeant de laboribus, & industrijs suis, & tunc huiusmodi personalia possunt ab eis recipi, aut nil habeant nisi de vsura, & tunc non sit honestum talia ab eis recipi. licet etiam in hoc casu non peccent, qui hoc acciperent vsque ad quantitatem damni quod patitur ecclesiæ, per hoc quia occupant loca, quæ solent a fidelibus inhabitari. Sicut non peccaret aliquis damnificatus a fure, vel raptore per incendium, vel simili modo, si recuperaret ab eo damnum suum, licet fur, aut raptor, nihil haberet quod non esset ex furto, vel rapina acquisitum, dum tamen non reciperet pro damno illo res futuras, vel raptas in specie.

De Atractione eorum ad fidem. Cap. XLI.

Ex summa de casibus. Debent autem, sicut ait Greg. tam Iudæi, quam Saraceni auctoritatibus, rationibus, & blâ dimenitis potius, quam a speritationibus, ad fidem Christianam de nouo suscipiendam prouocari, non autem compelli, quia coacta seruitia non placent. Si tamen coacti conditiona liter, puta per minas, vel rerum suarum ablationem, vel verbera, vel aliam similem coactionem susceperint aliqui sacramentum baptismi, & postea recesserint a nostra fide, compellendi sunt redire, ne nomen domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur. Item potest quis tales a trahere ad fidem promissionibus, & muneribus, & etiâ per grauiorem exactionem, & pensionem faciendam in principio locationis. Ex summa fratris. V. Possessiones Iudæi (cui sint serui) non possident vt proprias, sed vt pecuniam, & ideo possint eis priuari per dominos suos ad libitum, nisi cum conuentantur ad fidem, quia tunc non debent, & hoc in fauorem fidei, nisi eas habeant per vsuram, in quo casu debent eas restituere, aut precium eorum (si de vsura fuerint comparatæ) illis a quibus eas habuerunt, si sciatur, vt eorum hereditibus. Alioquin poterit sic conuerti, tanquam pauperibus per episcopum assignari. Porro nec ad fidem, nec ad religionem credo aliquem trahendum esse per munera danda, propter fidem recipienda, vel ingressum religionis ex pacto. Sed si quis infidelis uellet baptizari, nisi timeret pauperatatem inter Christianos, vel si quis desideraret intrare religionem, si esset solutus a debitis, aut si studuisset per aliquos annos, vt capacior esset ad intelligenda, quæ legerentur in religione, & ab aliquo sciēte eius propositum reciperet pecuniam, vel redditus, quantum ad primum casum, vt liberaretur a debitis, aut vt reciperet expensas in scholis, quantum ad secundum, licitum esset, dum tamen non pro precio rei spiritualis, sed adminiculum tollens diuini impedimenti daretur illud, vel reciperetur.

De Paruulis eorumdem. Cap. XLII.

Sed nunquid possunt auferri eis filij eorum ad baptizandum. Respondeo. Adulti non debent, nisi consenserint seruitio baptizari, nec etiam paruuli per illos, qui non sunt domini eorum, sed si veri nominis serui sunt Iudæi, sicut & sunt, iuxta illud: Maledictus seruus Chanaan, seruus sit fratri suo, credo quod principes quoru sunt serui Iudæi, sicut possunt eis auferre filios paruos, tanquam mancipia sua, & alijs dare, vel vendere in seruitutem etiam inuitis parentibus, ita possent eos offerre ad baptismum, & in hoc mererentur, dum tamen hoc non facerent propter compellendos hoc modo parentes ad fidem, sed propter saluandos pueros per fidei sacramentum, ad cuius susceptionem sufficit, quod non inueniat obicem contrarijs uoluntatis. Sed nunquid huiusmodi nutrices cum balucent paruulos Iudæoru alijs personis, licet illos clericali baptizare. Rñdeo. Credo sine iudicio, quod si in articulo mortis paruulos hoc fecerit, non peccarent, qui hoc facerent,

reit, alijs non licet, & hoc ne aperiatur via ad iniuriam sacramenti per reiterationem, si forte contingat huiusmodi baptizatos conuerti ad fidem in adulta ætate. Item ne huiusmodi filij spirituales per baptismum regenerati, relinquantur expofiti faucibus luporum temporalium. i. Iudæorum, deuorandi. Paruuli talium debeant laborari, in fide & moribus instruantur. Item ne fiat contra iura, quæ dicunt, quod baptizati non debent infidelibus conuerti, aut conuerti, nisi forte in casibus exceptis.

De Seruis eorum, Cap. XLIII.

Extra 5. de Iudæis & Saracenis. Ex concil. Maguntin. Nullum Christianum mancipium Iudæo seruiat, sed daturis 12. sol. pro quolibet bono mancipio, ipsam quicumque Christianorum, seu ad genititatem, seu ad seruitium licentiam habeat redimendi, quia ne phas est quæ Christus redemit, blasphemum Christi seruitus vinculis detinetur. Greg. 9. Nulli Iudæo baptizatum, vel baptizatum uolentem emere liceat, vel in suo seruitio retinere, quod si quem nondum ad fidem conuertit causa mercionij emerit, & postmodum factus sit, vel fieri desideret Christianus, datus pro eo. 12. sol. ab illorum seruitio protinus liberatur. Si autem infra tres menses ipsum uenalem non exposuit, vel ad sibi seruandam emit, eundem, nec ipse vendere, nec alius audeat comparare, sed nullo dato precio producat ad præmium libertatis. Ex summa de casibus. Nota ergo quod seruus Iudæi aut seruaclus, i. de propria ancilla natus. Aut empticus. Sed uenaculus si sit, vel fieri uelit Christianus, eripitur statim in libertatem nullo precio dato. Si uero empticus, aut erat iam Christianus quando fuit emptus, aut Paganus. Si Christianus indistincte liber efficitur nullo precio dato, quia Christiani commercium est Iudæo penitus interdictionem. Similiter etiam ferui hæreticorum impune possunt & domus relinquere, & ad ecclesiam confugere. Si autem sit emptus, dum erat Paganus, aut causa seruitij, aut mercionij, primo casu si uelit Christianus fieri, liber efficitur sine precio, in secundo uero casu, si infra tres menses non exposuerit eum uenalem, postea si fieri uelit Christianus liberatur sine precio, quia præsumitur, quod ad seruandam eum emerit. Si autem exposuerit eum uenalem, infra tres menses, & iste uelit fieri Christianus infra illud spacium, vel etiam post, dum tamen non steterit per dominum, quo minus uendiderit eum infra illud tempus liberatur reddito precio 12. sol. ab aliquo Christiano. Et intellige nisi dominus eum uolentem, cum diceret se uelle fieri Christianum circumcideret, vel alterius sectæ signaculum imprimeret, tunc enim propter iniuriam proprii corporis sine precio liberatur, idem per omnia dicimus de seruis Saracenorum. Sed nunquid erit iste seruus redimendus, non, sed restituitur ei precium, & erit liber: vel si non habet precium quaerat hostiatium, vel seruiat ei aliquanto tempore ad arbitrium boni uiri, vel 5. annis ad instar eius, qui redemptus est ab hostibus, & hoc nisi causa pietatis a Christiano ematur, tunc enim non teneretur aliquid reddere nec seruire: quia quod pietate datur prohibet ius ne repetatur, quod semper præsumitur, nisi quis contrarium fuerit protestatus.

De Crimine Hæresos. Cap. XLIII.

Ex summa de casibus. Dico de Iudæis & Paganis, qui per infidelitatem Deum inhonorant: Nunc agendum est de Hæreticis, qui a fide deuiantes in Deum multipliciter peccant. Videamus ergo quot modis dicatur Hæreticus, quæ pena feriatur, qualiter ab hæresi rediens recipiatur. Quatuor modis dicitur hæreticus, dicitur enim hæreticus errans a fide, uel do. sic diffinitur ab August. Hæreticus est, qui falsam de fide opinionem, vel gignit, vel sequitur. Gignit uel hæresarcha, puta Arius, Sabellius. Sequitur uel qui hæresarcha inuitat, uelut Ariani, & Sabelliani. 24. q. 4. hæreticus. Item ut ait Hiero. Hæreticus potest appellari, licet ab ecclesia non recesserit, qui aliter intelligit scripturam, quam sensus spiritus sancti flagitat a quo scripta est. Causa 24. q. 3. Qui uero hæretici propriè dicantur Aug. ostendit dicens. Hæreticus est, qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ principatuique sui gratia, falsas, ac nouas opiniones gignit, vel sequitur. Ille autem qui huiusmodi hominibus credit, imaginatione quadam ueritatis illudus est. Item August. contra Manicheos. Qui in ecclesiâ Christi morbidum aliquid, prauumque quid sapiunt, si correcti, vt sanum redumque aliquid sapiant, restitunt cogitauerit, si quis persistat, & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defendere persistunt, hæretici sunt. Speculum Doctrinale.

Item Urbanus Papa. Qui aliorum defendit errorem, multo amplius est damnabilior illis, qui errant, quia non solum ille errat, sed etiam aliis offendicula erroris præparat, & confirmat. Vnde quia magister erroris est, non tantum hæreticus, sed & hæresarcha dicitur est. Hierony. super epistolam ad Galath. Quicumque igitur aliter scripturam intelligit, quam spiritus sancti sensus flagitat, a quo scripta est, licet ab ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest. Astor. Item dicitur hæreticus a sacramentis ecclesiæ, vel communionem fidelium diuisus, vt est excommunicatus. Item peruersor sacramentorum, vt symoniacus, qui vendit, vel emit ecclesiastica sacramenta, hic uero procedemus secundum primam significationem. Extra 5. de hæresi. Stephanus Papa. Dabius in fide infidelis est, nec eis credendum est, qui fidem ueritatis ignorat, Ex summa fratris. V. Dubius in fide dicitur, qui equaliter se habet ad utranque partem contradictionis, scilicet de illo, qui per spiritum blasphemie tentatur de fide, cum dolore cordis & anxietate, cui si bene pugnauerit cedit ad profectum huiusmodi tentatio, cum nulla sit ibi libido. i. improba uoluntas delectandi in creatura, sine qua nullum est peccatum actuale. Extra ubi supra. Inno. 3. Vniuersos, qui de sacramento corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, vel baptismate, seu peccatorum confessione, aut de matrimonio, vel de reliquis ecclesiasticis sacramentis aliter sentite, & docere non metuent, quam sacrosancta Romana ecclesiæ prædicat, & obseruat, & generaliter quotienscunque eadem Romana ecclesiæ, vel singuli episcopi per diocæ. suas, cum consilio clericorum, vel clerici ipsi sede vacante, cum consilio si oportuerit uiciorum episcoporum, hæreticos iudicauerint, uinculo anathematis perpetui inno damus. Inno. 3. in concil. gen. Excommunicamus itaque hæreticos uniuersos, Cathorros, Parrimos, Pauperes de Lugduno, & alios quibuscunque nominibus ceantur, facies quidem habentes diuersas, sed eademas ad inuicem colligatas, quia de uanitate conueniunt in idipsum. Gregor. 9. Si qui autem de prædictis, postquam fuerint depræhessi in hæresi, redire uoluerint ad agendam penitentiam condignam, in perpetuo carcere detrudantur. Idem. Absolutos se nouerint a debito fidelitatis hominij, & totus obsequij, qui cunque lapsi in hæresim, manifesto aliquo pacto, quacunque firmitate uallato, tenebantur astricti. Extra ibidem de scilicet, ex concil. Lateran. Ordinationes ab hæresarchis factas, & ab ordinatis ab eis irritas esse censemus, adijcientes, vt qui dignitates ecclesiasticas, seu beneficia per eos acceperunt, ceant impetratis. Alienationes quoque, quæ per eos factæ sunt de rebus ecclesiasticis, omni careat firmitate, ad ecclesias sine omni onere reuertantur.

De Conuenticulis, & prædicationibus hæreticorum. Cap. XLV.

Inno. 3. Quidam laici merito arguendi sunt, qui occultam conuenticula celebrant, officiumque prædicationis sibi usurpant, & sacerdotum simplicitatem cludunt, & eorum consortia aspernantur, qui talibus non inhaerent, Deus enim lux uera tantum odit opera tenebrarum, vt Apostolos missurus eis præcepit aperte dicens. Quod dico uobis in tenebris dicite in luce, & quod in auro audistis prædicare super cæca, & infra, Sicut enim multa sunt membra corporis, omnia uero non eundem actum habent, ita sunt ordines in ecclesia, licet non omnes idem habeant officium. Cum igitur doctorum ordo sit quasi præcipuus in ecclesia, non debet sibi quicumque in differenter prædicationis officium usurpare. Nam secundum Apostolum, quomodo prædicabunt nisi mittantur? ueritas præcepit Apostolis rogare dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Quod si forte quis argute respondeat, quod tales inuisibiliter mittantur a Deo, & si non uisibiliter mittantur ab homine, cum inuisibilis missio multo sit dignior quam uisibilis, & diuina longe melior quam humana, potest rationabiliter rñderi, quod cum interior illa missio sit occulta, non sufficit cuiquam ualde tm asserere, quod sit ipse missus a Deo, est hoc quilibet hæreticus asseuerat. Sed oportet ut astruat illam in uisibilem missionem, per opera miraculi, vt Moyses: uel scripturæ testimonij spūale, ut Iohannes. Ego inquit uox clamantis in deserto, dirigite uiam dñi, sicut ait. Ela. Itē in concil. Gene. Sanctos, qui prohibiti, uel non admissi præter auctoritatē ab Apostolica sede, uel a catholico episcopo loci suscepti, publicè, uel priuatim prædicationis officij usurpare præsumpserint, excoicationis uinculo inuadentur, & nisi quantoties respuerint, alia cõpentione pena plecentur, Gregorius 9. Interdicas laicis uniuersis cuiuscunque ordinis censentur, officium prædicandi. Tomus Secundus. T 3 De

EX summa de ca. Punitur hereticus excommunicatione, depositione, rerum ablatione, & militari persecutione. Excommunicatione, quia hodie omnis hereticus, siue occultus, siue manifestus, est ipso iure excommunicatus maiori excommunicatione. Depositione quia iudicatus siue clericus, siue laicus, Papa, vel Imperator, vel quilibet inferior, debet deponi ab omni dignitate. Rerum ablatione, quia bona eorum omnia debent confiscari ecclesie cui deferuiebant, si erant clerici. Idem si erant laici ecclesie temporali iurisdictione subiecti. Aliorum vero laicorum bona principibus. Militari persecutione, quia si aliter non potest fieri, manu armata, & militari sunt ab eis bona omnia, quae iniuste occupata detinent, auferenda, nam omnia sunt iustorum. Extra 5 de hereticis Lucius 3. Quicumque manifeste fuerit in haeresi deprehensus, et si clericus, vel cuiuslibet religionis obumbratione fucatus, totius ecclesiastici ordinis prerogativa nudetur, & sic omni officio, & beneficio spoliatus ecclesiastico, secularis reliquatur arbitrio potestatis, animaduersione debita puniendus, nisi continuo post deprehensionem erroris, ad fidei catholicae unitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium episcopi regionis publice confiteri abjurare, & satisfactionem congruam exhibere. Ex summa fratris. V. Dicitur forte aliqui, quia deprehenditur error aliquando per facti evidentiam, aliquando per probationem testium, vel instrumentorum. Et qd haec exceptio, nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei catholicae unitatem &c. intelligitur de deprehensione erroris secundum duos primos modos. Aliqui etiam dixerunt, qd & secundum tertium modum. Sed quia consuetudo se habet aliter, quae est optima legum interpretis, credo sine prauidicio, quod loquitur haec de deprehensione erroris in facto tantum. I. cum inuenitur praedicans errorem, aut docens, aut faciens reuerentiam secundum ritum talium, qualiter dicitur furtum deprehensum, cum deprehenditur fur in furando, vel cum re furtiua, licet taliter deprehensio reuertit ad catholicae fidei unitatem, dum tamen hoc faciat continuo. i. antequam diuertat ad alium contrarium. Vel sicut alij volunt, & obseruatur ab aliquibus de consuetudine, continuo. i. in prima sessione iudicij, ideo prima die quae examinatur huiusmodi causa, ita tamen quod hoc faciat sponte, id est non propter metum probationis & cetera, & canonice, id est quod paratus sit huiusmodi abjurare, & ad mandatum ecclesiae.

EXtra ubi supra Lucius 3. Illos quoque, qui post abinuationem erroris, vel postquam se proprii iudicij examinatione purgauerint deprehensi fuerint, in abiuratum haeresim recidisse, seculari iudicio, sine ulla patitis audientia decreuimus relinquendos. Ex summa fratris. V. Hoc intelligo quando post huiusmodi abiurationem, vel purgationem deprehenditur in haeresi, siue per facti evidentiam, siue per confessionem propriam, vel per testes, in quo casu non parcerit ei, nec quo ad vitam, nec quo ad bona. Si autem absque huiusmodi deprehensione occulte recidat, & occulte penitens reuertatur ad ecclesiam, parcerit ei quo ad utrumque. Quo ad fidem. i. fidei instructionem, si indigeat, & quo ad sacramentum. i. quo ad absolutionem de peccatis occultam ex quo non est deprehensus. Item hereticum iuxta Apostolum post primam aut secundam correctionem deuota, quo ad locutionem & cetera, in quibus excommunicatus est vitandus. Et loquitur Apostolus secundum statum primitiuae ecclesiae, quando non erant heretici ipso facto excommunicati, sed excommunicandi. Si enim essent excommunicati sicut nunc, vitandi essent in talibus, etiam ante primam & secundam correctionem. Magister tamen intelligit, qd vitandi sunt, quod ad secreta fidei, quae ante primam & secundam correctionem possint eis propalari, ad conuersionem eorum. Sed post non debent, cum iam desperat de conuersione eorum. Extra ubi supra. Inno. 3. in concil. gen. Damna vero heretici secularibus potestatibus relinquuntur animaduersione debita puniendi, clericis prius a suis ordinibus degradatis, ita quod bona huiusmodi damnatorum, si laici fuerint confiscentur, si vero clerici applicentur ecclesiae, a quibus stipendia receperunt. Qui vero inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis qualitateque personae propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriuntur, & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euentur, ita qd si per annum in excommunicatione persistierint, extunc velut heretici condemnentur.

CAusa 23. q. 7. Queritur an heretici suis, & ecclesiae rebus sint expoliandi, & qui possident ablata hereticis, dicatur possidere aliena. De his ita scribit Aug. ad Vincentium. Quicumque vos ex occasione huius legis imperialis, non dilectione corrigendi, sed odio inimicandi persequitur, displicet nobis, & quamuis res quaeque terrena, non recte a quoque possideri possit, nisi vel iure diuino, quo cuncta iustorum sunt, vel iure humano, quod in potestate est regum terrarum, ideoque falso res appellatis vestras, quas nec iuste possidetis, & secundum leges reuocentur principum amittere iussi estis. Frustraque dicitis. Nos in eis congregandis laboramus. cum scriptum legatis. Labores impiorum iusti aduert. Sed tamen quisquis ex occasione legis huiusmodi (quam reges terrae Christo seruientes, ad emendam impietatem vestram promulgauerunt) res proprias vestras cupide appetit, displicet nobis. Idem contra Peullianum. Quid ergo indignum, si ea quae tenebant heretici secundum parem voluntatem domini catholici tenent. Ad omnes iniquos, & impios illa vox domini valet. Auferentur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iustitiam. An frustra scriptum est. Labores impiorum perijdent. Idem. Quod autem nobis obicitur, quod res eorum concupiscimus, utinam catholici fiant, & non solum quae dicuntur sua, sed etiam ustra in pace, & charitate nobiscum possideant. Si autem consideremus quod scriptum est in libro sapientiae. Ideo iusti rubeant spolia impiorum. Item quod legitur in proverbij: Theaurizantur autem iusti inuitis impiorum, & tunc uidebitis non esse querendum quae habeat res hereticorum, sed qui sint in societate iustorum. His ergo auctoritatibus liquido monstratur, quod ea quae ab hereticis male possidentur, a catholicis iuste auferuntur, ideo aliena possidere dicuntur.

EXtra 5. de hereticis. Inno. 3. Bona hereticorum statuimus publicari per principes seculares. quos ad exequendum, si forte negligentes fuerint ec. cen. appell. re. compelli volumus. & man. ut nec ad eos bona eorum ulterius reuertatur, nisi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hereticorum consortij miserari aliquis uoluerit. Cum enim secundum legitimas sanctiones rei laesae maiestatis puniri capite, bona confiscentur eorum, filiis (uis uita solummodo ex misericordia conseruata, quantum magis qui oberrantes fidei, Deum offendant, a capite nostro quod est Christus, ecclesiastica debent distinctione praecindendi, & bonis temporalibus spoliari, cum longe sit grauius aeterna quam temporalem ledere maiestatem. nec huiusmodi seueritatis orthodoxorum ex hereditario filiorum, quasi cuiusdam miserationis praerogatiua, debet nullatenus impedire, cum in multis casibus, etiam secundum diuinum iudicium, filij pro patribus temporaliter puniantur, & secundum canonice sanctiones quandoque feratur uictio, non solum in actoribus scelerum, sed etiam in progeniem damnatorum. Ex summa de casti. Sed nunquid uiri catholici auctoritate propria possunt eos expoliare? Videtur qd sic. Ecclesia enim uidetur esse da re generalem auctoritatem, ut exterminet eos. Concedit etiam talibus idem priuilegium, quod accidentibus in terra sanctae subsidium, est concessum. Verantamen satis uidetur tutum, qd semper fiat ex speciali edicto, vel principio, vel ecclesiae, ne aliter ex cupiditate, vel uisione potius, quam ex iustitia, vel obedientia pugnare uideantur. 23. q. 1. quid culpatur. & q. 2. c. 1. & 2. & q. 3. sex differentiae. Item quid si postea conuertatur ad fidem, nunquid restituentur sibi res ablatae? Respondeo? Non tenetur aliquis, nisi sibi gratis uoluerit misereri. Denique Inno. Papa, constituit etiam filios orthodoxos, a paternis bonis patris excludendos. Vnde nota, quod in tribus criminibus filij excluduntur ab hereditate paterna, scilicet in crimine haereticis, extra eo. uergentis, in sine. quod uidetur intelligendum, cum pater publice praedicat contra fidem catholicam, vel publice profiteretur, vel defendit errorem, vel coram prelato suo conuictus est, vel confessus, aut sententialiter condemnatus de haeresi. Item in crimine laesae maiestatis, & secundum quosdam symoniae, quia ei pariter. Item interfectio clericum, qui priuatur omni beneficio ecclesiastico, aliter autem bona damnatorum deuoluuntur ad haereses. Ex summa fratris. V. Sed nunquid filius interfectoris priuabitur feudo ecclesiastico, si illud erat de materna hereditate datum patri in dotem. Respondeo. Potest dici in odium penarum, quod non, nisi pater ex pacto lucifecerit dotem, aut alio iniusto modo.

POST Ascensionem domini exorti sunt heretici, primo symoniani a Symone mago, qui a Philippo diacono baptizatus uoluit ab apostolis emere gratiam, ut per impositionem manus eius daretur spiritus sanctus. Basilidiani a Basilide 365. caelos esse dicebant, quo numero dierum annos concluditur. Nicholaitae a Nicholao uo de 7. diaconis, quos ordinauerunt apostoli, hic cum zelo pulcherrimae coniugis culparetur uelut purgandi se causa permisisse fertur, ut ea qui uellet ueretur, quod eius factum in sectam turpissimam uersum est, qua placet indifferens uisus feminarum. Nazarei filium Dei constitunt esse Christum, sed carnaliter opera legis obseruant. Valentini a Valentino, qui multa de rerum natura fabulosa contexit 30. secula asserens extitisse. Appellatur ab Appelle, qui duos quidem Deos introduxit, scilicet unum bonum, & alterum malum. Unum tamen esse principium, scilicet Deum bonum, & ab illo alterum factum, qui cum malignus fuisset inueniens in sua mal gnitate mundum fecit, de corpore quoque Christi, dicitur falsa sensibile. Catafuges, quorum auctor fuit Montanus, aduentum spiritus sancti promissum in se potius, quam in apostolis asserunt fuisse redditum, Secundas nuptias pro fornicationibus habent. De Infantis anniculi sanguine, quem de toto eius corpore minutis quibusdam punctiombus, & uulneribus extorquet, quasi eucharistiam suam conficere perhibentur, miscentes eum fatinae, panemque inde facientes. Qui puer si mortuus fuerit, habetur apud eos pro martyre, si autem uixerit, pro summo sacerdote. Hic Montanus habuit prophetissas, Priscam & Maximillam. Adamiani dicuntur ab Adam, cuius in paradiso nuditatem imitantur, quae fuit ante peccatum: unde & nuptias auferunt, quia credunt, quod nuptiae non fuissent si nemo peccasset. Nudi itaque mares, & feminae conueniant, nudi lectio nes audiunt, & orant, & nudi sacramenta celebrant, & ex hoc paradisi suam ecclesiam arbitrantur. Angelici dicitur sunt, quasi quidam in angelorum cultum inclinati. Apostolici, qui nomine isto se arrogantissime uocauerunt, eo quod in communionem suam non reciperent uentes coniugibus, & res proprias possidentes. Tales quidem habet catholica ecclesia, & monachos, & clericos plurimos. Sed isti ideo heretici sunt, quia se ab ecclesia separantes, nullam spem illos habere putant, qui uiuantur his rebus quibus ipsi carent. Sabelliani patrem passum fuisse dicunt. unde & Patristiani dicitur sunt. Origeniani ab Origene Adamantio, cuius dogmata quidem ecclesia non recipit. Manichei a quodam Peria, qui uocabatur Manes. Sed cum eius insana doctrina cepisset in Graecia praedicari, discipuli sui eum Manicheum appellari maluerunt, deuitantes nomen insanae. Iste duo principia inter se diuersa, & aduersa, & coeterna fuisse posuit: duasque naturas & substantias, boni scilicet & mali, eorumque inter se commixtionem & pugnam.

ARIANI ab Arrio. Hi patrem, & filium, & spiritum sanctum nolunt esse unius & eiusdem essentiae, sed filium esse creaturam, quem etiam solam carnem, sine anima suscepisse arbitrantur. Spiritum uero sanctum creaturam creaturam. i. ab ipso filio creatum esse uolunt Appollinariste ab Appollinari. Hi sicut & Arriani dixerunt Deum Christum carnem sine anima suscepisse. Illam quoque carnem, & uerbum uerbum, & eundem substantiae contentiosissime asseruerunt, uerbum carnem factum. i. uerbi aliquid in carnem fuisse conuersum, nec carnem de Mariae carne fuisse susceptam. A quartij qui a quam offerunt in poculo sacramenti, non illud quod omnis ecclesia est. Et alia haeresis nudis pedibus semper ambulantiu, eo quod dixit dominus ad Moysen: Solue calciamenta tua de pedibus tuis. Et quod Esa. nudis pedibus legitur ambulasse. Ideo ergo haeresis est: quia non propter corporis afflictionem sic ambulat, sed quia diuina testimonia sic intelligit. Donariani, uel Donariste audent rebaptizare etiam catholicos, cum ecclesia catholicae placuerit, nec in ipsis hereticis baptisma commune rescindere. Priscillianiste a Prisciliano diuersorum hereticorum permixta dogmata lectantur, & ex aliis haeresibus tanquam in sentinam quadam horribili confusione sortides in eos confluerunt, qui etiam propter occultas suas turpitudines habent in suis dogmatibus, & haec uerba, iura, peccata, se cretum prodece noli. Luciferiani a Lucifero Caralitano Episcopo, qui cum in omnibus teneat catholicam ueritatem: in hunc errorem prolabantur: ut dicant animam ex transfusione generari: & esse de carnis substantia Eludiani qui ita uirginitari Mariae contradicant, ut eam post Christum filium, de uero suo peperisse contendant. Tertullianista a Tertulliano, cuius opuscula multa leguntur eloquentissime scripta, sed haereticus factus est, quia transiens ad Catafuges, quos ante destruxerat, cepit etiam secundas nuptias detestari. Pelagianus a Pelagio Monacho. Hi gratiae Dei inimici sunt, quia sine hac, posse hominem omnia mandata diuina implere, credunt.

scopo, qui cum in omnibus teneat catholicam ueritatem: in hunc errorem prolabantur: ut dicant animam ex transfusione generari: & esse de carnis substantia Eludiani qui ita uirginitari Mariae contradicant, ut eam post Christum filium, de uero suo peperisse contendant. Tertullianista a Tertulliano, cuius opuscula multa leguntur eloquentissime scripta, sed haereticus factus est, quia transiens ad Catafuges, quos ante destruxerat, cepit etiam secundas nuptias detestari. Pelagianus a Pelagio Monacho. Hi gratiae Dei inimici sunt, quia sine hac, posse hominem omnia mandata diuina implere, credunt.

SIDORUS Ethi. lib. 8. Nestoriani a Nestorio Constantino-politano Episcopo, nuncupati sunt, qui beatam uirginem non Dei, sed hominis tantum asserunt genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis. Euticiani ab Eutiche Constantino-politano Abbate, qui Christum post humanam assumptionem negauit existere de duabus naturis, sed solum in eo diuinam asseruit esse naturam. Acefalistae dicitur sunt, id est sine capite, nullus enim eorum reperitur auctor a quo exorti sint. Hi trium Calcedonensium capitulorum impugnatore, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & unam in eius persona naturam praedicant. Theodosiani, & Gaionitae errores Euticis, & Dyoseori sequentes. Calcedonense concilium, respunt ex duabus. Unam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gaionitae incorruptam contendunt. Gnoitae, & Tritoitae a Theodosianis exorti sunt, ex quibus Gaionitae ab ignorantia dicitur, dicunt quod Christi diuinitas ignoret futura. Tritoitae uero uocati, eo quod sicut tres personas in trinitate, ita quoque tres asserunt Deos esse. Sunt & aliae haereses sine auctore, & sine nominibus. Ex quibus aliae triforem putant esse Deum. Aliae Christi diuinitatem passibilem dicunt, aliae Christi de patre natiuitati in tempore dant. Aliae liberationem hominum apud inferos factam Christi descensione non credunt. Aliae animam imaginem Dei negantes, aliae animas conuertit in demones, & in quacunque animalia existimant. Aliae de mundi statu dissentiant. Aliae innumerabiles mundos opinantur. Aliae aquam Deo coeternam faciunt. Aliae nudis pedibus ambulant. Aliae cum hominibus non manducant. Haec sunt haereses aduersus catholicam fidem exortae, & ab Apostolis, & sanctis patribus, uel conciliis condemnatae, quae dum in se multis erroribus diuinae inuicem dissentiant sibi, communi tamen nomine aduersus ecclesiam Dei conspirant. Sed & quicumque scripturam sanctam aliter intelligit, quam sensus spiritus sancti flagitata quo conscripta est, licet de ecclesia non recesserit, tamen haereticus appellari potest.

EXtra 5. de haereticis. Lucius 3. Statuimus insuper ut comites, barones, rectores, & consules ciuitatum, & aliorum locorum, iuxta commonitionem episcoporum praestito corporaliter iuramento promittant, quod fideliter, & efficaciter cum ab eis fuerint requisiti, ecclesiam contra haereticos, & eorum complices adiuuabunt bona fide, iuxta officium & posse suum. Si uero id obseruare noluerint, honore, quem obtinent, spolientur, & ad alios nullatenus assumantur, eis nihilominus excommunicationem ligandis, & terris ipsorum interdictione ecclesiae supponend. s. Ciuitas autem, quae his iniustitias duxerit resistendum, uel contra commonitionem episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio ciuitatum, & episcopi se nouerit dignitate priuandam. Si qui uero fuerint, qui a lege dioeceseos iurisdictionis exempti, soli subiaceant sedis apostolicae, nihilominus in his, quae sunt contra haereticos instituta, episcoporum subeant iudicium, & eis in hac parte, tanquam a sede apostolica delegatis, non obstantibus libertatis suae priuilegiis, obsequantur. Inno. 3. in concil. gene. Si uero dominus terrae requisitus & monitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab haeretica societate, per Metropolitanum, & ceteros episcopos excommunicationis vinculo innodetur, & si satisfacere contempserit infra annum significetur hoc summo pontifici, ut extunc ipse uasallos ab eius fidelitate deuocet absolutos, & terram exponat catholicis occupandam, qui eam, exterminatis haereticis, abique ulla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruent, saluo iure domini principalis, dummodo super hoc nullum praestet obstaculum, eadem nihilominus lege seruata. rca eos, qui non habent dominos principales. Catholici uero, qui Crucis Tomus Secundus. T 4 assum-



assumpto charactere, ad hereticorum exterminium se accin-

De Fautoribus eorum puniendis. Cap. LIIII.

Extra ubi supra. Leo Papa. Qui alios cum potest ab errore

De His, qui eos extirpare negligunt. Cap. LV.

Ev summa de casu. Ex praemissis inter alia collige notabi-

ne veritatem, paratis corrigi cum inuenerit, nequaquam

De Scismaticis. Cap. LVII.

Dicto de hereticis, sed quoniam scisma inducit haeresim:

De Pena Scismatici. Cap. LVII.

Ex summa de ca. Puniantur Scismatici multiplieter, tam

Et ipsi tenentur restituere loca, si qua inuaserunt, & fructus om-

De Crimine Apostasia. Cap. LVIII.

Et summa de hereticis, & scismaticis, sed quoniam utriusque

De Apostasia perfidia. Cap. LIX.

Circa Apostatas perfidia, sic potest queri. Ecce multi Chri-

De Apostasia inobedientia. Cap. LX.

Ex summa de ca. Circa apostasiam inobedientiae, queritur

ordinatione Clementis. Quicunque doctorem veritatis contri-

De Apostasia irregularitatis Monachorum. Cap. LXI.

Causa 10. q. 1. Leo Papa: Propositum Monachi proprio at-

De Apostasia irregularitatis clericorum. Cap. LXII.

Ex summa de ca. Quid si acceperit primam tonsuram tan-

Adhuc de eodem. Cap. LXIII.

Ex summa de ca. Quid si clericus in prima tonsura, vel etiam

qua, vel simile, & tunc mox denudatur omni privilegio ecclesiastica dignitatis. Aut non exiit ad actum prorsus contrarium, puta, quia simpliciter ambulat in habitu laicali, vel ut iam duxit uxorem, sed virginem, tunc debet vivere clericaliter, sicut dicitur...

Item De eodem. Cap. LXIII.

Orro si dubitetur de voluntate illius, qui non vult retinere privilegium clericale. Tribus modis, de hoc constare potest. Uno modo si sic agit, publice contrahit, si conuenit, & co...

De eodem. Cap. LXV.

Ex summa de ea. Item nunquid clerici seculares, qui non portant coronam, vel tonsuram, vel habitum congruentem, vel qui non interfunt divinis officiis nec resident, nec de...

beneficio. Ex sum. fratris. V. Quod assidue clericus beneficiatus residere debeat in ecclesia, vel praebenda & in horis canonicis, & officiis in ecclesia interesse, ad arbitrium boni viri limitandum est, vel secundum rationabilem & approbatam consuetudinem ecclesiae praebendalis: non enim credo quod singulis horis interesse teneatur, aut singulis diebus, & noctibus...

De eodem. Cap. LXVI.

Ex summa de casibus. Sed nunquid tenentur ad restitutionem illorum fructuum, quos voluptuose consumunt non facientes servitium, vel facientes, sed non debito modo, cum sint in peccato mortali? Videtur quod sic, quia ista oblata fuerunt ecclesiae ob causam, videlicet ut oraretur pro offerentibus, & inde pauperes alerentur. Qui ergo recipit, & hoc non facit, infidelis est, & necator pauperum. Item committit furum, quia subtrahit amico fideli, qui obtulit. Non enim obtulit isti, sed illi qui debet facere servitium. Committit etiam sacrilegium, quia fraudat totam ecclesiam, cui debet prodesse oratio. Item Grego. In grauibz peccatis quis possit, dum suis premitur, alie...

De Penae Apostatae. Cap. LXVII.

Penae apostatarum procedit iuxta varietatem apostasiam. Nam pro apostasia perdidit punitur apostata excommunicacione. Est enim haereticus, & infidelis: ergo & per confectus excommunicatus ipso iure. Item res eorum publicantur, & amittunt rationem testamenti, nec in statu pristinum reuertuntur etiam peracta penitentia. Item sunt infames, & repelluntur a dignitatibus, & aliis multis. Pro apostasia inobedientie repellitur interim quis a testimonio, & infamis efficitur, & excommunicatur, & persistit in inobedientia, crescentem conuenticia debet...

debet crescere poena. Pro apostasia irregularitatis, interim ab accusatione, & testimonio remouetur tanquam infamis. Item interim ad dignitatem, vel ordinem promoueri non potest, & si receperit sacrum ordinem, licet sit postea reconciliatus abbatia, & receperit penitentiam, non potest abique dispensatione Ro. Pont. ministrare in ordine sic suscepto. Item si admonitus non se correxerit, est deponendus. Item interim caret privilegio clericali, adeo quod cum verberans non incidit in canonice lae sententia. Hoc tamen intelligas cum distinctione, quam requirit infra de sen. ex. Si autem obiciatur illud 1.1.9.3. Iulianus. vbi milites catholici obediabant Iuliano apostatae Imperatori in omnibus, quae non erant contra Deum. Dic quod Iulianus adhuc tolerabatur ab ecclesia propter scandalum quod timebatur. Vel melius, illud loquitur secundum alicuius iura, quando distinguebatur inter haesim veterem & nouam, daturam, manifestam, & occultam, hodie sublatam sunt omnes distinctiones, extra omnis haereticus est ipso iure damnatus & excommunicatus. Extra suo de apostasia. Alex. 3. Clerici qui relicto ordine, & habitu suo in apostasia, tanquam laici conuersantur si in criminibus deprehensi fuerint, & teneantur per cen. canon. perimus, vel precipimus liberari. Inno. 3. Clerici qui sunt de apostasia crimine infamari, qui videlicet abiecerunt habitum clericalem, non sunt in seculari habitu tolerandi, sed per ecclesiasticam distinctionem.

De Transgressione voti. Cap. LXVIII.

Ex summa de ea. Sequitur de transgressione voti. Votum est alicuius boni cum deliberatione, facta promissio. Sed enim fiat de re mala, vel etiam de bona, si sine deliberatione, non obligat. Ido. In malis promissis rescinde fide &c. Ex summa fratris. V. Sed nunquid, quae mulieres faciunt in partu, vel in infirmitatibus aut angustiis suis, aut suoribus, & etiam ea, quae viri faciunt moti ex aliqua angustia, vel turbatione, tenenda sunt? Respondeo. Si habuerint intentionem obligandi se Deo, cogitantes, & de causa qua mouebat eos ad uouendum. Si in infirmitate, vel alio periculo, & de fine. Cde euasione periculo, propter quod euitandum uocabant, tenenda sunt, licet in tribulatione, & perturbatione sunt emissa. Iuxta illud. Reddi tibi vota mea, quae distinxerunt labia mea. Nec sunt huiusmodi vota sine deliberatione, ex quo uouentes sunt in sana mente. Eadem credo de iuramentis, quae non uergunt in deteriori exitum. Ex summa de casibus. Votum alia necessitatis dicitur, ut ca. ad quae implenda omnis homo necessarius tenetur, siue uouet ea sine non, ut abrenunciare diabolo, & omnibus pompis eius, tenere fidem catholicam, seruare decalogum, & breuiter omnia illa sine quibus non est salus, & ad hoc se obligat quilibet in baptismo. Vnde quotienscumque postea peccat mortaliter, est transgressor huius voti, ergo tenetur agere penitentiam, tanquam pro diuersis mortalibus, sed tanquam pro vno, ex circumstantia transgressionis aggravato. Ex summa fratris. V. Transgressionis, voti, secundum magistrum. Ego autem credo, quod propter circumstantiam suscepti sacramenti, quia in eodem genere peccati plus peccat fidelis quam infidelis, & qui post penitentiam recidit, quam qui non penituit ceteris paribus. Nam uerius credo, quod nec in penitentia, nec in baptismo emittitur votum, quia in illis magis est abrenunciatio vitae praeteritae male, & professio fidei, quam aliqua obligatio respectu futuri: unde in penitentia voti est exigendum sacramentum, nisi in casibus expressis, nec votum de non recidendo, vel promissio, sed sufficit habere propositum de cauendo a peccato in posterum. Quidam tamen distinxerunt inter uoti prima necessitatis, quod emittitur in baptismo secundum eos, & votum secundae necessitatis quod emittitur in penitentia, & secundum istorum opinionem loquitur hic magister. Ex summa de ea. Votum voluntatis dicitur illud bonum, ad quod non tenetur aliquis, quia sine illo potest esse salus, & tamen sponte obligat se ad illud, & ad id potest tenetur, ut votum continentiae, abstinentiae, peregrinationis, horum aliquid purum & absolutum, ut cum sine omni conditione, siue determinatione quis emittit votum continentiae, abstinentiae, vel peregrinationis, vel simile. Aliud determinatum, vel conditionale, ut cum dicit uouens, sic Voueo peregrinationem, si dominus dederit mihi sanitatem, & que ad mensam, cel vsquam ad annum, & similia. Ex summa fratris. V. In quo casu non tenetur quis exequi votum, nisi extante conditione, vel die. Cum autem aliquis uet sine conditione, vel temporis praerogatione, tenetur illud exequi statim cum potest, nisi cum in uouendo totaliter in mente habuerit, tamen datur ei tempus ad arbitrium boni viri, ad disponendum de rebus suis.

De Fractione Voti simplicis, & solemnis. Cap. LIX.

Item Votum, aliud priuatum siue simplex, aliud publicum siue solenne. Quantum ad Deum votum simplex non minus obligat, quam solenne. Et utriusque transgressor peccat mortaliter. Grauius tamen qui frangit solenne, & grauior penitentia sibi est imponenda: sic ergo dicitur, non minus obligat, non in minori tempore. Item quia utriusque fractio est mortalis, sed alterius maior, & est ratio, quia in fractione solennis, & Deum offendit, & constitutionem ecclesiae, & scidatum suscitatur, in alia non sic. Ex summa fratris. V. Nota, quod votum simplex est, cui nulla adhibetur solemnitas. Solenne vero dicitur cui certa notificatio, vel expressio de iure, aut de consuetudine introducta adhibetur. In voto peregrinationis adhibetur solemnitas, per susceptionem Perae & Baculi benedicti a sacerdote, vel per susceptionem Crucis in voto terrae sanctae. Votum autem continentiae secundum quoddam solennizatur, per susceptionem facti ordinis, vel habitus regularis, vel per publicam scripturam, vel per attestacionem factam coram episcopo, vel etiam reditorem in manu publicae personae, sic inuuit. H. lo. vero notauit, quod votum continentiae solennizatur nisi tribus modis. Vno modo per facti ordinis susceptionem, alio modo cum aliquis, vel aliqua receperit vestire sacramenta quocunque, & post susceptionem incipit cohabitare cum aliis monachis, vel monialibus in ecclesia, ita quod aliquando ibi steterit illos vel illas. C. per triduum. Tertio cum dicit aliquis vel aliqua coram episcopo, vel abbatissa, aut coram duobus vel tribus testibus. Ego me deuote huic religioni, quia hoc non est aliud secundum ipsum quod dicere, uoueo continentiam. Et circa hoc notat duo. Primum est, quod votum solenne, & impedit, & dirimit matrimonium sequens. Secundum est simplex & impedit sed non dirimit. Secundum vero Tancredum non solennizatur votum monachatus, nisi per confessionem regam, vel praesumptam siue tacitam, vel expressam.

Probabilis opinio de solemnizatione voti. Cap. LXX.

Et ego credo, quod absque ordinis susceptione, & regulari professione, potest in seculo remanendo aliquis, vel aliqua facere votum castitatis solenne, quod impedit & dirimit matrimonium postea contrahendum. Et hoc si aliquis, vel aliqua non solum promittit de futuro, sed consentiat de praesenti, in continentiam perpetuam obseruandam, & tradat se per huiusmodi votum hoc modo in obseruandam in manu publicae personae, transferens in eum loco Christi, quo ad hoc, potestatem & ius corporis sui, & animi, eadem persona publica approbante, & recipiente huiusmodi traditionem, & solum solum sic contrahitur matrimonium spirituale cum Deo, sed etiam sic traditio, & consumatio matrimonii huius, quantum potest fieri in hoc seculo. Vnde sicut post matrimonium carnale de praesenti contractum, non potest alter altero uiuente ad secunda vota transire, & si fuerit consumatum carnaliter, non potest etiam per ingressum religionis, aut qua litera quae propter fauorem religionis dissolui, & sic post matrimonium spirituale, taliter contractum, traditum, & consumatum transire non potest ad matrimonium carnale, quia si fiet de facto, nihil agitur. Ratio autem quare huiusmodi votum solenne impedit, & dirimit matrimonium postea contrahendum, haec est, quia in simplici voto continentiae sola est promissio de futuro, & ubi adhibetur praedicta solemnitas, sic traditio & transitus in ius & potestatem Christi per approbationem, & receptionem factam per huiusmodi publicam personam. Et sicut in venditione facta duobus in iure est prior traditio prior, ita quod secunda traditio non transferret dominium, sed tantum prima: sic post matrimonium spirituale sic contractum, non potest contrahens transferre potestatem sui in matrimonium carnale. Sed ad hanc solemnizationem necessaria sunt quatuor, sine quibus non erit huiusmodi votum solenne, quamuis fiat coram toto mundo, scilicet Consensus de praesenti in perpetuam continentiam, ut dictum est. Et notificatio eiusdem consensus facta publicae personae, sicut in matrimonio carnali necessaria est notificatio consensus. Item traditio facta in manu publicae personae. Item approbatio & receptio facta per illam publicam personam: quia quantumcumque uoueat aliquis, vel tradat, vel det se Deo quantum in se est, in huiusmodi matrimonium spirituale, tamen nisi assit uicarius domini, qui loco eius acceptet, & recipiat huiusmodi votum & traditionem, non erit nisi votum simplex, quod bene emittitur a seculari, & in seculo remanenti. Publica autem persona,



persona, quo ad hoc intelligenda est episcopus, ad quem regu- lariter pertinent hæc maiora, & illi etiam qui super talibus ha- bent mandatum episcopi generale vel speciale, & illi qui de consuetudine talia vota consueverunt recipere, & illi etiam qui gerunt negocium episcopi in hac parte absq; mandato, dñi ta- men episcopus, quod gestum est, postmodum habeat ratu. OEs ceteræ personæ, quo ad hoc credo q; sint habendæ pro priuatis,

Qua Vota possunt redimi, vel commutari. Cap. LXXI.

Extra. 3. de voto, & voti redem. Alexan. 3. De peregrina- tionis votis, an elemofynis, redimi possint, vel pro neces- sitate in aliud commutari? Respondeo, quod ad eius qui præfideat pendet arbitrium, vt consideret diligentius qualitate personæ, & causam commutationis. San ex infirmitate, siue af- fluencia diuitiarum, an alia causa probabili peregrinatio, an re compensatio melior sit, & magis Deo accepta, & secundum hoc debet exinde dispensare. Ex summa de ea. Quædam vota nul- lo modo possunt redimi vel commutari, vt omnia vota necessi- tatis, & de voluntariis votu continentia. Voti necessitatis ideo dico, quia non est commutatio, vel dispensatio contra Deum. Porro tamen Papa verba euangelij interpretatur, vt illa in ore duorum vel trium stet omne verbum, interpretatur sic. i. non paucorum. Sunc enim plures casus in quibus plures testes ro- quuntur. Item potest dispensare contra Apostolum, & omni- hominem quantumcunque sanctum & eorum dicta mutare, nisi in his, quæ illi de fidei articulis dixerunt. Item votum continen- tiæ ideo non potest commutari, quia vix, vel nunquam potest melius inueniri in quod ferret commutatio, tamen si nõ est solemnizatum, sed simplex, licet talis qui sic vovit simplici- ter, peccet mortaliter matrimonium contrahendo, si tamen nõ traxerit, & per verba de præfenti, tenet matrimonium, & ipse debet agere penitentiam de fractione voti. Sicut econuerso sol- uitur matrimonium per fractionem ingressum, ante carnalem copulam. Alia vero voluntatis vota possunt redimi, vel com- mutari in opus aliud pietatis. Sed ad hoc duo exiguntur, vt tali- um votorum commutationis causa, & superioris auctoritas. Causa vt si vouens sit senex debilis, vel infirmus, vel si ex ip- sius absentia guerra vel turbatio timeretur in terra, vel si redem- ptio, vel commutatio melior videatur, & magis accepta Deo, quam peregrinatio, vel abstinentia. Item verum habeant causam temporalem vel perpetuam, vt in primo casu indulgeatur dilatio, in secundo redemptio. Superioris auctoritas exigitur, quia nemini licet auctoritate propria redimere, vel commuta- re. Est tamq; differentia inter votum terræ sanctæ, & alia vota, quia de voto terræ sanctæ redimendo, commutando, & diffe- rendo nullus potest se intromittere, nisi Papa, vel alius de suo speciali mandato. In aliis autem votis redimendis, commutan- dis, vel differendis, licet quidam aliter dixerint, & alii dubita- uerint dico quod suus diocæsanus episcopus, consideratis cau- sis, potest auctoritatem præfata.

De Arbitrio superioris in votis commutandis. Cap. LXXII.

Nota circa arbitrium superioris, quod omne tale votum potest commutari in votum religionis, quia illud indu- bitanter melius. Vnde Alexan. 3. Rei fracti voti nullate nus habeantur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis obseruantiam commutare. Inno. Nec mutat ali- quis propositum cum pro salute animæ suæ velius aliquid me- ditatur. Ex summa fratris. V. Credo tamen quod si raptor fue- rit, vel vsurarius, qui multa de alieno habuerat, aut multos dā- nificauerat, & quia nesciebat quibus facienda erat restitutio, vovit, quod illa expenderet in succursum terræ sanctæ, non po- test sine speciali licentia Papæ in alios vsus illa conuertere, licet per ingressum religionis, ipso iure, absolutus sit a labore pere- grinationis. Si autem non vovit (vt dictum est) potest ingrediens monasterium, aliter de illis disponere, & in alios pios vsus ero- gare, cum consilio episcopi vel penitentiarj sui. Item hoc de medio eribus personis sine dubio verum est, quod per ingres- sum religionis liberantur a voto Crucis. Sed nunquid idem de Rege, & Imperatore, Duce, vel Comite aliquo præpotente, ex quo pendet totus exercitus Cruce signatorum, & de eius absen- tia desolabitur? Quid si vovit quod toto tempore vitæ suæ, vel vsque ad triennium, vel septennium militabit in terra sancta, & tenebit secum mille, vel duo millia milium. Respondeo. Ni si probabiliter dubitetur, vtum circa arduas huiusmodi perso- nas præponderare debeat communis utilitas, vel priuata, cre-

do Papam potius esse consulendum in hoc casu, quàm aliquid temerè diffiniendum. Quid si aliquis Crucis signatus, vel aliàs vovet, quod expenderet, vel mitteret in subsidium terræ sanctæ c. marcas, postea ingreditur religionem, nunquid est liberatus omnino? Respondeo. Sic quo ad laborem peregrinationis, non quo ad pecuniam prædictam: quia nec episcopus, nec abbas, nec alius absque speciali licentia Papæ potest mutare vota ter- ræ sanctæ, nec ipso iure mutatur per ingressum religionis, nisi quo ad laborem peregrinationis. Ex summa de ea. Item in redem- ptione, seu commutatione debet superior habere conside- rationem ad facultates vouentis, & expensas quas possit face- re, vel facturus esse, si votum impleat, vt si sit votum Hieroso- litanum, vel simile, puta contra hæreticos, vel aliud tale, vt omnia sine diminutione transmittat per aliquem, vel per ali- quos viros religiosos in vsus, & subsidium terræ sanctæ, seu ca- tholicorum, pro fide pugnantium totaliter transferenda. In voto abstinentiæ habenda est ratio asperitatis ieiuniorum, pa- nis, & aquæ, & omnium aliorum, quæ in voto ferunt compre- hensa considerari, etiam de affluentia vouentis. Nam in eadem specie voti aliquis pauper possit redimere cū c. solidis, vel etiã vno denario, vel nullo, si nihil haberet, vel habere possit, vbi rex, vel comes non potest cum mille maris argenti. Ex sum- ma fratris. V. Generalis autem doctrina circa huiusmodi redem- ptionem votorum, dari non potest de facili, cum ex vari- is circumstantiis personarum huiusmodi redemptio, variè sit taxanda.

De redemptio voti terræ sanctæ. Cap. LXXIII.

Extra. i. de voto, & voti re. Ale. 3. Cum Trecensis ecclesia cõ- tra libertatē ecclesiasticam grauetur, nec per alium, quã per Campaniæ comitem in ultramarinis partibus, consti- tutum, eidem ecclesiæ crederes de facili posse subueniri, & ip- sum proposuisti accedere, & in signum peregrinationis terræ orientalis, Domini cõ Crucem assumpsisti, & infra. Quamuis au- tem audita morte ipsius, intentionem tuam conspiceres iã fru- stratam, noluit tamen sine consilio se. ap. ad propria remeare. Et quidem tria præcipue duximus in hoc negotio attendenda, quid liceat secundum æquitatem, quid debeat secundum honestatem, & quid expediat secundum utilitatem. Sane non vide- batur contra votum licitum vt venires, cum uox clamet pro- phetica. Vouete & reddite domino Deo vestro. Sed nec decens cum scriptum. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro apus est regno Dei, & c. Nec expedire videbatur, cum ex absolute tua scandalum posset laicorum mentibus generari. Quod enim agit a prælati, de facili trahitur a sub- ditis in exemplum. Ipsum etiam votum quod ex sui forma san- ctum, & honestum erat, ex persona vouentis minime licitum uidebatur. Cum enim iuxta canonicam instituta, clericus absque licentia sui episcopi peregrinari non debeat, & episcopus non minus immo potius se. ap. sit strictus, uideri poterat merito, quod absque generali, uel speciali licentia, votum peregrina- tionis, qua te tamdiu absentares emitte non deberes, & infra. Tibi pro te, & famulis tuis licentiam copcedimus votum pere- grinationis taliter commutare, vt expensas quas iteras in eun- do, morando, redeundo facturus alicui religioso committas in- necessariis vsus terræ sanctæ, sine diminutione qualibet tranf- ferendas, & infra. Laborem etiam laboribus sollicitius recom- penses, instando vigiliis deuotus, vacando orationibus, & in ieiuniis fortius te exerceas. Ad hanc autem indulgentiam tibi faciendam specialiter nos induxit, quod cum pro libertatē Trecen. ecclesiæ per dictum comitem assuquendum præcipue votum peregrinationis emisseris, eo sublato de medio, quia cessauere causæ, facilius cessare potuit & effectus.

De Eodem. Cap. LXXIII.

De his, qui pro succursu ter. san. signo Crucis sumptu pro- pter infirmitatem, vel paupertatem, vel aliam iustam cau- sam votum non possit utiliter adimplere. Respondeo, quod debiles, & inopes magis illuc in defectum, quàm profes- sum accedunt, cum isti pugnare non possunt, & illi mendica- re cogantur. Nisi forte sint nobiles, & magnates, qui suis secum- expensis bellatores adducant, vel artifices, & agricole, qui de la- boribus suis sibi possunt acquirere necessaria, & terræ sanctæ subsidia ministrare. Quamuis non multi talium propter breui- tatem possessionum, & paucitatem inhabitantium ibi sunc oportuni. Vnde credimus distinguendum inter illos, qui tem- poralem, & eos qui perpetuam impedimenti causam credun- tur habere. Quod primis indulgentia est dilatio, secundis autē

est

est redemptio iniungenda, ac rerum facultate p̄fata, quas pos- sunt, aut quas facturi essent expensas. Personarum præterea compensato labore, in subsidium terræ sanctæ transmittant, exequentes per alios, quod per se nequeat adimplere. Rursus inter alios, qui pro defensione terræ sanctæ votum peregrina- tionis emittunt & eos quibus, pro satisfactioe suorum crimi- num, iter peregrinationis iniungitur, credimus distinguendū. Quia circa primos plus terræ sanctæ succursus, & circa secun- dos plus labor itineris, secundum intentionem vouentis, & pe- nitentis debet attendi. Vnde si quis hoc modum vouentium est inutilis ad pugnandū, quamuis habilis ad eundem, melius est redimere votum, quàm expensas consumere. Quod & de pœni- tente, qui propter debilitatem non potest iter iniungere pere- grinationis implere, sane valet intelligi, non autem de illo, qui quamuis sit impotens ad bellandum, potens tamen est ad eun- dum. Et infra. De mulieribus autem hoc credimus obseruandū, vt quæ remanere noluerint, vtros suos sequantur. Ceteræ ve- ro nisi forte sint diuites, secum in sui expensis possint du- cere bellatores, votum redimant quod voverunt. Item pleriq; debiles, & si per se pugnare non possunt, munitate tamen cõ- filij valent prodesse pugnantibus, & personæ defectu per alios releuare. In tanta quoque necessitate populi Christiani, ne ter- ræ sanctæ impediatur subsidium, viri præter modum vxorum huiusmodi peregrinationis propositum vouere valeant libere, & quod voverunt libere adimplere. De clericis vero duximus respondendum, quod cum clericatus officium eos redder inuti- les ad pugnandū, nisi vel consilio strenui, uel officio prædi- cationis instructi, aut magnatum sint obsequio deputati, vel vt que adeo diuites fuerint, & potentes, vt in expensis suis ali- quos secum ducere valeant bellatores, magis ab eis expedit red- emptio accipere, quàm ad votu cogere prosequendū.

De Votorum irritatione. Cap. LXXV.

Ex summa de ea. Potest autem votum voluntarium irri- tari duobus modis. scilicet defectu conditionis. scilicet generalis, puta si vixerit, si potero, si Deus voluerit, quæ semper subintel- liguntur, etiam si non apponantur. Siue specialis, puta si filius meus fuerit liberatus de infirmitate, visitabo sanctum Iacobū, vel simile. hic similiter si defecerit conditio, non obligat ex voto, alias sic. Et hoc intelligas vbi tota obligatio ponebatur in euentu conditionis. Aliter si alia fuit conscientia, vel etiam si fecit votum ob causam, & publice, & non expressis causam sic vouens & propter conscientiam, & propter scandalum tol- lendum votum tenetur implere. Potestate vero superioris mul- tipliciter. Sunt enim quædam personæ, quæ non habent liberã facultatem vouendi, vt ecce monachus non potest facere votu abstinentiæ, vel peregrinationis, vel si aliquod aliud fecerit, nõ debet exequi sine licentia abbatis. Excipitur votum strictioris religionis. Nam quod dicunt aperte Greg. & Urbanus Papa: Prohibetur canonicis regularibus ad monasticam religionem transire absque permissione patris, ac congregationis, intelligi- tur de his, qui leuitatis causa transire volunt. Ex summa fra- tris. V. Nota etiam, quod si quis vovit, quod iret ad sanctum Ia- cobum, quia credebatur ibi inuenire fratrem suum, & nihilomi- nus propter redimenda peccata sua. In hoc casu quamuis sciat fratrem suum decessisse, antequam iter atripiat, nihilominus tamen ire propter aliam causam tenebitur. Idem intelligas quotienscunque vouet aliquis ex duabus causis, vel pluribus, & nihilominus intendit se obligate qualibet illarum causa- rum extante.

De Votis Monachorum. Cap. LXXVI.

Ex summa de casibus. Circa votum peregrinationis, vel abstinentiæ queritur vtum abbas, vel prior, vel alius præ- latus possit absolute religiois sibi subditos ab huius- modi votis, quia se abstinerant ad ingressum religionis. Ad hoc dicit. H. quod ipsa religio statim in ipso ingressu soluit hu- iusmodi vota, quia solunt vinculum iuramenti, & obedienciæ. Immo expressa est decretalis: quia non frangitur votum cum in melius commutatur. Nec est necessaria certa satisfactio pec- cati, vbi totum vitæ tempus seruitio impenditur cõditotis. Alii vero dicunt, quod tenentur adimplere quod promiserunt, nisi prælatus suos dispenset cum eis. Mihi videtur, quod si aliquis volens huiusmodi vota in melius commutare, episcopo suo præstante auctoritate intravit religionem, & abfolutus est, vt supra e. s. circa redemtionem. Si vero non intendat commu- tare, vel etiam intendebat, sed non interuenit auctoritas episco- pilicet possit dici, quod vti religionis soluit huiusmodi vota,

vt ait. H. Consulo tamen quod dispenset prælatus, sicut dicit alii quia tutius est. Item nota quod non potest iniungere patet filio necessitatem peregrinandi, pecuniarium vero satisfactio- nem bene potest iniungere. Causa. 20. q. 3. Quod vero ab vno monasterio in aliud districtus transire monachis sit liberum, ex concilio Triburienfi habetur, in quo sic statutum est: Virgi- nes sacre, si pro lucro animæ suæ propter districtiorem vitam ad aliud monasterium pergere disposuerint, ibidemque com- manere decreuerint, Synodus concedit. Si vero fuga disciplinæ alium locum quaeriant, redire cogantur. Quod autem de vir- ginibus sacris hoc capitulum statuit, de monachis etiam con- sequenter intelligitur, de quolibet etiam clerico. Sed obicitur illud Basilii. Monachum non licet votum vouere sine consen- su abbatis sui. Si autem vouerit, frangendum erit. Item illud Agatenfis concilij. Monachum nisi abbas sui permittit, aut vo- luntate, ad alterum monasterium commigrantem, nullus ab- bas suscipere aut retinere præsumat. Sed vbiunque fuerit ab abbate suo sub auctoritate canonum reuocetur. Item clericis si ne commendatijs literis, vel epistolis episcopi sui, licentia nõ pateat euagandi. In Monachis quoque præfatis sententia: for- ma seruetur. Seruandum quoque est de Monachis, ne eis ad so- litarias cellulas liceat a cõgregatione discedere, nisi forte pro- batis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatē aspetior abbatis licentia regula remittatur. Verum hoc intelli- gendum est de Monachis religiose viuentibus, quibus vota spe- cialis abstinentiæ, vel alicuius districtiõis, quæ generalem cõ- suetudinem suorum fratrum excedat, sine abbatis consensu vo- uere non licet, ne super eos fratres scandalizentur. Causa etiã illorum statutum est hoc, Qui regularem disciplinam subterfa- gientes, peregrinationis vota sibi assumunt, quod nec Mona- cho, nec alicui clerico licet, ne hac occasione ad secularem con- uersationem redeat.

De His, qui voto religionis non tenentur. Cap. LXXVII.

Extra. 3. de regularibus & tran. ad re. Inno. 3. Cum aliena- tus non sentiat, ac per hoc non valeat consentire, eum de- nunciatis ab obseruatione monastici ordinis aboluimus, nisi postquam mentis suæ factus est compos, spontanea volun- tate professionem fecerit monachalem. Ibidem de voto, & vo- re. Alexan. 3. Cum ex quadam minutioe nimio fuisset mortis pauore perterritus, hæc verba prolusit: Non hie diu morabor, proponens in animo quod religionis habitum esses aliquando suscepurus, & infra. Tibi igitur respondemus: quod plus in vo- to non est processum, transgressor iudicari non poteris si non impleas quod dixisti. Idem. Reus facti voti non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis obser- uantiam commutare. Item de impuberibus, aut ceteris, qui vo- to religionis astricti non sunt, multa superius dicta sunt. Ex summa de ea. Greg. 9. cõstituit, quod nouitij in probatione po- ssi, possint ad priorem statum libere infra annum redire, nisi in tribus casibus. Primus si acceperunt habitum qui dari profi- tentibus consuevit. Secundus si fecerunt professionem. Tertius si euidenter apparet, quod tales absolute voluerint vitam muta- re, vel in religione perpetuò deseruire. Sed qualiter scietur, quod fuerint in probatione. Respondeo, vel quia protestati sunt se velle esse in probatione, vel quia acceperunt habitum nouitorum, vel quia talis est ordo qui non consuevit recipere aliquem ad professionem, nisi probatione præmissa. Quod au- tem sequitur, infra annum, intellige vbi annus statutus est ad probationem. Idem enim crederem de alio tempore, si esset ad hoc statutum. Quid si non apparet euidenter, quod voluit vitã mutare, & in religione perpetua deseruire, in iudicio tamen penitentia constituitur, quod sui voluptatis compos fuit, & præ- missa deliberatione intravit. Dico quod non licet ei redire ad seculum, & si dubitaret idem consulerem, quia in dubijs, via tu- tor est eligenda. Ex summa fratris. V. Item sine præiudicio ere- do, quod solum propositum non obligat, nec est mortale veni- re contra nisi addatur promissio, vel votum expressum, vel tacitū siue præsumptum, vt cum quis recipit habitum professo- rum, licet nihil dicatur verbo, vel cum recipit habitum noui- tij, exprimitendo propositum suum, de perpetua obseruantia re- ligationis. Receptio enim habitus nouitij, cum euidenti ex- pressionem huius propositi, voti præsumptionem inducit, ad quod neutrum per se sufficeret. Sic credo quod propositum eun- di ultra mare, vel ad sanctum Iacobum sine voto non obligat, nisi Crucem accipiat, quod ad primum casum, aut a sacerdote suo per am. & baculum benedictum, sicut fieri consuevit, quod ad secundum.

De

Extra 3. de regularibus. Ex concil. Tolet. Et clerici, qui se fingunt habitu, & nomine monachos, & non sunt, cogantur, vt veri monachi sint, vel veri clerici. Alex. 3. De clericis qui religionis habitum susceperunt, & ante professionem ad priorem sunt statum conuerti. Respondemus, quod si religionis austeritatem ad quam migrasse noscuntur seruare voluerint, ad maiorem sunt religionem transire cogendi, verum si ante susceptum huiusmodi habitum positi in probatione, recedere voluerint, secundum regulam beati Benedicti, non videntur prohiberi ad priorem statum redire, que videtur praecipere, vt in eadem veste, in qua uenerunt reuertantur. Clemens. 3. Monachum, aut paterna deuotio, aut propria professio faciat. Idem. Cum monachum faciat non habitus, sed professio regularis, ex quo ad conuertendum ad votum mittitur, & recipitur ab abbate, vt talis fiat monachus, & reddat domino quae promissit, erit utique, compellendus. Item Inno. 3. Idem. Licet tempus probationis antiquis patribus sit indultum, non solum in fauorem conuersi, sed et monasterii, vt & ille asperitatem illius, & istud mores illius valeat experiri. Si tamen ante probationis tempus regulariter praefinitum, is, qui conuerti desiderat, habitum suscipit, & professionem emittit, abbate per se, vel per alium professionem recipiente, monasticam, & monachalem habitum concedente, utque renunciare videtur ei, quod pro se noscitur introductum. Ideoque obligatur per professionem emissam pariter, & acceptam. Et quia multa fieri prohibentur, quae si facta fuerint, obtinent similitatem. Prohibendum est etiam abbatibus non passim ante tempus probationis quemlibet indifferere, ad professionem recipiant, cum in subsidium fragilitatis humanae, spatium probationis sit regulariter institutum. Ibidem. de vo. re Alex. 3. Nobis intimasti te suscipiendi regularem habitum votum solemniter emisisse, cumque termino transactio non curasset, quod uoceras adimplere, uocatus fuisti ad regimen ecclesiae Geben. Conuulimus, vt si tuam sanare desideras conscientiam, regimen resignes ecclesiae memoratae, ac reddas altissimo vota tua. Quod si capitulum eiusdem Geben. ecclesiae postmodum duxerit canonicum eligendum, electionem recipere de te factam poteris, Ex sum. de ca. Quid si non metu, sed dolo inductus intrauit quis religionem, nunquid poterit allegare deceptionem, & exire. Dico quod non, non enim poterit dicere se deceptum, cuius conditio melior facta est, nec a legibus dolo, sed sua potius fatuitate alterbari.

De eodem. Cap. LXXIX.

Ex summa de ca. Pone quod aliquis secularis videt monasterium dissolutum, monachos splendide comedere, bene etiam indutos & similia, cogitat, hunc ordinem bene posse sustinere, ingreditur, postea fit inquisitio in monasterio, compelluntur ad regulam obseruandam. Iste dicit non noui hanc asperitatem, quam modo uultis imponere, nolo eam tenere, quecitur utrum possit cogi, vt q. no: quia sicut non potest quis cogi ad totum votum, ita nec ad voti augmentum. Item quia idem iuris est in parte & in toto, sed ab initio non poterat cogi ad totum ergo, nec ad partem. Contra, qui facit professionem secundum regulam beati Benedicti, obligat se ad eam totaliter obseruandam. Nam qui nihil excipit, omnia comprehendit. Item aut intendebat uiuere regulariter, aut irregulariter. In primo casu patet quod tenetur, in secundo idem: quia etiam si expressisset, turpis adiectio pro non adiecta haberetur, & teneretur regulariter uiuere. Item adiectio apposta contra naturam contractus, non mutat contractum. Idem in adiectione posita contra legem. Solutio distincte dico, quod non potest redire ad seculum, ex quo fecit ibi professionem. Sed utrum ibi cogatur manere distinguo, Aut erat peritus iuris aut ignarus. In primo casu non potest recedere, quia intelligitur se obligasse, non ad id quod sciebat, sed ad id quod fieri debebat. In secundo casu subdistinguo, aut fuit ei explanata asperitas regulae, & tunc idem quod in iniurioso, aut non, & tunc si credebatur eos regulariter uiuere, & ad illam asperitatem se uoluit obligare, non ad maiorem, & hoc expressit, cogetur ibi manere, sed transibit ad alium ordinem, quem ualebit sustinere. Si uero non expressit, credo quod debeat manere; nec potest allegare dolum, nec deceptionem, quia sit melior sua conditio, & potest magis imputare fatuitati suae, q. non examinauit, ut debuit. Vel dic indistincte quod debet remanere, quia dolum aliorum, vel sim-

phlicitas uouentis, non excusat in talibus. Ex sum. fratris. V. Quid de illo, qui uouit intrare ordinem Cisterciensem, nunquid potest intrare laxiorem ordinem? Respondeo intrare tenetur ordinem Cisterciensem, ad probandum religionem, & hoc quia poterit placere, & sic ibi remanere, licet postquam intrauerit in probationem, & habitum nouitii susceperit, possit recedere, nisi uouerit, non solum quod intraret, sed quod ibi monachus fieret, aut usque ad mortem ibi perseveraret, in quo quamuis non ardeat per regulam ad remanendum, tamen transgressor est voti, si ad religionem transierit laxiorem.

Qualiter monacho licet ad arctiorem regulam transire. Cap. LXXX.

Extra 3. de regularibus, & transf. ad tell. Inno. tertius. Licet quibusdam monachis, & canonicis, nec non hospitallariis, & templariis a sede apo. sit indultum, ne postquam aliquis professus fuerit apud eos, ad alium locum possit, ipsis uentis, arctiorem etiam religionem obtentu transire, vt vnusquisque secundum Apostolum in ea deuotione permaneat, in qua dignoscatur esse uocatus; quia tamen ubi spiritus Dei est, ubi libertas, & qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, quia lex non est posita iusto. Ea ratione videtur, hoc illis fuisse concessum, ne quis ex temperate, vel leuitate in iacturam, vel iniuriam sui ordinis, sub praetextu maioris religionis, ad alium ordinem transuolaret, sicut frequenter a multis constat esse praesumptum, non quidem vt ei transire licentia denegeretur qui eam cum humilitate postulandum duxerit, & putaret, vt non ficeret, sed uere ad frugem melioris uitae ualeat transmigra- re. Talis ergo postquam a prelato suo transiit licentiam postulat, ex lege priuata, quae publica: si grauius, absolutus, libere potest sanctioris uiae propositum adimplere non obstante indifferente contradictione praetati, quia priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. Cum ergo Ro. Pont. qui supremam obtinet in ecclesia potestatem, Archiepiscopus & episcopus, cedendi licentiam ex iusta causa perentibus, sine difficultate concedat. Quocirca nouerit vnuerfi, quibus huiusmodi priuilegium est concessum, se ad concedendam transire licentiam taliter postulantes de iure teneri quia sicut subditus a prelato, cum humilitate, & puritate transire debet licentiam postulare, ne bonum obedientiae contemneret uideatur, sic praelatus subdito sine difficultate, & prauitate qualibet transiendi licentiam indulgere, ne uideatur propositum impedire diuinitus inspiratum. Si uero probabiliter dubitetur, utrum quis uelit ad arctiorem, an laxiorem ordinem ex charitate an ex temperate transire, superioris est iudicium requisitum, ne forte Angelus sathanae in lucis Angelum se transformet, illa semper regula inuiolabiliter obseruata, vt nullus absque licentia. Ro. Pont. praesumat, occasione qualibet deserere praesulatum, quoniam communis uilitas specialiter praefertur. Et in hoc casu recte praenotatur doctrina silentio, sollicitudo contemplationis, & labor quieti. Vnde quando potest episcopus praesule pariter, & prodesse, non debet concedi postulare licentiam, aut etiam obtinere. Cum ergo monachus uellet, ad fratres Cister. ordinis transmigrauerit, non vt ordini uostro aliquatenus derogaret, sed vt apud eos uitam duceret arctiorem. Man. qua. super eo, quod de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta facte dignoscitur, cum nullatenus molestetis, quia charitas est fons proprius, cui non communicat alienus.

De Transumptione, & fugitiuorum reuocatione. Cap. LXXXI.

Ex summa fratris. V. Nunquid si transeat aliquis non petita licentia, ad arctiorem religionem, eo solo potest reuocari a prelato? Respondeo, quod non maxime si professionem fecit, ubi se transiit: multa enim fieri prohibentur, quae tamen facta tenent. Item pone, quod impetravit aliquis regularis licentiam ab abbate suo transiendi ad arctiorem religionem, postea penitet ille nunquid abbas praedictus tenetur eum recipere reuertentem? Respondeo. Si ille, uel non potest inuenire arctiorem religionem, ubi recipiatur, aut non potest sustinere asperitatem illius postquam probauit causa, tenetur eum recipere, reuertitur autem factam ibidem professionem, aut nondum transactio tempore probationis, nec potest repelli praetextu prioris licentiae, vel reuocationis, si renunciauit primo monasterio: cum facta sit ex causa, scilicet ut transiret ad arctiorem religionem, & causa secura non sit, alias non tenetur recipere. Quid si petijt

petijt licentiam transiendi, & abbas dixit, quod deliberat, & antequam respondeat ille penitet dicens, quod non uult transire. Abbas tamen postea licentiam eum, nunquid tenetur exire? Respondetur, quod non ex quo non concurrerunt eodem tempore uoluntas petentis, & licentiantis. Credo autem quod ubi quis licentiam petijt transiendi ad arctiorem religionem, sufficit licentia solus abbatis, ubi autem ad parem, notauit. H. quod non sufficit licentia praetati, sine licentia conuentus, cum in alienatione pignit quod minus ualeat, quam homo, requiratur consensus capituli. Ad laxiorem autem religionem non potest transire etiam de consensu abbatis, & conuentus, quia contra ius est. Cum autem & conuentus licentiat aliquem simpliciter, & ille renunciet simpliciter suo monasterio, ex odio forte, vel rancore, vel alia de causa, non ualeat quod agit, quia hoc non est nisi dare licentiam euagationis, & dissolutionis. Extra. 3. de regularibus, & transf. ad rel. Greg. 9. Statuimus, vt praesidentes capitulis celebrandis, secundum statutum ge. concil. Abbates, siue priores fugitiuos, & ceteros de ordine suo requirant sollicito annuatim, qui si recipi possunt secundum ordinem generalem, abbates & priores eorum ad receptionem eorum, cen. ec. compellantur, salua ordinis disciplina. Quod si hae regularis ordo non patitur, auctoritate nostra prouideant, vt apud eadem monasteria sint in locis competentibus, si absque graui scandalo fieri poterit. Alioquin in domibus aliis eiusdem ordinis ad agenda inibi penitentiam, talibus uiae necessaria ministrantur. Si uero fugitiuos diuinos inobedientes inuenerint, eos excommunicant, & tandiu faciat a prelatis excommunicatos publice denunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter reuertantur.

De uotis episcoporum, & seruorum. Cap. LXXXII.

Ex summa de ca. Quod autem superius dictum est de monacho, intelligas & de clerico, seculari, non in uoto abstinere, sed religionis, & peregrinationis. Sed hoc fallit in episcopo, qui nec uotum peregrinationis, uel religionis potest facere, nisi obtenta licentia Papae. Item nec seruis, sine domini uoluntate. Tamen si seruis intrauerit religionem, & est persona nota, uel etiam est incognita, quia nescitur utrum sit liber, uel seruis, non debet recipi ad monachatum per triennium, ita quod si sit seruis, uel rationis obligatus, uel colonus. i. originarius, uel scripticius, & quaratur a domino suo, reddatur ei, cum omnibus his quae attulerit, si tamen accepta de impunitate. Si autem infra triennium non fuit requisitus, postea quaeri non potest. Quando incipit computari illud triennium, dicit. H. quod a tempore ingressus, & currit continue in fauorem religionis. Ia. Io. & alii plerumque dicunt, quod a tempore scientie domini. Quid si recipiunt eum ad professionem ante hoc tempus, credo, saluo meliori iudicio, quod ille debet remanere in ordine & monasterio satisfecit domino, quia fuit in culpa recipiendo eum, uel die, quod si fuit erat incognitus, & asserbat se liberum, cum interrogabatur de hoc uel forte probabat hoc per falsos testes, & corruptos, si dominus nouerit eum ex gratia dimittere, spoliabitur tanquam indignus, uel uilis habitus, quem fortuito accepit, & restituetur domino. Ex summa fratris. V. Sed nunquid talis est uere monachus, cum inuito domino seruis non possit constituitur hominem, super caput suum. Respondeo, quidam dicunt, non potest fieri monachus. Sed H. uideatur contrarium: quia seruis uouere continentiam, & propriis abrenunciare, & uoluntate secundum regulam monachorum quantum licet, saluo iure dominorum, quod habent in corpore serui, & animam Deo obligare inuito domino potest, licet non possit alius subiacere corpus, sed subiectio corporis non exigitur ad monachatum, quia in propria domo potest quis, & esse, & effici monachus. Quod autem dicit magister, quod praedictus seruis debet in ordine remanere in fauorem religionis, quod satis potest dici quando seruis huiusmodi bona fide intrauerit monasterium, credens se esse liberum, alias uideatur domino restituendus si uelit donarius. Quid si postea fuerit manumissus, nunquid tenebitur reuerti ad monasterium, ubi professionem fecit. Respondeo, dicunt quidam quod non. Sed H. inuicem, quod licet dicatur, quod non fuerit monachus, quia tamen quantum in eo fuit, tenetur redire ad monasterium. Sed quod contra uidetur, extra, de conuer. coniu. Quidam intrauit, placet, & difficile est respondere, dato quod seruis, manens seruis, monachus fieri non possit. Sed dato quod possit sicut uideatur sentire. H. facilis est, respon-

sio, quia aliud est de uiro inuita uxore intrante monasterium qui monachus esse non potest, quia uouere continentiam sine consensu uxoris non potest, quae continentia annexa est regulae monachali, unde reuocatus ab uxore de monasterio, ipsa mortua non tenetur reuerti ad monasterium, quia nunquam monachus fuit, sed seruis. Adepta libertate tenetur reuerti, quia monachus fuit.

De uotis impuberum. Cap. LXXXIII.

Ex summa de ca. Item nec impubes absque patris, aut tutoris auctoritate uouere possunt religionem, uel peregrinationem. Itaque nota, quod ingrediens monasterium, aut est adules, aut impubes. In primo casu si intrat sponte, & facit professionem expressam, uel tacitam, non poterit exire. Et dicitur sponte, quia si inuitus intraret non tenetur, etiam si propter aliquam culpam si sibi imponeretur ad penitentiam agenda. Et intelligas inuitum, qui inuitus propter metum, qui potest cadere in uirum constantem, uidelicet mortis, uel uerberum, uel seruicitis, uel stupri, serui, uel filiorum. Si uero impubes intrat, aut ab alio ponitur in monasterio, puta patre, uel tutore, aut propria auctoritate. In primo casu, si ipse non consentit potest egredi quando uoluerit, usque ad aetatem legitimam. Si autem consentit, licet consensus ille, qui fit ante annos pubertatis non teneat, tamen exire non potest, priusquam peruenerit ad aetatem legitimam, ad instar carnalis matrimonii. Sed quam cito peruenerit ad perfectam aetatem potest egredi. Si uero impubes propria auctoritate intrauerit, potest extrahi a patre, uel tutore infra annum, uel diem. Hoc tamen addit Innocen. 3. quod sicut in matrimonio carnali malicia supplet aetatem, ita & in spirituali. Item si quis impubes, doli tamen capax, sponte intrauit, consulerem ei ad cautelam quod non exiret, uel si exiuerit quod rediret, nisi duxisset uxorem, non tamen dico teneri, nisi secundum distinctionem supra dictam. Ca. 20. q. 1. Quod intra annos pueritiae monasterio traditi, cum adulti fuerint liberum habeant arbitrium manendi, uel discedendi, probatur auctoritate 1x. synodi, in qua scilicet statutum est. Firma autem tunc erit professio uirginitatis, ex quo adultam aetas esse cepit, & quae solet apta nuptiis deputari ac perfecta. Sed hoc de illa professione, quae proprio arbitrio fit. Secus de illa, quae a parentibus Deo offertur, uel Grego. ad Augustinum Anglorum episcopum. Ad idistis adhuc quod si pater, uel mater, filium uel filiam, intra septem monasterii, in infantiae annis sub regulari tradiderit disciplina, utrum liceat eis postquam ad pubertatis peruenerint annos egredi, & matrimonio copulari, Hoc omnino deuitamus, quia nephas est, vt oblati a parentibus Deo filijs, uoluntatis frenata relaxentur. Item ex concil. Toi. Monachum aut paterna deuotio, aut propria confessio facit, quicquid horum fuerit, al ligatum tenebit.

Adhuc de eodem. Cap. LXXXIII.

Ratianus. Ex his auctoritatibus colligitur, quod pater na professio pueros tener obligatos. Sed obicitur, illud Leonis Papae. Puellae, quae non parentum coactae impetio, sed spontaneo iudicio, uirginitatis propositum, atque habitum susceperit, si postea nuptias elegerit praeruantur. Ex quo datur intelligi, quod si coactae uirginitatis habitum sumpserint, sine praeruaricatione ipsum deserere possunt. Sed puella hic nubilus intelligitur, cuius (vt in subsequentibus monstrabitur) post 12. annum liberum est arbitrium, nec in electione propositi cogitur sequi parentum imperium. Sic & illud intelligendum est, quod est statutum in synodo habita ab Eugenio Papa. Sicut qui monasteria elegerit, a monasterio egredi non permittuntur, ita qui inuiti iustae offensionis causa sunt intromissi, non nisi uolentes teneantur, quia quod non petunt non obseruant. Idem q. 2. Ex concil. Tribur. Puella si ante 12. annos aetatis, sponte sua sacrum uelamen sibi assumpserit, possunt itaui parentes eius, uel tutores, id factum irritum facere si uolunt, at si annum, & diem distulando consenserint, ulterius nec ipsi, nec ipsa mutare poterant. Si uero in fortiori aetate adolecentula seruire Deo elegerit, non est potestas parentibus prohibendi. Ex sum. fratris V. ubi dicit. Continentiam, perpetuam, supple, non enim sufficit, quod promittat continentiam ad tempus uirginitatis tantum. Si autem post huiusmodi uotum factum ad tempus, maritus receptus fuerit de facto, quia de iure non debet, mortuo marito poterit matrimonium contrahere, si siq man sit



manfit vique ad mortem viri. Quod ideo dico, quia sicut notavit. H. viucnte marito, debet compelli intrare mo nasterium, vel saltem vouere perpetuam continentiam, quod satis credo si ipsa ignara fuit iuris, alias non credo, quod compellenda fit, sed potius reuocare maritum debet, si induci non possit illa ad intrandum monasterium, quando est suspecta, vel ad vouendam perpetuam continentiam. Item nota, quod dicit, in manu, vel presentia episcopi, talia enim maiora negocia non debent expediri per minorem, quam per episcopum, vel per aliquem de mandato eius. Si tamen per personam fieret inferiorem, vel alias rite factum esset, non deberet propter hoc episcopus factum reuocare, & peccaret si de facto reuocaret. Et nota quod duplex est professio. scilicet expressa, & tacita. Expressa est, quae fit per verba secundum formam ordinis. Tacita autem fit per receptionem habitus regularis, quo vtuntur professi, quod si & cetera omnia facit, inde est ac si fecisset expressam professionem. Item nota, quod impubes, si est doli capax, secundum H. monachus fieri non potest, nec se Deo obligare. Gratianus. Patulio vero dum offeruntur, non nisi sub multorum testimonio suscipiendi sunt. Extra 3. de reg. & transf. ad rel. Ex concilio Magantio. Nullus non debeat nisi legitima aetate, spontanea voluntate. Ex eodem. Si quis ante legitimos annos confusus sine consensu parentum suorum, si parentes sui infra annum non reclamauerint, in clericatu permaneat. Ex registro Greg. Quia in insulis dura est congregatio monachorum, pueros in eorum monasteriis ante 18. annum suscipi prohibemus. Celestinus 3. Cum. D. miles se cum suo filio discretus annos nullatenus attingente, ad quoddam monasterium cum bonis suis etiam contulisset, dictum filium suum fecit habitum suscipere monachali. Et infra. Dist. t. r. respondens, quod si dictus puer ad annos discretionis peruenit, & habitum retinere noluerit monachalium, si ad hoc induci nequeat, non est illatenus compellendus.

Item de eodem. Cap. LXXXV.

EX summa de ca. Si tamen impubes, & doli capax emitte votum aliud quam continentiae, videtur quod sit obligatus, nisi pater statim cum audient reuocet. Ex summa fratris. V. Idem etiam credo de voto continentiae circa ingressum religionis, quia non poterit reuocari, nisi statim reuocetur. Quid si vouerit se seruaturum continentiam, vel ingressum religionis, tunc demum cum venerit ad aetatem, vel cum mortuus fuerit pater, nunquid potest pater illud reuocare contradiendo statim. Respondo, non potest secundum opinionem H. sed secundum communem quae humanior est, potest statim, nec enim datur ei annus, & dies sicut in transitu ad rel. & hoc, quia per ingressum rel. eximitur a potestate patris vel tutoris, sed propter alia vota non eximitur, & ideo non potest reuocare nisi statim reuocet, ex quo facti votum esse emissum. Et exponit statim, in ipsa die. ar. Numeri. 30. ubi dicit: Et in alterum diem distulerit sententiam. Idem enim credo de filio, & filia, licet lex loquatur de sola filia. Quid si pater contradixerit, & reuocauerit huiusmodi votum, siue continentiae, siue aliud, & post huiusmodi reuocationem consentit huiusmodi voto, nunquid filius cum venerit ad aetatem tenebitur obseruare votum, Communis est opinio, quod non, quia semel fuit absolutus scilicet per reuocationem factam a patre, & obligatio semel extincta non reuiuiscit. Vnde non tenetur seruare votum huiusmodi, vel iuramentum si forte iurauit aliquid, quod tutor, aut pater reuocauit, nisi iterum voueat, aut iuret. Idem dicunt de vxore, quae ad mandatum viri frangit votum, quod eo mortuo non tenetur illud implere. Idem dicunt de seruo qui intravit monasterium, & reuocatur a domino, & postea efficitur liber, quod non tenetur redire ad monasterium. Idem de viro, qui inuita, vel nesciente vxore intravit monasterium, & propter hoc reuocatus fuit ab vxore, quod mortua vxore non tenetur reintrare monasterium, licet teneatur continere. Sed in omnibus casibus istis, dicit H. contrarium, & dicit quod in nullo casuum praedictorum absoluitur impubes, aut seruus, aut vir ab huiusmodi votis, sed impeditur adimplere quod promissit. Vnde remoto obstaculo, quod impediabat, debet fieri quod impediatur. i. votum seruari. Et nota quod cum pater, vel tutor reuocat votum filii, vel impuberis, aut maritus votum vxoris, non peccat, quia vtitur iure suo sibi a Deo, & a canone concessione filius, nec filia, nec vxor peccant, non implendo votum, post huiusmodi reuocationem.

EX summa de ca. Vxor si emiserit votum abinentiae, vel peregrinationis, vel continentiae, vel aliud quod non debent auctoritate sua contrahere. Sed vii eas possunt irritare, etiam si ante matrimonium contractum emiserant votum, quod contracto matrimonio non dum compleuerant, vetum est etiam hoc, si vxor de consensu viri emiserat tale votum, & postea vir prohibet, quia debet ei obedire vxor, & in nullo peccat vxor obediendo, licet peccet vir, id quod consenserat prohibendo. Ex summa fratris. V. Nunquid possunt irritare similiter iuramenta corum, scilicet ante matrimonium contractum, vel post? Respondeo. Credo quod non nisi sint talia, quod praestita fuerint super abinentia, secundum quod innuit Aug. supra posita. Notavit etiam H. 33. q. 3. vobis, quod si ante matrimonium contractum obligauit se mulier alicui hominum, non potest post matrimonium contractum vir eius liberare eam ab illa obligatione. Similiter credo, quod si post contractum matrimonium iuraret aliquid alicui, quod ipsa possit facere, non contradicente marito, non possit ille tale iuramentum irritare, alias credo quod possit. Quid si voueat mulier, vel iuret quod non ibit ad conuiuium, vel ad aliquid aliud extra domum propriam, cum viro suo. Respondeo, credo quod huiusmodi iuramentum, vel votum, si tamen votum est, potest vir reuocare. H. tamen notavit, quod maritus illa sola vota vxoris abinentiae reuocare potest, quae ipsa implere non potest sine scandalo viri, vt de ieiuniis, de surgendo ad matutinas, de iacendo de nocte in caemisia. Alia quae potest implere sine scandalo viri, reuocare non potest, nec vxor tenetur ei obedire in reuocatione, vt si vouerit quod daret aliquid de proprio, ubi consuetudo est, quod mulieres habent parafernalia separata a rebus dotalibus, vel si vouit quod cantaret vnum psalterium, vel diceret Pater noster, singulis noctibus, vel quod de cetero non exiger debitum, vel quod non consentiret adulterio.

De eodem. Cap. LXXXVII.

EX summa de ca. Quod autem dixit de voto continentiae, scilicet quod viri vxorum vota possunt irritare, intelligas cum distinctione. Quia aut inter virum, aut vxorem est secuta carnalis copula, aut non. In primo casu, si vult vxor religionem intrare potest, si maritus similiter intret, & eorum. Vel si est vetus vxor, & non est suspecta de incontinentia licentiae virum, & promittat in manu, vel presentia episcopi continentiam. Et sic poterit vir intrare, alias non. Idem videtur dicendum in casu conuersio, videlicet, quod vxor possit intrare religionem, viro sene, & non suspecto de incontinentia: quia in huiusmodi non ad imparia iudicantur. Ex summa fratris. V. ubi dicit continentiam supplere. Non. n. sufficit, quod promittat continentiam ad tempus vitae mariti sui tantum. Si autem post huiusmodi votum factum ad tempus maritus receperit fuerit da factio, quia de iure non debet, mortuo marito poterit matrimonium contrahere, si remansit vix, ad mortem viri, quod ideo dico, quia sicut notavit H. viucnte marito debet compelli intrare monasterium, vel saltem vouere perpetuam continentiam. Quod satis credo si ipsa ignara fuit iuris, alias non credo, quod compellenda fit, sed potius reuocare maritum debet, si induci non possit illa ad intrandum monasterium, quando est suspecta, vel ad vouendam perpetuam continentiam. Item nota, quod dicit in manu, vel presentia episcopi, talia enim maiora negocia non debent expediri per minorem quam episcopum, vel per aliquem de mandato eius. Si tamen per aliam personam fieret inferiorem, si alias rite factum, non deberet propter hoc episcopus factum reuocare, & peccaret si de facto reuocaret. Extra. 3. de conuersione coniugum. Alex. 3. Laicus, ignorante episcopo, de licentia vxoris monasterium ingressus, professionem fecit. Dicimus quod nisi vxor ad religionem transierit, aut perpetue castitatem seruare promiserit, vir potest & debet de perpetuo de castitate seruare promissit, vir potest & debet de perpetuo de castitate seruare promissit, si d. & vitam debet mutare, nisi forte eius sit gratis, vt sine suspitione incontinentiae valeat in seculo manere. Ex summa de ca. Si vero vxor non vult ingredi religionem, sed in seculo promittit continentiam, obligatur quantum in ea est, marito tamen petenti debitum reddere, nisi ambo emiserint parum consensu tale votum, tunc enim & si maritus peteret, ac votum frangeret, ipsa tamen debet instantissime persequere in voto quod fecit.

Adhuc

Adhuc de eodem. Cap. LXXXVIII.

SI autem non interuenit carnalis copula, potest ingredi religionem inuito etiam viro, & contradicente. Extra tertio de conuer. coniuga. Alexander quartus. Post consensum legitimum de praesenti licitum est alteri, altero etiam repugnante, eligere monasterium sicut sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt, dummodo carnalis commixtio non interueniret, & alteri remanenti si communis continentiam seruare noluerit licitum est ad secunda vota transire quia cum non fuisset via carnis infirmal effectus satis potest vnus ad Deum transire, & alter in seculo remanere. Ex summa fratris V. Nunquid similiter poterit transire ad heremum, vel ad reclusorium. Respondeo. H. notavit, quod potest marito inuito, dum tamen emittat votum continentiae, quia in heremo vel reclusorio, vt dicit, est archior religio, qua in ecclesia regulari. Sed non credo, quod possit, nisi obliget se ad obseruantiam regularem, & solenniter renunciet seculo, & omni proprietate, ita tamen reuocatur ad illa tria visitata, quae sunt in qualibet religione, scilicet ad continentiam, & ad abrenuntiationem proprium, & ad obedientiam. Quid si datum est ei tempus ad intrandum, & maritus interim per violentiam cognoscit eam, nunquid eo non obstante poterit illa ingredi religionem infra tempus sibi assignatum? aut impeditur intrare propter matrimonium iam per carnalem copulam consummatum? Respondeo quod questio dominicalis est, & diuersa diuersa super hoc senserunt. Ex summa de ca. Sed quid si se dicit velle intrare, cum vir exigit ab ea debitum, & tamen procraftinando differt. Dico, quod episcopus debet arbitrari tempus infra quod ipsa ingrediat, quod elapso si non fuerit ingressa, cogatur per excommunicationem satisfacere viro, quod etiam ex tunc poterit efficaciter accipere, tamen si termino elapso illa ingredieretur, nihilominus tenetur ingressus, dummodo ante carnalem copulam, postquam autem ipsa fuerit ingressa, & fecerit professionem tacitam, vel expressam, solutum erit matrimonium, & vir qui remansit in seculo, etiam illa viucnte poterit aliam ducere. Ex sum. fratris. V. Hoc siue de consensu intrauerit uxori religionem, siue eo contradicente. H. tamen contrarium notavit super illud. c. de sponsata, scilicet quod eo ipso videtur maritus vouisse continentiam, quod consensit uxorem intrare monasterium, quod ego non credo. Ex sum. de ca. Item quid si ipsa non vult ingredi religionem, sed quasi seruatura propositum castitatis in seculo, vel in domo propria permanere, suscepto aliquo religionis voto. Ad hoc dicas, quod non sufficit, & nihilominus consummandum est matrimonium iam contractum, nisi se voto astrinxerint ad obseruantiam regularem. In quo casu compelli potest, vt relicto seculo, religionis propositum exequatur. Extra vbi supra. Inno. 3. Cum quaedam mulier velum viduitatis coram duobus abbatibus assumpsisset, benedictione solenni, quidam nobis proponebat se prius ipsam mediantibus nunciis per verba de seculo, arca etiam interposita desponsasse, at illa se in illum consensisse confessa, dixit, quod audierat illum lepra esse percussum, & ob hoc eius fuerat abhominata complexum. Et infra licet videatur in veli susceptione religionis habitum assumpsisse, si tamen velit in domo propria permanere, quasi propositum castitatis in seculo seruatura, nihilominus consummandum est matrimonium iam contractum, nisi se voto astrinxerit ad obseruantiam regularem. In quo casu compelli potest, vt relicto seculo religionis propositum exequatur. Ex summa fratris. V. Compelli potest, & debet.

Item de eodem. Cap. LXXXIX.

Quid si antequam compellatur, vel exequatur huiusmodi propositum siue votum, voluntaria cognoscatur a marito, non quid consumatur matrimonium? Credo, quod sic, nisi ita astrinxerit se ad obseruantiam regularem, quod fecerit professionem tacitam, vel expressam secundum formam alicuius religionis, nec enim votum castitatis, quocumque modo solennizatum, dirimit matrimonium ante contractum, nisi sit solennizatum per sacri ordinis susceptionem, vel professionem regularem. Sed nunquid potest aliquis, vel aliqua fieri monachus, vel monacha in domo propria. Respondeo potest quidem, sicut notavit H. dum tamen faciet uotum de non habendo proprium, & de seruanda continentia, & supponat se regulari monachali, & viuat secundum eam, nec exigatur, quod Speculum Doctrinale.

se supponat alicui abbati, uel priori, quia primus monachus sine omni abbate, vel priore monachus fuit, licet non fuerit monachus secundum regulam, & formam Beati Benedicti, qui uoluit & instituit, quod fratres sui obedirent abbati. Sed cuius sunt res, quas habet huiusmodi monachus, qui est sine abbate, vel priore in domo propria, vel in reclusorio, vel in heremo, cum habere propria non debeat? Respondeo. Dicit H. sua sunt quo ad usum, quo ad proprietatem autem eorum sunt, qui debent ei succedere ab intestato, si tamen transferat se ad aliquam ecclesiam, fingitur nunquam fuisse illorum, & erit illius ecclesiae ad quam se transfuit. Si autem nec se transferat, nec habeat tales successores, succeder in illis rebus ecclesia, cum huiusmodi monachus persona sit ecclesiastica. Cum autem quis, uel aliqua emittit uotum continentiae in manu publicae personae, credo sine prauidicio, quod tale uotum impedit, & dirimit matrimonium postmodum contrahendum, licet sic uouens non recipiat habitum religionis, nec renunciet propriis, uel promittat obedientiam alicui, uel abbati priori. Quidam tamen dicunt contrarium, dicentes quod uotum continentiae non dirimit matrimonium contrahendum, nisi sit solennizatum per sacri ordinis susceptionem, aut per professionem regularem. Ex summa de casibus. Et nota, quod quicquid dictum est de uxore, quantum ad uotum continentiae, intelligendum est, & de viro, quia in talibus, secundum omnes ad paria iudicantur vir & vxor. In voto autem abinentiae dicitur quidam indistincte, quia vir sit maior, quod possit talia uota facere inuita vxore. H. vero intelligit idem, ubi per tale uotum non fieret uxori prauidicium in debito sibi reddendo, quod satis uidetur mihi probabile. In uoto peregrinationis dicit, quod neuter coniugum potest altero inuito facere. Fallit tamen in uoto Hierosolimitano, quod in maximum fauorem terrae sanctae, ac fidei Christianae potest uir sine uxoris licentia facere, ac libere adimplere, uxor tamen, ut assensu est attentius commenda, vel si non uult remanere sequatur uirum suum.

De eodem. Cap. XC.

EX summa de casibus. Item alter coniugum intravit religionem sine licentia alterius, alius repetit eum, quaeritur utrum teneatur redire ad coniugem. Respondeo, quod sic, nisi in duobus casibus. Vnus est, si illa fuit publice fornicata, & ipse ingrediens uixit caste, de alio posterius uide. Ex summa fratris. V. Bene dicit sine licentia, quod fieri non debet, quia tria sunt necessaria ad hoc, auctoritas episcopi, expressa licentia operis sui, & uotum perpetuae continentiae, cum transitu ad religionem si sit suspecta persona, alias poterit remanere in seculo. Item bene dicit, si uixit caste, alias non possit eam repellere, scilicet si fornicatus ipse fuisset, ante ingressum religionis, uel post. Extra tertio ubi supra. Innocentius tertius. Constitutus in praesentia nostra H. sua nobis confessione monstrauit, quod in accolytatu ordine constitutus, quandam puellam. R. nomine in facie ecclesiae duxit, quam cum carnaliter cognouisset, orta discordia inter eum & amicos puellae, ipsa fuit alii nomine V. copulata, & tu cum usque ad gradum sacerdotii ordinasti. Cum autem cum sua conscientia remorderet, habitum ordin. Cisterciensis assumpsit, & infra. Mandamus quatenus mulierem, vt a dicto V. recedat, qui per adulterium adiuncta est, nec praedictum monachum impediatur, quo minus regulariter uotum ualeat adimplere, per censur. ecclesiastic. cogere non omitteras. Ex summa fratris V. Quid si uerberet fornicatus est, nunquid potest alter altero inuito intrare monasterium? Respondeo, Non potest, sicut notavit H. vigesima prima quaestione secunda. Agathosa. Et potest reuocari, qui sic intrauit, quod credo verum siue occulta, siue publica fuerit utriusque fornicatio, uel si etiam ingrediens occulte fornicatus fuerit, & alius publice. Quid si uterque non petita licentia ab altero intravit monasterium, nunquid poterint se mutuo repetere. Respondeo, Non poterunt, quia neuter potest dicere se ab altero spoliatum, & uterque intrando renunciauit iuri, quod habebat in reliquo, & iuri exigendi debitum, vnde uotum utriusque tenuit quo ad exigendum, & quo ad reddendum debitum. Quid si uterque credens alterum esse mortuum intravit monasterium, nunquid comparata veritate potest alter exire, & alterum petere. Respondeo. Notavit H. quod sic, quia neuter intrando uoluit fieri monachus, nisi alter mortuus esset, unde neuter fuit monachus, cum uterque uiuere. Sicut illa quae nupsit alii, cum uirum suum mortuum esse crederet.

comparata veritate licite recedit a secundo, & redit ad primum. Ex sum. de ca. Alius est si fuerit lata inter eos sententia, diuortii ad separationem thori. Ex sum. fratris. V. In hoc casu potest ille qui relictus est intrare monasterium inuito relinquente, sicut notauit H. super praedictum. c. quia per sententiam ecclesiae amittit uterque potestatem in corpore alterius, & uterque ex toto renouat iuri suo, quod credo verum, esse, si relinquens non vult reliquum sibi reconciliari. Ex sum. de ca. Ad aliud dico, quod est obligatus quo ad se tantum, & ideo non potest exigere debitum, quia hoc potuit vonere, quia erat in sua potestate. Sed alienum, id est non reddere debitum coniugi petenti, non potuit vonere, & ideo tenebitur reddere. Extra. 3. de conuer. coniu. Alex. 3. Quidam intrauit monasterium inuita vxore, qua ipsum repente coactus est ad ipsam redire, ea mortua, quæris &c. Respondemus, quod votum non tenet. Vnde ratione voti ad monasterium non tenetur redire, Vterius vero vxorem accipere non poterit, promisit enim se non exigere debitum, quod in eius erat potestate, & ideo quo ad hoc votum tenuit, non reddere autem non erat in eius potestate, sed mulieris.

Iterum de eodem. Cap. XCI.

EX summa de ca. Pone, quod moritur vxor, quæ extraxerat eum de monasterio, nunquid tenetur redire ad monasterium? vel nunquid poterit ducere aliam vxorem? vel nunquid saltem tenebit matrimonium si duxerit? Item nunquid ab illa secunda poterit exigere debitum. Ad primum dico, quod cessante impedimento monendus est diligenter redire ad monasterium, & peccat si non facit, inuitus tamen non est cogendus ab ecclesia, quia professio quam fecit, non solennizauit votum, cum non obligaretur simpliciter ad continentiam propter impedimentum vxoris. Ex sum. fratris. V. Si peccat quare ergo non compellitur redire, cum quilibet possit compelli ad penitentiam, & desistere a peccato? Respondetur secundum H. compelli potest, & peccat mortaliter si non redit. Quod ergo sequitur, quod non est cogendus inuitus, intelligendum est ad petitionem eorum, ad quos intrauit, quibus se subiciere non potuit. Episcopus tamen de suo officio potest eum compellere reuerti ad monasterium. Vel dic, quod peccat venialiter, quia recedit a proposito meliori, quod tamen non videtur verum, eum quantum in ipso fuerit obligauerit se, ad perpetuè viuendum in religione quando fecit professionem. Cum ergo mortua vxore sublata sit impedimentum quod impediēbat voti executionem, fieri debet quod impediēbatur, & hanc rationi innititur. H. extra vbi supra. Urbanus. 3. Licet D. vxore sua remanente in seculo de iure ad religionem transire nequiverit, ea tamen sublata de medio, votum sine salutis suæ periculo non potuit violare. Cælestinus. 3. Vtrum mulier, quæ credens maritum mortuum, habitum religionis assumpsit, & eo reuerso, de monasterio educta fuit, post obitum viri sit ad obsequium regularem compellenda? Respondemus, quod votum eius vique quaque non tenet, eatenus tamen fuerat obligatorium, quatenus se poterat obligare: promisit enim intrando monasterium, se non excuram carnis debitum, quod erat in potestate ipsius. Redire vero ad seculum non erat in potestate ipsius, sed in potestate mariti, & ideo quātū ad eū tenuit notū, quod post viri obitum tenere non desit, cum ad eum statum a quo poterat efficax habere principium cognoscatur. Consultus quoque dicimus, vt ad monasterium redeat, vbi professio nem fecit. Si vero ad hoc non poterit induci, ipsam inuitam credimus non cogendam. Ex summa de ca. Ad secundum dico quod non potest contrahere, impediēte voto saltem simplici. Si tamen contraxerit per verba de presentij peccat, & debet agere penitentiam de simplicis voti fractione, & tenebit matrimonium, & ita responsum est ad tertium. Ad quartum, & vltimum dixit H. quod sicut non poterat exigere debitum a prima nec a secunda. Io. vero & plerique alij doctores dixerunt, tamen tantum bonum est matrimonium, quod tollit totaliter obligationem illam. Opinio tamen H. videtur tutior, & congruentior ad salutem.

Adhuc de eodem. Cap. XCII.

Quid si vxor sine cuius licetia vir intrauerat religionem, vult intrare religionem, & maritus contradicit? Ad hoc distinguo eum, in no. quia aut est iam electus de monasterio, & reconciliatur uxori, aut non. In primo casu non po-

test intrare vxor religionem. In secundo potest illo inuito intrare. Causa. 33. questione quinta. Qui vxorem suam velari permiserit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur. Ex hoc casu & similibus dixit H. quod alter coniugum si viderat comparere suum, vel scierit intrare religionem, & tacuit eo ipso praesumitur vonere continentiam, & huiusmodi taciturnitas reputatur pro consensu, secundum plurimos. Sed magister videtur innuere supra, quod necessaria est licentia expressa, & non sufficit taciturnitas, quod credo verum esse. Sed & si inter uenerit consensus, vel licentia exorta per violentiam, vel per dolum, non prauidetur. Si autem uon fuerit dolus ibi, vel violentia prauidetur, nisi licentians, vel consentiens ius ignorauerit, scilicet quod tenetur ad perpetuam continentiam, si autem scit ius, & non erat persona suspecta de incontinentia, non poterit reuocare licentiam, sed tenebitur continere, quia praesumitur continentiam uouisse. Si autem erat persona suspecta de incontinentia, & hoc sciebat, non poterit similiter reuocare, sed tenebitur intrare religionem, si eam commode poterit inuenire. Si autem non potest, aut non credebat se esse suspectam de incontinentia, cum tamen non esset, poterit reuocare licentiam, quia non recipitur apud Deum illius viri conuersio, cuius sequitur coniugalis federis praesentio. Quid si licentians emiserit uotum continentiae remanens in seculo, & non esset suspectus, & mortuo corpore suo de facto, contrahat matrimonium, nunquid tenebit? Respondetur, tenebit, nisi emiserit uotum continentiae solenne, quod poterit solennizari, quamuis non renunciet propriis, nec promittat obedientiam alicui abbati, vel priori. Nec etiam recipiat habitum alicuius religionis, nec factum ordinem, dum tamē emittat illud in manu episcopi, vel abbatis de mandato episcopi generali vel specialiter, ipso episcopo, vel eius mandatario approbante illud uotum, tunc enim spirituale matrimonium contrahitur inter uentem, & Deum, & perficitur per approbationem ipsius episcopi, qui est vicarius, vel procurator Dei. Immo etiam consumatur quantum in hac vita potest consumari, vnde post huiusmodi uotum, siue matrimonium spirituale, locum non potest habere carnale matrimonium, sicut post matrimonium carnale consumatum, non potest transiri ad aliud carnale, alterutro contrahentium uiuente, nec etiam ad spirituale, nisi de consensu utriusque.

De eodem. Cap. XCIII.

EXtra, vbi supra. Grego. 9. Mulier quæ in fide remansit, potest nolare viro, qui ab infidelitate reuertitur, postquam ab eo fuerat iudicio ecclesiae separata, ad religionem libere conuolare. Idem, Mulieres vero, quæ relicto maritali thoro, lapsu carnis ceciderunt. Si mariti earum commoni te diligenter, eas conuersas noluerint recipere propter Deum in claustris, cum religiosis mulieribus studeris collocare, vt perpetuam penitentiam ibi agant. Ex summa fratris. V. nota, quod dicitur de marito si noluerit recipere, supple voluntarie, & sibi reconciliare, ad quod ipse compelli non potest, quantumcumque illa non penituerit, nisi & ipse adulteratus fuerit. Et est argu. quod potest eam reconciliare sibi inuitam si velit, & quod antequam recuset sibi reconciliare illam, monachari non potest, siue lata sit sententia diuortii, siue non, cum hæc decret. GauDEMUS, indistincte loquatur H. tamen dixit, quod lata sententia diuortii, relictas monachari potest inuito, & contradicente relinquente.

De mendacio, & eius speciebus. Cap. XCIII.

EX summa de casibus. Mendacium est, vt ait Augustinus falsa significatio uocis, cum intentione fallendi. Nam is qui mentitur contra id, quod animo sentit, loquitur voluntate fallendi, & ita prima pars distinctionis comprehendit falsum dicere, secunda mentiri. Patet ex his, quod hæc duo, mentiri, & falsum dicere, se habeant excedenter, & excessu, quia non omnis, qui mentitur dicit falsum, nec omnis, qui dicit falsum mentitur, qui mentitur fallit semper voluntate, & ideo semper peccat, quare lingua non facit, nisi rea mens. Qui vero dicit falsū nō temp peccat: aliqñ. n. dicit qđ falsum, & credit se dicere uerum, & tunc, si adhibuit diligentiam debitam non peccat, si autem peccat saltem venialiter. Augustinus ponit octo genera mendaciorum. Primum quod sit in doctrina religionis. Secūduū vt aliqñ legat in iuste, qđ tale est ut nulli proficiat, & obicit alicui. Tertium quod prodest alicui, ita

vt

vt obicit alteri, quāuis non ad mundiciam corporalem, vt mendacii testis in causa pecuniaria. Quartum quod sit sola mētiēdi, fallendique libidine, quāsi sine causa, & uilitate. Quintum quod sit placendi cupiditate. Sextum quod nulli obicit, & prodest alicui, ad euitandum periculum pecunie. Septimum quod nulli obicit, & prodest alicui, ad euitandum periculum personæ. Octauum est, quod & nulli obicit, & ad hoc prodest, vt ad immundiciam corporali aliquem uocatur, vt si uolenti corrumpere uirginem, mentiatur quis, eam esse coniugatam. In his autem tanto minus quisque peccat, quanto magis a primo recedit. Ex summa fratris. V. Sed contra videtur, quod minus peccatum est se ptimum mendacium, quam octauum. Respondetur. Non attenditur recessus iste quantum ad ordinem hic positum, sed quantum ad qualitatem, & detestationem primi mendacii, quod est in religionem fidei. Nec dicitur, quod quanto quodlibet istorū mendaciorum recedit a primo, tanto magis est peccatum, sed quantum ad qualitatem plus recedit. Vel dic, quod tria uictima non differunt, nisi secundum qualitatem facti, & reputantur pro unico mendacio. Porro i secūdo genere intellige, quod nulli proficiat ad suæ iustitiæ conseruationem, quod dico, quod falsus testis in causa criminali, siue contra ream, siue pro reo dicat testimonium, prodest reo ad euadendum pœnam debitam, vel accusatori ad euadendum pœnam calumnizæ. Ex summa de ca. Fit autem materialiter ex uerbis eiusdem. Aug. alia distinctio breuior, & tamē plenior, quia mendaciorū, aliud est perniciosum, siue a dignitate, aliud officiosum, siue pietatis, aliud iocostatis. Primum membrum huius uictimæ distinctionis comprehendit quinque genera primæ præcedentis, secundum tria uictima.

De mendacijs mortalibus, & uenialibus. Cap. XCV.

OME mendacium perniciosum est mortale. Mendacium uero officiosum, id est quod nulli obicit, & prodest alicui, ueniale est, secundum omnes in homine imperfecto, & idem de iocoso. Sed in hoc est opinio, quia quidam dicunt officiosum maius peccatum, quā iocofum, quia fallit proximum licet non nocet, quod non facit iocofum. Alii uero dicunt contrarium. scilicet officiosum sit minus peccatum, quā iocofum, quia prodest proximo, quod non facit iocofum. In homine autem perfecto id est claustrali, qui ex toto renouauit mundum pro Christo, dicunt quidam idem. scilicet utrumque tam officiosum, quā iocofum sit in eo ueniale, sed tñ grauius, quā in imperfecto. Alii dicunt, quod mendacium officiosum semper est mortale in homine perfecto, iocofum uero ueniale, quia non fit ex animo, sed istud fit, & per istud intendit decipere, p illud non, Prima opinio humanior est, & mihi plus placet. Quod tñ dictum est de iocoso mendacio intelligendum vī, quia non fallit, nouit enim ille cui dicitur, iocandi causa fuisse dictum. Sic vī dicere Aug. Hoc etiā intelligas nisi dicatur ex quadam complacencia, siue delectatione quam inde habeat, nam tunc dici potest mortale. Idem si scienter ducit in consuetudinem. Ex sum. fratris. V. Quod ait dum placet. Intelligo quā illa placencia, vel delectatio preponitur delectationi Dei, & mandatorum eius. Nec enim delectati in creatura sub Deo, mortale est etiam homini perfecto. Item secundum quosdam, consuetudo nunquam facit peccatum in aliquo acta, nisi comiteretur libido delectandi mortalis. Causa. 22. q. 2. Aug. in enchi. Nemo mentiens iudicandus est, qui dicit falsum, quod putat uerum esse, quia quantum in ipso est non fallit ipse, sed fallitur. Non itaque mendacii, sed aliqui temeritatis arguendus est, qui falsa in cautus credit, ac p ueris habet, potius quam contrario, quantum in ipso est ille mentitur, qui dicit uerum, quod putat esse falsum. Item Aug. in 5. sp. al. Duo uero sunt genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen nō sunt sine culpa, et aut iocatur aut pximo cōsulēdo mētiuntur. Illud aut primū in iocando ideo nō est pniciosum, quia non fallit, nouit. n. ille cui dicitur iocandi causa fuisse dictum. Secundum autem ideo mitius est, quia retinet nonnullam beniuolentiam. Illud autem, quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum. Verbigratiatantum si cui gladius commendatur, & promittat se redditurum, cum ille qui commendauit poposcerit. Si forte gladium suum repetat furens, manifestum est non esse reddendum, ne vel se, vel alios occidat donec ei fanitas restitatur. Hic ideo non habet duplex cor, quia ille cui commendatus est gladius, cum pmitteret se redditurum reposcens, non cogitabat futurē posse repetere. Item August. in lib. questionum Gen. ca. 45. Quod ait fratribus suis Ioseph Nesciebatis, quia non est in augurio homo, qualis ego: quia non serio, sed ioco dictum, vt exitus docuit, non est habendum mendacium: mendacia enim a menda

Speculum Doctrinale.

cibus serio aguntur, non ioco. Gratianus. Sed in uereri testamnto multa permittebantur, quorum exemplis hodie vī nō licet. Ex sum. de ca. Item ad id, quod supra dictum est, mendacium adulationis est mortale, contradicit Aug. numerans illud inter uenialia. Sed dic, quod tribus modis adulari quis, attribuendo alicui bonum, quod non habet, approbando malum quod habet, & superextollendo bonum quod habet. In primo casu, & secundo credo esse mortale, sed in secundo grauius, in tertio ueniale, quidam tamen dicunt in primo casu esse ueniale.

Utrum mentiendum sit pro saluanda uita alicuius. Cap. XCVI.

SOlet dubitari quid agendum sit ei a quo queritur aliquis occidendus, quem ipse scit in domo sua latitare. Si manifestat eum timet crimen prodicionis, & homicidii, timet etiā peccatum illorum, qui occidunt eum, ne sic grauius moriantur in anima, quod etiam timet in latitante, si forte est in mortali, & moriatur impenitens. Si uero non manifestat, formidat ipsum mendacium, si per quo videtur nullum posse adhibere remedium. Solutio. Plane videtur sentire. August. quod nullo modo debeat quis mentiri, & maxime perfectus pro uita alterius redimenda. ait enim. Ad sempiternam salutem nullus est ducendus, opitulante mendacio. Idem. Nec quis arbitretur perfectum, & spiritualem hominem pro ista temporali uita, vel morte, cuius sua, vel alterius non occiditur anima debere mentiri, taceat potius, vt sic neque prodar, neque mentiatur, neque occidat animam suam pro corpore alterius. Item Augustinus. Periculosissime admittitur hæc compenlatio, vt nos faciamus malum aliquod, ne alius grauius malum committat. Ego credo, saluo meliori iudicio, quod talis debet esse processus. Primo debet tacere, vt ait Augustinus. Sed si videtur ei, quod taciturnitas sit periculosa, quia ex ea credit interrogans eum concedere illum esse in domo, transferat se si potest ad aliam materiam, quasi interrogando eum de aliquo facto, vel respondeat uerbum aliquod æquiuocum, ut puta non est hic, id est non comedit hic, vel aliud simile. Nam Iacob dixit patri suo Isaac, se esse Esau primogenitum, non natiuitate, quia tunc mē turetur, sed iure primogenituræ quam emerat. Item Abraham rogauit uxorem suam Saram, vt diceret se non uxorem, sed sororem, quia filia fratris erat. Item Thobias: Ego sum inquit Azarias, &c. Vel dic simpliciter, quod debet negare, & asserere eum non esse ibi, si tamen conscientia sua dicit sibi, quod ita debeat dicere, tunc enim nullo modo peccabit, quia non mentitur, id est non ibit contra mentem. Ex summa fratris. V. Duplex est conscientia ueri, contra quam dicit, & conscientia dicendi contra quam non facit, sic dicendo, ex quo dicitur ei, quod debeat sic dicere.

De Crimine perijurij. Cap. XCVII.

EX sum. de casibus. In mendacio fundatur perijurium, proprie namque perijurium est mendacium iuramento firmatum. Committit autem quis perijurium tribus modis, secundum Augustinum. Vel cum iurando loquitur falsum sine intentione fallendi, vel cum iurando loquitur falsum cum intentione fallendi. Qualiter autem hoc fiat ostendit Augustinus ponens hos tres modos perijurij. Primus modus cum quis fallitur, puta quia credit uerum esse, quod falsum est, & temere ac indiscrete iurat. Secundus cum scit, vel putat falsum esse, & tamen pro uero iurat. Tertius cum putat aliquid falsum esse, & tamen uerum est, & ipse iurat tanquam uerum. Primum perijurium est peccatum, sed ueniale, si adhibuit diligentiam, quam debuit. Si uero ignorantia iuris, vel facti crassa fuerit, & supina mortale. Duo uictima sunt mortalia, sed primum grauius, & hoc circa assertorium. Circa promissorium similiter sunt tres modi perijurij, primus cum iurat se facturum, uel dicturum aliquid illicitum, vel inhonestum. Secundus cum iurat se facturum, uel dicturum aliquid licitum, & hoc cum solennitate, sed absque necessitate, & indiscrete. Tertius in iuramentis quotidianis, quæ fiunt sine solennitate in cursu uerborum, ex quadam leuitate, & consuetudine mala, de re tamen licita, uel etiam cum sunt huiusmodi iuramenta iocosa. In his tribus statim cum iurat peierat. Primum iuramentum est mortale, & nullo modo obseruandum. Secundum similiter mortale, sed minus, & omnino seruandum, ex quo seruari potest sine interitu salutis æternæ. Tertium ueniale iuramentum est, affirmatio uel negatio de aliquo, sacræ rei attestatio firmata. Causa institutionis est duplex. Vna propter infirmitatem hominum defacili dubitantium. Alia p-

Tomus Secundus.

V 2 pter



per vitandam idolatriam. Ex his patet, qd iuramentum licitum est, & bonum, & etiam meritorium, cum per ipsum proximo subueniatur, ad quod tenemur ex precepto, nec ideo dissuadeatur, quia ipsum sic malum, sed quia ex frequenti & incauta iuratione sepe solet contingere peritium, sicut vinum non est malum, & tamen prohibet Apollolus vinum bibere ad superfluitatem, quia inde solet procedere ebrietas, & luxuria. Ex summa iuris, dicitur autem iuramentum illicitum, quando est ratione periculi qua iurat, ut si paruulus iuret. Quandoque ratione eius cui iuratur, ut si clericus laico iuret. Quandoque ratione eius, quod iuratur, ut si iuret id, quod est mortale peccatum. Quandoque ratione eius per quod iuratur, ut si per idola, vel per creaturas. Quandoque ratione eius ad quod sine propter quod iurat, ut si quis iuret ob hoc, ut eligatur. Quandoque ratione eius cui iuratur, sicut iuramentum Herodis propter falsitatem. Quandoque ratione eius, quod iuratur, ut si iuret in diebus dominicis. Vnde versus. Si ius iurandum licitum vis discernere cerne. Quis, cui, quid, per quid, ad quid cur, quomodo quando? Clericus tamen iurare debet in quibusdam casibus, scilicet pro pace, pro tollenda infamia, pro fide, pro reuerentia, pro damno vitando, pro defectu veri. Vnde versus. Pax, & fama, fides, reuerentia, capto damno. Defectus veri, sibi querunt ma gna caeteri.

De Speciebus periurij. Cap. XCVIII.

Periurium tripliciter dicitur, scilicet iuratio falsa, scienter facta, iuramentum indistinctum & esturum, & esturum licitum iuramenti. Ex summa de casibus. Pena periurij est, quod debet poenitentiam agere septem annis, sicut pro alijs peccatis mortalibus. Periurus in iuramento assertorio, non est infamis. Ex summa fratris V. Quid de vxore suspecta de adulterio; quod ipsa reuera commisit, nunquid postquam confessam fuit de peccato, & poenitente, potest iurare, quod non sit in culpa de illo adulterio propter scandalum mariti, & aliorum amicorum, qui alias placari non possunt nisi hoc iuret, & ad hoc compellunt eam? Respondeo Potius debet omnia mala tolerare, quam huiusmodi temerarium subire iuramentum, cum certa esse non possit, quod huiusmodi culpa sit ei dimissa adhuc, ut extra de purgacano accepimus. Nisi sic compulsa iuraret sub verbis duplicibus, qui vno sensu continerent veritatem, & in illo sensu intelligeret, non peccaret, per hanc cautelam illius malitiam excludendo. Quid si aliquis ex impetu iuret aliquid, super quo si plene deliberasset, non iuraret, nunquid seruare tenetur. Cre do quod sic, si licitum est quod iuratur, sufficit enim ad hoc, quod sit obligatus, quod intendit Deum inducere testem illius rei. Sed videtur magister innuere, quod qui iurat se facturum aliquid, si non intendat se obligare, vel facere quod iurat, non est obligatus ex illo iuramento, licet mortaliter peccauerit in iurando. Ego credo, sine prauidicio, quod ex quo quis inducit Deum testem alicuius rei iuratae faciendae, quicquid intendat, quicquid proponat, tenetur.

De Crimibus aggrauatione, ratione solemnitate adhibita. Cap. XCIX.

Ex summa de casibus. Circa solemnitates nota, quod qui iurat per Deum, multum obligatur, qui vero per Deum & Euangelia magis obligatur, qui istis adiungit sanctorum reliquias, magis adhuc obligatur, & ita crescentibus solemnitatibus, crescit obligatio. Sed quid si vnus iurat per Deum, alius per Euangelium? Solet tamen dici communiter a doctore, quod si vnusque iuramentum solemniter factum est, & qualiter obligat. Si autem alterum solemniter, alterum non, magis est obligatus, quo ad Ecclesiam, solemniter iurans, sed quantum ad Deum aequaliter. Aliter vero, quanto sanctius per quod iuratur, tanto magis est, ut ait Augustinus, penale periurium. Gratianus. Causa 22 q. 1. queritur quis magis teneatur reus, an ille qui per Deum, an ille, qui supra sacra Euangelia iurat? Huic questioni Iohannes Chrysostomus respondit dicens, Si aliqua causa fuerit, modicum videtur facere, qui iurat per Deum, qui autem per Euangelium maius aliquid fecisse videtur, quibus dicendum est. Sicut scripturae sanctae pp Deum factae sunt, non Deus pp scripturas. Item Hiero. Amoneudi sunt omnes, ut diligenter caueant periurium, non solum in altari seu sanctorum reliquijs, sed etiam in communi loquela. Item Pius Papa. Si quis per capillum Dei, vel caput iurauerit, vel alio modo contra Deum blasphemiam usus fuerit, si in ecclesiastico ordine est deponatur si laicus anathematizetur.

De Iuramento per creaturas non concessas. Cap. C.

Hicero super Math. lib. 1. Considera, qd Saluator non per Deum iurare prohibuit, sed per caelum & terram. & per Hierosolimam, & per caput taurum, & hoc quasi parulis fuerat longe concessum, ut quando victimas immolabant Deo, ne eas immolarent idolis. Sic iurare permittentur in Deum, non quod recte hoc facerent, sed quod melius esset id Deo exhibere, quam demonis. Item ex concilio Chartag. Clerici cum per creaturas iurantes accerrime obiurgandum, si persistere in vitio excommunicandum. Inter apulas vero cantantem, super praedicta sententia seueritate coercendam decernimus. Et si quis per creaturas iurauerit, accerrime castigetur, & iuxta hoc qd synodus diiudicauerit, poeniteat. Si quis autem talem hominem non manseritauerit, non est dubium quin diuina condemnatione coercatur. Et si episcopus ista emendare neglexerit, accerrime corripatur. Ex summa fratris V. Excepta esse fuerunt, non credo, qd si quis aliquando iurat per caput, aut oculos domini, aut alia membra eius, quae in caeteris hominibus non censentur turpia, vel inhonesta, vel per quae confuserunt homines iurare, non credo inquam, qd peccet mortaliter. Ribaldos autem, & illos qui passim, & assidue iurant per membra domini, non audeo a peccato mortali excusare. August. ad Publicolam. Sed si obiciatur, qd Ioseph sanctus vir per creaturas iurauit, dum dixit fratribus suis. Per salutem Pharaonis non exhereditis hinc. Sed sciendum est, qd sancti, non tam per creaturas, quam per aedem creaturarum iurabant, nec in creaturis aliud quam creatorem ipsarum venerabantur, sicut Ioseph per Pharaonem, iurando hoc in eo veneratus est, qd Dei iudicio positus erat rex in infimis. Vnde ait Apollolus. Omnis potestas a domino Deo est. Deus per creaturas iurare prohibuit, ne vel more gentium aliquod numen deitatis creaturis inesse crederetur, vel ne creaturas contempnibiles iudicando per eas promissa pro nihilo duceremus. Ex summa de casibus. Colligitur ex praemis, quod prohibuit est iurare per creaturas, excipiuntur tamen quaedam, per quas licite iuratur, videlicet per Euangelium, Altare, Reliquias sanctorum, Crucem consecratam. In manu etiam episcopi, & hoc ideo, quia in istis creaturis ad Deum tantum habetur respectus. Videtur etiam, qd per salutem principis possit iurari. I. q. 7. quorrens. 1. quia iurare intelligitur per eum, cuius iudicio salus principis consistit. Hoc tamen non est in vsu, nec multum approbo.

Virum iuramentum per idola, vel per creaturas obliget. Cap. CI.

Causa 22. questione prima. Sed queritur virum vtendum sit fide eius qui per demonia iurat. De his ita scribit Augustinus ad Publicolam. Si quis iam per Deos falsos iurauerit per quos non debuit, & contra pollicitam fecit fidem, quod non debuit, bis vtrique peccauit. Ac per hoc, qui vtrius fide illius quem constat iurasse per falsos Deos, & vtrius non ad malum, sed ad bonum, & ad licitum, non peccato illius se sociat, quo per demonia iurauit, sed bono pacto eius, quo fidem seruauit. Verum tamen minus malum est per Deos falsos iurare veraciter, quam per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis sanctum est, tanto magis poenale periurium. Sed si periurium tanto magis poenale est, quanto sanctius illud per quod iuratur apparet, quod & si per creaturas mendaciter iurans dupliciter peccet, grauiori tamen poenae se subiicit, qui per creatorem iurat mendaciter. Ex summa fratris V. Videtur, quod semper sit maius peccatum iurare per falsos Deos, veraciter, quam per verum Deum fallaciter, quia in primo est peccatum idolatriae, quo nullum maius. Respondeo, in huiusmodi comparatione, habetur respectus ad transgressionem iuramenti, non ad formam iurandi. August. ubi supra. Sicut etiam de iuramento, quod fit per creaturas, intelligendum est, quod ipsum quidem per creaturas iurare malum est, quia a Deo prohibuitur est, sed seruare, quod iuratur bonum est, vt enutretur peccatum mendacii, & dolositatis. Ex summa de casibus. In summa vero nota, quod cum vnus iurat se seruaturum fidem per falsos Deos, vel per creaturas non concessas, & alter iurat idem, sed per verum Deum, si vterque transgredederetur, magis peccat secundus, quam primus. Item cum aliquis iurat per falsos Deos, vel per creaturas non concessas, vel alio modo, quod videatur esse contra religionem fidei Christianae, se soluturum aliquid vel facturum, si Christianus non potest aliter habere fidem in dictis illius, & expediri ei habere

habere cautionem ab eo, licet ille peccet iurando, non peccat iste recipiendo. Nam & si iuraret talis blasphemus per Deum verum, facilius obiuraret tali iuramento, & tamē magis peccaret.

Virum recipiens, vel exigens iuramentum peccet. Cap. CII.

Causa 12 q. 1. Augustinus super epistolam ad Galathas, Non est contra praecipium domini iuratio, quae a malo non iurans est, sed increduli a quo iurare cogitur. Graecianus. Sed cum dicatur procedere a malo non credentis, videtur quod, & si iurare peccatum non sit, recipere tamen iuramentum malum sit, sed nomine mali non malitia intelligitur, sed poena peccati. Ex poenali enim infirmitate incredulitas illa procedit, qua ad iurandum compellimur. Ipsum autem iurare sicut peccatum non est, ita iuramentum ab aliquo recipere malum non est. Vnde Augustinus scribit ad Publicolam. Quamuis dictum sit ne iuremus, nunquam meminimus legisse, ne ab aliquo iuramentum recipiamus. Alia questio est, vtrum non peccet, qui per falsos Deos sibi iurari facit ab illo, qui eos colit. Cui questionem possunt illa testimonia suffragari de Laban, & Abimelech, si tamen Abimelech per Deos suos iurauit, sicut Laban per Deos Sochoth. Sicut etiam cum in li. Machabeorum, Romani legantur pacem firmasse cum Iudaeis, intelligendi sunt iurasse per falsos Deos, sicut & Iudaei iurauerunt per verum Deum. Ibidem. q. 5. Porro an episcopus esset reus periurij, qui peierandum Archid. coegebat, facile potest discerni. Si enim contentions pari poena cum faciente puniendus est, multo magis ille, qui cogit, reus admittit criminis probatur. Vnde Pius Papa ait. Qui compellitur a domino sciens peierat, vtrique sunt periuri, & dominus, & miles. Dominus quia praecipit, miles quia plus dominum, quam animam dilexit. Si liber est 40 dies in pane, & aqua poeniteat, & 7 sequentes annos. Si seruus eiu idem 3 quadragesimas poeniteat, & legitimas ferias. Item ex penitentiali Theodori. Si quis coactus pro vita redimenda, vel pro qualibet necessitate, vel causa peierat, quia plus corpus, quam animam dilexit, tres quadragesimas poeniteat. Alij iudicant tres annos, vnum ex his in pane, & aqua. Item Augustinus in sermone de decollatione sancti Iohannis. Ille qui hominem prouocat ad iuramentum, & scit eum falsum iuraturum esse, vincit homicidam, quia homicida corpus occidit, ille animam, immo duas animas, & eius quem iuratur prouocauerit, & suam. Idem in sermone de periurijs. Si autem fecit cum seccis, & cogit eum iurare homicida est. Ille enim se suo periurio interimit, sed iste manum interficientis, & impressit, & pressit, quasi diceret multipliciter cogendo. Item ex concilio Maguntin. Si quis conuictus fuerit alios ad falsa testimonia vel periuria attraxisse, vel quacumque corruptione sollicitasse, ipse quidem vique ad exitum vitae non communicet. Hi vero, qui ei in periurio consentisse probantur, postea ab omni testimonio sunt remouendi, & secundum legem infamia notabuntur. Item qui audit aliquem falsum iurare, & tacet, delinquit, ut ait Augustinus in quaestione Leuit. multo magis ergo reus est, qui ad peierandum aliquem compellit. Ex summa de ca. Quod autem dictum est, quod iste vincit homicidam, intelligo in damno dato, quia maius damnum est in amissione unius animae, quam in finitorem corporum. Aliter grauius peccat homicida.

De illo, qui audit alium peierare, & tacet. Cap. CIII.

Quid si aliquis audit alium iurare falsum, & ipse scit, & tacet, nunquid peccat? videtur quod sic, in Leuitico. Anima, quae audierit vocem iurantis falsum, testisque fuerit, quod aut ipse vidit, &c. Item caret scrupulo societatis occultae, qui manifesto facinori desinit obuiare. Contra veto, qui crimen occultum manifestat, non est erroris correptor, sed proditor dicitur Augustinus. Item si prodit eum forte punietur ille in corpore, vel occidetur a iudice, vel etiam a parentibus illius, contra quem ipse volebat peierare, vel ipsemet proditor potest de facili incurrere mortis periculum. Et ideo dicit Augustinus, quod sufficit isti, vt se ab hoc soluat peccati vinculo, si indicet talibus, qui magis possunt prodesse, quam obesse periuro siue eum corrigendo, siue pro eo Deum placando. Quid de iudice, qui scit accusatum ad poenam capitis, vel quamlibet aliam eorum se, immunitem penitus in culpa, quae sibi imponitur? & cum videt testes paratos ad iurandum falsum; nunquid recipit, aut si recepit iam nunquid pari illos non condemnabit scienter innocentem. Respondeo Potius tenetur ex praecipio illam, qui iniuste ad mortem ducitur capere, & liberare, etiam per vim, si alio modo non potest, ad idem. xxij. quest. 3. non Speculum Doctrinale.

in inferenda. Ex sum. fratris V. ibi dicitur quod qui non repellit iniuriam a socio, si potest, tam est in uitio, quam ille qui facit. Vnde credo, quod qui periret clericum cum moderami ne inculpatae tutelae, defendendo socium, & repellendo vim, non libidine vindictae, non incederet in eum. Quod autem dicit magister, quod si iudex causam delegare non potest, ad superiorem remittat, hoc non videtur iustum, nisi scribat superiori veritatem, quam super hoc nouit, quia coislo exponeret innocentem morti, nec credo hoc esse faciendum, & potius debet omnia mala tolerare, quam innocentem scienter ad mortem, vel ad mutilationem condemnare, vel etiam exponere condemnandum. Item credo, quod iudex inferior, qui scit veritatem, non debet condemnare innocentem, etiam si praecipiat ei a superiori iudice. Nec est contra illud, extra de offi. del. pastoralis, ubi dicitur, quod ordinarius debet exequi sententiam latam a delegato, ad mandatum eius, quamuis idem ordinarius sciat illam causam esse iniustam, nisi non possit obtinere ab eodem delegato, ut ab hoc onere absoluitur, quia loquitur ibi de civilibus causis, & ecclesiasticis, ubi nullus condemnatur ad mortem. Et ideo ibi non est tantum periculum, sicut in casu proposito.

Virum iuramentum vi, vel metu exaltum obliget. Cap. CIIII.

Ex summa de ca. Pone, quod aliquis dum teneretur captus ab hostibus, vel a praedonibus coactus per metum grauisimum, qui postea cadere in constantem virum, promissit, & iurauit se soluturum mille vel traditurum castris, vel simile; queritur vtrum tale iuramentum obliget eum? videtur quod non, quia vt ait Augustinus. Iuramentum non potest esse vinculum iniquitatis. Item quod vi metulve causa gestum est, ratum non habeo. Item valde esset inconueniens, quod malefactor ex improbitate sua commodum reportaret. Contra probatur, quod obliget. Dicit enim Augustinus quod coacta voluntas est obligatoria. Item quia potest seruari sine interitui salutis aeternae, cum sit licitum quod iuratum est seruandum, nec prodest ei, quod fuit compellus, vt ait Pius Papa, & Theodorus in penitentiali. Dico, quod quantumcumque fuerit metus, semper obligatur, & si alicubi inueniatur responsum, quod non teneatur, intelligitur dictum in odium uiolentorum, vel cum quis iurauerit se daturum res ecclesiasticas, potest ipse petentem repellere per exceptionem, quod vi metulve causa, sed peccabit vtendo ea, & hoc nisi cum iurabat se soluturum intendebat contrarium, scilicet se non soluturum, tunc enim peccauit mortaliter ita iurando, sed bene potest uti exceptione sine peccato, timeo tamen scandalum, & malum exemplum apud alios, qui nesciunt occultam intentionem suam. Procedat ergo sic, & non peccabit. Petat ab episcopo, vt cogat illum absolueri istum a iuramento. Si non poterat ad hoc induci, soluat & postea repetat, quia licet iurauerit soluere, non tamen iurauit non repetere. Si autem iurauit, quod soluere, & non repetere, tunc denunciet ecclesiae secundum formam euangelicam, vt sic ecclesia compellat eum ad poenitentiam, in qua veniet absolutio iuramenti, vel restitutio male accepti. Si vero iurauerit, quod etiam non denunciet, iuramentum est illicitum quo ad hoc, & ideo non seruandum, & istam distinctionem teneas per omnia, circa non soluendas vsuras, vel solutas repetendas. Excipit Iohannes quatuor casus, in quibus iuramentum per vim, vel metum extortum non obligat, scilicet in voto, in traditione rei ecclesiasticae, in dotis promissione, in matrimonio, & si aliqua inueniantur contraria, Ad istud vltimum loquuntur quando fuerit leuis coactio, vel cum postea subsecutus fuerat consensus.

Virum iuramentum quod in deteriore exitum vergit, obliget. Cap. CV.

Quando etiam iuratur aliquid indifferens, quod ex circumstantia possit esse veniale, vel mortale, non debet seruari, nec est obligatorij iuramenti, existente illo casu, vel circumstantia. Vnde si quis iurauerit quod nunquam erit negociator, aut miles, aut qd non tenebit feudum ab illo domino, aut qd non seruiet isti vel illi, vel locabit operas, aut accipiet donum aut mutuum, non tenetur illud seruare, si aliter non possit viuere, nisi contra istud faciat, quia iam res venit ad illum casum, de quo cogitauerit ab initio, & iurasset, illicitum, esset iuramentum. Quid si quis propter hoc quod iurauit superflue commedit, & iocose locutus est. Respondeo, Notauit H. quod talis Tomus Secundus. V 3 mortaliter

mortaliter peccat, non quia comedit superfluum, vel loquitur in eos, quod in se veniale est, sed quia transgreditur illud preceptum, in malis promissis, &c. Sed credo, quod non peccat nisi venialiter, quia praedicta auctoritas, si intelligatur ita generaliter, quod extendatur ad mala, veniale quantum ad illa non est peccatum, sed consilium; iuxta Bedam vero, quando est iuramentum, quod non vergit in peiorem exitum, ne videatur esse obseruandum, si quis iurauerit se facere aliquid veniale: Quid si aliquis iuret, quod nunquam erit episcopus nisi necessitas urgeat, vel nunquam erit clericus, aut monachus, aut regularis. Respondeo. Notauit H. quod talia iuramenta sunt seruanda, & generaliter omnia quibus iuratur aliquid, quod nec est mortale nec veniale, & videtur idem sentire Gratianus, ad hoc facit, 87. di. Archidiaconum Florentinum, vbi habetur, quod qui iurauit, quod nunquam foret episcopus, repellitur ab episcopatu. Sed potest dici, quod hoc non est, quia iuramentum sit obligatorium, sed quia mortaliter peccauit temere iurando. Cum autem duae sint partes iniustitiae, scilicet facere malum, & declinare a bono, sicut iuramentum non obligat ad faciendum, ita non videtur, quod obliget ad declinandum a bono, cum nulla sit utilitas in obseruatione talis iuramenti. Quod dico propter obedientiam, propter quam, & si non sit faciendum malum, tamen est dimittendum bonum, cuius dimissio compensatur cum bono humilitatis, quae seruatur in obedientia. Praeterea cum dominus consulat opera perfectionis, contrarius quodammodo esset sibi, si vellet, quod occasione talis iuramenti, abstineret a talibus.

Quot Modis iuramentum in deteriorem vergit exitum. Cap. CVI.

Crede ergo, sine praedicio, quod iuramentum vergit in peiorem exitum sex modis. Primo cum iuratur aliquid, quod est mortale in se. Secundo cum iuratur, quod est veniale in se. Tertio cum iuratur indifferens aliquid, quod ex circumstantia efficitur veniale, vel mortale, ut dictum est supra. Quarto cum iuramentum excludit opus ex charitate faciendum, ut quando iurat aliquis, quod nihil dabit isti ex charitate, vel quod non colet Deum. Quinto cum excludit opus de genere bonorum, ut cum quis iurat, quod nunquam erit episcopus, monachus, vel canonicus, vel quod non celebrabit illiusque ad mensam, vel quod non ieiunabit pro Deo vel pro peccatis suis in pane & aqua, nisi praecipiat ei, vel quod non dicet psalterium, vel 7. psalmos, vel quod non iuuetur istum in licitis, & honestis, ut quae ad certum tempus. Sexto cum excludit opus, indifferens pia intentione pro Deo, aut proximo faciendum, ut si quis iurat, quod non loquetur Martino, vel non intrabit domum eius, vel non coquet ad furnum eius, vel molet ad molendinum eius, vel quod talia non faciet ei, vel quod non vendet ei rem pro minori precio quam tali, vel non comederit ad eandem mensam cum eo, aut si iuret aliquid huiusmodi indifferens. Credo, quod propter huiusmodi iuramentum non debet declinare a talibus, si ea velit facere pia intentione, & propter Deum, & salutem animae suae, & propter tollendum scandalum proximi, contra quem sic iurauit. In primis autem tribus modis credo, quod possit quilibet sic iurans auctoritate propria venire contra, sed imponenda est ei poenitentia de temerario iuramento. In reliquis tribus, quamuis huiusmodi iuramenta non sint obligatoria, nec imponenda sit poenitentia pro transgressione eorum tanquam pro mortali, non expedit tamen auctoritate propria contrauenire, nisi propter urgentem necessitatem, tum propter reuerentiam sacramenti, tum propter scandalum simplicium, qui reputant sic incurri periculum, & inde incurunt in facilitatem labendi in periculum, & in detractionem, unde petenda est absolutio a superiori, qui huiusmodi iuramenta debet facile relaxare, vel potius offendere sic iurantes non fuisse obligatos, & imponere poenitentiam de temerario iuramento. Nec te moueat, quod dicit Gratianus §. vigesima secunda quae sit. quarta cau. vltimo, quia non recipitur ab omnibus quod ibi dicit, sed recitat opinionem suam. Sed nec dicit, quod huiusmodi iuramenta sunt obligatoria, sed quod non prohibentur seruari.

De illo, qui iurat se reuelaturum delicta proximorum. Cap. CVI.

Vid de domino, qui facit praepositum suum iurare, vel homines suos, vel familiam, quod dicent ei, si quem scierint, vel audiverint surripuisse aliquid de foresta sua, vel de stagnis, aut vineis suis, aut de ceteris rebus suis. Item quid de

marito Zelotipo, vel asaro, qui extorquet iuramentum a familia sua, quod reuelabunt, quicquid scierint, de adulterio uxoris, & de verisimilibus coniecturis, & de damnificantiis cum in rebus suis. Respondeo secundum quosdam, Qui sic iurauit, & non potest probare per aliquos, quod scierit de talibus, non tenetur dicere domino, vel marito, quia sic proditor esset criminum non corrector, & debet potius mala omnia tolerare quam tale iuramentum ita generaliter praestare, aut praestitum obseruare. Si autem potest probare per alios, quod dicitur secundum quod iurauit. Sic notauit H. 30. quaestione. 6. Quid si vnus de testibus synodalibus, de quibus ibi agitur, scit solus aliquos esse sanguineos, vel aliquem esse symoniacum, vel vsurarium, vel adulterum. Non tenetur denunciare episcopo hoc, licet iurauerit ei, quod reuelaret quicquid sciret de criminibus synodalibus, quia in tali iuramento intelligitur, si probare potest. Alias debet tacere, ne sit proditor criminis secundum quaestione prima. si peccauerit. Dicit etiam, quod talis tenetur non reuelare episcopo, vel alii nisi hoc faciat secreto, ut episcopus, vel alius secreto debeat corrigere huiusmodi criminosos.

De Eodem. Cap. CVIII.

Ex summa fratris. V. Ego credo, sine praedicio, distinguendum esse, quod, si ille cui iuratum est, probabiliter creditur esse truculentus, aut ferus, & super hoc merito suspectus habetur, siue possit per alios probare, siue non, id quod de talibus vidit ille, qui iurauit, non tenetur seruare, quia illicitum fuit quod iuratum est, cum per consequens iurauerit, quod compararetur ei ad peccandum. Si autem cui iuratum est creditur mansuetus & iustus, & non nisi rationabiliter processurus, distingue, quia si res huiusmodi, de quibus iuratum est deputata sunt custodie illius a quo recipitur, vel exigitur huiusmodi sacramentum, sine peccato potest praestari, & obseruari debet: puta si quis videt furem asportantem res taliter eius custodie committendas. Licet solus hoc videat, potest eum, & talem furem manifestare, & prosequi rem furtiuam, ne si in hoc negligens fuerit, teneatur damnnum restituere, nec reputabitur talis criminis proditor, sicut non reputatur, qui iniuriam suam, aut damnnum prosequitur coram iudice, licet non possit probare quod intendit. Si autem non tenetur ad custodiam illarum rerum, locum habet praedicta distinctio ut scilicet si possit probare per alios, quod ipse scit de talibus, tunc reuelat domino, si non potest probare non debet reuelare, nisi talibus personis, quae possunt prodesse, & non obesse. Et si quando iurauit intendit se obligare ad reuelandum ocula, quae probare non possit, non fuit licitum iuramentum nec obligatorium, sed peccauit taliter iurando. Quid si peccatum reiterabile sit, ut fornicatio, vel adulterium, si iam commisit istud quis bis vel ter, & paratus sit reiterare istud, nunquid qui hoc scierit tenetur denunciare huiusmodi personis. Respondeo. Credo quod non tenetur de necessitate, sed ante illud denunciandum, quam videat aliquem paratum, cum primo scilicet incipit incidere in illud peccatum.

De Iuramento plurium, vel vniuersorum. Cap. CIX.

Vid de duobus habentibus communem mensuram, quam conseruerunt portare ad uidentes bladum, & in de recipere mercedem, qui iurauerunt, quod de cetero non portarent eam, & ex hoc multum damnificati sunt, quia venditores bladi ex hac occasione prouiderunt sibi de alia mensura, nunquid possunt venire contra tale iuramentum. Credo quod non possunt auctoritate propria, nisi ad tantam deueniret inopiam, quod nullatenus haberent alias unde viuerent, etiam de elemosynis. Episcopus tamen absque tanta necessitate possit huiusmodi iuramentum in melius commutare, cum nulli sit vitale, & aliquibus damnosum. Ex summa de casibus. Itē pone, quod vniuersitas alicuius ciuitatis, vel collegij obligauit se iuramento ad aliquid, & mortui sunt iurantes. Queritur vtrum successores sint perituri si transgrediantur? videtur quod sic, quia omnes obligationes antecessorum transeunt ad successores. Solutio. Dico quod non sunt perituri: obligatio enim iuramenti personalis est, & non transit ad successores quantum ad periculum perituri, tenentur tamen adimplere. Item aliquis iurauit se seruaturum statuta in ecclesia sua edita, postea sit ibi nouum statutum, iste promittit per idem iuramentum se seruaturum illud. Dico non tenetur ad illius obseruantiam ex debito praestiti iuramenti de statutis praeteritis, sed de ratione promissionis postea factae, sicut semper

per eam in vi iuramenti intendebat obligare, alioquin si etiam pro tempore praestandi iuramenti intendebat de statutis tam praeteritis, quam futuris, tenetur ad istud, & si nullam postea fecerit promissionem.

Vtrum plures simul iurati, possint inuicem iuramentum remittere. Cap. CX.

Ex summa fratris. V. Nunquid possunt huiusmodi iuramenta sibi remittere? siue cum iurat vniuersitas, siue cum iurant aliqui se aliquid facturos, vel non facturos. Respondeo. Si in fauorem, vel ad cultum Dei, aut religionem, vel pietatem pertinet iuramentum, non possunt remittere, ut si duo iurant, quod ibunt ultra mare militari Deo, aut quod intrabunt religionem, aut quod dicent duo, vel tria psalteria proiuuicem. Aut si pittores, vel aliqui mechanici iurent, quod de lucro suo certam portionem dabunt fabricae alicuius ecclesiae, vel in alios pios vsus. Vel cum aliqui iurant, quod ibunt ultra mare simul, non quin possint remittere sibi, quod simul non vadant, sed non possunt remittere sibi quin vadant: nam quasi duo iurata sunt, scilicet quod vadant, & quod simul. Quando autem iuramentum respicit temporale commodum, distingue, quia si absque iuramento tenebantur facere, quod iurant, non possunt sibi remittere, quia propter salutem animarum videtur sic iuratum, ut si carnicibus iurant, quod non uendent carnes infectas vel corruptas pro famis aut mercatoribus, quod non sophisticabit mercem suas, aut quod non vendent carius propter terminum. Si autem non tenentur seruare, quod iurant, nisi quia iuratur, distingue, quia si obseruantia iuramenti spectat tantum ad commodum vel incommodum iurantium, & iurent de dando, faciendo, vel non faciendo aliquo alteri ab altero, possunt sibi remittere. Ut si iuret quis, quod faciet sibi domum vel librum, vel alias operas, & alius iuret ei, quod reddet sibi mercedem, vel quando duo socii iurant de communicandis ad inuicem omnibus lucris. Si autem non iurant super aliquo dando, faciendo, vel non faciendo ad inuicem, ut dictum est, sed alias iurant se aliquid facturos, vel non facturos, non possunt sibi remittere ut in casu supraposito, de habentibus communem mensuram, vel cum iurant duo socii bonorum, quod non negociabuntur tali, vel tali negociatione, aut quod non ibunt ad istas nudinas, vel ad illas. Si autem iuramentum respicit ad commodum, vel incommodum alienum, distingue, quia si respicit, & spectat ad commodum alienum obseruatio iuramenti, non possunt sibi remittere, ut si iurent mechanici alicuius artis, quod in mercibus. 10. soli non accipiet de lucro ultra sex denarios, vel aurifabri, quod non uendent opera sua, nisi de materia sic, vel sic purgata, vel fullones pannorum, quod non trahent venales rellas ultra certum modum, vel quod non texent pannos de filis formatis ad rotam. Si autem obseruatio iuramenti damnosa sit aliis non est obligatorium, ut si iurant futores, quod nihil faciant de opere suae artis, vel certis temporibus anni, ut propter raritatem carius vendant opera sua, vel si iurent carnicibus propter eandem causam, quod non lauiabunt per die vel per septimanam ultra taxatum ab eis numerum animalium vel fossore vinearum, vel ceteri laborantes, quod non locabunt operas suas pro minori precio, quam tali: vel quando iurant ciues alicuius ciuitatis, habentes vineas quod non permittent vinum aliunde asportatum vendi in suo territorio, quamdiu vinum illius territorij inueniatur venale pro tanto, vel tanto precio. Licet autem huiusmodi iuramenta non sint obligatoria, quia illicitum est, quod iuratur: cum peccatum sit circumscripto iuramento talia facere, vel seruare corrupta intentione, tamen propter reuerentiam sacramenti, & scandalum aliorum, non expedit, quod remittant sibi huiusmodi iuramenta auctoritate propria, vel veniant contra ea, sed reuocanda sunt auctoritate episcopi, vel potius denuncianda non tenuisse, & poenitentia imponenda est de temerario iuramento.

Vtrum vno, vel pluribus contrauenientibus liceat alijs contrauenire. Cap. CXI.

Vid in casu praedicto, de duobus habentibus communem mensuram, nunquid uno peccante, potest alius venire contra iuramentum. Item nunquid multitudine aliqua iurante se facturam aliquid, vel non facturam duobus, vel tribus conuenientibus, possunt reliqui contrauenire. Item quid, si quilibet de illa multitudine iurauit aliquid se facturum, vel non facturum sub hac conditione si alii seruarent, nunquid potest non seruare iuramentum duobus, vel tribus non obseruantibus. Item quid si nescitur quomodo intellecta fuerit illa con

ditio, si alii seruarent, utrum scilicet de omnibus alijs, an de aliquibus, vel si dubitatur, utrum iuratum sit sub conditione, vel simpliciter. Responso. Ad primum dic, quod si alter praedictorum iurauit, vel intendit sub conditione iurare, scilicet quod non portaret huiusmodi mensuram si reliquus non portaret, tunc reliquus non seruante iuramentum, nec ille seruare tenetur. Si autem absolute iurauit in omnem euentum, tunc seruare tenetur quicquid reliquus faciat. Si autem nescit quomodo iurauit, vel quid intendit, dic quod si emolumentum mensurae sit commune duobus, a quocumque portetur ex illis, vno peccante, reliquus nihilominus tenetur seruare iuramentum, cum nullum ex hoc fiat ei praedictum. Si autem solius portantis mensuram est emolumentum, benignè interpretandum est, quod fidem non seruanti, fidem se seruaturum non promittit, cum damno suo, & lucro alterius. Unde non tenetur seruare iuramentum, si reliquus non seruet. Ad secundum dic similiter, quod si simpliciter, & absolute, & in omnem euentum iuratum est, quilibet tenetur seruare, quod iurauit, quicquid alii faciant. Si vero sub conditione, vel ob causam iurare intendunt, nullus tenetur seruare, nisi existente conditione, vel causa propter quam iuratum est. Salua tamen distinctione, quae habetur supra de voto, vtrum scilicet obligatio tota fuerit posita in euentum conditionis, vel causae cum ceteris quae ibi duntur, quae tamen intelligo seruanda in foro causarum, non in foro poenitentiae, ubi iudicatur de intentione. Ad tertium dic scilicet quomodo intelligenda sit illa conditio, si alii seruarent, utrum scilicet si omnes seruarent, vel si aliqui seruarent recurrendum est ad intentionem iurantium in foro poenitentiae, & secundum hoc iudicandum. Ad quartum, & ultimum dic, quod si iuramentum spectat tantum ad commodum, vel incommodum iurantium, & medietas multitudinis, vel maior pars non obseruat iuramentum, reliqui non tenentur seruare, quia iam non extat conditio sub qua iuratum est quia quod facit maior pars vniuersitatis, vniuersitas dicitur facere. Si autem medietas, vel maior pars multitudinis adhuc seruatur iuramentum, & in lucrum non seruantium, cum non sit uerisimile, quod aliquis iurantium voluerit facere conditionem suam deteriore, & aliorum meliorum, benignè interpretandum est, sicut dictum est supra in casu de mensuris. Si autem nullum incommodum patiuntur ex hoc seruantes iuramentum, non est tutum eis venire contra iuramentum, sed denunciare potuerint praelato, ut vel compellat iurantes sibi inuicem remittere iuramentum, vel illos qui non seruant, seruare quod iurauerunt. Si autem quod iuratum est spectat ad cultum Dei vel religionem, vel pietatem. Aut si tale, quid iuratum est, quod tenentur facere sine iuramento, si dubitetur utrum simpliciter, & absolute aut sub conditione iuratum sit, aut si nescitur de quor alijs intellexerunt illam conditionem, si alii seruarent, tenendum est certum, & dimittendum in certum, & interpretandum est, iurantes obligatos esse per huiusmodi iuramentum, nisi minor pars iurantium transgressa fuerit iuramentum. In quo casu quasi iam non existente conditione sua qua iuratum est, reliqui non sunt obligati ex illo iuramento.

Quis possit iuramentum in melius commutare. Cap. CXII.

Ex summa de casibus. Sed nunquid Papa potest absolute a licito iuramento ut supra de voto. Ex summa fratris. V. credo, quod non solum Papa, sed episcopus in iuramentis sicut & in votis, etiam licita iuramenta potest mutare in melius, cum non magis obliget iuramentum, quam uotum, maxime cum iuratur, quod nulli est utile, & alicui est damnosum, ut si quis iuret, quod non loquetur cum Martino, vel comedet cum eo, vel intrabit domum eius, vel recipiet aliquid ab eo, vel non seruet ei. Nisi taliter iurauerit aliquis, ut uideat occasionem peccandi, quam solet incurere ex familiaritate alicuius personae. Nec obstat quod dicitur infra, de differentiis officiorum, ubi dicitur, quod solus Papa potest concedere, quod aliquis ueniat contra iuramentum licitum, vel de quo dobitatur utrum sit licitum, vel illicitum. Nec illud obstat extra de rescriptis. constitutus. vbi agitur de certo numero praebendarum iurato a capitulo. Et extra de elect. venerabilem, vbi dicitur, quod & si illicitum fuit iuramentum, debuit Papa consuli super eo, quia ad Papam pertinet de cernere, an illud iuramentum fuerit licitum, vel illicitum. Sed ista non obstat, quia illa decretalis. Constitutus. loquitur de iuramento vniuersitatis illicito, quod de consensu episcopi praestari debuit, & ideo episcopus dispensare non potuit. Tomus Secundus. V 4 Et



Et forte in iuramento vniuersitatis propter scandalum non potest dispensare Episcopus, uel ipsum mutare in aliud, licet hoc possit in iuramento priuati personæ. Item illa decre. Venerabilis, loquitur de Regno Alemanie, quod qui habet eoispo debet esse Imperator, quod sine approbatione Papæ fieri non debet, & forte circa magnas personas, & ardua negocia, propter scandalum, solus Papa interponere potest partes suas in talibus iuramentis. Et quod dicit magister in prædicto titulo, distinguendum est ad casus de quibus exemplificat, & ad similes. Vel loquitur de auctoritate præstanda veniendi contra licitum iuramentum, uel dubium præcise sine aliqua commutatione, quod solus Papa potest facere, cuius auctoritas videtur, excepta in quibusdam iuramentis. Ad minus ergo Episcopus, & si non possit simpliciter absolueret a iuramento, potest tamen in melius commutare. Nec est hoc venire contra iuramentum, uel infringere, extra de iuramen. peruenit.

In quibus casibus excusetur quis a periurio. Cap. CXIII.

Gratianus, 22. quæstione secunda. Saul cum esset in castris pugnaturus, contra Philisteos, iurauit se interfectorum quicumque ante solis occasum comederet, itaque falsum iurauit, nec tamen iuramenti reus arguitur, quia quantum in ipso fuit, quod iurauit impleuit, dum sententiam mortis in filium dedit, quam non carnali affectu, sed populæ petitione reuocauit. Ex summa de ca. Quæritur utrum necessitas in iuramento promissorio excuset a periurio? Verbi gratia: Iurauit debitor se soluturum in certo termino, impeditur non potest solvere. Ad hoc dicas, quod si tunc quando iurabat credebatur se non posse reddere, uel credebat quod posset, sed fatetur quia non habebat causam credendi tunc, in utroque casu peccabat, quia in primo casu deest ueritas in conscientia, in secundo iudicium. Si uero credebat ab initio se posse reddere, & probabiliter non peccabat quantum ad hoc, si postea fecit posse suum in utroque casu, si non potuit persolvere in termino, non est propter hoc periurus, Ex hac causa multo magis excusetur, si misit tempore debito, sed casu fuit amissa pecunia in via. Si tamen elapso termino posset, & non persolueret, esset periurus, lapsus enim termini non sustulit obligationem iuramenti. Pone quod aliquis iuramento tenetur aliquid facere, petit dilationem uel absolutionem, & obtinet ab eo cui tenetur, an sic sit absolutus. Si iuramentum factum est in fauorem Dei, ut per illud intendere homo se obligare Deo, non potest absolui ab homine, nisi per commutationem in melius, ut supra de votis. Ex summa fratris V. Quid si non intendat se obligare Deo, sed tantum homini? Respondeo. Nihilominus non potest absolui ab homine, ex quo iurat se facturum aliquid in fauorem Dei; unde credo implendum hoc maxime, sicut si iurassent tibi, quod darem Titio decem in fauorem ipsius Titii non posses mihi remittere huiusmodi iuramentum. Ex summa de ca. Si uero in fauorem hominis, si ille sponte absoluerit, postea non tenetur. Et idem de dilatione. Item nunquid debitor tenetur propter vim iuramenti quo se adstrinxit soluere debitum excommunicato, & ita communicare ei. De hoc require infra de sen. ex. In summa quoque nota, quod non intelligitur peierare, qui ex licita causa deserit iuramentum. Verbi gratia: Promissimus ex iuramento, firmamus nobis inuicem fidem, & pacem, stegisti mihi, non teneor postea seruare tibi. Nec obstat, quod & hosti seruanda est fides promissa. Illud enim intelligitur, cum & ipse seruat fidem. Item deposuisti penes me gladium, iurauit quod restituerem quando repeteres, si quis postea furiosus repetis, non teneor, immo nec deo tibi reddere, nisi tibi restituta sanitate, ne forte occidas te, uel alium. Item iurauit tibi generaliter, quod starem omnibus mandatis tuis propter iniuriam quam tibi fecero, tu præcipis mihi aliquid inhonestum, uel importabile, uel adeo durum uel asperum, quod si mihi fuisset specificatum, nullo modo illud iurassent. Talia enim tacite subintelliguntur in generalibus iuramentis, debent tamen ad cautelam, & ne detur eis occasio peierandi, petere auctoritatem ab ecclesia. Item si iurans, uel recipiens, dolum adhibet, semper debet referri iuramentum ad intentionem illius, qui non adhibuit dolum, uel artem. Ex summa fratris V. Hoc intelligendum de dolo malo: quia si quis extorqueat a me iuramentum per uolentiam, quod ego præstare non teneor, & ille peccat extorquendo, si ad elidendam eius malitiam utor uerbis duplicibus, intelligens in alio sensu, quam ille intelligat, non credo me peccare. Item si iurauit aliquid, & emergat casus inopinatus, de quo si cogitassent, & aduertissent nullo modo iurassent, non teneor illo iu-

ramento. Item an quod si aliquid circumscripto iuramento est peccatum, ut dare gladium in manu furiosi iuretur, non est obli-

De falso testimonio, & pena periurij. Cap. CXIII.

Extra quinto de crimine falsi. Augustinus. Falsidicus testibus est obnoxius. Primum Deo, cuius præsentiam contemnit. Deinde iudici, quem mentiendo fallit. Postremo innocenti, quem falso testimonio lædit. Vterque uero reus est, & qui ueritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia ille prodesse non uult, & iste nocere desiderat. Extra secundo. de testibus. Alexander tertius. Quidam accepta pecunia de parentela inter uirum, & uxorem exhibere iuramenta, per quæ inter ipsos diuortij sententia promulgetur, postea uero priuati nullam inter eos lineam, asserentes se corruptos, dicunt testimonium præbuisse falsitati. Super quo taliter respondemus, quod si uir, & uxor, aut alter eorum ad secunda uota transiit, testibus de periurio, & adulterio, uel pluribus, quibus causam dederunt, penitentia indicatur. Si uero ad secunda uota idem uir & uxor non migrauerint, diligenter inquirendi sunt coram quibus corruptio intercessit. Et si tales exhibeantur per quos possit prædicte corruptionis ueritas comprobari, recepto eorum testimonio est sententia reuocanda. Non enim testimonium prædictorum, cum periurij sint, est aliquatenus admittendum. Ex summa de ca. Pena periurij est, quod debet agere penitentiam septem annis, sicut pro aliis peccatis mortalibus. Periurus in iuramento asserorio non est infamis ipso iure, nisi per sententiam, qui autem transgreditur scienter, cum tamen possit seruare iuramentum cautionale, & licitum, & cum solennitate factum, est ipso iure infamis. Causa sexta. quæstione prima. Fabianus Papa. Quicumque sciens peccauerit, quadraginta dies in pane, & aqua, & septem sequentes annos peccet, & nunquam sit sine penitentia, & nunquam in testimonium recipiatur, communionem tamen post hoc recipiat.

De crimine sortilegij. Cap. CXV.

Ex summa de ca. Diximus de periurio, quo quis peccat in Deum, consequenter de sortilegij, & diuinis, qui quæ Dei est præcipi, uidelicet futura prædicere, sibi falso, & illicite ascribentes, innumeras animas trahunt ad inferos, est agendum. Causa. v. g. in sexta. quæstione prima. Sidorus etymo. octauo. Sortilegij sunt qui sub nomine sanctæ religionis, per quasdam, quas sanctorum seu apostolorum uocant sortes, diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt. Gratianus. Quod autem sortes exquirere peccatum non sit, exemplis, & auctoritate probatur. Cum enim Achor de anathemate furim subripuisset, præcepit Dominus Iosue, ut sortibus eum exquireret. De Zacharia quoque legitur, quod sorte exiit ut incensum poneret. Mathias similiter sorte in Apostolatam, & Iudæ successorem eligitur. Quod ergo tantorum exemplis probatur, pater malum non esse. Unde Augustinus in libro Psalmorum. Sors non est aliquid mali, sed res in humana dubietate, diuinam indicans uoluntatem. His itaque respondetur. Antequam euangelium claresceret multa permittebantur, quæ tempore perfectioris discipline penitus sunt eliminata. Copula namque sacerdotalis, uel consanguineorum, nec Legalis, nec Euangelica, uel Apostolica auctoritate prohibetur, Ecclesiastica tamen lege penitus interdicitur, sic & sortibus nihil mali inesse monstrat, prohibentur tamen fideles, ne sub hac specie diuinationis ad antiquos idolatriæ cultus redirent, quæstio. 2. Quod autem sortibus credi non oporteat, Hieronymus attestatur super Ionan. Item Beda super actus Apostolorum. Ex summa de ca. Iosue præcepto domini sortibus exquiritur peccatum Achor. Item Saul sorte deprehendit Ionathan. Sorte quoque Ionas a nautis deprehensus est, & Mathias electus. Sed ut ait Hierony. priuilegia singulorum communem legem facere non possunt. Itaque, fors non est aliquid mali in sui natura, tamen prohibetur, quia propter assiduitatem labitur talis in idolatriam, Unde si esset causa honesta, & subesset necessitas, ut si esset contentio de electione aliquorum, & esset paritas utrobique in omnibus, credo quod exemplo Mathiæ possent fieri sortes. Et hoc ait Beda dicens: Siqui necessitate aliqua compulsi Deum putant sortibus, Apostolorum exemplo, esse consulendum, uideant hoc ipsos Apostolos non nisi collecto fructu cætu, & præcipibus ad Deum fuisse egisse. Item cum quædam

quædam ciuitas esset obfessa, & dubitaret clerus, qui deberent fugere, qui manere, consuluit Augustinus, respondit. Fortè illud esse dirimendum. Ex summa fratris V. non credo, quod hodie locum habeat fors in electionibus, quia si etiam paritas esset in omnibus, in electione non ualeat hodie, nisi esset facta a maiori, & (aniori parte capituli. Extra. 5. de sortilegij. Inno. III. Sortis usum in electione, perpetua prohibitione damnatus.

De diuinatione. Cap. CXVI.

Sors est ars diuinandi. Diuinitio autem proprie in malo accipitur, prophetia uero in bono, unde Hieron. super illum locum Michæ. Propheta eius in pecunia diuinabant, & c. ita ait. Nunquam diuinitio in bona parte accipitur. Videbantur autem sibi prophete, sed quia pecuniam accipiebant, prophetia eorum facta est diuinitio, id est diuinitio eorum quæ credebatur esse prophetia, declarata est non esse prophetia. Causa. 26. q. 2. De diuinis uero scribit Augustinus lib. 7. de doctr. Christiana. ita dicens. Superstitiosum est quicquid institutum est ab hominibus, uel ad colendam, sicut Deum, creaturam, uel ad consultationes, & pacta quadam significationum, cum demouibus placita atque fœderata, quæ sunt molimina inagicarum artium. Ad hoc etiam genus pertinent omnes ligaturæ, atque remedia, quæ medicorum quoque disciplina condemnat, siue in præcationibus, siue quibusdam notis, quas characteres uocant. Hinc etiam illa sunt, limen calcare cum ante domum suam transiit, redire ad lectum si quis dum se calcit sternauerit, redire ad domum si procedens offenderit, uel si uelitis a foribus rodatur. Neque ab hoc genere superstitionis perniciosæ segregandi sunt, qui olim Genethliaci propænatuualium considerationes dierum, nunc autem Mathematici uocantur. Omnes igitur artes huiusmodi, uel nugariorum, uel noxiæ superstitionis ex quadam pestifera societate hominum, & demouum quasi pacta infidelis, & dolosæ animæ constituta, sunt penitus repudiandæ, & fugiendæ Christiano. Ibidem. q. 7. Martinus Papa: Non licet iniquas cogitationes agere Kalendaram, & ovis vacare, neque lauro, aut uiriditate arborum cingere domos. Omnis enim hæc obseruatio Paganorum est. Item Zacharias Papa: Si quis kalen. Ianuarij ritum Paganorum colere, uel aliquid uis noui facere propter nouum annum, aut mensas cum lampadibus, uel æpulis in domibus præparare, & per uicos, & plateas cantatores, & choros dicere præsumperit, anathema sit. Item Aug. non obseruatis dies, qui dicuntur Aegipriaci, aut kalen. Ianuarij, in quibus canitæ quædam, & commessationes, & ad inuicem dona donantur, quasi in principio anni boni fati augurio. Extra. 5. de sortilegij. In talibus, uel codicibus, & alijs sorte futura non sunt requirenda, nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus obseruare præsumat, qui uero contra fecerit peccat. 40. dies.

Qualiter demones futura secundum diuinos prædicant. Cap. CXVII.

Causa. 26. q. 3. A quibus autem diuinationis genus sumptit exordium, uel quot sint genera eius. Aug. exponit in lib. de natura demouum. Sed & de natura demouum cuius nature sint, an futura præscire ualeant, uel quot modis. Ita scribit Aug. in eodem libro. Sciendum est hæc esse naturam demouum, ut aerei corporis sensu, tettenorum corporis sensum facile præcedant celeritate, & propter aerei corporis superioris nobilitatem ad solum cursum quorumlibet hominum, uel ferarum, uerumetiam uolatus auium incomparabiliter vincant. Quibus duabus rebus (quantum ad aereum corpus attinet) præditi, hoc est acumine sensus, & celeritate motus multo ante cogitata prænuunciant, quæ homines pro sensu terreni tarditate mirentur. Accessit etiam demouibus, per tam longum tempus, quo eorum uita protenditur, rerum longe maior experientia, quam potest hominibus propter breuitatem uitæ præuenire, per has efficacias, quas aerei corporis natura sortita est, non solum multa futura prædicant hominibus demones, uerum etiam multa faciunt, quæ quoniam homines dicere non possunt, aut facere, eos dignos quidam quibus seruiant, & quibus honores diuinos deferant arbitrantur, instigante maxime uitio curiositatis, propter amorem selicitatis falsæ, atque terrenæ, & excellentiæ temporalis. Nunc igitur quoniam de diuinatione demouum quæstio est, primo sciendum est, ea plerumque prænuunciant, quæ ipsi facturi sunt. Accipiunt enim potestatem morbos immittere, & ipsum aereum uiuando morbidum reddere, & peruersis, atque amatotibus terrenorum commo-

dorum malefacta suadere. Suadent enim miris, & inuisibilibus modis, per illam subtilitatem corpora hominum non sentientium penetrando, & se cogitationibus eorum, per quædam uisa immiscendo, siue uigilantium, seu dormientium. Aliquando autem non quæ ipsi faciunt, sed quæ naturalibus signis futura prænuunciant. Aliquando etiam hominum dispositiones non solum uoce prolatis, uerumetiam cogitatione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimentur, in corpore tota facilitate perdiscunt, atque hinc etiam multa futura prænuunciant alijs, uidelicet mira, qui ista disposita non nouerunt. Fallunt etiam studio fallendi, & inuida uoluntate, qua hominum errorem lætantur. Sed ne apud cultores suos pondus auctoritatis amittant, id agant, ut interpretibus suis, signorumque suorum coniecturibus, culpa tribuatur, quando ipsi decepti fuerint, uel mentiri. Ibidem. q. 4. Aug. in lib. de ci. Dei. Si autem quilibet op ponit, & dicit. Quomodo eueniunt illa, quæ illi diuini prædicant futura, an quomodo possunt ægris præbere medelam, aut sanis immittere ægri tudinem, si aliquid propriæ uirtutis, ac potestatis non habent, hoc a nobis recipiat responsum, quod ideo non debet quisque eis credere, quia aliquando eueniunt quæ prædicant, aut sanare uidentur languidos, uel lædere sanos, quia hoc permisso Dei fit, ut hi qui hoc audiunt, uel uident probentur, & appareat quali fide sint, uel deuotione erga Deum, sicut in Deut. legitur. Si surrexerit in medio tui propheta, & cetera.

Qualiter mulierculas deludant, & nocturne ambulare credant. Cap. CXVIII.

Ex Concil. Aquitensi. Illud etiam non est omittendum, quod quædam sceleratæ mulieres, retro post sathanam conuersæ, & demouum illusionibus, & fantasmatis seductæ, credunt se & profitentur cum Diana, nocturnis horis, Dea Paganorum, uel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum, equitate super quædam bestias, & multa terrarum spacia intempestæ noctis silentio pertransire, eius illusionibus obedire, uelut domi, & certis noctibus ad eius seruitium euocari. Sed uiam hæc solæ in perfidia sua perissent, & non multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nam & innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hæc uera esse credunt, & credendo a recta fide deuiant, & errore Paganorum inuoluuntur, cum aliquid diuinitatis aut numinis extra unum Deum arbitrantur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi commissas, populo Dei omni instantia prædicare debent, ut nouerint hæc omnino falsa esse, & non a diuino, sed a maligno spiritu talia fantasmata mentibus fidelium irrogari arbitramur. Siquidem ipse Sathanas, qui transfiguratur in angelum lucis, cum mentem cuiusque mulieris capserit, & hanc per infidelitatem sibi subiugauerit, illico transformatur in diuersarum personarum species, atque similitudines, & mentem quam captiuam tenet in somnis deludens, modo læta, modo tristia, modo cogitas, modo incognitas personas ostendens, per quædam deua deducit, & cum solus spiritus hoc patitur, infidelis hoc non in animo, sed in corpore euenire opinatur. Quisquis ergo credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, uel in aliam similitudinem, nisi ab ipso creatore, infidelis est, & Paganus deterior.

De maleficijs artis Magica. Cap. CXIX.

Sidorus etym. lib. 8. Magi sunt, qui uulgo malefici, ob facinororum multitudinem nuncupantur, hi & elementa concutiunt, turbant mentes hominum, ac sine uilo ueneni haustu uolentia tantum carnis interimunt. Demouibus enim accitis audent uentilare, ut quisquis suos perimat malis artibus, hi etiam sanguine uentur, & uictimis, & læpe cõtinent corpora mortuorum. Magorum primus Zoroastes Rex Batrianorum fuit, quem Ninus Rex Assyriorum prælio interfecit, de quo Aristoteles scribit, quod uices centum milia uersum ab ipso condita indiejs uoluminum eius declarantur. Hanc artem multa post secula Democritus ampliat, quando & Hippocratis medicinæ disciplina effloruit. Itaque hæc uanitas Magicarum artium, ex traditione malorum angelorum, in toto terrarum orbe plurimis seculis ualuit, per quædam scientiam futurorum, & inferorum, & inuocationes eorum inuenta sunt aruspicia, angurationes, & ipsa quæ dicitur Oracula, & Nigromantia. Rich. in lib. excerptonum. Ais itaque Magica sub philosophia continetur, sed fors falsa professione de uero mentiens, & ueraciter ledens homines, a diuina

diuina relatione seducit, culum demonum suadet, & ad omne nephas sequaces suos impellit. Hæc quinque maleficiorum genera continet scilicet, Manticen, Mathematicam, Maleficiam, Sortilegia, Præstigia. Manticæ interpretatur diuinitio. Hæc quinque species habet, nigromantiam, geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam. Prima fit in mortuis, secunda in terra, tertia in aqua, quarta in aere, quinta in igne. Mathematica interpretatur vanitas. Hæc habet tres species, auspicium, augurium, horoscopia. Auspicium dicitur ab inspectione ararum, hæc fit quando in fibris animalium, quæ in aris ponuntur fata quæruntur. Augurium ab auidibus, hæc aliquando pertinet ad aures, & dicitur augurium, aliquando ad oculos, & dicitur auspicium. Horoscopia in constellationibus constat. Maleficia sunt per incantationes. Sortilegia per fortes. Præstigia per fantasticas illusiones.

De diuersis generibus Magorum. Cap. CXX.

Nigromantici sunt, quorum præcantationibus videntur resuscitari mortui diuinare, & ad interrogata respondere. Nycron enim Græcè mortuus, mancia diuinitio nuncupatur, ad quos suscitandos cadaueri sanguis adijcitur. Nam amate demones sanguinem dicuntur. Ideoque quotiens Nigromantia fit, cruor aquæ miscetur, vt colore sanguinis facilius protocentur. Hydromantici ab aqua dicuntur. Est enim hydromantia in æquæ inspectione umbras demonum euocare, ibique ab eis aliqua audire, vbi adhibito sanguine, etiam inferos perhibentur sciscitari. Varro dicit, diuinationis quatuor esse genera. Terram, aërem, aquam, & ignem, hinc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam, dictam constat. Diuini, quia diuinitate se plenos assimilant, & astutia quadam fraudulenta hominibus coniectant futura. Incantatores sunt, qui artem verbis peragunt. Arioli, quia circa aras idolorum neplarias præces emittunt, & sancta sacrificia offerunt. hisque celebratibus demonum responsa accipiunt. Horuspices, quasi horarum inspectores, dies enim, & horas in agendis negocijs, operibusque custodiunt, & quid per singula tempora obseruare debeat homo, intendunt. Hi etiam extra pectus inspiciunt, & ex eis futura prædicunt. Augures sunt, qui volatus auium, & voces intendunt. Dicuntur autem auguria, quasi auid garraria. Vel quasi auigeria, quod aues gerant. Idem & auspicia, quasi auium aspicia, quæ iter facientes obseruant. Gorum duo genera. Vnum ad oculos pertinet scilicet volatus. Alterum ad aures scilicet vox auium. Phitonissa a Phitio Appolline dicta, quod & is auctor fuerit diuinandi. Astrologi in astris auguriantes. Genethliaci pro natali consideratione dierum: Genesim enim hominum per duodecim cæli signa describunt, siderumque cursu nascentium mores, actus, & euentus prædicare conatur, id est, quis quali signo sit natus, aut quem effectum habeat vitæ qui nascitur, hi vulgo Mathematici vocantur. Horoscopi sunt, qui horas natiuitatis hominum speculantur, dissimili & diuerso fatu. Sortilegi sunt, qui sub nomine fidei religionis, per quasdam superstitiones, quas sanctorum fortes vocant, diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt. Salutatores dicuntur, quia dum eis membrorum quæcumque partes salient, aliquid sibi ex inde prosperum, seu triste signare prædicat. Ad hæc omnia pertinent, & ligaturæ execrabiliū remedium, quæ ars medicorum condemnat, vel in præcantationibus, vel in charactibus, vel in quibuscumque rebus suspendendis, atque ligandis. In quibus omnibus ars demonum est, ex quadam pestifera societate hominum, & angelorum malorum exortarum de viranda sunt a Christiano. Dicitur autem præstigiū, quasi, præstringens aciem oculorum.

De Carminatoribus, & carminatricibus. Cap. CXXI.

EX summa fratris. V. Quid de carminatricibus, & carminatoribus, qui carminant infirmos, vel pueros, vel animalia, nunquid peccant mortaliter? Respondeo: Si nihil superstitiosum dicunt, aut docent, aut faciunt, sed tantum vruntur licitis præcibus, & adorationibus, sicuti per passionem, & Crucem, & similia, non credo quod peccent mortaliter, nisi talia fecerint post prohibitionem ab ecclesia factam sibi. Sed credo, quod prohibendi sunt viri, & mulieres a talibus, quia per multa iniuria, & superstitiosa solent admiscere. Nisi forte sit sacerdos religiosus, & discretus, aut etiam laicus, siue vir, siue mulier excellentis vitæ, & probatæ discretionis, qui sola oratione licita infirmum non super pomum, aut pirum, aut cingulum, sed super infirmantes manus imponat. Iuxta illud Mathæi Sa-

per ægros manus imponent, & bene habebunt. Nec sunt huiusmodi personæ prohibendæ a talibus, nisi forte timeatur, quod ad exemplum illorum, indiseret, & superstitiosi carminatoris sibi viurpant abusum. Item non condemnantur hic rustici, qui seruant tempora ad seminandum, vel arbores incidendas, & similia, quæ certam, & naturalem habent rationem. Idem de phisicis circa medicinas dandas, & minutiones faciendas, & similia. Item si aliquis, vel aliqua colligit herbam medicinalem cum symbolo diuino, vel oratione dominicâ, vt scribit in charta symbolum, vel orationem dominicam, vt ponat super aliquem infirmum, vt sic in istis ritum Deus creator omnium, & dominus honoretur, non reprobat, dummodo nulla alia superstitiosa obseruantia miscetur. Ex summa fratris. V. Ex hoc potest haberi, quod non sunt reprobanda breuia, quæ sunt in ascensione, cum non continentur nisi verba euangelij. Sed superstitiosum est, si credatur, quod minus habeant efficaciam si scribantur post lectum Euangelium, aut post Missam, aut alia die, quam si scribantur cum legantur, sine proferantur in ecclesia verba euangelij, quæ ibi continentur. Illa autem breuia in quibus scribitur quidam characteres, & quædam nomina iniurata, quasi nomina Dei ineffabilia, quibus dicitur: Qui cum que portauerit super se istud breue, non periclitabitur, sic, vel sic, aut istud, aut istud sibi eueniet, proculdubio reprobata sunt, nec portanda, & peccant qui scribunt ea, aut portant, aut donant, aut vendunt, aut portanda docent, nisi adeo fuerint simplices, quod ignorantia eos debeat excusare, quæ non excusat, si super hoc fuerint admoniti, vel instruiti.

De sortilegijs, ac diuinis, ac magis euandis. Cap. CXXII.

Causa. 22. q. 5. Ex concilio Martini Papæ: Si quis autem Paganorum consuetudinem sequens, diuinos, & sortilegos in domum suam introduxerit, quasi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniant, vel lustrationes Paganorum faciant, quinque annis penitentiam agant. Mulieribus quoque Christianis non liceat in suis lanificijs vanitatem obseruare, sed Deum inuocent adiutores, qui existendū sapientiam donauerit. Item ex concilio Tol. 4. c. 30. Si quis de ordinibus clericorum auruspices, aut incantatores, aut ariolos, aut certe augures, vel sortilegos, qui profectur artem Magicam, aut aliquos eorum similia exercentes, consuluisset fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ suspendatur, monasterij curam excipiat, ibique penitentiam perpetuam detur, scelus admissum sortilegijs soluat. Item ex concilio Aquirensi. c. 7. Episcopi eorumque ministri, omnibus viribus elaborare studeant, vt perniciosam, & a Zabulo inuentam sortilegam, & magicam artem ex parochijs suis penitus eradicent. Et si aliquem virum, aut mulierem huiusmodi sceleris sectatorem inueniunt, turpiter dehonorent, de parochijs suis eijciant. Aut enim Apostolus: Hæreticum hominem, post primam, & secundam correptionem, deuita, sciens quia submersus est, qui huiusmodi est, &c. Submersi enim sunt, & a diabolo captiui tenentur, qui relicto creatore suo diaboli suffragia querunt. Ibidem. q. 7. Augusti. Qui quascunq; diuinationes, & fata, aut auguria obseruat, aut attendit, aut consentit obseruationibus, siue qui attendit fomena, siue scripta, & falso in Danielis nomine intitulata, & fortes que dicuntur sanctorum Apostolorum, & auguria auium, aut aliqua pro domo faciendâ, aut propter conjugia copulanda, aut in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut pictiolas pro quavis infirmitate scriptas, super homines, aut animalia ponunt, præter symbolum, & orationem dominicam, aut falsitatibus magicis in grandinarijs, & tempestatibus credunt, aut ad eorum domum euntes, aut in suis domibus introducunt, & interrogant, sciant se fidem Christianam, & baptismum præuaricasse, & Paganum, & Apostatam, id est retro abeuntem, & Dei inimicum, itam Dei grauer in æternum incurrisse, nisi ecclesiastica penitentia emendatus Deo reconcilietur. Item Hieronymus. Dæmonium sustinentibus licet petras, vel herbas habere sine incantatione.

De eisdem puniendis. Cap. CXXIII.

Causa. 26. q. 5. Quod autem sortilegi, & diuini, si cessare noluerint excommunicandi sunt, ratione & auctoritate probatur. Est enim quoddam genus cultus idololatriæ, & demonum consultationibus futura prædicare. Futura enim prædicare solius Dei est, qui in sua contemplatione etiam angelos præscire facit. Cultores vero idolorum a fidelium communione separandi sunt. Vnde in epistola ad Corinthios Apostolus

solus ait: Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruientis, cum eiusmodi nec cibum sumere, &c. Ex summa de calibus. In summa vero nota, quod pœna talium est multiplex. Sunt enim infames, nec debent recipi ad eucharistiam si notorium est peccatum, sicut nec hystionis. Item nec debent admitti ad accusationem. Item debent excommunicari. Item si post admotionem, vel excommunicationem noluerint se corrigere, si serui sunt debent verberibus castigari, si liberi in clauis in carcerem, vel vtrique sunt de parochia turpiter dehonestati, id est tonsurati, vel decaluit eijcendi, & hoc potest episcopus sua auctoritate facere, dum tamen caueat a membri detractione, morte, & sanguinis effusione, vel si necesse sit inuocet brachium seculare, secundum vero leges capite puniuntur.

De inspectione astrolabij. Cap. CXXIII.

EX summa de calibus. Quid de sacerdotibus, & religiosis, quibus vasa & ornamenta ecclesiæ, vel similia furto subtrahunt, vel etiam de laicis, quibus res propriæ furto sublatæ sunt, nunquid poterunt inquirere per inspectionem astrolabij, vel similia? Ad hoc dicitur secundum omnes, quod si fit ibi inuocatio demonum, vel aliud superstitiosum, grauisime peccat quicumque facit, vbi quidam, licet iuuenili simplicitate, & bono zelo fecisset, fait tamen suspensus ab officio, & beneficio. Si autem talis in speculo fieret simpliciter post astronomiam, non inuocatis demonibus, neque alio superstitioso adiumento, forte posset admitti. Tamen in eodem decreto dicitur, quia licet quadruiuales artes in se continent veritatem, tamen quia non sunt scientiæ pietatis, non est in eis studendū. Extra. 5. de foris. Alexan. III. Presbyter cum quodam in fami ad priuatum locum accessit, non ea intentione, vt vocaret dæmonium, sed vt in inspectione astrolabij furum cuiusdam ecclesiæ posset recuperare, verum licet hoc ex bono zelo, & simplicitate fecisset proponat, id tamen grauisimum fuit peccatum, & infra. Mandamus quatenus per annum & amplius si tibi visum fuerit, cum ab altaribus ministracione præcipias abstinere. Ex summa fratris. V. Nunquid si quis sacrificet post astronomiam, scilicet mammonæ, vt fiat diues, vel similia faciat, nunquid incurrit irregularitatem, aut qui de sacramentis ecclesiæ, Eucharistia scilicet, vel Chrismate, vel Oleo benedictio, aut Aqua fontium facit sortilegium, vel baptizat imagines? Respondeo: Cum talia videantur esse enormia propter idolatriam, aut propter enormem superstitionem, licet sint occulta generant irregularitatem secundum quosdam, secundum alios non. Vnde in hoc dubio consulendum est talibus, quod perant dispensationem, non tamen præcisè dicendum est eis, quod alias non fit eis salus, & absolucio sunt de peccato si peniteant. Si autem huiusmodi peccata notoria sunt, secundum omnes indigent dispensatione, sed hoc plenus infra, de lapsis, & dispensationibus. Quod autem dicit canon in quadruiualibus scientijs non esse studendum, intelligas longo tempore, potest tamen in his studeri non ad volupstatem, sed vt ea, quæ ibi sunt vilia sacræ scripturæ ad vsum conuertantur, & vt errores ibi contenti conuertantur, & ne risu pateat si contra mathematicos velit disputare, vel philosophos huiusmodi doctrinarum ignarus. Iccirco enim astronomia, & astrologia in diffuetudinem abierūt, quia dum propria curiositate nimis erant intenti, minus vacabant his, quæ salutem animarum erant accommodata.

De quorundam sacerdotum superstitionibus. Cap. CXXV.

Causa. 26. q. 5. c. episcopi. Nonnulli inueniuntur, qui interno litore permoti, in perniciem suorum inimicorum altare sacris vestibus exuunt, & lugubri veste accingunt luminariorum obsequia subtrahunt Dei ecclesijs, vel Missam pro reque defunctorum promulgatam, pro viuis celebrant hominibus, quorum omnium malicia nequissima Toletan. concilio. condemnat. Idem, Plerique, & sacerdotum faciunt inimicitiam dolo Missam pro reque defunctorum promulgatam fallaci voto pro viuis student celebrare hominibus, vt is pro quo ipsum offerunt sacrificium, mortis incurrat periculum. Proinde nostræ elegit vnanimis consensus, vt si quis deinceps talia perpetrare fuerit detectus, a proprijs deponatur ordinis gradu, & tã ipse sacerdos, quam ille, qui cum ad talia peragenda incitasse perpenditur, exilij perpetui ergastulo religentur. Ex summa de ca. Hic autem distinguo, quod si aliquod prædictorum fiat propter odium priuatum, grauisime peccat, qui facit, & nisi per planam penitentiam se purgauerit, debet deponi. Si autem propter causam cõmunem, pura quia metuit con-

raminationem sacrorum ordinum, vel subuersionem fidei, vel hostilitatem suffert, vel obfidionem, vel diuinorum iudiciorum, sententiam metuit, & ideo tale quid fecerit, non dicitur peccare, quia in tali facto plus humilitas, qua Deus placatur, quàm interim linoris dolositas declaratur. Hoc etiam tenet consuetudo ecclesiæ, vnde solet cantare, Deus venerunt gentes, & in signum tristitiæ in die Veneris sancta, altaria spoliare. Hæc tamen distinctio fallit in illis, qui pro viuis scienter celebrant officium mortuorum: nam tales si fuerint detecti, indistincte, debent deponi, & pœna supradicta ferri.

De crimine sacrilegij. Cap. CXXVI.

EX summa de ca. Sacrilegium est sacræ rei violatio, & eiusdem viurpatio. Dicitur autem sacrilegium, quasi sacrilegium, id est sacrum lædens. Committitur autem sacrilegium ratione personæ, cum quis verberat clericum, vel personam religiosam. Ratione loci, cum ecclesiæ, vel cœmeterij emunitas violatur. Ratione rei, cum res consecrata, vel sacro vsui deputata viurpatur. Large tamen dicitur committere sacrilegium, & transgressor iuris publici, quod consistit in sacræ sacerdotum magistratibus. Item qui articulos fidei id est præcepta, vel prohibitiones Dei etiam negligendo, vel nesciendo violat, & offendit. Item qui disputat de iudicio principis, vel iudicis, & hoc nisi euidenter constaret illud esse contra Deum. Item qui publica officia committit Iudicis. Item quicumque rem datam ecclesiæ retinuerit, vel acceperit contra eius voluntatem. Causa 17. q. 4. Pius Papa: Sicut manus peccatum est, quod in Deum committitur, quàm quod in hominem, sic grauius est sacrilegium agere, quàm fornicari. Ibidem Ioh. VIII. omnibus episcopis. Sacrilegium committitur, si quis iniret ecclesiam, vel 30. ecclesiasticos passus, qui in circuitu ecclesiæ sunt, vel domos, quæ infra prædictos passus fuerint, aliqui inde rapiendo, vel auferendo, seu qui iniuriam facit, vel oblationem rerum intulerit clericis arma non ferentibus, vel monachis, siue Deo deo tis, omnibusque ecclesiasticis personis. Capellæ quæ sunt intra ambitum murorum castellorum, non ponuntur in hac 30. passuum obseruatione. Similiter sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, siue sacrum de non sacro. Gratianus: Dicitur autem sacrilegium committere, qui violentas, & impias manus in clericum iniecit. Committunt etiam sacrilegium, qui diuinæ legis sanctionem, aut nesciendo committunt, aut negligendo violant, & offendunt, aut de principali iudicio disputant, dubitantes an is dignus sit, quem princeps elegerit, vel qui intra proninciam, in qua prouinciales, & ciues habentur, officium generandæ ac suscipiendæ administrationis desiderant, vt lib. 9. cod. tit. de crimine sacrilegij. Similiter de iudicio summi Pontificis alicui dispotare non licet.

De violatione emunitatis sacri loci. Cap. CXXVIII.

EX summa de ca. Ecclesia, id est ipse locus consecratus habet emunitatem, vt nullus inde per vim abstrahatur, nisi in casibus, videlicet si sit publicus latro, vel nocturnus populator agrorum. Item si in ipsa ecclesia commisit homicidium, vel aliud maleficium, tunc enim non debet defendi ab ecclesia, cum eam violauerit. Aug. ad Bonifacium: Hominem de ecclesia rapuisse. Tuus si de tuo amico forte præsumere vt fugitiuus, posset proculdubio intercessoris causa veniam promereri, ergo si amicus attenditur cur Deus offenditur. Item ex lib. cap. Reum ad ecclesiam fugientem nemo abstrahere audeat, neque inde damnare ad pœnam, vel ad mortem, vt honor ecclesiæ conseruetur, sed retores ecclesiæ pacem, & vitam, & membra obtinere studeant, tamen legitime componat, quod inique fecerit. Item Gelasius Epiphano episcopo. Ad episcopos ceteros direximus iussione, vt eos qui ecclesias violasse perhibentur, accessu earum iudicent esse indignos. Item Pius Papa: Sicut qui ecclesiam Dei vastat, & eius prædia, & donaria spoliat, & inuadit, sic sacrilegus, sic ille qui eius sacerdotes insequitur sacrilegus iudicatur. Item ex concilio Hilerdensi: Nullus clericorum seruum aut discipulum suum fugientem ad ecclesiam extrahere audeat, aut flagellare præsumat. Quod si fecerit, donec digne peniteat, a loco cui honorem non dedit segetur. Item ex concilio Triburiensi: Si quis contumax, vel superbus fugientem seruum suum, vel quem ipse persecutus fuerit de atrio ecclesiæ, vel de portibus ecclesiæ quolibet modo adherentibus, per vim extraxerit, pro emunitate non gentes solidos, & ipse publica penitentia mulctetur iuxta iudicij. Gratianus: Verum ne reuerentia religionis dominos suos iure fraudaret,



daret, si famuli ad ecclesiam septa confugientes, inde nequaquam abstraherentur, sacris canonibus est institutum, ut praestito sacramento impunitatis, eis etiam reddatur iniuria. Occasione namque religionis seruum dominum suum contemneret, & eius ministerium deservire non debet. Ex summa fratris V. Publicus autem latro ille est, qui agros militum, vel privatorum de nocte populatur, & itinera frequentata scilicet stratae publicae, quae quasi loca sacra habentur, insidijs aggressio- nis obfideret, & talem potest quilibet, auctoritate sua, de ecclesia extrahere, & punire, sicut notavit H. Homicida quoque extra- hitur ab ecclesia, in qua, vel in cuius coemeterio commisit homicidium, vel aliquod maleficium. Sed nunquid defenditur ab alia ecclesia, in qua hoc non commisit, sed confugerit ad illam? Respondeo, quod non, quia cum sit una ecclesia vniuersalis toto orbe terrarum, licet sint multae particulae, qui iniuriam facit vni, iniuriam facit omnibus, licet forte de consuetudine in aliquibus ecclesijs aliter obseruetur, quia forte videtur eis, quod sicut minor videtur privilegio suo contra alium minorem, ita una ecclesia contra aliam. Quid de Iudeo, vel Pagano, vel excommunicato, si confugerit ad ecclesiam, nunquid defenditur ab ecclesia a mutilatione, vel morte? Respondeo. Satis credo, quod sic, de iure tamen credo consuetudinem regionis approbatam, quoad hoc esse tenendam.

De Effraactoribus ecclesiarum. Cap. CXXVII.

DE Effraactoribus vero dico, quod siue aliquis veniat cum proposito frangendi ecclesiam, siue non, non incidit in canonem, nisi eam corporaliter violet, & vim inferat, licet in de aliquid asportet. Vnde si praedones veniant animo frangendi ecclesiam, & tamen non frangant, quia inveniunt eam apertam, & nullum resistem, quia propter timorem eorum inde effugerint custodes, non incidant in canonem, licet intrent, & aliquid asportent, parati vim inferre si aliqui resisterent. Et credo, quod effraactor ecclesiae iudicandus est, qui dolo malo, aut per iniuriam violenter parietem foderit, aut suffoderit, aut vitream, aut ferream, aut hostiam, aut cardines, aut vetes, dum tenet hostiam firmata, aut ipsum tectum ecclesiae. Porro de sare, qui factio foramine in pariete, aut fracta vitrea, aut feratura, aut vestibus hostij intrat, & aliquid inde asportat, licet possit dici, quod non incidit in hanc poenam, cum deere. extra, de sen. excom. quaest. non videatur loqui de illis, qui publice frangunt ecclesias, quia tamen lex distinguens inter fractores diurnos, & nocturnos, atrociores dicat esse nocturnos, potest dici probabiliter in fauorem ecclesiae, quod talis incidit in canonem, sicut publicus effraactor, & quod a solo Papa est absolvendus, postquam fuerit per ecclesiam denunciatus.

De Poena sacrilegij. Cap. CXXIX.

EX summa de ca. Poena sacrilegij, secundum leges, est decapitatio, si persona ecclesiastica atrox iniuria fiat, alias iudicis arbitrio reseruetur, pro qualitate personae, rei, temporis, vel loci diuersitate moderanda. Sacrilegij secundum canones duplex est poena. Vna spiritualis, alia pecuniaria. Spiritualis, praeter poenitentiam est excommunicatio, cum distinctione tamen, quia pro sacrilegio in persona commissa, est maior excommunicatio ipso iure. Pro sacrilegio vero in rebus commisso, est minor excommunicatio, exceptis quibusdam casibus, in quibus est maior, ut cum quis incendit ecclesiam, vel fregit. Pecuniaria vero qualis, & quanta sit, & cui persolueda tam pro sacril. commisso in personis, quam in rebus legitur in decretis. Causa. 17. q. 4. Sacrilegium duplicem continet poenam, pecuniariam videlicet, & excommunicationis. Pecuniaria eis persolueda est, ad quos quarimonia sacrilegij pertinet. Vnde Iohannes Papa. VIII. scribit omnibus episcopis. Quisquis inuentus fuerit reus sacrilegij, episcopis, abbatibus, siue personis ad quos quarimonia sacrilegij iuste pertinuerit, 30. libras examinati argenti, & parissimi componat. Idem si quis domum violauerit, & aliqua sine licentia illius, cui commissa esse dignoscitur, inde abtulerit, vel ecclesiasticis personis iniuriam fecerit, donec in conuentu admonitus legitime satisfaciatur, sciat se communionem priuatum esse. Idem Hi qui monasteria, & loca Deo dedicata, & ecclesias infringant, & deposita, vel alia quaelibet exinde abstraxerint, damnum nonies componant, & emunitatem tripliciter, & velut sacrilegi sententiae canonice subiiciantur, vel subiugentur. Item ex 5. libro capitularium. Qui occiderit monachum, aut clericum, relinquat arma, & Deo in monasterio seruiat, cunctis diebus vitae suae nunquam reuerfus ad saeculum, & per septem annos publicam poenitentiam agat. Item Innocen. Papa. II. Si quis, studente diabolo, huiusmodi sacrilegij crimen incurrerit, quod in clericum, vel in monachum manus violentas iniecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus episcoporum illum praesumat absolueret, nisi mortis urgente periculo, donec apostolice conspectui praesentetur, & eius mandatum suscipiat. Gratianus. Qui autem de ecclesia vi aliquem exemerit, vel in ipsa ecclesia, loco, vel cultui, sacerdotibus, & ministris aliquid iniuriae importauerit, ad instar publici criminis, & laesae maiestatis accusabitur, & conuictus, siue confessus, capitali sententia a rectoribus provinciae ferietur, sicut primo libro codicis legitur,

De Retentione decimarum. Cap. CXXX.

EX summa de ca. Retentores quoque decimarum, & reliquorum, pro sepultura, sacrilegij iure dicuntur. Decima est omnium bonorum iuste acquiritorum talis pars Deo debita. Qui bene & fideliter dat decimam, quadrupliciter remuneratur a Deo. Prima remuneratio est abundantia fructuum. Secunda sanitas corporis. Tertia indulgentia peccatorum. Quarta celeste regnum. De duabus primis Aug. Si decimam dederis non solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis consequeris. Item de duobus vltimis idem Aug. Qui praemium comparare aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimam, & de nouem partibus elemosinam dare studeat pauperibus. Qui vero non dat, punitur in oppositis. Vnde dominus per Malachiam: Quia mihi non reddidistis decimas, & primitias, ideo in fama, & penuria maledicti estis. Item Aug. Cum decimas dando, & terrena, & celestia positis promereri, pro auaritia duplicem benedictionem fraudas, id est subtrahis tibi. Haec est domini iustissima consuetudo, si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuocaris, dabis impio milium, quod non vis dare sacerdoti. Deus enim non iter qui dignatus est totam dare, decimam a nobis dignatur recipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam. Vnde decimas ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. Sed hoc tollit si fecus, quod non accipit Christus. Item Hiero. Amico rapere quippiam sursum est, ecclesiam defraudare sacrilegium est. Aut quod apertissimi sceleris est, exinde enim aliquid subtrahere omnium praedonum crudelitatem superat. Itaque qui non dat decimam, nisi sit exemptus, debet anathematizari, praemissa canonica admonitione usque ad satisfactionem, & emendationem congruam. Ex summa fratris V. Exemptus dicitur privilegiatus, aut in feudatus legitime, aut alius iure legitima exceptione, siue propter compositionem factam cum ecclesia, siue propter tacitam, vel expressam ecclesiae remissionem, ut notatum est supra. Extra. 3. de deci. pri. & ob. Alexan. III. Cum decimae non ab homine, sed ab ipso domino sint institutae, quasi debitum exigere possunt. Innocen. III. Omnes qui ratione personarum, aut etiam praedonum decimas ecclesijs, & clericis tuae diocesis exhibere tenentur, ad eas cum integritate reddendas ap. re. compellas. Idem in concil. gene. Illae decimae sunt necessariae soluedae, quae debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata.

De veri nominis decima. Cap. CXXXI.

EX summa de casibus: Decima est omnium bonorum iuste acquiritorum talis pars Deo debita. Extra. 3. de deci. Alex. III. De frugibus. 9. partibus sibi retentis decimam ecclesiae cuius parrochiani sunt sine diminutione soluere tenentur. Ex summa fratris V. Quid de illis, qui non soluunt decimam de vineis, & quibusdam alijs praedijs, sed vicissimam vel aliam aliquam minorem decimam. Quid etiam de illis, qui de oliuis, vel nucibus, vel quibusdam alijs terrae fructibus nihil soluunt pro decima, nunquid excusantur per consuetudinem, cum contraria videantur esse legi diuinae. Respondeo. Credo quod sola consuetudo non excusat in praedictis casibus, si tamen compositio auctoritate episcopi, & ecclesiae (cuius interest decimas huiusmodi solui) facta est cum illis, qui debent decimas, de minori parte soluenda, quam decima. Vel si ita obtentum est a tempore cuius non extat memoria, excusantur qui minus soluunt, quam decimam, nec possunt auctoritate propria illi, qui fecerunt compositionem, aut sine contradictione sustinuerunt huiusmodi consuetudinem, vel successores eorum aliquid plus solito exigere, vel de rebus, de quibus non consueverunt decimam solui, de nouo aliquid exigere, nec domini praediorum ultra solitum tenentur aliquid soluere, nisi ad inopiam ecclesia redigatur, vel nisi auctoritate domini Papae hoc fiat ex certa scientia reuocantis compositionem praedictam,

ctam, vel consuetudinem. Verum est tamen, quod sola consuetudo non liberat debitorem decimarum in praedicto casu, vel in praedictis casibus. Sed compositio, vel remissio, siue quareo facta ab ecclesia expressa, vel tacita, siue praesumptiua, ex hoc, quod praesentium temporis pacifice sustinuit, quod aut nihil pro decima solueretur, aut minus, quam decima.

Utrum Papa possit in huiusmodi dispensare. Cap. CXXXII.

SED quomodo potest ecclesia absolueret aliquem tacite vel expresse a legitima praestatione decimarum, cum debeantur iure diuino. Item quomodo potest Papa privilegium alicui dare, de non dandis decimis? Ad primum dico, quod reuera ecclesia non potest alicui absolueret, vel remittere ius soluendi decimas, ad quod semper tenentur domini praediorum. Sed bene potest absolueret, vel remittere ipsam praestationem, vel actum praestationis, sicut concedo, quod ex quo matrimonium est consummatum inter fideles, neuter potest absolueret reliquum a vinculo matrimoniali, vel a iure mutuae seruitutis, licet possit absolueret illum ab actu, vel executione illius iuris: cum de communi consensu transeunt ad religionem. Potest etiam dici, quod in praedictis casibus fingitur a iure, quod domini praediorum breui manu soluerint ecclesiae decimas, & rursum ecclesia non reuocauerit eis, vel in totum, quando scilicet ecclesia nihil consuevit recipere minus quam decimam, vel in partem, quando consuevit recipere minus, quam decimam. Ad aliud potest dici, quod Papa non dat privilegium alicui de decimis non soluendis, nec dare potest, sed solummodo ius administrationi pauperibus, & retinendi sibi necessaria ex eis. Quod potest facere Papa non solum de decimis, quas de iure communi debent monachi, sed de illis, quas alij debent ecclesijs parrochialibus. Vel dico, quod Papa super his, quae non pertinent ad articulos fidei, vel ad decalogum potest dispensare, & privilegia alicui concedere, non tamen canonem generalem contrarium statuere. Vnde notavit Alanus, quod Papa potest alicui laico concedere, quod non solum non daret decimas, sed & quod reciperet ab alio, non tamen omnibus laicis hoc potest concedere, ut dicitur, nisi ex causa ad tempus, sicut dicitur fuisse concessum Gallicis. Quod tamen ibi dicitur, quod necessario soluendae sunt decimae, quae debentur lege diuina, intelligitur quando nulla facta est compositio inter ecclesiam, & dominos praediorum, vel quando ecclesia non remittit eas tacite, vel expresse, ut dictum est supra, vel quando ecclesia indiget, vel quando exiguntur auctoritate Papae scieiter reuocantis compositionem, vel consuetudinem contrariam.

De quibus rebus danda sunt decima. Cap. CXXXIII.

EX summa de ca. Debent dari decimae de omnibus fructibus terrarum, pomis arborum, herbis hortorum. Nutrientibus animalibus, lana, lacte, feno, lignis, piscationibus, venationibus, affictibus, pensionibus, molendinis etiam de vento, balneis, sulfonicis, argentarijs, metallarijs, lapideis. Item de negocijs, & artificiojs, & ceteris bonis, etiam de tempore. Extra. 3. de decimis. Alexander. III. Parrochianos vestros monere curetis, ut de proventibus molendinorum, piscationum, feno, & lana decimas ecclesijs, quibus debentur, cum integritate persoluant. Idem Parrochianos tuos de apibus, & de omni fructu decimas persolueret ecclesiastica distributione compellas. Coelestinus. III. Fidelis homo de omnibus, quae licite potest acquirere, decimas erogare tenetur. Ex summa fratris V. Nunquid de rebus donatis, legatis, vel inuentis, vel iure successione acquiritis, debent dari decimae? Alanus notauit quod non, & quod ex his tantum quae naturaliter, vel ex operibus suis, quis acquirerit, tenetur soluere decimas, de alijs autem non reperitur: Probabilis tamen videtur notasse H. scilicet, quod legatarius, & donatarius, tenentur dare decimas, de re donata, vel legata, licet decimata fuerit a legatore, vel donatore. Filius tamen, quia omnia bona patris pertinent ad ipsum, & eius sunt quodammodo quoad proprietatem, si succedat patri non tenetur ea decimare, si decimata sunt a patre, sed haeres extraneus tenetur ad hoc, sicut legatarius, & donatarius, qui omne lucrum, vel emolumentum, quod ad ipsos peruenit tenentur decimare. Dicit etiam ibidem, quod si rapto, & viurarijs, si non velint male ablata in totum restituere, tenentur res huiusmodi decimare, quod tamen intelligit, ut credo, si res illae non fuerant a domino decimatae. Ex summa de casibus. Ex praedictis patet, quod quaedam sunt decimae personales, & quaedam praediales. Sed quaeritur vtrum omnes

decimae sint in praepcepto, an praediales tantum? quia vix dantur alicubi decimae personales. Praeterea in lege domini non videntur praepceptae nisi praediales. Dicit autem Innoc. quod illae quippe necessario soluendae sunt, quae debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata. Ius vero posituum, siue humanum tollit consuetudo. Si ergo personales decimae, non Dei, sed hominum praepcepto debentur, videtur, quod consuetudo contraria, a culpa liberet non soluentes. Consilium tamen sanum est, ut soluere, vel saltem auctoritate episcopi, & ecclesiarum, quibus essent persoluedae, erogarent.

Utrum de male acquisitis debeant dari. Cap. CXXXIII.

QUAERITUR vtrum de iniuste, & tarpiter acquisitis, teneatur quis dare decimas? ut de meretricio, fenore, rapina, & similibus? videtur quod non, quia, qui offert sacrificium de substantia, Papae, & cetera. Item. Non accipies mercedem prostituti, Honora Deum de tuis iustis laboribus. Econtra videtur, quia licet meretrix turpe meretricetur, non tamen tarpiter accipit. Item delictum non debet immunitatem tribuere, ut ait August. So. decimarum aliae personales, aliae praediales. In personalibus distinguit, quia aut est transfatum dominium pecuniae decimandae in accipientem, & non competit repetitio, ut in meretricie, & histione, vel non, ut in fure, rapto, symoniaco, viurario. In primo casu ille tenetur dare, sed ecclesia non debet recipere, quandiu ille est in scelere, ne videatur approbare delictum eius. Sicut & quandoque respuit ecclesia oblationes aliquorum, quod detestationem criminis, in quo iacent, vtpote notoriae diffidentium, raptorum, & viurarium, meretricis, vel propter aliud crimen notorium, & horrendum. Sed postquam poenitentiam acceperint potest ecclesia decimas etiam praeteritis recipere. In secundo casu scilicet cum non transfatur dominium, vel transfatur, sed competit repetitio, ecclesia non debet recipere. Ad praediales autem soluendas tenetur quilibet indistincte, etiam inuafor, & Iudeus, & ecclesia potest licite recipere, quia illae non inuitu personae, sed praediorum dantur. Ex summa fratris V. Nota quod secundum H. in symonia, & viura non transfatur dominium, secundum aliquos transfatur, sed secundum omnes competit repetitio, quia debitor potest repetere ab viurario. Ecclesia vero, in cuius iniuriam commissa est symonia, potest repetere a symoniaco.

Qualiter, & quando debeant dari. Cap. CXXXV.

EX summa de casibus. Dandae sunt decimae non deductis expensis indistincte, si sunt praediales. Si vero sint personales, id est, de negotio, vel artificio, vel de alijs, quae non computantur fructibus terrae, distinguitur vtrum surgant de rebus decimatis, aut non. In primo casu deducuntur expensae, in secundo non. Item debent dari praediales statim cum fructu percipiuntur, & antequam separaretur inde census, vel tributum, vel simile. Si tamen facta fuerit primo talis separatio, sicut rusticus tenetur decimare, quod sibi remanet, ita dominus, de hoc quod de aeterno indecimate accepit. Personales autem possunt dari in fine anni, ut sic maior utilitas proueniat ecclesiae, quam si per minutas soluere. Agnos, aut pullos, vitulos, & huiusmodi, nec tenentur dare optimos, nec deteriores, sed mediocres, vel sicut transferunt sub virga pastoris, quod enim decimum venerit sanctificetur domino. Indignum enim est dare Deo, quod dedignatur homo. Diuisionem canonicam habes. 12. quae est. 2. quatuor. Verum quia illud in paucis ecclesijs obseruatur, credo in talibus consuetudini standum esse. Extra tertio. de deci. Man. quat. eos cogatur, ut decimam statim frugibus collectis persoluant, & de subtrahatis, & reuocatis dignam satisfactionem exhibere procurant. Innocen. III. Circa res factas, vel acquiratas de pecunia decimata, cum ipse venduntur, credimus, deducendas expensas, & de residuo, quasi de lucro decimas persoluedas, ut si vendatur domus, ager, vinea, clibanus, molendinum, grex, aut quaelibet merces. Expensas tamen, quae sunt pro fructibus percipientibus, ex illis de quibus fructus proueniunt non credimus deducendas, etiam si fuerint decimatae, quoniam salua decima fructus efficiuntur eorum, qui faciunt ipsas expensas. Fructus autem ipsos alienari posse non credimus, nisi cum onere decimarum. Nec pro restaurando detrimento quarumlibet rerum, ex quibus decimae persoluantur, credimus deducendas expensas de proventibus decimandis, quia penes dominum res permanet restaurandae, ut si pars aliqua mortarij argenti, aut deterioretur,

deterioretur, vel vnica portio mercis depereat, vel totus clibanus destruat. In concil. gene. Cum autem in signum vniuersalis dominij, quasi quodam titulo speciali sibi dominus decimas referuauit, exactiorem tributum, & cen suum praeceat solutio decimarum, vel saltem h ad quos census, vel tributa indecimata perueniant, cum res cum onere suo trāst ad eum) per cen. ec. decima re cogantur ecclesiasticis, quibus de iure debentur.

De mora decimandi. Cap. CXXXVI.

EX summa de casibus. Quid, si quis vendidit aceruum frumenti ante solutionem, quis tenetur ad solutionem? Dico, quod vterque tenetur, tenetur venditor propter dolum quem commisit, & quia habet precium, quod succedit loco rei, & etiam emptor, quia res transfuit ad eum cum onere decimarum, & ita potest ecclesia petere, a quo maluerit. Credo tamen quod si obijciunt, a venditore liberatus, est emptor, vel e conuerso. Absit enim quod ecclesia suum recipiat cum augmento. Item si emptor fuit bonae fidei, & soluit decimam, tenetur ei venditor, si fuit male fidei non tenetur, nisi expresso dictum fuerit, & cautum. Sed tamen vterque debet agere praenitentiam de dolo, & quasi furto, quia contraeuerunt decimam inuito domino. In foro tamen praenentiali tutum est, quod si emptor persoluit decimam, sibi restituatur, nisi forte ex casu scilicet si emptor non inuenitur deceptus in re, quia bene valet adhuc precium. Ex summa fratris V. Videtur tamen quibusdam, & probabiliter, quod in hoc casu non tenetur venditor in foro praenentiali ad restituendum emptori, quod soluit ecclesiae, cum sit licitum contrahentibus se se muticem decipere, dum tamen absit fraus, & dolus, & non vltra dimidium iusti precij fiat deceptio. Ex summa de ca. Item quid si quis furuue, vel etiam violenter armata manu rapuit totum aceruum, vel partem de area rustici, ante solutionem decimarum. Nunquid tenetur rusticus ecclesiae? Sol. Dominium decimae residet penes ecclesiam, & ante separationem statim collectis fructibus debet dari, ergo si non soluantur statim cum competenter solui possunt, in mora est rusticus, ergo periculum spectat ad ipsum, quare tenetur ecclesiae. Si vero non erat adhuc in mora, & violenter sibi ablatum est ab extraneo, cui non potuit prohibere non tenetur, sed ager ecclesia contra raptozem. Et hoc tenetur pro regula, quod semper posterior mora nocet ei per quem fit. Secundum hoc dico, quod si rusticus erat in mora tempore violentiae, tenetur ad totalem decimam totius acerui. Dabit enim ecclesia rustico suas actiones contra violentum. Si vero ecclesia in recipiendo erat in mora, de residuo tantum recipiet decimam, nisi in casu scilicet si propter moram ecclesiae, sine qua non auderet tangere fructus rusticus non reposuerat fructus, quos alius reposuisset in locum securum, tunc quicquid alportatur cedit in periculum ecclesiae ad minus, vsque ad complementum decimae. Ecclesia enim non debet perire lucra cum damnis aliorum. Ex summa fratris V. Credo tamen, quod si de consuetudine, aut constitutione aliqua non licebat rustico tollere, & reponere fructus suos, nisi de licentia ecclesiae, si ecclesia fuit in mora dandi licentiam, ecclesia tenetur ad restitutionem damni rustico.

Qua persona tenetur decimam dare. Cap. CXXXVII.

EX summa de ca. Dantur autem decimae a laicis. Monachi vero nigri, canonici seculares, & regulares tenentur dare decimas de omnibus possessionibus suis, exceptis noualibus, caeterisque nutrimentis animalium suorum, nisi sint vterius specialiter priuilegiati a Papa, vel nisi possint se praescriptione tueri. Ex summa fratris V. Non est verum de secularibus canonicis, quia non tenentur ad decimas de noualibus soluendas parrochij, in quibus sunt tetræ eorum. Ex summa de casibus. Item quod dictum est de clericis secularibus, restringunt quidam ad mansum ecclesiae. Nam de praedij patrimonialibus tenentur dare illi ecclesiae in cuius parrochia sita sunt. Alij dicunt, quod si non recipiunt ecclesiastica sacramenta ab illa ecclesia non tenentur dare, aliter sic. Vel dic, quod si deseruiunt illi ecclesiae non tenentur, alias sic. Item leprosi tenentur dare decimas, nisi de hortis, & animalibus. Ex summa fratris V. Solos illos leprosos intelligo non teneri ad soluendas decimas de hortis, & animalibus, qui viuunt in communi. Si enim aliquis viuat, solitarius in domo sua, maximè si sit dices, non credo, quod gaudeat isto priuilegio. Extra 3. de decimis, & pri. Paschalis. ij. Nouum genus exactiōis est, vt clerici, a clericis decimas exigant, illi professe-

sto clerici, qui a clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debent.

De his qui priuilegiati sunt in hac parte. Cap. CXXXVIII.

EX summa de casibus. Monachi albi, templarij, & hospitalarij Hierosolimitani non tenentur dare decimas de possessionibus suis, quas proprijs manibus, vel sumptibus excolunt. Secus est si tradant rusticis excolendas ad firmam. Item quod dictum est, intellige de possessionibus, quas habebant ante generale concilium. De illis enim quae postea gratis sunt collatae sibi, vel quas ipsi emerunt pro monasterijs de nouo fundatis, quia aliter non licet eis emere tales possessiones, de quibus decimae debebantur ecclesijs, etiam si illas proprijs manibus, vel sumptibus excolant, tenentur persolvere decimas ecclesijs, quibus ratione praediorum antea soluebantur. Extra tertio de decimis, & pri. Alexan. iij. Praedecessores nostri fere omnibus religionis decimas laborum suorum concesserant, sed praedecessor noster Adrianus solis fratris Cisterciens. ordinis, & templarij, & hospitalarij decimas laborum suorum, quos proprijs manibus, vel sumptibus excolunt, indulst, caeteris vero, vt de noualibus suis, quae proprijs sumptibus, vel manibus excolant, & de nutrimentis animalium suorum, & de hortis suis decimas non persoluant, hac occasione decimas de alijs rebus ecclesiae suae non possunt subtrahere. Innocen. iij. in concilio generali. Nuper abbas Cisterciens. ordinis in generali concilio congregati, ad ammonitionem nostram proinde statuerunt, ne de cetero fratres illius ordinis emerent possessiones, de quibus decimae debebantur ecclesijs, nisi forte pro monasterijs nouiter fundatis committantur alijs excolenda, a quibus ecclesiae decimae persoluantur, nec occasione priuilegiorum suorum ecclesiae vterius praerogauerunt. Decretimus etiam, vt de alienis terris acquisitis, & ammodo acquirendis, etiam si eas proprijs manibus, aut sumptibus excolunt, decimas persoluant ecclesijs, quibus ratione praediorum antea soluebantur, nisi cum ipsis ecclesijs aliter duxerint componendum, & hoc ad ipsos, & alios regulares, qui gaudent similibus priuilegijs extendi volumus, & mandamus, vt ecclesiarum praelati promptiores, & efficaciores existant ad exhibendum eis de suis malefactoribus iustitiae complementum, eorumque priuilegia diligentius, & perfectius addeant obseruare.

In quibus casibus contingat priuilegium huiusmodi cessare. Cap. CXXXIX.

EX summa de casibus. Item haec omnia priuilegia de decimis non dandis, non defendunt in casibus quibusdam, videlicet cum pactione, vel transacione tenentur ad eadem soluendas. Vel cum parrochialis ecclesia in cuius parrochia praedia sita sunt enormiter laeditur, vel cum eas absolueno renunciant tacite priuilegio. Ex summa fratris V. Queritur quanto tempore, vel quotiens quis faciens contra, priuilegium amittat illud in posterum? Respondeo. Quidam dicunt, quod si semel fecerit contra, sciens se tutum renuociare praesumitur. Vincen. distinxit, quod si priuilegium datur ad faciendum, perditur non vtendo per decem annos. Si datur ad non faciendum, & Papa retinet sibi aliquid iuris in eo, non potest renunciari tali priuilegio expressè, sed tacite potest. Sed si nihil sibi referuauit, renunciari potest huiusmodi priuilegio. Iohan. vero distinxit, quod si directè faciat contra priuilegium impetratum, etiam semel, perdit ipsum. Si veronon seruat priuilegium, vel non vterit se illo, tunc perditur nisi suo tempore. extra de priuilegijs. accedentibus. Et haec diuersitas contingit, quia plus peccat, qui directè venit contra priuilegium, quam qui non vterit illo. Alij dicunt, quod si priuilegium est odiosum, perditur per vnum contrarium actum, si fauorabile non perditur, nisi legitimo tempore praescribatur. Alij distinguunt, quod si datum est, in fauorem personae, vel personarum, perditur semel veniendo contra eum. Si autem in fauorem ecclesiae non perditur, nisi contra illud fuerit praescriptum legitimo tempore, scilicet spacio quadraginta annorum ad minus.

An, a Iudeis debeat ecclesia decimas accipere. Cap. CXL.

EXtra de deci. Alexan. iij. De terris quas Iudei colunt prout respodemus, vt eos ad decimas persolueudas, vel possessiones

Qualiter monachis licet decimas accipere. Cap. CXLII.

Causa. 16. quest. 1. Gratianus. De monachis autem quaeritur, vtrum decimas dare, vel accipere eis liceat. In quibus haec discretio seruanda est, vt de agris, & vineis, quae ad proprium stipendium coluntur, decimas sibi retineat. Sed, vt dicitur, praedia monachorum, siue precio sint empta, siue pro salute animarum oblata, antequam in ius eorum venierit, baptismalibus ecclesijs, siue quibuslibet alijs primitias, & decimas persoluebant. Illae autem ecclesiae suo iure priuari non possunt. Vnde in Magocien. concil. statutum inuenitur. Si quis clericus, vel laicus, vel vtriusque sexus persona, proprietates, siue loca, vel res alicui dare delegauerit, decimationum inde prouentum priori ecclesiae legitime assignatum abstrahere nullam habeat potestatem. Item ex Concil. Tablilonensi. Ecclesiae antiquitas constituta, nec decimis, nec vlla possessione priuatur, ita vt nouis oratorijs tribuantur: Sed auctoritas illa Magocien. concil. de venditore, vel donatore loquitur, diffiniens, quod ille, qui vendit, aut donat, non potest prouentum decimationum illi ecclesiae subtrahere, cui prius legitime fuerat assignatus. Monachi autem decimas, & primitias, non auctoritate vendentis aut donantis, sed auctoritate eius concil. & Paschalis Papae detinent. Quod autem decimae, episcoporum consensu, licite monachis tribuantur, beatus Hieronymus Damaso Papae scribit dicens: Quoniam quicquid habent clerici pauperum est, & domus illorum omnibus debent esse communes, susceptioni peregrinorum, & hospitum inuigilare debent, maxime curandam est illis, vt de decimis, & oblationibus, canonijs, & xenodochijs, qualem valuerint, & poterint sustentationem impendant. Liberum est enim monachis, & spiritualibus viris, Deum colentibus, & timentibus, decimas & oblationes, cuiusque remedia concedere, & de iure suo in dominium illorum, & vsum transferre, nec tam in pauperibus paupertatem, quam religionem attendere. Ibidem quest. septima. Sicut auctoritate Hiero. decimas male possessas, vel detentas, cum consensu episcoporum licet monachis recipere de manu laicorum, & eas perpetua stabilitate tenere, sic & ecclesias a laicis male possessas, vel detentas, cum consensu episcoporum licet monachis ad ordinandum recipere, & eis in perpetuum prouidere. Extra tertio, de decimis, & pri. Innocen. iij. Quaedam monasteria, & conuentuales ecclesiae in multis parrochijs maiores decimas percipiunt, & minutas, de quibusdam fructibus annuatim perceptis non fuerunt decimae persolutae, & infra. Respondemus, quod si fructus praedicti de illa terra proueniunt, de qua monasteria, vel conuentuales ecclesiae aliquos percipiunt ratione decimarum prouentus, eis proculdubio decimae fructuum debentur eorum, cum ipsis terra illa ab antiquo fuerat decimata, & non debet vna eademque ecclesia diuerso iure censeri, alioquin parrochialibus ecclesijs persoluantur, ad quas de iure communi spectat perceptio decimarum.

Quod ecclesia baptismalis ius, non potest ad aliam nisi per episcopum transire. Cap. CXLIII.

Causa 16. q. 1. Quod autem dicitur, vt antiquiores ecclesiae propter nouas, nec decimis, nec vlla possessione priuatur, non ita intelligendam est, vt nullo modo cedatur licere episcopo aliquam partem decimationum, vel possessionum vnus ecclesiae alteri pro tempore tribuere. Sicut enim Papa duos episcopatus in vnum potest redigere, ita vnus, proprio consentiente episcopo, in duos potest diuidi, vel etiam metropolitano inuito, qualeslibet ecclesia ab eius iurisdictione, apostolica eximij auctoritate. Vnde Greg. minor scribit Bonifacio. Praecipimus, vt iuxta canonum statuta, vbi multitudo excreuerit fidelium, ex vigore apostolicae Sedis debeas ordinare episcopos, pia tamen contemplatione, vt non videat dignitas episcopatus. Gratianus. Sicut ergo duo episcopatus supra scripto modo in vnum possunt redigi, & vnus in duobus valet diuidi, sic & episcopus de baptismalibus, & parrochianis ecclesijs facere potest, cum consensu suorum clericorum. Quod cum factum fuerit illa pars populi, quae supponitur nonis ecclesijs a iure prioris ecclesiae absoluat. Ius ergo ecclesiarum ita interpretandum est, vt nisi episcopo disponente, alijs ecclesijs fuerit assignatum, in nullo priorum reddituum immutationem patiantur. In sacris enim canonibus praefixum est, vt decimae iuxta dispositionem episcopi distribuantur.

Quod

sessionibus penitus renuociandas, cum omni disc. compellas, ne forte occasione illa ecclesiae valeant suo iure fraudari. Extra quinto, de vsuris. Innocen. tertius. in concilio. gene. Participij Christianorum subtractionis poena Iudeos compellendos decreuimus ad satisfaciendum ecclesijs pro decimis, & oblationibus debitis, quas a Christianis de domibus, & possessionibus alijs percipere consueuerant, antequam ad Iudeos quocunque titulo deuenissent, vt sic ecclesiae conferrentur in demnes. Ex summa fratris V. Si ergo Iudei, ne ecclesiae dampnificentur, tenentur ad oblationes huiusmodi, quare non tenentur ad decimas personales, cum similiter debeantur? Respondeo. Credo, quod quando Iudei nihil habent, nisi de vsura, ecclesia non debet ab eis accipere oblationes, ne videatur communitate peccatit eorum. Vbi autem aliquid habent iusto titulo, potest ecclesia ab eis exigere oblationes debitas, quia illae sunt quasi praedia, ecclesiae autem personales exigere non debet ab eis, cum non recipiant Iudei ab ea ecclesiastica sacramenta, nec audiant diuina. Nec facile est estimare quantum interfit ecclesiae parrochiali Iudeos habitare in illa parrochia, quantum ad decimas personales, quae proueniunt ex industria hominis. Nec est contra, extra. e. ad audientiam. vbi inquitur, quod Iudei compellendi sunt ad decimas, & omnes prouentus alios, quos de parrochianis fidelibus (si ibi habitarent) consequeretur ecclesia singulis annis recompensare, quia sicut ibi notauit Laut. hoc intelligendum est de prouentibus praedialibus, non personalibus, ad quos Iudei non tenentur, vt dicit. Quod tamen intelligit, vt credo, quando Iudei non occupant in parrochia loca vbi Christiani solebant habitare, & a quibus ecclesia consueuit oblationes, & huiusmodi decimas recipere, alioquin ecclesiae poterant ab his huiusmodi prouentus exigere. De hoc tamen dic, vt supra de Iudeis.

Quibus personis, vel ecclesijs soluenda sint decima. Cap. CXLII.

EX summa de casibus. Sunt autem dandae ecclesijs, & clericis, in quorum parrochia praedia sita sunt, etiam si clerici sint male vitae, & male dispensantes ipsas decimas. Sed quid de clericis, qui habentes sufficiens patrimonium, recipiunt decimas de talibus? Dicit Hiero. Qui bonis parentum, & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto incurrit, & per abusionem talium, iudicium sibi manducant, & bibunt. Dicas, quod si isti deseruiunt ecclesiae sicut debent, & has decimas non recipiunt, vt eas in malos vsus consumant. Sed vt inde pauperibus prouideant, non peccant, alias committunt sacrilegium. Item si illo recipiente, aliqui fame moriantur, ipse est reus homicidij. Ex summa fratris V. Quid si per medietatem pascantur in vna parrochia, & per aliam medietatem in alia. Alanus notauit, quod in hoc casu aequum est decimas diuidere eadem ratione, si conuincite iaceant in vna parrochia, & pascantur conuincite in alia, consuetudo tamen tenenda est in talibus. Extra tertio, de deci. & pri. Lucius. iij. Aequum est, vt illi ecclesiae decimae personales reddantur ab eis, in qua ecclesiastica percipiunt sacramenta. Decimas vero messium, vel fructuum arborum, si voluerint in aliqua parrochia, quam in ea in qua habitant, quoniam a diuersis diuersa consuetudo tenetur. Tu intelligas in hoc casu, quod per consuetudinem diu obtentam ibidem noueris obseruatam. Innocen. iij. Perceptio decimarum, cum ad parrochiales ecclesias de iure communi pertineat, decimae noualium quae sunt in parrochijs earundem, ad ipsas proculdubio pertinet noscantur, nisi ab his, qui alias percipiunt decimas causa rationabilis ostendatur, per quam appareat noualium ad eos pertinere decimas. Ex summa de casibus. Pone, quod aliquis habens domicilium in vna parrochia, colat praedia in alia, alius pascat pecora in vna parrochia, sed habeat cauem, siue ouile in alia, cui ecclesiae soluentur decimae? Solutio. Ad primum dico, quod decimas personales debet persolvere illi ecclesiae vbi per totum annum, vel frequentius audit diuina, & recipit ecclesiastica sacramenta. Praediales vero debent persolui illi ecclesiae, in cuius parrochia praedia sita sunt. Si tamen super hoc esset eera consuetudo, standum esset ei. Item si dubitetur de consuetudine, vtrum decimae praediales dandae sint capellis vbi audiuntur diuina, vel ecclesiae baptismali? Dico, quod ecclesiae baptismali debent dari praediales, personales vero capellae. Ad aliud dico, quod de lacte, feno, & lana datur decima illi ecclesiae, in cuius parrochia pasca sita sunt, quia cum inde suscipiant totum nutrimentum, tales decimae praediales censentur.



Ibidem Hieron. ad Damasum Papam. Quod autem beatus quatuordecim annis, utrum vis decimarum, & oblationum secularibus provenire possit, novit sanctitas tua, omnino non licere protestantibus huiusmodi omnibus divinis auctoritatibus paternorum canonum. Ex summa de casibus. Quid ergo de militibus, & alijs laicis, qui recipiunt decimas ferè ubique terrarum? possunt ne eas recipere in aliquo casu sine mortalitate? videtur quod non. Dominus enim præcepit eas dare laicis. Item Greg. Laici si ab episcopis, vel regibus, vel quibuslibet personis decimas acciperint, nisi ecclesijs reddiderint, sciunt se sacrilegij crimen committere, & æternæ damnationis poenam incurere. Contra videtur, quod possint eas tenere in feudum ab ecclesia. Item expressè videtur hæc dicere Innocentius, extra de his, quæ sunt a prælati, sine consensu ca. cum apostolica. De his, inquit, decimis intelligimus, quæ perpetuo sunt laicis in feudum concessæ. Ex summa fratris V. Nec distinguuntur a quibus concessæ, utrum ab ecclesia, vel laicis. Unde credo, quod si sine ab ecclesia, siue a laicis perpetuo sunt in feudum concessæ, sufficit solus episcopi consensus absque auctoritate diocæsani, ad hoc quod conferantur alicui ecclesiæ, vel religiofo loco, quod tamen verum est, si a tempore ex quo non extat memoria taliter sunt concessæ, & ante concilium Lateranense sub Alexandro celebratum. Idem frater Ray. Item habet consuetudo generalis, quæ est optima legum interpret, & etiam aliter totus ferè mundus esset in damnatione? Solutio. Ad hoc, salvo meliori iudicio, dico cum Io. & c. quod decimæ duplici iure debentur ecclesijs scilicet intuitu divini obsequij in eis præstiti, hoc iure, cum sit merè spirituale, non possunt a laico detineri, quia tale ius non cadit in laicum. Item debentur in signum vniuersalis dominij, & hoc iure cum sit civile, cadere possunt in laicum, non tamen vniuersaliter idem non, quoad proprietatem, sed quoad fructuum perceptionem. Frater V. Nō suo nomine principaliter, sed nomine ecclesiæ habendam, po- nes quam remanet ius, & proprietatis percipiendi decimas. Frater Ray. Hodie tamen a tempore concilij Laterani, celebrati sub Alexan. nullo modo valet collatio decimarum facta eis, cum talis alienatio, vel infeudatio ibi fuit prælati penitus interdicta. Unde si ius non spirituale, nec proprietatis, sed percipiendi fructus temporales, fuit concessum ante dictum concilium militi in feudum, & ipse bene iurat, & defendat ecclesiam, sicut fidelis vasallus, potest exasari. Alias si vnum istorum defuerit, in periculum animæ suæ tenet. Vel dic, quod nullo tempore potuerunt dari in feudum, quoad ius temporale seu civile, ita quod transiret ad hæredes, sicut & feudum. Inutiliter enim esset tunc ius spirituale apud ecclesiam, quia sicut sine anima non potest vivere corpus, ita sine temporalibus spiritualia non possunt consistere. Frater V. Prima opinio benignior est, & ideo magis amplectenda. Sed de iure civili (ut dictum est) in laicum cadere possunt, & iure hereditario ad successores transferri, aut ex donatione, vel alio titulo transire ad extraneos, ad similitudinem aliorum feudorum. Quod autem dicit magister, inutiliter, allegando dicit, quia ex quo ecclesia recipit seruitium debitum a vasallo, non inutiliter remanet poenes eam ius spirituale. Quod autem obijcit illud extra eo. ad hoc decretalis illa forte loquitur de decimis datis in feudum post dictum concilium, vel de illis, quæ non erant datæ in feudum, sed gratis, & simpliciter, ibique omni seruitio iure hereditario possidenda.

De Prohibitione infeudationis decimarum. Cap. CXLV.

In Lateranensi vero concilio prohibita est infeudatio decimarum, in quarum possessione est ecclesia ab antiquo, & de quibus non fuerat laicis infeudatas. Quod dico, quia si feudatarius laicus decesserit, poterit forte episcopus hæredem eius, vel extraneum, si hæredem non habeat, de illis infeudare. Aut si huiusmodi feudum a feudatario, sit alienatum ita quod per episcopum facile recuperari non possit, potest forte episcopus illud in feudum alicui laico concedere, quia illud recuperet, & in feudum ab ecclesia recognoscat. Ar. extra de feu. ex parte. Et idem potest concedi probabiliter de decimis illis, quæ a tempore, ex quo non extat memoria tenentur a laicis, nec eas recognoscunt se tenere ab ecclesia, potest scilicet dici, quod episcopus possit de eis laicos infeudare, cum per hoc ipsum procuretur utilitas ecclesiæ, quia possessio directi dominij restituit ecclesiæ per infeudationem huiusmodi. Quid si nescitur de decima huiusmodi quam tenet milles,

utrum sit de antiquis datis ante concilium, vel de datis de nouo in feudum post concilium? Dic quod si a tempore, a quo non extat memoria, milles huiusmodi, & antecessores eius tenere, & pacificè tenuerunt eam, & recognoscentes se eam tenere ab ecclesia mediate, vel immediate, & reddentes ibi debitum obsequium ipsi ecclesiæ, vel alij nomine eius, præsumendum est benigna interpretatione, quod sit de antiquis, aliàs non est præsumendum, quod illi iuste teneat.

De Privilegio militum. Cap. CXLVI.

Frater Raymundus. Quid de militibus Cataloniæ, qui nituntur se tueri privilegio apostolicæ sedis indulto, ut dicunt, quoniam comiti Barchenonensi in fauorem Christianitatis, & fidei catholice, ut scilicet decimas omnium locorum, quæ pagani expulsi reduceret ad cultum Dei, possent licite retinere, inter milites, & principes terræ suæ, qui ipsum iuuarent ad hoc diuidere, nunquid possunt tales decimas licite retinere? Item nunquid liberantur, & excusantur rustici a peccato soluendo militibus. Ad primam dico, salvo meliori iudicio, quod si privilegium fuit concessum in perpetuum sibi, & suis successoribus, ita quod fuit reale, & propter tam fauorabilem causam, & a sede apostolica possunt licite tenere, vel ad tempus, vel in perpetuum iuxta formam in ecclesia expressam. Fallit tamen in quatuor casibus. Primus si postea sunt abusi privilegio, impugnando scilicet ecclesiam, quam defendere tenebantur, vel non iuuando pro posse ad ampliandū contra paganos cultū fidei Christianæ, propter quod privilegium est concessum. Secundus, si fecerunt postea scienter contra privilegium. Tertius si propter illud privilegium grauatur enormiter ecclesia, in cuius parochia prædica sita sunt. Quartus si renouauerunt illi privilegio. Adde quintum casum, si commiserunt, aliquod enorme scelus contra ecclesiam, a qua tenebant feudum, videlicet occidendo, vel mutilando autu merario per se, vel per alios rectorum, vel alium clericum ecclesiæ. Ad secundum dico, quod si rustici sciunt, vel credunt milites licite, & auctoritate ecclesiæ recipere, excusantur, præsertim cum ecclesia non peat ab eis, nec contradicunt militibus quos scit, & videt recipere decimas. Alias si scient eos illicitè recipere non liberarentur. Si tamen propter metum persoluerent, excusantur a peccato, non a toto se tanto. Frater Guillelmus. Credo sine præiudicio, quod ubi ecclesia non petit ab huiusmodi rusticis decimas, sed permittit tolli a militibus, liberantur omnino rustici, nec peccant taliter soluendo, nisi placeat eis ecclesiam taliter defraudari a iure suo.

De Decimis noualium. Cap. CXLVII.

Frater Raymundus. Iterum præfati milites, postea quod decimas licite possint retinere, nunquid ex illa generalis privilegij perceptione, poterunt petere decimas noualium, quæ postea facta sunt, vel illarum rerum, de quibus antiquitus non consueuerunt dari decimæ? ut de oliuis, & similibus dico, quod non possunt licite petere decimas noualium, immo debent solui ecclesiæ, quia talia privilegia arguenda sunt non amplianda. Secus dico in privilegio personis religiosis concessis, extra eo. ex parte tua. Frater Guillelmus. Ibi dicitur quidam abbas, quod cum concessum sit ei maius, scilicet, ut decimas de laboribus tertæ parochiarum suarum integrè perciperet, quare & de noualibus eas exigere potest, quia ubi maius conceditur, minus concessum etiam esse videtur. Itud tamen intelligunt quidam de ecclesijs pleno iure subleuatis monasterijs, vel de illis, quæ sunt eis concessæ in usus proprios: quia tunc ratione ecclesiarum percipiunt decimas, aliàs ubi nihil habent iuris in ecclesijs, sed in decimis aliquam portionem, dicunt privilegium huiusmodi non esse extendendum, sed potius restringendum. Frater Raymundus. Decimas autem illarum rerum, quæ non consueuerunt decimari, videtur quod possunt petere ipsi milites, eo quod eis terra illa ab antiquo fuerit decimata, & vna eademque res non debeat duplici iure censeri. Sed illud verum est in monasterio, vel in ecclesia. Secus forte posset dici in laico, ad similitudinem eius, quod dictum est de noualibus, unde in dig. dicitur, quod fundo vendito, exceptis lapidicinis, non videntur per illam exceptionem exceptæ, nisi lapidicinis, quæ tunc apparebant, licet plures aliæ esse possent in fundo, quæ non apparebant. Frater Guillelmus. Eodem modo illæ solæ decimæ videntur esse concessæ laicis, & de rebus illis solis, de quibus soluebantur tempore concessionis. Frater Raymundus. Item quia in ambiguo semper tutior via est eligenda, unde cõsulendum est,

Quæ de causa prohibita sunt impignorari. Cap. CL.

Sed quare facta est huiusmodi inhibitiõ, & quare non potest episcopus pigolare auctoritatem super huiusmodi impignorationem, cum possit auctoritatem præstare super perpetua alienatione, quod maius est ut in præ. decre. cum apostolica. Respondent quidam, quod ideo facta est hæc prohibitiõ, ut facilius sic reuertentur decimæ ad parochiales ecclesias. Ego credo, quod ideo facta est, quia semper malum fuit, vel ad minus species mali propter vltimam, vel ipem vltimam cum creditor intenderet aliquid non suum recipere vltra sortem, alias mutuum non daturus. Sed in perpetua alienatione non est malum, vel species mali, & propter hoc episcopus potest auctoritatem præstare super huiusmodi perpetua alienatione, sed non impignoratiõne. Si autem sine auctoritate episcopi ante prohibitionem prædictam, aliqua persona ecclesiastica recepit huiusmodi decimas in pignus, teneatur fructus omnes, quos inde recepit, restituere, non laico qui nullum ius ibi habuerit, sed ecclesiæ parochiali, vel cum ea bona fide componere. Eadem bonam dico, cum ille qui facit restitutionem, exponit se ad plenariam restitutionem faciendam, nisi quatenus fuerit ei remissum liberaliter, & spontaneè. Si autem talis miles, siue laicus ille, iustè tenebat decimas illas in feudum, credo quod creditor, qui sine auctoritate episcopi illas recipit in pignus, teneatur fructus computare in sortem, & quod vltra sortem receperit restituere prædicto laico.

Quod fructus in sortem non oporteat ab ecclesia computari. Cap. CLI.

Vid si miles de assensu episcopi dedit proprietatem decimæ alienæ ecclesiæ, retento sibi usufructu, nunquid illa ecclesia poterit recipere illum usufructum in pignus, non computatis fructibus in sortem? Respondeo, ex quo huiusmodi donatio facta est inter viuos, ita quod proprietatis iam est ecclesiæ acquisita, cum usufructus debeat sequi proprietatem regulariter, si miles ille propria auctoritate retinuit usufructum, potest ecclesia illa, illum recipere in pignus, fructibus non computatis in sortem, quia nihil recipit, nisi quod suum est ecclesia. Si autem episcopi auctoritate, & ecclesiæ illius, concessus est ei usufructus: ut eo ipso illum iuste possideat, teneatur ecclesia fructus computare in sortem, si illum recepit in pignus. Frater Raymundus. Quod autem dixi de decimis scilicet, quod possint in pignus recipi non computatis fructibus in sortem, idem intelligo de omnibus possessionibus emptis de illis fructibus iniuste perceptis. In hoc tamen est differentia, quia non concederem ista de decimis, nisi cum aliter non possent recuperari. Sed in alijs possessionibus non requiro aliud, nisi quod miles iniuste detineat. Frater Guillelmus. videlicet quantum ad hoc, quod ecclesia, ad quam pertinent, possit eas redimere ab iniusto detentore, vel in pignus accipere. Quod ait idem, intelligo, quod huiusmodi possessiones possint recipi in pignus, non computatis fructibus in sortem, non videntur tuum hoc dicere, quia huiusmodi possessiones sic emptæ videntur esse emptoris: quia sicut res empta de furto non est furta, nec res empta de vltura est vlturaria, sic nec possessio empta de fructibus iniuste perceptis, possideri videtur iniuste. Sed ideo dicit hoc magister, quia privilegium est ecclesiæ, sicut contingit in milite, & minore. Frater Raymundus. De feudo dico, quod si ecclesia recipit in pignore feudum, quem miles tenet per eam, si durante pignore recipit ab eo seruitium feudi, teneatur fructus computare in sortem, alias non. Hoc autem volunt quidam extendere ad colonias rusticorum, quod non approbo: immo dico, quod si ecclesia recipit coloniam coloni sui in pignore, debet fructus in sortem computare, deducto iure suo, & laboribus, & expensis: quia super hoc nullum privilegium inuenio ecclesiæ concessum. Frater Guillelmus. Et credo quod hoc est speciale privilegium ecclesiæ, unde non est extendendum ad reges, & principes seculares, quantum ad feuda, quæ tenentur ab eis. Sed quomodo potest habere privilegium istud ecclesia, cum videatur esse contra ius diuinum, quod prohibet in mutuo aliquid recipere vltra sortem? Respondeo. Ecclesia intelligitur siue fingitur sub tali onere, vel conditione concessisse feuda sua, quod potuit facere: quia licet cuiuslibet ab initio imponere rei suæ onus, quod voluerit.

ut soluantur ecclesiæ parochiali. Frater Guilh. Eodem modo credo quod milles, vel aliquis laicus, qui hæctenus non conuenit decimas persolvere, de terris suis, rediens ad eor velit eas persolvere, solvere debet eas parochiali ecclesiæ, non illis, qui ex sola præscriptione decimas hæctenus perceptorunt. Frater Raymun. Item postea circa idem, quod monasterium, vel ecclesia præscripterit decimas alicuius parochiæ, ibi dico quod decimæ noualium, & illarum rerum, quæ non consueuerunt decimari, debent non obstante tali præscriptione solui ecclesiæ parochiali, ad quam de iure communi spectat perceptio decimarum. Et per hoc nota, plerisque episcopos male facere, qui omnes decimas noualium iuxta dyoc. & alias quascumque possunt a militibus recuperare, si usurpant, quod non licet de iure, nisi cum illa noualia, vel alia non sunt infra terminos alicuius parochiæ, vel nisi aliam causam rationabiliter ostendant.

Qualiter decima possunt de manu laicorum redimi. Cap. CXLVIII.

Summa de ea. Quid similes detinet iniuste decimas, nec potest ecclesia recuperare ab eo, nunquid poterit eas redimere sine periculo symoniæ vtiq; dū tamen fiat auctoritate episcopi, ad cuius dispositionem spectant decimæ, & quia auctoritas iudicis multum excusat in talibus. Frater Guilh. Ego credo, quod si parochialis ecclesia veller redimere huiusmodi decimas ab iniusto detentore, non est necessaria auctoritas episcopi, quia cuiuslibet licet ius suum redimere, nec est aliqua symonia ex parte redimentis: quia non dat temporale pro spirituali, sed tantum temporale pro temporali. pro fructibus decimæ detentæ iniuste a milite, iusque spirituale percipiendi decimas remanet semper penes ecclesiam, a qua tunc fructus iniuste usurpantur. Sed nec huiusmodi miles, licet alias peccet, committit symoniam accipiendo pecuniam inde, quia nihil spirituale vendit, potest tamè esse symoniacum intentione sola, & voluntate, non re ipsa, si intendat vendere aliquid spirituale. Si autem alia ecclesia quam parochialis velit huiusmodi decimas redimere, necessaria est auctoritas episcopi, & credo quod sufficiat auctoritas eius sine consensu capituli, quando redimuntur decimæ laicis perpetuo in feudum concessis, sicut sufficit in gratuita concessione, ubi tamen feret huiusmodi redemptio ab alia ecclesia, quæ a parochiali, ruitus esset, quod omnia ponerentur in manu episcopi, & postea episcopus aliquid dari faceret & laico ab illa ecclesia.

Qualiter possint in pignus recipi. Cap. CXLIX.

Summa de ea. Idem credo quod potest eas ecclesia recipere in pignore, sicut & quamlibet aliam possessionem quam miles similiter detinet violentè & iniuste, nec tenetur in talibus fructus computari in sortem, dum tñ non pertinent huiusmodi decimæ ad alienas ecclesias, quas nō debent recipere a laicis. Extra 3. de decimis, & pri. Grego. 9. Interdecimam vniuersis ecclesiasticis personis, ut decimas detentat a laicis ad alienas ecclesias pertinentes in pignus recipere ab eisdem laicis non præsumant. Frater Guillelmus. Alienam esse a quocunq; creditore credo ecclesiam, nisi ille creditor sit sacerdos parochialis, vel talis persona ad quam pertinent huiusmodi decimæ de speciali privilegio, vel catholica donatione: unde credo quod nec episcopus, nec cathedralis ecclesia, hodie potest recipere decimas parochialium ecclesiarum, licet etiam in eis habeant ius patronatus, nec aliqua alia ecclesia quam parochialis, vel quam illa ad quæ pertinent huiusmodi decimæ, de speciali privilegio, nec potest episcopus hodie in hac parte præstare auctoritatem, sed antequam edita esset illa decre. extra. eo. interdecimus, permitteretur episcopis præstare super hoc auctoritatem, quantum ad decimas perpetuo in feudum laicis concessas, vel detentatas ab eis, a tempore ex quo non extat memoria, non quæ tunc illas quæ post concilium Lateranense. Alexand. usurpatae sunt ab eis de nouo, in quarum alienatione non sufficit auctoritas episcopi. Quid autem de illis, qui ante huiusmodi prohibitionem receperunt huiusmodi decimas in pignus auctoritate episcopi, nunquid eas possunt retinere modo facta prohibitione, ita quod non computentur fructus in sortem? Respondeo sine præiudicio, credo quod sic: cum constitutiones nouæ nō extendantur ad præterita, sed ad futura, licet alibi semper contrarium notauerim.

De Laico, qui decimas iniuste detinet, & illo qui satisfactio nem offert. Cap. CLII.

Causa. 6 q. 6. Laici autem nec episcoporum auctoritate, decimas, vel ecclesias possidere possunt, unde Greg. 7. ait: Decimas quas in vltis pauperum concessa est: canonica auctoritas demonstrat. a laicis possideri apostolica auctoritate prohibemus. Sive enim ab episcopis, vel quibuslibet personis eas acceperint, nisi ecclesiam reddiderint, sciant se sacrilegii crimen committere, & aeternae damnationis crimen incurrere. Item ex concil. Rhotomagen. Omnes decimae terrarum hinc de frugibus, hinc de pomis arborum domini sunt, & illi sanctificantur. Gratianus. Si vero fundatores ecclesiarum ad inopiam vergere ceperint, ab eisdem ecclesijs temporalis vitae suffragia participant. Hoc distinguendum est, quid iuris fundatores ecclesiarum in eis habeant, vel quid non habeant, ius. scilicet providendi, & consulendi, sacerdotalem inestendi, sed non habent ius vendendi, vel donandi, vel vendi tanquam proprii, ut ergo ex his auctoritatibus colligitur, de manu laicorum ecclesiae non sunt recipiendae, nisi consensu episcoporum. Extra 3. de decimis, & pri. ex concil. Lateran. Prohibemus ne laici decimas cum animarum suarum periculo detinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre. Si quis vero receperit, & ecclesiae non reddiderit Christiana sepultura priuetur. Ex summa de casibus. Quid si aliquis longo tempore recepit, vel retinuit decimas, nunc venit ad satisfactioem assensens se ignorantia, & simplicitate peccasse, vel etiam scienter, & postulat si hi remitti iurium Dei & elemosynarum, quod accepit, vel retinuit in praeteritum, cum aliter oporteret eum cum sua familia mendicare. Dico quod potest ecclesia petere omnes decimas praeteriti temporis, sed si videat istum contritum, & praeces suas nisi recipiat, debet ei tanquam pauperi dimittere, unde viuat: cum hoc idem esset ei datura postea. hoc tamen debet facere episcopus, & potest etiam sine consensu capituli, cum sic decimae ad ecclesiam reuertantur. Frater Guilh. Credo quod & si diues sit potest ei gratias dimittere, vel in totum, vel in parte, quod male acceptum est, ex quo in posterum vult cessare a tali receptione, & ecclesiam restituere iuri suo.

De Primitiis. Cap. CLIII.

EX summa de ca. Primitia est prima pars frugum domini offerenda. Iuxta illud Exod. Primitias frugum terrae tuae deferes in domum domini Dei tui. Item in canone dicitur: Præcipientes statuimus, ut decimae, & primitiae, seu oblationes viuorum, & mortuorum, ecclesijs Dei fideliter reddantur a laicis, ut in dispositione episcoporum sint, quas qui retinuerint, a facie ecclesiae cõione separetur. Est autem danda sacerdoti parochiali, olim qui plurimum 40. partem dabat, qui minimum sexagesimam, & hoc in aridis, & liquidis. In fœtibus aut primogenitum dabitur. H. tamen dicit, de ducentis vnum. La. & I. dicunt quod centesimum. Ego credo standum esse consuetudini, ut quilibet ecclesia seruet consuetudinem suam si habet. Si non habet recurrat ad consuetudinem vicinorum ecclesiarum, si inueniat ibi diuersas consuetudines, illam sequatur, quae magis tendit ad mediocritatem, vel quae a pluribus conseruatur. Si. ecclesia esset tenuis, nec haberet sacerdos vnde possit sustentari, satis tunc diceret consuetudinem eligendam, quae amplius soluit, vel saltem mediū inter illas. Extra 3. de decimis, primitiis, & oblationibus. Hiero. super Ezech. Traditionem accepimus Hebræorum, quod qui plurimum 40. partem dabat sacerdotibus, qui minimum 60. Inter 40. & 60. licebat quodcumque voluissent offerre, quod igitur in Pentateuco dubium derelictum est, hic specialiter distinctum est, propter sacerdotum auaritiam, ne amplius a populo exigant in primitiis offerendis. Frater Guilh. Circa primitias soluendas, vel non soluendas, secundum quod primitiae dicuntur quaedam aliquoties inter 40. & 60. credo standum esse consuetudini, & credo quod nusquam, aut in paucis locis hodie exiguntur huiusmodi primitiae, aut reddantur, vnde dicunt quidam, quod præceptum de primitiis ceremoniale fuit, quod etiam quidam dicunt de decimis vel ad minus, quod fuit partim morale, partim ceremoniale. Morale quantum ad hoc, quod domini prædiorum necessaria ministrarent Leuitis, & seruientibus in templo. Ceremoniale quantum ad illam aliquotam, quae decima appellatur, & sicut dicunt quidam, quod præceptum de Sabbato morale est, quod adhuc, quod semel in septimana cessetur ab operibus laboriosis, ut vacetur Deo. Ceremoniale quantum ad hoc, quod præceptum est

hoc fieri 7. die. Vnde dicunt, quod ubi ecclesia abundaret alijs redditibus, & possessionibus, nullus hodie teneretur dare decimam, vel aliquot de fructibus suis, nec præceptum de decimis soluendis fuisset per canones innouatum. Sed hinc opinioni contradicit illa decre. in aliquibus, quae dicit quod quaedam decimae debentur lege diuina, quaedam ex loci consuetudine approbata. Credo etiam, quod ubi consuetudo est, quod nihil soluat, vel exigat de huiusmodi primitiis excusatur a peccato non soluente, si tamen huiusmodi consuetudo sine contradictione obtrita est a tempore, ex quo non extat memoria.

De Oblationibus. Cap. CLIII.

EX summa de ca. Sp ecies oblationum sunt tres, quantum ad praesentem materiam. Vna est alicuius rei donatio gratis facta inter viuos Deo, vel ecclesiae. Alia est alicuius rei donatio Deo, vel ecclesiae facta causa mortis, quae hodie ad exemplum, & instar legatorum redacta est, ut idem iuris sit in vtroque. Tertia est quotidiana, & vltimalis quam faciunt fideles ad altare, vel ad manus sacerdotis. Sunt autem dandae sacerdoti parochiali tantum, quia pro peccatis offeruntur, & illi tenentur ex officio orare pro populo, vel si aliae ecclesiae offerantur, praeterea eiusdem ecclesiae dandae sunt. Frater Guilh. Donatio causa mortis est, cum quis magis vult se habere, quam cum qui donat, vel eundem magis quam heredem suum. Differentia est inter legatum, & donationem causa mortis in quibusdam, quia legatum ab herede semper traditur. Donatum vero causa mortis, quandoque ab herede quandoque a testatore traditur. Item in donatione causa mortis obligatur donans, & non in legato. Item si quis accusat testamentum, amittit legatum, non donationem causa mortis. Alias si ex alia causa rescinditur testamentum, & donatio causa mortis. Haec & quaedam alia circa distantia, vel continentiam legati, vel donationis causa mortis notari solent. C. de donat. cau. mo. Ex summa de casibus. Oblationes in prima & secunda specie necessariae sunt soluendae, adeo quod qui non soluerint, & maxime oblationes defunctorum, sacrilegi iudicantur. Causa 13. q. 2. Ex concil. Carthaginensi. Qui oblationes defunctorum, aut negant ecclesijs, aut diffculter reddunt, tanquam egentium necatores excommunicantur. In tertia vero specie, scilicet oblationis quotidianae, dicit H. quod necessariae sunt soluendae, & qui non soluerit debet excommunicari. De consecra. dist. 1. Omnis Christianus procurer ad missarum solennia aliquid Deo offerre, & reducere ad memoriam, quod D. us per Moysen dixit: Non apparebis in conspectu meo vacuus. Alii, cum quibus sentio, intelligunt illud. c. omnis, de oblatione interiori, vel bonorum operum, vel de consilio. Alia duo c. intelligantur de aliis oblationibus de quibus supra dictum est. In hoc tamen concordant, quod si esset pauper sacerdos, nec haberet vnde sustentaretur, posset eis (subtrahere diuina officia: quia nemo cogitur (vt ait Apostolus) suis stipendijs militare. Item credo, quod si de consuetudine parochiani in certis, & praecipuis aliquibus festis offerre solent, possunt cogi ad tenendam piam consuetudinem, non a presbytero per officij subtractionem, sed ab episcopo, cuius officium est, in talibus implorandum, extra de si. consil. ad apostolicam. In summa nota, quod quaedam personae sceleratae, & criminosae sunt, a quibus sacerdotes non debent recipere oblationes, in criminis detestationem, & sunt sex, quas require supra.

De Feriarum transgressione. Cap. CLV.

EX summa de ca. Dicuntur feriae, quasi foeritae, eo quod praesentant vacationem ab his, quae agi consueverunt in foro. Vel dicuntur quasi festinae. Feriarum aliae sunt temperatae, ut quae dantur pro fructibus colligendis, & sunt duorum mensium. Aliae repentinae, ut quae dantur a principe, ob rem prosperè gestam, vel quia deuicit Saracenos, vel haereticos, vel natus est ei filius. Aliae solennes, festinae, videlicet Natalis domini, sancti Stephani, & exterorum sanctorum. Item dedicatio cuiusque oratorii. Et illae festiuitates quas singuli episcopi in suis episcopatibus, cum populo collaudauerunt, quae vicinis ibi tantum commemorantibus indicendae sunt, non generaliter omnibus. Hoc tamen vltimum intellige de sanctis canonizatis auctoritate Romanae ecclesiae. quia

quia episcopus non posset per se aliquem sanctum canonizare, extra de relictis, & veneratione sanctorum, cum ex eo. Ex summa fratris Guiberti. Ibi dicit, quod non licet publice venerari aliquem pro sancto sine auctoritate Papae, quauis per eum plurima fiant miracula. Rogationum quoque tres dies non obferantur a labore manuali, de consuetudine. Ex hoc autem quod scriptum est, Sex diebus operaberis. At. habetur, quod operari est in praecipuo, quantum ad dies profectos, quod bene credo. Sed distinguendum est inter opera, quia ad alia opera tenentur clerici, ad alia milites, ad alia rustici. Ex summa de cas. In diebus festiuis debent homines vacare hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus. Item praedicationi, & virtutibus, & regulari disciplinae magis, quam in alijs, ut autem istis possint melius vacare, debent abstinere ab omni opere seruilii, non solum a peccato, quod proprie seruilie dicitur, eo quod faciat hominem dyaboli seruum, sed et a mechanicis, & ab agricultura, & alijs secularibus, videlicet ut mercatura non fiat, nec placitum, nec aliquis ad mortem, vel ad penam iudicetur, nec super sacramenta iurentur, nisi pro pace fienda. Extra, 2. de festis. Alex. 3. Licet scriptum sit, De vespera in vesperam escl. brabit Sababata vestra, festorum tamen principium, & finis, iuxta eorum qualitates, & diuersarum regionum consuetudinem debet attendi, & sicut magnitudo dierum exigit, prius incipere, & tardius terminare.

De Illis, qui operantur in festis pro necessitate. Cap. CLVI.

EX summa de ca. Quid si vergeat necessitas, vel arare, vel fructus colligere in diebus dominicis, vel alijs festis propter periculum hostium, qui in alijs diebus caperet, vel occideret eos? Satis videtur, quod tunc possit ecclesia indulgere illis, qui iustum habent bellum, & qui tanta necessitate arctantur diebus dominicis operari, & alijs festis, praeterquam in maioribus anni solemnitatibus. Et etiam tunc si appareat maior necessitas, ad victum suum, & sustentationem necessariam acquirendam: ita tñ, ut de illis studeant pro posse largiores elemosynas erogare. Et quia necessitas non habet, leges, & propter talem necessitatem famis, excusatur et aliquis a furto, quandoque a toto, quandoque a tanto, prout maior, vel minor est fames. Ex summa fratris V. Itaque licet in festis operari, & ad munendum, & defendendum, sollicita facere, & muros reparare, si hoc exigat vitandi periculi necessitas: ita tñ ut dispense ecclesia, episcopus, & loci, si commode possit adiri, alias credo, quod sufficit dispensatio simplicis sacerdotis discreti tñ. Tanta est postea esse necessitas, & tã notoria, quod auctoritate propria possent talia facere. At vero pro quanta necessitate licet operari in festis, potius ad boni viri arbitrium limitandum est, quod ad aliquam doctrinam generalem. Credo autem, quod si iaceant bus segetibus in agris, aut fœnis in pratis, si imminet tempestas, aut pluuia quae corrumpat, aut deterior multum alia, sic a sole separata, non sunt prohibendi dñi rerum illarum, ea remouere, & indemnitate suae praecauere. Macellarii et, & pincer nã, qui diebus festis preparant ea, quae debet vendere in crastinum in mercato, vel in stationibus suis, & ceteri qui praeparant victualia in diebus festis, si die praecedenti non potuerint commode praeparare, aut parata seruire sine periculo, non credo quod peccent mortaliter. Illi etiam, qui a dominis suis compelluntur operari in festis, si iusto metu inducti hoc faciunt, videtur per necessitatem posse excusari. Qui vero cum debet arare, vel bladorum, dominis suis afferunt ea diebus feriandis, ut reliquis diebus profectis possint liberius conseruis, & propriis vacare laboribus, non sunt excusabiles in hoc nisi forte arcta necessitas ad hoc eos compellat. Scholasticus et non credo, quod licet non grande aliqui transcribere de quater no in quaternum in diebus huiusmodi, lectiones tamen suas, quas sine scriptura non possent memorie commendare, vel sermones, quos stilo aut plumbo non tauerunt scribere, credo possunt, & lectiones librorum quos audiunt corrigere. Locare etiam, aut conducere operas suas, vel alienas propter corrigendos libros, diebus huiusmodi non debent. Regulares autem, & sacerdotes, qui absque urgente necessitate diebus dominicis quadrigant, vel huiusmodi faciunt, cum exemplo suo ceteros corrumpunt, non audeo excusare a mortali. Qui autem in vigilijs festiuitatum ferendarum mittunt quadrigas, aut equos ad afferenda necessaria in die sancto, si ea quae afferunt, necessaria sunt ad ipsum diem, ita quod sine illis non possent commode transigere diem illum, nec ante poterunt super his afferendis sibi providere, excusari possunt per necessitatem, alias non, maxime si hoc faciunt die festo, Speculum Doctrinale.

ut vehicula sua, & iumenta libere habeant ad quotidiana opera exercenda. Per huiusmodi etiam necessitatem excusari credo posse veteres mercium ad nundinas, vel loca remota, & vinorum quae transportantur ad remota loca, cum sine graui incommodo, non possint diebus festis vacare ab eido, & quadrigando. De barbaris autem, & minutonibus, & vectoribus peregrinorum, in vehiculis suis aut iumentis, & de ferratoribus equorum, credo quod possunt excusari, si in festis feriandis hoc faciunt, principaliter propter necessitatem eorum, quibus huiusmodi operas impendunt. Si autem principaliter propter quæstum, aut cupiditatem improbam lucrandi talia faciant, non video quomodo debeant excusari. Illi etiam qui faciunt radi barbas suas, aut equos ferrari in festis huiusmodi, cum non potuerint ante commode super his sibi providere, credo quod sint excusabiles. Viatores etiam, & cursores, siue hoc faciunt pro pecunia, siue non, non audeo condemnare, si hoc faciunt in festis, maxime cum etiam secundum legem cessum fuerit ire in sabbato, hoc tamen non ultra mille passus.

De His qui operantur propter Deum. Cap. CLVII.

Quid de illis qui in diebus festis tantum pro Deo arant agros pauperum, vel alijs laborant ad opus eorum, vel quadrigando, vel alio modo nunquid peccant? Respondeo. Non credo quod vel dominicis diebus, vel praecipuis, & maioribus solemnitatibus, scilicet festis Christi, & Beatae Virginis, aut die Passionis Apostolorum Petri & Pauli, talia liceat fieri. De ceteris autem festiuitatibus, & diebus feriarum Pascha, & Penthe. quo ad hoc credo quod liceat equi consuetudinem regionis, quam scit episcopus loci, & non reprobat. Si autem dubitetur, utrum episcopus talia sciat, & sustineat, recurrere debet sacerdos loci ad episcopum, ut super hoc certificetur ab eo. Ad hoc autem quod talia licite sustineantur, aut fiat, oportet quod pro huiusmodi labore non reuocentur laborantes ab audiendis diuinis, quae tenentur audire, & quod princi paliter talia fiant propter Deum, non propter affectum carnalem, aut spe remunerationis terrenae, siue in passu hominum laborantium, aut animalium, & quod necessitas paupertatis illius, cui haec sunt, hoc videatur exigere. In praecipuis etiam festiuitatibus, quandoque si non sit prohibitum, vel consuetudini loci contrarium, liceat aliquid operari ad ædificationem ecclesiarum, & sacrorum locorum, & edificiorum, ad opus ministrorum ecclesiae pauperum, praeterquam eorum, qui redditus non habent, ut si oporteat trahi carum ad ferendos lapides, vel in quadrigis afferri ligna, quae alias commode ferri non possunt, & similia. Ut si oporteat mundari aliquem locum, ita tñ quod labor huiusmodi non perueniat usque ad multam fatigationem, & tedium ex diuturnitate laborandi: quia cum huiusmodi festa representant quietem gratiae patriae, & delectationem, non credo, quod debeat in eis laborari per totum, vel usque ad nimiam fatigationem, vnde dictum est. Vel propter hunc laborem dimittant audire missam, quia non debent dimittere id ad quod tenentur, propter id ad quod non tenentur.

De Quibusdam alijs casibus ad idem. Cap. CLVIII.

Non quid peccent mortaliter, qui vadunt ad mercato, quae sunt die dominica, vel alijs festis maxime praecipuis. Respondeo. Si aliquis hoc faciat pro sua necessitate aliquando, non consuetudinarie, non credo quod peccet mortaliter. Si autem hoc duat in consuetudinem, aut hoc faciat ex improba cupiditate lucrandi, sicut faciunt mercatores, qui propter frequentanda mercato, & nundinas vix aut nunquam intrant ecclesias suas, credo quod peccent mortaliter. In locis autem illis, vbi specialiter inhibita sunt ab episcopo huiusmodi mercato, vel nundinae, peccat, qui contra hanc inhibitionem facit: & si episcopus excommunicauit omnes qui veniunt ad huiusmodi prohibita mercato, etiam si aliqui de aliena dyocesi scienter veniunt, incident in illam excommunicationem: cum ratione delicti, efficiantur de iurisdictione illius episcopi. Mercato tamen quae sunt de victualibus, & necessariis ad diem quocumque solemne, de pane, vino, & carni bus, gallinis, anseribus, & huiusmodi, non credo esse illicita, aut facile prohibenda, dum tamen propter hoc non se subtrahant a diuino officio. Quid de molendinis aduentum, vel ad aquam? Respondeo. Cum absque magna opera hominis, officium huiusmodi molendinorum expleri possit, credo seruandam esse consuetudinem regionis, non prohibita a praelatis circa feriandis, a talibus in festis feriandis. De mo. Tomus Secundus. X 2 leadinis



Indinis aut, quæ trahuntur per iumenta, credo, quod debent quiete diebus feriandis, cum secundum legem non solum homines, sed etiam iumenta iussa sint vacare sabbato. Illi autem qui volunt se excusare de hoc, quod laborant in diebus feriandis, post celebrationem diuinorum, per hoc quod audiunt diuina, querunt excusationes in peccatis, cum & ante, & post debeant vacare a talibus, non tamen propter quodlibet modicum opus peccant mortaliter, vt si quis forte transeat per vineam suam, aut agrum, & purget in vinea aliquid modicum quod remansit purgandum per incensum, aut repararet lepem, quæ in quadam sui parte rupta, & inclinata est. Quantum tamen laboris, aut operis possit quis sine peccato facere die feriando, non est determinatum, sed ad arbitrium boni viri recurrendum.

De Fratrione ieiuniorum. Cap. CLIX.

EX summa de ea. Inductum est ieiunium, quando fuerit denunciatum ab omnibus obseruatur. Ex summa fratris. V. Intelligit ab omnibus, qui habent adultam ætatem. credo quod a 20. annis & supra, quia & ea ætate in veteri te, homines reputabant idonei ad bellandum, nec ante hanc ætatem credo esse aliquem compellendum ad humodi ieiunia, nec statim post, quia quidam sunt in 21. anno, vel 22. debiles, & alij 18. Vnde in talibus ad arbitrium boni viri recurrendum est. Quid de laborantibus in vineis, sillonijs, aut mineris metallo rum, & cæteris talibus, vbi opus est magno labore, nunquid tenentur ad humodi ieiunia? Respondet. Si adeo pauperes sunt, quod per seipfos oportet colere vineas proprias, & adeo debiles sunt, quod non possunt laborare nisi frangat ieiunium, aut si oportet eos locare operas suas, vt provideant sibi & familiæ suæ, qui forte non inuenirent, qui conducerent operas suas, nisi frangerent ieiunium, nec aliunde sibi providere possunt, aut si serui sunt, aut rustici, qui debent operas dñis suis, non credo quod peccant mortaliter soluendo ieiunium hmoi. Si autem sunt diuites, qui possunt per alios conductos operari, non excusantur, sed si volunt laborare personaliter, ita partiantur laborem, partim ante prandium, partim post prandium laborando, ita qd non oportet eos soluere ieiunium. Credo. n. in talibus necessitatem ex causare, quia dicit, Gratianus de con. fe. di. 5. quadagesima. Quod ieiunium. 40. non est soluendum, nisi necessitas infirmitatis cogat. Et de con. di. 3. di. ieiunia ieiunia non esse soluenda, nisi grandis necessitas cogat. Credo et quod non tenentur mendicare, propter hmoi ieiunium seruandum, cum non conueniant alias mendicare. De peregrinis autē, & viatoribus, die quod si tenentur peregrinari, quia compelluntur exulare, vel ire in exercitum, vel ad præceptum ecclesiæ ire vltra mare tempore passagij imminente, excusantur a ieiunio, si non possunt commode ieiunare. Si autem non tenentur ad huiusmodi viationem, sed sponte huiusmodi viationem accipiunt, peccant iter aggrediendo temporibus ieiuniorum hmoi, vel etiam ante, si non credunt, qd possunt persicere peregrinationem, ante tempora ieiuniorum, & sic credunt, qd propter laborem oporteat eos soluere ieiunium, & su per hoc monendi sunt an. xl. a sacerdotibus, & qui sic soluit ieiunia huiusmodi, propter spontaneam viationem, tenentur alio tempore recompenare, vel aliis satisfacere ad consilium ecclesiæ, quia non dimittitur peccatum nisi &c. & agere penitentiam de solutione ieiunij. Si autem aliquis aggrediatur viationem contra formam prædictam, licet peccet aggrediendo, si tamen dum est in via, & ex causa necessaria soluat ieiunium non peccat, licet ex culpa sua venerit in hanc necessitatem, sicut secundum quosdam pollutio nocturna non est peccatum, vel quod sit tempore furoris, licet ex culpa præcedenti pollutio perueniat, aut furor. De cursoribus diuitum quorum usus est necessarius, credo quod si non possunt ieiunare, excusantur si soluant ieiunium, cum vero morantur eñ dñis suis in aliquo loco, aut eñ modicum vadunt ieiunare debent, nisi forte imminet eis grandis viatio, quam possunt persicere, soluant ieiunium paucis diebus ante.

Alibi de eodem. Cap. CLX.

DE seruientibus nobilitati, qui possunt seruire ad menses eorum diuitius pertrahendas. Si ex causa necessaria præueniant aliquantulum horam comedendi ex toto, vel præliant modicum, ne deficiant in seruendo, & hoc faciunt iam positus mensis, vel parum ante, ita quod continuatione temporis nota debeat reputari vna mensa, non credo qd peccent, si cut non peccant seruientes medicorum personarum, qui surgit

de mensa dñorum, vt vadant ad vinum, vel portent exenia, & reuertentes iterum comedunt. Idem credo de regularibus, qui debent legere ad mensam in refectorio, quod dicitur esse de seruientibus nobilitati, dum tamen hoc faciunt licentia. De nouitijs, & iuuenibus, credo quod, super soluendo tenentur magis discretioni prælatorum suorum, aut dispensationi, qd proprio iudicio acquiescere. De mulieribus prægnantibus, & nutricibus, die qd si timeatur probabiliter de periculo eorum, si ieiunauerint, vel de fetu in vtero, vel de puero ad vbera, non solum possunt, sed etiam tenentur soluere ieiunium. Pro quanta autem infirmitate, aut debilitate solui possit ieiunium ab infirmis, & debilibus, arbitrio boni viri potius limitandum est, quam per aliquam doctrinam generalem definiendum. Si quæzatur vtrū petenda sit dispensatio super solutione ieiunij. Dic. Si constat omnibus vicinis de causa propter quam soluendum est ieiunium, non est necessarium quod petatur licentia, aut dispensatio. Si autē dubium sit, & illis quibus soluendum est ieiunium & alijs vtrū subie causa necessaria, petenda est dispensatio ab episcopo loci, si commode possit haberi copia eius, aut non timeatur de periculo, si expectetur episcopus, alias sufficit licentia vel dispensatio proprii sacerdotis, auctoritate. n. sua non debet quis soluere huiusmodi ieiunium. Si autem infirmo constat de sufficientia causa, sed alijs non constat, sed timet probabiliter, quod alij scandalizentur si soluat ieiunium, petere debet licentiam, alijs non tenentur. Quod autem dicitur in canone de ieiunando in 4. feria, & sabbato, vel locale est, vel loquitur de consilio, & honestate, vel derogatum est ei per contrariam consuetudinem. De ieiunio. vi. feria credo quod seruanda est consuetudo illorum, inter quos viuunt, cum videamus Cistercienses, & plerisque regulares, non semper obseruare illud ieiunium.

LIBER X.

De Crimine Homicidij. Cap. I.

EX summa de ead. Dicitur de criminibus, que committuntur principaliter in Deum, restat de his, que specialiter in proximum. Et primo de homicidio, quod inter cetera magis abhorret ecclesiæ. Homicidium est hominis occisio, ab homine facta. Si. n. a bone, vel cane, & huiusmodi, non dicitur proprie homicidium. Est autem homicidium dicitur, quasi hominis cædem. Species homicidij sunt plures, n. aliud spirituale, aliud corporale. Spirituale fit quinq; modis, occidendo, detrahendo, male consulendo, nocendo, videlicet subrahendo, quodlibet istorum est mortale. Corporale est quod homo occidit corporaliter. Et hoc committitur dupliciter. lingua, vel facto. Lingua tribus modis. p.cepto, consilio, defensione, quodlibet istorum similiter est mortale. Facto quatuor modis. i. iustitia, necessitate, casu, & voluntate, de quibus si sigillatim dicitur infra. Ex summa fratris. V. Cum dicitur quod aliquis sit homicida consilio, intelligo de consilio exhortationis, vel approbationis, non de consilio simplicis opinionis, siue opinationis. Si. n. alicui quærenti in genere, an liceret alicui Christiano clerico, vel laico Paganum occidere, non aro per suadendi, sed exponendi, quid in hoc casu sentiret, hoc esse licitum iudicaret, non credo qd fieret irregularis, licet ille cui taliter dicitur Paganum postea interficeret, ex confidentia illius rñ sionis, licet et ille errasset in respondendo. Pone qd aliqui custodientes laborantem in extremis, de consilio alicuius tranfertant ipsum super alios iarus, vt citius moreretur, n. quid sunt irregulares. Rñ dco: Si ex tali translatione, vel versione citius moritur, quia forte præcluditur via anhelitus, vel rñ p. iur apostema, ex violentia motus, & sic suffocatur cor ex sanie su perinflute, vel ex consimilibus causis, irregularis est, qui consulit, & qui facit. Si autem non citius moritur, ex hac causa non incurrit irregularitas, sed sufficit penitere de peccato, & mala intentione. Nec est præsumendum, qd si hmoi transuersiones fiant secundum sortilegium vetularum (sicut qñq; faciunt securim apponi ad caput morientis, vel alij aliud frivolum fieri, vt citius moriatur) virtutem hmoi habeant hæc sortilegia, agiti debet penitentia de peccato. De penitentia, dist. i. Ex epistola Clementis. Homicidium tria genera dicebat esse beatus Petrus, & pœnam eorum parilem, sicut homicidas interfecit fratrum, ita detrahentes eorum, & coque occidentes homicidas esse manifestabat. Item August. Noli putare non esse homicidam, quando fratri tuo mala periuasades.

scias quia occidis. Audi Psalmistam dicentem. Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum machæra acuta &c. Tantum homicidium lege vetitum putabatur, non aliud esse nisi corporis peremptio. Aperuit ergo dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri, in homicidij genere deputatum.

Vtrum occidere liceat alicui. Cap. II.

GRatianus. Ca. 23. q. 5. Quod autem nulli liceat aliquem occidere, illo præcepto probatur, quo dominus in lege homicidium prohibuit dicens: Non occides. Item in euangelio. Omnis qui gladium acceperit, gladio peribit. Item Aug. Donato. c. vnum solum. Ex occasione terribilium iudicium, & legum, ne eterni iudicij pœnas luan, corrigi eos cupimus, nō peccati, nec disciplinam circa eos negligi volumus, nec supplicij quibus digni sunt coerceri. Sic ergo peccata eorum compescit, vt sint quos pœniteat peccasse. Item Greg. pap. Reos sanguinis defendat ecclesiæ, ne in effusione sanguinis particeps fiat. Hinc apparet quod mali flagellis sunt coercendi, non membrorum truncatione, vel corporali morte plectendi. Sed obijciatur illud quod dixit dominus ad Moysen. Maleficos non patieris viuere. Item qui coierit cum iumento moriatur. Item adulteri & blasphemæ crimine notatus, im misericorditer lapidari iubetur. Nonnulli etiam in veteri test. inueniuntur malos trucidasse, nec transgressores legis, sed defensores appellatur. Prohibet ergo illo præcepto quisque sua auctoritate in necem alicuius atvari, non legis imperio reos morti tradere. Qui enim publica potestate fundus ipsius legis imperio malos perimit, nec illius præcepti transgressor, nec celestis patria alienus habetur. Vnde August. ad Publicolan. De occidendis hominibus, ne ah eis quisque occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte sit miles, aut publica functio ne teneatur, vt non pro se hoc faciat, sed pro alijs, aut pro ciuitate, vbi etiam ipse est, accepta legitima potestate si eius congruit personæ.

De Diuersis causis occidendi. Cap. III.

EX summa de ea. Homicidium factu committitur, vt dictum est, quatuor modis. i. iustitia, voluntate, necessitate, casu. Iustitia quidem, vt cum iudex, vel minister reum ipse condemnatum occidit, hoc homicidium si fit ex liuore vel delectatione fundendi humanum sanguinem, licet ille in se occidatur, iste tamen peccat mortaliter propter intentionem corruptam. Si vero fit ex amore iustitiæ, nec peccat iudex ipsum condemnando ad mortem, & præcipiendo ministro vt occidat eum, nec minister si iustus a iudice occidit condemnatum, peccat tamen vterque mortaliter, si faceret iuris ordine non seruato. Ca. 23. q. 5. An cum homo ab homine occiditur, multum distat vtrum fiat nocendi cupiditate, an iniuste aliquid auferendi, sicut fit ab inimico, sicut a latrone: aut vltimendi, vel obediendi ordine, sicut a iudice, sicut a carnifice. Vel euadendi, vel subueniendi necessitate, sicut quando interimunt latro a viatore, hostis a milite. Et aliquando, qui causa mortis fuit, potius in culpa est, quam ille qui occidit: velut si quispiam decipiat fideiuiorem suum atque pro isto supplicium legitimum luat. Nec tamen omnis qui causa alienæ mortis est, reus est: velut si stuprum quisquis perat, seque si non impetrauerit interimat. Quid si filius patris timens pia verbera præcipit perat? quid si alius homine liberato, vel ne alius liberetur, sibi ipsi mortem inferat? non propter istas alienarum mortium causas, aut scelere consentiendum est, aut vindicta peccati, quæ non fit nocendi, sed corrigendi studio, aut & paterna verbera tollenda, vel opera misericordiam cohibenda sunt, hæc cum accidunt debemus eis humanum dolorem, non propter illa ne accidant, recte factorum reprimamus voluntatem.

De homicidio iniuria. Cap. IIII.

AVgust. vbi supra. Miles cum obediens potestati, sub qua legitime constitutus est, hominem occiderit, nulla ciuitatis suæ lege reus est homicidij: immo nisi fecerit, reus est imperij, deserti ac contempti. Quod si sua sponte, atque auctoritate fecerit, crimen effusi humani, sanguis incidit. Itaque vnde punitur si fecerit iniustus, inde punitur si non fecerit iustus. Idem in quæstionibus Exodi & habetur eadem vbi supra. Cum minister iudicis occidit eum, quem iudex iussit occidi, profecto si id sponte faciat, Speculum Doctrinale.

homicida est, etiam si eum occidat, quem scit a iudice debuisse occidi. Item ca. sequen. Lex æterna, ideo medio quodam loco posuit aliqua, vt in eis vsurpandis merito reprehendatur audacia, in exequendis iure laudetur obedientia. Abraham si spontaneus in occidendo filio motus fuisset, execrabilis haberetur, at iubenti Deo obsecundans famatus est. Idem in quæstionibus super Math. Officia vindictæ possunt implere boni bono animo, quomodo iudex, quomodo lex. Idem ad Macedonium. Non frustra sunt instituta potestas regis, ius cognitoris, vngula carnificis, arma militis, disciplina dominantis, seueritas etiam patris, habeant ista omnia modos suos, causas, rationes, vtilitates; hæc cum timeantur, & mali coercentur, & boni quærit inter malos viuunt. Item Hiero. super Hieremiam. Homicidas, & sacrilegos, & feneratorios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. Item August. ad Lotharium. Qui vitis nutriendis parcat, & fauet, ne contristet peccantium voluntatem, non tam est misericors, quam qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, & non timer ne vulneratum doleat, vel extinctum. Idem in li. de ci. Dei. Non est innocentia peccando, sinere vt in malum grauius incidatur: pertinet ergo ad innocentis officium, non solum nemini malum inferre, verum etiam cohibere peccata, vel punire peccatum, vt aut ipse qui prius odio habebatur corrigatur experimento, aut alij retrahatur exemplo. Item Urbanus c. excommunicatorum. Non enim eos homicidas appellatur, quos aduersus excommunicatos catholicæ zelo matris ecclesiæ ardentes, aliquos eorum trucidasse contrigit. Ne tamen eiusdem ecclesiæ matris disciplina deleteratur, tenore quem diximus penitentia eis indicito congruentem, quæ diuina simplicitatis oculo aduersus se co placate valeant, si forte quid dupliciter pro humana fragilitate in eodem flagitio incurrerunt. Patet ergo quod malos non solum flagellari, sed etiam interficere licet.

Quod non solum per iudices, sed etiam per populos, plerumque fit homicidium iniuria. Cap. V.

GRatianus vbi supra. in c. remittuntur. Sed queritur, si contingat aliquos malos puniri ab his, qui non habent legitimam potestatem, an sint rei effusi sanguinis, hi per quos puniuntur? De his itaque scribit Ambro. Remittuntur peccata per Dei verbum, cuius Leuites interpret & quidem executor est. Puniantur peccata per homines sicut per iudices, qui potestate ad tempus viuunt. Puniantur quoq; peccata etiam per populos (sicut legimus) quia sæpe ab alienigenis Dei iussu excitatis, propter diuinam maiestatis offensam, subactus est populus Indorum. Gratianus. Hinc notandum est, quod aliquando punit Deus peccata per nescientes, sicut per Sennacherib, per Nabuchodonosor, & per Antiochum, & per principes Romanorum, & per nonnullos reges gentium, populum Israeliticum delinquentem, aliquando afflixit, aliquando captiuauit. Per sciantes peccata puniuntur, sicut per filios Israel voluit peccata punire Amorreorum, & Chananæorum, & aliarum gentium, quarum terram Israeliticis possidendam dedit, quibus etiam præcepit, vt nemini eorum parcerent, sed omnes morti tradiderunt. Cum igitur sic diuino iussu ad puniendum peccata populi excitantur, sicut populus ille iudaicus excitatus ad occidendam terram promissionis, & ad delendas gentes peccatrici, sine culpa noxijs sanguis effunditur, & quæ ab eis male possidentur, in ius, & dñum rite trahunt bonorum. Cui vero occulto instinctu aliqui mouentur ad persequendum malos, sicut Sennacherib, & ceteri qui populum delinquentem persecuti sunt, licet occulto instinctu operante, illorum meritis excusentur ad persequendum: tamen quia praua intentione non peccata delinquentium punire, sed illorum bona rapere, vel suæ ditioni subicere querunt, non sunt immunes a crimine. Apparet ergo qd aliqui per populos diuino nutu excitatos, mali pro peccatis nō, solum flagellantur, sed rite et perduunt. Nec est contrarium illud Aug. ad Marcellinum, qui pro circuncisionibus supplicans, rogabat vt verberibus eos coereret, non morte pederet. Quamuis enim supplicando spacium vitæ eis seruari poposcit, non tamen legum seueritatem (quæ tales morte plectuntur) non obseruandam docuit. Ex libello de actio nibus. Præterea secundum. l. communiter omnibus indultus est impune illum occidere, qui nocturnus ad agros intravit, vel qui itinera frequentata insidijs aggressiois obfuderit, quippe nemo debet parcere militi, cui obuiare oporteat, vt latroni.

EX summa de ca. Necessitate perpetratur homicidium, in sui, vel rerum suarum defensione. Sed hic distinguitur. Quia aut illa necessitas fuit euicibilis, poterat enim eua dere abique occisione, & tunc est reus homicidij. Aut fuit in euicibilis, quia occidit hominem sine odij meditatione, imo cum dolore animi, se & sua liberando, cum aliter non poterat euadere. Hic dicitur non peccare, nec attingi debet ad penitentiam, nisi ad cautelam, & propter ambiguum duplici ratis. Interiorem tamen penitentiam debet semper habere, & quasi suis peccatis ascribere, quod in tantam potuit venire ne cessitate. Bonarum u. mentiu est, ibi culpas, suas cognoscere, ubi culpa non est. Ex summa fratris. V. Quod dicit se & sua li berando, hoc licet indubie laico, qui potest patriam, & res suas ar mis tueri, & praenare in feriendo. Sed nunquid licet clerico propter res suas temporales aliquo occidere? Respondeo, no, sicut notauit Lau. extra de homi. suscepimus. ubi dixit, q. i. licet clericus latronem possit capere, vt res suas recuperet, non tamen ligare aut tenere, cum res suas alias habere possit, ubi irregularis iudicatur quidam, qui captus a se, & socio suo la trones ligauit quos socius eius ligatos postmodu interfecit, timens ne ab eis interficeretur. Sed nunquid fratribus praedicatoribus, aut minoribus, vel alijs regularibus, licet sua defen dere, cum aliquis uult eos spoliare. Respondeo. Cullibet vim repellere licet incontinenti, & cum moderamine inculpata animo defendendi non uiscendi, nisi huiusmodi uiri renuu clauerint per uotum, obligando se ad oppositu, vel alio modo ad hoc teneatur. Dixerunt tamen quidam, quod non repec utere est praecipu perfectis, imperfectis consilium. Sed qui debeant dici perfecti, quantum ad hoc non est determinatum. H. an notauit di. r. ius naturale, quod moraliter peccat, qui aliquo modo repercutit, nisi hoc faciat auctoritate iudicis. Et quod dicitur, quod vim repellere, i. remouere non repercutiend, sed opponendo aliquid offensaui brachij, vel manus, vel alterius rei. Sed haec opinio nimis dura est, & ideo non tenenda.

Adhuc de eodem. Cap. VII.

Vinianus in institutionum. li. 4. Qui latronem occidit non tenetur, si aliter periculum effugere non potest. Extra 5. de homicidio. Ex penitentiali Romano. Interfecisti furem, vel latronem, ubi deprehendi poterat sine occisione, quia ad imaginem Dei creatus est. 40. dies non intras ecclesiam, & lana veste indutus, ab eis, & potibus, qui interditi sunt, atq; thoro, gladio, equitatu, per illos supradictos dies abstineas. In 3. autem, & quinta feria, & sabbato aliquo genere leguminu, vel oleibus, pomis, & paruis pisciculis, cum mediocri ceruisia utere temperata. Si aut sine odij meditatione, te tuq; liberan do huiusmodi dyaboli membra interfecisti (secundum indul getiam dico, propter imaginem Dei) si aliqua die ieiunare uolue ris, bonu tibi est, & elemosyna fac largire. Si presbyter eade fecerit, non deponatur, tamen quadiu uiuet penitentia agat. Aug. super Ero. Si per fodiens domum inuentus fuerit fur, & percussus fuerit mortuus no est illi homicidium imputandu. Si autem oriatur sol super eum, reus erit. Intelligitur ergo no pertinere ad homicidium, si fur nocturnus occidatur. Si autem diurnus ad homicidium pertinet, quia poterat discernere quod ad furandum non ad occidendum uenisset, & ideo non debet occidi. Inno. 3. c. significasti. Si vero, quemadmo dum perhibetur, sacerdos iste prius ab illo percussus sacrilego, mox eum in capite cum ligone repercutit: quamuis vim repellere omnes leges, & omnia iura permittant: quia tamen id fieri cum moderamine inculpata turela debet, non ad consummandam uindictam, sed ad iniuriam propellendam non uidetur a pena homicidij penitus excusari, tum ratione instrumenti, cum quo percussit, quia cum graue sit, non so let lenem plagam inferre, tum ratione partis in qua fuit ille percussus, in qua de modico iacu quis letaliter solet laedi. Honorius 3. ca. petitorio tua. Cum inimici dominice crucis ad bla sphemiam nominis Christiani, castrum quoddam in quo mo rabaris, grauiter inuasissent exeuntibus inde habitantibus, tam clericis, quam laicis contra eos, & inuicem confligentibus, hinc inde plurimi extiterint. Vnde si de interfectio ne alienius in illo consilia tua conscientia remordet, a mi nisterio altaris te abstineas reuerenter, cum sit consilium in huiusmodi dubio abstineri, quam temere celebrare,

EX summa de ca. Sciendum uero, quod de iure naturali cuique licitum est vim repellere, incontinenti, & cum moderamine inculpata turela. Dicitur quidam, quod nul li licet vim repellere repercutiend, sed tantum impediendo. Alii dicunt, quod laici licet repercutere, clericis non. Terrif dicunt, quod non solum laici, sed etiam clericis licet repercu tere. Distinguitur tamen, quia aut vis inferatur persona, aut re bus. Si persona, tunc est vis repellenda priusquam sit illata, licet quidam dixerint, quod nullus debet repellere vim nisi illa tam, immo dicit lex quod, licitum est occidere insidiantem, & etu qui uult occidere, quod intelligo, si aliter non potest quis manus insidiantis euadere. Si autem quis post vim illata personam repercutiat, sic facit hoc in continenti, cum uidet illum paratum deuo percutere, non tenetur aliquo modo. Alias si nolobat deuo percutere, & aliter repercutitur tenetur, quia haec non est repulsio iniuriae, sed uindicta, quae prohibita est omnibus, & maxime clericis. Requiritur ergo quod defende do se repercutiat, non uiscendi. Item requiritur, vt & cum moderamine se defendat, Moderamen intelligo, vt si vis inferatur cum armis, cum armis repellatur, alias sine armis. Cir ca hoc tamen considera qualitatem personae, vt interdum paruus, vel debilis possit se defendere armis contra magnu, vel fortem pugno cleuato uentem. Si quis tamen moderame excedit, & non ex proposito, non tenetur nisi ad cautela, si ex proposito tenetur. In hoc tamen ultimo uerbo, quantum ad sen tentiam excommunicationis, conuoco cum eis, vt si aliquis defendendo se contra clericum, excessit modum, incidit in excommunicationem, si illud fecit ex proposito, alias no, sed quantum ad aliam satisfactionem excessit, vel etiam quantum ad penitentiam, & irregularitatem, si forte propter illa reper cussionem mors secuta est, cuius credo quod teneatur, habita tamen consideratione ad propositu, & non propositum. Si autem vis inferatur rebus, & illata in inferendam, licet est re pellere, sed potius illata, dum tamen incontinenti, & quancu ro scit, vim illatam, priusquam diuerat ad contrariu actum. Et si forte du ille uult expellere sic hoste de possessione sua, qua iniuste & male occupauerat, aliqui uulnerentur, vel occidantur, credo quod teneatur secundum modum positum supra in de fensione personae, & hoc intellige de imperfectis, perfectis ta men non licet repercutere, quod offendit dominus dicens: Si quis te percutiat, & c. Item Apostolus ad Ro. Non vos defendentes charissimi. Possunt tamen increpare iniurias exemplo dñi du percuteretur in facie. Si male locutus sum & c. Itē Apo stolus. Percutiat te Deus paries dealbate. Item petere potest iudiciu exemplo Apostoli. Item petere potest persecutione. Vnde. Si persecuti vos fue. & c. Frater. V. Cu multiplex sit perfectio. pfectio sufficientia, ordinis, prelationis, religionis, & alia, ere do q. hoc debet intelligi de solis illis, qui per uoti, vel pceptum, vel constitutionem obligati sunt ad non repercutiend, quales fuerunt Apostoli, & discipuli in primitiua ecclesia, qui ad no repercutiendū extinctione dñi tenebantur, cum per sanguinem, martyrum propaganda, & secundanda erat ecclesia. Ex. Co. li. 2. Possessionem tam vi ablatam inconti den, & in eade coeertatione armis recuperare permittunt, cum eum qui cum armis uenit possimus armis repellere.

De Inhibitione uindictae. Cap. IX.

Gratianus. Ca. 33. q. 4. in principio. Quod autem uindi cta inferenda non sit, multis modis probatur. Mali enim tolerandi sunt non abiiciendi, in reparatione ferendi, non cor poraliter expellendi. Vnde Aug. ait de uerbis domini. Toleran di sunt quidē mali pro pace, ne corporaliter ab eis recedat. Sed spiritualiter exire, est facere quod pertinet ad correctione quum licet pro gradu cuiusq; pace salua. Displicere est no tan gere. Non. n. prophetas, qui hoc dicebant populum suu dimi serunt, sed inter eos habitabant quos increpebant, uñ tem pli cum eis intrabant, eadem sacramenta celebrabant. Hoc ergo est, exire ore non parcere. Hoc est immundū non tangere, uoluntati male no consentire. Idē. Tu bonus tolera malu, nā & Christus Iudai, cu sciret eum esse, tolerauit, & ad praedica dum misit, eiq; cum alijs euaristiam dedit. Idem in li. 2. contra Parmenianu. Quisquis, vel qd pot arguendo corrigit, vel qd corrigere non pot, saluo pacis uinculo excludit. Vel q sal uo pacis uinculo excludere non potest, xquitare improbat, si mitate supponat, hic est pacificus. Idem in sermone de uer bis euangelij. Aut malis semper corde disungimini, ad tem pus caute corpore copulamini. Duobus modis te non maculat

maculat malus, si non consentias, si redarguas: neque ergo confertentes sitis malis, ut approberis, neque negligentes ut non argutis neque superbientes, ut insultantes argutis. Ibi dem. q. 4. Aug. in expositione psalmi. 108. ait. Sex differentiae, sunt. Reddere bona pro malis, no reddere mala pro malis, hęc bonorum sunt, & prius melius. Non reddere bona pro bonis, & reddere mala pro bonis, hęc duo maloru sunt, sed posterius deterius: Reddere bona pro bonis, & mala pro malis, hęc duo mediocrii sunt, prius, propter bonu, qd Christus no arguit, sed plus oportere dicit, quia etiam Ethnici hoc faciunt. Posteriorius propinquu malis, conuenit tamen & bonis, unde & lex modum uictiosis statu uoculorum pro oculo, quod si dici potest, iniustorum est iustitia, non quia iniuria est uictio, quam lex statuit, sed quia uictiosa est libido uiscendi, magisq; ad iudicem pertinet, hoc inter homines decernere, quam ad bonu hostem sibi expetere, huc. n. malum pro malo redderet. Iudex uero no, si delictatione iustitiae iustum pro iniusto, quod est bonu pro malo, quod & Deus, iudex facit. Gratianus ibidem. q. 4. Est & alia distinctio tolerantiorum, & cauendorum, quam ex uerbis. Aug. licet colligere dicentis. Tres personas dixit dominus, & debemus illas inuestigare in euangelio, pastoris, & mercenarij, & furis. Pastorem dixit ponere animam suam pro ouibus suis, & intrare per ianuam. Furem dixit latronem ascendere per aliam partem. Mercenarium dixit lupum, vel furem. Si inuenerimus tres istas personas, inuenit sanctitas uestra quos diligatis, quos toleretis, quos caueatis. Diligendus est pastor, tolerandus est mercenarius, cauendus est latro. Item Grego. Haec autem uita, quae inter celum, & terram, vel infernum sita est, si cur, in medio subsistit, ita utraruq; partium ciues communi ter recipit. Quisquis malus non tolerat, ipse sibi per intoleran tiam testis est, quia bonus non est. Abel enim esse renuit, quem Cain malitia non exerceat. Ex his omnibus colligitur quod malorum uindicta referenda est Deo, nec corporaliter sunt puniendi, sed crebra admonitione, & charitatis benefi cio, ad correctionem inuitandi.

Quando Crimina puniri oporteat, & quando tolerare. Cap. X.

Gratianus supra eadem. q. 4. cum in lege. His ita respon detur. Sunt quaedam, quae salubri tantum ammonitione sunt corripiendi, non corporalibus flagellis animad uertenda, sed eorum uindicta diuino examini tantum est refer uanda. Quando in delinquentes. I. disciplinam exercere non possumus, vel quia non sunt nostri iuris, vel quia illorum cri mina, & si nobis nota sunt, tamen manifestis iudicijs probati non possunt. De his qui non sunt nostri iuris ait. Apostolus, in prima epistola ad Corinth. Quid. u. mlti attinet de his qui foris sunt iudicare, de his dominus iudicabit. Quod expo nes Augusti, ait. Inuidentes non possimus Christo iurari, si colloquimur eorum uitas, & consuetum. Vnde & domi nus cum Publicanis, & peccatoribus mandauit. & bibit. In his uero qui iustus sunt, id est in fidelibus, pteredo referenda est. Hinc etiam cum propheta diceret. Eritis dominus iudicum omnibus iniurias patientibus. Exponendo adit Au gu. Ab his qui non sunt iuris, in quos nequit disciplina exerceri. Item quando multitudo est in scelere, neq; salua pace ecclesiae mala puniri possunt, toleranda sunt potius, quam uio lata pace ecclesiae mala punienda: Secus uero quando salua pace ecclesiae fieri possunt, in quo tamen discretio est adhiben da. Aliquando, delinquentium multitudo diu per patientiam ad penitentiam est expectanda. Aliquando est in paucis punie da, ut eorum exemplo ceteri terreantur, & ad penitentiam pro mouentur. Item peccata quae in Deum, vel proximum committuntur, a nobis punienda sunt. Ea uero quibus in nos delinquit, patienter toleranda, vel potius dimittenda sunt. Quod autem peccatum populū in paucis puniendum sit, Moyses ex plo docuit, qui peccatum idolatriae in paucos cultores uitali uindicauit, morte paucorum expians peccata multorum, in pte senti salubriter, & in posteru disciplinā sanxiens. Quod uero peccata, quae publicis iudicijs deferuntur, punienda non sunt, illo exemplo probatur, quo Christus, qui Iudam solus furem nouerat, non abiectus, sed patienter, tolerasse asseritur. Simili ter non est ferenda sententia, quando multitudo est in causa, vel quā ille qui peccat, facia habet multitudinē. Vnde Aug. in li. 2. contra epistola Parmeniani. Non pot esse salubris a multis correctio, nisi cu ille corripitur, qui non habet sociu multitud nem, cum idē uero morbus plurimum occupauerit, nihil aliud boni restat, qd dolor & gemitus, ut per illud signu qd Eszechie in sancto reuelatur, illi sic euadere ab eoru uastatione merentē.

Reuera cu contagio peccandi multitudinē inuaserit, diuine di scipline seuera misericordia necessaria est. Gratianus. Porro si cur penitentibus misericordes esse iubemur, sic impunitibus (ut dicitur est) & oblatinis in malo misericordiam impendere prohibemur. Vnde Ambro. in li. de of. est. iniusta misericordia de qua in lege scriptu est de quodam. Non misereberis illius. Et in libris Regū legitur. Quia Saul contraxit offensam, quia mi feratus est Agag hostiu regem, quem prohibuerat diuina sentē tia seruari. Ita si quis latronem filius depraecantibus motus, & lachrymis coniugis inflexus, absoluendum putat, cui adhuc la trocinandi aspirat affectus, nonne innocen res trader exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem. Nonne cum vni indulget, indigno, ad prolapsionis contagium prouocat uulneros, facilitas. n. uenie trahit incertium deliquendi. Item ad illud euangelij quod obijciunt: Qui gladio uisus fuit gladio ca det. Aug. in li. contra Manicheos respondet, ita dicens. Ille gla dium accipit, qui nulla superiori, ac legitima potestate, vel iu bente, vel concedente in sanguinem alius armatur.

Quo animo liceat malos prosequi, vel puniri. Cap. XI.

Augusti. in li. psalmodum. Duo ista nomina, cum dici mus, Homo, Peccator, non utique frustra dicuntur: quia peccator est corripere, & quia homo miserere. Nec om nino liberabis hominē, nisi cum per se curus fueris peccatore, item nulli homini claudenda est misericordia, nulli peccatori impunitas relaxanda, persequimur in eis propria iniquitatem misereamur communem naturā. Gratianus in c. ille gladius. Porro illud Hiero. quo ecclesia negatur aliquem persequi, non ita generaliter intelligendum est, ut etiam nullum perse quatur. Non. n. omnis persecutio culpabilis est, sed rationabili ter haereticos persequimur, sicut, & Christus corporaliter est persecutus eos, quos de templo expulit. Vnde Aug. ait Vincen tio. Donatista. Non ois qui parit amicum est, nec omnis qui uerberat inimicum. Putas neminem debere cogi ad iustitiam, cum legas patrem familias dixisse seruis. Quocumq; intuenti tis cogite intrare. Cum legas etiam ipsu primo Saulum, postea Paulum ad ueritatem cognoscendam, & tenendam, magna uolentia Christi cogentis esse compulsum. Item si semper ef fer culpabile persecutionē facere, no scriptum esset in sanctis libris, Detrahentem secreto proximo suo, occulte hunc perse quebat. Aliquando ergo & qui eam patitur iniustus est, & qui eam facit iustus est, sed plane saepe & mali persecuti sunt bona, & boni malos, illi nocendo per iniustitiam, illi consulen do per disciplinam. Illi immaniter, illi temperanter, illi seruie tes cupiditati, illi charitati. Nam qui trucidat non considerat quemadmodum fecerit, ille. n. persequitur sanitate, ille putre diem. Traditi sunt Apostoli ab hominibus humana potesta ti, tradiderunt Apostoli homines potestati sahanae, Vnde Au gu. Molestus est medicus furenti frenetico, & pater indiscipli nato filio, ille ligandus, ille caedendo, sed ambo diligendo. Si autem illos negligat, & permittant perire, ista potius falsa mansuetudo est crudelitas.

De Homicidio casuali. Cap. XII.

EX summa de ca. Homicidium casu perpetratur, ut cum aliquis proicit lapidem ad auem, vel alias, & alius transiens ex insperato repercutitur, & moritur, vel incidit arbor rem, & casu arboris aliquis opprimitur, & similia. Sed hic di stinguitur, quod aut dabit operam illicitae rei, aut licitae repu ta proijciat lapidem uersus loca ubi conueuerunt homi nes transire, facere, vel dum ferabatur bouem, vel equum, aliquis a boue, vel equo percussus est, & similia, hoc imputatur ei. 1. 5. q. 1. §. ut itaque. Frater Guillelmus Rodon. Ibi dicitur, quod cecus si credens reddere se debitum uxorū suae, alienam pulluū, non est reus adulterij. Si autem lu do, vel exercitatione uarium, vel venatione, iaculum mit tentes alium perimat (quia hoc ab eo debet esse penitus alie num) homicidij reus habetur. Frater Raymundus. Si uero licitae rei dabit operam, ut quia magister causa disciplinae uerberabat discipulum, vel d ponebat aliquis fenum de curru, vel arborem propriam sibi necessariam incidebat, & similia. Hic si adhibuit diligentiam quam potuit, uidelicet respicien do, & proclamando non nimis tarde, vel demisse, sed tempo re congruo, & alte, ita quod si aliquis erat ibi, vel uenie bat, poterat fugere, & cauere sibi, vel magister non ex cedendo modum in uerberando discipulam, non imputatur ei. Alias si dabit operā rei illicitae, & non adhibuit diligentia Tomus Secundus. X 4 debitam



debitam: (vt dictum est) impntatur ei. Iust. insti. li. 4. Reus ho...

Abduc de eodem. Cap. XII.

Innocentius. 3. Dilectus filius, A. capellanus proposuit, quod cum quadam corporis molestia graua...

de consuetudine venire, quando lignum mouisse dignoscitur, satis potest, praesertim in monasterio, ad altiores ordines...

De Medicis indiscretis. Cap. XIII.

Ex summa de ea. Quid de Phisicis vel Cyurgicis. Die quod si periti erant in arte phisica, vel cyurgica, & nihil omiserunt...

De Custodibus infirmorum negligentibus, vel indiscretis. Cap. XV.

Quid de illis, qui post mortem illorum quos custodierunt infirmos, scrupulosam habent conscientiam...

uocauerunt minorem, qui minuit eis, vel dederunt eis vini, vel carnes, aut nimis coarctauerunt eos ad prouocandum sudorem...

De Homicidio uoluntario. Cap. XVI.

Ex summa de ea. Paret sine distinctione, quod homicidium uoluntarium semper mortale est peccatum, & enorme. Sed quid si plures interfecti sunt, vel in confictu fuerint...

cio, maxime religionis aecedente fauore, cum sit canonicus regularis, & sine omni scandalo possit sacerdotale officium celebrare...

De Parricidio. Cap. XVII.

Ex summa Damasi. Inter oia homicidia, quod grauius inuenitur est parricidium. Leges autem Pompeia de parricidio tenentur...

De His qui sibi manus iniungunt. Cap. XVIII.

Causa 23. q. 5. Seipsum autem perimere nulla legis auctoritate alicui permittitur. Vnde Aug. in lib. 1. de ciui. Dei. Nusquam diuinitus praecipitur permittitur...

libenter excipere. Vnde & in persecutionibus non licet pro...

De His, qui filios suos occidunt, vel exponunt. Cap. X I X.

EX summa de ea Si pater, vel mater occidat scienter filium...

De His, qui abortum procurant. Cap. X X.

CAUSA 32 q. 2. De his qui abortum procurant, quæritur, an...

pus, sed ratione infirmabitur, quia primum oportebat domum...

De Crimine Vxoriciij. Cap. X X I.

CAUSA 33 q. 2. Nicolaus Papa. Interfectores suarum sine...

De Crimine matricidij. Cap. X X I I.

ADem q. 2. Nicolaus Papa. Datorem presentium matrici...

De Pena criminalis homicidij. Cap. X X I I I.

EX summa de ea. Pena homicidij spiritualis tollitur per...

De Pena homicidij. Cap. X X I I I I.

EX summa de casibus. Pro homicidio iustitiz, iusta, & re...

cidisset mille homines ante baptismum, non impediretur post...

De Cauenda Irregularitate. Cap. X X V.

EX summa de casibus. Potest clericus civilem quarimoniam...

Iterum de eodem. Cap. X X V I.

EX summa de ea. Item nota, quod si episcopus in villa,...



bet etiam praesentialiter interesse cause sanguinis; neque executioni sententiae sanguinis. Nam & cito possit incidere in causam depositionis, ut notatur extra. de excess. praes. ex litem. & habetur in summa fratris V. Nam agitur ibi de quodam episcopo, qui interfuit suspensioni cuiusdam faris, & iudicium querenti ab eo consilium, respondit. Malum est si hic euadat. Et mandatur ibidem, quod cedat episcopo, aut ammoneatur, immo & indignus altaris ministerio reputatur. Quid de illo, qui cum latro quidam duceretur ad iudicem, per locum fulcum, dixit ducentibus. Claudite ei os ne clamet. Nunquid irregularis est, si in his sequatur? Credo quod sic, quia iuuat ducentes in dando consilio, de ducendo caute. Quid de illo, qui cum iudex vel officialis sequeretur furem, vel homicidam fugientem, iudici, vel officiali quaerenti verum vidisset talem, vel zalem personam transisse per illum locum, vel alium, respondit, quod sic, & quantum in eo fuit instruxit quaerentem, nunquid est irregularis, si secutum est homicidium? Respondeo. Si sciat, vel scire debuit, quod talis persona quaeretur ad poenam sanguinis, irregularis est. Si autem non sciat, nec suspicatus est, quod ad hoc quaeretur, sed propter alium, credo quod non est irregularis, ex quo non est eius corrupta intentio. Ex summa de ca. Si vero ubi non appareat casus de facto, & interrogaret iudex episcopum, vel alium clericum, quae poena esset infigenda pro furto, homicidio, & similibus, posset dicere talis, vel talis, secundum leges. Ex summa fratris V. Quid si errauerit clericus, respondens fornicatores esse puniendos ad sanguinem, vel aliquid, & iudex secutus hanc responsionem, tales puniat ad sanguinem, vel mortem, nunquid est irregularis qui sic respondit? Respondeo. Si reputatur iuri consultus, & consuevit consuli super his, & respondere consultoribus. Distingue, quod si errauit in apicibus iuris, & ubi sunt variae opiniones peritotum, & ille respondit secundum suam opinionem, in qua erant & alij alij, non credo quod contra hunc irregularitas, dum tamen consulenti responderit, varias super hoc esse opiniones. Si autem errauit laborans crassa ignorantia, & supina, ubi nullus iuris peritus probabiliter dubitaret, si sequatur mors ex eius responsione, contrahit irregularitatem, cum fuerit in culpa. Si autem non reputatur iuriscōsultus, sed simpliciter dixit, quid sentiebat de talibus, cum non praesumeret nec deberet, quod iudex sequeretur responsionem eius, non credo quod contrahat irregularitatem, si non respondit in casu de facto. Si autem responderet de casu de facto scien- ter, ut pote si quaerat ab eo iudex, quid debeat facere de isto de praehensio in tali, vel tali crimine, si ex eius responsione sequatur mors, contrahitur irregularitas, cum fuerit in culpa, sic respondendo.

De Consensibus homicidia. Cap. XXVII.

EX summa de ca. Item non videtur liber a culpa homicidij, qui potuit, sed noluit liberare alium a morte: & hoc intelligas si constabat ei illum iniuste occidi, sicut Iudex de Christo, & Anglicis de beato Thoma Cantuariensi. Quidam tamen intelligunt hoc de iudice, qui habet iudiciariam potestatem, quod ille solus teneatur tales defendere ex praecipio. Consulo tamen ei omnino agere poenitentiam, etiam si non sit iudex, propter iura supradicta, & propter ambiguum dupliciter ad cautelam. Frater V. Teneatur autem iudex defendere etiam cum armis, si oporteat, & se pro eis morti opponere, ex quo habet publicam potestatem, dum tamen speret quod per se, vel per alios quos habet secum vocare, eos possit liberare. De personis priuatis, credo etiam dicendum, quod si erant aut dubitant, quod solo verbo possint hominem liberare a morte iniusta, teneatur verbo impedire. Credo etiam quod factu, si hoc possit sine periculo personarum suarum. Alioquin non credo, quod teneantur se exponere periculo corporali in tali casu. H. autem plane diceret, quod qui non habet auctoritatem iudiciariam, vel mandatum iudicis, peccat si alium defendat a morte, dum tamen eum defendat percutiendo, cum dicat quod nulli licet seipsum defendere repetendo, ut dictum est. Sed nunquid iudex si non liberat hominem a morte cum potest, aut priuatus non pascit fame morientes, cum possit, irregularis est si sequatur mors? Respondeo: Licet grauissime peccentales, non tamen irregulares sunt, quia lex promotionis factum requirit. Extra 5. de homicidio Alexan. 3. In excessibus singulorum, non solum qualitas, & quantitas delicti, sed & aetas, & scientia, & sexus, atque conditio delinquentis sunt attendenda, & non solum secundum praedicta, sed etiam secundum tempus & locum, quo delictum committitur, poenitentia debet iudici, cum idem excessus magis

sit in vno, quam in alio puniendus. Cumque scriptum sit Qui potuit hominem liberare a morte, & non liberauit, cum occidit. Constat ab homicidij reatu immunes non esse, qui occasione contra alios opem praestare venerunt, nec caret serupulo societatis occidit, qui manifesto facinori desinit obuiare.

De His, quae sunt in guerris, & torneamentis. Cap. XXVIII.

EX summa de casibus: Quia sagittarij, & balistarij homicidia saepe committunt, de his quoque subiiciendum est. Possunt enim Christiani exercere officium hoc contra Paganos, & nostrae fidei persecutores, contra Christianos autem, & Catholicos nequaquam. Extra 5. de sagittarijs. Innocen. 3. Artem illam moruimus, & odibilem balistariorum, sagittariorum aduersus Christianos, & Catholicos exerceri de cetero sub anathemate prohibemus. Ex summa de casibus. Item dicunt quidam, quod in bello iusto possunt officium hoc exercere etiam contra Christianos: quia in tali bello dicit Augustinus. Cum quis istud bellum susceperit verum aperte pugnet, an ex insidijs, nihil ad iustitiam interest. Porro qui intetuerunt bello licito, nec ibi occiderunt aliquem, nec multauerunt, poterunt promoueri, si aliter sunt idonei. Si vero in bello illicito, & homines sunt ibi occisi, etiam si non per istos, eis imputatur, propter culpam praecedentem, & ita non poterunt promoueri. Torneamenta dicuntur quaedam nundinae, vel feriae non inter hostes, sed ad instar pugnarum hostilium factae, ubi si aliquis exercens tale torneamentum aliquem occiderit, etiam casu, reus est homicidij, & irregularis erit, quia ludus talis noxius, & illicitus est, & ideo quicquid ex eo sequitur, ei imputandum est. Extra 5. de torneamentis. Ex concilio Lateranensi. Detestabiles illas nundinas, & ferias quas vulgo torneamenta vocant, in quibus milites ex conducto conueniunt, & ad ostensionem virium suarum, & audaciae temere ingredi, vnde mortes hominum, & animarum pericula saepe proueniunt, fieri prohibemus. Quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, quamuis poenitentia ei poenitentia non negetur, tamen ecclesiastica careat sepultura. Frater V. Dic si uenerint causa torneandi, quia si causa quaerendi debita venit ibi, non ponitur hac poena, vel si uenit propter consimilem causam, aut etiam si uenerit ad spectandum. Torneamenta dicuntur nundinae, quia ad ea conueniunt a diuersis partibus causa lucri, sicut ad nundinas. Dicuntur etiam feriae a feriendo, quia tunc milites vacant ab alijs operibus rei familiaris. Ex praedictis patet, quod mortaliter peccant torneatores, cum faciant contra prohibitionem. Si autem non esset prohibitum, non esset peccatum torneare, dum tamen hoc fieret causa dispendij vsum armorum ad impugnandum infideles, & ob defensionem patriae, vel reipublicae. Quid de his quae milites, vel alij lucrantur in torneamentis, nunquid possunt retineri? Respondeo. Si contra legem torneamentorum lucratur, quis ibi aliquid tenetur illud restituere illi a quo habuit, si sciat a quo, aut dare pauperibus pro eo, si habet unde possit. Si autem secundum legem torneamentorum, non tenetur reddere illi a quo habuit, est in foro poenitentiali inducendus, quod illud erogat in pios vsus. Si autem nolit hanc poenitentiam suscipere, non credo, quod sit compellendus ad eam suscipiendam, sed alia debet ei poenitentia iniungi, & absolutio impendi, nec ex hoc solo quod taliter acquisitum non vult erogare, est in peccato mortali.

De Pugna duelli. Cap. XXX.

EX summa de ca. Duellum dicitur quasi duorum bellum. Est enim singularis pugna inter aliquos ad probationem veritatis, ita videlicet, ut qui uicerit probasse intelligatur, de qua scilicet probatione iam dictum est supra. Et dicunt quidam, eum qui offert, & eum qui sponte suscipit peccare mortaliter, eum vero qui suscipit, iudice compellente, non peccare, cum aliter non possit euadere periculum mortis, vel rerum suarum, sed licitum iudicari si sit etiam sacerdos. Frater V. Haec opinio videtur esse rationalis, & maxime ubi innocens acculatur de crimine ad mortem, qui si duellum recusauerit oblatum, statim suspenditur. Durum enim videtur dicere, quod talis teneatur potius sustinere se suspendi, quam se defendere in duello. Et forte distinguendum est, inter suscipientem duellum oblatum in criminali, & suscipientem in causa civili, de rebus temporalibus, ut dicatur, quod in primo casu licitum sit suscipere duellum, non offerre. In secundo casu

causa nec offerre, nec suscipere licet, cum in temporalibus debeat quis potius quodlibet damnum pati, quam se duellum suscipere. Sed cum res suas liceat laico armis defendere, & eas defendendo raptorem occidere, si aliter defendere non possit, quare non potest eas defendere in duello, non quod ipse offerat sed dum ei a iudice offeratur, vel potius inferatur? Propter hoc credo, quod haec opinio potius sit tenenda, cum ratione non careat, & sic benignior, ne videamur damnare omnes illos, qui se defendunt in duellis, vel res suas. Verum tamen de sacerdotibus non credo, quod liceat ei duellum suscipere, vel offerre, nec in causa criminali, nec in causa civili, nec consilium quod offeratur, vel suscipiatur. Ex summa iuris. Nota tamen quod & secundum ipsam legem Lombardorum, duelli probatio iudici fidem facere non debet, quia qui vincitur non sponte confitetur, ergo condemnari non debet. Vnde in ipsa lege dixisse legitur Imperator. Mulsos vidimus iustam causam fouentes, vno sub aliope suam iustitiam amississe, ergo consuetudo iudicem exculare non valet, cum sciat non esse probatum, & tamen nihilominus condemnet.

De Clericis duellum suscipientibus. Cap. XXX.

EXtra 5. de clericis pugnantibus in duello. Alexander 3. Si clericus sponte duellum obtulerit, vel oblatum susceperit, siue victor, siue victus fuerit, de rigore iuris est merito deponendus. Sed quantumcunque eius in hoc grauis sit, & enormis excessus, sed euadere potest depositionis sententiam, si cum ipso suo duxerit episcopus misericorditer dispensandum, dummodo ex ipso duello homicidium, vel membrorum diminutio non fuerit subsecuta. Celestinus 3. Henricus presbyter, cum quendam laicum super furto seculari placito conuenisset, quia testes sui defecerant, pugilem secundum prauiam consuetudinem introduxit, qui eum vsque adeo vulnerrant, quod coactus eis expirare. Respondeo, quod huiusmodi pugiles homicidae veri existunt: sacerdotes quoque licet non ipsi, sed alius pro eo in duello pugnauerit, non debet in factis ordinibus ministrare. Homicidium enim tam factu, quam praecipio, siue consilio, vel defensione non est dubium perpetrari, poterit tamen cum eo circa habendum beneficium misericorditer dispensari. Frater V. Rodon. Quid de episcopis, capellanis, & abbatibus, qui in curia regis lubere duellum cogunt, aut res ecclesiasticas amittere? Quid de clerico seculari, qui conuenitur, vel conuenit alium de feudo in foro seculari? Quid de episcopis, & abbatibus habentibus regalia, & iurisdictionem temporalem, sicut principes seculares, in quorum curijs iudicatur huiusmodi duella? Respondeo: In omnibus his casibus, si episcopi, vel abbates offerant, vel suscipiunt duella, vel per se, vel per alios de speciali mandato eorum, aut iudicant in curijs inter subditos suos, aut praestant auctoritatem specialem iudicantibus, peccant mortaliter, & efficiuntur irregulares, si sequatur mors. Si autem talia fiant per oeconomicos seculares, & baluos, & praepositos huiusmodi episcoporum, capellanorum, & abbatum, & clericorum secularium administratores, siue speciali mandato eorum, licet huiusmodi episcopi, capellani, & abbates peccent grauius, & mortaliter, sicut credo talia sustinendo fieri in curijs suis, siue baluorum suorum, & dissimulando cum sciant, non tamen incurunt irregularitatem ex hoc, quia non praestant super hoc specialem auctoritatem, licet praecipiant baluiis suis, quod faciant iustitiam in tali, vel tali causa: quia in tali generali mandato, non intelligitur aliquid mandare de duellis iudicandis, offerendis, vel subeundis. Et in huiusmodi casibus, si Rex vel alius Princeps velit personam ecclesiasticam compellere ad duellum, aut propter recusatam duellum auferre ei bona ecclesiae suae, vel sua, debet iniucem viriliter se episcopi irritare. Credo etiam quod omnia mala potius debeat tolerare, quam tali modo consentire. Credo etiam, quod ia publicis praedicationibus, potest hoc insinuari secularibus, rusticis, & plebeis, dum tamen mature & modeste, & quasi per modum compassionis dicatur eis, quod qui hoc faciunt, non sunt in statu saluandorum. Et hoc praesertim in his locis, ubi super hoc creduntur iuris ignorantia laborare, quae ignorantia in episcopis, & abbatibus, & ceteris ecclesiasticis personis non est tolerabilis, quicquid sit de secularibus. Et quae dicta sunt intelligas de iudicio ferti, & aequae frigiditatis, & alius publicis iudiciis.

De Crimine raptus. Cap. XXXI.

EX summa de ca. Vidimus de homicidio, quo peccatur directe in personam proximi, consequenter dicendum est

de quibusdam alijs, quibus delinquitur in proximum. Et primo de Raptoribus. Raptor dicitur duobus modis. Est enim raptor hominum, & praecipue foeminarum. Et raptor rerum, siue bonorum. Et proprie rapina rerum, sed raptus mulierum. Committitur etiam erimen raptus dupliciter, videlicet cum ipsa puella violenter rapitur, ut in perpetuum teneatur. Item cum non ipsa violenter rapitur, sed vsus eius ea prohibente violenter vsurpatur. Item tunc demum committitur raptus, cum ipse raptor non desponauerit primo ipsam puellam. Item raptus large non solum committitur in virginem, sed etiam in viduam, & sanctimoniam. Iisdem tamen videtur accipere raptum pro quolibet illicito coitu. Extra 5. de raptoribus. Lucius 3. Cum raptus ibi dicitur committi, ubi nihil ante de nuptijs agitur. Ille raptor dicitur non debet, cum habet mulieris assensum, & prius eam desponauerit, quam cognouerit, licet parentes reclamarent, quibus eam dicitur rapuisse. Causa 36. q. 1. Filium cuiusdam, patre ignorante, quidam muneribus illexit ad conuiuium, finito conuiuium, iuuenis virginem oppressit, quo comperto a parentibus, iuueni traditur puella, ac more nubentium a iuvene datur, & publice in vxorem ducitur. Quaeritur an ille raptum commiserit. Quod quidem auctoritate probatur multorum. Ait enim Ildo. in 2. lib. Ery. Raptus est illicitus coitus a corrupendo dictus, vnde qui ita pro potitur, stupro fruitur. Item Gelasius Papa: Lex illa praeritorum principum ibi raptum dixit commissum esse, ubi puella de cuius ante nuptijs nihil actum fuerit videatur abducta. Gratianus. Cum ergo haec illicitus coitus sit corrupta, & ita sit abducta. a domo patris ducta, quod de eius nuptijs nihil ante actum fuerit, raptam appellandam negari non potest. Sed non omnis illicitus coitus, non cuiuslibet illicita deforatio, raptus appellatur. Aliud enim est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus. Raptus admitti potest, cum puella de domo patris violenter ducitur, ut corrupta in vxorem habeatur, siue puella solammodo siue patentibus tantum, siue vtriusque vis illata constitit, hic morte multatur. Sed si ad ecclesiam cum rapta confugerit, privilegio ecclesiae mortis impunitatem promeretur. Vnde in Aurelianensi concilio legitur: Aut ad seruendum subiectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si vero eam quae rapitur patrem habere consiterit, & puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur, & raptor patri superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius. Hic autem neque parentibus, neque puellae vim intulisse videtur, cum neque illis prohibentibus, neque illa renitente violenter sit abducta. Aliud est enim promissionibus aliquam seducere, aliud sibi vim inferre: vnde quia neutri vis illata probatur, raptor hoc iure dici non debet. Sed rapina dupliciter fieri dicitur. Aliquando enim rex ipsa rapitur, ut in perpetuum teneatur, Aliquando vero non res ipsa affectatur, sed vsus eius domino prohibente violenter vsurpatur. Hic ergo raptum admittit, quia florem virginis nuptatis puellae violenter enipuit.

De Pana raptoris. Cap. XXXII.

Idem q. 2. ex concilio Calcedonen. Causa 36. Hos qui rapiunt puellas, siue mulieres sub nomine simul habitandi, cooperantes autem, & coniuuantes raptoribus, decreuit sancta synodus, ut si quidem clerici sunt decidant a proprio gradu, si vero laici anathematizentur. Item Imperator Iustinianus. Si quis non dicam rapere, sed attentare tantummodo matrimonio iugendi causa, sacratissimas virgines ausus fuerit capitali poena feriatur. Gratianus. Nunc quaeritur an purgato vitio rapinae, raptor in vxorem possit raptam accipere: quorum coniuuium auctoritate sanctorum canonum poenitus prohibetur. Sed raptor & rapta nomina sunt vitiorum non personarum. Vitia autem cum per poenitentiam purgata fuerint, nomina eorum abolentur. Prohibetur ergo rapta copulari raptori, antequam vitium rapinae aboleatur, donec ille raptor, & illa rapta iure appellatur. Ceterum cum illa patriae potestati restituta fuerit, & raptor suae rapinae poenitentiam egerit, eum voluntas parentum vtriusque in vnum conuenit, non prohibentur ad iniucem copulari. Vnde Hiero. Tria legitima coniugia in scripturis leguntur. Primum est virgo casta in virginitate viro data legitime, & reliqua quae sequuntur in praedictis. Secundo vero in ciuitate deprehensa a viro, & illi per vim copulata, si pater eius postea consenserit. Tertium si pater eius ipsam alii dederit. Ambro. in apologia David. Cum voluntate parentum in coniugium haberi raptam permittimus. Denique & puellae pater illius, quae vim concubitus nulli desponsata pertulit, 50. dragmas aureas accipiet: ipsa autem in coniugio permanebit.

bit. Gratianus. Legitime igitur post penitentiam peractam raptor sibi poterit copulare quam rapuit, nisi pater puellam raptam detrahere voluerit. Extra 5. de raptoribus. Innocent. 3. Rapti puella legitime poterit contrahere cum raptore, si prior defensor transierat postmodum in consensum, dummodo etiam ad contrahendum legitime sint persone. Ex summa de ca. In summa itaque nota, quod pena raptoris mulierum secundum leges est vt capite puniatur, & eius substantia raptæ applicetur, si ingenuam rapuit: si vero ancillam, vel liberam, substantiam non amittit, sed tantum decapitur. Secundum canones vero raptor efficitur seruus raptæ, nisi velit se redimere. Item debet excommunicari cum factoribus suis, si tamen rapta velit cum raptore contrahere, potest. Fater V. Quid de illo, qui deflorat virginem solutam, nunquid eam ducere, vel maritare debet? secundum quod videtur dicere decretalis. extra. de adulterio. ca. 1. Respondeo. Si deflorat ipsam voluntariam, non tenetur, si autem iniuriam, aut per dolum inducitur ad consensum, in foro penitentiali iniungendum est ei, quod ei satisfaciatur, vel cum ea componatur. Ad penam autem prædictæ decretalis non tenetur, nisi in foro causarum. Et glossatores exponunt eam de raptore qui seducit, id est seorsum ducit a domo patris, & extrahit virginem per violentiam. Ex summa de casibus. Et nota quod si princeps committat iudici ecclesiastico potestatem puniendi tales, ipse circa mortem, vel membri truncationem, vel sanguinis effusionem poterit raptorem iubere in carcerari, vel flagellari, vel pena pecuniaria multari. Quos tamen inuenit adeo enormiter excessisse, quod mortem, vel membri truncationem debeant sustinere, debet referuare panem Regiæ potestati.

Quod rea non sit puella violenter oppressa. Cap. XXXIII.

Causa 32. q. 5. Quod autem pudicitia violenter eripi non possit, multoties auctoritatibus probatur. Est enim virtus animi, qui violentiam non sentit. Corpori namque vis inferri non animæ, unde quamuis corpus violenter corrumpatur, si pudicitia mentis seruetur, illa tamen castitas duplicatur. Sicut beata Lucia fertur dixisse Paschafo: Si iniuriam me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam. De consensibus enim, & voluntatibus iudicabis Deus. Hinc Ambrosio. scribit in li. 5. de virginibus. Virgo prostituta potest adulterari non potest. Idem. Reuera non potest caro ante corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta. Aug. de ciui. Deili. 1. Quis sano, si licet mente, pudicitiam se putauerit perdere, si forte in apprehensa, vel vi oppressa carne sua exerceatur, vel expleatur libido, non sua. Idem. Proposito animi permanente, per quod etiam corpus sanctificari meruit, ipsi corpori non aufertur sanctitas violentia libidinis alienæ, quam seruat per seuerantiam suæ continentie. Item. Isidorus in synonimis lib. 2. Non potest corpus corrumpi, nisi prius corruptus sit animus. Munda namque a contagione anima, caro non peccat. Item August. Honorato episcopo. Nec quis in carne violatur, quando voluntas patientis turpiter carne non vitur, sed sine confessione toleratur, quod alius operatur. Item Iohannes Chryso. super Matth. Sicut enim peccatum opus sine voluntate non facit, ita & iniuria ex opere non consumatur, nisi & voluntas affuerit. Gratianus. Quamuis autem violenter oppressa pudicitiam non amiserint, incontinentis tamen se non audeant exequare virginibus. Vnde Leo Papa. Ille autem famulæ Dei, quæ oppressione Barbarica integritatem pudoris perdidit, laudabiliores erunt in humilitate, ac verecundia, si se incontinentis non audeant comparare virginibus. Quamuis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens iniurata non pollui minus tamen hoc illis oberit, si quod potuerunt animo non amittere, se dolent, vel corpore perdidisse.

De Crimine incestus. Cap. XXXIII.

Causa 36. quest. 1. Incestus est consanguineorum, vel affinitiuum abusus. Vnde incestuosus dicitur, qui consanguineis, vel affinitibus suis abutitur. Causa 35. quest. 3. ex concil. Hierdensi. De his qui incestu pollutione se maculant, placuit quousque in ipso detestando, & illicito carnis contubernio perseuerant, vsque ad Missam catechuminum in ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibum (umere vili Christianorum, sicut Apostolus iussit, licebit. Causa 32. questione 7. Quadam cum fratre viri sui dormiuit, decre-

tum est, vt adulteri nunquam coniugio copulerentur, illi vero cui vxor stuprata est, licita coniugia non negentur. Sic & illud Maguntio, concil. intelligitur. Si quis viduam vxorem duxerit, & postea cum filia sua fornicatus fuerit, seu cum duabus sororibus, aut si qua cum duobus fratribus, seu cum patre & filio, si quis relictam fratris, si quis neptem, aut noueram, aut nurum, aut consobrinam, aut filiam auunculi, aut eius relictam, aut priuignam polluerit, eos disungit, & vterius nunquam coniugio copulari precipimus. Item qui dormiuit cum duabus sororibus, & vna ex illis antea fuerit vxor, neutram ex ipsis habeat, nec ipsius adulteri nunquam in coniugio copulerentur. Item ex decreto Zachariæ Papæ: Concubiisti cum sorore vxoris tuæ, si fecisti, neutram habeas. Et si illa quæ vxor tua fuerit, conscia sceleris non fuerit, si continere non vult, nubat in domino cui velit, tu autem, & adultera sine spe coniugij permanebitis, & quamdiu vixeritis, præcepto sacerdotis penitentiam agite. Ex concil. Triburgen. Si quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, & sororem ab eodem antea vsurpatam nescierit, vel se sororem eius, quam antea suprauerat non intellexit, si digne penituerint, & continere non valuerint, post annos septem coniugia illis non negentur. Si autem non ignorauerint, vsque ad mortem a coniugio abstinere. Item 35. questione secunda. Si quis cum matre, & filia fornicatus fuerit, ignota matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat vxorem, illæ vero si voluerint accipient maritos. Si autem hoc scierint ipse femina, abque maritis perpetuo maneat. Idem in eodem: Quidam fornicatus est cum quadam muliere, & postea filius nesciens patris factum, stuprauit eandem. Quod cum pater nesciret de se, filioque confessus, statuerit melius esse, vt taliter lapsis condigna penitentia iniuncta legitima permittantur coniugia, quam si forte deterius deliquant. Fornicaria autem sine spe coniugij maneat.

De Incestuosis coniugij separandis. Cap. XXXV.

Causa 35. questione 6. Nunc queritur quibus aculeantibus, vel testificantibus, consanguineorum coniunctio dirimenda sit. De his ita scribit Fabianus Papa: Consanguineos extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo computet, sed propinqui ad quorum notitiam pertinet, id est pater, & mater, soror, & frater, patruus, auunculus, amita, matertera, & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus, & veracioribus, quibus eadem propinquitas nota sit, episcopus canonice perquirat, & si inuenta fuerit propinquitas, separetur. Item Urbanus Papa: Quod si propinquus, vel extranei verbis tantum propinquitatem testantur, & iuramento probare noluerint, vel nequiverint, coniugium nullatenus dissoluitur, sed competens esse præsentia, puta propter infamiam, vel peccati maculam, si forte in hoc contraxerint aliquam, iniungatur. Item ex concil. Urbanæ Papæ: habito in Apulia. Si duo viri, vel tres consanguinitatem iureiurando firmauerint, vel si ipsi forte confessi fuerint, coniugia dissoluantur in notoriis. Si vero neutrum contigerit, episcopi eos per baptismum, per fidem Christi, per Christi iudicium, in vera obedientia obtestentur, quatenus palam faciant verum se sicut fama est, recognoscant esse consanguineos, si negauerint, sibi ipsis relinquendi sunt. Ita tamen, vt si aliud in conscientia habeant, se a liminibus ecclesiæ, a corpore & sanguine domini, a fidelium communione nouerint segregatos, atque in fames effectos, donec ab incestu facinore desinant. Si se ipsi iudicio episcoporum separauerint, qui iuuenes sunt, alia matrimonia contrahere non prohibentur, Gratianus. Hæc quibus aculeantibus, vel testificantibus consanguineorum coniunctiones sunt dirimendæ. Cuiusmodi vero iuramentum ab accusatore sit exigendum, ex Romano ordine habetur. Est autem huiusmodi de parentela illa, quam dicunt esse inter N. & istam eius coniugem N. quicquid inde scis, aut audisti a tuis vicinis, aut a tuis propinquis antiquioribus, tu per nullam ingenium, nec propter timorem, aut amorem, aut propter præmium, aut propter consanguinitatem celabis episcopo tuo, aut eius misso, cui hæc requirere iusserit: quandocunque te ex hoc interrogauerit, sic Deus te adiuuet, & istorum sanctorum reliquias. Iuramentum testium huiusmodi, est illud iuramentum, quod iste iurauit de illa parentela, quæ inter filium N. & eius coniugem N. computatur, quod tu illud obseruabis in quantum lapis, sic Deus te adiuuet.

De iuramento separationis. Cap. XXXVI.

Porro de iuramento separationis. Innocentius Papa secundus scribit Ocho: Lucensi episcopo dicens. De parentela illa, vnde nos consilium voluisti, pro qua etiam ad nostram audientiam est appellatum, aliorum fratrum scripta suscipimus, quæ vti que causam ipsam diuerso modo narrabant. Et primo quidem tam in gradibus, quam in nominibus personarum discordasse, postmodum vero in altero eorum computatos eiusdem parentelæ dicuntur conuenisse. Ceterum in huiusmodi casibus summopere consideranda est qualitas personarum, quæ aliquid contra aliquos asserere vult, qui etiam iurandum præstare debent, quod neque gratia, neque pretio, vel timore, vel odio alicuius hoc dicant contra eos, de quibus agitur, sed potius quia credant ita verum esse, & ita se a suis antecessoribus adiuuasse, in quibus omnibus non debet aliqua varietas, vel contrarietas inueniri. Gratianus. Qui vero separantur abinuenit, huiusmodi iuramentum præstabit. Ab isto die in antea tu per nullum ingenium te huic sociabis tuæ consanguineæ, nec in coniugio, nec in adulterio, nec cum illa ad vnam mensam manducabis, & bibes, aut sub vno tecto manebis, nisi in ecclesia, aut in alio loco publico, ubi nulla mala suspicio possit esse, vt ibi coarctatus testibus idoneis pro certa necessitate pariter colloquimini, nec aliam coniugem accipies, nisi forte post actam penitentiam tibi licentia data fuerit ab episcopo tuo, aut eius misso, sic Deus te adiuuet. Occasione vero consanguinitatis vxorem suam dimittere, & aliam ducere non licet alicui, nisi causa primum probata fuerit. Quod autem vnus testimonio coniugia apud quosdam dirimuntur, nulla ratione ratum habetur. Ibidem questione tertia. Fabianus Papa. Qui propinquam sanguinis vxorem ducunt & separantur, non licebit eis quando vti que viuunt, duas vxores sibi in coniugio socare. Gratianus. Nisi ignorantia excusetur, vt in concil. apud Vermeriam. Item Gregorius Papa ad Felicem. Nec eam quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugio ducere nulli Christianorum licet, vel licebit: quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis Deo, & cunctis bonis hominibus. Incestuosus vero in nullo coniugij nomine computandos a sanctis patribus statutum esse legimus. Vbi Gratianus. natura videlicet ordine, si vero extraordinarie non sic. Ait enim Urbanus Papa secundus. Gratiano Neapolitano. Extraordinaria pollutio non nisi in naturalibus admittitur, vel sæpius reiterata circa maritalem affectum, si præbitis sacramentis ita esse constitit, quemadmodum nobis tuis designatum est licetis, non videtur matrimonium impedire, quamuis ipsa sit criminosa, & damnabilis.

De Crimine adulterij. Cap. XXXVII.

Causa 36. questione prima. Adulterium est alieni thori violatio, vnde adulterium dicitur quasi ad alterius thorum accessio. Causa 32. questione septima. August. Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu. Item ex epistola Clementis. Quid in omnibus peccatis grauius est adulterio? secundum namque in penis obicitur locum, quoniam primum quidem illi locum habent, qui oberrant a Deo, etiam si sobrie vixerint. Ibidem questione quinta. Ambrosius in exameron. Comparem suam equus diligit, & si mutetur alius iugum trahere nescit, tu coniugalem tuum repudias, & sepe mutandum putas. Item questione quarta. capitulo nemo blandiatur. Non hoc solum est adulterium cum aliena coniugem peccare, sed omne quod non habet potestatem coniugij, id est quod extra coniugem suam committitur. Grauius tamen est crimen, ubi celebrati coniugij iura temerantur, & vxoris pudor soluitur, ac lex diuina, gratiaque violatur. Vnde respondit dominus Abimelech. Peperci tibi ne peccares in me. &c. ubi cognoscimus Deum velut præfulsum, ac eustodem esse coniugem, qui non patitur alienum thorum polui. Augustinus ad Claudium, contra Iulianum. Sic non sunt facienda adulteria, etiam voluntate filios generandi, quemadmodum nec furta facienda, etiam voluntate pascendi pauperes sanctos. Item Augustinus de bono coniugij. Sicut sanctius, alias fatius, est mori fame, quam idolatriæ vesci, ita fatius est defungi sine liberis, quam ex illicito concubitu stirpem querere. Vadeconque autem homines nascantur, si parentum vitia non sectentur, & Deum recte colant honeste, & salui erunt, semen enim hominis est qualicum-

que homine Dei creatura est, & male videntibus male erit. Ex summa de casibus. Laico adulteranti septem annorum penitentia, presbytero vero multo grauior. Extra quinta de adulteriis: Alexander tertius. Significasti nobis quendam presbyterum cum alterius coniuge intra ecclesiam dormiuisse, cumque negante adultero mulier in confessione publice persistat. Man. qua. condignam penitentiam imponens, adulteræ, & ecclesiam per aquæ benedictæ resperktionem reconciliare procures: prædicto autem sacerdoti cum vicinis presbyteris, quos se nolle peccare noneris, iuxta arbitrium tuum purgationem indicas. Quod si purgare se poterit, in officio suo ministrare permittas. Alioquin ipsum ab officio suo suspendere non postonas.

Qualiter antiqui patres excusantur a culpa adulterij. Cap. XXXVIII.

Causa 32. questione tertia. Gratianus. Nequaquam vero Abraham, aut Iacob deliquerunt, quia præter vxores filios ex ancilla quæserunt, nec tamen illorum exemplo præter coniugale debitum secunditatem in aliqua licet alicui querere, cum illorum coniugia nostrorum æquantur, vel præferantur virginitati, & immoderatus vsus coniugij nostri temporis, turpitudinem fere imitetur fornicationis illius temporis. Vnde Ambrosius scribit in libro Patriarch. Considera, quod Abraham ante legem Moyse & ante Euangelium fuit, nondum ergo interdictum adulterium videbatur. Penam criminis ex tempore legis est, quæ crimen inhiabit, nec ante legem nulla rei est damnatio, sed ex lege. Non ergo in lege commisit Abraham, sed legem præuenit. Deus autem in Paradiso coniugium laudauerat, non adulterium damnauerat. Habes primam Abraham defensionem. Secunda illa est, quod non ardore aliquo vagæ succensus libidinis, non peccantis formæ captus decore, ancilla contubernio coniugalem posthabuit thorum, sed studio querendæ posteritatis, & propagandæ sôbolis. Adhuc post diluuium raritas erat humani generis, erat etiam religio, ne quis non reddidisse videretur debitum naturæ. Denique & Ioth sancti filii hæc causam querendæ posteritatis habuerunt, ne genus de ficeret humanum, & ideo publici muneris gratia, priuam culpam præterit. Item Hierony. Quis ignoret sub alra dispersione Dei omnes retro sanctos fuisse eiusdem meriti, cuius non sunt modo Christiani. Quoniam autem Abraham placuit Deo in coniugio, sicut nunc virgines placent Deo in castitate. Seruauit ille legi & temporis suo, seruauit, & nos legi & temporibus nostris, in quo fines seculorū deuenerunt. Item Augustinus. Obijciuntur Iacob quatuor vxores, quod quoniam mos erat, crimen non erat, sic Patriarchæ coniugibus excipiebantur semen suum miscebantur, non concupiscentia perscendæ voluptatis, sed prouidentia propagandæ successiois.

Qualiter a culpa adulterij plerunquo excusatur ignorantia facti. Cap. XXXIX.

Causa 34. Quidam in captiuitatem ductus est, & postea vxor eius audiens illum mortuum, nupsit alij, deum ille rediens reperit vxorem suam. Queritur an illa sit rea adulterij, & an sit cogenda recedere a secundo, & redire ad primum? Vtraque questio terminatur auctoritate Leonis Papæ, qui scribens Nicetæ Aquileg. episcopo ait: Si viri post longam captiuitatem reuerit, ita in dilectione suarum coniugum perseuerant, vt eas cupiant redire in suum confortium, obmittendum est, & inculpabile iudicandum est, quod necessitas intulit, & restituendum quod fides poscit. Omniumque studio procurandum est, vt recipiat vnusquisque quod proprium est, nec tamen culpabilis iudicetur, non tanquam alieni viri persuasor habeatur, qui personam eius mariti, qui iam non esse æstimabatur assumpsit. Sin autem alique mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ, vt maluerint his coherere, quam ad legitimum redire confortium, merito sunt notandæ, ita vt ecclesiastica communione priuentur, quod de re contaminabili contaminationem criminis elegerunt: ostendentes sibi met per suam incontinentiam placuisse, quod iusta remissio poterat expiare. Augustinus in libro de fide, & operibus. Si virgo ne sciens viro nupsit alieno, hoc si semper nesciat, nunquam ex hoc erit adultera. Si autem sciat iam ex hoc adultera esse se incipit, ex quo cum alieno sciens cubauerit. Sicut in iu



re praediorum tantum quisquis bonae fidei possessor recte dicitur, quando se possidere ignorat alienum. Cum vero sciat, nec ab aliena possessione recesserit, tunc male fidei possessor perhibetur, & tunc iuste iniustus vocabitur. Gravius. Sic & ignorantia excusat eum, qui nesciens dormiuit cum sorore uxoris suae. Vnde in concilio Triburien. legitur: In lectum mariti absente soror iuit uxoris, quam ille uxorem suam putans esse, dormiuit cum ea. Super hoc visum est, si ipse per seculitatem veram hoc probauerit, quod in seculo fecerit hoc scelus, poenitentiam quidem, quae sibi iudicata fuerit agat, legitimum suum coniugium habere permittatur. Illa vero vindicta digna affligatur, & in aeternum coningio priuetur. Gratianus. De simpliciter vero fornicationibus, vel cum duobus fororibus, vel cum matre & filia, vel cum patre & filio, idem accipiendum est, vt ignorantibus coniugia non negentur, scientibus perpetuo prohibeantur.

Quod Vxor in adulterio permanens, non sit retinenda. Cap. XL.

Iohannes Chrysostomus super Math. Sicut crudelis, & iniustus est, qui castam dimitit uxorem, sic fatuus est, & iniustus, qui retinet meretricem. Patrons enim est turpitudinis, qui celat crimen vxoris. Idem Iohannes Chrysostomus. Si quis uxorem suam inuenit adulteram, & postea deinceps placuerit eam habere, in matrimonio, & duobus annis poeniteat. Ideo quia cum adultera commixtus sit, quae adhuc crimine suo non est purgata: aut abstineat se a matrimonio eius, donec expleatur satisfactio terminis poenitentis suae. Ideo quia post satisfactionem poenitentiae suae non meretur vocari adultera. Similiter si vxor virum suum inuenit adulterum, non ad imparia iudicantur. Item ex poenitentiis Theodori: Si quis uxorem suam scit adulteram, & non vult dimittere eam, sed habere in matrimonio, tres annos poeniteat, & quando illa poenitit, abstineat ab illa. Gratianus: Subaudiatur nisi ab adultera mulier recedere voluerit, quo casu vir uxorem recipere potest, nullum periculum ei libellaturus. Augustinus ad Pollentium libro secundo. Quod tibi dorum videtur, vt post adulterium reconcilietur coniunx, si fides assit, non erit durum. Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos credimus, vel baptisate ablutos, vel poenitentia esse sanatos. Haec crimina in veteri lege de nullis sacrificijs mundabantur, quae in lege noui testamenti sine mundatione legali mundantur. Et ideo tunc omnino prohibitum est ab alio contaminatam accipere uxorem. Nunc autem postquam Christus ait: Adulter, Nec ego condemnabo te, vade & deinceps noli peccare, quis non intelligat maritum debere ignorare, quod videt ignouisse Deum ambo, nec iam se debere adulteram dicere, cuius poenitentis crimen delemm est a Deo. Gratianus. Quod si in adulterio perseuerare elegerit, turpitudinis & lenocinij reus maritus habebitur, nisi eam ream aduicrij facere voluerit.

De Accusatione adultera. Cap. XLI.

EX summa de casibus. Accusatio de adulterio, quando agitur ad separationem thori, & relaxationem mutuae seruitutis, magis prope dicitur accusatio, quam illa de qua dictum est supra. Quoniam ista fit propter adulterij crimen, & fit inscriptione. Item licet tam secundum canones, quam secundum leges quilibet bonae famae admittatur ad accusationem adulterij, cum ad poenam agitur legalem, vel canonicam infligendam; ad illam tamen accusationem matrimonij, quae fit propter adulterium commissum, cum agitur ad thori separationem nullus admittitur, nisi maritus, vel vxor. Itaque maritus volens accusare uxorem de adulterio coram iudice seculari ad poenam legalem, debet inscribere, id est libellum accusationis facere, & ad poenam rationis se obligare, sed si coram ecclesiastico iudice vult eam accusare ad thori separationem, tenetur ei dare libellum accusationis, sed non debet se obligare ad poenam rationis; quoniam siue probaret quod obijceret, siue non, haberet quod veller, id est priuaretur vxoris amplexu. Et nota quod in hac accusatione, sicut in reliquis casibus matrimonialibus, potest maritus agere, & illa respondere per procuratorem, quamuis securus in praesentia principalium personarum ageretur. Quod autem maritus potest accusare, & dimittere uxorem propter fornicationem & conuer-

so, ista causa extenditur ad fornicationis suspicionem. Quod intelligo, vbi adeo est violenta suspicio, vt merito illa probata, videatur etiam probata fornicatio. Verbi gratia, si probatum est, quod i fuit solus cum sola, nudus cum nuda, loco, & hora secretis. Nam vbiunque fornicatio, vel fornicationis huiusmodi suspicio fuerit, libere vxor dimittitur. Idem credo quod extenditur ad crimen Sodomiticum, ut propter illud possit vxor dimittere uirum, & econuerso. Idem intelligendum est de spirituali fornicatione. Verbi gratia, si maritus uel vxor incidat in haereticum, Iudaicum, uel genitalem errorem. Est tamen differentia in hoc, quia propter fornicationem carnalem semel commissam potest uir dimittere uxorem, uel vxor uirum, propter fornicationem autem spirituales non potest, si uelit se corrigere. Extra quinto de adulteris. Ex concilio Parisien. Maritus etiam ex suspitione uxores accusare permittitur est, & ipsi plus caeteris de adulterio, & accusare possunt, & defendere.

De Replicationibus, uel exceptionibus mulieris. & effectibus accusationis. Cap. XLII.

Vnt tamen septem casus, in quibus vxor adultera non potest accusari a uiro. Primus si ipse conuincitur fornicari. Secundus si ipse profuitur. Tertius est cum ipsa crederet uirum defunctum & nupsit alij, quia maritus rediens tenetur eam recipere, non obstante tali adulterio, nisi fuerit sciens tunc secundo marito, postquam primus uenit. Quartus si cognita fuerit latenter ab aliquo, quem crederet esse proprium uirum. Quintus si fuerit ui oppressa, hoc autem intelligo de ui absoluta, nam si metu, uel praecocepto parentum, instantia consanguineorum, uel alia consimili causa fornicaretur cum aliquo, etiam contrahendo cum illo de facto, non excusaretur. Sextus est quando reconciliatur eam sibi post adulterium commissum, uel eam publice adulterantem retinet in consorcio maritali. Septimus est, licet raro occurrat, quod si aliquis fidelis coniugem infidelem dimittat, dato sibi libello repudij, & illa nubat alij secundum ritum suum, si ipsa conuertatur ad fidem, ipse tenetur eam recipere, non obstante quod sit ab alio cognita cui se coniunxerit, nisi aliter fuerit fornicata: Sed pone, quod vir adulteratus est occulte, vxor manifeste, nunquid potest uir eam accusare, & per sententiam dimittere sine peccato? Credo quod non, quia non deficit uxori ius excipiendi, sed probatio. Si tamen uir excipisset poenitentiam, & uxorem non uellet agere poenitentiam, si perseueraret in adulterio, credo quod sine peccato possit eam accusare, & dimittere per sententiam. Sed nusquid vxor adultera post sententiam potest repellere uirum ab accusatione, uel econuerso uir uxorem? uidetur quod sic, quia sicut ait Gregorius. Non despicit debet in eo quod fuit, quia iam incipit esse quod non fuit. Credo tamen contrarium, quia poenitentia non tollit ius accusandi, uel excipiendi, uel replicandi in foro iudiciali, uel contentioso. Eff. etus igitur huiusmodi accusationis est, quod si maritus probat quod intendit, uel mulier hoc eam fitatur, nisi mulier replicet contra eum aliquem de praedictis septem casibus, absoluitur ab eius cohabitatione, & a seruitute qua sibi tenebatur, & habitum religionis canonicam sumere potest, & in seculo sine ea uiuere potest: sed tamen continere tenetur, quando illa uiuit.

De Viro adultero repellendo. Cap. XLIII.

Gratianus. Causa trigesima secunda. quaestione sexta. Quaeitur si adulter possit dimittere uxorem causa fornicationis? non enim uidetur quod eodem crimine in seclus, alium de eodem punire possit. Vnde cum Iudaei adulteram accusarent, aequitatis sententiam a domino acceperunt: Quicumque uestrum sine peccato est, primus in illam lapidem mittat. Hinc etiam Augustinus scribit libro primo de ser. domini in monte: Nihil iniquius est, quam causa fornicationis dimittere uxorem, & si ipse conuincitur fornicari. Quapropter quisquis fornicationis causa uult dimittere uxorem, prior debet esse a fornicatione purgatus. Quod similiter de femina dixerim. Idem de uerbo domini. Quis uiuens est, qui non castam uelit ducere uxorem, intactam queris, intactus esto. putam quatuor, purus esto. Idem de decem chordis: Non machaberis, id est non ibis ad aliquam praeter uxorem tuam. Tu autem exigitis hoc ab vxore

vxore tua, & non vis hoc reddere vxori. Et cum debeas in uirtute praecedere uxorem tuam, quoniam castitas uirtus est. Tu sub vno impetu libidinis cadis, & vis uxorem tuam uictricem esse, & tu uictus iaces. Et cum tu caput vxoris sis, praecedit te ad Deum, cuius caput es. Vis tuam domum capite deorsum pendere. Caput enim mulieris uir est, ubi autem mulier uiuit mulier quam uir, capite deorsum pendet domus. Si caput est uir, melius debet uiuere quam mulier, & praecedere debet in omnibus bonis factis vxorem. Idem de adulteris coniugij? Indignantur mariti, si audiant adulteros uiros pendere similes adulteris feminis penas, cum tanto grauius puniri oportuit eos, quanto magis ad eos pertinet, & uirtute vincere, & exemplo regere feminas. Ibidem q. 9. Inno. Papa: Christiana religio adulterium in utroque sexu pari condemnat ratione. Sed uiros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt, & ideo mulieribus, prodito eorum crimine, uenia denegatur, uirorum autem latente commisso, non facile quisquam ex suspicionibus abstinere, qui utique submouebitur, si eius flagitium detegatur. Cum enim par causa sit, interdum probatione cessante, vindictae ratio conuenit. Extra 5. de adul. l. in. iij. Cui autem paria crimina compensatione mutua deleatur, uir fornicarius, fornicationis obtenta, suae vxoris nequit consortiū declinare.

De Adultera dimissa. Cap. XLIII.

Causa 32. q. 1. Hiero. Sola fornicatio est, quae vxoris uincit affectum. Imo cum illa uiam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione a marito separauerit, non debet teneri, ne uirum quoque sub maledicto faciat, dicente scripura: Qui tenet adulteram, stultus & impius est. Et quia non poterat accidere, ut alius calumniam faceret innocenti, & obsecundam copulam nuptialem, veteri copulae crimen impingeret, sic priorem dimittere iubetur vxorem, vt prima uiuent, secundam non habere. Idem q. 7. Gratianus: Manet enim inter eos quoddam uinculum coniugale, quod nec ipsa separatione soluitur. Vnde Aug. in lib. de bono coniugali: Tantum ualeat uinculum sociale, vt cum causa procreandi dissoluatur. Postest enim homo sterilem dimittere uxorem, & ducere aliam, de qua filios habere, & tamen non licet. Idem. Manet inter uiuentes quoddam uinculum coniugale, quod nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre, sicut copulata anima, uelut de coniugio Christi recedens, etiam fide perdit, sacramentum fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit. Redderetur enim proculdubio redeunt, si amisset abscedens. Habet autem hic qui recessit ad eumulum supplicij, non ad meritum praemij. Extra ubi supra. Si uir sciens uxorem suam deliquisse, quae non egerit poenitentiam, sed permanserit, & in fornicatione uixerit, cum illa reus erit, & eius peccati particeps. Quod si mulier dimissa egerit poenitentiam, & uoluerit ad uirum reuerti, debet sed non sepe recipere peccatricem. Ex summa de ea. Pone, q. lata est sententia diuorij, & separationem thori, propter adulterium vxoris, postea uir adulteratur. Quaeitur uirum, mulier possit ipsum repetere, non obstante sententia. Solutio. Dicunt quidam q. non, & credo ueram esse de iuris rigore, iudex tamen ex officio suo, debet illum cogere redire ad vxorem. Item pone, q. uir uult eam reconciliare sibi post sententiam, illa non uult, nunquid est cogenda, an peccat si non redat? Videtur mihi, q. si uir innocens est, quia non peccauit adulterando, potest petere illam, etiam inuitam, sibi reconciliari, non obstante sententia: quia quod fauore meo introductum est, in damnum meum tetorqueti non debet.

De Adulterio coniugio. Cap. XLV.

Causa 32. q. 2. Aug. in lib. de bono coniugali: Solet quaeri cum masculus, & femina, nec ille maritus, nec illa vxor alterius, sibi mer non filiorum procreandorum, sed propter incontinentiam, solius concubitus causa copulantur, ea fide media, vt nec ille cum altera, nec illa cum altero hoc faciat, utrum nuptiae sint uocandae: Et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari connubium, si uis que ad mortem alicuius eorum, inter eos placuerit, & prolis generationem, quamuis non ea causa coniuncti sunt, tamen non uitauerunt, vt uel nolint sibi nasci filios, uel etiam aliquo opere malo agant ne nascantur. Caeterum, si uel utrumque, uel unum horum desit, non inuenio quemadmodum has nuptias appellare possimus. Idem de nuptijs, & concupiscentijs. Aliquando eoque peruenit haec libidinosae crudelitas, uel libido crudelis, vt est sterilitatis uenena

procurer, & si nihil ualuerit, conceptus fetus intra uiscera aliquo modo extinguant aut fundant, uolendo suam prolem prius interire, quam uiuere. Aut si in utero uiuebat occidit antequam nasci, prorsus si ambo tales sint, coniuges non sunt, & si ab initio tales fuerunt, non sibi per connubium, sed per stuprum potius conuenerunt. Si autem ambo non sunt tales, a deo dicere, aut illa quodammodo est mariti meretrix, aut ille adulter vxoris. Hiero. Origo quidem amoris honesta erat, sed magnitudo deformis, nihil interest ex quam honesta causa quis infaniam. Vnde & Sextus Pythagoricus adulter est, in sua vxore ardētior amator. In aliena quippe vxore omnis amor turpis est, & in sua nimis. Sapiens iudicio det amare coniugē, non affectu. Non regnet in eo uoluptatis affectus, uel impetus, nec praecipit feratur ad coitum: nihil enim sedius quam vxorem amare, quasi adultera, &c. Item require plenius sup. in li. de Aethiomatica.

De Stupro. Cap. XLVI.

Gratianus. Causa 36. q. 1. Stuprum aut proprie uirginis est illicita dehoratio, qn uidelicet non praecedente coniugali actione utriusque uoluntate uirgo corrumpitur, patre inuicem ad animam statim post cognitionem non reuocante. Extra 5. de adulterijs, & stupro. In Exodo legitur. Si seduxerit uirginem nondum desponsatam, dormieritq; cum ea dotabit eam, & habebit in vxore. Si uero pater uirginis dare noluerit, reddat pecuniam iuxta modum dotis, quam uirginis accipere consueuerit. Item Greg. Felix uirginem, quam stupro decepta, habeat uxorem, aut si renuendum, uel renuendum putauerit, corporaliter castigetur, & excoicatus in monasterium, in quo agat penam, retrudatur, de quo nulla sit ei sine peceptione nra egrediendi licentia. Ca. 32. q. 3. Hiero. ad Eustochium. Cautene qn dicat de te. Deus. Virgo Israel cecidit, & non est, qui suscitauerit eam. Audenter dicam, eam oia possit Deus, suscitare non potest uirginem post uinam, ualeat quidem liberare de pena, sed non ualeat coronare corrupta, perit aut, & mēte uirginitas, nam qui uiderit inquit mulierē ad concupiscendā eā, iam nechatu est eā in corde suo, &c. Itae sunt uirgines malae, uirgines carne non spiritu, uirgines stultae, quae oleū non hāntes excluduntur a sponso. Rectius fuerat hominem subisse coniugium, & ambulasse per plana, q ad altiora tendentē in profundū inferni cadere.

De Fornicatione. Cap. XLVII.

Gratianus. Causa 31. q. 1. Fornicatio licet uideatur esse genus cuiuslibet illiciti coitus, qui fit extra uxorem legitimum, tamen specialiter intelligitur in usu uiduorum, uel meretricum, uel concubinarum. Idem in causa 32. q. 4. Simplex etiam fornicatio in sacra scriptura prohibetur. Vnde Aug. in quaestionibus Deuteronomij. Meretrices esse, & ad meretrices accedere prohibet dominus, quarum publice uenalis est turpitudine. Item Hiero. Voluptates autem, quae de meretricum amplexibus capiuntur, in vxore etiam sunt damnatae. Ibidem q. 7. Isidorus. Omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur, quae uis quisque diuersa turpitudinis uoluptate proficitur. Ex delectatione enim fornicandi, varia gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, vt homo a Deo separetur. Inter caetera septem uitia, uicium fornicationis maximi sceletis est, quia per carnis immunditiam, templum Dei uolatur. Sunt autem quaedam scilicet mulieres, quae sicut animalia, absque ulla discretione indefinenter libidini seruiunt, quas ego, nec mutis peccudibus comparauimus: pecora enim cum conceperint, uita non indulgent maribus copiam sui.

De Non ducenda meretrice. Cap. XLVIII.

Acto. Nota q. publice meretrices, quamdiu talis manent, oblationes non debent recipi, nec ipsa in coniugium duci, Causa 32. q. 1. Quod autem meretrix in coniugem duci non debeat, multis auctoritatibus probatur, & rationibus. Illa enim quae adulterij rea conuincitur, nisi post praetam poenitentiam in coniugij consortio retineri non potest, vt. s. superius iam probatum est. Non ergo multo minus in coniugium duci licebit, cuius pudicitiae nulla spes habetur, det. n. inter coniuges fides seruari, & factm, quae cum defuerint, non coniuges, sed adulteri appellantur. Cum ergo in meretrice (vt dicimus) nulla sit spes fidei, nec caritudo pudicitiae, patet q. non est in coniugium ducenda. Sed obijciunt Raab, Hierochontina quauis meretrix esset, in principi de tribu Iuda in coniugio est copulata, de qua et Christus postea nasci dignatus est. Olee quoq; duodecim prophetarum primus, ex praecocepto dñi choro ordei meretricem

reticem emitt, quam sibi in coniugium copulavit. Sed aliud est meretricem ducere, vel adulteram retinere, quam tua consuetudine, castitate, & pudicitia exornes, atque aliud aliquam earum habere, quam nullo pacto a luxu carnis sue reuocare valeas: hoc enim penitus prohibetur, illud laudabiliter factum legitur. Vnde Hiero. super Osee lib. 1. Non est culpandus Osee Propheta si meretricem duxit, quam ad pudicitiam conuertit, sed potius laudandus, quod ex mala bonam fecit.

De Crimine Sodomitico. Cap. XLIX.

Idem q. 7. Aug. de adulteris in coniugijs. Adulterij malum vincit fornicatione, vincitur autem ab incestu. Peius est enim cum matre, quam cum aliena vxore concubere, sed omnium horum est pessimum, quod contra naturam fit, vt si vir membro mulieris non ad hoc concessio voluerit. Vnus enim naturalis, si ultra modum prolabitur, in vxore quidem est veniale, in meretricem damnabile. Ille qui contra naturam est, execrabiliter fit in meretricem, sed execrabilius in vxore. Tantum enim valet ordinatio creatoris, & ordo creaturae, vt in rebus ad vtendum concessis, etiam cum modus exceditur, longe tolerabilius sit, quam in eis quae concessa non sunt, vel vana, vel rarus excessus. Idem in lib. confes. iij. Flagitia quae sunt contra naturam, vbi quae ac semper repudianda ac puniendae sunt, qualia Sodomitarum fuerunt, quae si omnes gentes facerent, eodem crimine reatu diuina lege tenerentur. Quare non sic fecit homines, vt se illo vterentur modo. Violatur quippe ipsa societas, quae cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cuius ipse actor est, libidinis peruersitate polluitur. Ambrosius in lib. de patriar. Offerebat sanctus Loth filiarum pudorem, nam est illa quoque flagitiosa impuris erat, tamen minus erat secundum naturam coire, quam contra naturam delinquere. Hiero. contra Iouinianum. Vnus naturalis, & licitus est, sicut in coniugio, & illicitus sicut in adulterio. Contra naturam semper illicitus, & proculdubio flagitiosior atque turpior, quem sanctus Apostolus in masculis, & foeminis arguebat, damnabiliores volens intelligi quam in vsu naturali. si vel adulterando, vel fornicando peccarent. Ex summa de ca. Ex praedicta sententia Aug. quia dicitur adulterij malum, &c. Patet, quod peccatum contra naturam longe maius crimen est, quam agnoscere matrem. Item quam sit detestabile, patet per poenam Sodomitis infligendam. Item hoc peccatum specialiter clamat vindictam ante dominum. Item tales sunt aduersarij totius caelestis curiae, destructores humani generis. Quocumque autem modo tale factum exerceatur, praeterquam inter hominem scilicet matrem, & foeminam ordinate, & in vase debito, vitium contra naturam, & Sodomiticum iudicatur. Item quia non solum actus, sed etiam ipsa prolatio os loquentis, aures audientium, & ipsa quodammodo poluit clementia.

De Crimine rapinae. Cap. L.

Actor. Disto de criminibus, quae in corpus proximi committuntur, restat de illis, quibus eidem in rebus suis nocetur. Et primo de Rapina dicendum. Est autem rapina, siue rapacitas, improba, & violenta extorsio rei alienae, & huiusmodi delicto datur actio contra raptorem, quae vocatur, Actio de vi bonorum raptorum. Haec intra annum a tempore factae rapinae, datur contra raptorem, in quadruplum, siue comprehensus datur in ipso delicto, siue non, sed in quadruplo isto res continetur, sicut & in furto manifesto, vt poena sit triplex tantum. Insuper vbi sup. 4. lib. Is apud quem furtum inuenitur, concepti furti actione tenetur. Oblatum furtum dicitur, cum res furta ab alio oblata est, eaque apud te concepta sit: vt quae si ea mente tibi data fuit, vt apud te potius, quam apud alium qui dedit conceperetur, tibi, apud quem concepta est, aduersus eum qui obtulit, quis fur non sit, constituta est actio, quae appellatur oblata. Ex summa de ca. Committitur autem crimen rapinae proprie, cum per violentiam, vi, & aperte res alienas quis rapit vnde eumque, excepto loco sacro, vel re ecclesiastica, quia tunc committitur sacrilegium. Poena raptoris rerum est triplex, quae in annum ponitur in quadruplum, post annum in simplum, in quadruplo autem ipsa res continetur, & hoc si agitur civiliter contra eum. Si vero criminaliter per vim priuatae, siue armis illata, deportatur in insulam. Poena canonica est multiplex. Primo, vt excoecetur, non solum a suo episcopo, sed et ab illo in cuius episcopatu rapinae fecit. Extra. 5. de rapto. Ex concilio. Mel den. de illis autem qui de loco ad locum iter faciunt, & ibi rapinas, & depredationes faciunt, placuit, vt ab illius loci prelo excoecentur, nec ante ex parrochia illa excant, quam digne, quam perpetrarunt, emendent. Quorum excoecatio proprio episcopo significanda est, ne

eos recipiat antequam illuc redeant, vbi rapinae fecerunt, & oia plenè emendent. Eugenius iij. Quicumque ex his, qui violenter furta fecerunt in rapina, siue violator ecclesiarum fuerit deprehensus, nisi prius ablata restituar, si poterit, vel emendandi poenam, & firmam securitatem fecerit, poenitentiae beneficium ei penitus denegatur. Si vero vsque ad obitum in contumacia sua durauerit, & in extremis positus remedium poenitentiae humiliter postularit, si emendationem, vel emendandi securitatem praestiterit, ei poenitentia, & sepultura ecclesiastica concedatur. Qui autem in auitate obstinatus mente non poenituerit, vel emendauerit, & in morte securitatem emendandi postulare nequiter, solennitas poenitentiae parum prodesse videtur, sicut credimus. Sed de poenitentia viaticum contrito corde non negatur, ita tamen vt nullus clericorum sepulturae illius interfit, nec eius elemosynam praesumat accipere. Quod si presbyterorum quicumque, vel clericorum contra hoc in vita, vel in morte poenitentias dare, aut sepulturae interesse, vel eorum elemosynas recipere attentauerint, seu huiusmodi rapinae participes inuenti fuerint, ordinis sui damnationem irreuerabilem patiantur, & ecclesiastico beneficio careant.

De Pradonibus, & incendiarijs. Cap. LI.

Ex summa de ca. Prædo dicitur duobus modis. Nam prædo est, qui alios iniuste prædatur, vt sunt qui viatoribus auferunt sua. Et est prædo miles, qui quaerit ultra stipendium sibi assignatum. Causa 23. q. 1. Augustinus de verbis domini. Militare non est delictum, sed pro prædando militare, &c. Require super in lib. de politica, tractatu de militia. Ex summa de ca. Poena prædonis eadem est, quae & raptoris, cum verus raptor dici possit, vt prædo continetur sub raptore, tanquam species sub genere. Et ita quos per facinus conuincunt, & æqua poena debet similibus comitari. Incendiarius dicitur, qui incendit auctoritate propria ciuitatem, vel villam, vel mansum, vel fegetem, vel rem similem malo studio, siue pro odio, siue pro vindicta. Si autem faceret iussu eius, qui habet potestatem incendiandi bellum, non in dicarem eum incendiarium, sed salua distinctione, quam dicam infra. Frater V. Haec est illa secundum quam distinguitur, vtrum sit bellum iustum, vel iniustum, & vtum contra innocentes, & reos. Et secundum quam distinguitur inter habentem malam fidem, & bonam. Et exponere quod dicit, qui incendit, supple aut incendi facit, aut incendiarijs consilium & auxilium scienter impendit auctoritate propria, cum non habeat ius mouendi bellum, vel incendiandi. Mansum idest, manerium alienum, nam si aliquis propriam suam domum, aut fegetem incenderet, licet peccaret re sua abutendo, non teneatur poena incendiarij, nisi dolo malo hoc faceret scilicet, vt per incendiam rei suae, aliena bona incendere.

De Poena incendiarij, & primo ecclesiarum. Cap. LII.

Ex summa de ca. Poena incendiarij secundum leges est, vt qui dolo ignem apposit, igne cremetur, & ipse aut capite puniatur. Secundum canones autem multiplex est poena. Nam omnis incendiarius ecclesiarum, vel locorum religiosorum, vel coemeterij, vel spatij priuilegiati in circuitu ecclesiae, est excommunicatus ipso iure, maiori excommunicatione. Licet quidam dicant, quod minori tantum, qui etiam, postquam fuerit denunciatus, non poterit absolui nisi a Papa. Frater V. Denunciatus nominatim, secundum quosdam idest, expresso nomine, secus vt dicitur in generali. Aut quando nescitur quis commiserit incendium, aut etiam quando scitur, sed non infertur excommunicatio, nisi in generali, sub hac forma. Excommunicamus omnes illos, qui hoc incendium fecerunt. In quo casu dicitur eum taliter denunciari, in generali posse absolui ab episcopo loci. Sed vt videtur a solo Papa est absoluentus, praesertim cum dicat H. & iurisperiti, quod quando fertur sententia sub hac forma. Nos excommunicamus omnes illos, qui hoc, vel illud fecerunt, omnes intelliguntur nominatim excommunicati, quia & si non sit ibi expressio nominum, exprimentur tamen per facti circumstantiam. Credo etiam, quod Papae referenda est hæc absolutio, a quocumque iudice ecclesiastico, siue Episcopo, siue Archidiacono fiat hæc denunciatio, aut etiam a simplici sacerdote, si habeat de consuetudine potestatem excommunicandi, & denunciandi in tali casu. Magister enim non distinguit hic, quo fiat ista denunciatio, nec decre. extra. de senten. excom. tua. Quod autem dictum est de incendiarijs, intelligas etiam de effraactoribus ecclesiarum, qui similiter ipso iure sunt excommunicati, & a Papa absoluenti. Similiter cum quis violentiam multum enormem committit in ecclesia, diruens altare, vel frangendo

frangendo Crucem, vel enormiter trahendo corpus Christi, vel similia, ipso iure est excommunicatus, licet non frangat ecclesiam, tamen absolui potest ab episcopo. Extra. 5. de raptoribus, & pradonibus incendiarijs. Alexan. iij. Claremonten. episcopo. In literis tuis continebatur, quod multis criminibus fuisse irretitus, qui ecclesiarum exitium, vel incendium, diabolo instigante, commiserat, tandem in agnitione constitutus, accepta poenitentia de commissis, per manum capellani tui, fuit a sententia excommunicationis absolutus, sed moriens ecclesiastica sepulturam habere nequirit. Man. vt eius ossa facias in cimiterio sepeliri, & hæredes eius moneas, & compellas, ut quibus ille per incendium, vel alio modo damna contra iustitiam irrogauerat, iuxta facultates suas condigne satisfaciant, vt sic a peccato valeat liberari. Causa. 1. r. q. 3. Ex concilio. Aurifacio: Ga nonica instituta, & sanctorum patrum exempla sequentes, ecclesiam Dei violatores, auctoritate Dei, & iudicio sancti spiritus, a gremio sanctæ matris ecclesiae, & a consortio totius Christianitatis eliminamus, quousque respiciant, & ecclesiae Dei satisfaciant.

De poena incendiarij caeterorum locorum. Cap. LIII.

Ex summa de ca. Incendiarii vero aliorum locorum, non sunt ipso iure excommunicati, sed excommunicandi. Frater V. Et isti postquam sunt denunciati, nihilominus poterit absolui a suis episcopis. Quidam tamen dixerunt, quod isti a solo Papa absoluenti sunt, sicut incendiarii sacrorum locorum, per illam decre. extra. de senten. excom. tua. quae non distinguit inter incendiarios sacrorum locorum, & priuatorum. Sed magistri intelligunt illam de incendiarijs sacrorum locorum tantum secundum quod dicitur in q. 3. canonica. Illud autem. 17. q. 3. omnes, ubi quod dicitur de excommunicatis, qui sacrilegia committunt in ecclesia, restringunt ad solos incendiarios sacrorum locorum, & fractores ecclesiarum, multum committentes enormia, vt dictum est, nec excusari metus, & coactio quocumque conditionalis, quin incidat in canonem, qui incendit sacrum locum, & qui sic excommunicatus, qui incendit priuatum etiam vici. Quo ad peccatum autem morale metus huiusmodi excusat, non a toto, sed a tanto. Ex summa de casibus. Tamen omnes habentur excommunicati in quibusdam partibus, vt in Teutonia ratione consuetudinis, quam Papa scit, & tolerat. Vtrum autem sola consuetudo absque sententia, vel constitutione possit facere, quod quis reuera sit excommunicatus, disputationi relinquo. Frater V. Reuera siue sententia, vel constitutione tacita, vel expressa non potest, sed intelligendum ex quo Papa, & prelati ecclesiae, tales reputant excommunicatos, constitutione super hoc edita, & ita lata est constitutio, vel sententia vera, vel praesumpta. Ex summa de ca. Item debet incendiarius poenitere per tres annos. Item non solum incendiarij, qui ignem apposuerunt, sed etiam qui mandauerunt, vel dederunt consilium, auxilium, vel consensum, debent excommunicari, vt quae ad satisfactio nem. Causa. 3. q. 8. Inno. Papa: Si quis malo studio, siue pro odio, siue pro vindicta ignem apposuerit, vel apponi fecerit, vel appositoribus consilium, vel auxilium scienter tribuerit, excommunicatur, & si mortuus fuerit incendiarius, Christianorum careat sepultura, nec absoluitur, nisi prius damno cui intulit, secundum facultatem suam restituerit, & iuret se vltimum ignem non appositum, poenitentia autem ei detur, vt in Hierosolymis, aut in Hispania in seruitio Dei per annum integrum permaneat. Si quis autem archiepiscopus, vel episcopus hoc relaxauerit, damnatum restituat, & per annum ab officio episcopali abstinat.

De Rapina commissa in rebus ecclesiae. Cap. LIIII.

Causa. 12. q. 2. Stephanus Papa: Qui Christi pecunias, & ecclesiae auferat, fraudat, & rapit, vt homicida in conspectu iudicis deputabitur. Item Greg. vij. Quicumque militum, vel cuiuscumque ordinis, vel professionis persona ecclesiastica, praedia a quocumque Rege, vel seculari principe, vel ab episcopis inuitis, seu abbatibus, aut aliquibus ecclesiarum rectoribus inuaserit, vel eorum consensu reuenerit, nisi eadem praedia ecclesijs restituerit, excommunicationi subiaceat. Gratianus: Quae vero poenitentia huiusmodi inuasoribus, atque pradonibus, qui vasa sacra, & reliqua diuino cultui dedicata, pollutis manibus arripiunt, & quasi prophana contrahant, sit indicenda, Nicolaus Papa diffinit scribens Furrario archiepiscopo Bardagalensi: Inbeuimus cum ad poenitentiam reuerti accelerauerint, vno anno extra ecclesiam Dei consistere: cuius sacratissima vasa, extra ritum fidei, diripiendo, auferre non dubitauerunt. Secundo vero anno ante fores ecclesiae, sine communionem mancant. Speculum Doctrinale.

Tertio vero anno ecclesiam Dei intrant, & inter audientes assent sine oblatione, non manducantes carnem, neque bibentes vinum, praeter Natalis, & Resurrectionis dominicae diem. Quarto praeterea anno, si his prioribus eorum fructuosus fuerit poenitentiae labor, communioni fidelium restituantur, totaque mentis intentione spòdentes, talia se vltimus nunquam facturos, corpus & sanguinem domini suscipere mereantur, & vtique ad septimum annum, tribus in hebdomada diebus, sine esu carni, & vini potatione, poenitentes mancant.

De Clericis male consumentibus, vel reseruatis bonae ecclesiae. Cap. LV.

Ex summa de casibus. Quid de prelati ecclesiarum, & alijs clericis, qui bona ecclesiastica pauperibus dedit, consumunt in vsus illicitos, videlicet in meretricibus, histriionibus? Et de his etiam faciunt aliqui testamentum. Nunquid tales iudicandi sunt raptores? Videtur quod sic, quia contra naturam rem alienam inuito domino. Ait enim Hieronymus: Quicquid, habent clerici pauperum est. Item Augustinus: Si priuatum praeter quae nobis sufficiant possidemus, non sunt illa nostra sed pauperum, vt quorum quodammodo procuratorem gerimus, non proprietatem nobis vsurpatione damnabili vendicemus. Vnde dico, quod qui res ecclesiae talibus, vel similibus turpibus personis conferunt, vel etiam consanguineis, non propter naturam sustentandam, sed vt faciant eos diuites, de patrimonio Crucifixi. Item diuitibus, & potentibus, non propter aliquam causam licitam, vel honestam, sed propter fauorem, & pompam seculi. Tales inquam prelatos, & clericos, qui talibus conferunt bona ecclesiastica pauperibus debita, dico esse raptores, & per consequens teneri ad restitutionem omnium. Frater V. Pauperibus debita sunt, in quantum super sunt domesticis vsibus clericorum. Sed nunquid tenentur hanc restitutionem facere de bonis patrimonialibus, si ea habent, aut sufficit illam faciatis de fructibus ecclesiae, quos iam habent, vel habituri sunt? Respondeo. Cum quicquid superest eorum vsibus, de prouentibus ecclesiarum debeatur pauperibus, non sufficit facere restitutionem de talibus fructibus ecclesiae cum habeant bona patrimonialia, vel aliunde, quam de ecclesia acquisita, nisi quantum subtraxerunt sibi de bonis necessarijs, vel quantum expenderunt circa vtilitatem ecclesiae de bonis patrimonialibus, aut aliunde quam per ecclesiam acquisitis. Et inde quod ait de consanguineis, vt faciant eos diuites, notabiliter scilicet ultra statum conditionis generis eorum, vel parentelae, vt cum episcopi, vel alij de humili genere nati consanguineas suas maritant baronibus, & similia. Causa 12. q. 2. ex Concilio Toletano. Et si illi, qui nulla ex rebus suis pauperibus Christi distribuunt aeterni iudicis voce damnabuntur in futuro, quantum magis hi, qui auferunt pauperibus, quod non dederunt. Ambr. in lib. de offi. Aurum etiam habeat, non vt seruet, sed vt eroget. Hieronymus Amico rapere quippiam furtum est, Ecclesiam defraudare sacrilegium est. Accepisse pauperibus erogandum, & esurientibus plurimis velle referre, vel cautum, vel timidum est, aut quod apertissimi sceleris est, exinde aliquid subtrahere omniumque pradonum crudelitatem superat. Item nedum clericus male consumens, vel quod minus malum est seruans ultra sumptus suos, cum sciat, & videat pauperes indigere, violentiam, & rapinam dicitur committere. Ambrosius super illum locum: Hominis cuiusdam di. & cetera. proprium nemo dicat, quod est commune, plusquam sufficit sumptui, si quis retinet, violententer obtentum est. Item non magis est criminis habenti tollere, quam cum possis, & abundans sis indigentibus denegare. Item peccat mortaliter non solum, quia pauperibus subtrahant, sed etiam quia talibus turpibus personis conferunt, & indignis. Aug. Donare suas res histriionibus vitium est immane. Item mortaliter retinent, vel consumunt, quia tot homicidiorum rei sunt, quot pauperes in locis, vbi habitant, famae mortui sunt.

De Personis turpibus, quae inde pascuntur. Cap. LVI.

Ed quid de focarijs, & huiusmodi turpibus personis, & alijs supradictis, quae sic pascuntur, vel dirantur de rebus ecclesiae, nunquid & ipsae tenentur ad restitutionem? vtique, sed differenter. Nam turpes personae iudicandae tenentur reddere si possunt, nisi forte fuerit eis datum causa elemosynae, cum essent in necessitate. Frater Guilielmus. Haec de illis, quae habuerunt de bonis ecclesiae. Quid si aliunde datum est eis, quid etiam de omnibus illis, qui turpiter acquirunt aliquid, nunquid possunt sibi in aliquo casu illud retinere? Tomus Secundus. Y 2 tincte?



siner? Rñdeo. Vbi translatum est dominium in accipientem, non com petit reperit illi, cuius fuit res illa. Distingui tñ pot, quia in his quæ sunt prohibita, quia mala quædam sunt, quæ non puniuntur a iure civili in forma iudicij, nisi pena infamiz, vt histonatus, & exercitum illorū, qui pugnant in arena, vel in duello, vel opeta meretricum solita, & in talib. turpiter acquisita retineri pñt ad vsum acquirentis. Quædam sunt, quæ puniuntur a iure per corporalem pœnam, vel per excommunicationem corporum lucrorum, & taliter acquisita retineri nō dēt, nec ad vsum requiruntur, nisi ei concedatur a penitentiario suo, tanquam alij pauperi. Sed debent in vltus pios erogari, nō si forte restituta fuerint illis, a quibus sunt habita. vel nisi ille qui hęc restituere velit eis a quibus habuit, ad qđ tñ non tenetur. Et hmoi restitutio in foro penitentiario inducenda est pro parte satisfactionis, & ideo ubi latet pater officij penitentiarij, & ibi forte pōt dispensare, sicut in mutando tpe penitentiæ, & mensura ieiuniorum. In illis aut, quæ sunt mala, quia prohibita sunt, sicut torneamenta, negociatio clericis, lucrum aduocationis, vel medicinæ in casibus non concessis, bladum, vel vinum, vt postea carius vendatur, facere terra de florib. ad vendendum, quorum vltus est frequentius ad lasciuiam, facere decios, & similia. Si tñ talia sunt prohibita, ex his causis acquisita retineri pñt. Licet aut hęc distinctio videatur probabilis, quia tñ pena restringendæ sunt, & qui nimis emungit, elicit sanquinem, verius credo, qđ licet in prædictis casibus bonum sit, & salubre, qđ penitens inducatur in foro penitentiario ad erogandum in pios vltus, taliter acquisita, non est tñ compellendus nisi velit, nec iudicandus est non esse in statu saluandorum, si non velit hmoi penitentiam recipere, nisi in casibus a iure expressis, vt in symonia, de qua expressam est, qđ pecunia symoniaca restituenda est ecclesie, in cuius ignominiam est accepta, licet, & hoc potest intelligi quando recepta est de bonis eiusdem ecclesie, vel quando de hoc agitur in foro causarum. Similiter cum quis aliquid recipit faciat damnum, vel iniuriam, vel calumniam alij, quia tunc non ille qui dedit repetit, sed ille contra quem datum est, quod tamen intelligitur, quando agitur in forma iudicij, quam seueritatem, non oportet obseruari in foro penitentiario.

De Diuitibus qui eisdem abutuntur. Cap. LVII.

EX sum maide ca. Diuites vero, & potētes, credo qđ teneantur similiter ad restitutionem, si illud recipiebant per fraudes, vel minas, vel importunitatem indebitam, vel aliter sine iusta causa. Clerici tamen, vel p̄lati excusantur in tali casu, si dedit, vt redimere vexationē suam, a qua non poterat aliter liberari. Secus autem dico, si erant bene meriti honesti, & spirituales viri, præsertim quia iam impenderant ecclesie suum seruitium, vel defendendo eam contra prædones, & tyrannos, vel præstando sibi patrocinium in causa, vel dando sibi de rebus proprijs, vel similibus modis: talibus enim tenetur ecclesia rependere vicem. Sed cui fiet hæc restitutio? credo, qđ auctoritate iudicis penitentiarius debeat fieri illi eidem, qui dedit, nisi qui cum turpiter dedit, tunc enim non sibi, sed successori suo potest fieri, vel in vtilitatem ecclesie conuertetur, vel etiam eiusdem loci pauperib. (si hoc expedire videbitur) erogetur. Frater Guil. Si ita videbitur penitentiario, & hoc vltimum melius est, cum indigent pauperes, & satis abundat ecclesia. Alioquin melius est, quod in vtilitatem ecclesie pauperis conuertatur.

De Meretrice, qua a clerico pecuniam accipit. Cap. LVIII.

Quid de muliere, quæ recepit pecuniam pro opere carnali? Respondeo. Si recepit ab aliquo de rebus proprijs, non ecclesiasticis, non tenetur restituere, etiam si sit monialis, cui datum est, si acquiratur monasterio, quod accepit honestius tamen est, qđ monasterium non retineat, sed erogat in pios vltus. Si autem a clerico seculari de rebus ecclesie, facienda est restitutio, secundum qđ dicit hic magister, nisi episcopus velit dispensare cum illa, quæ recepit, qđ retineat istud, si secularis est mulier, aut cum monasterio, si regularis est. Si autem accepit a persona regulari de rebus monasterij, quod præsumendum est, nisi constet de contrario. Distingue. Aut recepit ab habente administrationem, aut a simplici claustrali, in primo casu facienda est restitutio monasterio, vel prioratui, vel administratori, de cuius bonis datum est, & potest fieri restitutio eidem personæ, quæ dedit, si adhuc remanet in administratione illa, maxime si dicitur correctus, aliàs securus est, quod ei non reddatur, sed fiat, quod dictum est. Si tamen tali non correcto facta sit restitutio, liberata est, quæ accepit, si autem amotus sit ab administratione illa, aut si claustralis est simplex, qui dedit, faciēda est restitutio monasterio, prioratui, vel administratori, nec liberabitur si soluerit illi, qui dedit, nisi tunc demum cum conuersum fuerit in vtilitatem monasterij, prioratus, vel administrationis, nec poterit retineri a monasterio regularis mulieris humani modi, quod accepit a regulari alterius loci, nisi de consensu abbatis, & conuentus, si magnum fuit donum, aut abbatis solius, si paruum, vel mediocre. Quod autem dixi de rebus taliter datis a personis regularibus, etiam laicis, qui sui iuris sunt, sicut est seruus, & filius familias, quando dant aliquid de rebus taliter & peculiaribus, nisi illarum rerum ita liberam habeat administrationem, qđ quasi paterfamilias, possit disponere de eisdem. Idē quod dicitur de moniali respectu regularis viri, teneat & conuerso, quando vir regularis recepit aliquid a muliere regulari. Vir autē regularis, quod recepit pro opere carnali a coniugata, restituere debet marito, si illa dedit de rebus dotalibus, aut communibus: si autem dedit de parafamilibus, vbi de consuetudine habent mulieres parafamilias, aut si mulier soluta sui iuris dedit amans aliquid de rebus proprijs, licet honestum sit qđ illud expendat in pias causas, non tamen credo, quod tenetur nisi velit, poterit enim ei restituere, quæ dedit, quod melius videatur, si peniteat, vel egeat.

Verum persona regularis per se restituere possit, quod male accepit. Cap. LIX.

Unquid regularis persona potest restituere auctoritate propria, quod accepit pro carnali opere, vel quod habuit de furto, vel rapina? Respondeo. Si cuiquam competit dare rei repetitio, distingue, qđ si extat adhuc res data, penes illum cui data est, si non audeat, aut timet, aut non potest impetrare, qđ fiat restitutio pro prælatum collegij, restituit auctoritate propria, secundum formam supradictam, etiam contradicente prælato, quia plus est obediendum Deo, quam homini. Sed si non extat, quia iam consumpta est, iustitiam est actio. Ideo si autem non est consumpta penitus, sed conuersa est in vtilitatem monasterij, vel habet aliquid quod comparauit ex re sibi data, si non potest, vel non audeat, aut timet impetrare, qđ fiat restitutio per prælatum, gerat bona fide negocium monasterij, restituendo cui debetur, vt dictum est. Vel si fuit datum de bonis ecclesie secularis impetrando dispensationem episcopi, qđ possit retineri a monasterio, vel erogari in pios vltus, non tamen contradicente prælato hoc faciat, propter bonum obedientie, nisi sit illa res comparata de pecunia ecclesie, aut personæ priuilegiatæ in hoc, qđ tē emptam de sua pecunia possit vindicare, sicut est miles, & pupillus, in quo casu etiam contradicente prælato potest eam restituere, si eam habet, sicut dictum est de re adhuc extante penes eam personam, quæ accepit.

De Adultera, qua spurium, vel extraneum heredem constituit. Cap. LX.

EX summa de ca. Mulier quæ de adulterio suscepit filium, vel suppositum alienam partem, debet laborare quibuscumque modis potest, vt legitimis hæredes non fraudentur hereditate paterna, caute tamen: reuelare enim simpliciter marito, vel et ipsi spurio, vel supposito non expedit, tñ quia multa pericula possent inde oriri, tñ quia forte nō crederent sibi. Ex altera parte vñ, qđ non possit agere penitentiam, vel esse in statu saluandorum, durante tali deceptione, quia nō dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Verum quia propter hoc non est ei penitentia deneganda, vt ait Inñ. ita procedat, reuelet enim confessione, & penitentia facta suo sacerdoti parochiali, vel de licentia eius alij magis perito, & postea ipse reuelet ep̄o suo similiter in confessione, & tunc quod tatius est ambo simul inquirant diligenter, & tacite, si ille spurius, vel suppositus, sit homo spiritualis, & timens Deum, quo inuenio vocent eum secreto, & coram muliere, & si videatur expedire recepto prius sacramento ab ipsa, qđ non calumniolē procedat, & et ab illo, qđ factum secretum teneat, poterunt enim tunc reuelare sibi, & inde consulere, vt ingrediatur religionem, vel transferat se ad longinquam regionem, vt sic nihil percipiat de bonis illius, quem credebatur esse patrem suum: ea autem, quæ consumpsit de bonis prædictis, dum habuit bonā fidē, credens se esse filium legitimum, restituat, vel cōponat, vel petat remissionem a viro mulieris si vinit, sinatē ab hæredibus legitimis. Non tamen per se hoc faciat, ne factum reueletur, sed per sacerdotem, vel aliam personam, quæ hoc procuret, tacitis semper personis, & factis. Si tñ potest non planē induci ad hoc, non credo eū præ-

est cogendam, ar. leg. quæ dicit, non fidei possessorem non teneri de consumptis. Si vero illi spurio, vel supposito non potest reuelari sine periculo, vel etiam factis sibi reuelato, secundum formam prædictam non vult acquiescere consilio, tunc iniungatur mulieri, qđ de sponlatio suo, & alijs rebus quas habet, vel in futurum habere poterit satisfaciatur, iuxta posse, do lens semper de peccato, & quia non potest plenē satisfacere, proponat tamen firmiter in animo, qđ satisfaciatur quomocunqđ poterit, hoc tamen fiet per iudicem penitentialem, vel personam religiosam secretē, & caute, & potest vñ his verbis. Quædam persona tenetur vobis, & hoc accipite, & ita erit in bono statu. Frater Guil. Nūquid tenetur petere veniam, vel dilationem ab illis, quos sic damnificauit, quando non potest restituere? Respondeo. Quando quis damnificatus est, ab aliquo quocumque modo indebito, & hoc scit, qui damnificatus est, credo qđ tenetur veniam petere, per seipsum si potest, aut si audeat, aut per aliam personam si non potest, aut non audeat per se, quæ tamen persona subijcere non debet nomen, & circumstantias personæ pro qua interdicit, si ex expressione timeatur periculum, vel scandalum: qui enim offendit aliquem, cum eo ipsa offensum habeat aliquid aduersus eum, debet ire, & reconciliari fratri suo, secundum qđ habetur in euangelio, debet in quantum ita per se, vel per alium, vt dictum est. Si autem qui damnificatus est nescit hoc, nec scit, credo qđ tatius sit petere veniam, vt dictum est, quando satisfacere non potest, non tamen tenetur, quia non est in mora, in hoc casu quoad iudicium diuini. Si autem satisfacere potest, semper est in mora, donec satisfecerit, aut dilationem impetrauerit. Hoc etiam credo obseruandum, vbi aliquis debitor est alicui ex contractu, vel quasi contractu. Et similiter distinguendum est. Hoc etiam obseruandum in contractibus eorum, qui recolunt se debitores alicui, ex eo quod fecerunt ex seculo.

Adhuc de eodem. Cap. LXI.

Quid de filiis illius, qui viuente vxore sua duxit aliam, raris ipso, quam superdūta sciente impedimentum, de filijs inquam susceptis, de secundo matrimonio illo, nūquid possunt succedere in hereditatem patris, aut tenentur totum restituere filijs primi matrimonij, aut alijs veris hæredibus, vbi sufficit, qđ tantum reddant eis, qđ teneant se pro patris, cum parum sufficiat eis, cum iam pauperes sint, & credant se totum amississe? Respondeo. Si præscriperunt cum bona fide, non tenentur restituere aliquid, maxime si adhuc post completam præscriptionem retinent bonam fidem. Si autem non est completa legitima præscriptio, tenentur totam hereditatem cum fructibus mala fide consumptis restituere, quantumcumqđ oporteat eos indigere, vel etiam mendicare, nisi quantum fuerit eis datum, vel remissum a veris hæredibus, & hoc dum parati sunt huiusmodi possessores sine dolo, & fraude, totum eis restituere, si velint recipere. Quid si mulier hēt filios de adulterio occulto, potest ne eos facere hæredes saltem in parte hereditatis suæ, cū legitimis filiis non habeat, vel si habeat nūquid de cōsensu eorum possunt quasi legitimi admitti ad portionem hereditatis. Item quantum potest ipsa, vel quicumque alienare de hereditate sua. Respondeo ad primum. Credo, qđ secundum iura scripta potest quilibet scilicet extraneum, dum tamen non sit turpis, vel indigna persona, siue vnam de filijs, quem maluerit heredem contribuere in totum, vel in partem, re seruata tamen legitima portione liberis suis: sed secundum consuetudinem Gallicani Regni, non potest restator dare vltra quintam partem hereditatis. In quibusdam locis tamen alijs vltra etiam. Aliud etiam obseruatur de consuetudine alicubi in donationibus inter viuos, & aliud in donationibus causa mortis. In quæstione ergo proposita tenenda est consuetudo regionis, Mater etiam de consensu legitimorum filiorum, vel heredum aliorum facere potest illegitimos filios suos cohæredes legitimorum, nisi repugnet loci consuetudo.

De his qui naufragorum bona diripiunt. Cap. LXII.

EXtra de rapto. &c. Ex cōcil. Lateran. Qui Christianos naufragios esse tenentur, damnata cupiditate spoliant rebus suis, nisi ablata reddiderint, excommunicatione se noverint subiacere. Naufragijs nihil est auferendum, imō quicquid de ipso naufragio inuentum est, siue illud sit captum, de ipso naufragio, siue de mari, siue de litore restitendum, nec excusatur aliquis aliqua consuetudine, vel statuto, vel præcepto, hoc. n. est cōtra præceptum dñi. Oīa, n. quæcumq; vultis, vt fa. &c. Item qđ tibi oderis fecerit.

ri, &c. Item ep̄s, vel quilibet prælatus, vel clericus, qui tanti criminis esset participes, vel consentiens esset deponendus, laicus vero nisi admonitus satisfecerit dēt anathematizari. Item fm leges tenentur infamum, in quadruplū, post annū vero in simplū, sed hoc intelligas, nisi sint talia nauigia, qđ pyrhatice tyrannidē exercent, vel sint inimica nomini Christiano. Frater Guil. Quid de illis principibus, qui conueniunt cum nauis, qđ reddant eis certam summā singuli pro singulis nauib. currentibus per terminos eorum, pro quitando ab huiusmodi abusu, nūquid possunt illam summam sine peccato recipere? Rñdeo. Credo, qđ qui gratis debent huiusmodi quitare, nō possunt pro quitatione huiusmodi aliquid accipere, sed tenentur sic acceptum reddere, cum nauis pensionem huiusmodi nō constituerit simpliciter, & absolutē sp̄tanei, sed ne deteriora suslinerēt.

De his qui pedagia, vel thelonia indebitē exigunt. Cap. LXIII.

EX sum de ca. Circa pedagia, & thelonia distingue, quia aut sunt antiqua, aut noua. In primo casu si fuit impositum ab his, qui poterunt imponere, videlicet principibus, vel regibus, & præsertim auctoritate ecclesie, & pro iusta causa, vt pro defensione strætæ publicæ contra prædones in terra, & contra pyrhatas in aqua, vel pro defensione fidei, & patriæ contra Paganos, vel hæreticos, vel pro alia simili causa, & recipiens facit illud propter quod fuit impositum liberē, & sine scrupulo conscientie potest recipere. Si autem nescit a quibus fuerit institutum, credit tamen, qđ ab illis qui poterunt, & ex prædictis causis, credo idem. Idem credo, si iste talis non laborat modo nec facit expensas, quia non est necesse, cum terra sit beate purgata, & in pace, paratus est tamen, & labores, & expensas impendere, si esset necesse: ita etiam qđ proponat imminente necessitate, non solum quod tunc acciperet in illas expensas ponere, sed etiam vltra si esset necesse. In secundo vero casu, scilicet si sit nouum pedagium, vel thelonium, nullo modo potest abfque periculo animæ, vel rapinæ, nisi certum sit illud a principibus, vel rege statutum, & propter imminētē necessitatem aliquam de supra dictis, & exinde procedat per omnia, vt dictum est antiquo. Si contra formam istam aliquid est acceptum credo esse restituendum, & illi a quo iniuriōsē acceptum est sciri potest, sin autem, cum consilio ecclesie in pijs causis esset expendendum. Causa 24. q. 3. Calixtus Papa. Si quis mercatoris nouis theloniorum, ac pedagiorum exactionibus molestare tentauerit, Christiana communione careat, donec satisfecerit. Extra 1. de treuga, & pace. Alex. iij. Innouamus, vt presbyteri, monachi, conuersi, peregrini, mercatores, rustici, etantes, vel redeuntes, in agricultura existentes, & animalia quibus arant, & semina portant ad agrum congrua securitate latentur.

De his qua a Christianis iniuste subtrahunt. Cap. LXIII.

EX summa de ca. Mercatores vero, & transiunt, credo, indistinctē, qđ debent persolvere antiquum, & nouū, dummodo recipiens faciat illud propter quod fuit institutum, qđ si non faceret, isti a quibus exiguntur, vel debent adire super hoc iudicem, quod tatius est, vel dicant, qđ cessante in illo causa, cessat in eis obligatio, vel non seruanti fidem eis, nec ipsi seruare tenentur. Si autem recipiens ille faceret, quod suum est, & isti aliquid subtraherent, rapina vel furtum esset, vnde præcisē tenentur ad restitutionem, & agere in super penitentiam; de furto, & mendacio, siue alijs peccatis ibi commissis. Si vero illi iniuste recipere, & isti furtiue subtraherent, peccarent ad minus venialiter in mendacio, quia erat mendacium pietatis, ad restitutionem autem ipsum non credo teneri. Frater Guil. Vocat mendacium pietatis, quo sibi consilium, vel illi, ne ille male recipiendo peccet. Sed illi qui tenentur ei ad restitutionem, pedagij, nūquid etiam tenentur ad emendam? & iniungendum est eis in foro penitentiario, vt eam soluant? Respondeo. Credo, qđ nec in hoc casu, nec in similibus tenentur quis ad soluendam emendam, nisi fuerit iudicatum cōtra ipsum in foro causarum quia talia non debentur, nisi tunc demum cum quis condemnatus est per sententiam in forma, aliàs in foro iudicij, vnde si quis furtim asportauerit pedagium, vel incidit alienam siluam, vel commiserit furtum, aut sacrilegium, aut similia, saper quibus statuta est pœna corporalis, vel pecuniaria per legem, vel canonem, non est iniungendum penitenti in foro penitentiario, quod soluat huiusmodi pœnas, sed tunc demum cum fuerit condemnatus ad illas, sed sufficit, quod soluat interesse, vel satisfaciatur ad arbitrium boni viri, si iniuriam intulit. Hoc etiam dicit potest forte de pecunia Tomus Secundus. Y 3 habita.

habita per symoniam, de qua solet dici, qd restituenda est illi ecclesie. in casu ignominiam data est, vel recepta, per illud c. extra, de symonia. De hoc autem illud capitulum intellegi potest, quando de bonis ecclesie erat data pecunia, vel quando agebatur in forma, vel foro iudicii contra recipientem, & idem potest intelligi in omnibus similibus casibus, in quibus iura dicunt extorquendam esse pecuniam turpiter acceptam, cuius tamen repetitio non datur ei, qui turpiter dedit. Quod dico propter magistrum, qui dedit pecuniam pro habendis scholis, cui competit data pecunie repetitio, ut dictum est supra de magistris, & idem in similibus casibus si qui sunt tales. Contra id tamen quod dictum est de pecunia symoniace acquisita, est ar. extra de symo. mandato. argumento sumpto a contrario sensu, quia videtur innui, qd pecuniam per pactum symoniacum acquisitam resignare tenetur, qui eam accepit, licet secus sit, si absque pacto fuerit recepta: Et ideo tutius est dicere, quod pecunia ex pacto symoniaco acquisita retineri non potest, etiam secundum iudicium fori pœnitentialis.

De his qui eadem paganis surripunt. Cap. LXV.

EX summa de ea. Quid de Christianis, qui accedentes ad civitates Paganorum subtrahunt Paganis hmoi pedagiū, vel thelonium. Ad hoc dico si vadunt illuc p. e. cugz, & non portant mercēs prohibitas, & ipsi Saraceni tenent eis fidem, defendendo eos in suo territorio, vel maritima, a latronibus, vel piratis, debent Christiani fideliter ipsi persolvere secundum statutum, vel pactum, aliās tenentur eis ad restitutionem si possunt, vel si non possunt, erogare in vsum pauperum ad mandatum ecclesie. Nam fides etiam hosti servanda est, si autem inierunt in tempore guerra, vel etiā in tempore treuga, sed cum mercibus prohibitis, non credo, qd tenentur illis ad restitutionem, sed quia peccaverunt, credo, ut puniantur in quo deliquerunt. qd sit eis inuigendum in pœnitentia, ut illud dent in redemptionem captivorum, vel in subsidium coram, qui pugnant pro fide Christiana, ut ipsi subpendant in eodem subsidio, si ad hoc sunt idonei corporaliter laborando. Frater Guil. Sed cum sint pagani malæ fidei possessores terræ quam tenent, quomodo statuta eorum ligant Christianos? Respondeo, credo, qd statuta eorum, qui per vim occupaverunt, & tenent terram, quæ aliquando fuit Christianorum, non obligant fideles nisi consenserunt, aut sponte se subiecerint statutis huiusmodi, leges dicerem de illis Saracenis, qui nō sunt violenti possessores terrarum quas tenent. hi etiam de quibus primo dictum est, cum sint in possessione statuti, & damnandi, non sunt destrandandi, nec spoliandi illa quasi possessione auctoritate alicuius priuatæ personæ, vnde ab huiusmodi pedagijs defraudari non debent, per aliquem Christianum, transeuntem per terras eorum.

De his qui quæstus, & tallias indebitas exigunt. Cap. LXVI.

EX summa de ea. De quæstis, tallijs, & similibus dico, qd regulariter non debet dominus a subditis petere, nisi ea, quæ inter ipsam, vel ipsos antecessores eorum planè bona fide, sine dolo, ac coactione conuenit, sicut solet fieri, cum mansi, vel viliz concedantur de nouo colonis, vel alijs personis. Solent etiā inde fieri instrumenta, quæ continent censum annuum, & alias seruitutes, & pactiones hinc inde. Omnia erga iuxta hunc modum posita ab initio, dum tamen non fuerint turpia, vel contra Deum, peti possunt, & soluenda sunt. Nam quilibet in traditione rei suæ potest ponere legem, quam vult. Item quia scienti, & volenti non inferuntur dolus. Item Pacta custodiantur, ait con cil. Atri. Ergo quicquid subditus de his absque domini voluntate subtraheret, sicut fur, teneretur restituere, vbi tamen indeterminatè positum est in instrumento, aliquid tale verbi, collecta, tallia, quæstia, & simile, intelligo qd debet eam moderatè accipere, in spæto onere, & facultatib. subditorum. Frater Guil. Ita credo, qd etiam cum in instrumento continetur, qd talis dominus potest facere talliam, ad vsum, vel ad placitum, aut talis est consuetudo, etiam sine scripto, illud visum, vel placitum moderandum esse ad arbitrium boni viri, in spæto facultatib. subditorum. Ex summa de ea. Si autem dominus vltra conuenientia, & statuta inter ipsum, & subditos, aliqua spôte oblata nulla fraude adhibita, vel minis, vel coactione indirecta recipiat, nō tenetur ad restitutionem, sed exacta a se, vel suis directè, vel indirectè, tenetur restituere. Frater Guil. Indirectè, ut quando denegat eis iustitiam, vel non defendit eos, ut debet, ut sic aliquid extorqueat, vel iniuriari eis facit, qd vult aliquid habere ab eis. Ex sum. de ea. Verum tamen si ex aliquibus circumstan-

tijs appareret impossibilis, vel multum difficilis restitutio, satis videtur, qd possit hmoi principibus, & militibus consulti, qd in compensationem, vel remissionem eis cōter cum eorundè consensu, & libera voluntate aliquam seruitutem, seu annuā præstationem in perpetuum, vel ad ips, ita qd leuissimè teneretur eis satisfactum, vel etiam faceret in remissionem peccatorum illorum, quibus tenentur, ad aliquid hospitale, vel opus simile pietatis, cum consensu tamen eorundem, si potest requiri.

De causis iniustis, & iniustis tallias exigendis. Cap. LXVII.

H Acc autem intelligas, vbi iusta causa ipsam dominum ad talem exactionem faciendam inducat. Sunt enim quedam causæ iustæ, vna pro defensione patriæ, & maxime suæ ciuitatis castri, vel villæ. Ad hoc n. tenentur omnes, non solum res suas pariri, sed etiam corporaliter laborare, manire se in castro, vel ciuitate, & vigilare, ut sic se ipsos, & res suas saluant. Item si dominus vult ire in exercitum indictum ab ecclesia, vel principe contra hæreticos, vel Paganos, nec de suo absq; graui damno posset facere expensas sibi necessarias, potest a subditis auxilium petere moderatum. Item si in guerra, vel bello iusto, ex parte sua sit captus ab hostibus, nec potest soluere redemptionem petitam ab eo, absq; graui damno. Item si vellet ire ad principem, pro obtinendo privilegio protectionis pro se, & pro eis, nec posset de suo expensas ad hoc vitales, & necessarias, absque graui damno facere, & si qua alia causa similis emergeret, dum tamen semper moderatè, & non ad grauamen eorum, & cum claritate, non ex violentia exigeret. Frater Guil. bene dicit, alia similis. Sunt enim quedam causæ vitatæ, & approbatæ alicui præter illas, quæ hic ponuntur, s. quando dominus maritat filiam suam, aut filium facit militem, aut releuat feudum suum, aut auget, nouum feudum comparando, & cum talia videntur respicere commodū subditorum, pro eo, qd cum dominus maritat filiam acquirit sibi amicos, & augendo feudum sit ditior, iam plus potest parcere subditis, quàm ante, & cum facit filium militem, potior est ad defendendum terram: non credo qd damnandi sint, qui talia recipiunt, vbi constitutum est, vel consuetum: Dum tamen non recipiant vltra quàm constitutum est, vel consuetum. Si tamen aliquid consuetum est, & si ad arbitrium exigi consuevit, cum moderamine exigatur. Ex summa de casib. Si autem dominus vult ludere ad aleas, vel vltra vires ad vanitatem expendere in vestibus, hospitibus, & similibus, non debet propter tales causas exigere, quod si fecerit tenetur ad restitutionem. Idem. Si captus in bello iniusto exegit ab eis redemptionem totam, vel partem quam soluit hostibus.

De his qui nihil aliud a subditis nisi tallias accipiunt. Cap. LXVIII.

EX summa de ea. Sed quid de quibusdam, qui nihil penitus recipiunt a subditis, nisi tallias, vel quæstas. Ad hoc distinguo, qd aut ab antiquo sibi, & antecessoribus est soluta tallia, aut de nouo est imposita sine petita. In primo casu si scitur, vel creditur probabiliter, qd ex iusta causa, & licitè imposita fuerit & soluta, potest exigere, ita tñ, qd ipse cõpleat si quid ex illa causa, vel institutione complere debeat. Frater Guil. Sed quò hoc scietur? Rñdeo. Potest sciri, si super hoc confectum est instrum, si et ita seruatum est a tpe ex quo non extat memoria. Secundum quosdam presumendum est, quod ex causa iusta fuit imposita. ar. 12. di. illa. Quod satis credo nisi violenta sit præsumptio in contrarium, præsertim cum dicatur, quod in longissimis præscriptionibus, non oportet probari titulum, sed ex lapsu temporis præsumitur titulus interuenisse, qui allegatur. Ex summa de casibus. In secundo vero casu, vel etiam in primo, cum nec scitur nec creditur iusta causa, non debet exigere, & quod cum mala fide recepit debet restituere si potest, posito tamen quod i verè dominus est, & quod nihil penitus percipit, quod vix est credibile, quin ad minus recipiat ibi iustitias, & sequantur eum in exercitum in bello iusto. Si tamen ita verum sit, quod nihil percipit, credo, saluo meliori iudicio, quod debent inter se aliquid statuere, quod dent sibi in signum subiectionis, ne aliter inutiliter quodentur esse penes eum dominium rei suæ. Et si dubitetur quid, vel quantum debeat esse illud, credo quod debeant obseruare, quod in vicinis villis, vel castis, vel provincijs obseruatur: ita tamen, quod villa ista non grauetur, vel si diuersæ sint consuetudines, ea quæ minus soluit eligatur. Et hoc totum intelligo, nisi ipse, vel aliquis de antecessoribus suis vendidit, vel donauit eis illud, quod ibi in subiectionis signum, consuevit percipere, tunc

tenne enim non potest aliquid petere. In omni tamen casu credo, qd debeant habere in memoria, tanquam inseparabiliter adnexa dominio illa sex, enumerata in epistola Philiberti episcopi, videlicet incolome, turum, honestum, vitile, facile, possibile, ut in illis sint ei fideles. Frater Guil. Incolome ne fiat in damnum domino suo, de corpore suo. Turum, ne sint in damnum domino suo de secreto suo, vel de munitionibus, per quas tutus esse potest. Honestum, ne de sua iustitia, vel alijs causis, quæ ad honestatem eius pertinet videntur. Vitile, ne sint ei in damnum de suis possessionibus. Facile, ne id bonum, quod suis dominis leuiter facere poterit, faciat ei difficile. Possibile, ne id bonum, quod domino suo erat possibile reddat impossibile. Et quia non sufficit abstinere a malo nisi fiat bonum, restat ut in eisdem sex supra dictis consilium, & auxilium fideliter domino suo præstent.

De eodem. Cap. LXXIX.

Q Vid de illis, qui tali vultur consuetudine in hominibus suis, qd de mobilibus eorum capiunt quantum, & quando volunt, & cū supicantur eos velle transire ad alium dominum, omnino spoliari eos, non quid excusari possunt per consuetudinem? & an tenentur ad restitutionem? & an sint absoluedi si nolunt restituere? Respondeo. Si certum est, qd ab initio fuerit impositum tale onus terræ sine malitia, & fraude, qd dominus possit ab habitatoribus quando, & quantum velit capere, & possit retinere omnia mobilia si recesserint, cum quilibet possit imponere suæ rei onus, quod voluerit, videtur tolerari posse, qd in tantum vtatur huiusmodi constitutione, qd non grauet eos vltra modum, aut maneat aut recedentes, & qd domini non tenentur ad restitutionem taliter acceptorum. Si autem non est certum, aut si creditur, qd non fuerit ab initio legitime institutum, credo qd huiusmodi spoliaciones ipso iure factæ malæ sint, qd peccant, qui hoc faciunt, & tenentur ad restitutionem. In hoc tamen casu, & similibus, qui tolerantur ab ecclesia, pro eo qd ibi potest esse aliqua dubitatio de iure, aut de facto non credo simpliciter denegandam esse absolutionem, sed faciendam esse, cum quadam tamen dubitatione, & protestatione sic. Absolutio te de hoc in quantum possum. Sed timeo, vel credo, qd non sufficit tibi ad salutem, nisi te aliter habueris in hoc casu. Item adde illis, qui emunt præposituras secularis, vbi non sunt redditus, sed solæ exactiones, & munera, & qd res vitia, quæ recipiunt huiusmodi præpositi, nunquid tenentur talia restituere, aut si compelluntur a dominis exercere huiusmodi officia, nunquid tenentur potius omnia sua dimittere, quàm in hoc obedire, & quid de dominis qui vendunt huiusmodi præposituras? Respondeo. Si non possunt huiusmodi officia exercere sine peccato mortali, potius debent omnia mala tolerare, quam sic peccare, & peccant mortaliter, quotiens munera accipiunt propter faciendam gratiam alicui in præiudicium alterius. Aut si minus, & terroribus aliquid extorqueant, aut quosdam grauent, & alij timentes eis seruiant, ne talia patriam tunc tenentur ad restitutionem omnium tallium, si possunt, nec aliter absoluendi, & peccant domini, qui tales præposituras vendunt, aut ad emendum aliquos compellunt, cum gratis eas committere debeant, ex quo non sunt ibi redditus, aut prouentus iusti, & tenentur ad interesse illis, qui per huiusmodi præpositos taliter sunt spoliati. Hoc autem intelligo de illis præpositis, qui reddunt intra. De Pedellis aut minorib. quorum est officium tantum citate, vel exequi iudicialia, vel mandata maiorum, tenendum est, quod dicitur infra de officialibus.

De his qui guerras adiuuicem exercent. Cap. LXX.

EX summa de ea. Circa principes autem, vel milites habentes guerras adiuuicem, distinguo, quia aut ille de quo quæritur habet iustam guerram, vel bellum, aut non. In primo casu, cum hēt iustum bellum, & non exercet illud, nisi contra nocentes, & non habet intentionē corruptam, quicquid capit ab hostibus suum est, nec tenetur restituere. Vt autem dictum est supra, quinque exiguntur, ad hoc vt bellum sit iustum. s. persona, res, causa, animus, & auctoritas principis. Frater Guilel. Dicit. n. Imperator. Nulli prorsus nobis in scijs, atq; inconfultis, quorumlibet armorum mouendorum copia tribuatur. Quid si barones subditi comitis, vel ducis, habent guerram contra eum, aut comes contra Regem suum, vel eonuerso, cuius principis est auctoritas requirenda? Respondeo. Principes qui nullum habet superiorem, sive sit Rex, sive Imperator, auctoritate propria, si iusta causa subit, potest mouere bellum, tam contra subditos, quam contra extraneos. Pōt et sub-

ditis suis dare auctoritatē mouendi bellum, tam circa principem extraneum, quam circa subditos eius, si cā subit, & viderit expedire. Sed non contra proprios subditos, quando pōt iniuriantem iustificare, vel quādiu vult stare iuri coram eo, vel coram iudice suo, si est iudex medius inter huiusmodi principem, & iniuriantem. Si autē non pōt cum iustificare, si ille non vult stare iuri, pōt non solū princeps hmoi, sed et ille princeps, qui hēt super se superiorem auctoritate sua mouere bellū contra hmoi iniuriantem, si subest ei mediātè, vel immediatè, & dare licentiam, iniuriam passō, mouendi circa eum arma. Si autē iniurians non subest mediātè, vel immediatè principi habenti super se superiorem, princeps ille non pōt dare auctoritatem subdito suo mouendi contra eum arma, sed auctoritas superioris principis est requirenda, maxime si ille iniurians pertinet mediātè, vel immediatè ad iurisdictionē illius superioris principis. Cum ergo vasallus comitis hēt guerram contra comitē, Regis est auctoritas requirenda. Si autē comes contra Regem, & Rex nolit ei ius exhibere, per pares curiæ humiliter requisitus credo, qd si ius suum armis defendat cum moderamine inculpatae tutelæ non peccat. Impugnare tñ Regem auctoritate propria non poterit. Papa tñ facta denunciatione de excessu Regis, si Rex nollet a peccato desistere posset Regem excōdicare, & crescente contumacia dare auctoritatē mouendi arma contra eum. Cum autē Rex hēt causam guerræ cōtra Imperatorem, vel eonuerso, non credo, qd vtique, vel alteruter teneatur ius suum prosequi in forma iudicij, cum neuter illorum habeat super se superiorem. Peccaret tamen mouendo bellum passus iniuriam, si iniuriator offerret ei debitam satisfactionem, ad arbitrium bonorū virorum, de plano, & sine strepitu iudiciorū.

De his que rapiuntur in bello iniusto. Cap. LXXI.

EX summa de ea. Si autē vnum prædictorum quinq; defuerit, bellum dicitur iniustum. Frater Guil. Sed nunquid tenetur restituere, quicquid adeptus est de hmoi bello ille, qui mouit illud? Rñdeo. Quamuis bellum sit iniustum ex cā, & ex animo, & ex persona, & ex auctoritate, si tñ res subit: quia pro rebus impetendis factum est, non tenetur qui mouit bellū restituere, qd ibi capit, nisi caperit, vel damnificauerit aduersarium suum, vltra qd habuit ille de suo iniuste, aut damnificauerat eum. Et hoc dico in iudicium fori penitentialis, vbi hēt locum compensatio, et non liquidum ad liquidum, quæ non hēt locum in foro cōtentioso, vnde si quis in foro penitentiali confiteretur se per furtum habuisse decem de rebus illius, qui manifestè abstulerat ei decem, facere consuevit, & bene iudex penitentialis compensationem, nec iniungit ei restitutionem illorū. x. nisi aduersarius eius postmodum restitueret ei decem ablata. Iniungit tamen ei penitentiam de furto commissio. Quid si clericus in guerra iusta vadens cum domino suo consequitur aliquid de illa guerra, nunquid tenetur restituere? Respondeo. Si datum est ei ab his quibus licuit, potest illud retinere. Si autē ipse rapuit, cum rapiendo peccauerit induendus est in foro penitentiali si potest, qd restituat illud, illi cui abstulit, si scit quis ille si, sinatuerit qd de pauperibus. Huiusmodi enim clericus rem illam accipiendo, non facit suam, quia sicut dominus eius non potuit dare ei auctoritatem bellandi, ita nec auctoritatem rapiendi. Credo tamen qd rem taliter raptam, de consensu domini sui potest retinere, dum tamen conferit dominus durante adhuc guerra, quia perinde est in hoc casu, ac si dominus rem illam dedisset.

Quid pro rerum restitutione, vel repetitione liceat pugnare. Cap. LXXII.

EX summa de ea. Videtur tamen casus in quo sine auctoritate principis, vel ecclesie possit moueri bellum, videlicet pro rebus repetendis ad defensionem patriæ. Nam de iure naturali, cuius iuramentum est vim vi repellere incōuenienti, & cum moderamine inculpatae tutelæ. Frater Guil. Nomē rerum credo hic largè accipi, vt non solum comprehendat res corporales, sed et iniurias. Sicut. n. pro rebus mobilibus, vel immobilibus, ablati pōt moueri bellū, ita & pro iniurijs illatis ad consequendū de eis satisfactionē, non libidine vindictæ, sed zelo iustitiæ, vel quantū ad interessē. Quod autē ait cum moderamine inculpata. hoc moderamen locum hēt, quando aliquis cā tuendi. i. defendendi se resistit aduersario, cum tanto moderamine, qd tutela illa vel defensio est inculpata. i. sine culpa: quia non excedit modum in defendendo, plus iedendo aduersarium, ex proposito maxime, quàm exigat illata violentia. Ex summa de casibus. Ita vim rebus, & illatam, & inferendam licitum est repellere. Tomus Secundus. Y 4 sed



sed potius illatam, dum tamen incontinenti, id est quam cito...

Utrum damna, in isto bello illata, oporteat restituere. Cap. LXXXIII.

EX summa de ea. An igitur miles habens iustum bellum...

Adhuc de eodem. Cap. LXXXIII.

Quid de illis, quæ rapiuntur in ecclesijs, aut de bonis clericorum...

si ecclesiastici hoc fiat. Quid de illis, qui confugiunt ad ecclesias...

Utrum Domini, super damnis hominibus suis illatis, possint componere. Cap. LXXV.

Quid si componant nobiles super guerra sua, nunquid potest componere...

De socijs raptorum. Cap. LXXVI.

EX summa de ea. Qui sequuntur raptorem ad prædam capiendam...

fulerem, quod ad cautelam quilibet etiam post satisfactionem...

De his, qui viuunt ex rapto. Cap. LXXVII.

Qui vero inde comedunt, vel bibunt, vel in usus necessarios expendunt...

do nihil est ibi nisi rapina, potest enim recte perire dotem, etiam...

De his qui emunt a raptoribus. Cap. LXXVIII.

Ita illos autem, qui emerunt, distingue. Quoniam aut sciebant rapinam esse...

Adhuc de eodem. Cap. LXXIX.

EX summa de casibus. Item satisfaciens nunquid poterit sibi consulere...

& supina, vel propter fatuam simplicitatem nihil super hoc cogitabant, tenentur ad restitutionem. Frater Guilielmus, Ignorantia crassa, & supina, hoc dicitur ad differentiam probabilem, quae excusat, & dicitur per metaphoram hominis crassi, & supini, qui non videt etiam ea, quae ad pedes sunt, uel prope.

De His, qui emunt rem bello acquisitam. Cap. LXXX.

EX summa de ca. Ad hoc autem ut scias plenius hanc dicitur, distigue cum Augustino in radicem, id est in ipso raptore, a quo isti emerunt, quia aut ille erat dominus, aut subditus. In primo casu tunc quod dixi supra de principibus, & militibus ad inuicem guerras habentibus. In secundo vero casu distigue: quia cum sudditus mouet bellum pro domino sibi mandante, aut scit bellum iustum, aut scit in iustum, aut dubitat. In primo casu non tenetur ad restitutionem eorum, quae accepit, ab hostibus, nisi iuxta edictum domini, nec peccat nisi habeat corruptam intentionem. In secundo tenetur, quia plus debuit timere Deum, quam hominem. In tertio non tenetur, excusatur enim propter bonam obedientiam, licet forte peccet dominus contra Deum, & male praecipiendo. Frater Guil. Nanquid similiter excusantur amici, & cognati mouentis bellum, qui non sunt eius subditi, & milites, & seruientes stipendiarii extranei, si credant iustum esse bellum? Credo quod non: quia non excusat eos bona obedientia, sicut subditos, nec debent se committere discrimini in dubio, ut inuent aliquem in praedictum alterius, quia sicut dicit Ambr. Si non potest alicui subueniri quin grauetur alter, melius est neutrum iuari, quam alterum grauari. Nec est simile de aduocato, quem excusat bona fides quam diu credit iustam esse causam, quam fouet, licet in veritate sit iniusta, quia ibi est iudex superior, qui causam examinat, & iudicat de allegatis. In bello uero, siue in guerra viribus corporalibus negotium nititur, non per rationem diiudicatur. Ex summa de casibus. Sic ergo procede circa emptorem, quia si scit venditorem iuste, & iusto bello habuisse, licet potest emere, nec tenetur ad restitutionem, Qui vero nesciebat esse de iusto bello, sed credebatur probabiliter, nam omnes vicini sui, vel maior pars, vel ad minus sapientes ita credebant, prout sibi emptori videbatur, ipse non tenetur, durante sibi hac bona fide. Sed si postea sciat rem esse de rapina, debet restituere. Frater Guilielmus. Debet restituere, & rem, & fructus extantes, de consumptis enim durante bona fide non tenetur.

De Haereditibus raptorum. Cap. LXXXI.

EX summa de casibus. De haereditibus autem raptorum, licet secundum leges aliter distinguatur, dico iure canonico eos teneri ad omnia debita defunctorum, in quorum locum succedunt. Frater Guilielmus. Secundum leges autem distinguuntur, quod haeredes non tenentur de maleficio testatoris, nisi inquam ad eos peruenit, aut nisi si fuerit contestata cum defuncto. Ex summa de casibus. Vt autem circa haeredes materia latior habeatur, nota quod quilibet haeres, siue filius, siue extraneus, non distincto utrum raptoris, vel alterius, tenetur iure canonico ad debita defuncti, persoluenda, siue fuerint ex contractu, vel quasi, siue ex maleficio, vel quasi, siue peruenerit res illa, pro qua debitum fuit contractum, ad eum, siue non: siue si fuerit contestata cum defuncto, siue non. Quid si non sufficit haereditas ad debita persoluenda? Videtur quod si non fecit inuentarium, nihilominus teneatur ad omnia. Si vero fecit, tunc non teneatur nisi in quantum haereditas sufficit. Frater Guilielmus. Inuentarium scriptura est, quam debet haeres secundum legem inchoare infra triginta dies a morte testatoris, vel postquam fecit se esse haeredem institutum, & describere ibi omnes res defuncti sub rebus, & debet illam perficere infra quinquaginta dies, vel infra annum si remotae sunt res, & tunc non tenentur creditoribus ultra id, quod inuentum fuerit in haereditate, alias si non fecerit inuentarium, tenebitur in solidum, Frater Raimundus. Et ego credo, quod in iudicio animae non tenetur, nisi quantum sufficit haereditas. Distinguo tamen inter debita, & legata siue relicta, quia debita tenentur persolvere, absque detractone legitimae si necesse est, quantum potest sufficere haereditas. De legatis autem potest detrahere suam legitimam, si tot sunt, quot illis solutus non remaneret sibi legitima. Nam in legitima pater non potuit grauari filium. Guilielmus Rod. duplex est legitima, scilicet una quae debetur liberis, quae appellatur debitum bonorum subsidium, quae est medietas, vel triens. Alia quae debetur per legem Falciidiam

etiam extraneo haeredi instituto, & est quarta pars quam deducit, & sibi retinet institutus, de legatis & quibusdam aliis rebus, quando supra dicitur de dotalibus est aliquid relictum in legatis, & debetur ei iure institutionis. In tertia Trebellianica etiam debetur ei, qui haeres institutus rogatur restituere alii haereditatem, quod ergo hic dicit de detractone legitimae, intelligendum est de qualibet istarum legitimarum, licet dixerint quodam (quod tamen credo esse verum) quod filius debet semper habere suam legitimam, & sine aliorum onere, & quod deducit eam etiam de debitis. Raimundus de legitima filiorum, nota versus. Quatuor aut infra dant natus iura trientem. Semifsem vero dant natus quinquae vel ultra. Arbitrium sequitur substantia caetera partis. Guilielmus Rod. Licet autem secundum leges talis debet esse legitima filiorum, sicut dictum est. Tertiana pars, vel medietas, tamen secundum consuetudinem Gallicani Regni, quae ibidem praedicitur in scripto, alio modo limitatur hac legitima, & alicubi in eodem Regno obinet, quod pater, vel mater non potest dare extraneo ultra quintam partem haereditatis suae, quae consistit in mobilibus, nec in testamento, nec causa mortis, nec inter vivos. Alibi non potest ultra tertiam, sed tertiam potest dare, & legare inter vivos, & causa mortis. De mobilibus etiam diuersae sunt consuetudines, quibus standum est cuilibet in loco suo. Item nota, quod secundu leges, non debetur legitima iure naturae consanguineis de linea transversali, immo potest totam haereditatem suam, si liberos non habeat, aut patrem vel matrem extraneo dare, & extraneo haeredem instituire, nec habebit frater eius quare lam de inoffi. testamento, nisi quando scripti sunt haeredes infames, aut turpes personae, vel male merita. Sed secundum consuetudinem Galliae, idem, quod ad hoc obseruatur de collateralibus consanguineis, qui ab intestato debent succedere, quod obseruatur de filiis.

Adhuc de eodem. Cap. LXXXII.

Raimundus. Ex praemissis potest colligere, quod si creditores, uel legatarii simul veniant ad haeredem, primo est creditoribus satisfaciendum, sed si veniant separatim, liberatur haeres soluendo per ordinem cuilibet venienti, dum tamen nil faciat in dolo, vel fraude. Verum tamen si legatarii praenuntiant creditores, & accipiunt, vel posteriores creditores priores, & potiores praenuntiant, creditores postmodum venientes non debent inquietare haeredem, nisi remanserit ei de haereditate, unde potest eis adhuc satisficere. Sed habent tanquam potiores ius suum saluum contra legatarios, qui primo accipiunt. Similiter & anteriores creditores contra posteriores, qui primo accipiunt. Guilielmus Rod. Creditores sunt, quibus testator aliquid dare tenebatur ex quocunque contractu, & secundum canones, quibus tenebatur ex maleficio. Legatarii uero sunt, quibus ex mera voluntate aliquid relinquatur in testamento. Raimundus. Hic etiam nota, quod haeres potest deducere ante omnia omnes expensas, quas fecit in necessarias causas haereditatis, sive in funere, siue in testamento, vel inuentarii contestatione, vel simili, & breuiter, sicut debitis tota haereditate exhaustis, a lucro debet esse immunis, ita & a grauamine. Item nota, quod licet obligatio testatoris transeat ad haeredem, non tamen periculum periculi, vel etiam quodlibet aliud, quod ex sua vi, vel forma non potest excedere, singularem personam. Item quod si plures sunt haeredes, nunquid quilibet tenetur in solidum creditoribus pro haereditaria portione? Respondeo. Regulariter tenetur quilibet haeres pro parte haereditaria. Sed excipiuntur quinque casus. Primus est si aliquid indiuiduum est in obligatione: tunc enim quilibet tenetur in solidum. Secundus si res, quae debet restitui ab vno in solidum possideatur. Tertius in alimentis legatis, quae pro voluntate defuncti, vel iudicis, vel ab uno in solidum, uel a pluribus pro partibus designatis petuntur. Quartus si testator ab vno haeredum legauerit creditori haereditaria compensandi animo, tunc enim haeres, ille, vsque ad quantitatem legati, onus debiti illius sustinebit. Quintus in expensis funeris vxoris, quae non tantum astringit haeredes pro haereditariis portionibus, sed etiam virum pro portione, quae peruenit ad ipsam de dote vxoris suae, ut puta ad eam venerunt centum, & in haereditate sunt 200. ipse vir tenetur pro tertia parte, & haeres pro duabus partibus. Item quid si haeres est pupillus, nunquid potest deferri solutio debitorum praetextu pupillaris aetatis? dico quod non: unde cum te tutorem proponis, quemadmodum a pupillo creditoribus satisfiat, eniti debet.

De His, qui res alienas praescribunt vel vsu capiunt. Cap. LXXXIII.

Raimundus. Praescriptio, vel vsu capio est acquisitio domini uel utilis, vel directi, per continuationem possessionis temporis lege distincti. Differunt tamen, quia praescriptio proprie in immobilibus, vsu capio in mobilibus locum habet. Res etiam incorporales, ut seruittutes, actiones, & similia acquiruntur praescriptione. Item vsu capio compleitur termino, praescriptio non, ut infra. Possunt autem praescribi generaliter omnes res, omne ius, & omnis actio. Sed excipiuntur quaedam ut ecclesiae. In criminibus nullo tempore praescribitur, sed potius ex diuturnitate temporis augentur. Item non praescribitur contra obedientiam visitationum, & pro curacionem, quae debetur ratione visitationis. Item ecclesiae, & caetera sacra, vel religiosa, nec non & decimae primitiae, & oblationes nullo iure possunt a laicis possideri, vel praescribi. Item non potest praescribi limes, vel quod adharet limiti episcopatum, vel parochiarum, ne termini eorum confundantur: limes tamen praediorum potest praescribi. Item nec liber homo possessus profero potest praescribi. Item publica functiones, id est possessiones agrorum, non praescribuntur a colonis. Species praescriptionis, omnis alius sunt duae. Alia est enim longi temporis, ut decem annorum inter praesentes, vel 20. inter absentes. Alia longissimi, ut triginta, vel quadraginta annorum, & hoc contra laicos, vel priuatas personas. Contra ecclesias vero omnes, est necessaria praescriptio 40. annorum, siue priuata persona praescribat contra ecclesiam, siue vna ecclesia contra aliam. Excipitur ecclesia Romana, contra quam non praescribitur, nisi spacio centum annorum. Exiguntur ad praescriptionem complendam quatuor. Continuitio possessionis, bona fides, iustus titulus, & quod res non sit vitiosa. Continuitio possessionis, ut toto tempore praescriptionis, sine interruptione sit possessa. Bona fides continua similiter, per totum tempus praescriptionis, scilicet ut recipiens credat tradentem esse dominum, vel habere ius alienandi, nec videtur sufficere bona fides, emptoris, & continua, nisi & venditor sit bona fidei: & verus dominus sciat sibi rem competere, aut alienatam esse, aut ut sponsa. Item iuris ignorantia non facit aliquem bona fidei. Si autem iste possidens ignorat titulum, vel dubitat utrum ipse, vel antecessores sui habuerunt, potest solum sibi in conscientia talem, quod credat domino placere, ex quo videt, & non contradicit cum possit, item potest ex alio, si ab antecessoribus suis incepit praescriptio, praesumere debet, & credere, quod illi habuerunt titulum, maxime si fuerint viri honesti, sufficit enim habere titulum verum vel praesumptum. Res dicitur vitiosa si est furtiua, vel vi possessa, quam non solum fur, vel raptor, sed nec ullus alius, quamuis ab eis emerit, vel bona fide accepit, praescribere, vel vsu capere potest.

De Interruptione, & cursu praescriptionum. Cap. LXXXIII.

Interrumpitur autem praescriptio duobus modis. Scilicet, & naturaliter. Ciuilitur tribus modis, in iudicio. scilicet per libellum principi oblatum, & hoc tantum valet in annualibus actionibus, quae per hoc perpetuantur. Item per querelam iudici factam, & secutam rei conventionem, hoc valet in omnibus actionibus. Item per litem contestatam, & hoc in omnibus valet. Idem per omnia in quasi lit. contestatione, ut per denunciationem factam colono in iudicio vocato, extra ut lite contestat. quoniam ad si. Extra iudicium veta interrumpitur ciuilitur quinque modis. scilicet per solutionem iuramentum. Item per secum dam cautionem factam a debitore. Item per protestationem eum non potest procedere, aliqua causa impeditus. Item per denunciationem factam colono. Item per synodalem proclamationem. Naturaliter, scilicet interrumpitur praescriptio per occupationem aquae, & per violentiam detractionem, vel etiam si res sit furto subtrahata. Item si habuit animum deserendi possessionem, uel aliquo alio modo amisit. Item nota, quod quaedam tempora sunt in quibus nec currit praescriptio, nec interrumpitur, sed quiescit, siue dormit. & hoc in septem casibus. Primus tempore praetati male alienantis. Secundus tempore vacationis ecclesiae. Tertius quam diu praetatus est haereticus. Quartus tempore scismatis. Quintus tempore excommunicationis, quod intelligo si non sit negligens in absolutione peccati. Sextus tempore aetatis pupillaris. Septimus generalis, in tempore quo quis, iusta causa impeditus, non potest agere. Illud etiam nota, quod praescriptio non incipit currere in actio-

ne reali, vel personali, nisi ex quo quis agere potest iure non impediante, unde filiosfamil. non currit praescriptio in rebus aduenticiis, nisi ex quo liberatus fuerit a paterna potestate, nec mulieri currit in dote, nisi soluto matrimonio, vel marito uergente ad inopiam, nec creditori nisi ex existente debiti conditione, vel adueniente die.

De Mala, vel bona fide praescribentium. Cap. LXXXV.

Item est, quod in praescriptione necessaria est continuatio possess. bona fide. Nunquid ergo abrogatae sunt omnes leges, quae admittunt praescriptionem triginta annorum cum mala fide; utique, nam expresse dicit hic constitutio Inno. Nec mireris, quia ecclesia iura, & alia secularia potest, trahere indirecte ad forum suum. ratione peccati, cuius iudicium & correctio secundum animam ad ipsam pertinet. Item pone, quod est completa praescriptio cum bona fide continua ex iusto titulo, & aliis circumstantiis supra positis, postea incipit habere possessor conscientiam rei alienae, nunquid tenetur restituere rem, videtur quod sic, & quia dicitur in lege, Non concipies rem proximi. Item Augustin. Bonae fidei possessor restituere dicitur, quam diu se possidere ignorat alienum. Cum vero scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc mala fidei perhibetur, tunc iuste iniustus vocabitur. Item Alexander. Nulla antiqua dierum possessio, diuino iure, iuuat aliquem mala fidei possessorem, nisi respuerit postquam nouerit se alienum possidere. Contra. Possidet iste auctoritate iuris, ergo non alienum, sed suum. Augustinus. Hoc certe alienum non est quod iure possidetur. Item Papa, & Imperator, quibus a Deo commissum est regimen, & dispositio mundi, stauerit hoc ex causa uili, & non est. Causa. n. fuit triplex, una scilicet bona fides possidentis. Secunda odium negligentis petere suam rem. Tertia ne dominia rerum essent iactata, & confusa, & inde possent sequi multa mala. Ad hoc theologi fere omnes dicunt, quod tenetur restituere. Omnes fere doctores iuris dicunt quod non, & iura quae videntur contradicere intelligunt ante completam praescriptionem. Alanus distinctiuit, utrum possessor habuit rem ex causa lucratua, ut tunc tenetur, an ex causa non lucratua, ut tunc non tenetur. Mihi uidetur aliter distinguendum, quia a iure post completam praescriptionem habet conscientiam remordentem, aut non. In primo casu dicam ei praescribere quod restituat rem: quia qui facit contra conscientiam, etiam erroneam aedificat ad gehennam. In secundo casu si dicat, quod credit se iuste possidere iuris auctoritate, nec habet conscientiam super hoc remordentem, vel etiam si habuit aliquo tempore post completam praescriptionem consilio peritorum deposuit omnem scrupulositatem conscientiae, tunc consulerem ei, ut restitueret saltem propter ambiguum duplicitaris, & quia vix poterunt concurrere omnia, quae exiguntur ad praescriptionem. Non audeo etiam praescribere diffinito, cum teneri, vel esse propter hoc in statu damnatorum, praesertim cum sic videatur seruari per vniuersum orbem, quocumque se diffundit ecclesia. Guilielmus. Hoc verius credo, iure enim humano distincte sunt possessiones retri, & res appropriatae, unde cum ius possit facere, ut quod meum fuit tuum sit, per praescriptionem debitam dominium rei transfertur de persona ad personam, unde qui bona fide praescripsit aliquid, si completa iam praescriptione incipit habere conscientiam, quod illud fuit alienum, non aliquando debet iam habere conscientiam, quod illud modo sit alienum: erronea enim esset conscientia, quam tamen si deponere non potest, non superest aliud consilium, nisi quod eam restituat. Item, quod consilium dabit ei, qui ante completam praescriptionem percipit illum a quo emit non fuisse dominum, nec habuisse ius vendendi, nunquid amittet, & rem, & precium? Ad hoc dicas, vel denunciatur domino ut petat ab eo rem in iudicio, vel supponat aliquam personam, quae petat nomine domini, & ita per sententiam euincatur ab eo res. Prius tamen quam sit causa conclusum denunciatur hoc uenditori, scilicet quod res euincitur ab eo, & postea siue fuerit absens contumaciter tempore sententiae promulgatae, siue per iniuriam sententia lata fuerit, poterit repetere precium a venditore, alias non possit.

De Iniquis iudicibus. Cap. LXXXVI.

Vdices aliquando ferunt iniquam sententiam dolo malo, siue timore, siue cupiditate, siue odio, siue amote hoc fiat tenentur praescribere ad omne interesse illi, qui ex tali sententia laesus est: nisi forte possent inducere illum pro quo tulerunt sententiam, ad plenariam restitutionem faciendam ei.



Item secundum leges multas alias poenas debet sustinere, debet etiam ei praeferri restitutionem imponi poenitentia tanquam pro gratissimo crimine. Cam autem per imprudentiam, tenetur secundum leges lesio in quantum bonum, & equum videbitur religioni iudicium, in iudicio tamen animae credo idem, quod in primo casu. q. tenetur ad restitutionem. In culpa enim fuit cum scit, ut scire debuit se insufficientem, & ramen iudicare talem causam praesumpsit, & idem si erat sufficiens quo ad scientiam, si voluisset libros reuolueret, & iudicare. Sed quia fuit negligens, & noluit studere, quem debuit condemnare absoluit, vel e contra. Mitius tamen est agendum cum illo, quam cum illo qui dolo fecit. Quid si accepit pecuniam, ut sententiam ferret, distinguere, aut recipit pecuniam ut iudicaret, & iniure, aut ut bene iudicaret, aut simpliciter ut iudicaret, in primo casu si tulit sententiam iniure, tenetur ut dictum est supra, in illo qui dolo malo. Si pecuniam male accepit, sicut iudicium, sicut iudicium, sicut iudicium, sicut iudicium, tenetur indistincte restituere, non ei qui dedit, cum turpiter dederit, sed ei in cuius iniuriam recepit. In aliis duobus casibus similiter tenetur restituere, quia cum ex officio suo tenetur iudicare, & bene iudicare, & gratis, turpiter accepit, & crimen concussiois commisit, & idem dico si accepit pecuniam ut non iudicaret cum deberet iudicare, vel ut non male iudicaret. G. Helmas. Crimen concussiois est, cum quis in officio constitutus extorquet aliquid per metum a subditis, aut cum non vult facere ad quod tenetur, nisi data sibi pecunia. Aut cum aliquis officialis, aut miles ultra sibi constituta stipendia aliquid extorquet. Vnde Ioh. Baptist. dixit militibus. Estote contenti stip. ue. neminem coe. Item cum ab accusatione, vel ab actione aliquis desistit propter pecuniam. Raimundus. Sed ille qui sic accepit cui restituit? dico, q. illi qui dedit, si bona intentione dedit. Vt ius, & quietem sibi conseruaret. Si vero dedit, ut animam iudicis sibi sub specie recti inclinaret, & ita indirecte ac tacite intendebat ipsum corrumpere, non illi sed pauperibus, vel illi in cuius iniuriam data fuerit, iuxta arbitrium ecclesiae restituenda est. Item quid, si nullo modo voluit ferre sententiam iudex, & propter hoc pauper aliquis, vel alius amittit ius suum, dico q. tenetur iudex, & facit litem suam, id est debet restituere litis estimationem ei, qui propter eius negligentiam laesus est. Nota q. ordinarii iudices non debent petere expensas, cum propter iustitiam tenendam suas habent dignitates, & redditus assignatos, ad istos enim extenditur verbum Ioh. Baptistae. Contenti estote stipendiis vestris, ibi gloriatur Amb. August. Ne dum sumptus quaeritur, praedo grassetur, Moderata tamen exenia sponte oblata potest recipere, non credo q. a litigantibus debeat recipere etiam sponte oblata, propter suspicionem vitandam, nisi consideratis circumstantiis, quas dixi supra de symo. s. porro. Iudex vero delegatus potest petere expensas moderatas, & nihil ultra: nemo enim cogitur suis stipendiis militare. Satis etiam mihi videtur, quod si non est ipse sufficiens, potest aliqua petere nomine assessorum, dum tamen nullam partem inde recipiat, nec faciat aliquid in fraudem.

De Officialibus, & his qui condunt leges iniquas. Cap. LXXXVII.

Officiales autem indistincte, si dolo induxerunt iudicem ad male iudicandum, tenentur secundum distinctionem, quam requirit supra, de his qui sequuntur raptos. Si vero iudex, per imprudentiam assessoris, male iudicauerit, erit excusatus iudex, si vel simplex erat, & habuit bonam conscientiam, nec fuit in culpa eligendo talem assessorem, quia bonus, & sufficiens communiter credebatur, in maiori enim culpa fuit, hic assessor praecipue eligitur propter scientiam, sed non sic in iudice, multi enim illiterati, & simplices habent iurisdictionem, & iuste, & ideo praecipue tenentur assessor ei, qui laesus est. Si autem officiales, quicunque sint, habent certos redditus sibi assignatos, non licet eis aliquid a litigantibus, vel etiam aliis subditis extorquere, ut supra dictum est, de indice ordinario. Sed si non habent certum stipendium sibi assignatum, dicit Aug. q. inferiores officiales, ut sagi, sive missi, & similes, si extorquerent, non tamen per vim, vel immoderatam improbitatem, non reprehenduntur. Si vero per immoderatam improbitatem, modicum tamen id est obolum, vel denarium secundum morem terrae reprehenduntur, non tenentur ad restitutionem, & poterunt inde facere elemosynam. Verba autem Augustini sunt haec. Sunt quaedam personae inferioris loci, quae ab vtraque parte non insolenter accipiunt, sicut officiales, ab his ex-

torta per immoderatam improbitatem repeti solent, magisq. reprehenduntur, qui talia iniustitiam reperierunt, quam qui ea de morte sumperunt, isti facilius, quae hoc modo acquiruntur tanquam in pauperibus largiantur, quam eis a quibus recepta sunt, tanquam aliena restituantur. Qui condunt leges iniuriam vel statuta contra legem Dei, & contra libertatem ecclesiasticam vel solent facere plerique principes, & comites circa veras solutas vel non repetendas coram iudice ecclesiastico, & multa alia aequipollentia, ipso iure non valent dicere si nulla lex potest valere contra Deum. Facientes igitur, & consentientes mortaliter peccant, & haeredes eorum nisi desistant, nulla consuetudine obstante: immo videtur, q. nisi admoniti tales leges, vel statuta dimiserint, ipso iure sunt excommunicati. Item si aliqui damnificati sunt occasione talis legis, vel statuti, tenentur conditores, & eorum haeredes ad restitutionem sicut dictum est de pedagiis, & quæstis supra. Et sicut iudex de iniuria sententia. Tenentur etiam in solidum, qui induxerunt principem ad condendum tales leges. Item omnes obferuantes peccauerunt mortaliter, & tenentur ad restitutionem eorum, quae talium legum occasione lucrati sunt.

De Advocatis. Cap. LXXXVIII.

Irca aduocatos in iudicio animae quatuor sunt principaliter consideranda, scilicet persona, causa, modus aduocandi, & salarium. Persona ut non sit haereticus vel excommunicatus, vel paganus. Item quod non sit monachus, vel regularis, tales enim peccant aduocando, nisi pro monasterio de mandato praetati sui hoc faciant, de postulatione. ex parte. Item quod non sit clericus in sacris ordinibus constitutus, vel etiam in minoribus, dum tamen sit beneficiatus, ut alias dictum est plenius. Item q. non sit iudex, vel assessor in causa illa, in qua vult esse aduocatus, quia duo officia in eadem causa prohibitus esse exercere. Sunt etiam aliae personae prohibitaes habes supra, sed illae praenominatae specialius pertinent ad iudicium animae. Causa ne. scilicet assumat causam iniustam, vel desperatam. Modus, ut non producat falsa instrumenta, nec testes falsos vel corruptos ut merentur, nec falsas leges, vel alias iniurias, vel facti probationes falsas inducat, nec dilaciones necessarias in grauenam partium quaerat. Item q. fideliter, in quantum iustitia permittit, causam sui clientuli foueat, nihil de contingentibus omitendo. Item non procaeter, vel dicendo contumacia, vel uociferando aduocet: quia per hoc impeditur processus iustitiae dicente propheta. Erit cultus iustitiae silentii. Et Salomon contra tales: Erit derisorum, & salarium scilicet ut moderatum petat, sive ab initio causam facit pactum: sive ex post facto, si ab initio non fuit determinatum quantum esset. Attenditur autem hoc moderamen salarii circa quatuor. Primum quantitas causae. Secundum labor aduocationis. Tertium facultas scientia, & honestas aduocantis. Quartum consuetudo regionis. Iuxta istorum quatuor considerationem uel maius, vel minus potest, & debet taxari. Cauet etiam ante omnia aduocatus ne petat emolumentum sine salarium cum graui damno litigatoris. Item ex quo causa est incepta, nullam faciat pactum cum litigatore, quem in propria recepit fide. Hoc etiam intrepide teneas, q. adhibitis circumstantiis supra dictis, licite potest, & sine peccato aduocatus petere salarium. Vnde Aug. Non licet iudici vendere iustum iudicium, & si liceat aduocato uenere iustum patrocinium, & iuriconsulto rectum consilium. Dignus est enim operarius mercede sua. Quod autem dicit, licet vendere rectum consilium, intellige quando laborat ibi, uolendo libros, & studendo, & recipiendo acta, uel decreta, & disputando forte cum aliis peritis. Alias ubi sine labore possit respondere, credo q. nihil deberet recipere, immo quod gratis accepit a Deo, gratis debet dare. Item pro miserabilibus personis, quae propter defectum aduocati, quem non possunt conducere, amittunt causas, & grauantur iniuste, intelligo q. tenentur aduocare, & de sua scientia elemosynam dare, ad iustitiam medici, qui tenetur gratis de medicina sua, curam & consilium impendere pauperi languido Symachus Papa. Non est grandis differentia uerum lectum inferas, vel admittas. Mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc cum possit non excludit. Tenetur autem aduocatus ad restitutionem omnium, quae aliqui contra quos praetabat patrocinium, propter ipsius pertinaciam iniuste amiserunt, tenetur etiam si extorsit salarium unde non debuit extorquere, vel si vltra, quam debuit habere. Alias si absque fraude, & dolo ipsius aliqua essent sibi sponte oblata a suo clientulo, si accipiat, non dico cum tenentur ad restitutionem, & idem dico de iuriconsulto.

De Accusatoribus, & rebus iniquis. Cap. LXXXIX.

Accusatores, & denunciatores debent procedere ex charitate, ut accusati corrigantur, & ceteri terrentur, quia siue plebendo, siue ignoscendo hoc solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur. Item vtri que caueant sibi ne publicent, crimen, nisi probationes paratas habeant, alias enim non essent correctores, sed proditores. Possunt tamen dicere si est occultum talibus personis in seculo, quae possunt prodesse, & non obesse, & etiam si possint probare, debent admonitionem charitativam praemittere. Item si aliquis accusator accipit pecuniam ad accusandum, crimen concussiois committit, & tenetur ad restitutionem facipudam ei, qui dedit, si non turpiter dederit, alias ei in cuius iniuriam data fuit. Detractores, & infamatores dicuntur, qui vitam, & bonos mores proximorum, & praetorum nituntur corrumpere, vel minuire, quod faciunt interdum cum fingendo, & publicando crimen aliqd contra alium, vel etiam occultum crimen alterius prodendo, & manifestando, siue etiam hoc quandoque verbis, siue planis, siue artificiosis, siue cantilenis, quandoque nutibus, & signis, quandoque etiam scriptis, quae appellantur libelli famosi: ut cum aliquis scribit chartam in iniuriam, & infamiam alterius, & proicit eam occulte in ecclesia, vel platea, vel domo, ut ea inuenta, & lecta alius infametur, isti omnes peccant mortaliter, & detiores sunt raptoribus: quia illi capiunt temporalem substantiam, quae extra nos est, isti famam, & quantum in eis est animam, quae intra nos est. Itaque contra confectores talium libellorum, & contra illos qui inueniunt, & non statim comburant, sed dolose manifestant poenam grauissimam sit instituta, tam secundum leges, quam secundum canonem. Tenentur nihilominus ad restitutionem fame, si forte alius esse, propter hoc infamatus, quod fiet hoc modo: Vbi publice dixit uerbum, vel cantilenam per se, vel per alium, vel etiam ubi proiecit libellum famosum, necnon & in aliis locis ubi intelligit illum contra quem haec acta sunt in famatum, occasione sui dicti, vel facti, vel signi publice similiter recognoscit errorem suum, & culpam, & pro posse remoueat, vel saltem alieniet sibi in familia, Tenetur etiam componere secum de iniuria, & humiliter nihilominus veniam postulare. Testis debet esse communis persona, sicut & iudex, & pro vtraque parte dicere parum. & meram veritatem, quam scit de facto super quo inducitur. Ite nihil debet recipere pro testimonio ferendo. Nam sicut sententia non debet esse uenalis, ita nec testimonium. Nam vt habetur. 1. 4. q. 5. c. non sane Aug. ad Macedoniam. Cum iudicia, & testimonia, quae nec iusta nec vera, sunt vendenda, iniqua & falsa venduntur, multo sceleratius vti que pecunia sumitur, quia scelerate etiam quomuis a uolentibus datur, expensas tamen potest recipere ab illo qui eam producit. Item vbi videt proximum rem suam amittere propter defectum probationis, quasi necessitate cogente, debet tunc ferre testimonium ueritatis alius peccat. Aug. ad Casulanum: vt habetur. 1. 1. q. 3. Quisq. metu cuiuscumque potestatis ueritatem occultat, iram Dei sui per se prouocat: quia magis timet hominem, quam Deum. Immo in tali casu etiam priuilegiatae personae, ut sacerdotes, cogendi sunt iurati testimonium dicere, si in qua liceat ei ferre testimonium non enim liceret in causa sanguinis. Praeter istum casum sunt alii sex casus, in quibus debet etiam sacerdos, vel clericus iurare, necnon laicus. Videlicet pro recta obedientia, pro pace, pro indemnitate ecclesiae, & cum absoluitur ab excommunicatione, & cum infamatus debet se purgare. Tenetur etiam testis ad restitutionem omnium, quae per suam falsum testimonium proximum eius amittit. Item si pecuniam pro testimonio ferendo turpiter accepit, credo cum tenentur ad restitutionem. Si quaeras cui, distingue, ut dixisti in iudice supra.

De Formae restitutionis. Cap. XC.

Forma restituendi erit haec. Semper facienda est restitutio spoliatis, vel eorum haeredibus, si possunt inueniri. Fallit tamen hoc, cum is qui dedit pecuniam commisit turpitudinem in dando, tunc enim ferit restitutio, ut dixi supra in pluribus locis. V. Quod ait haeredibus, hoc intelligendum est quando spoliatus fecit testamentum, & certam summam retinuit, qua uoluit esse contentus. Si autem mandauit in testamento distribuere per executores quicquid ad ipsum spectabat de mobiliibus, & debitis, tunc facienda est executoribus eius restitutio pro rata, & liberis eius pro rata, & uxori pro rata si uxorem habebat, & si liberi, vel vxor debebant habere in rebus illis aliquam portionem, aut de iure, aut de dispositione testato-

ris. Si autem contempserit facere testamentum, facienda est restitutio in solidum haeredi, vel illi qui debet alias ei succedere ab intestato, siue de iure, siue de consuetudine. Si autem non potuit facere propter praecoccupationem, tunc ad consilium ecclesiae fiat restitutio pauperibus pro anima eius, si est consuetudo loci, q. pro taliter decedente, ecclesia testamentum faciat, alioquin totam restituatur haeredi. Et haec forma seruanda est quotienscumque facienda est restitutio defuncto. Raimundus. Sin autem non inueniuntur spoliati, vel etiam ignorantur, tunc cum consilio & auctoritate ecclesiae siue poenitentialis distribuatur in pias causas, & maxime in alimoniam pauperum, vel redemptionem captiuorum, & hoc in villa, vel si villa non fuerit, saltem in illa diocesi ubi rapina facta est, cum consilio episcopi illius diocesis, vel capellani villae, si discretus est. V. Quod ait poenitentialis, intellige si dispensatio talium commissa sit ei, alioquin referendum est ad episcopum, qui est procurator pauperum.

De His, qui non habent potestatem vel facultatem restituendi. Cap. XCI.

Raimundus. Si uero non est soluendo distingue. Aut simpliciter non potest soluere, aut potest, sed non absque magno periculo suo, & suae familiae. In primo casu doli, & proponat restituere quam cito. In secundo petat dilationem a spoliatis, vel assignet ei certam partem de redditibus suis amicitabiliter, de qua sibi satisfaciat succellue, & de hoc faciat eis bonam cautionem. Si uero omnes denegent sibi dilationem, & postulent quod ipse cedat bonis, tunc credo quod reuertatur absque dilacione satisfacere vel cedere, quia fur & raptor semper sunt in mora, & ideo semper augent peccatum. V. Ergo debet facere posse suum scilicet usque ad uenditionem haereditatis, & omnium bonorum, & si oporteat ipsum, & familiam suam mendicare. Quid de illis, qui si uellent dimittere superfluas expensas, possent rapta restituere. Quid etiam de illis qui resignant omnia bona sua in manum poenitentiarum, promittentes quod damnificatis tantum faciant, quod tenebunt se pro pacatis, quia putant quod pro modico quitabunt eos, quia credunt se totum amississe. Quid etiam de illis, qui non resignarent in manu poenitentiarum, nisi crederent quod poenitentiarum restituere eis pro toto, vel pro parte, quando nesciunt cui facienda est restitutio. Nunquid tales sunt in statu saluandorum? Credo quod non. Oportet enim quod bona fide, & sine fraude raptor, quicquid potest, ut damnificatis satisfaciat, si nouit eos, aut pauperibus eroget, si non nouit, alias non est saluandus a poenitentiarum, si constat ei de eius impoenitentia, vel praua intentione. Non est tamen necesse, quod fiat huiusmodi resignatio in manu poenitentiarum: dum tamen alias sit paratus ad arbitrium eius, vel alterius boni viri satisfacere. Item si persona denique spoliati sciri non potest, cum consilio ecclesiae, quod ablatum fuit, erogandum est. Et in hoc casu potest episcopus, qui est dispensator pauperum, dilationem ei dare, & partem remittere, aut etiam totum si uiderit expedire. Raimundus. Debitor quidem debet simpliciter ab huius pacto, & conditione totum quod habet resignare in manu episcopi, uel poenitentiarum discreti, & tunc ipse si uiderit eum, pauperem, & egenum, debet sibi partem, vel partem totum, si tantam uiderit necessitatem, ne alias ipse cum vxore sua, & filiis fame pereat, & si quid residuum fuerit, pauperibus aliis distribuatur, & ipse faciat quicquid boni poterit orando, & aliis modis pro his quorum fuerunt res, & si poterit aliqua lucrari, iuxta possibilitatem suam, eroget in usus pauperum pro animabus illorum.

De His, qui pluribus personis, vel ex pluribus causis tenentur restituere. Cap. XCII.

Si autem discrepant inter se spoliati quibus tenetur, quia alii uolunt dare dilationem, alii non, sed petunt cessionem. Tunc maiori parti standum est. Et intellige maiorem partem ubi est maius, & fortius debitum. V. Vnde si vni creditori plus debeatur, quam reliquis omnibus, qui forte sunt decem vel plures, stabitur uoluntati illius solius, de dilacione quinquennali danda, & de cessione petenda. Raimundus. Si uero pars sit debitum, hinc inde standum est maiori numero creditorum. Si omnia sunt paria, eligenda est elementor sententia, id est quae dat dilationem. Haec distinctionem facit lex in pluribus creditoribus. Hoc autem intelligo, nisi petentes cessionem, vel sibi statim satisfieri, non possent induci ad dandam dilacionem, tunc enim satisfaciendum eis est pro parte substantiae, quae

eos contingit, presertim si egeant, ita q non possant concedere abique periculo suo, & familia, ne interueniente paululum mora inueniri non valeant qui redimantur. Semper enim debet vitari mora, vbi timetur periculum. V. Quid potest quis, si vult partem soluere, cum totum non possit, & pluribus teneatur, nunquid potest gratificare vni soluendo ei solidu, aut teneatur singulis soluere pro rata? Et si teneatur ex contractu, & ex maleficio, nunquid prius soluendum est in hanc causam, qua in illam. Item nunquid anterioribus creditoribus prius soluendum, quam posterioribus, & habentibus pignora, & hypothecas, priusquam habentibus tantum personales actiones. Item inter hypothecarios creditores quis cui preferendus est? Respondeo. Si creditor vigilauerit exigendo debitum in iudicio, vel extra iudicium, potest ei debitor soluere solidum, antequam bona debitoris auctoritate iudicis incipiant possideri, ga iura paria facta sunt omnium creditoru. Qui non habent pignora vel hypothecas, vel non sunt priuilegiatæ personæ. Itē si vtroque creditore instante, debitor vni voluerit gratificare, debet illis omnibus communicari, vel eadem portio singulis dari. Item si vnus creditorum denunciauerit alii, ne accipiat a debitorē, in fraudem vsuari videtur ille si accipit, vbi autem nō vigilauerit creditor exigendo debitum non videtur, q debitor debeat ei gratificare. Iure tamen potest. & si non iure fori excusetur, vt credo, si pietate motus gratificaret plurimum indigentī creditori. Nec credo quod aliquod priuilegium habeant isti quibus tenetur ex maleficio vel quasi, quā illi quibus tenetur ex contractu vel quasi, cæteris paribus. Inter creditores autem potiores sunt illi, qui acceperunt pignora, his qui habent personales actiones tantum. Potiores, inquam, vt solatur eis quantum valet pignus. Inter hypothecarios autem creditores, qui prior est tempore potior est, & iure, nisi in quibusdam casibus specialibus, qui solent notari in C. Inter eos autem qui habent personales actiones tantum, æstimantur priuilegia nō ex tempore, sed ex causa. Ex causa videlicet, quia fideus, vel mulier in dote preferendi sunt cæteris priuilegiis nō habentibus. Item ex causa, quia actio tutela, & actio depositi, & similes priuilegiatæ sunt, vt prius quod debetur ex eis, quā quod debetur ex aliis actionibus non priuilegiatis persolatur. Vbi autem sunt paria priuilegia, aut personarum, aut actionum, æqualiter concurrant in satisfactioe faciendā, nisi de aliquo illorum probetur, quod sit alteri preferendum secundum legem. Raimundus. Item semper iniurius, vel spoliator, vel coplices eorum debent humiliter postulare veniam ab his, quos offenderunt, ne illi remaneant in rapore. Item que dicta sunt de raptoribus cum circumstantiis suis, intelligas de incendiariis, prædonibus, & pyrhatas.

De Crimine furti. Cap. XCIII.

Virtum est contractatio rei alienæ mobilis, corporalis, fraudulosa, inuito domino, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius possessionis. Contractatio apponitur in diffinitione, quia sine ea non est proprie furtu, licet interueniat voluntas, verbum, vel scriptura. Alias si concupiscat rem alienam illicite, ac sine contractatione est transgressor alterius præcepti. Non concupiscit &c. Rei alienæ ideo apponitur, quia non committitur furtum in re plenissime propria. Plenissime dico, quia si & alius haberet in re illa ius, puta creditor, cui res, est pignori obligata, vel commodatarius, vel socius, & dominus furtiue surripens, furtum committeret. Mobilis corporalis, quia in rebus immobilibus, vel incorporalibus non committitur furtum, quia talia non possunt contractari, propter suā immensitatem, vel incorporalitatem. Fraudulosa, quia si aliquis crederet rem esse suam, vel etiam sciebat rem esse suam, & crederet sibi licere rem suam suscipere, non committit furtum. Idem si credat se facere, domino volente, quia non facit dolum. Inuito domino, quia si credit dominum permissurum, & subest iusta causa credendi, non tenetur. Si vero non subest tenetur. Item si putat se facere inuito domino, & tamen dominus vult, furtum facit quantum ad intentionem, & mortaliter peccat, sed non tenetur ad restitutionem. Lucri faciendi gratia, quia si quis alienam ancillam meretricem rapuerit, vel cœlaue rit, non causa lucri faciendi, sed libidinis exercendæ, non committit furtu, licet alias grauius peccet. Vel ipsius rei, vel vsus eius, poss. ve. quia non solum committit furtum, qui rei dominum vult lucrifacere sic furtiue, sed etiam qui vsum, vel possessionem rei, ex præmissis liquet, quod qui accepit equum, vel aliam rem conductam, vel commodatam, vsque ad certum locum, & ipse ultra locum illum procedat cum illa re, committit furtum, nisi in causa, scilicet quando credit dominu vel

le. Sed quid si aliquis rem sibi ad vtendum concessam, alii commodauerit, nunquid committit furtum? vtique, quia non erat ei concessa ad vsum istum. Item quia videtur facere gratia sui lucri, species enim lucri est ex alieno largiri, & ex alieno beneficio debitorem siqi acquirere. Similiter etiam creditor committit furtum si pignore sibi obligato vtatur. Et breuiter ubicumque inuenias contractationem alienæ rei factam contra voluntatem domini, intellige furtum commissum. Iustinianus instituit. 4. lib. Furtum est contractatio rei fraudulosa, vel ipsius rei, uel etiam vsus eius possessione, quod lege naturali prohibitum est admittere. Et dicitur furtum a futuro, id est nigro, quia clam, & in obscuro fit, & plerūque nocte, vel a fraude, vel a ferendo id est auferendo. V. Ideo dicit. Vel vsus eius possessionis, quia furtum committit, qui rem alienam possidens, male vitur ea inuito domino, vel uti creditor vtatur pignore nō lenate debitorē. Qui etiam rebus commodatis aliter vtuntur quā vtendas acceperunt, furtum committunt, si tamen se intelligunt inuito domino hoc facere, quæque si intellet esset non permissurum, at si permissurum credant, extra crimē sunt. Furtum committunt pueri statim, ut intelligunt se delinquere, quia furtum ex affectu furandi consistit. Raptor autem est fur improbus. Gratianus causa. 14. quæstione. 6. Furtum autem, non tantum in quantitate rei, quantum in affectu furantis consideratur. Vnde Hieronymus in epistola ad Titum: Quomodo in fornicatione non iccirco diuersa sit fornicatio, si mulier pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua, pauper, cula aut opulenta, sed qualiscūq; fuerit illa, vna est fornicatio. Ita in furto quantumcumque quis abstulerit, furti crimen incurrit.

De Speciebus furti. Cap. XCIII.

Raimundus. Furtorum aliud est manifestum, cum quo fur deprehenditur priusquam veniat ad locum destinatum. Aliud non manifestum, id est cum quo fur non deprehenditur. Item furtorum quedam remanent in nomine generali, quedam cadunt in nomine speciali, veluti sacrilegium, quod dicitur furtum de re publica. Abiectus, quod dicitur furtum gregis. Sic & plagium, quod dicitur furtum hominis, cum quis liberum hominem scienter vendit, vel emit, donat vel accipit, vel permutat. Idem si ancillam, uel seruum alienum sollicitauerit, & exportauerit. Pœna furti variatur secundum quod varie agitur de ipso. Nam quandoque agitur criminaliter, id est ad pœnam corporis infigendam. Quandoque ciuilitate, id est ad pœnam pecuniariam. In primo casu non est fur suspendendus, aut demembrandus, aut exoculandus, sed alias arbitrio iudicis puniendus, videlicet vt sustigaretur, uel exulet, vel alio modo, prout iudici, videatur, & hoc in simplici fure. Si enim plus sit quam fur, id est quia armis aggredditur in domibus, vel sepibus, vel in iunere, vel in mari, vt pyrhatas, tunc acris proceditur contra eum. Cum ergo agitur ciuilitate pœna furti manifesti est in quadruplum, non manifesti in duplum. Et hæc pœna competit, & peti potest etiam post annum. Item si egit aliquis criminaliter, poterit agere ciuilitate, & eouerso. Extra quinto de furtis. Ex concilio. Bituricensi. Eures & latrones, si in furando & depraudando occiduntur, vsulum est pro eis non esse orandum, sed si comprehensus, & vulnerati, presbytero, uel diacono confessi fuerint communionem eis non denegamus. Ex pœnitentia Theodori: Si quis per necessitatem famis, vel nuditatis fuerit furatus cibaria, vestem uel pecus pœniteat hebdomadas tres, si reddiderit, non cogatur ieiunare. Alexander tertius. Cenomanen, epi. Ex ihericis vni innotuit, quod Beatus quendam calicem in ecclesia minus caute dimissum rapiens, longo tempore detinere præsumpsit, & infra. Mandamus quatenus si sponte confessus fuerit, & exinde ecclesie satisfecerit, nec est super hoc infamia reuersus, post peccatam pœnitentiam, aut congruam partem pœnitentiæ, ob hoc ad sacros ordines non dubites promouere.

De Participante cum fure. Cap. XCV.

Ibidem Hieronymus super Paraly pomenon. Qui cum fure partitur, occidit animam suam. Non ergo fur solum, sed ille reus tenetur, qui furti conscius quærente possessore non indicat. Iustinianus vbi supra: Omnes qui scientes rem furtiuam susceperint, & celauerint, furti non manifesti obnoxii sunt, quod si nesciant, non tenentur in pœnam, sed ad restitutionem. Olim is qui in alienam domum introibat ad rem requirendam furtiuam, nudus ingrediebatur, discum fidelem in

in capite portans, vtrisque manibus detentum. Is apud quem furtum inuenitur, concepti furti actione tenetur. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiua ab alio tibi oblata est, eaque apud te concepta sit, vtique si ea mente tibi data fuerit, vt apud te potius, quā apud eum qui dedit conceperetur, nam tibi apud quem concepta est, aduersus eum qui obtulit, quamuis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur oblata. V. Nota quod multis modis cooperatur quis, vel participat cum fure. Vnde versus: Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus, vel receptans, quod idem est. Participans, mutus, non obtians, non manifestans Et de hoc dicitur, qui cum fure participat, &c. Quod autem dicitur in versic. Consensus, intelligitur de consensu cooperationis. Palpo est adulator, participans est, qui partem furti recipit. Mutus qui dolose tacet, cum videt furem pararam furari, & solo verbo posset impedire sine periculo suo, Non obtians, qui non resistit facto, cum sine periculo posset. Non manifestans est, qui scit vbi est res furtiua, & non indicat, maxime cum ab eo qui amittit queritur Verum mutus nō obtians, & non manifestans, non tenetur ad restitutionem rei furtiue, nisi cum fuit surrepta. esset eorum custodiæ commendata. Participans aut cum id solum tenetur restituere, quod habuit. Tenetur vero in solidum iubens, & consulens, & etiam palpo, si propter iussionem, consilium, vel adulationem furtu fecit fur, alius non facturus, sicut distinctum est supra de raptoribus. Contenticus autem coadiuuando tenetur in solidum, licet nihil de furto penes eum remanserit. In quo tamen casu quadam æquitate tolerari posset, quod non tenetur ad restitutionem, cum socius eius, etiam sine eius adiutorio furtum esse facturus. Receptans autem si defendat furem, aut dolo malo celat rem furtiuam, tenetur in solidum, aut si per receptionem suam impeditur rei furtiue restitutio alias non tenetur, nisi quantum de illa re habuit, & sibi retinuit.

De Restitutione rei furtiue. Cap. XCVI.

Ratianus ubi supra. Quod autem pœnitentia agi non possit, nisi res aliena reddatur, in epistola ad Macedonium Augustinus ostendit dicens. Si res aliena, propter quam peccatum est, reddi possit, & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si, vt dixi, restitui potest. Si vero rem alienam quis consecraverit, non eandem, sed æstimationem eius restituere debet. Raimundus, qualiter autem sit procedendum in foro pœnitentia, circa restitutionem faciendam ab ipso fure, vel cooperantibus, & contententibus, & qui teneantur in solidum, & qui in partem, cui etiam sit restitutio faciendā, quia ei ea surrepta est, dummodo sua intersit ex causa honesta rem non esse surreptam, vtputa quia habeat in re ius pignoris, vel vsus, vel simile. Si enim, & ipse esset fur, non sibi, sed domino esset restituenda, vel illi cui prius fur surreperat, si sua interserat, vt dictum est ex causa honesta rem non surripit, caute tamen, ita quod non sciatur, quod sibi restitutio per medium pœnitentialem, scilicet uel aliam religiosam personam, suppresso nomine furis, de his omnibus, & de modo restituendi, rescripti supra de rapinis. Quid si res furtiua pereat quasi fortuito, nunquid tenebitur ad restitutionem postea fur? vtique, quia fuit in mora restituendi. Item non liberatur fur reddendo rem deteriorem. Item tenetur restituere rem cum omnibus fructibus, & si meliorauerit eam, pacendo forte equum, vel porcum furtiuum, uel simile non potest petere, vel retinere expensas. Item cum redditur æstimatio rei, non est tantum considerandum tempus in quo res fuit surrepta, nec tempus in quo perit, sed etiam totum tempus medium, & fiet æstimatio secundum illud tempus in quo plurimi valoris fuit res. Et hæc eadem intelligo in re rapta. Probatum hæc extra de restitutione spoliatorum. Grauis ubi dicitur, quod debet reddi res cum fructibus perceptis, & quos percepissent spoliati, si ipsi possiderent. Item dicit lex, quod tenetur talis ad omnia damna, & luera percepta, & percipiendā. Est tamen casus in quo non tenetur fur de casu fortuito, scilicet si obtulit rem domino loco, & tempore congruo, & dominus noluit accipere, iam enim purgauerit moram. Item cum furtum est commissum in vsu re: tenetur, & non in ipsa re, tenetur etiam post restitutionem rei ad æstimationem illius vsus, aliter enim non esset purgatum furtum.

De illo, qui emit rem furtiuam. Cap. XCVII.

Quid si aliquis emit rem furtiuam ignoranter, & bona fide, & in foro publico, & publice. Nunquid potest sal-

rem præcium, quod numerauit petere a domino, cum deprehendit rem esse furtiuam, vel nunquid poterit retinere rem donec præcium sit ei solutum? Respondeo. Non, nec potest defendere occasione statui super hoc editi in plerisque locis, cum statutum tale sit contra Deum, Circa istum tamen bonæ fidei possessorem dico, quod poterit repetere præcium a venditore, & etiam retinere expensas, quas existens bonæ fidei fecit circa illam rem conseruandam, vel meliorandam, & non tenetur de fructibus perceptis durante bona fide. V. Intellige de perceptis, & consumptis. Si enim extarent adhuc, tenetur ad restitutionem eorum, ex quo inciperet habere malam fidem. Raimundus. Item si durante bona fide ipse perierit res, non tenetur. Idem credo si alienauit, & hoc in utroque casu propter bonam fidem. In primo etiam, quia non erat in mora. In secundo quia non desit dolo possidere, & quia præcium ex re furtiua redatum nō est furtiuum. In summa ergo nota, quod malæ fidei possessor, re perditā, vel in alium translata, tenetur ad verum præcium cum circumstantiis supradictis. Bonæ fidei vero possessor tenetur restituere rem si habet, sin autem de lucro tenetur tantum in quantum locupletior factus est. V. Bene dicit, in quantum, & non plus, quia non tenetur de consumptis.

De illo, qui furatur rem raptam, vel furtiuam. Cap. XCVIII.

Raimundus. Quid si aut quis furatur, vel rapit rem ab vsuario, vel auaro ut inde faciat elemosynam? dico furtum, sive rapinam committi. Non enim faciēda sunt mala, ut veniant quæcumque bona. Videtur tamen, quod iste non facit furtum, quia non facit animo lucrandi. Sed non est ita, quia species lucri est ex alieno largiri. Talis etiam auferit sibi copiam restituendi, & ideo peccatum auget. Causa decima quarta, quæstione quinta. Augustinus in homelia quadam. Forte aliquis cogitat, & dicit. Multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi, non habeo peccatum si illis suum abstulero, & & pauperibus dederō. Vnde enim illi nil boni agunt, mercedem habere potero. Sed huiusmodi peccatum ei diaboli calliditate suggeritur, nam si totum tribuat quod abstulerat, addit potius peccatum quam minuat. Item Ambrosius in libro de offi. Denique si non potest alteri subueniri, nisi alter lædatur, commodius est neutrum iuari, quam alterum grauari. Causa trigesima secunda, quæstione quarta. Augustinus ad Claudium contra Iulianum. Sic non sunt faciendā adulteria, etiā voluntate filios generandi, quem admodum nec furta faciendā etiam voluntate pacendi pauperes sanctos. V. Quid de illo, qui furatur decimas, quas miles, uel laicus percipiebat iniuste, vsurpando alicuius ecclesie, cui faciet restitutionem laico, vel ecclesie? Respondeo. Vtrilibet soluat liberatur, melius tamen est, si non timeatur scandalum, vel periculum soluentis, quod restituit ecclesie, gerendo negocium militis, quod ipse cum scit utiliter gestum, ratum habere tenetur. Denunciare debet tamen militi per se, si audeat, uel per aliam tacito nomine si non audeat, & in tanto liberatus est. Idem dico de pecunia Iudæi, uel vsurari, maxime quando nihil habet nisi de vsura. Liberabitur enim huiusmodi fur, restituendo eam illis a quibus ille Iudæus, vel vsurarius accepit usuras. Distingendum tamen est circa huiusmodi pecuniam furtiuam, aut rem aliam furto surreptam, quia si adhuc extat apud furem in ipsa specie, potius faciendā est restitutio Iudæo, vel vsurario, ne fur alij soluendo huiusmodi rem, adhuc perseueraret in culpa furti, rem contractando alienam, secundum illos, qui dicunt, quod in vsura transfertur dominium. Si autem fur consumpta pecunia, vel re huiusmodi furtiua, uel postea satisfacere soluendo rem aliam, tunc locum habet quod dictum est, quod possit se liberare soluendo illis, a quibus Iudæus habuit usuras, secundum etiam illam opinionem, quæ tenet, quod in vsura non transfertur dominium, in qua opinio ne fuit Hugo. Credo, quod si res illa in specie (quam habuit vsurarius de vsura) ei furto surripitur, liberabitur fur, si restituat illis a quibus vsurarius accepit. In omnibus tamen casibus supradictis eredo, quod etiam liberabitur fur soluendo per se, vel interpositam personam Iudæo, vel vsurario cui surripuit.

De illo, qui rem alienam inuenit, vel qui necessitate compulsus furatur. Cap. XCIX.

Raimundus. Quid de pecunia, vel aliena re inuenta in via, vel platea, vel alio loco publico, nunquid in his est restitutio necessaria, aut nunquid in his committitur furtum? Solus.





Solut. Vtique vnde rem inuentam debet reddere, si potest inuenire illum, qui amisit, & faciat hoc publice dici per preconem, vel per ecclesias in loco ubi rem inuenit. Si vero non inuenient, cum consilio & auctoritate sui pœnitentialis retineat, si pauper & egenus est, & orat pro illo cuius fuit, alias eroget pauperibus. Causa. 14. quæstione. 5. August. si quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti: quantum potuisti fecisti, quia plus non inuenisti. Qui alienum negat, si possit & tollere. Item Hierony. Multi sine peccato putant esse, si alienum quod inuenierint teneant, & dicunt: Mihi Deus dedit, cui habeo reddere, vel respondere. Dicant hoc peccatum simile esse rapinæ, si quis inuenta non reddat, Raimun. Quid si aliquis cibum, vel potum, vel vestimentum pro necessitate famis, vel sitis, vel frigoris surripit, non quid committat furum? Ad hoc dicas, quod si tanta sit necessitas, quod nisi furum, credit se non posse eundem mortem, non committit furum, nec peccatum. Nam propter necessitatem famis comedit David panes propositionis, quia in necessitate omnia debent esse communia. Item quia ipse dominus rei, ex precepto teneat perscere ebrietas. Vnde talis fur, licite potuit, & debuit credere dominum permissurum, & ita non commisit furum. Item quia necessitas non habet legem. Si autem non patitur ita magnam necessitatem, peccat, attenuatur tamen peccatum propter necessitatem. Et in tali casu intelligitur decretalis supradicta. Si quis per necessitatem, &c. Dicerem tamen semper, quia tutius esset, quod restitueret, si possit. Item aliquantulum pœnitentiam imponerem sibi ad cautelam.

De Christianis, qui furantur Saracenis. Cap. C.

Raimundus. Quid si aliquis furatur captiuos Christianos a Paganis detentos, & restituit libertati? Item quid de ipsis Christianis captiuis, qui furantur aliqua ipsis Saracenis a quibus tenentur captiuus, vel etiam aliis Saracenis? Ad primum credo, quod nunquam tenentur ad restitutionem hominis. Nam vt dicit Grego. Contra hostes fidei non solum aperiunt, sed a dorso est etiam laborandum. Item quid intendit iste, nisi Christianum liberare a periculo mortis, vel idolatriæ, ac Saraceno peccandi occasionem subtrahere, ergo non habet unde conuenerit, vel utriusque causam fecit meliorem. Videatur tamen obuiare August. dicens: Fides etiam hosti seruanda est. Sed dic illud quando fides est promissa isti, quod est tempore treuge, in quo casu si Saracenus quasi iuste tenebat eum pro damno sibi illato, quia scilicet rumpebat ei fidem promissam, & in hoc fuit captus, & tempore treuge, iste alius qui furatus est illum, teneatur ipsi Saraceno restituere, non hominem propter periculum animæ, sed damnum datum sibi ab illo, vel pro interesse æstimato, & probabiliter moderata redemptione. Et hoc intelligo si non compulit illum captiuum ad circuncisionem, vel idolatriam, vel ad aliquod mortale peccatum, tunc enim crederem ipsum furantem penitus liberatum. Item credo ipsam furantem nullo modo peccasse quantum ad hominem, si rectam habuit intentionem, immo potius meruisse, dum modo alias satisfaciat, vt dictum est. Ad aliud quod quæsitum est, respondebitur in fine capituli. V. Quid si in bello captiuant pagani Christianos, nunquid tempore treuge postea mittere licebit Christianis eos furari? Respondeo, Si treuga inita est, ita generaliter, quod non liceat alterutris, nec per violentiam, nec alio modo sibi nuicem auferre aut furari aliquid, tunc peccatum est tempore treuge furari Christianos. Si autem conuenit de sola violentia non inferenda, credo quod licite possunt furari: non tantum huiusmodi Christianos, sed etiam munitiones, & castra, quæ occupauerint de terra Christianorum: possunt enim latenter intrare, & sine violentia occupare, nec tenebuntur super his ad aliquam restitutionem. Sed quid si ad huiusmodi munitionem, vel castrum occupandum reuertantur Saraceni, & per violentiam repellantur nonne videbuntur tunc deieci, cum venientes non admittantur, & ita fracta videbitur treuga? Respondeo non: quia cum treuga inita fuit, & conuenit de sola violentia non inferenda, nec furta fuerunt exclusi nec fraudes, intelligendum fuit de violentia non inferenda ab initio in ingressu, scilicet possessionis, non de illa, quæ adhibetur in defensione taliter rei obtentæ, nisi & de hoc expresse conuenierint. Item nunquid tempore treuge, & maxime tempore belli, licet Christianis furari paruos Saracenum, ut eos faciant baptizari. Respondeo. Credo quod si sola pia intentione faciât non peccat, hæc obstat si dicatur quod patribus eorum sit iniuria, propter paternam potestatem quam habere videntur in liberis, cuius vsu priuantur per huiusmodi

furtum. Tamen quia sicut dixit magister supra, sic subtrahitur pagano peccandi occasio, qui inbuebat, vel imbueret, proponebat huiusmodi paruulum in sua infidelitate, non habet unde conuenerit, conditio eius cum facta sit melior: quia & infideles, maxime barbari, non habent huiusmodi ius patriæ potestatis in liberos, quod habent Romani secundum leges. Quid si Paganus habeat Christianum seruum, vel ancillam in domo sua, nunquid licebit seruo huiusmodi, vel ancillæ baptizare clanculo paruulum Paganum, & sic dimittere? Die vt dictum est supra in titulo de Iudæis. Raymundus. Ad aliud quæsitum de his, qui furantur aliqua Saracenis. Distinguo, an suberat necessitas aut nos, in primo casu distingo non tenentur, quia tenebatur eum perscere Saracenus. In secundo tenentur, si iuste & ex culpa sua detinebatur, alias non. V. Tit enim compensatio rei sic furteptæ, cum iniuria iniuste detenti. Præterea cum huiusmodi Saracenus sit hostis, non refert an aperte, an per insidias noceatur eidem. At. l. quæ dicit, non solum barbaris aurum minime tribuatur, sed etiam si apud eos inuenitur furum suorum subtrahitur ingenio.

De Furto mulieris coniugata. Cap. CI.

Raimundus. Quid de uxore, quæ furatur viro suo pecuniam, vel alia vt inde faciat elemosinam? Requiritur infra de negociatione. Item nota, quod ita committitur furum in re praua, sicut in magna. Hieronymus. Furum non solum in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur. Non enim quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. V. Quid de illa, quæ fecit furum ante matrimonium, vel etiam post se, vel cum viro, & quid si vir solus furatus est aliquid, & uxor participauit consentiendo, vel comedendo uoluntaria uel inuita, nunquid licebit uxori de rebus communibus sibi, & viro satisfacere eo inuito damnificatis? Respondeo. Vbi de consuetudine regionis vir & uxor communiant sibi credita ex contractu, vel ex maleficio, si res furatiua quam mulier surripuit ante matrimonium, vel post matrimonium, sola vel cum viro, vel quam vir solus surripuit ante matrimonium, vel post extat adhuc in eorum potestate, credo quod uxor potest illam restituere viro domino, etiam contra dicentem marito. Si autem consumpta est, vel si vir solus furatus est, & mulier participauit consentiendo, vel comedendo, spontanea, uel inuita, potest vxor, si vir non contradicat, negocium mariti gerendo, & seipsam liberando, æstimationem rei consumptæ restituere viro domino lateat, de rebus communibus bonis, si aliter non potest: nec erit furum, quia non est fraudulenta contructio, nec animo lucrificandi. Prohibente autem viro non credo, quod debeat facere huiusmodi restitutionem, cum ipsa non habeat rerum administrationem, sed maritus. Si tamen in hoc casu faceret restitutionem de rebus communibus bona fide lateat, non credo quod esset ei pœnitentia iniungenda, quasi pro mortali, aut quod peccaret mortaliter.

De Crimine vsure. Cap. CII.

EX summa de castibus. Vtura quoque cum parum uel nihil distat a rapina, de ea consequenter agendum est. Videmus igitur quid sit usura, uel unde dicatur, quæ species, in quibus castibus vsuræ permittantur, vel prohibeantur. Quomodo usurarius, & hæreticus eius ad reddendas vsuras compellantur, ultimo de quibusdam dubitabilibus. Vtura est: ex mutuo lucrum paruo debitum uel exactum. Non enim paruo vsuram committi si gratis oblatum gratis accipiatur, nulla enim oblatio suscipiendi culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione processit. Dicitur autem usura quasi vsura, quasi usa aris id est pecuniæ procedens. Non enim dicitur committi usura, nisi in his rebus tantum circa quas consistit mutuum, scilicet quæ consistunt in numero, pondere vel mensura numero vt moneta, pondere vt are, mensura veluti frumento. Causa decimaquarta, quæstione tertia. Quod autem præter summam emolumento sectari sit usuras exigere auctoritate Augustini probatur, qui in psalm. trigesimo sexto scribit dicens: Si foeneraueris huiusmodi id est si tuo mutuo dederis pecuniam tuam, a quo plus quam dedisti, siue illud triticum sit, siue vinum, siue oleum, siue quodlibet aliud, expectes accipere, foenerator es, & in hoc improbandus, non laudandus. Item Hieronymus super Ezech. libro sexto. Putant quidam vsuras tantum esse in pecunia, quod prouidens diuina scriptura omnis rei auferit superabundantiam, vt plus non

non recipiatis, quam dedistis. Item ex concil. Agath. Vtura est ubi amplius requiritur, quam quod datur. Gratianus: Ecce euidenter ostenditur, quod quicquid ultra sortem exigitur, usura est. Ibidem quæst. 4. Quod vero nec clericis nec laicis liceat vsuras exigere, probatur auctoritate Gelasij Papæ, & aliorum. At enim Gelasius Papa scribens clericis per Lucaniam. Clerici ab indignis quæstibus nouerint abstinentiam, & ab omni cuiuslibet negociationis ingenio, vel cupiditate cessandum. In quocumque vero gradu sint sic cellare noluerint, mox a clericalibus officiis abstinere cogantur. Ambrosius in lib. de bono mortis: Si quis vsuram accipit, rapinam facit, vita non uiuet. Item Aug. ad Macedonium: Quid dicam de vsuris, quas etiam ipsæ leges, & iudices reddi iubent, an crudelior est qui subtrahit aliquid, vel eripit diuiti, quam qui trucidat seniore pauperem. Hæc vtiq; atque huiusmodi male possidentur, & vellem vt restituerentur, sed non est quo iudice repetatur. Iam vero prudenter inruentur quod scriptum est: Fideli homini totus mundus diuitiæ sunt, infideli autem nec obolus. Nonne omnes qui sibi videntur gaudere conquisitis, eis que vt nesciunt, alienum possidere conuincimus, hoc est certe alienum non est quod iure possidetur, hoc autem iure quod iuste, & hoc iuste bene. Omne igitur quod male possidetur alienum est, male autem possidet qui male uiuit. Extra quinto. de vsuris. Alexand. 3. in concil. Lateran. Vsurarij manifesti, nec ad communionem admittantur altaris, nec Christianam (si in hoc peccato decesserint) accipiant sepulturam, sed nec oblationes eorum quiquam accipiat. Qui autem accipit, aut Christianæ tradiderit sepulturæ, & que accipit reddere compellatur, & donec ad arbitrium sui episcopi satisfaciatur, ab officij sui maneat executione suspensus. Innocentius 3. Authisiod. episcopo: Licet contra eos non appareat accusator, si tamen aliis argumentis illos confiteri esse vsurarios manifestos, in eos pœnam in Lateran. concil. contra vsurarios editam, libere poteris exercere. Ex summa de ca. Contra prædicta obijciuntur. Nonne si creditor mutat alicui gratis pecuniam, debitor tenetur ei ad antidotam quare ergo hanc naturalem obligationem non potest creditor ducere in pactum expresse, vel saltem sperare effectum ipsius obligationis naturalis, cum etiam talia pacta inueniantur in spiritualibus, ad quæ alias qui tenetur? V. Vt quando datur præbenda ea conditione, vt canonici singulis diebus celebret de beata Virgine, & hoc quando tale onus est adnexum illi præbendæ. Raimundus. Ad hoc dico, cum A. & T. quod creditor nullo modo debet pactum apponere, vel principaliter spem vel intentionem in tali retributione habere, sed propter Deum, & ex charitate principaliter debet mutare proximo indigenti. V. Quod sit, quando & si nulla haberetur spes de retributione temporali, nihilominus mutaret. Et bene dicit retributione, unde credo quod scholares qui dant mutuum pecuniam campforis, vel aliis scholaribus, eo pacto, vel intentione principali, vt ille remoueat illis quando indigebunt, vsuram committunt. Raimundus: Cum autem propter Deum sic mutauerit, tunc si forte secundario speret, quod ille debitor sibi remutet, vel aliquid simile si opus fuerit, forte non est reprobandum.

De Castibus in quibus usura committitur. Cap. CIII.

EX summa de ca. Licet autem usura omnibus sit prohibita, sunt tamen casus in quibus est permessa. Primo ubi possessio ecclesiæ est assignata clerico in beneficium, & laicus tenet eam iniuste & violententer, potest clericus fructus illius beneficij percipere ultra sortem, extra eod. cap. 1. Sed hoc non fit lucra causa, sed vt res eo modo de manu laici redimatur. Secundo ubi usura petuntur cum interesse. Verbigrazia. Si fideiussor soluit vsuras creditori, potest eas repetere a debitore pro quo fideiussor: quia non sunt vsuræ quantum ad ipsum fideiussorem, sed potius interesse, id est non est lucrum, sed vitatio damni. Nota hoc aliud exemplum extra de vsuris. Innocentius 3. Sane genus ad fructus possessionum, quæ sibi sunt a facere pro numerata dote pignori obligatæ computandos in sortem, non credimus compellendum, cum frequenter dotis fructus non sufficiunt, ad matrimonij onera supportanda. Raimundus. Hoc autem intelligas cum maritus sustinet onera matrimonij: alias non V. Quid in hoc casu. Si gener possessione sibi taliter obligatam cum iure, quod ibi habet concedat alij, recepta ab eo summa que promissa fuerat ei pro dote, nunquid poterit illi lucrificare fructus. Speculum Doctrinale.

bus perceptos, vsque dum soluta fuerit ei pecunia prædicta sicut poterat gener? Respondeo: Si gener animo donandi transfert ius totum quod habebat in pignore, non propter vitium pecuniæ, quam accepit ab eo, sed quia consanguineus est eius, vel alia ratione coniunctus amicus, & ille non propter fructus lucrificandos numerat ei pecuniam, sed propter dilectionem aut gratiam, credo quod absque periculo vitæ poterit fructus lucrificare, nec est ille contractus veni nominis mutuum, nisi dum sit in pactum, quod gener teneatur numeranti reddere pecuniam, si ille voluerit repetere, in quo casu usura esset si vellet lucrificare fructus.

Ahuc de eodem. Cap. CIIII.

Raimundus. Permittitur etiam vsuras exigere quandoque ratione moræ, vt si debebas mihi centum ad certum terminum, sed noluit persolvere in termino, & ideo oportuit me recipere pecuniam sub vsuris propter negociam tractandam, tu tenentis mihi restituere illas vsuras, si solui, vel si non solui liberare me ab ipsa obligatione. Item ratione dubij sicut scriptum est extra de vsuris. Grego. 9. Qui dat decem sol. vt alio tempore totidem sibi grani, & vini, & olei mensuræ reddantur, quæ licet tunc plus valent, vtrum tamen plus vel minus solutionis tempore fuerint valitura, verisimiliter dubitatur, non debet ex hoc vsurarius reputari. V. Re. & dicit si verisimiliter dubitatur. Si enim daret centum solidos in autumno, quando parui precij est bladum, vinum, & oleum, vt ad Pascha totidem sibi grani, vini, vel olei mensuræ redderentur, quando huiusmodi merces secundum communem cursum consueuerunt esse cariores, usura esset: quia non verisimiliter dubitatur, immo probabiliter creditur, quia plus valebunt illæ mensuræ tempore solutionis, quam valeuerint tempore contractus. Nunquid potest committi usura, ubi creditur pecunia, scilicet vna marcha argenti, pro alia marchæ argenti ad certum terminum persoluenda? Aut cum datur præcise species pro specie? vt granum pro grano ad eandem mensuram? Respondeo si verisimile est quod pecunia numerata aurum, vel argentum ex tempore non fiant præciosiora. Item tempore solutionis, quæ fuerant tpe contractus, aut verisimiliter dubitatur, vtrum præciosiora sint futura necne, non est usura. Si autem verisimile sit, quod præciosiora sint futura tpe solutionis, vt si quis det 20. libras sterlingorum in hyeme, pro aliis totidem in æstate soluendis, quæ solet huiusmodi moneta requiri a viatoribus, aut 20. marchas auri vel argenti pro aliis totidem soluendis ad passagium Cruce signatorum. Distingue, quia si creditor non erat seruaturus illam pecuniam vsque ad illud tps, sed interim coluaturus, usura est. Si erat seruaturus, vt sic seruando vsque ad prædictum tps lucraretur, distigue, quia si auferat de bitori libertatem liberandi se interim, & debitor soluendi, usura est, quia præsumitur, quod ideo crediderit pecuniam, quod debitor operaret periculo, & se exoneraret. Si non auferat, sed concedit ei quod reddat pecuniam quocumque voluerit infra terminum, meretur, si ex misericordia hoc faciat, vt releuet debitorem inopiam. Si autem corrupta intentione hoc facit, vt se exoneret a periculo seruandi peccat, non tamen credo eum compellendum ad restitutionem lucri, licet hoc esset ei consulendum in pnia, vel quæ daret pauperibus. Eodem modo distinguendum, & iudicandum est, quod datur species pro specie ad terminum, vt vinum pro vino &c. Extra ubi supra, Grego. 9. Rone præfati dubij etiã excusatur, qui pannos, granum, vinum, oleum, vel alias merces vendit, vt amplius quam valeat in certo termino recipiat pro eisdem, si tamen ea tpe contractus non fuerat venditurus. V. Conditionem credo esse attendendam, non solum in hoc vltimo casu, sed etiam ubi datur species pro specie, aut pecunia pro pecunia, sicut notauimus in superiori distinctione. Raimun. Tñ satis consulte agerent hoies, si a tali contractu cessarent, cum cogitationes hominum Deo nequeant occultari. Si tñ venderet ad terminum longe maiori precio, quam modo valeat, usura esset. V. Quia tunc non verisimiliter dubitatur, vtrum plus vel minus valiturae sint, sed præsumeretur quod longe minori. His castibus, & alium adde, quod vsus gabellam de feudo ecclesiæ suæ potest retinere, fructibus non comparatis in sortem, dum tamen interim feudatarius immunis sit a seruitio, quo pro feudo ecclesiæ tenebatur, & credo quod spirituale priuilegium est ecclesiæ, nec est ad feuda laicalia extendendum.

Vtrum Gratis oblatum inducat usuram. Cap. CV.

Raimundus. Item gratis oblatum & acceptum non inducit vsuram, dum tamen non sit intentio corrupta. Tomus Secundus. V. Ex

V. Ex parte scilicet creditoris si forte non credidisset pecuniam...

Utrum spes faciat usurarium. Cap. CVI.

Raimundus. Sed nunquid voluntas, vel intentio, vel spes inducunt usuram...

De fraude usurarium. Cap. CVII.

Raimundus. Quid si poena est apposta in contractu mutui...

rumaeiam debitoris, qui cum possit, contemnit in termino statuto...

De his qui suscipiunt in se mutui periculum. Cap. CVIII.

Raimundus. Item aliquis mutat pecuniam mercatori, recepturus aliquid ultra fortem...

in fraudem usurarium. Et expressa est hodie de re extra ubi supra...

De Contractibus illicitis annuorum reddituum. Cap. CIX.

Gvilielmus. Quid de illis, qui a communitatibus civitatum, vel a monasteriis emunt...

credo emptorem peccare, quando durat bona fides. Quid de illis qui emunt equos...

De Traditionibus Bous ad mediationem. Cap. CX.

Quid de illis qui tradunt Boves ad mediationem, siue in censum vulgariter...

De Traditione animalium ad crementum. Cap. CXI.

Quid de ouibus, vel animalibus quae traduntur ad crementum? Respondeo...



mortua antequam alius aliquid percipiat de prouentibus, hoc est enim quasi tradere oues immortales. Et generaliter unum est, quod ubi probabiliter dubitatur vtrum istius vel illius deterior sit conditio, in forma conuentionis siue pacti adhiberi in contracta societate, non est peccatum. Vbi autem ad arbitrium boni viri grauius alterius conditio, peccatum est ex parte grauius, si scierit hoc faciat, & teneatur ad restitutionem. Nos potest tamen dari generalis doctrina super huiusmodi traditionibus omnium propter varietatem traditionum, & solus qui super talibus excogitantur a quibusdam.

De turpi lucro. Cap. CXII.

Raimundus. De quibusdam autem qui tempore messis, vel vindemij emunt annonam, vel vinum vilius, ut postea vendant carius. Dico quod peccat, & turpe lucrum est. V. Intelligendum est hoc si fiat ex cupiditate, tunc enim est peccatum mortale, siue clerici, siue laici sint qui hoc faciunt. Quando autem laicus non ex cupiditate, sed ut prouideat sibi, & suis, emat aliquid, ut post carius vendat, siue annonam, siue aliud, non audeo dicere esse mortale. Clericus etiam si rem alienam emat, ut eam per suam industriam melioratam, vel mutata forma vendat carius, quam emerit, non credo quod peccet, ut si pullum emat equi, & nutriet, vel tabulam emat, & inde facit imaginem. Annonam itaque, vel vinum emere predicto modo ex cupiditate, omnibus illicitum est. Raimundus. Secus si aliquis propter necessitatem emat, & postea non indiget sicut credebat, hic potest licite vendere, prout venditur communiter in foro, licet vendatur carius, quam emerit. In hoc tamen primo grauius peccat clericus quam laici, neutros tamen dico teneri hic ad restitutionem faciendam certis personis, sed debent erogare tale lucrum in usus pauperum. Potest enim emere si timetur carissima in terra, & videt victualia extrahi de terra, dummodo non ut carius vendat, sed ne genus pereat, exemplum Ioseph. V. Idem credo de illo qui emit annonam, vel vinum, causa negociandi, dum tamen non ex cupiditate hoc faciat, sed ut lucro moderato sibi prouideat, maxime cum aliud genus negociationis non nouit, nec alias habet unde sustentetur. Raimundus. Illos contra credo tanquam nephandas beluas detestandos, qui ea intentione emunt aureos, vel alias monetas, vel res venales, & precipue victualia, ut de talibus caritatem inducant. Item qui annonam veterem mutuam, ut recuperent nouam, vsum committunt, quia meliorem rem recuperare volunt. V. Illos non audeo condemnare, si ad hoc mutant, ut proximo subueniant, dummodo non auferant ei libertatem liberandi se interim soluendo veterem, vel si probabiliter dubitetur vtrum plus vel minus valitura sit tempore solutionis, alius verum est quod dicit magister.

De legibus usurarum permittentibus, vtrum teneant. Cap. CXIII.

Raimundus. Quid de legibus quae permittunt vsuras exigi, nunquid tenent? Breuiter dico, quod non, quia prohibita sunt iure naturali: sed contra tale ius nulla lex, nulla dispensatio potest admitti. Item quia par in parem non habet imperium, multominus minor in maiorem, ergo Imperator terrae non potuit condere legem, contra Imperatorem caeli. Praeterea dicit Imperator, quod sacrae leges non designantur imitari sacros canones, specialiter in matrimonij, & vsuris, sed secundum canones non possunt exigi, ergo nec secundum leges. Item dicit Imperator se amplexi quatuor conuicia vniuersalia a Deo, ut per ea suis legibus detogetur, sed in Niceno concilio, quod est vnum ex illis quatuor vsurae reprobantur, non est quo iudice repetantur, scilicet vsurae, quia ibi respicitur factum & non ius. Illae tamen leges quae permittunt vsuras exigi ratione interese, vel ratione moris, bonae sunt, & approbandae, si sane intelligantur, ut dixi supra ex Codice libro 4. Si usurae illicitae soluae sint in sortem computentur, si autem fors iam soluta erat, vsurae et indebitae repetentur. Ex pacto soluae licet peti non poterant, tamen repeti non possunt, nisi ultra modum licitum datae sint. Usurarum modus ex personarum delectu spectandus est. Illi stes enim trientes vsuras stipulari possunt, negociatores bifses, caeteri semisses. Ultra duplum intra anni tempus vsurae nulla occasione exigi possunt, etiam si pignora pro illicitis vsuris obstricta sint. Item vsurarum vsurae nulla arte exigi possunt.

De Compellendis vsurarijs ad restitutionem. Cap. CXIIII.

Compelluntur vsurarij restituere vsuras a iure, & a iudice. A iure, quia si sint publici vsurarij, ipso iure sunt excommunicati, quantum ad tria scilicet quod non debeat recipi ad communionem altaris, nec eorum oblationes, nec ipsi ad Christianam sepeliantur, si in hoc peccato decesserint. A iudice, quia potest quemlibet vsurarium cogere ad restituendas vsuras, si necesse fuerit etiam per maiorem excommunicationem, omni appella, remota. Item quia si vsurarius repetat ab illo vsuras, repellitur per exceptionem, donec ipse restituat vsuras, quas ab aliis male accepit, vel saltem fecerit posse suum. Eisdem modis compelluntur haeredes vsurarium, siue sint filij, siue extranei. In foro autem penitentiali indubitanter tenentur tam vsurarij, quam haeredes ad solidam restitutionem omnium vsurarum, quas illicite acceperunt, vel saltem posse suum faciant & dolent de peccato, & quia non possunt plene restituere, & proponant in animo restituere, si perueniant ad pinguiorem fortunam, & semper pro posse nitantur. Ad hoc possunt etiam tales contriti, & satisfacere non valentes postulare dilationem, vel causa elemosinae sibi remissionem fieri, ab eo cui tenentur restituere, & sic erant in statu saluandum, aliter non. Qualiter autem & in quantum tenentur haeredes, & etiam de forma restituendi similiter, siue sit soluendo siue non, vsurarius vel haeres eius, require per simile, supra de rapina. Si clericus est vsurarius, vel haeres vsurarij, & non vult satisfacere, ab officio suspenditur, & si emendari noluerit, deponetur. Porro in foro penitentiali proceditur, ut supra dictum est, ita tamen quod non de rebus ecclesiasticis, quae sunt pauperibus deputatae, sed de suis hoc faciat fidei liter, iuxta posse, nisi quatenus de pecunia illa, vel alia qualibet sua expenderit in utilitatem ecclesiae. V. Videtur magister innuere, quod clericus qui debet aliquid ex maleficio, non potest illud soluere de bonis ecclesiae, quod ego non credo. nisi talis sit qui bona habeat patrimonialia, aut aliunde quae de ecclesia acquisita. Alias credo quod de bonis ecclesiae, id est de fructibus quos legitime percipit de ecclesia sua, se liberare potest. Extra 5. de vsuris. Alexan. 3. Cogendi sunt vsurarij manifesti, vel his a quibus extorserunt, vel eorum haeredibus vsuras restituere, vel his non superstitibus pauperibus erogare, si tamen habent unde possint, alioquin eos nota paupertas excusat. Filij ad restituendas vsuras, ea sunt districtione cogendi, qua parentes si viderent cogentur. Idipsum est contra haeredes extraneos credimus exercendum.

De Rebus emptis, ex pecunia vsuraria. Cap. CXV.

Offensiones vero quae de vsuris sunt comparatae debent vendi, & eorum praecia his a quibus vsurae sunt extortae restitui. Raimundus. Pone quod vsurarius emit equum, vel praedium de pecunia vsuraria, & donat rem illam alteri, postea efficitur non soluendo. Quaeitur vtrum ille qui soluit vsuras, possit cum effectu petere rem emptam de vsuris ab ipso possessore, & vtrum ille in foro penitentiali teneatur restituere? Videtur quod non, quia praecium ex re furtiua redactum non est furtiuum, a simili, res empti de pecunia vsuraria non est vitio vsurae subiecta. Item quia secundum regulam vitia personalia non transeunt ad successores. Ego tamen credo contra eum Ala. quod iste potest petere, & ille tenetur restituere. Expresse enim dicit de hoc, extra e. cum tu. Succedit enim hic res loco praecij, sicut conuersio alibi. V. Quod ait. Tenetur restituere hoc credo verum esse, quando habuit ex lucratua causa rem emptam de pecunia vsuraria. Secus si emisit, uel ex alia causa non lucratua adeptus esset rem bona fide ab vsurario, non credens forte eum esse vsurarium, aut credens rem illam esse emptam, non de pecunia vsuraria, aut ipsum vsurarium habere alias unde non posset reddere vsuras. Sed nunquid uir qui duxit uxorem raptoris, vel vsurarij filiam, potest accipere dorem de rebus illis, cum quicquid habet non sufficiat ad reddendum quod rapuit, uel habuit de vsura? Respondeo. Licet dos non proueniat ex causa lucratua, sed recipiatur propter onera matrimonij portanda; si tamen maritus sciens ueritate, aut crassa ductus ignorantia contraxit cum huiusmodi filia, non debet recipere dorem de rebus huiusmodi, de aequitate canonica, licet de subtilitate iuris civilis aliter forte possit.

posset dici. Si autem probabili ignorantia ductus est, quia credebatur non esse vsurarium, vel alias esse soluendo, potest dotem in solidum recipere, licet postmodum sciat veritatem. In creditoribus autem, qui recipit quod sibi debetur a rapto, vel ab vsurario, non distinguo, nisi quia bona fide crediderit ei pecuniam, ut ex illa sibi commodum suum faceret, & in crastino forte ex ea se liberaret. Non est simile de marito quantum ad dotem, ut dictum est, quia socer dando dotem genero efficitur pauperior, nisi quatenus releuatur ab onere alendae filiae. Sed debitor non fit pauperior recipiendo mutuum a creditore, vel emptor, aut venditor recipiendo rem, vel praecium rei uenditae. Creditor autem, qui mala fide creditur pecuniam, putaudenti in alea, vel daturio meretrici, aut histrioni, vel alias dilapidanti bona sua, non debet huiusmodi debitum recipere ex rebus huiusmodi, dum tamen rem futuram, vel raptam, aut vsurariam in ipsa specie non recipiant, maxime secundum illos qui dicunt, quod in usu non transfertur dominium. Secundum etiam illos qui dicunt contrarium, credo quod ipsa res vsuraria in specie non debet recipi in solidum, quia debitor qui eam dedit pro vsura, potest eam abducere a creditore, si extat: nec possit creditor pro ea aliam ei soluere ipso iure.

De vsuris contractis circa pignora. Cap. CXVI.

Circa pignora saepe oritur quaestio talis: Creditor accipit pecuniam, uult omnes fructus percipere bona fide deductis expensis computare in sortem. Sed si quid residuum fuerit de sorte, postulat debitorem compelli ad solutionem. Quaeitur vtrum ad hoc cogendus sit debitor, vel non, vel qualiter sit consulendus creditor. Ad hoc credo plura auxilia sibi esse parata. Potest enim per actionem personalem petere coram iudice. Item potest alij pignus sibi obligatum impignorare. Item potest uendere pignus etiam inuito & contradicente debitore, nisi debitum offeratur. Circa uenditionem tamen est adhibenda distinctio, quia aut certa praecia fuerunt inter creditorem & debitorem firmata super uenditione pignoris in certo tempore, vel loco, vel certe personae speciali modo faciendi, aut nullo modo faciendi, aut nihil super hoc conuenit inter eos. In primo casu debet creditor prius notificare debitorem, & postea poterit uendere secundum formam conuenientem, & non aliter. In secundo, uidelicet cum praecia sunt appositum, ne uendatur, etiam tunc non potest uendere, sed debet prius denunciare debitorem ut soluat, si cessauerit, poterit postea uendere, aliter si ante trinitam denunciationem uenderet furti tenetur. In tertio uero scilicet cum nihil conuenit, sufficit una denunciatio, & postea elapso biennio poterit fieri uenditio. Potest etiam cogi per ecclesiam supra dictis modis, si est de foro suo, vel quicumque sit in modum denunciationis, ratione peccati, vel in modum reconuentionis. V. Quando creditor trahit debitorem in iudicio super aliqua re coram ecclesiastico iudice, quia tunc debitor conuenit potest creditor reconuenire coram eo iudice. Bene dicit ratione peccati, propter quod ecclesia potest de omnibus causis cognoscere per modum denunciationis, & compellere ad agenda penitentiam. Raimundus. Et si forte post inceptam causam uellet debitor desistere, uideretur quod ad petitionem creditoris posset eum cogere iudex ecclesiasticus, ut responderet ei coram eo, vel satisfaceret. Saepem enim iudex potest & debet iudicare indirecte, & occasione alterius quaestiois morae coram eo de re, de qua alias non posset.

Adhuc de eodem. Cap. CXVII.

Item nota, quod creditor potest exigere, vel compensare non solum expensas quas fecit colligendo fructus, sed etiam quas fecit bona fide, circa rem pignoratam. Item si casu fortuito, non sine culpa sua res perijt, vel deteriorata est, non tenetur creditor, sed si dolo, uel culpa sua, tenetur. Item si uenditio pignore bona fide creditor minus accepit quam erat in sorte, potest agere ad residuum. Si uero plus tenetur restituere debitorem. Item nota, quod sicut potest agere debitor contra creditorem, vel conuerso, ita & haeres debitoris contra creditorem, vel contra haereditatem eius, & conuerso. Et si forte creditor vel haeres eius rem sibi obligatam alteri impignorauit, uel alio quoque modo in alium transferat.

posset dici. Si autem probabili ignorantia ductus est, quia credebatur non esse vsurarium, vel alias esse soluendo, potest dotem in solidum recipere, licet postmodum sciat veritatem. In creditoribus autem, qui recipit quod sibi debetur a rapto, vel ab vsurario, non distinguo, nisi quia bona fide crediderit ei pecuniam, ut ex illa sibi commodum suum faceret, & in crastino forte ex ea se liberaret. Non est simile de marito quantum ad dotem, ut dictum est, quia socer dando dotem genero efficitur pauperior, nisi quatenus releuatur ab onere alendae filiae. Sed debitor non fit pauperior recipiendo mutuum a creditore, vel emptor, aut venditor recipiendo rem, vel praecium rei uenditae. Creditor autem, qui mala fide creditur pecuniam, putaudenti in alea, vel daturio meretrici, aut histrioni, vel alias dilapidanti bona sua, non debet huiusmodi debitum recipere ex rebus huiusmodi, dum tamen rem futuram, vel raptam, aut vsurariam in ipsa specie non recipiant, maxime secundum illos qui dicunt, quod in usu non transfertur dominium. Secundum etiam illos qui dicunt contrarium, credo quod ipsa res vsuraria in specie non debet recipi in solidum, quia debitor qui eam dedit pro vsura, potest eam abducere a creditore, si extat: nec possit creditor pro ea aliam ei soluere ipso iure.

De Communitatibus in vsura. Cap. CXVIII.

Raimundus: Quid de communitatibus quarundam ciuitatum, quae dant pecuniam ad vsuram, maxime in Lombardiam, nunquid omnes ciues sunt vsurarij propter hoc, & per consequens in statu damnatorum? Respondeo sic, omnes quorum auctoritate fit uel consensu. V. Quid de regibus & principibus qui compellunt ad reddendum vsuras? Respondeo: quod tenentur ad restitutionem, etiam si nihil ad eos inde peruenit. Quid de regibus, & principibus, qui a Iudeis multa recipiunt, cum tamen sciant eos nihil habere nisi de vsura, & quod bona quae possident non sufficiunt ad restitutionem? Respondeo: tenentur ad restitutionem taliter perceptorum, si ex causa lucratua ea perceperunt. Si autem non ex lucratua, possunt accipere quod sibi debetur, sicut & alij creditores. De seruientibus autem vsurariis, credo quod possunt accipere mercedem suam de rebus huiusmodi, si seruiant eis in licitis, & honestis, aut necessariis: quia utilitas quam consequuntur huiusmodi vsurarij ex operibus huiusmodi seruientium, compensatur cum mercede, quam dant seruientibus illis, nec possunt dici pauperiores propter mercedem datam, cum loco mercedis habeant commodum operarum. Si autem in inonestis, aut illicitis non credo quod debeant recipere mercedem de rebus huiusmodi. Idem etiam indicandum est de ceteris praediorum usurariis, & de aliis mercenariis eorundem.

Adhuc de eodem. Cap. CXIX.

Raimundus. Quod autem dictum est de communitatibus pecuniam ad vsuram praestantibus, quod omnes sunt vsurarij, quorum auctoritate, uel consensu fit, dico, & idem si collegium aliquod accipit pignus in casu non concessio. V. Sed nunquid singuli de collegio tenentur in solidum restituere, quod collegium habuit ex usura? Respondeo. Licet vsurarij sint (ut dicit magister) illi quorum auctoritate, & consensu talia sunt, non credo tamen quod tenentur ad restitutionem, nisi quantum ad eos peruenit de vsura, uel quantum releuati sunt ab expensis, quas fecissent de suo in sustinendis oneribus communitatis, nisi forte praestiterint auctoritatem compellendo, aut praecipiendo communitati taliter seruari, quae alias non esset factura hoc. In hoc casu credo eos teneri in solidum. Quid de illo, qui consultit alicui ut serueretur. Item, quid de illo, qui dat ami co suo, uel consanguineo pecuniam, uel commodat gratis, ut ex ea serueretur. Item, quid de eo, qui contrahit societatem cum alio ad foenus exercendum. Item quid de eo, qui dat vsurario mutuum pecuniam ad participationem lucris vsuratum. Nunquid in his omnibus casibus tenentur in solidum qui hoc faciunt, an tantum de eo, quod ad eos peruenit de usura. Respondeo secundum quosdam. Tales qui inducunt alios ad seruerandum, alias non serueraturos, tenentur in solidum. Si autem alias erant serueraturi, non tenentur nisi quantum ad eos peruenit. Ego credo, siue praedictio, qm in neutro casu tenentur, nisi in quantum ad eos peruenit huiusmodi taliter inducunt alios ad seruerandum, & melior est.

conditio talium in hoc casu, quam in rapina vel furto, ubi qui prestant auctoritatem tenentur ad restitutionem, etiam cum nihil ad eos pervenerit de maleficio. Et hoc ideo, quia rapina, vel furum contra voluntatem domini fit, qui patitur damnum: sed usura de voluntate domini pervenit ad creditorem, nec inuenio iura dare actionem debitori, contra huiusmodi inductores, ad rependum usuras ab eis, quas ipsi debitores solvent usurariis, vel taliter inductis per alios, cum ad inductores nihil pervenerit de usura, sicut dant iura actionem contra illos, quorum opere, vel consilio, vel ministerio furta sunt & rapinae, licet nihil ad eos pervenerit.

Utrum a Christianis liceat Judaeis usuras exigere. Cap. CXX.

Raimundus. Item nunquid Iudaeus potest exigere usuram a Christianis, aut nunquid Christiani a Iudaeis, vel Paganis, vel ceteris hostibus fidei Christianae? Ad primum respondeo, quod peccat Iudaeus mortaliter, & ad relaxandas usuras Christianis potest compelli ab ecclesia indirecte, scilicet per subtractionem communionis Christianorum, vel saltem compellendi sunt a principibus Christianis, & ab ecclesia praedicto modo, ut non exigant immoderatas usuras. At vero expresse videtur sentire Ambrosius, quod licite a talibus hostibus possunt exigere usuras Christiani. Gratianus. Causa 14. quae 4. Nam a quo usurae exigenda sint Ambrosius testatur dicens. Ab illo exige usuram, cui merito nocere desideras, cui iure inferuntur arma. Huic legitime auferuntur usurae, quem bello vincere non potes. Ab hoc usuram exige, quem non sit timen occidere, sine ferro dimicant, qui usuras flagitat, ergo ubi ius belli, ubi ius usurae. Raimundus. Super hac auctoritate sunt opiniones variae. Dicunt enim quidam, quod loquitur secundum antiqua tempora, quando permissum erat Iudaeis in lege accipere usuras ab alienigenis, iuxta illud. Non scenerabis fratri tuo, sed alieno. Alij intelligunt. Non scenerabis fratri tuo, sed alieno, usuram, id est magnam pensionem &c. Alij intelligunt de Paganis & hostibus reipublicae, sicut litera plane sonat, talibus tenem & aperte, & per insidias, & omnibus modis possunt tanquam indignis auferri, quae male derinent. Secus de Iudaeis, quia illi serui nostri sunt, & parati seruire nobis. Alij dicunt, quorum opinio communior est: quod a nullo homine Christiano Iudaeo, Pagano, vel alio licet exigere usuras. Et exponunt literam negativae: Ab illo exige usuram, cui tu quicumque sis merito nocere desideras, sed nulli merito debes desiderare nocere, ergo a nullo debes usuras exigere. Extra quinto de usuris Innocentius tertius. Iudaeos ad remittendas usuras Christianis per principes, & potestates compelli per capitulum secularis. Idem in gene. concil. Quanto amplius Christiana religio ab actione compescitur usurarum, tanto grauius super his Iudaeorum perfidia insoluit. Itaque statimus ut si decerero Iudaei a Christianis graues, immoderate usuras extorserint, Christianorum eis participium subtrahatur, donec de immoderato grauiamine satisfecerint competenter. Principibus autem iniungimus, ut propter hoc non sint Christianis infesti, sed potius a tanto grauiamine Iudaeos cohibere.

Utrum usuram ab usurario acceptam teneatur quis ei restituere. Cap. CXXI.

Raimundus. Sed pone, quod Christianus accepit usuras a Iudaeo cui restituit? videtur quod Iudaeo, per ea quae dicta sunt supra. Ita tamen si ipse restituit omnes usuras quas accepit, quod nisi velit facere, sanius Christiano consulo, quod cum auctoritate ecclesiae restituat, nomine Iudaei illis Christianis, a quibus ipse Iudaeus exegerat usuras, & notificet hoc Iudaeo, ut sciat se liberatum ab illis Christianis per istius solutionem. Nec poterit ab eo repeti, cum vtiliter gesserit negotium ipsius Iudaei, & ideo velit nolit, tenetur habere ratum. Sed nunquid idem Christiano? Satis credo quod sic. Veruntamen in utroque sensu liberatur ille Christianus restituendo usuras illi a quo accepit, siue iste sit Iudaeus, siue Christianus. Salubrius tamen est primo dictum, scilicet ut soluat illis quibus iste tenetur, deponat pecuniam in aede sacra, vel alio tuto loco. Similiter cum auctoritate ecclesiae, ut cum iste satisfecerit recipiat eam. V. Hoc inquam est salubrius quando factum est occultum, & non timent scandalum nec periculum taliter solventis. Alias sufficit quod fiat restitutio illi, a quo sunt recepte usurae. Raimundus. Sed quid si scitur persona cui est restitutio facienda, sed tamen est

absens in remotis partibus, vel nescitur in quo loco sit. Ad hoc dico, quod cum nescitur ubi sit, datur pauperibus cum auctoritate ecclesiae, si autem scitur, mittat ei, si aliquo modo potest fideliter & secure, si non potest det pauperibus, vel supra cum auctoritate ecclesiae. Guilielmus. Quod ait, mittat ei, hoc semper est, cum commode fieri potest, pensandae sunt tamen circumstantiae, scilicet quantitas rei debita, & remotio loci, & expensae loci quae fierent mittendo, & paupertas vel diuitiae illius cui facienda est restitutio, quia tam modica potest esse rei summa, & tantae expensae, quae fierent in mittendo: & tam diues ille, cui facienda est restitutio, quod nullo modo deberet velle pro re tam modica proximum tantum grauari, & tunc non oportet quod mittatur, & in talibus ad arbitrium boni viri recurrendum est.

Utrum Usurarius teneatur omnia de usura acquisita restituere. Cap. CXXII.

Item quare usurarius teneatur restituere non solum pecuniam usurariam, sed etiam quicquid cum ipsa lucratus est, & factus perceptus ex re empta de pecunia lucra. Ad hoc dicunt quidam quod sic, quia quae ex radice corrupta procedunt corrupta sunt. Difficile enim est, ut ait Leo ut bono peragatur exitu, quae mala sunt inchoata principio. Ambrosius. Si quis usuram accipit, rapinam facit. Et Hieronymus. Usuras querere, vel fraudare, aut rapere nihil interest. Sed in rapina & furto videtur ad ista teneri, ergo & in usura. Verum quoniam qui nimis emungit, sanguinem elicit. Dicimus cum aliis, quod teneatur usurarius restituere quicquid ultra sortem accepit a debitore, occasione fortis, pacto praecedente, vel intentione corrupta. Guilielmus. Quicquid inquam sic recepit a debitore, aut etiam de re debitoris habita per usuram. Unde si habuit de usura terram, vel pecus, quicquid de naturalibus fructibus ipsius terrae vel pecoris habuit, & pensionem aut mercedem terrae, vel pecoris si ea locavit restituere tenetur. Credo etiam quod restituere teneatur etiam damna, quae propter solutionem usurae passus est, ut si domum suam, vel praedium oportuit propter hoc distringere viliori precio, quam valeant, & aliam domum conducere ad usum suum, aut si oportuit eum accipere ad usuram ab alio usurario, propter usuras praedictas soluendas. Si autem ex pecunia usuraria negociatus est, & lucratus, aut emit indo praedium & fructus percepit, nec lucrum, nec fructus huiusmodi teneatur restituere. Idem etiam credo de lucro habito de re furtiua, vel rapta per negotiationem, & aut per computationem redditus, vel praedij factam de re huiusmodi furtiua, aut rapta. Raimundus. Expensas tamen potest deducere, & forte operas suas moderatas ut in his etiam agatur cum eo mitius quam cum fure, vel rapitore. Guilielmus. Quia fur, & raptor non deducunt expensas nec operas suas, quod tamen intelligo si agatur in forma iudicii, in foro autem penitentiali non credo hunc rigorem esse seruandum, iniquum enim esset aliquem locupletari cum damno alterius, postquam ei plene satisfactio de usuris, petatur venia ad causam telam de debitore, quia forte praeter praemissa esset ei aliquid ultra restituendum. In summa nota quod vxor usurarij & familiae debent procedere sicut vxor & familia rapitoris. Requirit supra capitulo de rapina. Guilielmus. Intellige da familia non mercenaria, de mercenariis enim locantibus operas suas, tunc quod dictum est supra scilicet, quod possunt accipere, quod sibi debetur de rebus usurarij.

Utrum sub alieno nomine liceat usuras accipere. Cap. CXXIII.

Raimundus. Item nota, quod sicut prohibetur aliquis accipere usuras nomine suo, ita & alieno. Guilielmus. Quid de semientibus usurariis, qui numerant pecuniam pro dominis suis ad usuram, & usuras accipiunt ad opus eorum, & de mandato eorum, nunquid tenentur ad restitutionem cum nihil ad eos inde pervenerit? Respondeo. Non credo quod teneantur praesertim si iidem usurarij per seipsos, vel per alios ministros huiusmodi usuras exerceant, quamuis non per istos. Raimundus. Denique si quis usuras accipit alieno nomine siue sit tutor siue curator, vel quicumque alius, tenetur ad restitutionem, si ille cuius nomine accipit, vel non est solvendo, vel non vult restituere. Nam & facientes, & consentientes par poena constingit. Guilielmus. De tutore, & curatore, pro eo quod praestant auctori-

auctoritatem talibus contractibus, & illi quorum tutelam gerunt, vel curant per se non essent talia facturi, potest concedi, quod dicit magister, de alijs autem qui nudum praebent ministerium, dicit sicut dictum est de seruientibus usurariis.

De Repetendis usuris. Cap. CXXIII.

Raimundus. Patet ex praemissis quod debitor non tenetur solvere usuras, & si soluit potest repetere. Sed quid si iuravit se solviturum: nunquid tenetur solvere? Dicit quod potest si vult debitor denunciare ecclesiae, ut compellat ipsum usurarium per cen. eccle. ad relaxandum ipsum iuramentum. Si per hanc viam non vult, procedere debet per solvere ut satisfaciat Deo & iuramento, & postea poterit repetere. Quid si iuravit quod solueret usuras, & non peteret? dico quod non repetere dicitur propter vim iuramenti, sed indirecte bene repetet, scilicet denunciando ecclesiae crimen illius, ut compellatur ad poenitentiam, quam non potest agere nisi restituat: Si vero iurauerit etiam quod non denunciaret, non tenet in hac parte iuramentum, cum sit illicitum, ut puta contra salutem proximi: unde non obstante iuramento potest procedere in modum denunciationis, & ita occurrunt fraudibus usurariis. Extra 2. de iur. iur. Gregorius tertius. Mandamus quatenus creditores ad iuramenta super usuris sibi soluendis praestata relaxanda ecclesiastica dist. cogatis. Alexander tertius. Vigilian. episcopo. Debitores ad soluendas usuras in quibus se obligauerit, cogi non debent, si vero de ipsorum solutione iurauerint, cogendi sunt domino reddere iuramentum, & cum usura soluta fuerint, creditores ad eas restituendas sunt ecclesiastica seueritate, si uocasse fuerint, compellendi. Innocentius tertius. Cum I. & G. Perro usuras non modicas perfoluissent, iuramento firmauerunt, quod nec per se, nec alium praedictas usuras repetere, nec apud ecclesiasticum iudicem, seu etiam secularem super his deponerent quae stionem, cumque creditor condiderit testamentum, suis praecipere heredibus, ut omnibus qui probarent se dedisse usuras eidem ipsas restituere procurarent. Vnde praedicti. I. & G. usuras repetere non attentarent propter huiusmodi iuramentum, & heredes praedicti Petri eis negligunt satisfaciere de usuris. Manqua. sub poena excommunicationis publice in ecclesia proponi facias, vel proponas, ut qui super hoc nouerint veritatem, procedant ad testimonium proferendum, etiam si per dicta testium, vel alia documenta tibi constiterit de praemissis, heredes illius ut usuras quas a praedictis pater eorum accepit restituant vniuersis eccle. cen. compellat. Extra de usuris. Innocentius tertius. Iudaeos ad remittendas Christianis usuras per principes & potestates compelli praecipimus seculares. Item in generali concil. Quanto amplius Christiana religio ab exactione compescitur usurarum, tanto grauius super his Iudaeorum perfidia insoluit, ita statimus, ut si decerero Iudaei a Christianis graues immoderate usuras extorserint, Christianorum eis participium subtrahatur, donec de immoderato grauiamine satisfecerint competenter. Principibus autem iniungimus, ut propter hoc non sint Christianis infesti, sed potius a tanto grauiamine Iudaeos cohibere.

De Negocijs secularibus licitis, & illicitis. Cap. CXXV.

Raimundus. Dicto de usuris subiiciamus tractatum de secularibus negocijs, quorum quaedam inhonesta sunt sui natura, sicut omnia quae sine peccato exerceri non possunt, ut contractus usurarum, symoniae, & similes. Ita omnibus sunt prohibita indistincte, tam clericis, quam laicis cuiuscunque sexus sint, vel conditionis, vel aetatis, dummodo sint doli capaces. Alia non sunt inhonesta sui natura, sed ex causa, vel ex tempore, vel ex persona, vel ex loco, vel emptio venditio, locatio, conductio, & similes contractus, similiter, & quasi contractus, ut tutela, cura, negociorum gestio, iudicium, & similia. Et breuiter in hoc concluditur omnium exercitia artium mechanicarum, ut artis textoriae, furoris, & similia, quae necessariae sunt vlti humano. Ex causa sunt haec inhonesta, quando sunt cum intentione corrupta, videlicet propter cupiditatem, vel aliam malam finem, & secundum hoc prohibita sunt omnibus indifferenter, primo in dechalogo. Non concupisces rem proximi tui. Guilielmus. Hic appellatur cupiditas improba voluntas habendi diuitias temporales, non ad vltum necessarium, aut vtilitatem, sed ad curiositatem, ut scilicet animus delectetur in talibus, sicut delectatur pica, vel

cornicula in nummis, quos repertos abscondit. Raimundus. Porro ex causa sunt haec inhonesta, quando sunt cum recta intentione, videlicet ut possit de suo labore quis sibi, & sua familia in necessarijs prouidere. Item ut possit hospitalitatem tenere, ac cetera misericordiae opera exercere. Ex tempore sunt haec inhonesta, si fiant festiuo, & feriato. Similiter & iudicia si exerceantur in tenebris, quia qui male agit odit lucem. Ex loco dicuntur inhonesta: quando in lupanari, vel alio loco uili, uel inhoneste talia tractantur, & maxime si iudicia in talibus locis tractentur. Item quia locus est solitarius, uel aliter suspectus. In talibus enim latibulis solent committi adulteria, & doceri haereticae prauitates, & similia. Dicuntur inhonesta ex loco, propter ipsius excellentiam, puta quia in ecclesiis talia sunt, quae teste veritate, non debent esse domus negotiationis, sed orationis.

De illis qua prohibita sunt Clericis & Religiosis. Cap. CXXVI.

Persona uero sunt haec inhonesta, quia clerici sunt, vel religiose personae, qui huiusmodi exercent, talibus enim regulariter sunt prohibita haec negotia. Apostolus. Nemo militans Deo &c. Item Psalmus. Quoniam non cognoui negotiationes, intro. in po. d. Extra tertio. Ne clerici uel mo, se. neg. se. immis. Ex concil. Magunt. Multa sunt negotia secularia, de quibus pauca perstringamus, ad quae pertinent omnes carnalis concupiscentia, quicquid plus iusto appetit homo, turpe lucrum est. Moneo iniusta accipere uel etiam dare pro quolibet seculari quaestu. Precio aliquid conducere, contentiones, lites, uel rixas amare. In placitis secularibus disputare, excepta defensione orphanorum, uel uiduarum. Conductores, uel procuratores esse rerum secularium. Turpis uerbi uel facti esse ioculatorum, uel iocum secularem diligere. Aleas amare. Ornamentum inconueniens propositio suo quaerere. Vivere in delicijs. Gulam & ebrietatem sequi. Pondera iniusta, uel mensuras habere. Negotium iniustum exercere. Nec tamen iustum negotium interdendum est propter necessitates diuersas, quia legitime sanctos Apostolos negociatos fuisse, & in regula B. Benedicti praecipitur prouideri, per quorum manus negotia monasterij procurantur. Canes, uel aues sequi ad uenandum, & omnibus quibuslibet causis superfluis interesse. Et cetera talia & his similia ministris altaris domini, necnon & monachis omnino interdendum, de quibus ait Apostolus. Nemo militans Deo implicat se secularibus negocijs &c. Alexander tertius. Prohibemus ne causa lucri monachi, uel clerici negociantur, & ne monachi a clericis, uel a laicis uo nomine firmas habeant, neque laici ecclesias ad firmas teneant.

De Casibus in quibus eis permessa sunt. Cap. CXXVII.

Raimundus. Casus tamen sunt quatuor. In quibus clerici possunt huiusmodi negotia tractare. Primus, quia si habent administrationes possunt ventilare causas, & iudicare inter subditos, praesertim inter clericos, & inter rusticos suos. Quidam tamen non admittunt hoc, quod possit inter laicos cognoscere iudex ecclesiasticus. Secundus casus est, cum index secularis negligit facere, iustitiam de subditis suis, tunc enim potest iudex ecclesiasticus compellere illum per sententiam excommunicationis, ad tenendam iustitiam, uel supplere defectum eius, hoc tamen non intelligas de causis sanguinis, quia illae penitus sunt clericis interdictae. Tertius casus est, quia clerici, monachi, & aliae ecclesiasticae personae tenentur suscipere tutelam miserabilium personarum, & hoc est priuilegium clericorum, quod possunt alioqui succedere abintestato, cuius tutelam, vel curam suscipere non tenentur. In laicis autem secus est. Guilielmus. Quia laici tenentur eorum tutelam suscipere quibus debent abintestato succedere. Raimundus. Episcopi uel monachi uidentur quod non possunt etiam si uelint suscipere legitimam tutelam. Autem. De sanctis episcopis. S. ideo amabiles. Vel dic' quod illi autentico derogatur per canonem illum, peruenit. distinct. 86. in hoc adiecto, quod monachi possint de licentia abbatis huiusmodi tutelam suscipere, alias non, tutelam tamen testamentariam, uel datiuam nullo modo possunt recipere, & ita possunt intelligi iura contraria. Quod autem dixi de monachis intelligi, & de canonicis regularibus, & alijs personis religiosis. Guilielmus. Nota quod tutela dicitur usque ad decimum quartum annum pupilli, & inde incipit cura. du.



rans vsque ad 15. Nota quod triplex est tutela. Testamentaria, quando pater in testamento dat tutorem filio suo. Item legitima que deferitur a lege, secundum quam, cum nullus datus est tutor in testamento suo, qui primo loco debet ei succedere ab intestato, tenetur suscipere tutelam huius. Item dativa, que datur a iudice, quando nullo tutore dato in testamento, & nullis existentibus consanguineis v. idoneis, de officio suo dat tutorem. Raimun. Quartus casus est, si clericus indigeat, tunc enim potest recipere possessiones excoletas ad simam, sine conducere, vel etiam a officio suo honesto acquirere sibi victum, dum tamen occasione huiusmodi possessionis, vel officio, non desit diuini obsequiis. Item quod dictum est supra, quod non licet clerico emere vilis, vt vendat carius, ita intelligas si eius intentio est, vt vendat carius in eadem forma, sed vt vendat carius mutata forma bene potest. Puta emit tabulas vt faceret serinium, vel chartas vt scriberet libros, vel linum vt faceret rhetia, & similia. Potest etiam pullum emere, & illum educatum, & opera sua melioratum carius vendere, quia talis qualitas ex officio intelligitur potest. Guilhelmus. Nunquid possunt oues tradere ad cremetum? Respondeo si habeant eas de decimis suis, vel de successione parentum, vel aliunde sibi datas, possunt, dum tamen nullo contractu, sine sit societatis, sine locationis, & conditionis, Cauent a conditionibus, & pactis illicitis, si etiam habeant multa pascua, & emant pascua vt pascantur ibi, & si hoc faciant ad necessariam sustentationem suam, & suorum, & alimentum pauperum non credo quod peccent. Si autem huiusmodi pecora emant ad hoc, vt tradant ad cremetum, vel vt aliquid agant in fraudem negotiationis, illicitum est.

De Publicis officijs, qua aiti interdita sunt. Cap. CXXVIII.

Raimundus. Hec etiam diligenter nota, quod officium tabellionatus est clericis, in sacris ordinibus constitutis, penitus interdictum, & ad illud dimittendum, si habeant, sunt per subtractionem beneficij, appellatione postposita, compellendi. Idem dico, si sint in minoribus ordinibus, & habent sufficientia beneficia. Guilhelmus. Tabellio est publica persona, habens officium scribendi instrumenta contractuum super contractibus, aut alijs rebus, ad faciendam fidem super eisdem. Extra 3. ne cle. vel mo. se. ne. se. im. Gregorius Papa. Sacerdotibus, & clericis tuis denuncies publice, ne ministri laicorum sint, nec in rebus eorum procuratores existant, quod si postmodum facere presumpserint, & occasione ipsius administrationis, propter pecuniariam causam deprehendantur in fraudem, indignum est eis ab ecclesia subueniri, per quos constat in ecclesia generati scandalum. Alexan. tertius in concil. Lateranen. Sed nec procuraciones villarum, vt iurisdictiones seculares, sub aliquibus principibus, & secularibus viris, vt iustitarius eorum fiat, clericorum quicquam exercere presumat. Idem Cantuarien. episcopo. ex Tol. concilio. Clericis in sacris ordinibus constitutis, iudicium sanguinis agitare non licet. Vnde prohibemus, ne aut per se truncationes membrorum faciant, aut iudicent inferendas, quod si quis tale fecerit, honore priuetur, & loco Innocentius tertius. In concil. generali. Sententiam sanguinis nullus clericus dicat, aut proferat, sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut ubi exerceatur interfuit nec quicquam clericus literas dicat, aut scribat, pro vindicta sanguinis destinandas, nec ullam cyrogia atem exerceat, que aduersionem, & incisionem inducat. Raimundus. Pena illorum, qui contra formam predictam secularibus negocijs se immisceant, est depositio si fuerint clerici, & incorrigibiles. Item si fuerint premoniti ab episcopo, & non cessauerint, priuantur privilegio clericali. Et sic potest intelligi illud extra. ne cle. vel mona. capitulo secundo. Ita tamen quod religiosi in talibus districtus quam clerici puniantur. In foro autem penitentiali debet eis iniungi, vt quicquid contra formam predictam lucrati sunt, studeant dispendere in vsus pauperum. Guilhelmus. De consilio credo hoc verum esse, non de necessitate, si huiusmodi personae indigeant, aut grauentur huiusmodi erogatione.

De Negocijs, vel officijs laicorum, qui mendacijs abundant. Cap. CXXIX.

Raimundus. Quid faciet iudex penitentialis de mercatoribus pelliparijs, & similibus, qui de longa, non dico

consuetudine, sed corruptela, nec emere sciunt, nec vendere absque mendacijs, & iuramentis incautis, nec non & interdum perituri, & breuiter mentiuntur simplicibus rem vilem, vel corruptam preciosam esse, & in hunc modum exercet pro magna parte, quicquid doli & fraudis excogitari potest. Ad hoc dico, quod quotiens quis sciens, & causa decipiendi proximum peccat, vel mentitur, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem (in quantum decepti proximum) illi eidem decepto faciendam, si scit, vel potest, vel heredi eius, vel si nescit personam, vel non potest, procedat, vt dixi supra de viuis. Si autem ignoranter dicit falsum, credens se dicere verum, vel etiam sciens, sed intendit, & scit per mendacium illud sibi prodesse, vt sic se seruet indemnum, & proximo non obesse, quia non decipit eum in re, vt iam pro alia vendendo, nec in valore rei, quia non vendit ei ultra debitum valorem, tale mendacium potest dici veniale. Si vero iuratur, vel peccat, dicas eum peccare mortaliter, vel venialiter, secundum distict. postquam supra, de iuramento, & perituri. Item debent tales etiam preter restitutionem, induci ad largas elemosynas faciendas pro animabus illorum, de quorum iure, licet ignoranter, aliqua habuerunt. Quaedam enim sunt, que vix possunt fieri sine aliquo peccato, vt cura rei familiaris, militia, mercatio, procuratio, administratio. De penitentia, distinctione 5. Leo Papa. Penitenti vtilius est dispendia pati, quam periculis negociationis astrungi: quia difficile est inter ementis, vendentisque commercium, non interuenire peccatum. Idem. Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis, post penitentia actionem, redire ad militiam secularem, cum apostolus dicat. Nemo militans Deo, implicat se secularibus negocijs: vnde non est liber a laqueis diaboli, qui se militia mundanae voluerit implicare. Item Gregorius in Homel. vigesima quarta. Negocium quod ante conversionem, sine peccato extitit, hoc vel post conversionem culpa repetere non sinit. Sunt enim pleraque negocia, que sine peccatis exhibere, aut vix, aut nullatenus possunt. Que ergo ad peccatum implicat, ad hoc necesse est, vt post conversionem animus non recurrat. Raimundus. Itaque debet penitentialis dirigere caute, ac diligenter intentiones talium, vt recto sine labore, & exerceant officia sua. Guilhelmus. Licet autem negotio sine peccato vix possit esse, tamen mercatores cum laborant pro omnibus, & quasi comune gerant negocium, portando, & reportando merces ad nundinas, ne teneantur suis stipendijs militare, possunt de eisdem mercibus moderatum lucrum accipere, quod ad arbitrium boni viri limitandum est, quia non est determinatum quantum in singulis solidis, aut libris, aut marchis accipere liceat de lucro.

De His qui merces periculosas vel noxias vendunt. Cap. CXXX.

Raimundus. Sed quid de illis, qui faciunt vel vendunt gladios, quadrillos, sagittas, balistas, & similia, quibus homines occidunt? Item quid de illis, qui faciunt, vel vendunt venenum, vel toxicum? Item, quid de illis qui faciunt solutales pictos, & artificum & similia? que non deferuntur ad necessitatem vel ad vsum, sed ad vanam gloriam, vel abusum? Respondeo. In his & similibus semper est intentio requirenda, quia corrupta intentio, puta si propter hoc facerent, vel venderent, vt homines haberent talia ad abusum, vel si sciens donent, vel vendunt alienis, quem sciens, vel credant talibus abusurum, talis iniqua intentio est mortale peccatum, & grauissimum, & omnia peccata, que postea occasione rerum illarum ab alijs perpetrantur, sibi imputantur, & rei sunt apud Deum omnium animarum, que propterea pereunt. Si vero dicat se habuisse bonam intentionem, quia credebatur alium emere propter aliquem licitum vsum, vel habens indifferenter, nihil super hoc cogitabat, vel ignorabat, quod esset illicitum talia facere, vel vendere. In omnibus istis distinguo, quia aut illae res tales sunt, que ad humanum vsum possunt esse vtilis, sicut arma in bello iusto, cultellus ad incidendum panem, vel aurifusum ad ornamenta ecclesiastica, vel etiam quedam venena, que a mendicis apponuntur in quibusdam confessionibus, ad sanandum egrotos. Aut tales que ad nullum usum utiles sunt, nisi ad peccandum, sicut quedam venena mortifera, & ad nullum bonum vsum vtilia, ut sutura superflua, ac sumptuosae camisatum, quas precipue faciunt Hispani, dantes pro sutura vnius camisiae plus in triplum, vel quadruplum quam valeat tota camisia, & similia. In primo casu, non dico

dico ipsum peccare, dum tamen non habeat intentionem corruptam, vt dictum est, nisi forte ex qualitate personae, vel temporis cognosceret, vel probabiliter diceret sibi conscientia, quod non quaereret rem, nisi ad malum perpetrandum: tunc enim non debet sibi, vendere, contra talem conscientiam. In secundo vero casu peccat faciendo, tenendo, vendendo, vel alia alienando tales res. Ar. de bello famoso, quem non debet aliquis ostendere, sed destruere, generalis peccat grauius. Et de talibus potest intelligi illud generale, Qui occasionem dandi dat, damnum dedisse videtur. Guilh. Quid de factoribus taxillorum, schacorum, schacariorum, & alcarum, & de facientibus serra de floribus, & maxime in diebus festis. Nunquid omnes tales sunt in statu saluandorum, cum talia non videatur vtilia, ad aliquem bonum vsum, sed tantum in incertina ad peccandum. Respondeo: cum H. notauerit. 25. di. episcopus. Quod ludere ad taxillos & schacos est mortale peccatum, et licet laici hoc durum videatur, si indistincte intelligatur, non videtur esse securum de talibus artificibus viuere, quorum vsus, vt frequentius, est ad malum, licet aliquando ludatur ad aleam, ad recreationem, & ad remedium tristitia, vel noxiarum cogitationum. In talibus ergo ad intentionem recurrendum est, vt ex hac radice iudicetur de fructu, de officio, & vtu. Illos autem, qui faciunt serra de floribus diebus dominicis, & diebus festiuis, non credo esse excusabiles, quia preter periculum, quod de facili potest contingere ex abusu huiusmodi serorum, que sunt incitamenta luxuria, & lasciuia signa, licet ad confortationem naturae talia quandoque valeant, violatur etiam obseruantia diei sacrae.

Utrum De illicitis acquisitis possit obseruantia diei sacrae. Cap. CXXXI.

Raimundus. Queritur vtrum de illicitis acquisitis possit aliquo modo fieri elemosyna. Ad hoc dicunt quidam generaliter quod non, nec de vsura, nec de rapina, vel furto, nec de symonia, nec de histrionatu, nec de meretricio, nec de alea, vel de alio simili. Fundant isti opinionem suam super illa auctoritate. Honora dominum de tuis laboribus. Ite in Deuteronomio. Non accipies mercedem profructu. Item Sal. Qui offert facti, de substantia pri. &c. Item Grego. Non est putanda elemosyna etiam si pauperibus dispendetur, quod ex illicitis rebus acquiritur. Alii, quibus assensio ponunt distinctionem trimembrem, videlicet quod in illicitis acquisitis aliquando non transferatur dominium in accipientem, vt in rapina, & furto. Aliquando transferatur, sed illi qui dedit competit repetio, vt in vsura, & symonia. Guilh. H. tamen notauit, quod in his non transferatur dominium. Et nota quod ait magister. Quid si non illi a quo datum est competit repetio, eius quod turpiter dedit, sed, sicut, si quid potest fieri de his elemosyna ab illo qui recepit, aut restituere debet sicut? Respondeo. In talibus in quibus non transferatur dominium in accipientem, si agatur in forma iudicii, facienda est sicut restitutio, vel alii, si alii competit, vt quando aliquis dat pecuniam alii, propter mouendam calumnia tertio competit restitutio illi tertio, in cuius praedictum data est. In foro autem penitentiali, credo quod talia turpiter habita, possunt dari pauperibus, talia enim que extorquentur a turpiter accipientibus per solum, vel per alias priuatas personas in poenam taliter accipientium, non debeatur illis, nec illi que acceperunt teneant soluere, nisi cum agitur circa eos in forma iudicii, modo si furtum fecit, aut aliquid rapuit, non compellitur in foro penitentiali soluere duplum, vel quadruplum quod statutum est pro pena, sed tantum simplex. Si autem casus esset in quo non transferatur dominium in accipientem, sed ipso iure acquiratur dominium sicut, vel alii, illis facienda esset restitutio etiam in foro penitentiali, & idem quando expressum est in foro penitentiali, quod facienda est restitutio alicui certae personae, vel ecclesiae sicut cautum est de pecunia symoniace acquisita, quod sit restituenda ecclesiae. Rai. Quod cum dixi de vsura & symonia idem videtur in pecunia acquisita ex meretricio, vel histrionatu, vel ex improbitate officialis, qui interdum extorquet a subditis aliqua. In primo membro, cum non transferatur dominium, & in secundo, cum transferatur dominium, sed competit repetio, non potest fieri elemosyna, sed debet restitui iuxta fo rnam positam supra in titulis specialibus. In tertio casu, cum transferatur dominium, & non competit repetio, licite potest & debet fieri elemosyna. Gratianus. Causa. 14. q. 5. Quod vxor elemosynae non sint faciendae ex furore, vel vsuris, vel ex quolibet malo acquisito. Augusti. testatur in libro de verbis

domini tractatu. 25. Nolite velle elemosynas facere, de furore & vsuris. Item Ambro. in libro de officiis. Denique si non potest alteri subueniri, nisi alter laedatur, commodius est neutrum iuuari, quam grauari alterum. Augustinus scribit contra. Qui habetis aliquid de malo facite inde bonum, qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Sed hoc multipliciter intelligitur. Facit enim de malo bonum, qui reddidit quod illicite abstulit. Nomine etiam mali cura & sollicitudo mortalium exprimitur, de malo ergo bonum facit, qui pauperibus dispendat, quod labore, & sollicitudine acquisiuit. Iuxta illud Euangelij: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vel ex malo acquiratur, quod ex turpi causa possidetur, veluti cum Mathematicus ex arte quam docet, vel ex figuris quas praenunciat nonnulla lucratur. Quae vero sic de malo acquiruntur, in bonum possunt conuertere. De peccato et nonnunquam aliqua acquiruntur, que pauperibus iuste erogantur. Extra. 5. de vsuris. Alexan. 3. Cum sacra scriptura prohibeat pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendus est quis, ne etiam pro redimenda vita captiuus, vsurarum crimine inuoluatur.

Utrum monachis liceat elemosynam dare. Cap. CXXXII.

Raimundus. Queritur vtrum monachus, vel alia religiosa persona possit facere elemosynam. Videtur quod non, quia nihil habet, nec etiam voluntatem. Nec Papa potest facere, quod monachus haberet proprium. Distincte tamen, quia aut habet administrationem, aut no. In primo casu potest & debet facere, immo quicquid superest in necessitatibus, in causis pijs est erogandum, Domino & magistro dicente omnibus: Quod superest date elemosynam &c. Guilh. Hoc intelligi nisi sit talis administratio de qua statum sit, quicquid superest necessitatibus, refundatur in vsus communes, vel in aliquem vsum specialem. Raimun. Credo quod non potest nisi de mandato praelati. Monachus enim non potest tractare etiam vtilitates monasterij sui, nisi de praepoito abbatis: Sed quid si videat aliquem indigere ad mortem. In hoc casu si non habet praelatum praesentem a quo petat licentiam, credo quod debeat dare. Nam in tali casu omnia sunt communia. Quid si petat licentiam ab abbate, & abbas expressit prohibeat, videtur quod non possit stare, quia etiam a bono debet cessare, propter bonum obedientiae. Credo tamen contrarium, quia in tali praepoito, quod directe est contra praepoito domini, vel quod esset indifferens, debet abstinere propter bonum obedientiae. Vnde Greg. Sciendum est, quod propter obedientiam malum nunquam debet fieri, aliquando autem debet propter obedientiam bonum, quod agitur intermitte. Quid si monachus de praepoito abbatis vadit Romam, vel est in scholis, nunquid ibi potest facere elemosynam. Credo quod sic, nam eo ipso, quod praelatus dedit ei licentiam standi in scholis, vel eundi Romam, intelligitur ei concessisse licentiam faciendi ea que honesti scholares & Romipetere sine itinerantibus solent facere, praesertim etiam, quia debet se non formare illis inter quos viuit.

Utrum vxor possit dare elemosynam sine licentia. Cap. CXXXIII.

Quid de vxore, nunquid potest facere elemosynam sine mandato, vel licentia viri? Videtur quod non, quia expressit dicit canon, quod cum sandago viri, non debet facere. Guilh. Ibi dicit Aug. cuidam coniugatae. Nil de tua veste, nil de tuo auro, vel de argento, vel quacunque pecunia, vel rebus vltis terrenis tuis, sine arbitrio viri tui facere debuisti. Item Augu. Viris feminas subditas, & poenae famulas lex esse voluit vxores. Hiero. Quaeunque vxor non subicitur viro, capiti suo, eiusdem criminis rea est cuius & vir, si non suo capiti subiciatur. Christo. Raimun. Ad hoc dico, quod si vxor habet res parafernales, i. proprias praeter dotem, sic distas a para. quod est iuxta, & ferna, quod est dos, quasi iuxta dotem, potest de illis etiam inuito viro facere elemosynam. Guilh. Hoc intelligas tenendum esse in illis regionibus, in quibus huiusmodi parafernales de consuetudine locum habent. In quibusdam autem locum non habent, sed eo ipso quod vir duxit vxorem, omnia que habet vxor accipit in dotem. Et licet forte omnia mobilia que habent, inspecta veritate sint communia, quicquid sit de fictione iuris, vir tamen habet omnium administrationem solus, nisi quantum de consuetudine, aut expressa, aut tacita, voluntate viri conceditur vxori.

vxori. Vnde illa si tempore contracti matrimonij, vel postmo...

Verum, & filius familias possit sine licentia patris.

Raimundus. Quid de filio familias, nunquid & ipse potest...

re scilicet, quod sufficit, quod maritus non prohibeat...

De Ludo alea. Cap. CXXXV.

Azo. Ludus alea dicitur omnis, qui fortunæ viribus nititur...

Verum, quod aliquid deditur repeti possit.

Sed nunquid potest repeti quod in alea perditur? Dicunt...

potest & debet pauperibus erogare. Idem credo io illo qui in...

De Iniuria & damno dato. Cap. CXXXVII.

Actor. Quia de criminibus, quibus sæpe iniuria irrogatur...

De Crimine falsitatis. Cap. CXXXVII.

Ex summa iuris dicto de criminibus quibus aliquis aliqui...

nando, vel auro siue argento metallum aliud fraudulenter i...

De diuersis speciebus falsitatis. Cap. CXXXIX.

Extra ubi supra. Inno. Vt autem falsitates circa nostras li...

De Iudicio & poena falsarij. Cap. CXL.

Ex summa iuris. Conuincitur autem falsarius multiplici...



secundum leges in libera persona est deportatio omniumq; honorum eius publicatio. Seruus autem afficitur ultimo supplicio. Si vero falsis legibus aut decretis viatur quis, huic fieri solet aqua, & ignis interdictio. Secundum canones vero refert, vtrum se esset quis literas regis, siue principis, an episcopi, an Papae. Nam in primo casu, clericus primo deponitur, deinde cum ferro candente in fronte signatur. In secundo casu deponitur, & ad agendam penitentiam in monasterium retraditur. In tercio vero, si 15. diebus transactis, postquam cognouit se falsas habere literas interim cas non corruperit, ipso iure maiori excommunicatione ligatur, & si falsitatis ignorantiam praetendat, non auditur, quod forte secundum distinctionem in Digestis positam intelligitur, vt. si qui falso vitur instrumento, si purget se, quod ignorauerit, & deceptorem exhibeat, liberatur: sin autem praedicto modo puniatur. Mirabilis nanque iuris rigor esset, si ignorantia facti probabilis in hoc non excusaret. Notandum vero, quod de crimine falsi & ciuilitate, potest, & criminaliter agi: huiusmodi autem criminis accusationi, sicut & aliorum solet obici praescriptio viginti annorum. Extra. vbi supra. Vtbanus 3. Cum quosdam clericos, qui fallauerant sigillum Regis Francorum carceri custodire mancipauerit, eis a suis ordinibus degradatis, in signum maleficii characterem aliquem imprimi facias, quo inter alios cognoscantur, & prouinciam illam eos abire compellens, abire permittas. Innocent. 3. Si quis falsas literas se habere cognoscat, infra viginti dies illas, aut resignet, si penam excommunicationis voluerit euadere, quam nisi forsitan in mortis articulo, sine speciali mandato nostro, a quoquam noluimus relaxari.

Adhuc de eodem: Cap. CXLII.

Idem. Qui ergo literis uti voluerint, eas primo diligenter examinent, quoniam si falsis literis se vlos dixerint ignoranter, eorum sera poenitentia euitare nequibit penas inferius annotatas. Nos enim omnes falsarios literarum qui per se, vel per alios vitium falsitatis exercent, cum fautoribus, & defensoribus suis, anathematis vinculo decreuimus innodatos, stantes ut clerici, qui falsarii fuerint deprehensi, omnibus officijs, & beneficijs ecclesiasticis perpetuo sint privati, ita quod qui per se falsitatis vitium exercent, postquam per ecclesiasticum iudicem fuerint degradati, seculari potestati tradantur, secundum constitutiones legitimas puniendi, per quas & laici si fuerint de falsitate conuicti puniantur. Qui vero sub nomine nostro literis falsis vituntur, si clerici fuerint, officijs & beneficijs spoliantur. Si laici tantum maneat excommunicationi subiecti, donec satisfaciant competenter, ita tamen quod in istis & illis, malicia, grauius, quam negligentia, puniatur, quod & de his qui falsas literas impetrant statuimus obseruandum. Idem, si literae ap. in quibus falsitas fuerit deprehensa, de simplici iustitia formam habeant, cum praesumi non debeat quod pro talibus literis, quae possunt facile obtineri, fraudem quis commiserit falsitatis, nec literis usus est, postquam eas falsas cognouit, tu ei officium & beneficium restituens, ipsum super hoc ulterius non molestet. Idem. Literas, quae redarguta fuerant falsitatis diligentius inuicentes, nullum in eis falsitatis signum, vel suspicionem inuenimus, nisi paucarum rasura, quae nequaquam sapientis animum dubitationem vertere debuerunt.

De Crimine, & poena collusionis. Cap. CXLIII.

Actor. Collusio, sicut iam supra plenius ostensum est, est illicita quaedam pactio inter actorem, & reum, per quam alter accepto pretio tergiversatur, aut praenariatur. Qualiter autem fiat, requiritur superius in libello de actionibus. Extra. 5. de collusione. Greg. Cum accusatorem, & accusatum inter se fecisse gratiam inuicaueritis, hoc necesse est subtilius persequari, ne forte non ex charitate, sed ex premio eorum sit concordia comparata. Idem. Crimina semel audita. Greg. in discussa nullo modo praeteribatur, etiam si accusatus cum accusatore in gratiam redisset. Ex sum. iuris. Poena colludentis est, vt deinceps accusare non permittatur. Sicut enim in Digestis legitur. Accusator de praerogatione conuictus, postea ex lege non accuset, praeterea non incidit in Turpilianum, secundum canones etiam excommunicandus videtur, nisi cum eo misericorditer ageretur. Poena colludentis in actione famosa est, vt vterque infametur. Poena colludentis in causa status est, quod dominus seruo priuatur, & patronus libero, daturque collusorem detegenti. Et haec detectio facienda est tantum

infra quinquennium, ira si domino, vel patrono colludente velit extraneus collusorem detegere. Nam si per collusionem extraneus seruus meus, vel liberus pronuncietur ingenuus, in perpetuum admittat ad retractandam illam sententiam. Qui vero super ecclesia, vel super ecclesiastico colludit beneficio: ea vel eo spoliandus est perpetuo. Extra. vbi supra. Alexan. 3. Audiuimus vsque adeo clericorum malitiam exercuisse, vt in terdum inter se collusionem facta super beneficijs quae possident se sustineant ab alijs molestari, & postea vt quaestioni cedatur, & beneficia quiete possideant, quasi nomine transactionis soluant alijs de ipsis beneficijs annuam pensionem, vt post mortem ipsorum in beneficijs illis, super quibus est collusio facta ius sibi valeant vendicare. Vnde tibi man. quate. si quos clericos tunc iurisdictionis, per collusionem huiusmodi fraudem legitime tibi constituit commisisse, eos beneficijs, super quibus collusum fuerit, non differas perpetuo spoliare.

De Scandalis. Cap. CXLIII.

Aimundus Scandalum est dictum, vel factum, vel signum, cuius occasione trahitur quis in consensum mortalis peccati. Dicitur autem scandalum a scandalon Grece quod est offensio Latine. Pater iam ex his quod sit scandalizare proximum, quia nihil aliud est, nisi offendere proximum pro uocando eum in consensum mortalis peccati, occasione dicti vel facti, vel cuiuscunque exterioris signi. Vtrum autem omne scandalum sit mortale peccatum videndum est. Et quidem plures auctoritates videntur expresse dicere, quod sic. In euangelio. Ve illi per quem scandalum venit, expedit ei &c. Hic assignatur poena mortalis peccati, ergo est mortale. Item Apostolus. Si circa scandala &c. Item Aug. Satius est mori fame, quam idolotico cum scandalum vellet. Contra videtur, quod ipse peccans dicitur scandalum. Vnde dominus ait Petro. Scandalum mihi es. Similiter sacerdos dicitur esse scandalum totius parochiae, cum tenet publice concubinam. Ad hoc dicitur quod nec omne peccatum mortale est scandalum, quia nullum peccatum in se pure consideratum est scandalum, sed per accidens. I. ex eo quod peccatum manifestum est. Et ideo datur alius in casu peccandi, sicut si ocellum. Guilih. Videtur magister se qui opinionem illorum, qui dicunt, quod scandalum non est peccatum, sed circumstantia peccati, non enim quia fornicator quis scandalizat, sed quia manifeste fornicatur. Sed non oportet hoc dici, quia sicut duo actus quandoque sunt vnum peccatum formaliter, vt mala voluntas, & actus sequens, ita e conuerso vnus actus formaliter duo peccata, vt deformatio virginis, de qua moritur, quia ille actus, & est stuprum, & est homicidium: ita & fornicatio manifesta, quae non est, nisi vnus actus, est peccatum libidinis, & est scandalum.

De Casibus, in quibus vitandam est Scandalum. Cap. CXLIII.

Aimundus. Item non omne scandalum est peccatum mortale, vel etiam peccatum, vnde vt plenius liquet, in quibus casibus scandalum est peccatum, in quibus non, nota distinctionem, quia aut ipsum factum, dictum, vel signum, cuius occasione alii trahuntur ad peccatum, est malum in se, aut bonum, aut indifferens. In primo casu fugiendum est omnino scandalum. In secundo si tale bonum est, quo omisso non esset salus omnium, non debet dimitti illud propter scandalum, alias videtur quod sit omittendum. Vnde Inno. 3. Extra. de no. o. nu. cum ex iniuncto. Licet opera illa, quae sine mortali peccato omitti non possunt, non sint pro vitando scandalo dimittenda, nec ea debeant pro scandalo vitando committi, quae sine mortali peccato committi non possunt, pariter & omitti. De his tamen, quae sine mortali peccato committi possunt pariter, & dimitti est pro scandalo tollendo cessandum, & eis pro vitando scandalo insistendum. Guilih. Vt est loqui a litigando, vel non loqui, comedere carnes, vel abstinere ab eis. Credo tamen, quod non debet esse quis facilis ad credendum, quod alii scandalizentur de bono opere quod facit, nec facile propter huiusmodi metum scandalali, debet cessare a bono: debet potius praesumere de alijs, quod sunt boni, quam quod sunt mali. Durante tamen conscientia huiusmodi, quod alii scandalizentur ex illo bono, debet istud dimittere, ex quo sine eo potest esse salus, ne facies contra conscientiam aedificet ad gehennam. Raimun. Praedicta notantur his verbis. Scandala pro vita, doctrina, iustitia que. Tu non effugies, sunt in reliquis fugienda. Pro vita, quia

quia pro nullo scandalo debet quis mortaliter peccare. Doctrina, quia doctor, vel predicator, non debet falsum docere, nec praedicare pro aliquo scandalo. Taceret autem potest, & debet si omnes obstinati sunt, ita quod deteriores efficiantur ex doctrina. Iustitia vero, quia nec iudex falsam sententiam, nec testis falsum testimonium debet ferre pro aliquo scandalo. Et in istis casibus habet locum deere. extra. de regu. iu. Qui scandalizauerit vnum &c. Vilius scandalum facit permittatur, quam veritas deseratur, veritas scilicet vitae, doctrinae, iustitiae. In tercio casu scilicet cum est indifferens, videtur secundum, praedicta, omnino cessandum esse, propter scandalum.

De Scandalo pro re non data, vel repetita. Cap. CXLV.

Guilielmus. Quid si dicat mihi conscientia, quod iste scandalizabitur, nisi dederit ei librum meum, aut si repetitio ab eo sub iudice res mihi ablatas ab eo, nunquid propter vitandum scandalum eius, teneor ei dare rem meam, aut cessare a repetitione, postea etiam quod mihi reuelatum sit ipsum scandalizandum, ex hoc respondeo: Si status meus, vel fami lia mea non est in tuto, si careo re mea, puta quia pauper sum & indigebo cum familia mea, & ero in periculo incidendi in impatientiam, aut murmuracionem contra Deum, non teneor rem meam dare, aut a petitione cessare, cum debeam me plus diligere & meos, quam extraneum: propter hoc enim excusatur qui indignus est, & ab alio accipit ad vsuram, & ille qui ab infideli recipit iuramentum per idola, vt sit securus ab eo. Si autem in tuto sit status meus & familiae meae, licet huiusmodi re caruerit, ita quod ex hoc nullum mihi vel familiae meae immineret periculum. Credo quod teneor dare rem petita propter vitandum eius scandalum, si tamen credam eum ea re esse bene vsurum, alias non, quia in hoc casu dare ei rem illam, esset dare gladium in manu furiosi. Circa illum autem, qui abstulit res meas, si non est soluendo, & poenitet de peccato paratus satisfacere si haberet. Vnde credo, quod propter vitandum eius scandalum debeo cessare a repetitione, cum sine periculo possim re illa carere. Si autem est soluendo, & non poenitet, non credo quod teneor cessare a repetitione propter eius scandalum, & in hoc casu non scandalizari sunt in Christo, ipse tamen non scandalizant eos. Sicut quaedam sunt, quae nulla ratione possunt conuelli ita multa sunt, quae pro necessitate temporum, aut consideratione aetatum oportet temperari.

De His, qui ex sola suspitione scandalizantur. Cap. CXLVI.

Aimundus. Pone quod aliquis religiosus, vel alias iustus habeat puram & iustam conscientiam, apud Deum, multi tamen suspicantur malum de ipso, & sic scandalizantur, quid fiet, videtur quod sufficit ei conscientia? Apostolus. Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Iob. Ecce in caelo testis meus. Augu. Senti de Augustino quicquid libet, sola me tamen in oculis Dei conscientia non accusat. Ad hoc tamen dicas, quod quantum est in se debet nisi satisfacere ostendendo eis intentionem suam, & causam remouendo etiam speciem mali. Ca. 11. q. 3. Augu. Non sunt audiendi siue viri sancti, siue foemi nae, qui quando reprehenduntur in aliqua negligentia, per quam fit, vt in malam veniant suspensionem, vnde suam vitam longe abesse sciunt, dicunt coram Deo sufficere sibi conscientiam, estimationem hominum non solum impudenter, verum etiam crudeliter contemnent, cum occidant animas aliorum, siue blasphemantur viam Dei, quibus secundum suam suspensionem quasi turpis, quae casta est despiciatur, vel displicet vita sanctorum, vel etiam cum ac ensationem imitantium non quod vident, sed quod putant. Proinde qui quis a criminibus flagitiorum atque facinorum vitam suam custodit, sibi quidem benefacit, qui quis autem etiam fama in alijs misericors est, nobis enim necessaria est vita nostra, alijs fama nostra. Rai. Er vt super hoc daret exemplum dominus, voluit soluere tributum dicens Petro. Ne forte scandalizetur eos &c. Item Apostolus. Si fieri potest, quod ex nobis est &c. Si autem accipere nolunt satisfactionem, sed parati sunt reprehendere & non mutari, tunc debet dolere, quia illi peccat, & sufficit eis, conscientia bona, vnde de Pharisaeis respondit dominus. Sinite eos, caeci sunt &c.

De Scandalo multitudinis actiuo. Cap. CXLVI.

Vid fiet si multitudo est in scelere, vel etiam pauci potentes tamen, quos magis sequitur multitudo, nunquid excommunicabit eos episcopus, si nolunt se corrigere? Ad hoc dicas, quod illi recognoscent se peccare in hoc, de quo reprehenduntur, tamen nolunt cessare, & si instigatur eis poena excommunicationis, vel similis, timetur scisma, vel aliud magnum malum, potest & debet dissimulari, sicut tamē comminationes de scripturis, & interim caute attrahatur. Dist. 44. Aug. ad Aurelium. Comestiones, & ebrietates ita concessae & licitae putantur, vt in honorem beatissimorum martyrum non solum per dies solemnes, quod vnusquisque lugendum videat, qui haec non carnis oculis inspicit, sed etiam quotidie celebrentur, & post pauca. Non ergo aspre quantum astringitur, non duriter, non modo imperiole ista tollantur, sed magis docendo quam iubendo, magis monendo quam minando: sic. n. agendum est cum multitudine peccantium. Seueritas autem exercenda est in paucorum peccata, & si quidem minatur, cum dolore fiat de scripturis comminando vindictam futuram, ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur, illaque prius moneantur spirituales, aut etiam spiritualibus proximi, quorum auctoritate leuissimis quidem sed instantissimis ammonitionibus caetera multitudo frangatur. Ca. 23. q. 4. Augu. contra epistolam Parmeniani. Cum quisque fratrum iustus in ecclesiae societate constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, vt anathemate dignus habeatur, fiat hoc vbi periculum scismatis nullum est, & infra, quando cuiusque erimen notum est, & omnibus execrabile appareat, vt vel nullus profusus, vel non tales habeat defensores, per quos possit scisma contingere, non dormiat seueritas disciplinae. Guilih. Alibi vero dicitur. Vbi multorum strages iacet, de trahendum est aliquid securitati. Rai. Si vero peccatum quod faciunt, auctoritate defendunt, quasi non sit peccatum, tunc non debet contra tales dormire seueritas disciplinae. Nam tales etiam haeretici possunt dici, de poenitentia. di. 6. Spes impunitatis rescindenda est, cum tor sunt qui peccant, vt ex auctoritate se defendant, & vnum peccandi sibi faciant. Raimun. Nota quod peccans dicitur, quandoque scandalum impropre, & per figuram quae dicitur emphasis, sicut illud, Darius est ipsum scelus, & in hac significatione ait dominus Petros Scandalum mihi es.

De Notorio. Cap. CXLVII.

Notorium aliud est iuris, aliud facti. Notorium iuris est, de quo quis est canonicè condemnatus, vel in iure confessus, vel per legitimas probationes conuictus. Notorium facti est cuius testis est populus, & dissimulationi, siue infestationi non est locus, & intelligitur populus iste testis, siue scilicet erimen notum omnibus, qui sunt in illo loco, siue maiori partem. Guilih. In illo loco. i. in villa, vel parrochia, licet non habeat nisi decem parrochianos, quia decem homines populum faciunt. De scandalo autem populi, vel ecclesiae, de quo fit mentione in constitutione Guale. credo quod si parrochia habeat mille parrochianos, si tamen tantum decem ex illis scandalizentur de foecaria sacerdotis, quia sunt graues & honestae personae, potest fieri interpretatio quod populus scandalizetur, maxime, cum 10. homines populum faciunt, vt dictum est, & cut duo faciunt congregationem, & tres faciunt collegium, retineretur tamen in vno ius collegij, & plures quam 10. vel 15. faciunt turbam 4. vel 5. porci, vel decem, oues faciunt gregem. Rai. In notorio iuris exigitur quandoque probatio contra negantem. Guilih. Ibi dicitur de quodam, qui per duos testes probauit se ab impetitione aduersarii in illo, vel in alio iudicio absolutum, & dicitur quod hoc sufficit, licet testes nihil deponant de rationibus, qui mouerunt iudicem ad sententiam. Rai. In notorio vero facti non requiritur ordo iuris, qui est alias regulariter obseruandus. extra. de iureiu. ad nostram, Guilih. Ibi dicitur quod qui iurauit, quod ordinem iudicialium seruaret in omni causa, non propter hoc in notorio obseruare tenetur ordinem iudicialium, qui in alijs causis obseruatur. Notoria enim factum habent ordinem, & occulta factum. Rai. Euidencia enim patrat sceleris, clamore non indiget accusationis. Et si forte iudex velit taliter delinquentem, secundum quod ius postulat corrigere, vel punire, & iste appellat, non est appellatio huiusmodi deferendum, extra de appella. pre terea. Guilih. Ibi dicitur quod qui post appellationem graua committunt, praetextu appellationis se tuerent, dum super illis

illis conueniunt, non debet eis proficere huiusmodi appel- latio, quo minus eorum excessus canonice puniantur. Rai. Itē notorium facti subditur, quia aliud est notorium facti manentis acti, ut cum quis publice tenet adulteram, vel concubina. Aliud notorium facti transeuntis acti, ut si aliquis in pu- blico interfecerit hominem, vel fecerit sortilegium vel simi- le. Aliud est notorium facti præsumpti, ut si aliquis publice habitus est pro filio consanguineo, vel affini alicuius.

De Perplexitate in generali. Cap. CXLIX.

Ireca perplexitatem nota quoddam alia est iuris, alia facti. Perplexitas iuris est, cum aliquis circa illud quod sibi occurrit faciendum inuenit diuersas auctoritates sibi ad inuicem oppugnantes, hæc per contrarietatem concordiam est soluenda. Nam in iure nulla est contrarietas realis, sed super- ficialis tantum. Perplexitas facti est, cum diabolus suggestio- ne sua mala (ut ait Grego.) plerumque ita peccata facit, quate- nus si fortasse peccatum fugere appetant, hoc tamen non sine aliquo peccati laqueo euadant. Contra istam autem dat con- siliū dicens, Cum mens inter maxima, & minora peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato aditus patet, mi- nora semper eligantur, quia & qui murorum vndique ambitu ne fugiat clauditur, ibi se in fugam præcipit, vbi bre- uior murus ingeritur. Dicat ergo, quod veritate inspecta ni- hil est perplexitas, nec potest aliquis esse perplexus inter duo mala. i. necessitate astrictus, ad aliquod malum perpetrandum. Augu. Vasis ire nunquam Deus redderet interitum, si non spontaneum inueniretur homo habere peccatum. Idem. Vsq; adeo peccatum voluntarium est &c. ergo positus inter duo mala, cum oportet me alterum facere, debeo eligere quod per se consideratum esset minus peccatum. Pone quoddam sacer- dos tenet concubinam in domo sua, parochiani, vident ip- sum indutum ad celebrandum quid facient, si audiunt eius missam faciunt contra conscientiam, quæ dicitur eis contra- rium, præsertim propter prohibitionem, Nicolai, & Alexan- dri 32. di. Nullus audiat missam presbyteri, quem scit concu- binam indubitanter habere. Si non audiant similiter manet scrupulum in conscientia, quia non potest aliquis quantum- cunque pollutus sit sacramenta diuina pollucere, quæ purga- toria cunctarum cogitationum existunt. Ite circa præcipitur, quod percipiat communio a sacerdote quantumcunque polluto, viquequo episcopus iudicio reprobetur, & ita vi- dentur perplexi. Hunc articulum latius prosequar, quia circa eum occurrunt plura dubia.

De Perplexitate sacerdotis in missa mortale recolentis. Cap. CL.

Pone sacerdotem indutum ad missam, & peruenit iam ad ex- onem ad illa verba, Hoc est corpus meum, tunc occur- rit conscientia suæ aliquod mortale, quid faciat, si pro- cedit peccat mortaliter conficiendo, & sumendo, quia iudicium sibi manducat & bibit. Si non conficiat, & fingat se conficere, grauius peccare videtur, quia Deo non veretur illudere, & pro populo quæ decipit se astringit, extra, de cele. miss. de hote. in fine. Si autem ex toto dimittat, magnum scandalum generat, & ita videtur perpe- xus. Solutio. Credo præcipuam & ruriorem viam, ut peniteat & conuertatur, doleat etiã quod ita tarde pe- nitit, & proponat cõfiteri quã cito poterit habere opportunita- tem, & sic conficiat & sumat. Si hoc non potest, vel non vult facere, dicunt quidam simpliciter hostiam debet sumere. Sed hoc videtur reprobati in prædicta decre. Vnde si non conse- crauit, tuius est ex toto dimittere, q̄ si non consecratã sumat, propter generalem ecclesiæ traditionem, & alius decre. de ho- mine. Guilh. Ibi agitur de quodam sacerdote, qui sciens se esse in mortali supplicio erat in canone verba, per quæ sit cõfessio, & tandem sumebat panem, & vinum, & dicitur hic, quod hu- iusmodi falsa remedia sunt subijcienda, quæ sunt veris pericu- lis grauiora, & infra, Grauius proculdubio videtur offendere qui sic fraudulenter præsumpsit ministrare.

De illo, qui panem, aut aquam, aut vinum non ministrat. Cap. CLI.

Vid de sacerdote, qui celebraturus per negligentiam panem non ministrat, aut vinum in calice, aut aqua, nec aduertit donec veniat ad verba consecrationis, vel et vsq; ad sum- ptionem, nec aduertit de defectu vini, vel aquæ. Respondeo. Defectum panis, vel vini, vel aquæ, vel cuiuslibet istorum si est

deprenderit, antequã veniat ad verba, quæ sunt de substan- tia consecrationis, suppleat apponendo quod prætermisum est. Itē si prætermisum est vinum tantum, apponatur cõ hostia noua, & fiat reiteratio verborum. Te igitur, super hostiã de nouo appositiã, & super vinum, hostia alia si iam consecrata est in partē sepositam, ita quod super eã nihil q̄ dictum est repetatur. Si autem panis prætermisus est tantum, & hoc depre- henditur cum ventum est ad verba, quibus conficitur sacra- mentum corporis, apponatur quantum potest fieri sine scandalo, & repetatur oia. A Te igitur super totum, cum vinum nondum sit consecratum. Si autem aqua sit prætermisã, & hic deprehen- ditur ante verba consecrationis, apponatur aqua & totum reite- retur, a Te igitur, super totum, quia nondum aliquid est ibi conse- cratum. Si autem hoc deprenderit postquã est facta consecratio corporis, & sanguinis, aut non apponatur aqua, aut si appo- nitur, nulla fiet reiteratio verborum, cum iã facta sit consecratio, iã corporis q̄ sanguinis. Si autem tantum facta sit consecratio cor- poris, apponatur aqua, & nihil reiteretur. Si autem cõ ventum est ad summptionem, tunc deprenderit vñ esse prætermisum, nõ viderat aliud remedium, nisi vt procedatur ad finem, & agatur p̄- nitentia de tanta negligentia, nisi forte sine magno scandalo adstiterit possit ministrari vinum, & nouus panis, super quæ totum reiteretur, non super hostiam consecratam.

De Sacerdote tenente concubinam. Cap. CLII.

Raimundus. Porro de sacerdote, concubinã habente nota, q̄ si est notoriũ iuris, debent subditi vitare ipsum in sacra- mentis, quia ex tunc est ipso iure suspensus. Idē credo, li- cet quidã aliter dixerint, si est notoriũ facti, puta quia mulie- rē suspectam publice tenet in domo, & et forte argumeta gra- dientia super terrã, debet et talis admoneri ab ep̄o vt se corri- gat. Et si noluerit se corrigere, debet suspendi a beneficio ec- clesiastico, vsq; ad satisfactionem congruã, & si adhuc perseuera- uerit in peccatu remoueri. Guilh. Bene dicit ab ep̄o, q̄m ad- monitio inferioris prælati nõ sufficeret, quo ad hoc, q̄ posset inferre pena hic notariã, nisi esset qui hret iurisdictionē ipsã plenariã in talibus concubinariis secundũ ius ecclē. Sed in Re- gno Franciæ tenet constitutio Gualæ, qui fuit legatus in Fran- ciã: quæ talis est. Ex cõcicamus ocs sacerdotes, & clericos quos- cunq; qui post legitimã admonitiõem focarias, vel alias mul- lieres, de quibus mala suspicio possit oriri, in domibus priuis vel alibi, vnde populus, vel ecclesia scandalizetur, dõxerint re- tinendas, nisi sint clerici, qui minorib. in ordinibus cõstituti le- gitime contraxisse probentur, quĩ in tñ cõ vxoribus ecclesiasti- ca beneficia retinere nõ debet. De ista admonitione duplex est opinio, quidã dicunt q̄ non sufficit, nisi fiat specialiter ad personã, super hoc q̄m statuta. Alii dicunt q̄ sufficit generalis admonitio facta in synodo, non per modũ simplicis admoni- tionis, & prædicationis. q̄ faciunt prædicantes, sed per modũ prælationis, & iurisdictionis, vt sit via ad incurrendã pena il- lius cõstitutionis. Et licet hæc admonitio fiat ad multitudinē, & sit synodalis, i. facta in synodo, nihilominus est persona- lis, cõ fiat ad præsentem. Et secundũ hanc opinionē hmoi gene- ralis admonitio ad illos solos extēditur, qui præsentem sunt ad alios non, siue teneantur interesse synodo, siue non, licet ab his qui interfuerunt audiant postmodũ hmoi admonitio- nē factã esse. Et q̄ ep̄s intendit facere triã admonitionē, nõ sufficit vnã audire, vel duas, nisi & tertia audiatur præsentiali- ter a præsentē monitore. Itē non extēditur hæc admonitio, ni- si ad illos solos, qui tpe monitionis illius, hmoi focarias cum scandalo detinent. Itē oportet, q̄ sit tria, vel vna pro oibus facta ex causa, alias non esset legitima, & quis non exprima- tur causa pp̄ q̄ sit vna pro oibus, si tñ subest illa causa, nihilo- minus incurretur scia illius canonis. Prima opinio est beni- gniore, & cõior. Clericus aut, qui cum scandalo passim & pu- blice cõ plurimĩs focariatur, licet grauius peccet q̄ ille qui pu- blice vnã tenet focariã, tñ non incurrit sententiã prædictã, vt credo, quia constitutio illa non vñ loqui, nisi de tenentibus cõ scandalò focarias, vel alias mulieres, cõ penę potius sint restrin- hende, quã extēdēdæ. De illis aut qui tenent mulieres in su- spectis locis, & cõ scandalo, si tñ non peccat cõ eis nec pecca- re proponunt, potest dici benigna interpretatione, q̄ non inci- dunt in illam sententiã, & q̄ illa constitutio intelligitur de illis, qui eam tenent in concubinato. Aliis tñ videtur q̄ ex- quo post legitimã admonitionē cum scandalo tenent mulie- res hmoi, siue peccent cum illis carnaliter siue non, incidunt in illam sententiã post admonitionem legitimã. Et quod di- xit duxerint retinendas, intelligo retinēdas. i. habēdas quo ad vsum carnis: licet. n. non teneant eas in expensis suis, aut tan- quam

quam suas proprias concubinas, ex quo non vitentur eis ad pec- catum carnis, cõ scandalo tñ, & post admonitionē legitimã incurrit sententiã. Vnde si clericus adulteretur cum vxore alienius manente in domo mariti, & cohabitante cõ marito, & hoc cum scandalo, & post admonitionem incurrit senten- tiã prædictã, licet non exhibeat eam ille clericus, aut aliter eã teneat. Ab illa aut sententia cum conditio canonis retinuerit sibi absolutio nem, possunt ep̄i (soluere subditos suos. In- fertiores autem prælati non consueverunt de hoc obloquere.

De illo, qui post absolutionem ab illa sententia, recedit in idem peccatum. Cap. CLIII.

Quid si aliquis de hoc absolutio reuertatur ad vomitum eum eadem concubina. Respondeo: Si adhuc durat scã- dalum, recidit in excõcicationem, quamuis non fiat ne- ualã admonitio, si autem uñ durat, sed creditur publice, quod sit correat, non incidit in illam sententiã, do nec iterum orum sit super hoc scandalũ, quo exorto non credo, q̄ sit ne- cessario admonitio noua. Credo autem, quod peccant epi- scopi & inferiores prælati ad quos pertinet hmoi admonitio- nē facere. (inferiores. n. p̄nt eam facere, & si sint simplices sa- cerdotes, curati tñ, cõ constitutio illa non specificat quod ab ep̄o solũ sit faciendã) si per negligentiam aut alia corrupta in- tentione dimittant eam facere. Si autem ex causa iusta dimittat quia forte videtur ibi multorum stragem iacere, vel aliud simi- le, non peccant. De hmoi autē focariis clericis credo, quod non oportet eos vitari tanquã excõcicatos ex illo canone, nisi cõstet eos tenere focarias cõ scandalo, & super hoc eos esse le- gitime admonitos. Et si de vtroq; istorum confiterentur in se- creto, vitandi sunt in secreto. Licet aut ep̄i p̄nt de hmoi sententiã absolucere, non tñ possunt dispensare super itregu- laritate contractã, si in hmoi excõcicatione celebrauerint aut ministrauerint, aut ordines receperint. Licet aut idē Guala mul- ta alia constituerit, vel innouauerit ad honestatē clericalem spectantia, tam circa habitum quã circa negotiationē, & vsu- rias, & alias quædam, dicens se talia prohibere sub eadē distri- ctione, sub qua prohibuit vsum focariarũ, non tñ clericis, qui faciunt cõtra illas prohibitiones, & post admonitionē legiti- mam, ipso facto excõcicationem incurunt, quia quantum ad illas prohibitiones non facit promulgationem lata senten- tiæ, sed potius comminationem ferendã, & ita habet consue- tudo, quæ est optima legum interpretis.

De delictis puerorum. Cap. CLIIII.

Extra. de delictis puerorum. Grego. Quæris grandiscu- lis, peccatum nolant attribueret quidã ab anno sex qua- tuordecim, cum pubescere experint. Quod merito crede- remus, si nulla essent peccata, nisi quæ membris genitalibus admittuntur. Quis vero audeat affirmare furtũ, mendaciã, & periuriam non esse peccata. at his plena est ætas puerilis, quãuis in eis non ita vt in maioribus puniendã iudicentur. Alexan- der tertius. In pactis relinqui solet multam, quod in aliis pro- uentioris ætatis humanæ leges dicunt seuerius corrigendum. Ex summa iuris. Delicta puniendã etiam in minoribus sunt, licet non adeo grauius, vt in maioribus. In his autem distin- guendum est, quia doli capax aliquatenus punitur. In fans au- tem nequaquam propter ætatis illius ignorantiam. Quando quidem incipit esse doli capax, diuersi diuersã dixerunt. Ego autem credo, quia tunc est doli capax, qñ calliditate plenus est, quod in septennio non præsumitur, nisi liqueat per euide- tes præsumptiones. Pena vero moderanda est in talibus arbi- trio iudicantis. Afor. Hæc de criminibus & penis ad vtrũq; pertinentibus simul seculariumq; regimina, politicæ atis occasione breuiter ad præsens dicta sufficiant.

LIBER XI.

De Arte Mechanica, & speciebus eius. Cap. I.



Vgustinus de ciuitate Dei. 22. li. Præter ar- tes bene viuendi, & ad immortalem per- ueniendi, felicitatem, quæ virtutes vocan- tur, & sola Dei gratia, quæ in Christo est filiis promissionis regni que donatur. Nonne humano ingenio, tot, tantæque artes inuentæ sunt, & exercitæ, partim necessariæ, partim voluntariæ, vt tam ex- cellens vis mentis atque rationis, in his etiam rebus, quas fu-

perfluas, immo & periculosas, perniciosasq; appetit, quantũ bonum habeat in natura, vnde ista potuit vel inuenire, vel di- scere, vel exercere restetur. Vestimentorũ, & edificiorũ ad ope- ra, q̄ mirabilia, q̄ stupenda industria humana peruenit, quo- in agricultura, quo in nauigatione, p̄cecerit, quæ in fabricatio- ne, quorũq; vasorum, vel etiam statuarum, vel picturarum varietate excogitauerit, & impleuerit: quæ in theatris mirabi- lia spectantibus, audientibus incredibilia faciendã, & exhibē- da molita sit. In capiendis, occidendis, domandis, irritationi- bus animantibus, quæ & quanta reperit aduersus ipsos ho- mines tot genera venenorum, tot armorum, tot machinamē- torum, & pro salute mortali tuenda, atq; reparãda quot me- dicamenta, atq; adiuuenta comprehendit, pro voluptate faucium quot condimenta, & gule irritamenta repererit. Ad iudicãdas, & suadendas cogitationes, quam multitudinē varietatemq; signorũ, vbi præcipuum locum verba, & literæ tenent ad mulcendas aures, quot organa musica: quot cantile- næ modos excogitauerit, quim multa rerum mundanarum cognitione se impleuerit, quis possit eloqui, maxime si velli- mus non aceruatim cuncta congerere, sed in singulis immo- rari. Hugo in li. i. didascalicon. Adionum quæ huius vitæ ne cessitatē deseruiunt, trimodum genus est. Primum quod natu- ræ nutrimentum administrat. Secundum quod contra mole- sta, quæ extrinsecus accedere possunt munit. Tertium quod con- tra iam illata remedium præstat, horum scientia, quia opera humana profecit, congrue mechanica. i. adulterina voca- tur. Sunt. n. tria opera. s. opus Dei quod non erat, creare: vnde, in principio creauit Deus celum & terram &c. Opus naturæ: quod latuit ad actum producere, vnde produxit terra herbã viuentem. Opus artificis disgregata coniungere, & conuerso vnde conserunt folia fici &c. In his tribus opus humanum quod natura non est, sed naturam imitatur conuenienter me- chanicum. i. adulterinum nominatur. Nam verbi gratia, qui statuam fundit, hominem intuitus est, qui vestes primus adiu- uenit, confidit quod quæq; nascensia propria quædam habeant monumenta, quibus naturam suam ab iã commodis. defendit. Cortex ambit arborem, penna tegit volucrem, squa- ma pisces, lana opetit oem, pilus iumenta velit, concha te- studinem, excipit, ebur Elephantem iacula non timere facit, nec tamen sine causa factum est, vt animantium singula natu- ræ suæ arma secum nata habeant, solus homo inermis nasci- tur, & nudus. Oportuit. n. vt illis, quæ sibi providere nesciunt naturam consulere, homini autem ex hoc etiam maior expe- riendi occasio præstaretur, cum illa quæ ceteris naturaliter data sunt propria ratione sibi inueniret. Multo. n. magis nũc inueniendõ ratio hominis enitet, quã habendo claruisset, nec sine causa pronetibium sonat, quod ingeniosa fames ocs excuderit atres. Richard. vbi supra. Sciendũ quoque est, quod mechanicum, secundum rationem sui, sub philosophia contine- tur secundum administrationem, verbi gratia. Ratio agricultu- ræ pertinet ad philosophum, administratio, ad rusticum. Me- chanica. 7. habet species. I. artificum, armaturarũ, nauigatio- nem, agriculturam, venationem, medicinam, theatricam. Ad hanc omnium rerum fabrica conserere videtur, ad hanc. n. pertinent vniuersa, quæ humanis necessitatibus inueniuntur grata commoda necessaria, & quæcunq; sub prædictis eius speciebus comprehendit comprobantur.

De Lanificio, & eius materia, & instrumentis. Cap. II.

Lanificio est prima species mechanicæ, ad quam perti- net omnis opera tendi, retorquendi, consueudi, quicquid sit instrumento, solo, fuso, acu, pectine, calamistro, gurgillo, ala- bro, subula. In materia lini, lanæ, canabi, & subenis omnis, vsus floccorum, filtorum, sagorum, saguarum, mattularum, & sportarum. Iudorus li. 9. Lana a lanando, i. vellendo dicta, hinc & vellus dictum, quod prius lanæ vellerentur, non tondē- rentur. Linum ex terra. s. nitenii specie oritur, deflexumque est nomen eius a Græco, nam liquum Græci linarium dicunt, siue, quod sit molle & lenē. Stuppa vero canabi est siue lini, hæc secundum antiquam orthographiam stippa dicta, quod ex ea timæ nauium stipentur, vnde & stipatores dicuntur, qui in vallibus eam componunt, Tumentum appellatum, quod aut in filo, aut in tela tumeat, nec subtilitatem habeat. Ca- nabum a similitudine canne vocatum, siue a Græca etymo- logia, nam illi canabum canabin vocant. Byssum genus est quoddam lini nimium candidi, & mollissimi, quod Græci Papatem vocant. Fibrinum lana est animalium quæ fibros vocant. Scrium dictum, quia id Sires primum miserunt, vcrmi-



vermiculi enim ibi nasci prohibentur, a quibus hæc circum arbores fila ducuntur. Vermes autem ipsi Græcè bombices vocantur. Placium est stappa, & quasi crassitudo serici, & est Græcè nomen. Tela pro longitudine staminis dicta, tela autem est, quæ infra utraq; religata duobus lignis iuvenitur, vt textatur; sed quo inferius texta inuoluitur, eo superius textenda deplectatur, & vnde fecit augmentum implicat, inde fit minus quod restat. Infubuli, quia infra & supra sunt, vel quia infubulanur. Radii dicti quia radendo sunt. Pectines quod pexa fila reddant, & imprimant. Colum quod sit in longitudine, & rotunditate quasi columna. Fustum quod per ipsum fundatur, quod netum est. Alabrum quod in eo librentur fila. i. voluatur. Calatrum leue gestemen, ex ligno, vel canna, aut ex iunco factum; in quo vel pensa ponuntur, vel leguntur flores; cala enim Græcè lignum est. Pensum mulierum a pendendo dictum, vnde pensa & impensa netum. Fila dicta, vel quia ex pilis animalium sunt, vel quia lanificium filis tenuibus consistit, in modum pilorum quasi florum. Glomellum corruptè a globo, dictum, per diminutionem, quasi globellum. Panulæ, vel panucæ, quod ex eis panni textuntur, ipsæ enim dicuntur per telam. Stamen dictum quia rectum sit, Trama quod via recta transmittatur per telam. Est enim filum intra stamē currens. Licia sunt quibus stamina ligantur, quasi ligia.

De Vestibus communibus. Cap. III.

Thomas de Nancell. super eantica. Vestis quoque laudabilis. in materia prætio, in textura artificio, in magnitudine utilitatis, in pulchritudine coloris, in suavitate odoris, Materia vestium prætiofa triplex est, sic enim quandoque de cortice herbarum, vt de lino, & canapo, quam multis tunisibus, & attritionibus oportet fieri. Quandoque de pilis animalium, vt de lana. Quandoque de viscidibus vermium, vt vestis serica. Isidorus vbi supra. Vestis antiquissima hominū fuit periformatum. s. succinctorium quo tantum genitalia conteguntur. hoc primum primi mortales, ex foliis arborū sibi fecerunt cuius vsum quædam barbaræ gentes dū sunt nudæ vsque hodie tenent, hæc & campestris nuncupantur, pro eo quod eisdem iuvenes qui nudi exercebantur in campo pudenda operiunt. Tunica vestis antiquissima appellata, quia in motu incedentis sonum facit, tonus enim sonus est. Primum autem fuisse tunicæ pellicie, quibus post offensam, & eiectionem de paradiso, Adam, & Eva induti sunt. Talaris tunica dicta eo quod ad talos vsque descēdat, & ad pedes defluat, sicut pectoralis, quia apud antiquos brevis erat, vt tantum pectus operiret, licet nunc profusior sit. Manicæata tunica. i. manicata tunica, eo quod hæc habeat manicas, quam citoditam Græci vocant. Dalmatica vestis primum in Dalmaciæ provincia Graciæ texta est, tunica sacerdotalis candida, cum clavis ex purpura. Rosata, quæ Græci Phenicæam vocant, nos cocineâ, reperta a Lacedæmoniis ad celandum coloris similitudine sanguinem, quotiens quis in acie vulneraretur, ne contemplant aduersario animus ange fecerit. Hæc sub consulibus Romani vbi sunt milites, vnde eū rosati vocabantur, solebant etiam pridie quam dimicandum esset ante principia proponi quasi admonitio, & indicium futuræ pugnæ. Laculata, quæ lacus quadratos quosdam habet, eū pictura in textos, aut additos ac. Hiacinthina vestis aereo colore resplendens. Bombicina est a bombee vermiculo, qui longissima ex se fila generat, quorum textura bombicinum dicitur, conficiturq; in insula Choo Apocalania. Serica a serico dicta, vel quod cæ ferres primi miserunt Oloferica tota serica, elo. n. torum. Tramoferica stamine lino trama ex serico. Byssina candida, confecta ex quodam genere lini gossioris. Fibrina vestis trama de fibris, id est castoris lana habens. Caprina de caprarum pilis contexta. Linoforma vestis est ex lana, linoque contexta, & dicta linoforma, quia in stamine lino, in trama lanam habet. Polimitus enim textus multorum colorum est. Acupicta vestis, acui textilis, vel acui ornata, eadem & Frigia Trilicis a tribus licis, quia est & simplex, & bipex. Colobium dictum, quia longum est & sine manicis. Antiqui enim magis hoc utebantur: Leuitonarium est colobium lancum, sine manicis, quo Aegyptii monachi vtuntur. Lumbare vocatur quod lumbis religetur, & quod lumbis hæreat. Hoc in Aegypto & Syria non tantum scæminæ, sed & viri vtuntur. Limus est vestis, quæ ab vmblico vsque ad pedes producitur, hæc autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est flexuosam, vnde & nomen accepit. Nā limum obliquum dicimus. Armelaufa vulgo vocata, quod ante & retro diuisa, atque aperta est, in armos tantum clausa,

quasi armifcula, c. litera ablata. Camisiam vocari, quod in his dormimus in camis. i. in stratis nostris, siue quod primum fiebant a cannabis. Tabricos vocatos, quod tibias braccasque tegant, & quod a braxis ad tibias vsque perveniant.

De vestibus legalibus. Cap. IIII.

Octo sunt in lege genera sacerdotium vestimentorum. Poderis enim sacerdotalis linea corpori astricta, & vsque ad pedes descendens, vnde & nuncupata. Podas enim Græci pedes vocant, hanc vulgo camisiam vocant. Abanecch cingulum sacerdotale rotundum, politimica arte, ex cocco, purpura, hiacinthoque contextam, ita vt flores atque gemmæ in eo esse viderentur distinctæ. Pileum est ex bisso rotundū, quasi sphaera media caput tegens sacerdotale, & in occipitio vitæ constrictum, hoc Græci & nostri Thyraui, vel Galeram vocant. Machil quod est tunica talaris, tota hyacinthina, habens ad pedes septuaginta duo cinctinabula, totidemque intermixta ac dependētia mala punicea. Ephod, quod interpretatur Latine lupercindumentum. Erat enim pallium superhumeralē ex quatuor coloribus, & auro contextum, habens in vtroque humero lapides duos smaragdinos auro inlatis, in quibus sculpta erant nomina Patriarcharum. Logion quod Latine dicitur rationale, pannus duplex auro, & quatuor textus coloribus, habens magnitudinem palmi per quadrum, cui intexti erant 12. præciosissimi lapides, hic pannus superhumerali cōtra pectus pontificis ennectebatur. Petalum aurea lamina in fronte pontificis, quæ nomen Dei illud ineffabile Tetragrammaton in fronte pontificis quatuor Hebraicis literis habebat scriptum. Bathin, siue feminalia. Ibraicæ linæ vsque ad genua pertingentes, quibus veteranda sacerdotis velabantur.

De Proprijs vestibus quarundam gentium. Cap. V.

Quibusdam autem nationibus sua cuiq; propria vestis est vt Partis Sarabaræ: Gallis Lina: Germanis Renones, Hispanis Stranges, Sardis Malturga. Sarabaræ sunt fluxa ac sinuosa vestimenta, de quibus legitur Dan. Et Sarabaræ eorum non sunt immutata. Apud quosdā autem Sarabaræ quædam capitum tegmina nuncupantur, qualia vidimus in capite Magorum picta, Linae saga quadra & mollia sunt. Renones sunt velamina humerorum, & pectoris vsque ad vmbilicū atque in rotis villis adeo hispida, vt himbres respuant, quos vulgo reptos vocant, quia longitudine villorum quasi reptant. Malturga vestis Germanica, ex pelliculis ferarum: Malturga autem quasi monstruosa, eo quod qui ea induuntur, quasi in ferarum habitum transformantur. Dignoscuntur & gentes ita habitu, sicut & lingua discordes. Peræ braechia, & crura lineamentis, caput thyra regant, eminent apicibus fastigiat Alani, horrent & malecti latratoribus linguis Scoti, Saga tri sunt Alemanni, lintheari Indi, gemma Peræ, sericari Seres, phareraui Armeni. Nonnullæ autem gentes non solum in vestibus, sed in corpore aliqua sibi propria quasi insignia vt dicant, vt videmus Cirros Germanorum granos; & cinnabari Gothorum, stigmata Britonum. Circuncidant quoque Iudæi preputia. Pertundunt Arabes aures. Flauentirextis capitis Gethæ. Nitent Albani albenitibus crinibus. Mauros habet tetra nox corporum. Gallos candida cutis, sine equis inextes extant Alani. Nec abest gens Pictorum, nomen habens a corpore, quod minutis opifex acus punctis, & expressos nativū graminis succos includit, vt has ad sui specimen ricatrices ferat; pictis artibus, maculosa nobilitas. Habet & sexus institutum speciem habitus, vt in viris tonsi capilli, in mulieribus redundancia crinium, quod maxime virginibus insignē est, quarum & ornatus ipse p̄prietē sic est, vt cum latus in verticem ipsam capitis sui arcem, ambitu crinium contegat.

De Pallijs virorum. Cap. VI.

Pallium est quo ministrantium scapulae conteguntur, vt dum ministrant, expediti discurrant. Dicitur autem pallium a pellibus, quia prius semper indumento pelliceo veteres utebantur, quasi pella, siue a pella per derivationem. Clamis est qui ex vna parte induitur, neque tonsuitur, sed fibula infrenatur. Toga dicta quod velamento sui corpus tegat, atque operiat. Est autem pallium paruum, forma rotunda

randæ effusore, & quasi inundante sinu, & sub dextro veniens super humerum sinistram ponitur. Toga autem Romani in pace utebantur, belli autem tempore paludamentis. Mensura togæ iustæ, si sex vlnas habeat. Toga prætexta est, cui prætextitur larva purpura. Hanc in initio Romæ propinquos, & amicis regum solos habere solitos, purpuratoque ob hoc vocari, obseruatum ne quis prætexta uteretur, nisi qui honores sumptisset a populo. Paludamentum erat insigne pallium Imperatorum, cocco, purpuraque, & auro distinctum. De quo Sallust. Togam inquit Paludamentum mutauit. Erat autem pallium bellicum, dictum, vt quibusdam videtur, quod eo indutus palam faceret Imperator futurum bellum. Circumtextum est, quod Græce ciclas dicitur. De quo Virgilius. Et circumtextum croceo velamen acanto. Circumtextum autem dictum, quia est rotundum pallium. Dyplois Græcam nomen, ab eo quod sit duplex amictus. Est autem vestis militaris, cuius usus Gallicis primum expeditionibus cepit, & præda hostili, vnde fuit vox illa sonatus: Togi depositi Quirites ad Saga conuerſi fuerant. Sagum autem Gallicum nomen est, dictum autem Sagum quadrum, eo quod apud eos primum quadratum, vel quadruplex esset. Penula est pallium cum fimbrijs longis. Lacerata pallium fimbriatum, quo olim soli milites utebantur. Vnde & in distinguenda castrens, vrbanaque turba, hos togatos, illos laceratos vocabant. Inde autem lacerata, quasi amputatis capitibus fimbriarum, neque ita laxis vt sunt penularum. Prætexta puerile est pallium, quo usque ad decimum sextū annū pueri nobiles sub disciplina cultu utebantur, vnde & prætextati pueri appellati sunt. Dicta autem prætexta, quia prætextebatur ei latio purpura. Casula est vestis cucullata dicta per diminutionem a casa, quod totum hominem tegat, quasi minor casa, inde & cuculla, quasi minor cella. Byrrhus a Græco vocabulum trahit, illi enim byrrum librum vocant. Melotes, quæ etiam præta vocatur, pellis est caprina, a collo pendens præcincta, vsque ad lumbos. Est enim habitus proprie necessarius ad operis exercitium, fiebat autem prius, vt quidam æstimant, de pelliculis Melonum, vnde & melotes vocata sunt. Fimbriatæ vocatæ ora vestimentorum hoc est finæ.

De Pallijs scæminarum. Cap. VII.

Regillum est prælatum reginarum amiculum, vnde & apellatum. Pepsul matronale pallium ex purpura signatum, cuius fimbriæ aurei staminis summitate resplendent. Palla est quadrum pallium muliebri vestis, deducum vsque ad vestigia, affixis in ordinem gemmis. Stola matronale operimentum, quod cooperit capite, & scapula a dextro latere in leuum humerum mittitur. Stola autem Græce vocatur, quod supereminetur. Idem & ricinium latino nomine appellatum, eo quod dimidia eius pars a retro eiciatur, quod vulgo Maurotem dicunt, uocatumque Maurotem quasi Martem. Signum autem Martialis dignitatis, & potestatis in eo est. Caput enim mulieris vir est. Inde & super caput mulieris est. Amiculum est meretricium pallium lineum, hoc apud veteres matronæ in adulterio deprehensæ induebantur, vt in tali amiculo potius, quam in stola polluerent pudicitiam. Erat enim apud veteres hoc signum meretriciæ vestis, nunc in Hispania honestatis. Teriſtrum palliolum est quo vsque hodie Arabiæ, & Mesopotamiæ mulieres velantur, quo in æstu vltimo tegantur vmbaculo, de quo in Esaia legitur. Anoboladium, amictorium lineum scæminarum, quod humeri operiuntur, quod Græci & Latini stodonem vocant.

De Ornamentis scæminarum. Cap. VIII.

Stragulum vestimentum est discolor, quod manu artificio diuersa varietate distinguitur, dictum autem quod in stram, & in amictu aptum sit. Fulcra sunt ornamenta scæminarum, dicta quod his fulcitur, id est sustinentur, vel quod thoros fulciant, siue caput, quæ reclinatoria vulgus appellat. Ceruicalia autem eo, quod ponantur sub ceruice, vel cubio. Puluillus dictus a puluinari, qui est diuitum lectus. Calcitræ vocatæ, quod calcantur, id est fariantur pluma siue tormento, quo molliores calidioresque sint. Tapeta dicta, quod pedibus primum sternerentur, quasi tapedia. Tapetia autem aut sipla sunt, aut amphitapa. Sipla tapetia, ex vna parte villosa quasi simpla. Amphitapa

phitapa, ex vtraque parte villosa tapeta. Mantilia nunc pro operendis mensis sunt, (quæ ut nomen ipsum indicat) olim tergendis manibus præbebantur, siue mantilia a mandendo. Mappa conuiuii, & epularum appositarum sunt, quasi manappæ, atque ob id nominatæ, cuius diminutiuum mapella est. Facitergium, vel manutergium a tergendo faciem, vel manum vocantur. Vela dicta, quod obiectu suo interiora domorum velent. Dictæ sunt autem cortinæ a coriis, eo quod prius ex pellibus fuissent factæ. Cilicia Arabes nunc cupant velamentu pilis caprarum contexta, ex quibus sibi tentoria faciunt.

De Tinturis vestium. Cap. IX.

Tinctura vocata est, quia tingitur, & in aliam fucata speciem nitore gratia coloratur. Coccum Græci nos rubium, seu vermiculum dicimus. Est enim vermiculus ex siluestribus frondibus. Conchilium dictum, eo quod ex conchilijs marinis color eius colligitur, idem & Ostrum vocatur. Conchilia autem sunt maris, quæ circumcisâ ferro lachrymas purpurei coloris emittunt. His collectis color purpureus temperatur. Et ostrum exinde appellatum dicitur, quod ex testæ humore elicitur. Purpura a puritate lucis vocata. Ferrugo color est purpureæ subnigra, qui fit in Hispania. Glaucus color ferugineus subniger. Elbidum ab elbo colore vocatum. Elbum enim medius color inter album, & nigrum, & elbum ab albo est deriuatum. Luteus color rubicundus, quod est croceus. Menum dictum, quod sit colore nigro. Græci enim melan nigrum dicunt. Malticinum croceum. Bateum purpureum Blauum mesticium. Oflicium, quia ex vito est, fit enim ex dependenti seligine testorum egesta affidais ignibus, vnde & color eiusdem ricturæ flammeus est, hæcæten de veste dehinc ad cæterum cultum veniamus.

De Coronis, & insulis ac cæteris membrorum ornamentis. Cap. X.

Ornamenta dicuntur eo, quod eorum cultu ora vultusque decorantur. Prima inter ornamenta est corona insignis vitoria, siue regni honoris signum, quæ iccirco in caput regium ponitur, ad significandos circumfusos in orbe populos, quibus accinctus quasi caput suum coronatur. Insula est fasciola sacerdotalis capitis, alba in modum diadematis, a qua vitæ ab vtraque parte dependunt, quæ insulam vincunt, vnde & vitæ dictæ sunt, quod vinciant. Apex est pileum subtile, quo sacerdotum gentiles utebantur, appellatus ab accipiendō, id est ligando. Nam virgula, quæ in pileo erat connectebatur filo, quod fiebat ex lana hostiæ cæstæ. Pileum autem dictum a pelle hostiæ, unde fiebat Cidaris, & ipsum sacerdotum erat, quod a plerisque mitra vocatur. Diadema est ornamentum capitis matronarum, ex auro, & gemmis contextum: quod in se circumactis extremitatibus retro astringitur, & exinde dictum Græce, quod præligetur. Mitra est pileum frigidum, caput protegens, quale est ornamentum capitis deuotarum. Sed pileum virorum est, mitra autem scæminarum. Redimicula autem sunt quibus mitra alligatur. Vitæ sunt, quæ crinibus in neclantur, quibus fluentes religantur capilli, & vitæ dictæ, quod vinciant. Itē est qua corona vincitur. Tenia vero extrema pars vitæ: quæ depēdet, coronæ. Reticulum est, quod colligit comas, dictum ab eo, quod retinet crines, ne effundantur. Discriminalia capitis mulierum sunt vocata, eo quod his caput a viro discernant, nam discriminare diuidere dicitur. Acus sunt quibus in scæminis ornandorum crinium compago retinetur, ne laxius fluant, & sparsi dissipentur capilli. Inaures ob aurium foraminibus nuncupatæ, quibus præciosa grana lapidum dependent. Harum vſus in Gracia puellæ vtraque aure, pueri tantum dextra gerebant. Torques sunt circuli aurei, a collo ad pectus vsque pendent. Torques autem, & bullæ a viris geruntur, a scæminis vero monilia, & catellæ. Dictæ autem torques, quod sint tortæ, & bullæ, quod similes sunt rotunditatæ bullis, quæ in aqua vento inflantur. Monile ornamentum est gemmis est, quod solet ex scæminarum pendere collo, dictum a munere, hoc & serpentum etiam dicitur, quia constat ex amphorulis quibusdam aureis, gemmisque variis in modum facturæ serpentis. Murena vulgo vocatur, Tomus Secundus. Aa quod

quod scilicet auri metallo in virgulis lentefcente, quadam ordinis fluxuosi cathena contextitur, in similitudinem murenæ serpentes, quæ ad collum ornandam aptatur. Hac interdum auri, & argenti textur virgulis. Cathellæ sunt cathenulæ collis inuicem se comprehendentes in quodam cathenæ, vnde & appellatæ. Dextras commune esse vitorum ac feminarum, quia vtriusque dextre sunt. Armillæ autem proprie vitorum sunt, collatæ victoriæ causa militibus ob armorum virtutem, vnde & quondam vniuersi dicebantur. Ab intellectu circuli Armilla non distrepit, quia ipsa quoque hoc vbi ponitur ambiendo constringit. Sed armilla latius extenditur, circulus rotundus fit. Fibulæ sunt quibus pectus feminarum ornatur, vel pallium tenetur a viris in humeris, seu singulum in lumbis. Lenulæ sunt ornamenta mulierum in similitudine bullulæ auræ dependentes. Perichelides sunt apud feminas ornamenta curum, quibus gressus earum ornantur. Olfactoria vascula sunt muliebria, quibus odoriamenta gestantur.

De Annulis, & cingulis. Cap. XI.

Anuli autem sunt per diminutionem dicti a circulis, & anis, qui sunt circum brachia, & circum cura, vnde & signa eorum per diminutionem sigilla. Nam signa maiora sunt, sigilla vero quasi minora signa. Anulos homines primum gestare cepit quarto a pollice digito, eo quod vna quadam vsque ad cor pertingat, quam notandam ornandamque aliquo insigni veteres putauerunt. Apud Romanos annuli de publico dabantur. Nam dignitate præcipuis vniuersi gemmati dabantur, cæteris solidi. Cinctus est lata zona, & minus lata femineinctum, & vtriusque minima cingulum. Nam a cincto per diminutionem cingulum nominatur. Baltheum cingulum militare est, dictum quod ex eo signa dependent, ad demonstrandam legionis militans summam, idest sex milium sexcentorum, ex quo numero, & ipsi consistunt, vnde & baltheum dicitur non tantum quod cingitur, sed etiam a quo arma dependent. Zona Græcum est, quam illi zonarium, nos cingulum nuncupamus. Strophemum est cingulum aureum eam gemmis. De quo dicitur Cuma: Strophæo latenter cincta eadilla. Fibula Græcum est, quam illi sibi dicunt, quod liget. Redimicula est, quod succinctorium sine brachile nuncupamus, quod descendens per ceruicem, & a lateribus collis diuisum vtramque a larum sinus ambit, atque hinc inde succingit: vt astringens latitudinem vestis ad corpus contrahat, atque coniungendo componat. Hunc vulgo brachilem, quasi brachiale dicunt, quamuis nunc non brachiorum, sed renum sit cingulum. Fascia est qua tegitur pectus, & papillæ comprimuntur, atque crispanti cingulo angustius pectus artatur. Et dicta fascia, quod in modum fasciculi corpus alligat. Hinc & fasciolæ quibus vulnera colligantur. Vita dicta, quod ea pectus ligatur, instar vitis ligantur. Fasciola est, quæ ambit extremitatem vestium, aut ex filis, aut ex auro contexta, astitaque extrinsecus in extrema parte vestimenti, uel clamidis.

De Calciamenis. Cap. XII.

Calciamenta dicta, quod in calo, idest in ligno fiant, uel quod calcantur. Crepidis Græci ante repertis vsi sunt. Est autem genus singularis formæ, & idem vtrique aptum pedi, vel dextro, vel sinistro. Crepidas autem dictas, quod cum sono stringantur, siue a pedum crepitu in ambulando. Calcis reges utebantur, & Cælares forma eorum. Ocreæ tibialia calciamenta sunt dicta, quod cura tegant. Coturni sunt quibus calcabantur tragedi, qui in theatro ducendi erant, & alta innotanti voce carmina cantantur. Est enim calciamentum in modum crepidarum, quo hæretes utebantur, sed tale est, vt & in dextro, & in leuo conueniat pede. Braxæ calciamenta comedorum erant, sicut tragedorum coturni, quos quidam etiam calones appellat, eo quod ex salice fientur. Nam Græci, vt diximus, lignum cala vocabant. Talares calcei socci sunt, qui & inde nominati videntur, quod ea figura sunt vt contingant talum, sicut scutales, quod sub talis sunt quasi subtalares. Obstringilli sunt, qui plantas consuti sunt,

& ex superiori parte corrigia trahitur, vt constringantur, vnde & nominantur. Soleæ sunt quibus tantum pedum plantæ reguntur, dictæ a solo pedum. Item soleæ materiales ex materiali curuo interta. Socci cuius diminiuumum socelli appellati, inde quod soccum habeant, in quo pars plantæ iniicitur. Caligulæ caligæ vel a callo pedum dictæ, vel quia ligantur: nam socci non ligantur, sed tantum innotromuntur, cernui socci sunt sine solo, ligulari quos nos soliatos vocamus. Clauati socci dicti, quasi calibrati, eo quod minutis clausis, idest acutis solo caligis vinciantur. Perones, & calponeæ rustica calciamenta sunt. Baxæ calciamenta sunt mulierum. Corrigiæ a corijs vocantur, vel a colligatione, quasi colligæ.

De armatura, & eius prima specie, qua dicitur architectonica. Cap. XIII.

Richardus vbi supra. Armatura, quæ est secunda species mechanicæ duas habet species, architectonicam, & fabricalem. Architectonica diuiditur in cæmentariam, quæ ad latomos, & cæmentarios pertinet, & carpentariam, quæ ad carpentarios, & tignarios. Fabricalis diuiditur in malecioriam, & excludioriam. Ad armaturam igitur pertinet quicquid sit instrumento, dolabro, ascia, securi, in trulla, perpendiculo, martello, scalpello, artauo, in eade, in materia ligno, & lapide, sabulo, gipso, ære. Vitruuius in libro de architectonica primo. Architectonica est scientia pluribus disciplinis, & variis eruditionibus ornata, cuius iudicio probantur omnia, quæ a cæteris, artibus perficiuntur opera. Architectum siquidem oportet ingeniosum esse, & docilem, cui Geometria plura præsidia præstat, vt facilius in artem ædificiorum descriptiones, normarumque, & librationum, ac linearum directiones expediat. Arithmetica quoque, qua sumptus ædificiorum computat. Musica vero, quæ seramentorum percutientium sonitus, ad ipsius aures artificis, cæteris, & æquales faciat. Astrologiam quoque nosse oportet, propter quatuor mundi climata, & cæli rationem, & altorum cursum, quorum notitiam si non habuerit, horologiorum rationem omnino scire non poterit. Philosophia tandem necessaria est, propter naturam aeris, & locorum, qui salubres sunt, aut pestilentes, aquarumque visus, sine quibus, scilicet rationibus, nulla salubris habitatio fieri potest. Itaque perfectus artifex non erit, nisi qui a pueritia his disciplinarum gradibus scandendo, ad summam vsque peruenerit. Nec tamen Architectus potest esse Grammaticus, ut fuit Aristarchus, nec musicus vt Aristoxenus, nec pictor, vt Appelles, nec medicus, vt Hypocates, nec in cæteris doctrinis singulariter excellens, & præclarus, sed in his non imperitus. Architectonica nascitur ex fabrica, & ratiocinatione. Fabrica est continuata, & vsu trita meditatio, quæ manibus perficitur. Ratiocinatio autem est, quæ res fabricatas solentis ac rationis proportione demonstrat, & explicat.

De Partibus Architecturæ. Cap. XIII.

Constat autem Architectura ex ordinatione, & dispositione, & Euerithmia, & Symmetria, & decore, & distributione. Ordinatio est modica membrorum operis commoditas separatum, vniuersæque proportionis ad symmetriam comparatio. Hæc componitur quantitate. Quantitas autem est modulorum ex ipsius operis sumptione, singulique membrorum partibus, vniuersi operis conueniens effectus. Dispositio est rerum apta collocatio, elegansque compositio, effectus operis cum qualitate. Huius species, quæ Græce dicuntur idæ sunt Iconographia, Orthographia, Cenographia. Iconographia est circini regulæque modicæ continens vsus, e qua capiuntur formarum in soleis arearum descriptiones. Orthographia est erecta frontis imago, modiceque picta rationibus operis futuri figura. Cenographia est frontis, & laterum abscendentium adumbratio, ad circinique centrum omnium linearum responsus. Hæ nascuntur ex cogitatione, & inuentione. Cogitatio est cura studij plena, & industriæ vigilantiaque effectus propositi, cum voluptate. Inuentionis est quaestio, num obscurarum explicatio, ratioque nouæ rei vigore mobili reperta. Hæ sunt terminationes dispositionum. Euerithmia est venusta species commodisque in communibus membrorum aspectus, hæc efficitur cum mēbra conuenientia sunt altitudinis ad

De Dispositione, & constructione ædificiorum. Cap. XVII.

ad latitudinem, latitudinis ad longitudinem, & ad summam omnia suæ symmetriæ respondent. Symmetria est ipsius operis membris conueniens contentus, ex partibusque separatis ad vniuersæ figuræ speciem late partis responsus, ut in hominis corpore e cubito, pede, palmo, digito, cæterisque particulis. Decor autem est emendatus operis aspectus, probatis rebus compositus, cum auctoritate. Is perficitur statione, vel consuetudine, vel materia. Statione ut cum loue & cælo, soli ac lunæ ædificia sub diuo constituebantur, eo quod horum Deorum spēs, & effectus, in aperto ac lucenti mundo presentes videri putabatur. Consuetudine vt cum ædificiis interioribus magnificis, vestibula quoque, cōuenientia, & elegantia sunt, vt nō sint domus elegantes, aditus autem humiles. Natura vt si finium saluberrimæ regiones, aquarumque fontes in his locis eligantur, in quibus ædificia construuntur. Distributio est copiarum locique commoda dispensatio, per eaque in operibus sumptus ratione temperatio. Hoc ita obseruabitur, si primum architectus ea non quaerat, quæ non possunt inueniri vel comparari, nisi labore, vel sumptu magno. Non enim omnium vbi que copia est, sed aliud alio nascitur loco. Itaque vbi non est arena scilicet, vtendum est fluuicia, vel marina. Inopia quoque Abietis suppleatur vitendo Cupressu, Vlna, Pinu, re quoque similiter explicanda. Aliter quoque vrbana domus ædificanda sunt, aliter quibus ex possessionibus rusticis fructus instuant, & omnino faciendæ sunt aptæ personis omnibus ædificiorum distributiones.

De Prima eius specie, qua est ædificatio. Cap. XV.

Architecturæ partes sunt tres, scilicet ædificatio, gnomonica, machinatio. Ædificatio bipartita vna mœnium, & communium operum in publicis locis collocatio, altera priuatorum ædificiorum explicatio. Publicorum autem distributiones sunt tres. E quibus vna est defensionis, scilicet muro-rum, muriumque, & portarum, ad hostium imperis perpetuo repellendos excogitata ratio. Altera religionis, scilicet templorum, sacrarumque ædium collocatio. Tertia oportunitatis, scilicet communium locorum ad vsam publicum dispositio, vt portus, porticus, fora, balnea, & similia. Hæc autem ita fieri debent, ut habeatur ratio firmitatis, utilitatis, & venustatis. Firmitatis erit habitatio ratio, cum fuerit fundamentorum ad solidum depressio, æquaque materia, sine auaritia diligens electio. Utilitatis autem cum fuerit emendata, & sine impedimento pro vsu locorum dispositio, & ad regiones sui cuiusque generis apta, & commoda distributio. Venustatis vero, cum fuerit grata, & elegans operis species, membrorumque com-mensuras iustas habuit symmetriarum ratiocinationes.

De Architecturibus, & instrumentis eorum. Cap. XVI.

Sidorus. Fabricis parietum atque tectorum Græci inuentionem Dedalum asserunt. Iste enim primus didicisse fabricam a Minerva dicitur. Fabros autem, siue artifices Græci tectonos uocant, idest instructores. Architecti vero cœmentarii sunt, qui disponunt in fundamentis. Tria quidem sunt, quæ in vnoquoque homine artifice expectantur, natura, doctrina, vsus. Natura ingenio, doctrina scientia, vsus fructu diiudicandus est. Instructuram autem parietum ad normam fieri, & ad perpendiculum respondere oportet. Norma dicta est Græco vocabulo, extra quam nihil rectum fieri potest. Componitur autem ex tribus tegulis, ita vt duæ sint binorum pedum: tertia habeat duos pedes, vncias decem, quas æquali crassitudine politas extremis acuminibus sibi iungit, vt schemam trigoni faciant, id erit norma. Regula dicta, quod sit recta, quasi trætula, & impedimentum non habeat. Perpendiculum est, quod semper appenditur. Denique in fabrica, nisi omnia ad perpendiculum, & certam regulam fiant, necesse est enacta mendosa instruantur, ut aliqua praua sint, aliqua cubantia, prona nonnulla, alia supina, & propter hoc vniuersa sint contracta. Linea a genere suo appellata est, quia ex lino fit, hæc mutoratores vnanter siue lignarij, ne tortum aliquid construant. Trullæ nomen factum eo, quod trudit, idest includit calce, vel luto lapides. Scalæ a scandendo, idest ascendendo vocantur, hærent enim parietibus.

Speculum Doctrinale.

Ædificiorum partes sunt tres: Dispositio, constructio, venustas. Dispositio est aræ, vel solis, & fundamentorum descriptio. Constructio est laterum, & latitudinis ædificatio. Constructio autem, vel instructio uocata, eo quod instruat, & coherere faciat, vt lapides luto, & ligna, & lapides inuicem sibi. Vnde & frutes. Aliud enim ædificatio, aliud instauratio. Nam ædificatio noua constructio est, instauratio vero, quod reparatur ad in star prioris, nam instar veteres pro similitudine ponebant, inde & instaurare dicebant. Constat autem constructio fundamento, lapidibus, calce, arena, & lignis. Fundamentum dicitur, eo quod fundus sit ædificij. Lapidis in structuris apti sunt albus, tyburinus, columbinus flauitilis, fungia, rubens, & reliqui. Albus lapis alius molli. Mollis dentata serra secatur, tractabilis in opere est, ita ut in eo quasi in ligno literæ scribantur. Tyburinus, qui dum ad fabricam fortis, vapore tamen distillat. Tosus ædificiis inuutilis, fundamentis aptus, mortalitate, & mollicie. Arenacijs lapis concretus matris arenis, hic & bibulus. Gadricus ab insula Oceani, ubi plurimus exciditur. Piperinus subalbidus cum punctis nigris, durus atque fortissimus. Cocleacijs cocleis lapillisque, & arena concretus asperimus, interdum fistulosus. Columbinus a colore auium nuncupatus natura vicinij gipso, & mollicie simillimus. Molaris in parietibus vitilis, quia est quadam pinguior natura eius, duraque & aspera, ex quo etiam & molæ fiunt, vnde & nomen traxit, Huius quatuor sunt genera, scilicet albus, niger, permixtus, ac fistulosus. Sanguis lapis creatus ex aqua, leuis & fistulosus, & cameris aptus. Silex est durus lapis, ex cuius genere nigri silices optimi quibusdam in locis, & rubentes. Albi alices contra venustatem incorrupti permanent, quibus nec ignis quidem nocet. Nam ex his etiam formæ fiunt, in quibus æra funduntur: Viridis silex vehementer, & ipse igni resistens, sed nusquam copiosus, & vbi inuenitur lapis, non saxum est, pallidus in cæmento, raro vitilis. Fluuiatilis silex semper veluti madens est. Hunc ætate exhiberi oportet, nec ante biennium inleri in structuris domorum. Tegulæ vocantur, quod regant ædes, Laterculi vero vocati, quod lati formentur, circumactis vndique tabulis quatuor. Lutum autem vocatum quidam per antiphrasim putant, quod non sit mundum, nam omne lotum mundum est. Calx vna dicta, quia dum sit tactu frigida intus occultum continet ignem, aquis incenditur quibus solet ignis extingui, oleo extinguitur quo solet ignis accendi, vltus eius in structuris fabricæ necessarius est, nam lapis lapidi non potest adherere fortius, nisi calce coniunctus. Gypsum cognatum calci est, & est Græcum nomen, plura sunt eius genera, omnium autem optimum lapidis specularis, est enim insignis ædificiorum, & coronis gratissimum. Arena ab ariditate dicta, huius probatio si manu impressa, stridet autem, si in vestem candidam sparsa nihil sordis relinquit. Actor de calce, & arena, & tropho, mœnion & de lapidicenis, & lateribus cœctis, plenus dictum est supra in quinto li-

De Partibus ædificiorum. Cap. XVIII.

Sidorus quinto decimo libro. Fundamentum dictum est, quod fundus sit domus, paries nuncupatus, eo quod semper duo sunt pares, vel a latere, vel a fronte. Parietinas dicimus quasi parietum ruinas, sunt enim parietes stantes sine tecto, & sine habitantibus. Angulus, quod duos parietes, in vnum coniungat. Culmina dicta sunt, quia apud antiquos tecta culmo tegebantur, ut nunc rustica, hinc tecti summitas culmen dicitur. Camen sunt volumina intorsum respicientia, appellatæ a curuo. Laquearia sunt, quæ cameram subtegun, & exornant, quæ & lacunaria dicuntur. Absidia Græce, Latine interpretatur lucida, eo quod lumine accepto, per arcum resplendant. Tectum est camera templi obliqua, nā in modum tectudinis veteres templorum tecta faciebant, quæ ideo sic fiebant, vt cæli imaginem redderent, quod constat esse connexum. Arcus dicti, quod sunt arcta conclusionem curuati ipsi, & fornices. Ostracus panimentum testaceum, eo quod stratis testis calce admixta feriat, teste enim Græce ostracum dicitur. Compluuium dictum, quia aquæ partes, quæ circa sunt conueniant. Tessella sunt, e quibus domiella sternuntur, a tesseri nominata, idest quadratis lapillis, per diminutionem. Irido, 19 li. Columnæ pro longitudine, & rotunditate vocantur, in quibus totius fabricæ pondus erigitur. Antiqua rō erat colūnarū altitudinis tertia pars latitudinis. Bases sūt fulturæ eo



lumnarum, que a fundamento colligunt, & supraposite fabri...

De venustate adificiorum. Cap. XIX.

Idem in lib. xix. Venustus est quicquid illud ornamenti, & decoris causa adificijs additur...

De habitaculis. Cap. XX.

Idem. xv. lib. Omne adificium antiqui eadem appellauerunt.

culi, porticibusque, quatuor conclusum. Atque magna aedes, si...

De munitionibus. Cap. XXI.

Moenia quasi munimenta vrbis idest tutamenta. Munitionibus...

Moenia vbi supra. In ipsis autem moenibus hęc erant principia...

oppugnandum murum, sed ad loca precipitia circumdata, portarumque...

De sacris adificijs. Cap. XXI.

Sidorus vbi supra. Propiciatorium est dictum, quasi propiciationis ornatum...

De repositorijs, & operatorijs. Cap. XXII.

Acraurium prope est locus templi, in quo sacra reponuntur, sicut donarium...

Molarum enim vltus nondum erat, sed granum pilo fundebant.

De Clausuris, & tentorijs, & sepulchris. Cap. XXIII.

Vallum est, quod mole terra erigitur, vt custodia prestatur, dictum a vallis...

De ciuitatibus. Cap. XXV.

Primus ante diluuium Cain ciuitatem, Enoch ex nomine filij sui, in India condidit...

so quod his percolantur aque, has primum Romæ fecisse Tarquinium Priscum fertur, ut quousque pluviarum inundatio existeret, per eas aquas extra civitatem emitterentur, ne maximis perpetuisque tempestatibus, planiciem, vel fundamenta vrbis, strages aquarum subiret.

De Fabricis lignarijs. Cap. XXVI.

**I**dem lib. 19. Lignarius ligni opifex generaliter appellatur. Carpentarius speciale nomen est, carpentum enim forum facit, sicut nauticarius, qui tantum navium est fabricator, & artifex. Sarcitor dicitur, quod ex multis hinc, & inde coniunctis tabulis, unum tecti sarciat corpus. Idem & tignarius, quia tectoria tignis inducit. Trabes vocatæ sunt, quod in tranverso posite, vitosque parietes contineant, tigna enim iuncta trabem faciunt. Trabes autem sunt cum sunt dolatæ, Clupe vocatæ, quod copulatae sunt luctantes. Luctantes, quod erecti inuicem se teneant, more luctantium agrantes. Asseves ab asse dicitur, quia soli ponuntur, neque coniuncti. Scindulæ, eo quod scindantur, idest diuidantur. Commissura dicitur tabularum coniunctio. Epigri clavi sunt quibus lignam ligno adheret. Clavi autem dicitur quasi calibi, quia ex calibe, idest ferro fiunt. Tabulæ a veteribus tagulæ vocabantur a tegendo, unde & tegulæ. Serræ autem nomen de sono factum est a stridore. Circinus dicitur, quod vergendo efficiat circulum, & huius motu duplicata linea fit, quæ simplex per latitudinem extensa fuerit. Punctus autem in medio circini, centrum a Græcis dicitur, in cuius medio cuncta conuergunt. Securis quasi semiveteris, ex vna enim parte acuta est, ex altera fossaria. Hæc apud veteres penpa vocabatur. Vitamque autem habens aciem bipennis. Nam bipennis dicitur, quod ex utraque parte habeat acutam aciem, quasi duas penas, pennam enim antiqui acutum dicebant, hæc & dolabra, quod habeat duo labia. Nam securis simplex est. Afcia ab altis dicitur, quas ex ligno eximie, cuius diminutium est afciola. Est autem manubrio breui, ex aduersa parte referens, vel simplicem malleum, aut canatum, vel bicornem trallum. Scalprus dicitur, quod scalpræris, & foraminibus fit aptus, quasi scalphorus, cuius diminutium scalpellus. Terebra vocata a verme ligni, qui nuncupatur terebra, quem Græci Tereodonam vocant: hinc dicitur terebra, eo quod ut vermis terendo forat, quasi terefora, vel quasi transforans.

De Fabricis ferrarijs. Cap. XXVII.

**F**aber a faciundo ferrum impostum nomen habet, hinc derivatum est nomen ad alios artium materias fabros, vel fabricas dicere. sed cum adiectione, ut faber lignarius, & reliqua propter operis, scilicet firmitatem. In fabricorum autem fornace gentiles Vulcanum actorem dicunt, figuratè per Vulcanum ignem significantes, sine quo nullum metalli genus fundi, extendique potest. Ignis autem dicitur, quod nihil igni ex eo potest. fabrica in duabus rebus constat, ventis, & flammis. Flamma vero proprie fornacis est, dicitur quod flatu solium exciteret. Fornax vero ab igne vocata, fos enim ignis est. Caminus fornax Græcum est derivatum a cammate. Fauilla est deserta igne scintilla. Pruna est quamdiu ardet, cum autem extincta fuerit carbo nominatur. Pruna autem a perurendo dicitur. Carbo vero quod flamma caret, qui dum interisse creditur, maioris fit virtutis. Nam iterum incensus fortiori luce calcet. Cuius tanta est etiam sine igne firmitas, ut nullo humore corrumpatur, nulla verustate vincatur. Incus est in quo ferrum tunditur, a cadendo dicitur. Cudere enim cadere & ferire est, veteres autem non in eadem vocabant, sed in eadem, eo quod in eo metallum tunditur, idest tendatur, unde a rudis malleus a tendendo, idest tendendo dicitur, malleus vocatus, quia dum quid calet & molle est, cedit, & producit. Marcus malleus maior dicitur, quod maior sit ad cadendum, & fortior. Martellus mediocris malleus. Martulus malleus pusillus. Fortipes quasi ferricipes, eo quod ferrum candens capiant teneat que. Lima dicitur eo, quod lenè faciat, nam limam lenè est. Cilicet unde operatur argentaria, quo & celata vasa dicuntur.

De Vasis escarijs. Cap. XXVIII.

**I**dem libro vigesimo. Vasa dicitur sunt a vescendo, quod in eo escæ apponantur, cuius diminutium vascula quasi vescula. Fictilia dicitur, quod fiunt, & fingantur ex terra. Argilla autem ex cocta testa vocabulum suscepit, quia dum mollis esset, efficitur testa, Samia vasa quidam putant a

Samo oppido Græciæ habere nomen, alii dicunt certam esse Italiæ, que non longe a Roma nuncupatur, que Samia appellatur. Celata vasa argentæ, vel aurea sunt signis eminentioribus intrus extrave expressa, a celo, vel cele vocata, quod est genus ferramenti, quod vulgo cilionem vocant. Anaglyphia vasa, que superius sunt sculpta. Græci enim ana fursum Gliphe sculpram dicunt, idest fursum sculpta. Dificus antea scus, a specie scuti, unde & scutella. Postea difcus vocatus, quod detefcas, idest apponat. Parapsis est quadrangulum, & quadrilaterium vas, idest paribus absidis. Parena, quod dispanis, & parentibus sit oris. Lances vasa sunt emissoris, quibus sacrificatur. Scutella a scuto per diminutionem, est enim eiusdem similis. Guata quasi cautata g. pro c. litera posita. Apophorata, a Græcis, a ferendo poma, vel aliquid nominata. Salinum vas aptum salibus. Idem & sulfica. Acetabulum quasi acetapherum, quod acetum ferat coclear ab vsu prius coclearum dicitur, hinc est & illud veterum disticon. Sum-cocleis abilis, nec minus utilis oris. Nunquid seis potius cur coclearè videtur. Trifiles, Græcè, Latine tripedes. In vasculis tria quarantur, que placeant, manus artificis, pondus argenti, splendor metalli.

De Vasis liquoris. Cap. XXIX.

**P**hialæ dicitur sunt, eo quod ex vitro fiant. Vitrum enim Græcè hyalin dicitur. Patheæ phialæ sunt dicitur, vel quod in ipsis potare solemus, vel quod patientes sunt dispensantque labris. Cratera calix est duas anfas, & est nomen Græcè, sicut an. primum a connexionibus virgultorum, unde & dicitur a potu cratin, idest quod seimicem teneant. Ciati quoque, & sciphi siue cinibia, & ipsa poculorum sunt genera, ex quibus cimbria pocula dicitur, ex similitudine cimbræ nauis. Bacia primum a Bacho, quod est vinum nominata, postea in vsus aquariorum transiit. Calices, & calati, & calæ poculorum genera, antea ex ligno facta, unde & vocata. Græci enim omne lignum cala dicebant. Ampulla quasi ampla bulla, similis est enim rotunditate bullis, que ex spumis aquarum fiunt, atque ita insistantur vento. Enoforum dicitur vas ferens vinum, eno enim vinum est. Flacæ ex Græco vocabulo dicitur, hæc pro vehendis, & recondendis salis prius factæ sunt, unde & nuncupatæ, postea in vsum vini transferunt. Lagena & situla Græca nomina sunt. Cantarus vas quoddam, & hoc Græcum est. Hydria genus est vasis aquatilis, per derivationem vocata, hydor enim aquam Græci vocant. Situla, quod stientibus apta sit ad bibendum, quod vas Græci eadem vocant. Catinum vas sitile, quod melius neutrum dicitur, quam masculinum, sicut & salinum dicitur nihilominus neutro, vas aptum salibus. Orea est amphoræ species, cuius minor vocabulo vrcus, diminutium vrcolus est, Dolium Græcum est. Cupos & cupas a capiendæ aquas, vel vinum vocatas, unde & cupones. Vires ab vtero. Mulgarium in quo mulgentur pecora, Labrum vocatum est eo quod in eo solebant lauari infantes, cuius diminutium labellum. Idem & alpheum, eo quod in eo lauationem fieri solitum sit. Pelues vocatæ sunt eo quod pedes ibi lauentur. Sifon vas appellatur, quod aquas sufflando fundat. Emicandum vas olearium. Scortia vas olearium, Alabastrum est vas vnguentarium, e lapide sui generis eo nominatum, quem alabastrum vocant, qui incorrupta vnguenta conferuat. Pixides vascula vnguentaria, ex buxo facta, nam quod nos buxum, Græci pixum vocant. Lenticula vasculum olearium, ex ære aut argento factum, a liniendo dicitur. His enim Reges & sacerdotes vnguebantur.

De Vasis coquinarum, & luminariorum. Cap. XXX.

**O**mnia vasa coquendi causa parata, cocula dicuntur. Olla dicitur pro eo, quod ebulliat in ea aqua igne subiecto, ut alius vapor emittatur, unde & bulla dicitur, que in aqua venti intus spirita sustentatur. Patella quasi patula olla, est enim oris patentioribus, Cacabus, & cucuma a sono feruoris cognominantur. Lebetes æneæ sunt Græcè vocatæ, sunt enim olle minores in vsum coquendi paratæ. Sarrago a streptu soni vocata, quando ardet in ea oleum. Tripedes vocatæ, eo quod tribus pedibus consentent. Has Græci tripodas vocant. Mola a sui rotunditate vocata, ut mala pomorum sic & Græci maloni. Cribrum, quod ibi currat frumentum, quasi curritum. Rotabulum dicitur a prouendo stercore, siue

siue ignem panis coquendi gratia, a colendo ignem, & ligna, antiqui appellauerunt focu. Fos enim Græcè Latine ignis. Lucerna a licinio dicitur est. Licinius autem quasi lucinius latem præbat, est enim ciceretela lucerna. Cereus a cera nomen habet ex qua formatur. Lacunaria pendencia sunt lumina, quasi lacunaria, idest in aere lucentia. Funalia dicuntur, que intra ceram sunt, dicitur a funibus, quos ante vsum papyri cera circumdatos habere maiores. Funalia autem Græci scholares dicunt, quod sint scolia, alias scolia, hoc est mortis. Lampas flamma est in vertice lucens, dicitur quod lambentis modum ostendere videatur. Fax dicitur, quod focos faciat, cuius diminutium facula. Laterna inde vocata, quod lucem habeat interius clausam, sic enim ex vitro recluso intus lumine, ut véti status adire non possit, & ad præbendum lumen facile ubiq; circumferatur. Lucubrum vocatum, quod luceat in vmbra. Est enim modicus, qui solet ex tenui suppa coraque formari. Pyra est, que in modum aræ, sed lignis constructi solet, ut ardeat. Pyr enim ignis dicitur, sed pira est ipsa lignorum congeries, cum nondum ardet. Rogus est cum ardere cæperit. Butrum vero iam exustum vocatur.

De Vasis repositorijs. Cap. XXXI.

**G**azophilacium arca est, ubi colliguntur in templo, ea que ad indigentiam pauperum mittuntur. Gaza enim lingua Perfarum thesaurum. Philacion Græcè custodia interpretatur. Arca dicitur, quod arceat vsu, atque prohibeat. Hinc & arcinam, hinc & arcinam idest secretum vnde ceteri arcentur. Cybutum Græcè, arcam dicimus. Localus ad aliquid ponendum in terra factus locus, seu ad vestes, vel pecuniam custodiendam, unde & per diminutionem dicitur. Mozica quasi modica, unde & modici z. pro d. sicut solent Itali dicere ozia pro hodie. Scrinia Græcum est. Saccus a sago dicitur, quod confuto efficitur quasi sagus. Marsupium sacculus nomen est, quem Græci marsipa appellant. Sitaris naurum sunt, ab eo quod sita sunt appellatæ. Inuolucrum dicitur, quod aliquid in se tenet inuolutum. Fiscus sacculus est publicus, unde & fiscellæ, & fiscina dicuntur. Hanc habent exactores, & in eo mittunt debitum publicum, quod redditur regibus. Fiscus autem primæ positionis est, derivatum a fiscina, diminutium fiscella. Cantistrum fiscis canis contextitur, unde & nuncupatur. Alii Græcam afferunt. Cistella a cistis ex canna, vel lignis, quibus contextitur nominata. Cophinus est vas ex virgultis aptum mundaere stercore, & terram portare, de quo dicit propheta Israel. Manus eius in cophino seruierunt. Dicitur autem cophinus quasi coeus, idest quasi cauus. Spota a spata dicitur, non ab asportando, sicut quidam volunt. Prius enim a spato fieri solebat.

De Lectis, & sellis, & vehiculis, ac ceteris, qua in vsu habentur. Cap. XXXII.

**L**ecticem a lectis herbis vocatæ. Stratus a sternendo dicitur, quasi storiatus; in his solis antiqui acubabant, nesciam laneis stramentis reperit, Grabatum Græcum est. Dicitur autem inclinantis, vel reclinati capitis suseptio. Garra enim Græca apud poeticos caput dicitur. Baionula lectus, qui in itinere baiulatur. Rama breuis lectus, circa terram. Paluinar lectus diuitum est, Spingæ in quibus lectus spingatæ effigies, quos nos griphos dicimus. Sponda autem est exterior pars lecti, pluteus interior. Geniales lecti, proprie sunt qui iterantur pelis nubentibus. Dicitur autem a generandis liberis. Canabula sit lectuli in quibus infantes iacere consueverunt, dicitur quod partui adhibeantur, quasi cinabula, nam cinæ est Græcè eni. Feretrum dicitur eo quod in eo mortui deferbantur, & est Græcum a potu pherens, idest a ferendo. Scamna sunt que lectis altioribus apponuntur, dicitur autem a scandendo, idest ascendendo, hinc & scabella que lectus paruis, vel sellis ob ascensum apponuntur. Scabellum autem & suppedaneum dicitur. Scantilla gradus sunt, ubi honorati in sedibus habent. Solum est in quo reges sedent, propter utrumque corporis sui secundum quosdam a soliditate dicitur, quasi solidum. Sella quasi sedda dicitur est, & subsellia quasi subfedia. Tronum Græci dicunt quod nos solum. Cathedra doctorum sunt, sellæ curules erant, in quibus magistratus sedentes iura reddebant. Tripodes scammelli sunt habentes tres pedes. Carru a cardine rotarum dicitur, unde & curus dicitur, quod rotas habere videntur. Rota autem dicitur, quod ruat, & rotundum a rota vocatur. Reda genus vehiculi quatuor rotarum, has antiqui retas dicebant, propter quod haberent rotas. Carpentum pompaticum vehiculi genus, quasi

carrum pompaticum. Plaustrum vehiculum duarum rotarum, quibus onera deferuntur, & dicitur plaustrum, quia voluitur, quasi pilastrum. Caracutum vehiculum aliusimarum rotarum quasi carrum acutum. Caplus carruca vndique contexta, quasi capla. Pilentum vel præturium, contexta quatuor rotarum vehicula, quibus matronæ olim vtebantur. Bafterna vehiculum itineris, quasi via sternna mollibus stramentis composita a duobus animalibus deponitur. Calamistrum acus est, que calefacta & adhibita calefacit, & intorquet capillos: unde & calamistrati appellantur, qui comam torquent. Horologium dicitur, quia ibi horas legamus, idest colligamus. Astor. Hæc & alia plura iuxta diuersionem magistri Richardi superius positam ad ar macuram pertinent: Armatura tamen proprie videtur dici armorum pericia.

De Armis. Cap. XXXIII.

**I**Sidorus. 18. Arma generaliter omnium rerum instrumenta sunt, unde loca ubi reponuntur armaria dicitur sunt. Item arma, & tela omnium generum, sed arma sunt quibus ipsi tuemur. Tela sunt que emitimus. Nam arma duplicia sunt, idest vel quibus percutimus, vel quibus tegimur. Arma autem proprie dicitur sunt, eo quod armos tegunt. Gladius generaliter dicitur ensis in prælio, sed ensis ferrum tantum, gladius vero totus, proprie autem appellatur gladius, quod gulam diuidat, idest ceruicem secet. Ad hoc enim primum est factus. Nam cætera membra securibus magis caduntur, collum gladio tantum. Acies autem gladii ab acumine dicitur, capulus vocatus, vel quia est caput gladii, vel quia ibi capiat, ut teneatur, nã alibi acies ferri non sunt. Mucro non tantum gladii est, sed & cuiuslibet teli acumen, dicitur a longitudine, nam macro Græci longum vocant, hinc & machera: Machera autem est gladius longus ex parte vna acutus. Framæa vero gladius, ex vtraque parte acutus, quam vulgo spatam vocant. Ipsa est & romphæa. Framæa autem dicitur, quia ferrea est. Spata a passione dicitur Græco verbo, quoniam patin Græcè dicitur pati. Alii spatam latine autumant dicitur, eo quod spaciola sit, idest lata & ampla. Pugio a pungendo & transigendo vocatus est. Est enim gladius paruis, bis acutus lateri adherens. Idem & clana bulum dicitur, quod relgetur ad clunem. Sica a secando dicitur, est enim gladius breuis, quo maxime vtuntur, qui apud Italos latrocinia exercent, a quo sicarii dicitur. Secures signa sunt, que ante consules ferebantur, quas Hispani ab vsu Francorum per deuotionem Franciscas vocant, & eas loco signi portant, ne vsum perderent belli, aut vacantes ocio aspectum amitterent gladiorum.

De Hastis, & clypeis. Cap. XXXIII.

**H**asta enim est contus cum ferro, cuius diminutium facit hastile. Nomen autem hasta ab astu sumptis, unde & astutia. Contus ferum non habet, sed tantum cuspidem acutum est. Contus autem quasi contus, est enim contus acuta rotunditas. Venabula dicitur quasi venatui habilia, a venor venatis dicitur. Excipia, quia uenientem excipiunt, quasi excipibilia: excipiunt enim Apros, expectantque Leones, & intrant Vrfos, sic tantum firma manus. Lancea est hasta amentum habens in medium. Dicitur autem lancea, quod æqua lance, idest æquali pondere uibratur. Amentum unculum est iaculorum hastilium, quod mediis hastis aptatur. Claua est qualis fuit Herculis, dicitur quod sic claus ferreis inuicem religata, & est cubito semis facta in longitudine, hæc & cateia. Falatica est telum ingens, torno factum, habens ferrum cubitale, & rotunditatem de plumbo, in modum spheræ in ipsa summitate, dicitur etiam & ignem habere affixum, hoc autem telo pugnatur de turibus, quas dici phalas manifestum est. Pila sunt arma iaculorum, atque telorum, a torquendo, vel emittendo uocata. Telum uocatum secundum Græcam etymologiam, a potu telon, quicquid longe iaci potest, quamquam abusu dicitur, & gladius. Proprie autem telum a longitudine dicitur, unde & mustelam dicimus, quod longior sit quam mus. Cuspis hastile amentatum, a cespite dicitur, quod est virgultum. Clypeus est scutum maius, dicitur ab eo, quod cleper, idest celet corpus, periculi que subducatur, a potu cleptin. Oppositus enim sua defensione, ab hastis, & iaculis corpus munit. Clypeus autem pedium est, scutum equitum. Scutum appellatum, eo quod a se excutiat telorum ictus, ut enim telis resistatur, clypeus ante fertur. Vmbo scuti media pars est, quasi vmbilicus. Ancille uocatur scutum breue, dicitur ab Tomus Secundus. A a 4 incisione



incisione, quod sit ab omni parte velut ancisum, ac rotundum. Plectum scutum brevissimum in modum lunę medię. Scetra scutum loreum sine ligno, quo vntur Afrī & Mauri, Lorica vocata, eo quod loris careat. Solum enim circulum ferreis contexta est. Squama est lorica ferrea, laminis ferreis, aut æreis cōcathenata, in modum squamę piscis, & ex ipso splendore squamarum, & similitudine nuncupata. Delicijis autem & poliuntur loriceę & teguntur. Cassis de lamina. Balca de corio. Nam galeros corium dicitur. Apex est quod in summa galea eminet, quo figuratur crista, quam Gręci conum vocant.

De Sagittis, & funis, ac machinis. C. XXXV.

Sagitta a sagaci iactu idest veloci iactu vocata, pennis enim fertur quasi avis, vt celeriter mors percurrat ad hominem. Scaptes bibentes, Gręcum est. Spicula sunt sagitte, vel lanceę breues ab spicarum specie nuncupata. Scorpio sagitta venenata est, arcu vel tormentis excussa, qui dum ad hominem venerit, virus quo figuratur infundit, vnde & scorpio nomen accepit. Pharetra sagittarū theca, a ferendo iacula dicta, sicut & pheretrum, vbi suus defertur, qui iccirco etymologiā communem habent, quia pharetra mortem, feretrum mortuū portat. Dolones sunt vaginę lignę, inter quas latet pugio sub baculi specie. Dolones autem a dolo dicti sunt. Arcus vocatur eo quod arcuat aduersarium. Funda dicta, eo quod ex ea fundantur lapides idest emittantur. Balista genus tormenti ab emittendo iacula dicta, Balin enim Gręce emittere dicitur, torquetur cū verberer neruorum, & magna vi iacit, aut hastas, aut saxa. Inde & fundibalis, quia fundens & emittens. Contra balistam testudo valet. Series enim sit armorum vmbonibus inter se collatis, & colligatis. Arieti nomen species dedit, eo quod cum impetu impingit murum, in modum arietum pugnantium, validę enim ac nodosę arboris caput ferro vestitur, eaque suspensa funibus multorum manu ad murum impellitur. Deinde retrorsum ducta maiori impetu destinatur, sicque crebris ictibus cōcussum muri latus cedit, cauatumque irrumpit, ac fenestram facit. Contra impulsū arietis remedium est saccus paleis plenus, & in eum locum demissus quo aries percudit. Laxo enim faccorum sinu, ictus arietis illius mollitur. Duriora enim mollioribus facilius cedunt. Plurci sunt crates corio crudo intextę, quę in opere faciendo hosti obijciuntur.

De Bellis. C. XXXVI.

Primum bella intulit Ninus Assyriorum Rex. Ipse, vniuersis suis nequaquā cōtētus humanę societatis fędē irrūpēs, exercitus ducere, aliena vastare, liberos populos aut trucidare, aut fubicere cepit, vniuersamq; Asiā usque ad Libię fines noua seruitute perdomuit. Hinc etiam stnduit orbis in mutuo sanguine alterna eęde grassari. Quatuor autē sunt bellorū genera. i. iustū, iniustum, ciuile, & pluriquā ciuile. Iustū bellum est, quod ex edicto geritur, de rebus repetitis, aut propulandorum hostium causa. Iniustum bellum est quod de furore, non de legitima ratione inicitur. Ciuile bellum est inter ciues orta seditio, & concitatio tumultus, sicut inter Sillam & Marium. Plurquam ciuile bellum est vbi non solum ciues certant, sed & cognati, quale actum est inter Cæsarem & Pompeium, quando gener & focer inuicem dimicauerunt. Bella itaque dicuntur interna, externa seruilia, socialia, pyratia. Seditio est dissensio ciuium, dicta quod seorsum alij ad alios eant. Bellum igitur est totum pugna vnus diei præliū pars pugnæ est. Bellū antea duellū vocatū, eo quod duę sunt partes dimicantiū, vel q. alterū faciat victorem, alium victum. Postea detracta litera d. & mutata u. in b. dictum est bellum. Alii per antiphrasim putant dictum, eo quod sit horridum. Prælia dicuntur a præmedo hostis hostem, vnde & prælia ligna quibus vna præmitur. Pugna uocata, eo quod vsus fuisse initio pugnis contendere, vel quia primo bellum pugnis incipiebant. Quatuor autem in bello aguntur, pugna, fuga, victoria, pax. Pacis uocabulum uidetur a pacto sumptum. Posterior autem pax accipitur, sedus primum inicitur. Fedus est pax quę fit inter dimicantes, vel a fide, vel a facialibus, idest facerdotibus dictum, per ipsos enim fiebant fœdera, sicut per secularia bella. Alii fœdera dicta esse putant a porca fœdē, & crudeliter occisa, cuius mors optabatur ei qui a pace resillisset. Virg. Et cęsa iungebant fœdera porca. Federis partes inducię, quasi iudicis oia. Tullio. de officio libro primo. Bellum quidem ita suscipiatur, vt nil aliud nisi pax quę sita videatur.

De signis bellorum. Cap. XXXVII.

Sidorus ubi supra. Signa bellorum dicuntur, quod his exercitus & pugnandi, & victorię receptū accipit symbolum. Nam aut per uocem tubę, aut per symbolum admonetur exercitus legionum. Principalia signa sunt Aquilę, Dracones, & Pile. Aquilę ideo, quod eadem auis Ioui in armis auspicio fuerit. Nam dum idem Iouis aduersus Tytanam proficerebatur Aquilam ei in auspicio apparuisse ferunt, quam ille pro indicio victorię acceptam tutelę suę auspiciatus, eam legioni signum dedit. Quod factum est, vt deinceps militum signis committeretur. Draconum signa ab Apolline morte Phitonis, serpens inchoata sunt, dehinc & a Gręcis, & Romanis in bello gestari cepunt. Pili in signo constituisse fertur Augustus propter nationes sibi in toto orbe subiectas, vt in illa figurā orbis ostēderet. Vexillum & ipsum signum bellorum, tractum nomen habens a veli diminutione quasi vellillum, sub Romulo autem falsiculos fœni pro vexillis milites habuerunt, hinc & manipuli appellamus. Manipulos autem dicimus factes fœni quod manū implent. Cetera signa diuersis polata imaginibus secundum militarem consuetudinem existunt, per quas exercitus permutationem præliorum agnoscat. Bucina est quę signum datur in hostem, dicta autem a voce quasi uocina. Nā Pagani agrestesque ad omnem vsū bucina ad compita vocabantur, proprie ergo hoc agrestibus signum fuit. Tubam Tyrrheni primi inueniunt, hinc postea bellis certaminibus adhibita est, ut ubi exaudiri præco per tumultum non poterat, sonitus tubę clangentis attingeret. Audiebatur autem non solum in præliis, sed in omnibus festis diebus propter laudis vel gaudiū claritatem. Tubam autem dictā quasi topham, idest cauum, item tubam quasi tibiam. Inter tubam autem, & bucina veteres discernere bant, nam bucina infonans sollicitudinem ad bella denuntiabat. Tuba autem prælium indicabat, cuius sonus varius est, nā interdum canitur vt bella committantur, interdum vt insequatur eos, qui fugiunt, interdum receptū canere dicuntur. Nam receptus dicitur, quod se exercitus recipit. Classica sunt cornua quę conuocandi causa erant facta, & a calando classica dicebantur. Apud Amazonas autem non tuba sicut a regibus, sed a re gna sistro uocabatur fœminarum exercitus.

De scientia militari. Cap. XXXVIII.

Vegetius renatus in lib. i. de re militari. Aduersus omnia profuit tyronem solertem eligere (vis vt ita dixerim) armorum decorem quotidiano exercitio roborare, quęcunque euenire in acie: atque prælijs possunt, omnia in campestri meditatione pernoctare, seure in desideris vindicando. Scientia enim rei bellicę dimicandi nutrit audaciam: Nemo facere metuit, quod se bene didicisse confidit. Etenim in certamine bellorum exercitata paucitas ad victorię præcipior est, quā rudis, & indocta multitudo exposita semper ad cædem. Neque enim parua, & leuis videtur armorum scientia, siue equitem, siue peditem, sagittarum bellis imbuere, siue scutarum armaturę numeros, omnesque gestus docere, ne locum deserat, ne ordines turbet, vt missile ad destinatum locum magnis virtutibus iaceat, vt fossam ducere, fudes scienter figere nouerit, tractare scutum, & obliquis ictibus uentientia tela deflectere, plagam prudenter vitare, audacter inferre, huic taliter instituto tyroni pugnare aduersum quoslibet hostes in acie formido non est, sed voluptas.

Cuius regionis, & artis tyrones eligendi sunt. Cap. XXXIX.

Verum ordo deposcit ex quibus prouincijs, vel nationibus tyrones legendi sint, prima parte tractetur. Omnes nationes, quę vicinę sunt soli, nimio calore siccatas, amplius quidem sapere, sed minus habere sanguinis dicunt. Ac propterea constantiam ac fiduciam in communis non habere pugnandi, quia metuunt vulnera, qui exiguum sanguinem se habere nouerunt. E contra septentrionales populi, remoti a solis ardoribus, in consilio quidem, sed tamen largo sanguine redundantes sunt, ad bella promptissimi. Tyrones igitur de temperati oribus legendi sunt plagis, quibus & copia sanguinis suppetat ad vulnerum mortisque contemptum, & non possit deesse prudentia, quę & modestiam seruat in castris, & non parum prodest in dimicatione. Sed nec credo potuisse dubitari, aptiorem armis rusticam plebem, quę quia sub diuo, & cum labore nutritur solis patiens est, imbre negligens, balnearum nescia, deliciarum ignara, simplicis animi, paruo contenta cibo, durata

durata ad omnem laborum tolerantiam. Interdum tamen necessitas exigit etiam vrbanos ad arma compellere, qui vbi nomen dedere militię, primum laborare, decurrere, portare pondus, & solem pulueremque ferre condiscant, parco victu vtantur, & rustico, interdum sub diuo, interdum sub papilionibus commorentur, tamen demum ad vsū erudiantur armorum, & silongior expeditio emergit, in angarijs plurimum detinendi sunt proculq; habendi a ciuitatis illecebris, vt eo modo, & corporibus eorum robur accedat, & animus. Itaque picatores, & aucupes, dulcarios, linteoones, omnesque huiusmodi, longę arbitror pellendus a castris. Fabros, ferrarios, carpentarios, macellarios, & Ceruorum, Aprorumque venatores conuenit sociari militię. Honestas idoneum militem reddit, vercundia dum prohibet fugere, facit esse victorem.

Cuius Aetatis, vel figurę probandi sunt. Cap. XL.

Incipiente pubertate ad delectum cogendum tyronē nullus ignorat. Non enim tantum celeritas, sed etiam perfectus imbuatur, quę discantur a pueris, deinde militaris alacritas, salus, & cursus ante tentandus est, quā corpus ætate pigrescat. Velocitas enim est, quę perceptio exercitio strenuum efficit bellatorem. Item necessitas exigit, non tam staturæ rationem habere, quā virium, & ipso Homero teste, qui Tydeam minore quidem corpore, sed fortiore armis fuisse significat. Præterea qui delectum acturus est, vt chemeter intendat, vt ex vultu, ex oculis, ex omni conformatione membrorum eos eligat. Bellatorum namque non tantum in hominibus, sed etiam in equis, & canibus virtus multis declaratur indicijs. Sit ergo adolescens martio operi deputandus, vigilans oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris musculosis, valentibus digitis, longioribus brachijs, ventre modicus, exilior curibus, furis, & pedibus non superflua carne distentis, sed neruorum duricia collectis, cum hæc in tyronē signa deprehenderit, proceritatem non magno opere desideret. Vtilius est enim fortes esse milites quā grandes.

De Probatione, & eruditione tyronum. Cap. XLI.

Ed non statim punctis signorum scribendus est tyro delectus, verum ante exercitio præterdendus, vt vtrum verē tanto operi aptus sit, possit agnosci. Et velocitas in illo requirenda videtur, & robur, & vtrum armorum disciplinam ediscere valeat, vtrum habeat confidentiam militarem. In omni enim consilio non tam prodest multitudo, quā virtus. Signatis itaq; tyronibus, per quotidiana exercitia, armorum est demonstranda doctrina. Nihil firmius, neque felicitius, neque laudabilius est reipublicę, in qua abundant milites eruditi. Non enim veltium nitore, vel auri, argenti, gemmarumque copia hostes ad reuerentiam nostram, aut ad gratiam inclinant, sed solo terrore subiguntur armorum. Deinde in alijs rebus (sicut ait Cato) si quid eorum est, potest corrigi, præliorum delicta emendationem non recipiunt, cum pœna statim sequatur errorem. Militarem edocendi gradum sunt, nihil enim magis in itinere, vel in eęde cultodienum est, quā vt omnes milites incedendi ordinem seruent, quod aliter non fieri, nisi vt exercitio ambulare celeriter, & æqualiter discant. Periculum enim ab hostibus semper grauissimum sustinetur diuisis, & inordinatis exercitijs. Militari ergo gradu viginti millia passuum horis qui nunc de matutina ætate conficienda sunt, quicquid addideris iam cursus est, cuius spacium non potest definiti, sed & cursu præcipue affuefaciendi sunt minores, vt maiore impetu in hostem percussent, vt loca oportuna celeriter cum viis aduenire occupent, vt ad explorandum alacriter pergant, alacriter redeant, vt fugientium terga facilius comprehendant.

De Exercitatione eorum. Cap. XLII.

Ad saltum etiam, quo vel fossatum salitur, vel impediens aliqua altitudo superatur, exercendus est miles, vt cum huiusmodi difficultates euenierint, possint sine labore transire. Natandi vsū ætatis in ensibus omnis æqualiter debet tyro condiscere. Non enim semper pontibus flumina trāueuntur, sed & cedens, & insequens natare cogitur frequenter exercitus, non solum autem pedites, sed & equites, ipsosque equos vel lixas, quos gallarios vocant, ad natandum percommodum est. Olim de vimine in modum cratium conformitatem tenebant scuta, itidemque claus lignas contra illum palium, tanquam contra aduersarium tyro cum crate illa, & clau

ua, velut cum gladio se exercebat, & scuto, & tunc quasi capus aut faciem peteret, nunc a lateribus minaretur, interdum contenderet publices, & crura succingere, recederet, assultaret, infiliret, quasi presentem aduersarium, sic palum omni impetu, omni bellandi arte attentaret. Gesta enim quouis impetu veniat, non frequenter interficit, cum & armis vitalia defendantur, & ossibus. At contra puncta necesse est, vt vitalia penetrer quicquid immergitur. Deinde dum cęsa infertur brachium dextrum lausque nudatur. Puncta autem testio corpore infertur, & aduersarium fauciat antequam videat. Hastilia quoque tyro aduersum illum palum, tanquam aduersum hominem iactare compellitur. Eo enim exercitio, & lacertis robur accrescit, & iaculandi peritia atque vsus.

Adhuc de eodem. Cap. XLIII.

Tem pars iunior arcibus ligneis sagittisque laforijs exercenda est scire ad palos, & doctores ad hanc rem artifices eligendi, & maior adhibenda solertia, vt arcum scilicet teneant, vt fortiter impellant, vt sinistra fixa sit, vt dextra cum ratione ducatur, vt ad illud quod feriendum est, oculus pariter animusque consentiant, vt siue in equo, siue in terra restum sagittare doceant. Ad lapides vero, vel manibus, vel fundis iaciendos exerceri diligenter conuenit iuniores. Fundarum verum primi Balearum in sularum habitatores, & inuenisse, & ita perire exercuisse dicuntur, vt matres paruos filios nullum cibum contingere sinerent, nisi quem ex fundo destinato lapide percussissent. Saepē enim aduersum bellatores cassidibus cathaphractis, loriceisq; munitis, teretes lapides de funda, vel fistibulo destinati, sagittis sunt omnibus grauiores, cum membris integris, lætale tamen vulnus importent, & sine via sanguinis, hostis lapidis ictu intereat. Fundam portare nullus est labor, & interdum euenit, vt in lapidosis locis consistens habeatur, aut mons sit aliquis defendendus, aut collis. Aut oppugnatione castellorum, siue ciuitatum lapidibus Barbari fundis pellendi sint. Ponderis quoque balular, & iter facere gradu militari frequentissime cogendi sunt iuniores, quibus in arduis expeditionibus necessitas immineat, annonam pariter, & arma portandi. Nec hoc credatur esse difficile, si vsus accesserit: nihil enim est, quod non assidua meditatio facillimum reddat. Semper ergo cogendi, & exercendi sunt iuniores, vtilius enim constat esse erudire armis suos, quā alienos mercede conducere.

De Munitione, & ordinatione castrorum. Cap. XLIII.

Castrorum quoque munitionem debet tyro condiscere, quippe si recta constituta sunt castra, ita vt intra bellum securi millites dies non ostelq; peragant, etiam si hostis obsideat, quasi munitam ciuitatem videantur secum vbi que portare. Castra præsertim vicino hoste, tuto semper facienda sunt in loco, vbi lignorum, & pabuli, & aquę suppetat copia, & si diutius commorandum sit, loci salubritas eligatur. Cauendum, etiam ne mons sit vicinus, aut collis altior, qui ad aduersarijs captus possit officere. Considerandum etiam ne torrentibus inundari consueverit campus, & hoc casu vim patiat exercitus. Pro numero autem militum, vel impedimentorum munienda sunt castra, ne maior multitudo conspiciatur in paruis, ne paucitas in latioribus, vltra quā oportet cogatur extendi. Interdum autem quadrata, interdum trigona, interdum semicircularia, prout loci qualitas, aut necessitas postulat, castra faciendū sunt. Porta autem quę appellatur prætorica, aut orientem spectare debet, aut illum locum qui ad hostes respicit. Aut si iter agitur, illam partem debet attendere, ad quam est profecturus exercitus. Intra quam primę centurię, hoc est cohortes papilioes tendunt, & dracones, & signa constituant. Decumana autem porta, quę appellatur post prætoriam, est per quam delinquentes milites educantur ad penam. Milites in acie dispositos ordines seruent, nec ubi contra expedit, aut conglobent agmen, aut laxent. Nam & conspici perdit spacia pugnandi, & sibi nuicem impedimento sunt, & rariore atque interlucentes aditum perumpendi hostibus præstant. Producenti ergo tyrones sunt semper ad campum, & secundum matriculę ordinem in aciem dirigendi, ita vt primo simplex extensa sit acies, ne quos sinus, ne quas habeat curuaturas, vt equali legitimoque spacio miles distet a milite, sic præcipiendum, vt subito displacent aciem, ita vt in ipso impetu, ad quem respondere solent, ordo seruetur. Tertio præcipiendum, vt quadratam aciem repente constituant. Quo factu in trigonum, quem cuneum vocant, acies ipsa disponenda est.

est. Iubetur etiam vt instruant orbis, quo genere cum vis hostium inerruere aciem, resisti ab exercitibus militibus consuevit, ne omnis multitudo fundatur in fugam, & graue discrimen imminet.

De Partibus rei militaris. Cap. XLV.

Idem in lib. 2. Res igitur militaris armis constat, & viribus. Hæc in tres diuiditur partes, equites, pedes, clasces. Equitum alas dicunt, ab eo quod ad similitudinem alarum, ab vtraque parte protegant acies. Est & aliud genus equitum, qui legionarij vocantur. Classum item duo genera sunt, vnum liburnarum, aliud iustinarum. Equitibus campi, clasibus maria, vel flumina, pedibus colles, vrbes, plana, & abrupta seruantur. Ex quo intelligitur magis reipublice necessarios pedes, qui possunt vrbibus prodesse, & maiore numerus militum sumptu expresso, minore nutritur peditum exercitus. Verum ipsi pedes in duas diuisi sunt partes, hoc est auxiliares, qui & locijs, & sederatis gentibus mittebantur. Et legiones. Legio ab eligendo appellata est, quod vocabulum eorum desiderat fidem, atque diligentiam, qui milites probant. In auxiliarijs minor, in legionibus longe amplior consuevit militum numerus ascribi. Græci Dardanij phalanges habuerunt, & in vna armorum octo millia continebantur. Galli atque Celtiberi ceteris vtebantur in prælio, in quibus singulis erant sena milia armorum. Romani legiones habebant, in quibus singulis sena millia interdum amplius militare consueverunt. Quid autem inter legiones, & auxilia interesse videatur, expeditiam. Auxiliares cum ducuntur ad prælium ex diuersis numeris venientes, nec disciplinæ inter se, nec notitiæ, nec affectioni consentiunt. Item alia instituta, alius inter eos vsus est armorum. Necessæ est autem eos tardius ad victoriam peruenire, qui discedant antequam dimicent. Denique cum in expeditionibus plurimum proficiunt omnes milites vnius præcepti significatione connecti, non possunt æqualiter iussa complere, qui autem pariter non faciunt.

De Legionibus. Cap. XLVI.

Legionum nomen in exercitu permanet hodieque, sed per negligentiam superiorum temporum robur in fractum est, cum virtutis præmia occuparet ambitio, & per gratiā promoueretur milites, qui promoueri consueverunt per laborem. Præterea necesse est morbo aliquantus debilitari, atque dimitti aliquantus militiam deserere, vel diuersis casibus interire, & nisi annis singulis, immo singulis mensibus in recedentium locum iuniorum turba succedat, quomodo copiosus tamen exhauritur exercitus. Est & alia causa cur attenuatæ sunt legiones. Magnus in illis labor est, & militandi grauiora arma, pauca munera sanior disciplina. Quod vitantes plerique in auxilijs festinant militiam sacramenta percipere, vbi & minor sudor, & maturiora sunt præmia. In omnibus autoribus inuenitur singulos consules aduersum hostes copiosissimos, non amplius quam binas dixisse legiones, additis auxilijs lociorum: Tanta in illis erat exercitatio, tanta fiducia, vt cui bello duæ legiones fierent crederentur posse sufficere, quapropter ordinationem legionis antiquæ, secundum normam militaris iuris exponam.

De modo constituendæ legionem. Cap. XLVII.

Diligenter igitur lectis iunioribus, animis, corporibusque præstantibus, additis etiam exercitijs quotidianis, punctis milite scripto, matriculis inserti, iurare solent per Deum, & Christum, & Spiritum sanctum, & per maiestatem Imperatoris, quæ secundum Deum generi humano diligenda est, & colenda, Deo enim vel priuatus, vel militans seruit, cum fideliter eum diligit, qui Deo regnat auctore. Iurant autem milites omnia se strenue facturos, quæ præcepit Imperator, nunquam deserturos militiam, vel mortem recusaturos pro Romana republica. Sciendam est autem, in vna legione decem cohortes esse debere, sed prima cohors reliquis & numero militum, & dignitate præcedit. Nam generæ, atque institutione literarum, viros electissimos quarit. Hæc enim suscipit Aquilam, quod præcipuum signum in Romano semper est exercitu, & totius legionis insigne. Hæc imagines Imperatorum, hæc & diuina, & præsentia signa veneratur, habet pedes mille, centum quinque equites, loricates centum, 32. & appellabatur cohors milliaria. Item decem cohortibus legio plena fundatur, quæ habet pedes sex millia centum, equites se-

ptingentos triginta, habet præterea legio fabros tignarios, strutores, carpentarios, ferentarios, pictores, reliquosque artifices, ad hiberna ædificia fabricanda, ad machinas, turres ligneas, ceteraque quibus, vel expugnantur aduersariorum ciuitates, vel defendantur propriè preparatos. Hæc enim erat cura præcipua, vt quicquid exercitus necessarium videbatur, nunquam deesset in castris, vt quædam, vt etiam cunicularios haberet, qui ad morem fossorum, ducto sub terris cuniculo, murisque infra fundamenta perforatis, improuisi emergerent, ad vrbes hostium capiendas. Ex his igitur apparet, legionem bene institutam, quasi munitissimam esse ciuitatem, quæ omnia prælio necessaria secum vbique portaret, nec metueret repentini hostium superuentum. Nam & signum, scutum, aquam, statera, etiam legitimi milites in castra portabant. Habet præterea legio tubicines, cornicines, buccinatores. Quotiens ad aliquod opus exiit, sunt soli milites, tubicines canunt, quotiens mouenda sunt signa, vel iam mota signanda sunt, cornicines canunt. Quotiens autem pugnant, & tubicines canunt, & cornicines pueri. Classicum item appellatur, quod buccinatores per cornu inducunt. Hoc insigne videtur Imperij, quia classicum canitur Imperatore præsentem, vel cum in militem capitaliter aduocatur, quia hoc est Imperatoris legibus fieri necesse est. Hæc autem sunt, vt in ipsa pugna facilius obtemperent milites, siue eos pugnare, siue stare, siue sequi, vel redire præceperint duces.

De Centurijs, ac turmis. Cap. XLVIII.

Proto antiqui, quia sciebant in acie, commisso bello, celeriter ordinem, acieque turbati, atque confundi, hoc posuit accidere, cohortes in centurias diuiserunt, & singulis centurijs singula vexilla constituerunt, ita vt ex qua cohorte, & vt quanta esset centuria, in illo vexillo liceret asceripsum, quod in tuentes, vel legentes milites, in quantis tumultu a contubernibus suis aberrare non possent. Centuriones in supertransuersis cassidum cricis literas habebant, vt facilius noscerentur, quos suas singulos iusserunt centurias gubernare. Rursum ipse centuriae in contubernia diuisæ sunt, vt decem militibus sub vno papillone degentibus, vnus qui esset decanus, caput contubernij nominaretur. Contubernium autem manipulos vocabant, ab eo quod conuinctis manibus pariter dimicabant. Quemadmodum autem inter pedes centuria, vel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur, & habet vna turma equites 32. Huic qui præest decurio nominatur. Præterea sic centurio eligendus magnis curis, proæra statuta, qui omnem artem didicerit, armaturæ, vigilans, sobrius, agilis, magis ad faciendam quæ ei imperatur, quam ad loquendum paratus. Contubernales suos ad disciplinam retinet, ad armorum exercitium cogat. Similiter eligendus est decurio, qui turmæ equitum præponatur, in primis stabili corpore, vt loricates, & armis circumdatus, omnibus cum summa admiratione equum possit ascendere, equitare fortissime, conto scienter vti, sagittas distillime mittere, turmales suos erudire, ad omnia quæ equestris pugna deposcit, eisdem cogere loricas suas, vel chatafractas, contos, & cassides frequentiter tergere, curare. Plurimumque enim terroris hostibus, armorum splendor importat. Quis credat militem bellicosum, cuius dissimulatione, sita, ac robore arma fedantur, & non solum autem equites, sed etiam ipsos equos assiduo labore conuenit edomari.

De Institutione acierum ad pugnam. Cap. XLIX.

Gitur qui desiderat pacem præparet bellum. Qui victoriam cupit, dimicet arte non casu. Nemo prouocare, nemo audet offendere, quem intelligit superiorem esse si pugnet. Idem in lib. 2. Nunc qualiter instruenda sit acies, si pugna imminet, declaratur vnius legionis exemplo. Equites locantur in cornibus, acies peditum a prima cohorte incipit ordinari in cornu dextro, huic cohors secunda coniungitur, tertia in media acie collocatur, huic annectitur quarta, quinta vero sinistram suscipit cornu. Sed ante signa, & circa, necnon etiam in prima acie dimicantes, principes vocabantur, hoc est ordinarij, cæterique principales, hæc erat grauis armatura, quia habebant cassides, cathaphractas, ocreas, scuta, spatas, plumbata, missilia. Itaque prima acies principum, secunda hastatorum, armis talibus doctur instructa, post hos erant terentarij, & leuis armaturæ, scutati, sagittarij, funditores. Secunda acies similiter armabatur, in qua consistentes milites hastati vocabantur. Sed in secunda acie dextro cornu cohors sexta ponebatur, cui iungebatur septima. Octaua mediam aciem tenebat

bat nona comitante. Decima in secunda acie sinistram semper obtinet cornu. Post omnes autem acies triarij cum scutis, cathaphractis, & galeis. Ocreati cum gladijs, semispaucijs plumbatis binis, missilibus, locabantur qui genu posito subsistebant, vt si prima acies vinceretur ab his, quasi de integro, repatata pugna, possit reparari victoria. Omnes ante signum, vel signiferi quamuis pedes, loricas minores accipiebant, & galeas ad terrorem hostium visis pelibus tectias.

De modo congregandi. Cap. L.

Commisso bello, prima ac secunda acies stabat immota. Triarij quoque residebant. Ferentarij autem armaturæ excelsatioris, sagittarij, funditores, hoc est leues armaturæ, aduersarios prouocant ante aciem præcedentes, si hostes fugare poterant sequebantur. Si eorum virtute, aut multitudine præmebantur, reuertebantur ad suos, & post eos stabant. Excipiebant autem prælium grauis armatura, & tanquam murus, vt ita dicam, ferreus, stabat, & non solum missilibus, sed etiam gladijs comminus dimicabat, & si hostes fugasset non sequebatur grauis armatura, ne aciem suam ordinationemque turbaret, & ad dispersos recurrentes, hostes incompósitos opprimerent. Sed leuis armatura cum funditoribus, sagittarijs, & equitibus, fugientes sequebantur, inimicos hac dispositione, atque caetela, siue periculo legio vincebat, aut superata seruabatur incolumis: quia legionis ius est facile, nec supergere, nec sequi. Hoc quoque institutum, vt ex donatio, quod milites consequuntur, dimidia pars sequestraretur apud signa, & ibidem ipsis militibus seruetur, ne per laxam aut inanium rerum comparationem, ab ipsis militibus contubernalibus posset absumi, plerique enim homines, & præcipue pauperes, omnia sua erogant, miles deinde qui sumptus suos scit apud signa depositos, de deserendo nihil cogitat, magis diligit signa, pro illis in acie fortius dimicant, in quibus suam videt positam esse substantiam. Hæc ratio apud signiferos in cohors seruabatur, & ideo signiferi non solum fideles, sed etiam iam literati homines eligebantur, qui & seruant deposita, & scirent singulis reddere rationem.

De Exercitio militum. Cap. LI.

Legionis ordinatione digesta ad exercitium reuertemur, vnde exercitus nomen accepit. Iuniores, quidem & noui milites, mane ac post meridiem, ad omne genus armorum exercebantur, veteres autem eruditissimi semel in die. Neque enim longitudo ætatis, aut annorum numerus artem bellicam tradit, sed continua exercitatio meditatio. Nam & velocitatem vsu ipso acquiritur corporis, & scientia ferendi hostem, seque protegendum. Illud vero magis est, vt seruari ordines discant, & vexillis suis in tantis commixtionibus in ipsa profectione comitentur. Ad palmam quoque, vel sudibus exercitii pro commodum est. Insuper trepidantes in epleum, rursusque se subdere, nunc gestiendo prouolare cum saltu, nunc cedentes in terga resistere. Missilibus etiam palos ipsos procul ferire meditentur, vt & ars diligenter, & dextre virtus possit accrescere. Sagittarij vero, vel funditores scopas hoc est fruticum, vel straminum falces pro signo ponebant, vt sagittis, vel certè lapidibus ex sustibulo destinatis, signum potius tangerent. Propterea sine trepidatione in acie faciebant, quod ludentes in campo fecerant semper. Cæteri autem etiam hibernis diebus, (si nives tantum pluiæque cessarent) exerceri cogebantur in campo, ne intermissa consuetudo, & animos militum debilitaret, & corpora, siluam cadere, portare onera, transilire fossas, natare in mari, siue in fluminibus, gradu pleno ambulare, vel currere, etiam armatos cum sarcinis suis frequentissimè conuenit, vt quotidiani laboris vsus in pace difficilis non videatur in bello. Nam quemadmodum bene exercitatus miles prælium cupit, ita formidat indoctus. Postremo sciendam est, in pugna vsu sum amplius prodesse quam vires. Attices etiam ab exercitijs non recedant. Pro laude vulgi miles sacramento lectus, cessare non debet, cui pugnandum est pro salute propria, & libertate communis, præsertim cum antiqua sit prudensque sententia, omnes artes in meditatione consistere.

De Sanitate exercitus gubernanda. Cap. LII.

Idem in li. 3. Exercitus dicitur tam legionum, quam etiam auxiliorum, nec non etiam equitum, ad gerendum bellum multitudo collecta, sanitas custodiat exercitus lo-

cis, aquis, tempore, medicina, exercitio. Locis, ne in pestilenti regione iuxta morbosas paludes, ne aridis, & sine opacitate arborum campis aut collibus, ne sine tentorijs æstate milites commorentur, ne egressi tardius calore solis, & fatigatione itineris contrahant morbum, sed potius in æstate luce capto itinere, ad destinata perueniant. Ne saua hyeme iter per nives ac pruinas noctibus faciant, aut lignorum patiantur inopiam, vbi minor illis vestium suppetit copia. Nec sanitati enim nec expeditioni idoneus miles est, qui algeri compellitur. Ne perniciosis, vel paludosis aquis vtatur exercitus, nam pestiferam bibentibus generat. Iam vero ex casu ægri contubernales oportunitis cibis reficiantur, ac medicorum arte curentur. Male enim cum his agitur, quibus necessitas, & belli incumbit, & morbi, sed rei militaris periti plus quocidiana armorum exercitia ad sanitatem militum putauerunt prodesse, quam medicos. Ex quo intelligitur, quàm studiosus armorum arte docendus sit, semper exercitus, cum ei laboris consuetudo, & in castris sanitatem, & in conspectu possit præstare victoriam. Si autem autumnali, æstiuoque tempore diutius in istis locis militum multitudo consistat, ex contagione aquarum, & odoribus ipsius seditate vitiatibus, & acre corrupto perniciosissimus nascitur morbus, qui prohiberi non potest aliter, nisi frequentu mutatione castrorum.

De Alimonia prouidenda, atque seruanda. Cap. LIII.

Epibus penuria, quàm pugna consumit exercitum, & ferro sanior fames est. Deinde reliquis casibus potest in tempore subueniri, pabulatio, & annonæ in necessitate remedium non habent, nisi ante condantur. In omni expeditione vnum existit maximum telum, vt cibi sufficiat victus, hostes frangat inopia. Ante igitur quàm inchoetur bellum de copiosis expensis fiat procuratio, quas a prouincialibus, consuetudo deposcit, & in oportunitis ac minutissimis locis amplius semper modus, quàm sufficit aggregetur. Frequenter autem necessitas geminatur, & obsidio sæpe sit longior, quàm patatur, cum aduersarij etiam ipsi esurientes circum sedere non desinant, quos fame sperant esse vincendos. Præterea quicquid in pecore, vel quacunque fruge, vinoque hostis inferens bellum ad vicium suum poterit occupare, non solum admonitis per edicta possessoribus, sed etiam coactis per electos persecutores ad castella idonea, & armaturæ præsidijs, firmata, vel ad utilissimas conferendam est ciuitates, virgendiue prouinciales, vt ante irruptionem se, & sua in vrbibus condant. Reparatio etiam mutorum, tormentorumque omnium, ante curanda est, nã si semel hostis præuenit, occupatis metu vniuersa turbantur, & quæ ex alijs vrbibus petenda sunt, interclusis itineribus denegantur. Sed fidelis fors eorum custodi, & erogatio rata consuevit sufficere pro copia, maxime si ab initio procuraretur. Cæterum fera parsimonia est tunc seruari cum deficit. Hyeme lignorum, & pabuli æstate vitanda est difficultas frumentum, vel vini, verum & acetæ, nec non etiam salis omni tempore necessitas declinanda. Item vrbes, atque castella ab his militibus, qui minus prompti inueniuntur in acie, armis defendantur, præcipueq; nitentur, ne aduersariorum dolo, atque periurijs decipiatur prouincialium incauta simplicitas. Frequentius enim commerciorum, pacisque simulatio, crudelis, quàm arma nocuerunt.

De Seditione militum præcauenda. Cap. LIIII.

Interdum mouet tumultum ex diuersis locis collectus exercitus, & cum pugnare nolit, ita se simulat, cum non ducatur ad bellum. Quod hi præcipue faciunt, qui in sedibus ociosos, delicatosque vixerunt, asperitate in soliti laboris offensi. Cui vulnere multiplex medicina consuevit opponi, dũ adhuc separati sunt, & in sedibus suis tribunorum, vel vicariorũ nec non, & principum in omnem disciplinam artificiosa severitate teneantur, nihilque aliud nisi deuotionem, moderationemque custodiant. Campiursionem, & inspectionem armorum assidue faciant, nomen & signa obseruare non desinant. Ad sagittas iaciendas, ad missilia dirigenda, ad iactandos lapides, vel funda, vel manu ad armaturæ gestum, ad vctes pro similitudine gladiatorum punctim, castrumque feriendo, multo die vsque ad sudorem frequentissime detinendi, cursu iam & saltu ad transmittendas fossas nihilominus imbuendi. Si mare, seu fluuius vicinus est sedibus, æstiuo tempore ad natandum cogendi sunt, vt ita exercitati, & eruditi emulatione virtutis, prælium magis necesse habeant optare, quam ocium. Nemo cogitatum de tumultu, qui fiduciam de arte, vel viribus habuit. Dux autem



autem esse debet attentus, vt in omnibus legionibus sequi tur-

De Militariibus signis. Cap. LV.

Nihil magis ad victoriam proficit quam monitis obtem-

De Insidijs in itinere vigilanter cauendis. Cap. LVI.

Qui rem militarem studiosius didicerunt, asserunt plura

manibus habeant, quia necessitate subita conseruantur, pro-

De Maioribus fluminibus arte transiendis. Cap. LVII.

In transitu fluminum grauis molestia negligentibus fre-

De Castris oportuno loco metandis, & ordinandis. Cap. LVIII.

Consequens videtur itineris obseruatione descripta, ad

loca, in quibus papilliones tendant deputantur. In castris

Qualiter intelligi possit utrum insidiat, an publico Marte consignantium sit. Cap. LIX.

Præcipue ars, & vtilitas ducis est, vt adhibitis ex vniuerso

De Imperatione pugnae. Cap. LX.

Præmissis leuioribus artibus belli, ad publicum conflictum in-

rum mentes in odium aduersariorum concitantur, formidolo-

De Ordinanda acie. Cap. LXI.

Ordinatus aciem, tria debet ante prospicere. Solem, puluerem,

De Equitibus ordinandis, & subsidijs hosti aciem collocandis. Cap. LXII.

Construata acie peditum, equites ponuntur in cornibus,

omnes duces veteres iuenerunt, ut asuere facerent iuvenes, curretes egregie, & inter binos equites singulos ex his pedites collocarent, cum leuioribus scutis, gladijs, atque missilibus. Sed optima ratio est, & ad victoriam plurimum conseruit, ut leuissimos de pedibus, & equitibus, cum vicarijs, comitibus, tribunisque vacantijs habeat dux post aciem preparatos, alios circa cornua, alios circa medium, ut sicuti hostis vehementer instat, ne rumpatur acies prouolent subito, & suppleant loca, additaque virtute, inimicorum audaciam frangant. Item superfluos habere debent post aciem, de quibus cuneum, aut fornem facias, aut ferram, nam si de loco suo ordinatum militem transferre ceperis, acies vniuersa turbabitur. Denique si globus hostium separatur, aut alam tuam, aut partem aliquam vrgere ceperit, nisi superfluos habeas, quos contra globum possis opponere, siue periculosus denuodabis. Quod si bellatorum tibi copia non abundat, melius est aciem habere breuiorem, dummodo in subsidijs colloces plurimos, nam circa medias partes campi, ex pedibus bene armatis debet habere leuissimos, de quibus cuneum facias, & statim aciem hostium rumpas. Contra cornua autem de contratis, locatisque equitibus, & ad hoc referentis, & leui armatura pedum alias hostium circumuenire te conuenit.

De Stationibus trium ducum in exercitu. Cap. LXIII.

De Vx, qui precepam sustinet potestatem inter equites, & pedites, in parte dextra stare consuevit, ex quo rectus est liberque proventus, ut & consilio regere, & auctoritate equites, quam pedites ad pugnam possit hortari. Hic de equitibus supernumerarij mixtis pedibus expeditis aduersariorum finitum cornu, quod contra ipsum ita circumire debent, & a tergo semper vrgere. Secundus dux in media acie ponitur, pedum, qui eam sustinet, & firmet, hic fortissimos pedites, & bene armatos, de illis superfluis scum habere debet, ex quibus aut ipse cuneum faciat, & hostium aciem rumpat, aut si aduersarij cuneum fecerint, ipse forficem faciat, ut cuneo illi possit occurrere. In sinistra parte exercitus tertius esse dux debet, satis bellicosus, & prouidus, quia sinistra pars difficilior est, & velut manca in acie consistit. Ideo circa se bonos equites supernumerarios, & velocissimos pedites habere debet, de quibus finitum cornu semper extendat, ne circumueniatur ab hostibus. Clamor autem quem barritum vocant, prius non debet attolli, quam acies vnaque de iuxerit. Imperitorum enim vel ignaorum est vociferari de longe, cum hostes magis terreatur, si cum telorum iactu clamoris horrore accesserit. Semper autem studere debes, ut prior instruas aciem, nam sic & tuis auge confidentiam, & aduersarijs fiduciam minuis, quia fortiores videntur, qui prouocare non dubitant, pars enim victorie est inimicum turbare, antequam dimices.

De Remedijs contra virtutem. Cap. LXIII.

Exceptis superuentibus, vel incurisionibus repentinis, est occasio, quam nunquam dux exercitus omittit. Nam in itinibus iam fatigatis, in fluminum transgressionibus, in paludibus occupatis, in iugis montium laborantibus, in campis ex partibus, atque securis, in mansione dormientibus, oportunitatem prelium semper infertur, cum alijs negocijs occupati hostes prius interimantur, quam preparare se possint. Quod si cauti sunt, aduersarij, & insidiarum nulla sit copia, tunc aduersum precesentes, scientes, videntes, equa conditione pugnat, tamen ars belli non minus in hoc aperto consistit, quam in occultis fraudibus adiuuat eruditos. Aduersum cuneum hostium certis resistitur modis. Cuneus dicitur multitudo pedum, que iuncta cum acie primo angustior, deinde latior procedit, & aduersariorum ordines rumpit: qui tamen a pluribus in vnum locum tela mittuntur, contra quod ordinatio ponitur, quam forficem vocant. Nam ex leuissimis militibus in vnum conseruitur ordo componitur, qui & illum cuneum excipit, atque ex vnaque parte concludit, quo facto de facili hostis aciem non potest rumpere. Item terra dicitur, que a strenuis dicitur, ante frontem opponitur hostibus, ut turbata acies reparatur. Globus autem dicitur, qui a sua acie separatus, vago superuentu tamen incurat inimicos. Obseruandum quoque, ne sub tempore quo committitur pugna velis ordines commutare, aut

de locis suis aliquos numeros ad alia transferre, statim enim nascitur tumultus atque confusio, & quos imparatos conuertatque iuenerit, facilius hostis incurrit. In cuneo exercituum simos ordines bellatores, victoria enim per paucos fieri consuevit, tantum est, ut electi duce sapientissimo in his locis, in quibus ratio, & virtus postulat ordinentur, plerique rei militaris ignari pleniorum victoriam credunt, si aduersarios, aut locorum angustij, aut armorum multitudine circumdederint, ut aditum non inueniant abscedendi, sed clausis ex desperatione accrescet audacia, & libenter cupit commori, qui sine dubio scit se esse moriturum. Ideoque Scipionis laudanda sententia non est, qui dixit, viam hostibus, qua fugerent inueniendam. Ceterumque clausi, licet exigui numero, & infirmi vultus, hoc ipso tamen sunt hostibus pares, quia desperantes sciunt aliud sibi licere non posse, sed vna falus est victis nullam sperare salutem.

De Camellis bellicis, equis catafractis, & quadrigis falcatis. Cap. LXV.

Amelos aliquantae nationes apud veteres in aciem produxerunt, genus hoc animalium arenis tolerabile, sicuti aptum, con fufas etiam in puluere vento vias absque errore dirigere memoratur, ceterum prater nouitatem si hoc videris inefficax bello est. Catafracti equi propter munimina que gerunt, vulneribus tui, sed propter impedimentum, & pondus armorum capi eos facile est. Melius est tamen ut ante legiones positi, aut cum legionarijs mixti sint, quando cominus hoc est manu ad manum pugnant, & acies hostium saepe rumpunt. Quadrigas falcatas in bello Rex Antiochus, & Mitridates habuerunt, qui ut primo magnum intulere terrorem, ita postmodum fuerunt denisui. Nam difficile curras falcatus planum semper inuenit campum, & leui impedimento retinetur, vnoque afflicto, aut vulnerato equo frustratur. Sed maxime hac Romanorum multum arte perierunt, ubi ad pugnam ventum est, repente toto campo Romani tribulos abiecerunt, in quos currentes quadrigae cum inciderunt, deletae sunt. Tribulus autem est ex quatuor palis confixum propugnaculum, sed quoquo modo abiectum tribus radijs stat, & erecto quarto infestum est.

De Elephantibus, & qualiter eis resisti possit. Cap. LXVI.

Elephantum in prelijs magnitudine corporum barritus horrore, formae ipsius nouitate, homines quoque conturbant, aduersus quos diuersa resistendi cogitatione genera armorum. Curio in Lucania gladio manum, quam promissidem vocant, vni abscidit, & bini cathaphracti equi iungebantur ad currum, quibus insidentes longissimos contos in elephantem dirigebant. Nam muniti ferro, nec a sagittarijs quos vhebant bellae laedebantur, & eorum impetum equorum celeritate vitabant. Alij contra elephantem cathaphractos milites immiserunt, ita ut in brachijs eorum, & in castidibus, vel humeris aculei ingentes ponerentur e ferro, ne elephas bellatorem contra se venientem possit apprehendere, praecipue tamen velites antiqui aduersum elephantem ordinauerunt. Velites autem erant iuvenes leui armatura, corpore alacri, qui ex equis optime missilia dirigebant, hij equis praetercurrentibus ad lateres lanceas, vel maiora spicula beluas tales occidebant. Sed crescente audacia postea collecti plures milites pariter pila, hoc est missilia in elephantem coniecerunt, eosque vulneribus elidebant. Illud additum est, ut funditores cum subtilis, & fundis rotundis lapidibus destitatis, hos per quos regebantur elephantem, cum ipsis turribus affligerent atque macerent, quo nihil tutius inuenitur. Praeterea venientibus beluis, quasi irrupissent aciem, spaciunt milites dabant, quae cum in agmen medium peruenissent, circumfusis vndique armorum globis, cum magister absque vulneribus capiebantur illata. Caro balistas quoque aliquantum maiores. Hae enim longius, & vehementius spicula dirigunt superpositas curculis cum bonis equis viles est ordinari, & cum sub iactum teli accesserint bestiae, sagittis balistarum transiguntur, latius tamen contra eas, & firmius praefigiuntur ferrum, ut magis corporibus maiora sint vulnera.

De

De Quibusdam regulis bellorum generalibus. Cap. LXVII.

Omnes artes, omniaque opera quotidiano vsu, & iugi exercitatione proficiunt. Quod si in paruis verum est quanto magis decet in maximis custodiri. Quis autem dubitet, artem bellicam rebus omnibus esse potiore, per quam libertas retinetur, & dignitas propagatur, provinciae conseruantur. Nunquam miles in acie producendus est, cuius antea experimenta non ceperis, potes inopia, aut superuentibus, aut terrore melius hostem domare, quam praesidio, nulla consilia meliora sunt, quam illa quae ignorauerit aduersarius antequam facias. Melius est post aciem plura seruare loca, quam latius militem spargere. Amplius iuuat virtus, quam multitudo. Amplius prodest locus saepe, quam virtus publicum produxeris militem, nisi cum videris eum superare victoriam subita conterent hostes, vsitata vilesunt. Qui per desperos suos inconsulte sequitur, quam ipse acceperat hosti vult dare victoriam. Cum exploratio hostium latentem obrerit in castris, & omnes ad tentoria sua per diem redire iubentur, statim deprehenditur melius hostem domare, quam cognoueris aduersarijs prodictum, dispositionem mutare te conuenit. Quid fieri debeat tractato cum multis, quid vero facturus sis, cum paucissimis ac fidelissimis, vel potius ipse tecum. Milites timor, & poena in sedibus corriget, in expeditione spes ad praemia facere meliores. Magna dispositio est hostem fame magis vrgere, quam ferro. Equitatus vsu exercitij, armorum genere, equorum nobilitate proficit.

De Munitionibus extruendis. Cap. LXVIII.

Idem in lib. 4. Vrbes atque castella, aut natra munitur, aut mauu, aut vitroque, quod firmius ducitur. Natra, aut locorum edito vel abrupto, aut circumfusum mari siue paludibus, vel fluminibus, manu, fossis, ac muro. In illo naturali beneficio tutissimo eligentis consilium, in plano quaeritur fundantis industria. Ambitum muri directum veteres ducere noluerunt, ne ad idus arietum esset dispositus, sed sinuosis anfractibus, iactis fundamentis claufere vrbes, crebrioresque turres, in ipsis angulis reddiderunt, ut si quis ad murum tali ordine constructum, vel scalas, vel machinas voluerit admouere, non solum a fronte, sed a lateribus, & propae a tergo, veluti in sinu circumclusus opprimatur. Murus autem, ut nunquam possit elidi hac ratione perficitur, interuallo vicino interposito, duo intrinsecus parietes fabricantur, deinde terra quae de fossis fuerit egesta, inter illos mittitur, vtriusque densatur, ita ut a nuro primus paries pro parte inferior, secundus longamini ducatur, ut de plano ciuitatis ad similitudinem graduum, quasi cliuo molli, vsque ad propugnaculum possit ascendi, quia nec murus, vel potest arietibus rumpi, quem terra confirmat, & quouis casu destructis lapidibus, ea que inter parietes densata fuerit, ad muri vicem ingruentibus moles obstitit.

De Portis, & fossis, & propugnaculis munitis. Cap. LXIX.

Caueatur praeterea, ne portae subiectis ignibus exurantur, propter quod sunt corijs ac ferro regendae. Sed amplius prodest, quod inuenit antiquitas, ut ante portam addatur propugnaculum, in cuius ingressu ponitur chatracta, quae anulis ferreis, ac funibus pendet, ut si hostes intrauerint, dimissa ea dem extinguantur inclusi, tamen supra portam murus est ordinandus, ut accipiat foramina, per quae de superiori parte effusa, aqua subiectum restinguat incendium. Fossae autem ante vrbes latissimae faciendae sunt, ut nec facile possint coequari, repleturque ab obsidentibus, & cum aquis caperint redun dare, ad aduersario canaliculum continuari minime patiantur. Nam duplici modo opus subiectum peragi, eorum altitudine, & inundatione prohibetur. Formidatur autem, ne multitudo sagittariorum de propugnaculis exercitius defensoribus, appositae scalis occupet murum, aduersum, quod catafractas, vel scuta in ciuitatibus debent habere quamplurimi. Deinde per propugnacula duplicia sagae, ciliaeque tenduntur, quae impetum excipiant sagittarum. Neque enim facile transeunt spicula, quod cedit ac fluctuat. Inuentum quoque remedium est, ut de ligno crates faceret, quas metallas vocauerant, lapidibusque complerent ea arte inter

bina propugnacula constitutas, ut si super scalas ascendisset hostis, & partem aliquam ipsius contigisset, supra caput suum vgeret saxa.

De Alimentis, & ceteris obsidioni preparandis. Cap. LXX.

Multa defensionum oppugnantiumque sunt genera, quae locis competentibus inferemus. Nunc sciendum est obsidendi duas esse species. Vnam cum aduersarius opportunis locis praesidijs ordinatis, vel aqua prohibet inclusos, vel deditionem sperat a fame, quando omnes prohibuerit commeatu, hoc enim consilio ipse ociofus ac tutus fatigat inimicum, ad quos casus possessores quamuis leuis suspicio, sit pallationis, alimoniam victus intra muros debent studiosissime collocare, ut ipsis exuberet substantia, aduersarios inopia cogat obcedere. Parum autem proficit plurimum collegisse, nisi ab exordio dimensione salubri per idoneos erogato temperetur. In bellis quoque aetas, ac sexus, propter necessitatem victus portis frequenter exclusa est, ne penuria opprimeret armatos, a quibus mania seruabantur. Bitumen, sulphur, picem liquidam, oleumque conuenit preparare ad arma faciendae, ferum, eiusque temperata, & carbones seruantur. Ligna quoque hastilibus, sagittisque necessaria reponuntur. Saxa rotunda de fluminibus (quia pro soliditate grauiora sunt, & aptiora) mittentibus diligentissime colliguntur, & quibus muri replentur, & turres, minima ad fundas, siue sustinatos, vel manibus iacienda, maiora per onagros diriguntur, ut dimissa per praecipua non solum hostes obruant subeuntes, sed etiam machinamenta confingant. Rotae quoque de lignis ingentissimae fabricantur, & ut sint volubiles leuiganur, quae pronum labentes subito impetu bellatores sternunt, solum tunc equos deterere. Trabes quoque, & tabulata, vel diuersae magnitudinis clausos ferreos esse oportet in promptu. Nam oppugnantium machinis, per alias machinas consuevit obsisti, praecipue cum subitis operibus addenda sit muris, vel propugnaculis altitudo, ne aduersariorum mobiles turres superemineant, & capiant ciuitatem.

De Neris, & Aquis, & Sale. Cap. LXXI.

Nerorum quoque copiam summo studio expedit colligi, quia onagri, vel balistae ceteraque tormenta, nisi funibus neruilibus intenta nihil profunt, equorum tamen setae de caudis, ac iubis, ac ad balistas viles asseruntur. In obsidione capitolij corruptis, ingi ac longa a fatigatione tormentis, cum neruorum copia defecisset, matronae ablicos erines viris suis obulere pugnantibus, reparatisque machinis aduersariorum impetum repulerunt. Maluerunt enim pudicitiae foeminae deformato ad tempus capite, liberare viuere cum maritis, quam hostibus in tergo seruire. Cornua quoque, vel cruda coria proficere colligi ad catafractas regendas, aliaque machinamenta siue munimina. Magna vrbes utilitas est cum perhennes fontes murus includit. Quod si natura non praestat, cuiuslibet altitudinis effodiendi sunt putei. Cisternae sunt diligentissime subtrudendae. Si maritima sit ciuitas, & sal defuerit, liquor ex mari sumpsum per alueos, aliaque patula defunditur, qui a calore solis duratur in salem. Quod si hostis ab vnda prohibeat, nam hoc saepe accidit, arenas, quas excitato vento mare superfundit, aliquando colligant, & dulcia qua perfundant, quae sole siccata nihilominus mutantur in salem.

De Machinis quibus impugnantur, muri, & primo de Ariete. Cap. LXXII.

Volenta impugnatio, quando castellis, vel ciuitatibus proparatur mutuo vtrorumque periculo, sed maiore oppugnantium sanguine exercentur luctuosa certamina. Illi enim qui muros inuadere cupiunt terrifico apparatu expostis copijs, in spem deditionis formidinem geminant tubarum strepitu, hominumque permixto, tunc quia timor magis frangit insuetos, primo impetu stupentibus oppidanis, si discriminum experimenta non norant, ad motus scalis inuaditur ciuitas. Quod si a fidentibus siue militaribus viris repellatur prima congressio, statim clausis crescit audacia, & iam non terrore, sed viribus, & arte configitur. Admouentur enim resudines arietes, falces, vineae, plures, musculi, turres; Ex trabibus namque ac tabulatis relido contextitur, quae ne extrahatur



rar incendio, corijs, vel cilijs, centonibus quoque vestitur, hæc intrinsecus accipit trabem, quæ aduocæ præfigitur ferro, & fax vocatur, ab eo, quod incuruata est, vt de muro extrahat lapides, aut certè caput ipsius vestitur ferro, & appellatur aries. Vel quod habeat durissimam frontem, quæ subruat muros, vel quod more arietum retrocedat, & eum impetu vehementius feriat. Testudo autem a similitudine veræ testudinis dicitur, quia sicut illa modo reducit modo profert caput: ita machinamentum interdum trabem retrahit, interdum effert, vt fortius cædat.

De Vinea, & plateis, agger, & musculis. Cap. LXXIII.

Vinea dixerunt veteres, quas nunc cautubulas, aliàs charutos vocant. E lignis leuioribus machina colligatur, lata pedibus viij. alta pedibus vij. longa pedibus xvj. huius testum munitione duplici tabulatis cratibusque contextitur, latera quoque vimine sepiuntur, ne faxorum, telorumque impetu penetraret. Extrinsecus autem, ne de immisso cremetur incendio, crudis ac recentibus corijs, vel centonibus operiatur. Iste cum plures res fixæ fuerint, iunguntur in ordine, sub quibus obidentes tuti, ad subruenda murorum penetrant fundamenta. Platei dicuntur, qui ad similitudinem abidis contextuntur e vimine, & cilijs, vel corijs proteguntur tenuis rotulis, quarum vna in medio, duæ in capitibus apponuntur, in quamcunque partem volueris admoventur, more carpenti, quos obidentes applicat muris, eorumque munitione protecti sagittis sine fructu, vel missilibus defensores omnes de propugnaculis ciuitatis exturbant, vt scalis ascendendi facilius præstetur occasio. Agger autem ex terra, lignisque extollitur contra murum, de quo tela iactantur. Musculus dicitur minores machinas cuniculo similes, in quibus protecti bellatores sudatam auferunt ciuitatis fossatum, & iam apponunt lapidibus, lignis, ac terra, non solum fossatum complent, sed etiam solidant, vt turres ambulatoriæ, sine impedimento iungantur ad murum. Vocantur autem a marinis beluis musculi. Nam quemadmodum illi cum minores sint, tamen balenis auxilium amminiculumque exhibent, ita istæ machinæ breuioribus deputatæ turribus magis aduentui illarum parant viam, itineraque præmuniunt.

De Turribus ambulatorijs. Cap. LXXIII.

Turres autem dicuntur machinamenta ad ædificiorum speciem, ex trabibus, tabulatisque compacta, & ne tantum opas hostili concrematur incendio, diligentissimè ex crudis corijs, vel centonibus communitur, quibus pro modo altitudinis additur latitudo: nam interdum tricenos pedes per quadrum, interdum quadragenos, vel quinquagenos late font. Proceritas autem ipsarum tanta sit, vt non solum muros, sed etiam turres lapideas altitudine superet. His plures rotæ mechanica arte subiunguntur, quarum lapsu volubilis magnitudo tam ampla moueatur. Præsens autem periculum ciuitatis est, si ad murum fuerit turris ista propius adnotat: plures enim accipit scalis, & diuerso genere conatur irumpere. Nam in inferioribus habet arietem, cuius impetu destruit muros. Circa mediam vero partem accipit pontem factum de duabus trabibus, septumque de vimine, quem subito prolatur inter turrem murumque constituunt, & per eam ingredientiæ de machina bellatores in ciuitatem transeunt, & occupant muros. In superioribus autem turris illius partibus contati, & sagittarij collocantur, qui defensores vrbis ex alto eontis missilibus faxisque prosternant. Quo facto ciuitas capitur sine mora, cum hi qui de murorum altitudine sperabant repente supra se aspiciant altiore murum.

Qualiter earum discrimini restitui possit. Cap. LXXV.

Hic tam manifesto discrimini, multis occurrit modis. Primum si confidentia, vel virtus est militaris, eruptione facta globus egreditur armatorum, & vi hostibus pulsus, machinamentum illud ingens, direptis corijs ignis exurat. Quod si oppidani exire non audeant, tunc maioris balistæ malleolos, vel falariae cum incendio destabant, vt percussis corijs, vel centonibus, intrinsecus flammam condatur. Malleoli velut sagitte sunt, & vbi adhererint, quia

ardentes veniunt, vniuersa conflant. Falariae autem ad modum haste valido præfigitur ferro, inter cubum etiam, & haste sulphar, resina, bitumine, stuppisque inuoluitur insulsa oleo, quod incendiarium vocant, quæ balistæ impetu destinata, petra pro munimine ardens figitur in ligno, turritamque machinam frequenter incendit. Depositi quoque homines funibus, cum hostes dormiunt in lanternis portant lucernas, & incensis machinis rursum leuantur in murum. Præterea partem muri ad quam machina conatur accedere, cimento, atque lapidibus, vel luto, siue lateribus postremo tabulatis extruendo faciunt altiore, ne defensores manuum desuper vrbis ventura turrita, hæc machina possit opprimere, ac illi obidentes eiusmodi dolum adhibere constituerunt. Primo talem extruunt turrem, quæ propugnaculis ciuitatis videatur inferior. Deinde aliam de tabulis intrinsecus turriculam faciunt, & cum muris fuerit machina sociata, subito funibus, trocleisque de medio turricula illa producit, de qua egredientes armati, quia altior inuenitur, statim capiunt ciuitatem. Iterum obfessi longissimas ferratasque trabes opponunt machinæ venienti, eamque a muri vicinitate propellant, sed & cum Hodorum ciuitas oppugnaretur ab hostibus, & turris ambulatoria supra murosum altitudinem, ac turrium omnium superaret per hostem sub fundamento muri cuniculum fodit, & illum locum ad quem die postero turris fuerat promouenda, nullo hostium feniente egressa terra canauit intrinsecus, & cum rotis suis moles hæc fuisset impulsa, atque ad locum qui subter cauitus fuerat peruenisset tanto pondere solo cedente subsedit, nec magis murus autem moueri ulterius potuit.

De Scalis, ac cæteris machinis, quibus ab initio capiuntur. Cap. LXXVI.

Amotis denique turribus, illico funditores lapidibus, sagittarij iaculis, Manubalistarij sagittis, iaculatores plumbatis, ac missilibus e muris submouent homines, hoc facto scalis appositis occupant ciuitatem. Sed qui scalis nituntur frequenter periculum sustinent, & ideo sambuca, exostra, & tollenone obidentes murum hostium penetrant. Sambuca dicitur ad similitudinem cytharæ, nam vt in cythara chordæ sunt, ita in trabibus, quæ iuxta muros ponuntur funes sunt, qui pontem de superiori parte coelea relaxant, vt descendat ad murum, statimque de turri exeunt bellatores, & per eam transeunt mania vrbis inuadunt. Exostra dicitur pons, quem superius exposuimus, qui de turri in murum repente protrahitur. Tollenone dicitur, quotiens vna trabes, in terra præalta desiguntur, cui in summo vertice alia transversa trabes longior quidem, sed mediatae ipsius connectitur eo libramento, vt si vnum caput deprefferit, aliud erigatur. In vno ergo capite cratibus, siue tabulatis contextitur machina, in qua pauci collocantur armati, tunc per funes vno attracto, depressoque; alio, capite eleuati imponuntur in murum.

De Balistis, & onagris, cæterisque quibus munitione defenditur. Cap. LXXVII.

Duerfum hæc obfessos defendere consueuerunt balistæ, onagri, corpiones, arcubalistæ, sustibales, sagittarij. Fundibalista funibus, & neruis tenditur, qui quanto prolixiora brachiola habuerit, hoc est, quanto maior fuerit, tanto spicula longius mittit, quæ si iuxta artem mechanicam temperentur, & ab exercitatis hominibus, qui mensuram eius ante collegerunt dirigatur penetrat quodcumque percussit. Onager autem dirigit lapides, sed pro neruorum crassitudine, & magnitudine faxorum pondera iaculatur, nam quanto amplior fuerit, tanto magis laxa fluminis mote contorquet, his duobus generibus nulla tormentorum species vehementior inuenitur. Scorpiones dicebant, quas nunc manubalistas vocant, ideo sic nuncupati, quod paruis subtilibusque spiculis inferant mortem. Fastibales, arcubalistas, & fundas describere superfluum puto, quæ præsens vltus agnoscat. Aduersum arietes, vel etiam faeces sunt plura remedia. Aliquantum centones, & culcitras funibus calant, & illis opponunt locis, quo cædit aries, vt impetus machinæ materia molliori fractus, non destruat murum. Alij laqueis captos arietes per multitudinem hominum de muro in obliquum trahunt, & cum ipsis testudinibus euertunt. Plures in modum forficis denarum funibus alligant ferum (quod lapum vocant) apprehendunt arietem aut euertunt, aut ita suspendunt, vt impetum non habeat

beat feriendi. Interdum bases columnarum marmoreæ vibrato impetu iaculantur e muris, arietesque confingunt.

De Cuniculis per quos murus defenditur, eoque irruptio obfessi fugiuntur. Cap. LXXVIII.

Aliud genus pugnationum est subterraneum, atque secretum, quod cuniculum vocant, a leporibus qui caueras sub terris fodiunt, ibique conductur. Adhibita ergo multitudine ad speciem metallorum, in quibus auri argentique venas bestiorum rimat industria, magno labore terra defoditur, cauoque spem in exitum ciuitatis inferius queritur via. Quæ fraus duplicibus operatur insidijs, aut enim penetrant vrbem, & noctu non sententibus oppidanis egrediuntur per cuniculos, referatisque portis suorum agmen introducunt, hostes in ipsis domibus perimunt ignorantes, aut certe cum ad murorum fundamenta peruenierint, suffodiunt eorum maximam partem, appositis fictioribus lignis, ruinâque tumulario opere suspēdunt sarmenta quoque insuper iungunt, aliaque somenta flammaram, tunc igne immisso, muro subito corruente, irruptioni aditus præparatur. In auge rabilibus autem declaratur exemplis, sæpe casus ad interitum hostes, qui perauerant ciuitatem, quod sine dubio euenit, si oppidani muros ac turres retinerent, vel altiora occupauerint loca, sic. de fenestris ac tectis ois ætas, ac sexus irumpentes obruit faxis, aliisque generibus telorum. Quod ne sustineant obfidentes, portas ciuitatis aperire consueuerunt, ut resistere desinant fugiendi potestate concessa. Necesse sit enim quædam virtus esse desperatio.

De Mutuis insidijs, & cauetis obfidentium, & obfessorum. Cap. LXXIX.

Frequenter dolum excogitant obfidentes, ac simulata desperatione longius abeunt. Sed vbi post metum, murorum vigilijs detestibus, requiescit incauta securitas, te nebrarum, ac noctis occasione captata, cum scalis clanculo veniant, murosque conscendunt, propter quod maior est adhibenda cautio cum hostis abscesserit, & in ipsis muris a turribus tugriola collocanda, in quibus vigiles hiberni mædibus, ab himbri, vel sagote, æstiuis defenduntur a sole. Nil quoque vltus inuenit, vt acerrimos ac sagacissimos canes in turribus nuriat, qui aduentum hostium odore præsentiant, latratuque testentur. Aneres quoque non minore solertia, nocturnos superent clamoribus indicant, nam angustij capitolinam arcem Galli, Romanorum nomen eruis sent, nisi clamore antris excitatus Mallius restitisset. Super omnia dicitur hostium consuetudinem explorare diligenter, quibus horis aduersarius a laboris intentione discedat, quibus reddatur incautio: Interdum medio die, interdum ad vesperum, sæpe nocte, aliquando co-tempore, quo famitij cibus, vtriusque partis milites ad requiem, aut ad curanda corpora dispergantur. Quod in ciuitate cum egerit fieri obfidentes æstu se a prælio subtrahunt, vt aduersariorum negligentie licentiam tribuant, qui ipsa impuni tate cum venerit repente admotis machinis, vel appositis scalis, occupant ciuitatem. Et ideo in muris saxa, cæteraque tormenta ponuntur in promptu vt cognitis insidijs, accurrentes ad manum habeant, quod supra caput hostium euoluant, atque iaculentur. Cum negligentia interuenit, partibus insidijs obfessi subiiciunt obfidentes, nam siue cibo, siue somno fuerint occupati, siue ocio, aut aliqua necessitate dispersi, tunc oppidani repente prorumpunt, ignorantes perimunt, arietes, machinas, ipsosque, aggeres ignibus concremant, omniaque in perniciem suâ fabricata opera subuertunt. Propter quod obfidentes vitra iactum teli fossam faciunt, eamque non solum vallo, & sudibus, sed etiam turriculis instruant, vt erumpentibus ex ciuitate possint obfistere, quod opus lorieuum vocant. Sed ex alto destinata missilia, siue plumbata, uel lanceæ, veruta, vel spicula in subiectos vehementius cadunt. Sagittæ quoque arcibus missæ, & laxa manibus fundis, siue sustibalis directæ, qua in so de excelso loco exeunt, tanto longius penetrant. Balistæ vero, & onagri, si a peritis diligentissime temperentur, vniuersa præcedunt, a quibus nec virtus vlla, nec munimina possunt defendere bellatores. Nam more fulminis, quicquid percussit, aut dissoluere, aut ante irumpere consueuerunt.

De Naualibus prælijs. Cap. LXXX.

Errestris prælii rationibus. naualis belli reliqua, vt opior, superest portio, de cuius artibus ideo pauciora dicenda sunt, quia iam dudum pacato mari, cum barbaris nationibus, agitur terrefre certamen. Nauticorum gubernatorumque solertia est, loca in quibus navigatur, portusque cognoscere, vt insecta prominentibus, vel latentibus scopulis vadofa, ac sicca vitentur tanto enim securitas maior est, quanto mare altius fuerit. In nautis diligentia, in gubernatoribus peritia, in remigibus virtus eligitur, propterea quia naualis pugna tranquillo committitur mari, Liburnarumque moles non ventorum flatibus, sed remorum pullu aduersarias percussit rostris, eorumque rursus impetus vitat, in quo opere lacerti remigum, & ars clauum regentis magistrum vltorianam præstat.

De Nauius Lyburnis. Cap. LXXXI.

Diuersæ autem prouinciæ, quibusdam temporibus, mari plurimum portuerunt, & diuersa genera natiuum fuerunt; sed Augusto dimicante Adriatico prælio, cum Lyburnarum auxilij, præcipue victus fuisset Antonius, expremto tanti certaminis parui Lyburnarum naues ceteris aptiores. Lyburna nauque Dalmaciæ pars est, cuius exemplo nunc naues bellicæ fabricantur, & appellantur Lyburnæ. qd ad magnitudinem pertinet minime. Lyburnæ remorum habent singulos ordines, paulo maiores binos, idoneæ mensuræ ternos, vel quaternos interdum quinos sortiuntur remigio gradus, nec hoc cuique enorme videatur, dummodo Adriatico plio longe maiora referantur ceteris nauigijs, vt tenorum etiam, vel vltra ordinem fuerint. Scaphæ tamen maioribus Lyburnis exploratoræ sociantur, quæ vicinos prope remiges, vel singulis partibus habeant, quas Britannici picatas vocant, per has & superuentus fieri, & commeatu aduersarum nauium aliquando intercidi assolent, & speculati studium, aduentus earum, vel consilium depræhendi.

De Fabrica nauium Lyburnarum. Cap. LXXXII.

Sed cum in domibus subruendis arenæ, vel lapidum quantitas requiratur, tantomagis in fabricandis nauibus diligenter cuncta querenda sunt, quantomagis periculum est nauem victosam esse, quam domum. Ex cyprossu igitur, & pinu, larice, & abiete præcipue Lyburna contextitur, vilius æreis clauis, quam ferreis confingendas reor, quamlibet esse gratior aliquanto videatur expensa. Nam ferreos clauos tempore, & humore celeriter rubigo consumit, ærei autem in fluctibus propriam substantiam seruant. Obseruandum autem præcipue est, vt a decima quinta luna vsque ad xxij. arbores præciandantur, ex quibus Lyburnæ contextendæ sunt: his tantum octo diebus præscisa etiâ eodè anno, interna vermis labe exesa in puluerem vertitur. Quod præter oim architectorum doctrinâ quotidianus vltus edocuit, & cõtemplatione ipsius religionis agnoscuimus, quæ pro æternitate his tantum diebus placuit celebrari. Ceduntur aut trabes vtiliter post solstitium æstiuu. i. per menses Iulium, & Augustu, & per Autumnale æquiuocium. i. vsque in Kalendas Ianuarias. his nanq; mensibus arefcente humore, siciora, & ideo fortiora sunt ligna. Illud etiam cauendū, vt continuo, vt deiectæ fuerint trabes secentur, vel statim vt sectæ fuerint mittantur in nauem: quoniam potius, & adhuc solidæ arbores, & iam diuile per tabulas duplices ad maiorem siccitatem mereantur inducias. Nam virides si compinguntur, cum natiuum humorem exudaerint contrahuntur, & rimas faciunt latiores.

De Notitia ventorum, quæ nauigantibus est necessaria. Cap. LXXXIII.

Vi cum exercitu clausibus vehuntur, turbinu signa debent ante prænocere, procellis nâque, & fluctibus Lyburnæ grauius, quâ vi hostiu sæpe periorunt. Igitur vrbis toru numeru, atq; vocabula ars nauigandi primū debet inspicere. Veteres aut iuxta positionem cardinū, tm quatuor vctos principales singulis cæli partibus stare credébant, sed per experientiu posterior ætas duodecim cõprehendit. Hostiu vocabula nō solum Græca, sed et Latina prolucimus, ita vt vctis principibus declaratis, eos quibus dextra, leuaq; cõiuncti sunt indicem. Ab Hyberno itaq; solstitio. i. ab orientali cardine sumimus exordiu, ex quo vctus orientis peliotes. i. Subolanus, ahuie dextra Tomus Scandus. B b iungi.

tingitur Calcheas, siue erubores, a sinistra curum, siue vulturus. Meridianum autem cardinem possidet notus, id est auster, huic a dextra iungitur Leucoconothus, hoc est albus notus, a sinistra Libonothus, id est Austrafricanus. Occidentalem vero cardinem tenet Zephius id est Iubueperinus, huic a dextra iungitur Lybis, siue fauonius, a sinistra Argestes id est Chorus. Septentrionalem vero cardinem sortitus est Aparthias, siue septentio, cui adheret a dextra tertias, siue Cyrcius, a sinistra Boreas id est Aquilo. Hi sepe singuli interdum duo magnis autem tempestatibus & tres pariter flare consueverunt, horum impetu maria, quae sua sponte tranquilla sunt, & quieta, vndis exstantibus seuiunt. Horum statu pro causa temporis, vel locorum, vel procellis serenitas redditur, & rursum in procellas serena mutatur. Nam secundo in spiramine operas elatus inuenit portus, aduerso flare, vel regredi aut disicimen sustinere compellitur. E ideo difficile naufragium pertulit, qui ventorum rationem diligenter inspicit.

De Mensibus aptis ad nauigandum. Cap. LXXXIII.

Non autem toto anno vim, atque acerbicatem maris patiuntur nauigantes, sed quidam menses apertissimi, quidam dubij, reliqui classibus intrasabiles sunt, nam post ortum Plyadum, vsque ad diem xviij. Kalendarum Octobris, secura nauigatio creditur, quia statis beneficio, ventorum acerbitas mitigatur. Post hoc tempus, vsque in iij. idus Nouembrii, incerta nauigatio est, & discrimini propior, propterea quia post idus Septembris oritur uehementissimum sydus & vij. Kalendarum Octobrii aequinoctialium euenit acerbissima tempestas. Circa nonas vero Octobris hedi pluuiales, & v. idus eiusdem thaurus. A Nouembrii autem mense crebris tempestatibus nauigia conturbantur. Vergiliatum hycemali occasu. Ex die igitur, iij. Iduum Nouembrii vsque in die vij. iduum Martiarum maria clauduntur: nam lux minima, noxque longissima, postea nubium densitas aeris obscuritas, ventorum hinc, vel nubiibus geminata sequitur, non solum classes a pelago, sed etiam commeantes a terrestri itinere deturbant. Post natalem vero (vt ita dicam) nauigationis, qui solemniter certamine, publicoque spectaculo multarum gentium celebratur, plurimorum syderum, ipsiusque temporis ratione, vsque in idus Maias periculose maria tentantur, non quo negociatorum cesset industria, sed quia magis adhibenda cautela est, quando exercitus nauigat cum Liburnis, quam cum priuatarum mercum festinat audacia.

De Signis, atque pronosticis tempestatis. Cap. LXXXV.

Raterea aliorum ortus, occasusque syderum, tempestates uehementissimas commouent. In quibus, licet certis dies auctoritate attestantur signentur, tamen quia aduersis casibus aliquanta mutantur, & quod confidentium an, celestes causas humana condicio ad plenum scire prohibetur. Ideo nauicorum obseruationis curam triphatia diuiduat. Aut enim circa diem statum aut ante, vel postea tempestates fieri compertum est, transitusque syderum, quos planetas vocant, cum praescripto cursu dies arbitrio creatoris sulcipiunt, & signa vel deserunt, frequenter absolent serena turbare. Interimiorum autem dies tempestatibus plenos, & nauigantibus quam maxime metuendos non solum peritiae ratio, sed etiam vulgi viciu intelligit. Multis quoque signis ex tranquillo, & de tempestatibus procellis, produuntur, quae velut in speculo lunae orbis ostendit. Rubicundus enim color ventos, ceruleus indicat pluuias, ex utroque commixtus, nimbus & furentis procellas. Latius orbis serenitatem nauigiis re promittit, quam gestat in vultu, praecipue si quarto ortu neque obtusis cornibus rutula, neque infuso fuerit humore fuscata. Sol quoque exorrens candens, interest vtrum aequalibus gaudeat radijs, an obiecta nube rutilet, vtrum solito splendore fulgidus, an ventis vrgentibus igneus, niue pallidus, vel pluuia sit impendente maculosus. Aer vero & mare ipsum, nubiumque magnitudo, vel species solitos instruit nauas. Aliquanta ab auiibus, aliquanta significantur a piscibus, quae Virgilius in Georgicis diuino poene comprehendit ingenio, & Varro in libris naualibus diligenter excelsit. Hoc gubernatores si se scire profitentur, peritiae magis viciu instruit, quam doctrina firmavit.

De Aestuarius agnoscendis. Cap. LXXXVI.

Lementum pelagi tertia pars mundi est, quae praeter venter totum statum suo quoque spiramine motuque vegetatur. Nam certis horis, diebus pariter ac noctibus zestu quodam, quod reuma vocant, vltro citroque percurrit, & more torrentium fluminum nunc exundat in terras, nunc refluit in altitudinem suam, hanc reciprocantis meatus ambiguitas cursum nauium secundum adiuuat, retardat aduersum. Quae magna sunt cautione vitanda, neque enim auxilio remotum reumaus impetus vincitur, cui interdum cedit & veatus. Et quoniam in diuersis regionibus, diuerso lunae crescentis minuentisque statu, certis horis ista variantur. Ideo praerium naturale gesturus consuetudinem pelagi, vel loci ante congressum debet agnoscere.

De Armis, & machinis auali praelio necessarijs. Cap. LXXXVII.

Multa quidem armorum genera praelio terrestre desiderant, sed nauale certamen non solum sumit plures armorum species, verum etiam machinas, & tormenta flagit, tanquam in muris dimicetur, & turbibus. Quid enim crudelius congressione nauali, vbi aquis homines perimuntur, & flammis praecipua ergo esse debet tegminum cura, vt catastroctan, vel loricati galeati etiam, & ocreis muniti sint milites. De onere namque armorum nemo potest conuicti, qui stans pugnat in nauibus. Scuta quoque validiora propter istius lapidum, & ampliora sumuntur propter falces, & arpagones, aliaque naualia genera telorum. Sagittis, missilibus, fundis fundibalis, plumbatis, onagris, scorpionibus, iacula iuicem diriguntur, & saxa. Et quod est grauius, qui de virtute praerium ad motis Liburnis, iniectis pontibus in aduersario rum transeunt naues, ibique gladijs manu ad manum, vt dicitur, comminus dimicant. In maioribus etiam Liburnis propugnacula, turresque constituunt, vt tanquam de muro, ita de excelsostribus tabularis facilius vulnerent, vel perimant inimi eos. Oleo incendiario, stupa, sulphure, & bitumine obuolunt, & ardentes sagittae per ballistas in hosticarum nauium alueos infiguntur, vnde saepe cera, & pice, & resina tabulas tot foementis igniuin repente succendunt. Alij ferro interrimuntur & saxo, hi ardere coguntur in fluctibus. Inter tanta tamen mortuum genera (qui acerrimus casus est) absumuntur a piscibus, & insculta sunt corpora.

De insidijs in huiusmodi praelio collocandis. Cap. LXXXVIII.

Ad instar autem terrestri praelij superuentus sunt ignorantibus nauicis, vel circa oportuna insularum angustias collocantur insidiae, idque agitur, vt imperati facilius decantur, si longo remigio fatigati sint hostium nauas, si vero vrgentur, si pro rostris est reuma, si nihil suspicantes dormiunt inimici, & statio quam tenent exitum non habet, si ad dimicandum optata venit occasio, fortunae beneficij, iungenda sunt manus, & ex oportunitate praerium conferendum. Quod si cautela est hostium euitans insidias, publico mare configit, tunc Liburnarum insuetudine sunt acies, non directae vt in campis, sed incuruae ad similitudinem lunae, ita pro vt productis cornibus acies media sinuetur, vt si aduersarij per rumpere tentauerint, ipsa ordinatione circumdati deprimantur. In cornibus autem praerium robur, & liburnarum collocatur, & militum.

De modo praerandi in aperto mari. Cap. LXXXIX.

Raterea vile & libero maria semper classis vtratur, ini micorum vero pellatur ad litus, quia pugnandi impetum perdunt qui detruduntur in terras. In huiusmodi certamine tria armorum genera plurimum ad victoriam prodesse constat, id est ascies, falces, bipennes. Asser dicitur esse trabs subtilis ac longa, ad similitudinem autem tempe, quae pendet in malo vtroque capite ferrato, siue a dextra, siue a sinistra parte aduersariorum, se iunxerint naues, pro vicarietis eam impellunt, qui bellatores hostium

De Arte Theatrica. Cap. XCII.

Richardus vbi supra. Theatrica continet ludos. Ludorum autem alij fiebant in theatris, alij in gabulis, alij gymnasijs, alij in arenis, alij in amphitheatris, alij in conuiujs, alij in phanis. In theatris gesta recitabantur. In gabulis choreas ducebant. In gymnasijs luctabantur. In arenis pugiles exercebantur. In amphitheatris cursu pedis equorum, curum. In conuiujs musicis instrumentis iudebant. In phanis laudes deorum cantabant. Isidorus ubi supra. Spectacula (vt opinor) generaliter nominantur voluptates, quae non per semetipsas inquinant, sed per ea quae illic geruntur. Dicta autem spectacula, eo quod hominibus publica ibi praebentur inspectio. Haec & ludica nuncupata, quod in ludis gerantur, aut in scenis. Ludus autem aut Gymnicus est, aut Circensis, aut Gladiatorius, aut scenicus est, aut virium gloria, cuius locus Gymnasium dicitur, ubi exercentur, athletae, & cursorum velocitas comprobatur: hinc accidit, vt omnium prope artium exercitia, dicantur Gymnasia. Antea. n. in his locis certantes cincti crant, ne nudarentur, post relaxato cingulo, repente prostratus exanimatus est quidam cursor, quae ex consilij decreto, tunc archiepiscopo Hippomnes, vt nudi deinceps omnes exercitarentur, permittit, ex illo gymnasio dictum quod iuuenes in campo nudi exercentur, vbi solantum vterecunda aperiuntur. Genera gymnicorum quinque sunt id est saltus, cursus, iactus, virtus, atque luctatio. Vnde ferunt quendam regem tot filios adolescentes habentem, totidem generibus de regno iussisse contendere. Saltus dictus est, quasi exilire in altum. Est enim saltus alius exilire, vel lugijs. Cursus a velocitate crurum vocatus est, est enim cursus velocitas pedum. Iactus dictus est a iaciendo, vnde & pifcautorum rete iaculum dicitur. Huicatti vsus est arreptos lapides procul ferire, hastas pōdere librato iacere, sagittas emittere arcu. Virtus est immensas virium in labore, & pondere corporis. Luctatio a laterum, complexu, quibus comminus certantes inuicuntur, qui Graeca appellatione Athletae vocantur. Locus autem luctationis palaestra dicitur. Palaestra autem vel a po tu palaesi id est luctatione, vel a po tu palin, i. a motu ruine sortis nominatam dicunt. s. quod in luctando, cum medios atripant fere quatiant, idque apud Graecos palin vocatur. Quidam opinantur artem luctandi vtrorum contentionem monstratam, namque inter caeteras feras eos solos & erigi congressos, & subsidere celeriter, ac reuerti, & modo manibus tentate inuicem, modo complexu abigere sese more luctantium, quae Latini certamina: Graeci agones vocant, a frequentia qua celebrantur. Agonem autem genera suae in mensa virium, cursus celeritas, sagittandi peritia, standi patientia. Ad cytharam quoque vel tibias incedendi gestus. De moribus quoque de forma, de cantandi modulatione, terrestribus quoque belli, & naualis praerij, perpetuandorumque superiorum certamina.

De Ludis Circensibus. Cap. XCIII.

Vbi Circenses factorum causa Deorum, ac gentiliu celebracionibus instituti sunt. Vnde & quae eos spectant, demonum cultibus inferre videntur. Itaque Castori depurantur haec species, quibus equos a Mercurio distributos historiae docent. Sed & Marti, & Ioui in ludis equi sunt consecrati, & ipsi quadrigis praerunt. Circenses autem ludi dicti, vel a circumuendo, vel quod vbi nunc metrae sunt, olim gladij ponebantur, quos quadrigae circumbant. Inde & Circenses ab ensibus circa quos curabant. Siquidem & in litore circa ripas fluminum curus agitantur, gladios in ordine in ripa litore ponebant, & erat artis, equos circa pericula torquere. Inde & Circenses dicti putantur, quasi circumuendentes. Circus soli consecratus est a Paganis principaliter, cuius aedes medio spacio, & effigies de fastigio aedis emicat, quae non putauerunt sub recto consecrandum, quem in aperto haberent. Est autem circus omne illud spacium quod circumuere equi solent, hinc Romani dictum, a circumuere equorum, eo quod ibi circum metas equi currant. Graeci vero a Cyrc solis filia, quae patri suo hoc genus certaminis instituit. Fuit enim maga & venefica, & sacerdos demonum, in cuius habitu, & opere, & magicarum artes, & cultu idolatrarum recognoscuntur. Ornamenta cyrci sunt oua meta, oboliscus, carcer. Oua honori Pollucis, & Castoris ascribunt, qui illos quo editos credendo, de Cigno & Ioue non erubescunt. Finis

rium, siue nauas, siue dubio prostermit ac perimit, ipsamque nauem sapius perforat. Falx autem dicitur acutissimum ferrum curuatum, ad similitudinem falcis quod contis longioribus indium, collocatorius funis veli, quibus antennam suspenditur, repente praeridit, collapsisque velis liburnam pigriorem, & inutilem reddit. Bipennis est securis habens ex vtraque parte latissimum ferrum. His in medio ardore pugnandi periculis nauas, vel milites quotidianis vntur in excubijs.

De Triumphis. Cap. XC.

Sido. xvij. Omne regnum seculi huius, bellis queritur, victoriis propagatur. Victoria dicta est, quod vi. virtute adipiscatur. hoc est enim ius gentium, vim vi repellere, nam turpis est dolo quaerita victoria. Certa autem victoria est, vel occisio hostis, vel expoliatio, vel verumque. Non est autem iocunda victoria, quae per immensa detrimenta contingit. Trophaeum dictum est a po tis trophes, id est co uerfione hostis, & signa, nam ab eo quod quis hostem fugasset, merebatur trophaeum. Triumphus dicitur, a po tis triam bes, id est ab exultatione. Plenae enim victoriae triumphus dicitur, semiplenae trophaeum, quia nondum plenam victoriam est consecutus. Non enim obtinuit sed fugauit exercitum. Haec tamen nomina scriptores confundunt. Triumphantis autem triumphum Latine dicitur potius appellatum, quod his qui triumphas vrbem ingrederetur, triperito iudicio honoraretur. Nam primum duci de triumpho concedendo exercitum iudicare solitum erat, secundo senatum, tertio populum. Erat autem, Romanorum mos vt triumphantes quadrigis vcherentur, ex illo quod soliti sunt priores duces, hoc habitu inire bella. Quicumque autem in conspectu vicissent, palma aurea coronabantur, quia palma simulos habet. Qui vero sine conspectu fugientes prostrata laura, eo quod haec arbor sine spinis est. Nanque & purpurea, & palmata toga triumphantes induebantur, & Scipionem cum sceptro in manu gerebant, ad imitationem victoriae Scipionis. Licet & Scipio baculus sit, quo homines innituntur. Super Scipionem autem aquila sedebat, ob iudicium quod per victoriam, quasi ad superna magnitudinem accederet. Duobus generibus delectus exercitus, aut interuisione, aut dispersione. Spolia hostium praeda, manubias partes. Praeda praedando vocata est. Manubias quod manu detrahuntur. Haec & exauis ab exuē do dictae, quia exuunt, haec & partes a parti diuisione pro personarum qualitate, vel laborum iusta diuisione.

De Ornamentis Equorum. Cap. XCI.

Dem in lib. xx. Phalere sunt ornamenta equorum, & est Graecus sermo. Freua dicta sunt eo, quod equos frangere cogant, vel hoc quod equi fremant, id est imprimant dentibus suis, & obmordeant, hinc & faba freca quae molita est. Lupati sunt freni asperimi. Dicti autem lupati a lupinis dentibus, qui inaequales sunt, vnde & coram morsus uehementer obest. Chamus, est genus asperi freni quo caballi luperbi coerceri solent, dictus a curuitate. Chamur enim Graeci curpum dicunt. Habenas ab habendo dictas, quod his equos habeamus, id est teneamus. Capistri a capite iumentorum dicti. Sella a sedendo dicta, quasi sedda. Antella quasi ante sellam, sicut postella quasi post sellam. Cingulum hominum generis neutri est, nam animalium generis femino dicitur has cingulas: Sagma quae corrupte vulgo salma dicitur, a stratu sagorum vocatur. Vnde & caballus sagmanus & mula sagmaria. Capulum funis dicitur a capiendo, quod eo indomita iumenta comprehenduntur. Calcaria dicta sunt, quia in calce hominis ligantur, id est posteriori parte pedis ad stimulandos equos, quibus aut pugnantum est, aut curandum propter pigritiam animalium aut timorem. Nam ex timore stimuli nuncupati, licet sint & libidinis stimuli. Strigiles nuncupati sunt a tergendis, quod his equi a foridibus teruntur. Character est ferrum caloratum quo notae pecudibus inuuntur. Character autem Graece. Latine forma dicitur. Caute rium dictum est quasi cauturium, eo quod vtr, & prouida sit in eum, seueraque cautio, vt dum uidetur cuius sit auaricia refrenetur, quod interdum pro signo: interdum pro cura adhibetur, vt vis morbi ignis ardore sicetur.



gunt autem Cyrensisia Romani ad causas mundi referri, vt sub hac specie superstitiones vanitatum suarum excusent. Merarum quippe appellatione, proprie terminum, ac finem mundi designari volunt. Oboliscum Messies Rex Aegypti primus fecisse fertur tali ex causa. Cum quodam tempore Nilus violenta inundatione Aegypto nocuisset, indignatus Rex, tamquam pgnas a flumine exigeret, sagittam in vadas misit, nec multo post correptus graui validudine lumen amisit, qui post excitationem visu recepto, duos oboliscos soli fecerunt, Oboliscus enim sagitta dicitur, qui ideo in medio cyro ponitur, quia per medium mundum sol currit; medio autem spacio ab vtraque meta constitutus, oboliscus, fastigium, summum itatemque celi signat, cum sol ab vtroque spacio medio horarum discrimine transcendat. Summo oboliscos superpositum est quodam auratum, in modum flammæ formatum, quoniam sol plurimum in se caloris atque ignis habet. In circo vnde emittitur equi, carceres dixerunt, ab illa re, qua & ille carcer qui est in ciuitate, quod vbi homines damnati atque inclusi: ita hic equi coercentur, ne exeat antequam signum emittant.

De Arte Circi. Cap. XCIII.

Ar Circi auriga, & currus, equites, vel pedites. Auriga proprie dicitur, eo quod currum agat, & regat: sive quod feriat iunctos equos, nam haerit, ferit dicimus, vt & iarus haerit apertum. Currus autem a cursu dicitur, vel quod rotas habere videtur. Quadriga, & biga, & trixa, & senigæ a numero equorum, & iugo sunt dicitur. Quadrigam ideo soli iungunt, quia per quatuor tempora annus vertitur, vt, æstate, autumno, & hieme. Bigas luna, quoniam gemino cursu est sole contendit, sive quia & nocte, & die videtur. Iungunt enim vnum nigrum, alterum candidum. Trigas Dijs inferis, quia hi per tres ætates homines ad se rapiunt, id est per infantiam, iuuentutem, atque senectam. Seniga maximus currus, cortis Ioui, propter quod maximum eum Deorum suorum esse credunt. Ideo autem rotis quadrigas currere dicitur, sive quia mundus iste circuli sui celeritate transcurrit, sive propter solem, quia volubili ambitu rotat. Septem spacijs quadrigæ, scurrunt, referentes hoc ad cursum septem stellarum, quibus mundum regi dicunt, sive ad cursum, vij. die rum præsentium, quibus peractis vitæ terminus consumatur. Porro equites singulares ideo currere dicunt, quia singulariter vnusquisque cursum vitæ huius peragat, atque transsit. Desultores nominantur, quod olim prout quisque ad finem cursus venerat, desiliebat, & currebat, sive quod de equo in equum transiebat. Pedites autem aiunt propterea pede currere, quia pedibus currunt mortalitati. Ob hoc ea superiori parte currus ad inferiora, id est ab oriente ad occidentem, quia mortales moriuntur & occidunt. Nudi currunt, quia & homines in seculo mille reliquæ sunt, sed hic propterea fingunt, vt vanitates, & sacrilegia sua excusare conentur.

De Ludis scenicis, sive theatricis. Cap. XCV.

Theatri actores existimantur Athenienses, primi enim ipsi theatrum construxerunt sedibus ligneis, postea lapideum. Theatrum autem est quo scena includitur, semicirculi figuram habens, in quo stantes omnes inspicunt. Cuius forma primum rotunda erat, sicut & amphitheatri, postea ex medio amphitheatro theatrum factum est. Theatrum autem a spectando nominatum a poetis theoreas, & in eo populus stans desuper, atque spectans, ludos contempletur. Idem vero theatrum, idem & prostibulum, eo quod post ludos exactos meretrices ibi prosternerentur. Idem & lupanar vocatum, ab eisdem meretricibus, quæ propter vulgari corporis leuitatem lupæ nuncupabantur. Nam lupæ meretrices sunt vocatæ, a rapacitate, quod ad se rapiant miseros, & apprehendant. Lupanaria enim a Paganis constituta sunt, vt pudor mulierum infelicium ibi publicaretur, & ludibrio haberentur tam hi qui facerent, quam quæ paterentur. Scena autem erat locus infra theatrum in modum domus instructa cum pulpito, qui pulpitis oricistra vocabatur, vbi cantabant comici, tragædici, atque saltabant histriones, & mimi. Dicitur autem scena Græca appellatione, eo quod in speciem domus erat instructa, vnde & apud hæbreos tabernaculorum dedicatio, a similitudine domiciliorum, scenophegia appellabatur. Oricistra autem pulpiti erat scena, vbi saltator agere posset, aut duo inter se disputare. Ibi enim poetæ comædij, & trage-

di, ad certamen conscendebant, hisque cantentibus alij gestus edebant. Officia scenica tragædij, comædij, themelici, histriones, mimi, & saltatores. Tragædij sunt, qui antiqua gesta, atque sanuota sceleratorum Regum, lucluoso carmine, spectante populo, concinnebant. Comædij sunt, qui priuatorum hominum acta dicitur, aut gestu cantabant, & stupta virginum, & amores meretricum, in suis fabulis exprimebant. Themelici autem erat musici scenici, qui in organis, & lyris, & cytharis præcanebant. Et dicitur themelici, quod olim in oricistra stantes cantabant super pulpiti, quod the mele vocabatur. Histriones sunt qui in muliebri indumento, gestus impudicarum sceminarum exprimebant, hi autem saltando et historias, & res gestas demonstrabant. Dicitur autem histriones, sive quod ab histria id genus sit adactum, sive quod perplexas historijs fabulas exprimebant, quasi historiones. Mimi sunt dicitur Græca appellatione, quod rerum humanarum sint imitatores, nam habebant suum actorem, qui antequam mimum ageret fabulam pronuntiaret. Nam fabulæ ita componebantur a poetis, ut aptissimæ essent mimi corporis. Saltatores autem nominatos Varro dicit, ab Archade Salino, quæ Eneas in Italiam secum adduxit, quique primo docuit Romanos adolentes saltare. Est plane in artibus scenicis Liberti, & Venetis patrocinium, quæ priuata, & propria sunt scenæ de gestu, & corporis fluxu. Nam mollicie Libero, & Venetis immolabant, illi per sexu illi p fluxu distuluti, quæ vero ibi vocibus, & modis, & organis, & lyris trāsignantur, Apollines, & Musas, & Mineram, & Mercurios patronos habent. Quod spectaculum Christiane odire debes quoniam odisti auctores.

De Ludis gladiatorij. Cap. XCVI.

Amphitheatrum locus est spectaculi, vbi pugnant gladiatores, quod in eo iuuenes vsum armorum diuerso modo condiscant, & modo inter se aut gladijs, aut pugnis certantes, modo contra bestias incedentes, vbi non odio, sed primo illectu, subeunt ferale certamen. Amphitheatrum autem dicitur, eo quod ex duobus theatris sit factum, nam amphitheatrum rotundum est, theatrum vero ex medio amphitheatro est semicirculi figuram habens. Genera gladiatorum plurima sunt: quorum primum ludus equestris. Duo. n. equites præcedebat, signis militariibus, vnus a porta occidit, alter a porta occidit, procedebat in albis equis cū aureis galeis minoribus, & abilioribus armis, sicq; atroci perferentia pro virtute sua iniebat pugnam, dimicantes quousque alter in alterius mortem profliret, vt haberet qui caderet casum, gloriam, qui perimeret, quæ armatura pugnant Marti duelli causa. Retarius ab armaturæ genere, in gladiatorio ludo contra alterum pugnantem ferebat occulte, quod iaculum appellatur, vt aduersarium cuspidi insisterent operiret, implicitumque viribus pereraret. Scurtor ab infeguendo retiarum dicitur, gestabat enim cuspidem, & massam plumbeam, quæ aduersarij iaculum impediret, vt antequam ille feriret rete, ille exuperaret. Hæc armatura sacra erat Vulcano, ignis. n. semper insequitur. Ideoque cum retiaro cõconebatur, quia ignis, & aqua semper inter se inimica sunt. Laqueatorum pugna erat, fugientes in ludo homines iniecto laqueo impeditos, consecutoque prostrare, amictos vmbone pelliceo. Velitum pugna erat, vt vltro citroque tela obiectarent. Erat autem eorum varia pugna, & spectantibus gratior, quam reliqua. Velites autem vocati sunt, sive a volitatione, sive a ciuitate, Ethruscorum, quæ velites vocabatur. Ferarum pugna erat, emissas bestias iuuenes excipere, & pugnare contra eas, vltro neo funere certare, non crimine, sed furore. Hæc spectacula crudelitate, & inspectio vanitatum, non solum hominum vt ijs, sed & demonum iussu instituta sunt, proinde nihil esse debet Christiano cum Circensibus insania, cum impudicitia theatri, cum amphitheatri crudelitate, cum atrocitate arenæ, cum luxuria ludi, Deum enim negat qui talia præsumit, fidei Christianæ præuaricator effectus, qui denuo appetit, quod in lauaero iam pridem renunciauit, id est diaboli pompis, & operibus eius.

De Ludis aleæ, & pile. Cap. XCVII.

Alca id est ludus tabulæ, inuenta a Græcis in ocio Troiani belli a quodam milite, Alea nomine, a quo & ars nomē accepit. Tabula luditur, pigo, calculus, thesaurique. Pigus dicitur, quod per cū thesauri pergant, sive quod turris speciem habeat, nam Græci turrim pigum vocant. Calculi

De Partibus Nautium, & utensilibus earum. Cap. XCIX.

culi vocati, quod leues sint, & rotundi. Vnde & calculus lapsi breuis dicitur, qui sine molestia sui breuitate calcatur. Item calculi quod per vias ordinales eant, quia per calles. Theffer vocatæ, quæ quadre sunt ex omnibus partibus, olim autem theffera iacula appellabantur a iaciendo. Iactus autem a numero vocabatur, vt vnio, bivio, quatio, quinio, senio: Quidam autem aleatores sibi videntur philosophicè per allegoriam hanc artem exercere, & sub quadam rerum similitudine fingere. Nam tribus thefferis ludere se pehibent, per tria seculi tempora, præsentia, præterita, & futura: quia non stant sed decurrunt, sed & ipsas vias sevarijs locis distinctas propter ætates hominum, tenarijs lineis, propter tempora argumentantur: inde & tabulam ternis descriptam dicunt lineis. Calculi partim ordine mouentur, partim vagæ. Ideo alios ordinarios, alios, vagos appellant: at vero qui moueri omnino non possunt incitos dicunt. Ab hac arte fraudis, & peritium, atque mendacium nunquam abest, postremo & odia & diuina rerum, vnde & aliquando propter hæc scelera interdici legibus sunt. Pila proprie dicitur, quod sit pilis plena, hæc & fera alijs istera, a ferendo, vel feriendo dicitur. Inter species pilarum sunt trigonaria, & arenaria. Trigonaria, qua inter tres luditur. Arenaria, qua in grege, dum in circulo astantium expectantiumque emissæ, vltra iustum spaciolum pilam excipere, lusumque inire consuecunt. Cubitalem lusum appellant, cum duo committunt, & proximo ac pene coniunctis cubitis pilam ferunt. Suiam dicitur dare, qui pilam cruce prolato, ferendam collufoijs præbet.

De Navigatione, & nauium varietate. Cap. XCVIII.

Nauigatio est alia species mechanicæ, ad hanc enim pertinet omnis industria vendendi, & emendi, hæc inuisa litora adit, pacem & familiaritatem cum exteris nationibus componit, & priuata bona communia facit. Istid. lib. xix. Naucelus dominus nauis est appellatus, ita quod nauis in sorte eius sit. Cleros enim Græce fors dicitur. Remex vocatur quod remum gerat. Naem quidam pehibent dicitur, eo quod gnarum redorem quærat, id est peritum sapientem, & strenuum. Rates primum & antiquissimum nauigij genus, e rudibus signi, asseribusque constructum, ad cuius similitudinem fabricatæ naues rataxiæ dicitur, nunciam rates ab hinc naues. Trier nauis magna, quæ Græci dulconem vocant. Carpassa nauis a Carpatos insula nominata a Rhodo Rhodia, sicut ab Alexandria Alexandria. Liburnæ dicitur a Libijs, Rostratæ naues vocatæ, ab eo quod in fronte rostra ærea habeant, propter seopulos, ne feriuntur & collidantur. Dromo autem ab excurrendo dicitur. Carsum enim Græci dromum vocant, sive a dromedis. Clafis dicitur est Græco vocabulo, a po ru calon id est signis, vnde & calones nauiculæ, quæ ligna militibus portant. Fafelus est nauigium, quem nos corruptè baselum dicimus. Anchoremacus dicitur, pro eo quod celeritate sui, anchoris & instrumentis reliquis nauium videntur sit aprus. Scapha, quæ & catascops, nauigium, a scopis, quod latine dicitur intendere. Barca est, quæ cuncta nauis commercia ad litus portat. Pato nauigium pyrhatatum, & ex his ita uocatū. Niopato, quasi minus pato, est enim scapha, ex vimine facta, quæ connecta crudo corio genus nauigij præbet, quilibet vntur rates ab hinc nauis in Oceanis littoribus, vel paludibus, ob agilitatem. Celones quos Græci celecras vocant id est veloces, biremes, vel triremes, & ad ministerij classis apte. Biremes autem naues sunt, habentes remorum ordinem geminum, sic & triremes, & quadriremes. Actuale naues sunt, quæ velis simul & remis aguntur. Hipogamias in quo equos transthecho solitam est. Pontonium nauigium fluminale cardum & graue, quod non nisi remigio progredi potest. Lembus nauicula breuis, quæ alia appellatione & cimba & caupolus, sicut & linter id est carabus, quo in pado paludibusque vntur: Carabus parua scapha, ex vimine facta, quæ contexta ex crudo corio genus nauigij præbet. Porhemia nauicula fryriaci generis lata, & sine carina, uocata a portando, vntur his in Pannonia. Trabarij amnicæ naues, quæ ex singulis trabibus cauantur, quæ alio nomine littoranæ dicuntur. Hæc & caudeq; quæ ex vno ligno cauato factæ. Et inde caudicæ, quia a iij. vsque ad x. homines capiunt.

Speculum Doctrinale.

Vppis posterior pars est, quasi post. Proa anterior, quasi priora. Cimba locus imus nauis, quod aquis incumbat. Carina a currendo dicitur quasi currina. Fori nauium latera concava a ferendo onera dicitur, sive tabulata nauium, quæ sternuntur, dicitur ab eo quod inessibus ferant, vel foris emineant. De quibus Virg. Taxantque foros Columbaria in summis lateribus nauium loca concava, per quæ emineant remi, dicitur credo quod sint similia latibus columbarum in quibus nidificant. Transtra sunt tabulæ vbi sedent remiges, quod in transtrera sunt dicitur, quæ Virgil. iuga appellat. Remi a remouendis & decutiendis fluctibus dicitur, sicut tanto res a tendendis, & decutiendis capillis. Palmula est extrema latitudo remi, a palma dicitur, qua mare impellit. Antemna dicitur, quod ante amnem sint positæ. Pteridit enim eas amnis. Corrua extremæ partes antemnarum sunt dicitur, per tro pum ab animali ad inanimale. Malus est arbor nauis, quæ uela sustentur, dicitur quia habet instar mali in summitate, vel quia quasi quibusdam maleolis ligneis cingitur, quorum uolubitate vela facilius eleuantur. Modius est cui arbor insillit ob similitudinem mensuralis vasis dicitur. Carceria sunt in caumine arboris trocleæ quasi f. litera: per quas funes trahuntur. Trocleæ autem uocatur, quod rotulas habeant. Trocos enim Græce rota dicitur. Parastata stipites sunt pares stantes, quibus arbor sustentur. Clausus est quo regitur gubernaculum. Porticulus malleus in manu portatur, quo modus signumque datur remigantibus. Tonilla vincius ferrets, vel ligneus, ad quem in litore defixum, funes nauium illigantur. Anchora dens ferreus, ex Græca etymologia nomen duxit, quod quasi hominis manus comprehendat, vel arenas. Nam manus Græce cyra dicitur. Puluini sunt machinæ, quibus naues deducuntur, & subducuntur in portum. Pons scala nauium. Vela Græci armena dicunt, proinde quod aere mouentur. Apud Latinos autem vela a uolatu dicitur. Genera velorum Achateon, Epidromos: Dalum: Arthemo, sipharum, mendicium. Ex quibus Achateon velum maximum, & in media naue constitutum. Epidromos secunde amplitudinis, sed ad puppim, Calum minimum Velum, & ad proram defixum. Arthemo dirigendæ potius nauis causa commendatum est, quam celeritatis. Sipharum genus veli uulū pedem habens, quo iuuari nauigia solent in nauigatione quotiens vis venti languescit, quod ex separatione æriformitatis nominatum. Funes dicitur sunt eo, quod ante in vsum luminis fuerint circumdati cera. Vnde & funalia. Restes sunt quod ratis continent, sive quod his ratis tendantur. Rudentes sunt fanes nauium, ex ni riuo stridore ita dicitur. Spiræ funes nauium, quibus in tempestatibus vntur quas nautici suo more curcubus vocant. Spiræ autem a spatio uocatur. Propes funis quo pes velli alligatur, quasi prope pedes. Tormentum funis in nauibus longus, quo proa ad puppim extenditur, quo magis cõstringantur. Tormenta autem a tortura dicitur, restesque, funesque. Saphon funis in proa positus. Opifera funes quo cornibus antemnae dextra sinistraque tenduntur retro uerso. Pro fine funis quo nauis in litore religatur ad palum. Mirra funis quæ nauis media uincitur. Anquima quæ ad malum antemna constituitur. Remulcum funis, quo deligata nauis trahitur vice remi. Strupi vincula loro vel lino facta quibus remi ad scalmos alligantur. Cataforates linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur.

De Mercatura. Cap. C.

Acto. Ad nauigationem, vt dicitur est, pertinet negociatio, sive mercatura, id est uendendi, & emendi commercium. Tallus in lib. j. de offi. Illiberalis, & sordidi sunt quæstus mercenatorum omnium, quorum opera, non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces autamentum seruitutis. Sordidi etiã sunt, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant: nihil enim proficiunt nisi admodum mentiantur, minime quoque artes hæc probandæ sunt, quæ ministre sunt voluptatū, vt quas exercent lanicij piscatores, coqui, factores, & etiam vnguentarij, saltatores, ludijq; talares. Quibus autem artibus, aut prudentia maior inest, aut non mediocri utilitas queritur, vt medicina, architectura, & doctrina rerum honestarum, hæc quidem honeste sunt his quorum ordini conueniunt. Mercatura vero. si te Tomus Secundus. B b 3 nuis

nus est, fœdida putanda est. Idem in iii. lib. Quæritur de deliberatione, & consultatione venditoris erga emptorem. Vtrum oia vitia rei exposita dicere, an quedã ei tacere liceat. Homini acutissimo Anæpatro visum est omnia patefacienda. Dyogeni Babylonio venditorem quatinus iure civili constitutum sit, dicere vitia oportere, cetera sine insidijs agere. Ne que enim id est celare quicquid reticeas. Sed cum quod tu scias, id ignorare molimenti tui causa velis, eos quorum interit id scire. Hoc autem celandi genus, non aperti, non simplicis, non ingenui, non viri boni, versuti potius, obsecuti, astuti, fallacis. Quod si sunt vituperandi qui reticent, quid de his existimandum est, qui occasione vanitatem adhibent.

De Venatione. Cap. CI.

Richardus. Venatio tres habet species, ferinam, venenum, piscaturam. Ferina fit multis modis, retibus, pedicis, laqueis, præcipitijs, arcu, iaculis, culpide, andagie, pennarum odore, canibus, accipitribus. Aucupium fit laqueis, pedicis, retibus, arcu, visco, hamo. Piscatura fit sagenis, retibus, gurgustijs, hamis, iaculis. Ad venationem pertinet omnis industria, coquorum, pisorum, carnificum, & caponum. Isidorus. xix. lib. Rete vocatur siue a retinendis piscibus, siue a retibus quibus tenduntur. Minus autem rete simplagium dicitur a plagis, nam proprie dici plagas putentes quibus retia tenduntur, circa imam, & summam partem. Funda genus est piscatoriarum retis, dicta ab eo, quod in fundum mittantur. Idem etiam a iactando dicitur iaculum. Tragum, genus retis ab eo, quod trahatur nuncupatum, ipsum est, & uerticulum, vetero enim trahere est, idem & sagena. Nassa genus retis. Cassis genus venariorum retis, quod capiat. Hinc etiam, & quod iucassum dicitur, id est sine causa, quasi sine quibus venatio inanis est. Canopium rete quo culices excluduntur, in modum tentorii, quo magis Alexandrini videntur, quia ibi ex Nilo culices copiosi nascuntur, unde & canopiū dicitur, nam cauopia Aegyptus est. Idem in lib. xvij. Venabula dicta sunt, quasi vena tui habilia, vel quia vententem excipiunt, quasi excipibilia. Excipiunt enim Aptos, expectantque Leones, intrant Vros, fit tantum firma manus.

De Agricultura. Cap. CII.

Richardus. Agricultura quatuor habet species. Aruum, id est agrum, qui sationibus deputatur. Constat qui nemotibus, vt pomeria, vineta, oliueta. Pascuum, quo pascuis, vt prata, tempore, & quæ. Floridum, vt horti, rosaria. Tullius in lib. de senectute. Veniam ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, que nec vlla impediuntur senectute, & mihi ad sapientis vitam proxime videtur accedere: habent enim rationem cum terra, que nusquam recusat imperium, nec unquam sine vltura reddito, quod accipit, agroque ornato, & bene culto, nihil potest esse vberius, nec specie ornatus. Idem in lib. de offi. Omnium autem rerum ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homini libero dignius. Augustus super Gene. lib. vij. Quid enim maius, & mirabilius speculaculum est, aut vbi magis cum natura rerum humana ratio quodammodo loqui potest, quam cum positis seminibus, plantarum sursulis, translatis arbutulis, insitis malleolis, tanquam interrogatur quæque vis, radices, & geminis quid possit, quid ve non possit, unde possit, unde non possit, quid in ea valeat numerorum inuisibilis, interiorque potentia, quid extrinsecus adhibita diligentia, & in ipsa consideratione perspicite, quia neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Ita etiam illud operis quod accedit extrinsecus, p istum accedit, quæ nihilominus creauit, & quem regit, & orat inuisibilis Deus. Iúdo. lib. xvij. Cultura est, qua frumetra, vel vna magno labore quaeruntur, ab incolendo vocata. Diuinitas. antiquorum in his duobus erant, bene pascere, & bene arare. Cultura agrorum, aratio, intermissio, insectio stipularum, serocatio, occatio. Cinis est incendium per quod ager inuilem humorem exudat. Aratio dicta, quia de ære prius terre culturam exercebant, antequam ferri fuisset vltus reperitus. Duplex autem est aratio, vernalis, & autumnalis. Intermissio est qua alternis annis vacuus ager vires recipit. Serocatio est letaminis aspersio, quod vulgo letamen vocatur eo quod suo nutrimento læta faciat, germina, reddatque arua pingua & fecunda. Occatio est cum suffici satione facta, bobus di-

missis, grandes glebas cedunt, ac ligonibus frangunt. Et dicta occatio, quasi occæcatur, quod operit semina. Occare igitur est operire terram semina, vites, vel arbores. Runcatio est a terra herbas vellere. Nam ros terra est. Sulcus a sole vocatus, quod proculius solem capiat. Proficissio est aratio prima cum adhuc durus ager est. Satio dicta est, quasi seminis actio. Serere autem vocatur, quia hoc sereno celo faciendum est, non per himbes.

De Ratione agricultura. Cap. CIII.

Alladius lib. de agricultura. Eligendi, & bene colendi agri ratio, quatuor rebus constat. Aere, aqua, terra, industria. Ex his tria naturalia, vnum facultas, & voluntatis est. Natura est, quod in primis expectare oportet, vt eis locis, quæ colere desinatis, æq. fit salutaris, & clemens. Aqua salubris, & facilis, vel ibi nascens, vel adducta, vel hembre collecta. Terra vero secunda, & situ comoda. Omnium fructulorum, vel frugum genera præclara, sed terris suis experte committit. In nouo enim genere minimum ante experientiam non est tota spes ponenda. Locis humidis semina citius quam siccis degenerant. Quæritur subinde, si succurrat electio, ager pinguis ac resolutus, qui minimum laborem petit, & tamen fructum maximum reddit, secundi meriti est spissus, qui labore quidem maximo ad vota respondet. Illud vero deterrius genus est, quod erit siccum simul, & spissum, & macrum, vel frigidum, qui ager pestiferi more, fugiendus est, siue in surcule, siue in omni genere satorum quæ flogant, constat non esse tangenda. In rebus agrestibus, maxime officia inueniunt congruunt, imperia seclorum. Vitæ fit maturus putes, plura sacramenta, si ferius, plurimos fructus consequeris. In vitibus putandis tria consideranda sunt, fructuum spes, succellura materies, locus qui feruet, & acutus vendura est ferramentum. In vite, vel arbore, quæ facienda sunt perage ante apertionem floris, & gemmæ. De locis veteribus sicut arbores, ita & homines congruit ad meliora transferre. Græci habent omnia legumina ferri in siccis terra. Fabarum in humida debet aspergi. In agro periclitantur interiora, vbi colantur extrema. Omne triticum solo vliginolo post tertiam sationem, in genus filiginis commutatur. Campi largius vinum, colles nobiliter ferunt. Aquilo vites sibi obiectas fecundat. Auster nobilitat. Eganior est culta exiguitas, quam magnitudo neglecta. Omnis insectura sementi auertatur a gemma, ne eam stilla, que fluere consuevit extinguat. Terra profunda (quod Græci asse, sic) oleæ grandes arbores efficit, fructus minores, & aquatos, & seros, magisque amiræ proximis. Aer oleas tepidus inuat, & ventis mediocribus siue vi, & horrore perfrabilis. Ramus letus, viridis, & sterilis, in media olea abscondendus est, velut totius arboris inimicus, sterilitas & pestilentia quo modo fugienda sunt. Semina plusquam annicula esse non debent, vetustate corrupta non produunt. Frumentum collis quidem grano robustius, sed mensura minus refundet. Omnia quæ feruntur crescent luna, & diebus tepidis serenda sunt, nam tepor euocat, si quis includit.

De Instrumentis rusticis. Cap. CIIII.

Isido. lib. xx. Vomer dictus est, eo quod vi humum eruat, siue ab equo modo terram. Buris est curuamentum aratri, dictum, quasi boloyra, quod fit in similitudinem caudæ bouis. Dentale est aratri pars prima, in qua vomer inducitur, quasi dens. Cultelli a cultura dicti, eo quod ex ipsis putatione veteres in arbore vtebantur, & vite priusquam falces essent reperire. Falx est, qua arbores putantur, & vites. Dicta autem falx, quod hæc primum similes herbam flicem solebant abscondere. Falcastrum a similitudine falcis vocatum, est autem ferramentum curuum cum manubrio longo, ad densitatem veprium succidenda, & runcationem quibus vepres secantur, a runcando dicti. Serrula est præteritis lamina ferri, dentium mordacitate resicans arbores seu ramos. Rastra quoque sur a radendo terram, aut a rastante dentium dicta. Ligones quod terram leuant, quasi leuones. Scudicia dicta eo, quod circa codicem terram aperiat, & quamuis eius vltus in reliquis operibus habeatur, non tamen ex codice retinetur, hæc alij generaliter fossorij vocant, quæ foueæ faciunt, quasi foueæ forian. Sarculus ferramentum cum manubrio

aubrio cultus hortorum necessarius est, sunt autem, vel simplices, vel bicones. Passinatum vocant agricolæ ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. Vnde etiam repassinata dicitur vindex veteres, quæ refodiuntur. Cilindrus lapis est teres in modum columnæ, qui a volubilitate nomen accepit. Tribula genus vehiculi, vnde tenentur frumenta, & ob hoc ita vocatur. Pala quæ ventulabrum vulgo dicitur, a ventulanis paleis nominata. Furcillæ dictæ eo, quod his frumenta cillantur, id est mouentur. Vnde & oscilla dicta eo, quod cillantur, imouentur ora, nam oscere est mouere. Thesera sunt quibus frumentorum numerus designatur. Trapeū est mola oliuaria. Prælum trabes, quo vna calcata præmuntur, a præmendo vocatum, quasi præforium latum. Præliū quo præmuntur oleum, quo liquatum proficit, quo ab vltis, vel oliuis torquendo vinum, oleumque exigitur. Fiselum quasi fiselum, a colando oleo dictum, vel quasi fiselum olei. Rota dicta, quod quasi ruat, est enim machina, de qua e sumine aqua extrahitur. Gyrgillus dictus, quod in gyro vertatur. Est lignum in transtricula petica mobile, ex quo funis cum stula, vel utre in puteum dimittitur haurienda aquæ causa. Telonē hortolani vocant lignum longum quo hauriunt aquas, & dictum telonem a longitudine. Telum enim dicitur, iuxta Græcos, quicquid longum est, vnde & mûstela vocata, quasi longus mus. Lupus, qui & canicula, ferreus arax, quia si quid in puteum decedit rapit, & extrahit, vnde & nomen accepit. Harpax autem dictus, quia arripit. Harpe enim Græce, rapere, Actor. Præterea de agricultura pericia plenius habuit est superius libro de œconomica, vbi de rerum domesticarum administratione disertum est, saltem cuius materia versatur in morbis, & vltibus. Ad hanc itaque pertinent non ea tantum, quæ ars corū exhibet, quæ proprie medicæ nominantur, sed etiam cibus & potus regimen, desensio denique omnis, atque munio, qua nostrum corpus aduersus externos ictus casusque seruat. Quæritur autem a quibusdam, quare inter ceteras liberales disciplinas medicinæ ars non continetur, propterea, quia ille singulares continent causas, ista vero omnium, nam & grammaticam medicus scire debet, vt intelligere, vel ex ponere possit, quæ legit. Similiter & Rhetoricam, vt vterque argumentis valeat diffinire quæ tractat, necnon & dialcticam propter infirmitatum causas ratione adhibita perscrutandas atque curandas, sic & Arithmeticam propter numerus horarū cyrtis, &c.

De Alchimia. Cap. CV.

Proter. Medicinam quoque magister Richardus inter septem mechanicas artes computat, sed quoniam hæc cætera non tantum in operatione manuum sicut cætere, sed etiam in mentis speculatione consistit, videlicet quantum ad causarum considerationem, vnde quasi media est inter practica, & theoretica, huius tractatum sequenti libro difficilissimum aliquantulum prosequendum. referuamus, & huius loco quoddam Alchimie compendium interferemus, nam & ipsa competenter inter mechanicas numerari potest, & ad quoddam aliarum non parum vtilis est, vt ad fabrilem, & ad medicinam: Ad fabrilem quidem, propter metallorum examinationem, commixtionem, disgregationem, transmutationem. Ad medicinam itidem, propter substantiarum, vel qualitatum salubritatem a nexibus, quæ frequenter etiam in medicinis simplicibus permixte sunt, separationem. Ex doctrina Alchimie. Alchimia proprie est ars transmutandi corpora mineralia a propriis speciebus ad alias, vt sunt metalla, & huiusmodi. Hæc descendit ab illa parte naturalis philosophiæ, quæ est de mineris, sicut agricultura ab illa parte, quæ est de vegetabilibus. Hanc etiam acceperunt artifices a naturalibus, quamuis ea quæ fiunt non sint tam cætera, aut propria sicut naturalia. Ex lib. Razis, de aluminibus, & salibus. Corpora mineralia sunt vapores, qui inspissantur & coagulantur secundum mensuram feruoris nature in spacio longo. Et primum quidem, quod coagulat est argentum viuum, & sulphur, hæc enim sunt elementa mineralia, & non sunt aqua & oleum, sed vnum generatur ex aqua, aliuo ex oleo, super quibus assiduat decoctio æqualis cum caliditate, & humiditate, donec coagulata sunt, & ex eis corpora generantur per gradatam mutationem in millibus annorum. Nam si remaneret in mineris suis præpararet ea natura donec peruenirent ad speciem auri, & argenti, sed per artificis subtilitatem fieri potest huiusmodi transmutatio in vno die, id est brevi spacio. Ex verbis Alchimistæ. Ergo vide, quod & in visceribus terre habentis virtutem mineralem sit generatio spirituum, & corporum. Spiritus quidem sunt quatuor. scilicet hæmorrhœum, & sulphur, Speculum Doctrinale.

argentum viuum, & arsenicum. Corpora veto sex, scilicet aurum, argentum, as, &c. Ex prædictis enim elementis mineræ generantur aliquando corpora munda, vt aurum, argentum, aliquando immunda, vt as, ferrum, &c. Nam ex argento viuo, puro, albo, coagulato, a virtute sulphuris albi non vrentis generatur materia in minera, quæ per fusionem convertitur in argentum. Ex sulphure autem mundo, claro, rubeo, non habente in se virtutem adurentem, & ex argento viuo bono, claro, a sulphure congelato congelatur aurum. Porro ex bono argento viuo, & sulphure habente virtutem adurentem generatur as. Ex pratio autem sulphure, & pratio argenti viuo ferrum. Ex bono autem arg. vi. & pratio tul. non bene commixto, stegnum. Et ex pratio ar. vi. f. ponderoso & luto, & pratio sulphure fetido, ac debili, plumbum. Hæc sunt operationes quas natura facit in mineralibus, & has Alchimistæ conantur imitari. Quædam etiam alia generantur in visceribus terræ, quorum pars obtinet vicem spirituum, & quædam vicæ corporum, sicut alumen, & atramentum. Circa hæc igitur, & similia secundum præfatum modum negotiatur alchimia, & hæc est in materia.

Vtrum huius artis scientia, vel operatio vera sit an falsa. Cap. CVI.

Actor. Ex verbis supradictis videtur innui, quod alchimia quodammodo falsa sit, sed tam ab antiquis philosophis, quam ab artificibus nostri temporis probatur esse veram, vtrumque aurum, & argentum, secundum illam non quidem fieri, sed a certis materiis, quibus permixta sunt, vel in ueluta quodammodo perignè segregari, vel excludi, nã quod exterius est cuprum, in tenuius est aurum, tanquam aia ipsius. Auicenna in lib. de anima. Quiddam ex naturalibus dicitur quod non est alchimia. Sed Aristot. & Plato, magnique philosophi dicunt quod est, & hoc ipse visus ostendit. Nam vnum quodque sex corporum, quæ per malleum elongantur, efficiunt currens sicut aurum viuum. Et azæzar quod de istis efficitur, est coloris sulphurei, & azenar de ferro rubrum est, de cupro crocum. Vnde scire oportet, quod quia omne corpus quod soluitur, & inde efficitur azenar, factum est de auro viuo, & de sulphure. Denique vitrum efficitur fluens, est enim de terra, de qua postea fieri aurum viuum. Et figuli quidem, qui vasa terrea faciunt, quãdo mittunt in eis ignem diu, efficiunt vitrea. Dicunt autem isti philosophi, quia quod calor solis coqueret in ventre terre per centena annorum, facit ignis in hora breui. Sic igitur & nos sulphur, & aurum viuum, quod calor solis coquit per centena annorum, coquimus ad ignem in paruo tempore, & inde facimus aurum. Contra illos autem, qui dicunt, quod non potest hõ trahere genus de alio genere, dicimus quod si quis reicus equi emittat in loco, vbi calor eum tangat, inde procedunt bestie, quas dicunt Abaces. Propterea si quis spinã alicuius piscis accipiat, & mittat subius algæcã, ibique per mensem remaneat, inueniet eum vermem, qui centipes dicitur, sicque de non viuente petrahie rem videntem. Sunt & alij, qui non concedunt Alchimie magisterium, dicentes quod de re, cuius natura non est, vt ignem sustineat, natura trahi non potest, que sustineat ignem, nec fieri potest in re naturali, vt rem coloratam discolorare, & in alium colorem mutare, in quo permancat, nec ad primum reuerti possit, quia primus color semper persistere debet, & secundus deleri. Et ad primum respondemus, rationem de vitro, quod terra quidem cito deletur ad ignem, sed quando diu tangit eã ignis, efficitur fortis. Non, n. habet ignis vim super virtutem. De tinclura vero dicimus, quod cuprum quando cum tuchia miscetur, inde auricalem efficitur, cum capillis autem mixtum efficitur aurum, & nunquam colorem illi amittit, quem recipit, quia cum tuchia mixtum est. Ceterum oia supradicta mittantur in vitro, quia vitrum non est de colore terre, neque de sapore, neque de pondere. Sic & de re dulci efficitur amara, de alba nigra, & sic de ceteris proprietatibus corporum. Denique non putet, quod ego traham metalla de suo genere ad aliud genus, quod ibi non sit. Ibi. n. est per vim, quia vere si tibi non esset, in natura illam mutari nõ posses. Adhuc autem est vna ratio prædictarum rationum fortitudo. Cur. n. plus valent saphyri quidam, & alij lapides quã alij, & vitrum similiter, nisi quia efficiuntur in loco valde calido. Locus n. orientis, vbi pretiosi lapides inueniuntur, est proximus soli. Sic & vitrum quanto plus tangitur a calore solis, tanto magis valet. Itaque & lapis mineralis, qui magis sustinet ignes alioque labores, & tarde frangitur, ille plus valet sicut aurum plusquam argentum, & argentum quam cuprum, & cuprum quam stagnum, & stagnum quam ferrum, & ferrum, quã plumbum. Tomus Secundus. 4 De



Vicenna in lib. Alchimiz, qui dicitur de anima. Huius artis magistri fuerunt Adam, Noe, ydud, Squilia, Cora, Moyfes, Caro, Virgilius, Aristoteles, Alexander, Geber, Iahie, Razi, Maucians, Abimazer, Iohannes euangelista, Garfias, & Gilbertus cardinales, Gulielmus archiepiscopus, Huc apostolicus, Egidius magister hospitalis, qui extraxit librum de 127. lapidibus. Androicus etiam episcopus & apostolicus, Dominicus, & Iacob, & Arantius Iudex, qui me in arte ista non pauca docuerunt. Petrus quoque, & Durandus monachi. Dixit autem Iahie hanc esse necessaria in magisterio Alchimiz. Sulphur, auripigmentum, argentum viuum, sal arizonia cum, sal gemmam, sal communem, sal alcali, vitrum, vitreoli, alumen, acetum, vrinam, capillos, oua, sanguinem, sperma, sterus equi, & illa sex, quae cum malleo elongantur. Ex doctrina Alchimiz. Ad cuius autem artis opera exercenda scire oportet facere diuersa genera vasorum, furnellorum, ignium, ac in tutorum, huiusmodi. Nam ubi gratia solutionis corporum vel spirituum, solutionis instrumenta multa sunt, quorum vnum dicitur venter equi, de quo supradictum est, & sic in duobus, vasis, in quorum vno est aqua, in alio sinus equi, ubi est siala est medicina, statque in furnello, & desuper eboritur leuis ignis vt aqua tantum euaporet, & non bulliat, ibique est canalis, per quem additur aqua quae misuitur. Solutio quoque corporum multa sunt, vt aqua limonum, vel pomorum cereorum distillata per alembich simile, aqua quoque ammoniaci. Sed & alumen spatium in aqua per bullitionem dissolutum, & per alembich distillatum soluit. Et dicitur quod eius virtus superius rapitur.

De igne multiplici. Cap. CVIII.

Et autem ignis multiplex, & eius qualitas diuersa per quosdam gradus distincta. Quidam enim est ignis calidus in primo gradu, & humidus in secundo. Siquis venis equi, de quo in precedenti adiectum est, cuius proprietates est quod non destruit oleum, sed augmetat propter suam humiditatem. Nam alii destruant propter siccitatem. Huic ergo assimilatur, non alius in mundo, nisi naturalis ignis corporis hominis sani. Ignis quidem solis calidus est in eodem gradu, sed sicus est. Hic autem est qui domat rem & de animata re fit, ac nutritur, sicut puer cui datur in principio lac. Nam puer ex calido & humido augmentatur, sic & equi ignis augmentat oleum sua humiditate, sicut autem lapide non lapidem, non suo calore. Est praeter hos duos & alius qui est calidus & sicus in secundo gradu, vt ignis furni post panis extractionem, hic fundit leniter & non comburit, quia non est in eo flamma nec fortitudo caloris, calor enim paulatim declinando recedit, sed si stare spiritum figeret in corpore, vel extra corpus. Ignis autem equi nec fundit, nec comburit, sed domat, & humidum augmetat. Est etiam quartus furni fixationis, hic fundit, & sicut, non autem comburit, quia flammalis est, nec differt a precedenti, nisi quia in hoc est calor continuus, in illo non. Quintus dicitur flammalis, & est calidus, & sicus in 3. gradu, hic calcinat tantum, & non fundit, sed ad comparationem auri, & argenti, & aliorum corporum in eodem gradu, vel ultra. Est & hic ignis in furno calcinationis. Sextus est calidus & sicus in quarto gradu, & hic fundit, & sicut fortiter mollificando corpora suauiter, nec dissipat ea vel dispergit, hic est ignis furni fusionis. In eodem gradu est ignis solium, qui corpora dissipat, & dispergit, ac fundit, & hic est septimus. Octauus est qui fundit, & calcinat, & est ignis flammalis, quia in eo sola flamma operatur, & non dissipat, sicut est ignis vitrearii. Et hic differt ab igne furni fusionis, quia in illo operatur substantia ignis, scilicet carbones, & flamma, sed in isto solo flamma lignorum, hic etiam est in eodem gradu cum precedentibus. In eodem quoque gradu est 9. qui est omnibus magister, vt ignis officinationis, id est examinationis, hic fundit, & comburit, dissipat, & dispergit, malum, soluit, & retificat bonum, & est quasi iudex discernens iustum ab iniusto.

De Corporibus mineralibus. Cap. CIX.

Corpora mineralia in quatuor species diuiduntur, scilicet in lapides, liqua facta, sulphurea, & sales. Horum quaedam sunt rari substantiae, & debilis compositionis. quaedam vero substantiae fortis, & quaedam ductilia, quaedam

non. Eorum quae sunt debilis substantiae, quaedam sunt sales, vt quae liquefiunt ex humido leniter, vt alumen, calcium, sal ammoniacum. Quaedam vntuosa, nec facile solo humore liquefiunt, vt sulphur, auripigmentum, sed argentum viuum est de parte secunda, quamuis sit elementum ductibile, & aliquibus ductilibus simile. Sunt autem omnia liquabilia ductilia vt multum. & non ductibilia, nec mollescent, nisi cum magna violentia. Est autem materia ductibilium substantia aquea, admixta cum substantia terrea, forti mixtura. ita quod non potest vnum ab altero separari, & congelatur substantia illius cum vigore post actionem caloris, in ipsum quae est optesit. i. digestionem, quae est a caliditate sicaret. Erat ex emplum de vino, quod nondum gelauit propter suam vntuositatem, & ideo ductile est. Lapidea vero de substantiis mineralibus materialiter sunt aquae, sed non gelatur aqua sola, sed & cum siccitate, quae alterat aequitatem ad terreatem, nec est in eis humor nimis vntuosus, & ideo non dicuntur. Et quia coagulatio eorum est ex siccitate, non soluntur vt multum, nisi per ingenia naturalia. Alumen autem, & sal ammoniacum sunt de genere salis, nisi quia ignis in sale ammoniacum maior est, quam terra: vnde & totum sublimatur, & ipsum est aqua cui miscetur ferrum calidus nimium subtilis, multae igneicatis, & est coagulatus ex siccitate. A quositas vero sulphureorum mixta est cum terra forti commixtione, cum fermentatione caloris, donec facta sunt vntuosa, & postea coagulata sunt ex frigore. Atramenta vero composita sunt ex sale, & sulphure, & lapidibus, & est in eis vis aliquorum corporum liquabilium, quoniam eis sunt vt calcareum, & alachar, generantur ex maioribus granis atramenti, & non soluitur nisi falcido eius, cum eo quod est in illo sulphureum, & postea coagulatur residuum. Illud iam accepit vinum mineralem, in aliquibus corporibus. Quod ergo accepit vinum ferream erit robeum, aut croceum, quod autem vinum aeream erit viride. Vnde possibile est ita duo artificialiter fieri scilicet ferrum & as.

De Metallis, & eorum creatione. Cap. CX.

Vicenna in lib. de anima. Dicunt philosophi quod sex sunt res, quae cum malleo elongari possunt ad fornacem, scilicet aurum, luna, argentum, stagnum, as, ferrum, plumbum. Et creantur naturaliter subus terram. Aurum enim sit in ventre terrae, cum calore magno solis, de auro viuo pulchro, cum sulphure rubicundo, claro, abique lapidibus, coctio in centum annis, & amplius. Argentum efficitur de auro viuo, scilicet claro, & de sulphure claro, coctis per octu annos. Cuprum autem de auro viuo crocco, & sulphure rubeo crocco, coctis per centum annos. Sed aurum quidem nimis coctum est & induratum, ideo nec ignis, nec aer, nec terra, nec aqua delet illud. Argentum autem crudum est, & non coctum, ideo terra cito delet illud. Cuprum vero coctum est, ideo non delet illud cum terra, nisi per annos multos, sed ignis cito consumit ipsum. Plumbum autem, dicunt philosophi, fieri subus terram, de auro viuo, crocco, ac spisso, & de sulphure pessimo ac mixto crude parum cocto, & plumbum quidem tantum de pessima natura est, quod cum odore suo frangit aurum, stringit aurum viuum, quia qui soluant aurum, si det ei odorem de plumbo ventus in calcem. Stagnum vero fit de auro viuo spisso, & de sulphure rubeo spisso nimis cocto.

De Auro. Cap. CXI.

EX libro de aluminibus, & salibus. Aurum est calidum & humidum, omnibus corporibus nobilissimum, rex eorum ac dominus, nec terra, nec aqua, nec aere, nec igne corrumpitur, nec in igne minuitur, sed reficit cum ignis & humiditate, non comburunt ipsum sulphura, quae comburunt alia corpora: quia natura eius complexio recta est, & equalis, clara, in qua complectuntur naturae quatuor, & aqua: ita quod in eo non est additio nec diminutio. Quapropter et tolerunt ipsi sapientes, & posuerunt ex eo comparationem elixir magis, quia substantia est stans & permanens, fixaque in perpetuum. Est autem ex sectione solis, & est in corporibus sicut sol in stellis, quia sol est rex stellarum, ac lumen earum, & per eum completur res terreae, ex plantis, fructibus, ac mineris: & per ipsum crescit & additur essentia eorum. Similiter & aurum in corporibus retinet omnino corpus, & cum eo retinetur & est fermentum duorum elixir rubei, & albi, quia non nisi per ipsum reficitur & completur.

EX li. de aluminibus, & salibus. Ferrum est ex diuisione martis, natura eius est calida & sicca, & est acetosum in sapore, vehementis virtutis, expectans ignem & impugnant ipsum, & liquefit cum quatuor rebus. Cum arsenico, & plumbo, & magnesia, & marcasita. Auicenna vbi supra. Ferrum pluribus modis efficitur. Primum est ferrum de aedulo quod est forte, & de illo faciunt martellos, & fossoria, ceteraque opera, sed non est bonum ad sciendum, nec intat in magisterium alchimiae. Aliud est ferrum de alidena, quod est crostum nec bonum ad operandum. Tertium est aceru, quod potest acere ferrum de aedulo. Quartum est ferrum de luidia, quod sciunt magis quam alia, quia calor plus est in eo, quam in alijs. Sed opus est vt prius calefiat ad ignem, vel ad solem, & aerium quidem esset eiuudem naturae, nisi quia in acerio est multum de sulphure. Nullum autem de ferris intat in opus alchimiae, sed feruit magisterio, praeparari tamen potest vt ingrediretur, & corpus ferret, sed non nisi grauitur soluitur, & cum magno magisterio. Est enim natura calida, & sicca, & siccitas eius maior est omnibus illis, quae se elongat. Ideoque de facili fundi non potest. Est autem factum de auro viuo crocco, & sulphure rubeo, lapidoso crocco.

De Stagno. Cap. CXV.

EX li. de aluminibus, & salibus. Stagnum est ex sectione Iouis, natura eius est calida & humida, sed minorata est eius caliditas, quia complexio eius corrupta est per dominium super ipsum, in minera ipsius, & in ipso sunt mollicies, stridor, & velocitas, liquefactiones, & acetositas. Qui ergo remouet ab eo has infirmitates quatuor, reducit ipsum in argentum. Est etiam grauis tinctura, & albificat as proprie, quia singulari cum eo est. Recipit autem tincturam rubeam, & fit ex eo aqua acuta, cum qua retinetur argentum viuum, & est inimicum argento, & aeri, conueniens cum auro & ferro. Auicenna vbi supra. Stagnum quadruplex est, & omnia intant in alchimiae magisterio, horum autem melius est album, & croceum, quod sonat percussum, & hoc vocatur alchle. Secundum ergo est hynoc quod apparet nigrum, & non sonat. Tertium est chalicon, quod graue soluitur. Quartum est cherab, & est sicut alchle.

De Plumbo. Cap. CXVI.

EX libro de aluminibus, & salibus. Plumbum est ex sectione Saturni, in ipso sunt aurum, & argentum per potentiam, non per visum, & est grauis corporis, velocis liquefactionis, tardi motus, sciens tincturam. Ex ipso erit argentum, ex eo sunt litargirum, & cerusa, & elixir maius rubedini, & albedini, & etiam aquae, cum quibus retinetur argentum viuum, reficitur cum aere praeparato, & vnitur cum argento, sed separatur ab eo per examinationem. Ventus eius frangit aurum, & coagulat argentum viuum. Conueniunt inde philosophi, quod omnium corporum plumbum auro propinquius est, quia eius occultum est calidum & humidum. Occultum vero auri, frigidum, & sicum. Itaque manifestum huius corporis plumbum est, quia frigidum & sicum, occultum vero eius aurum, quia calidum & humidum. Air etiam Armenides. Non existimetis plumbum esse ex stagno, vel ex alio corporum, neque enim est nisi aurum, super quod intravit nocuum in minera sua, sicut ingreditur super infante in ventre matris, vnde & auro simile est in dispositionibus suis. Na sicut aurum est permanens, ac ponderosum, expectans sub terra, & aqua, & aere, nec permutatur, similiter & plumbum. Est autem in ipso nigredo, & albedo, & rubedo. Auicenna vbi supra. Plumbum modo quadruplex est, scilicet mixtum cum stagno, naturale plumbum de euchaia, plumbum grossulari, huius natura frigida est, & parum sicca, sed est ibi humiditas multa, est autem de auro viuo, crocco, & sulphure crocco, spisso non claro, & est ibi plus de auro viuo, quam de sulphure, nec est multum coctum, sed molle remanet, & ideo soluitur statim. Et quia multum est ibi argenti viui, magis est de natura auri, nisi quia aurum est de pulchro auro viuo, cum sulphure claro, plumbum autem e contra, & aurum quidem coctum est, hoc autem crudum. Siquis autem sciat praeparare, leuiter se mutatur in naturam auri, Est autem plumbum illud melius quod est bene ponderatum, & quando sciuntur est album, & quando percutitur non sonat, quando funditur raturae se infrigidat.

De

plentur, sicut nec pasta nisi per fermentum. Auicenna vbi supra. Aurum multiplex est, scilicet naturale, magisterium, xirchi, facti, obrizum, colom, & alijs modis. Et illud quidem quod est elixir, valet magis quam aurum acre, quod non potest operari. Aurum autem de elixir est tribus modis. Sde peria capillorum, & sanguinis, & ouorum. Non enim potest esse aurum de alio lapide. Quidam autem faciunt falsum aurum, sicut & argentum. Stringunt enim. induratur stagnum, ac dealbant, & dicunt esse argentum. Sic etiam auripigmentum sublimat, & habent stercus mittunt, ibique miscent sal ammoniacum, & incorporat cum capro descensu per botum botati alias barbatu, & cum mercurio rubeo, & dicunt quod est aurum, verum cuius modi sit aurum, septem modis per magisterium tentatur atque cognoscitur. Sin solutione, in lapide, & in pondere, in gustu, in igne, in sublimatione, in sulfone. Porro naturalis auri natura calida est, & sicca, & quantum habet ferrum de natura siccitatis, & dicitur, tantum habet aurum naturam bonam ac mollem. Fit autem in ventre terrae de auro viuo bono nimis, & de sulphure non multum rubeo cocto.

De Argento. Cap. CXII.

EX libro de aluminibus, & salibus. Argentum est corpus mundum, & decorum circa aurum, & est ex sectione lunae, cuius non est complementum in lunae suo, & virtute sua: sed solis, sic est locus argenti apud aurum. Huius natura frigida est & humida, corruptum in terra & igne, & saporem eius ad acetositatem declinat. Sulphura quidem, & plumbum, & stagnum inimica sunt ei, ab ipsis enim laeditur, & ab igne minuitur. Est autem omnium corporum propinquius ad aurum, quoniam occultum auri manifestum est argenti, & e conuerso. Auicenna vbi supra. Argentum triplex est, scilicet naturale, & petrale, i. quod fit de lapide per magisterium alchimiae, & illud quod per vim medicinae, s. de solo mercurio, & ere per botum barbatum, alias boratum. Sed est melius de nostro lapide. Est autem argenti natura frigida & humida, sicut de argento viuo multo, & pauco sulphure & naturale quidem frigidius est, quam petrale, petrale vero quam illud quod fit cum medicina. Ex doctrina Alchimiae. Aurum, & argentum examinatur tribus modis, quorum tamen duae dicuntur examinationes improprie, sed vna dici potest separatio, alius tentatio. Separatio fit in paleola sola, quando sibi ponitur adamas, vt separet ab auro ferrum tantum, quia non habet proprietatem separandi aliud metallum. Tentatio vero fit tam in paleola, quam in alio auro & argento, quando sibi fricatur lapis quidam ad modum cotis factus, vt per colorem ibidem remanentem, sciatur quantum cum auro mixtum sit de argento, vel aere, aut cum argento de aere. In vera autem examinatione auri tria sunt necessaria, scilicet puluis antiqui lateris, & sal, & ignis. In examinatione argenti tria similiter. Siquis, & cinis, & plumbum.

De Aere. Cap. CXIII.

EX libro de aluminibus, & salibus. Aere quid est de diuisione Veneris. Natura eius est calida & sicca, sed minus sicca quam ferrum. Est autem in virtute sua argenti, & in sua liquefactione, & dicitur: sed rebeum est. Qui ergo eradicat eius rubedinem, facit ipsum redire in argentum. Est, in manifesto suo aere, & in occulto argentum. Commiscetur autem cum auro, & argenteo, & recipit tincturam, quae soluitur cum aqua atramenti, vel aluminis. Aqua grise liquefacit omnia corpora, & oem re ex lapidibus. Regimen autem eius est sicut regimen ferri equa liter. Auicenna vbi supra. Cuprum triplex est. Chermisium, naturale, & cuprum nauarre. Natura eius calida est, & sicca non multum, sed est in eo humiditas, ideo soluitur. Efficitur autem vtdixi de auro viuo crocco, & de sulphure rubeo cocto in ventre terrae per centum annos, sed non adeo cocto sicut aurum, nec est combustum sicut ferrum. Ideoque leue est ad mutandum, & est propinquius argento, quam auro: quia plus habet de sulphure, quam de auro viuo. Est autem cuprum melius rubrum & album, quod quando percutitur sonat. Herminum autem cuprum nigrum est, & non est in eo alchimice operandum, quia multitudo sulphuris, quae ibi est, confundit ipsum, nec potest lauari, nec dealbari. Lauatur enim cuprum, vt eius immunditia auferatur. Calcinat autem, vt eius materia attenuetur. Lauatur iterum cum fortissimis aquis, vt humiditatem recuperet, quam in calce perdidit. Sublimatur autem vt magis attenuetur. Cum auro viuo miscetur, vt materia sua praeparatur.

Spiritus autem sunt sulphur, auripigmentum, sal harmoniacum, mercurius. Spiritus inquam sunt, quia per eos imprimuntur corpora...

De Sale, arsenico, & sulphure. Cap. CXVIII.

Ex libro de aluminibus, & salibus. Sal est aqua quam coagulavit siccitas ignis. Huius natura calida, & sicca est. Proprietas autem eius est, quod liquefacit aurum...

De Argento vivo. Cap. CXIX.

Vicenna ubi supra. Argentum vivum subter terram nascitur, propter humiditatem magnam in illo loco...

siccatur, & ascendit sicut ignis, & simul ignem ei dederint, & sit in loco clauso, recedit inde humiditas, & venit se in colorem ignis accidentalem...

Qualiter Elementum sit omnium liquidum. Cap. CXX.

Ex additis. 4. li. meteororum Aristotelis. Argentum vivum est liquefactum, & rare substantia, ac debilis compositionis. Est enim, ut aqua que miscetur cum terra...

De Vitro. Cap. CXXI.

Ex libro de aluminibus, & salibus. Vitrum est ex sectione Mercurij, & vincens super naturam eius est frigiditas, & sic liquefacit ferrum...

fit ex cineribus quarundam plantarum, qui primo quidem clauellatur, deindeque ponitur in igne forti donec fundatur...

De Aramento & Alumine. Cap. CXXII.

Aramentum est aqua, & tinctura qua terra siccitas coagulavit, & est in sui natura calida & sicca. Huius multa sunt genera, quorum melius est in Hispania...

De Naturali generatione lapidum mineralium. Cap. CXXIII.

Vicenna ubi supra. Lapis quidem naturalis, est res, quae efficitur in ventre terrae sine opere per semetipsam. Itaque nascitur, & non crescit, neque minuitur...

nec possunt liqueferi, sed per ignem evaporant in fumum attritentem viriditati, donec residuum sic ei quis. Cecidit etiam apud Gurgem alias Nerigens frustum ferri...

De Lapide elixir, per quem ars imitatur naturam. Cap. CXXIII.

Alchimista. In corporibus itaque mineralibus (ut supra dictum est) adinstar operationis naturae conati sunt alchimistae facere breui tempore, quod natura facit in annis mille...

De Duplici natura Elixir. Cap. CXXV.

Alchimista. Fit autem Elixir duobus modis. Vno modo ex spiritibus mineralibus, & corporibus mundis preparatis. Alio modo ex quibusdam rebus provenientibus ex animalis...



partibus corporibus. Ideoque materia preparatur ac subtilia...

De Complemento elixir albi & citrini, sive rubei. Cap. CXXVI.

Vicenna in epistola ad Hasen. Elixir itaque tinctura sua tingit, & oleo suo submergitur, & calce sua figitur...

De Calcinatione corporum mineralium. Cap. CXXVII.

Ex libro Razi, de aluminibus, & salibus. Prædictorum autem corporum regimen quadruplex est, scilicet calcinatio...

dum, quia sicca sicut humidum, & ab eo penetratur. Ignis autem vehemens, hic proprie dicitur, qui ad modum vehiculi...

De Quadruplici corporum preparatione, & spirituum. Cap. CXXVIII.

Vicenna. Dicit autem princeps Abohali. f. Auicenna, quod oportet corpora primo aduri, donec in puluerem...

Qualiter

Qualiter corpora dura liquefacta recipiunt tincturam. Cap. CXXIX.

EX epistola Auicennæ ad Hazen. Permixtio quidem tincturarum cum corporibus duris lapideis fieri non potest...

Quod Olei liquabilis sit causa permixtionis. Cap. CXXX.

Substantia aut permixtibilis, est omnia, quod habet oleum in se, ut est aurum, & argentum, &c. & spiritus sublimatus...

Qualis fiat per elixir metallorum transmutatio, secundum quosdam. Cap. CXXXI.

Actor Elixir itaq; supra corpus minerale liquefactum proicitur, suaque tinctura tingit, & oleo suo submergitur, &

calce sua figitur, sicque transmutat ipsum, secundum proprietatem quam habet, sicut iam superius dictum est. Ex additis...

De operationibus Alchimia in cæteris corporibus. Cap. CXXXII.

Item quo ad nobilium corporum transmutationem, videtur hæc ars aliquid habere vanitatis, & mendacii, sed in ea tamen...

De

Sunt & alia multa artificum operationes, propter rerum transmutationes, ad alchimiam pertinentes, verbi gratia. Opus vermilionis per solum ignem fit, de sola ceruſa, quae cum sit albiſſima, ponitur in igne vehementi, & fit rubea, eo quod eius occultum est rubrum, licet manifestum sit album. Nam in li. 70. dicitur, quod omnis res habet contrarium in occulto eius, quod apparet in manifesto, & e conuerso. Ignis itaque quod manifestum est ponit in occulto, & quod occultum in manifesto. Cinabrij vero transmutatio, accidit ex proprietate compositionis, scilicet ex argento, & sulphure albo, vel citrino quae rubedinem quidem, quae in eis non est, in coniunctione acquirunt, ex violentia sulphuris illata argento vino, mediane ignis, & ingenio artificis. Nam sicut ex compositione diuersarum rerum procedit in composito virtus, quae in simplicibus non est, ut in tyriaca, sic & color, ut in cinabrio. Res autem transmutatur in auricalcum, quod fit mediante tuchia, quia fumus eius albiſcat, & habet naturam spiritus statim cum fumus eius proicitur super aes sulum, vel miltetur cum laminis aëris. In ipsa aëris fusione tuchia calcſcit, & fugam quaerit tanquam spiritus, unde oportet quod eius fuga sit per ipsum corpus sulum, sicq; citrinat ipsum, quia fumus eius est temperate albus, & album huiusmodi mixtum cum rubeo reprimat rubedinem, sicq; citrinatio, & ita fit auricalcum. Itaq; arsenicum, & tuchia proprietatem habent imprimendi se in aere, sed non est par virtusq; affectus. Nam arsenici (quod citrinum) fumus est albiſſimus, & albiſcat plusquam in eo fit de tinctura, excedens omnem albedinem in albiſcando. Ideoque totam aëris rubedinem ad se trahit, & ipsum in album conuertit, ut dicit, Constantinus in libro graduum, ubi agit de arsenico. i. auripigmento. Fumus autem tuchiae non tantum habet de albedine, sed multo minus, & ideo non aufert aëris rubedinem, sed reprimat ut dictum est.

LIBER XII

De Arte Medicina. Cap. I.



SIMPORVS. 4. lib. etymologiae. Igitur medicina est, quae corporis vel tuetur, vel restituit salutem, cuius materia versatur in morbis & vulneribus. Ad hanc itaque pertinent non ea tantum quae ars eorum exhibet, qui proprie medici nominantur, sed etiam cibus, & potus regimen & regimen. Defensio denique omnis atque munio qua nostrum corpus aduersus externos ictus, casusque defenditur. Huic a modo nomen impostum est iustitiam, i. a temperamento, ut non minus sed paulatim adhibeatur. Omnis enim immoderatio non saltem, sed periculum affert, medicorum vero natura gaudet. Huius artis inventor apud Graecos, ut fertur, Apollo fuit, quem filius eius Esculapius laudat, vel ope ampliat. Richardus in lib. exceptionum. Medicina continet occasiones, & operationes. Occasiones sunt sex. scilicet circundans nos, cibus & potus, somnus, & vigilia, motus, & quies, inanitio, & repletio, & accidentia animae. Operationes sunt intus, & foris. Intus ut ea quae intro per nares, per os, per anum mittuntur ad excitandas sternutationes, vomitiones, purgationes. Foris ut emplastra incisio, vntio. Constant. in Practic. 1. parte. Practica medicinae diuiditur in duo, scilicet in custodiam sanitatis, & curationem aegritudinis. Custodia sanitatis in tria. scilicet in custodiam sanitatis corporum, in sanitate instabilem, & in custodia ad sanitatem iam transiuntium, & in custodiam fragillium, ut infantium, senum, & aegritudinem excurantium. Curatio aegritudinis dupliciter fit, aut cum potione & dieta, aut cum chirurgia. Chirurgia iterum dupliciter scilicet aut in carne incidenda, fundenda, suenda, vel cauterizanda, aut in ossium fractura, & hoc ad locum proprium si existint reducendo.

De Institutione Medici. Cap. II.

Qui medicinae vult habitum obtinere, circa sanitatem infirmi recuperandam laboret, nec propter pecuniam spem hoc faciat, nec personas accipiat, potionem nocivam nec ipse doceat, nec docentibus acquiescat, neque qualiter abortiuus fiat, infirmitatis sibi credite solus conficiat. Ali-

quando enim infirmus medico patefacit, quod etiam parentibus confiteri erubescit. Luxuriam autem, & delectationes seculi fugiat, ebrietatem caueat. Haec enim mentem disturbant, & corporis vitia confortant, nec quilibet visitare dignetur infirmos, ut semper in experimentis sit valentior. Ad fiduciam amet studij, siquae pius, & humilis, mansuetus, amabilis, diuinitus expectans adiunari. Innocent. 3. in concilio generali. Et habetur extra. v. de pgn. & remis. Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente domino languide quem sanauerat. Vade & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat &c. Praecipimus medicis corporum, ut cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, & inducant, ut medicos aduocent animarum, ut doctquam fuerit infirmo de spiritali salute prouisum, ad corporis medicinam remedium salubrius procedat, cum causa cessante cesset effectus. Hoc quidem inter alia huic causam dedit edicto, quod quidam cum eis a medicis suadet, ut de animarum salute disponant, in desperatione uis articulum incidunt, unde facilius mortis periculum incurunt. Si quis autem medicorum huius nostrae constitutionis, postquam per prelatos locorum fuerit publicata, transgressor extiterit, ab ingressu ecclesiae arceatur, donec pro transgressione huiusmodi satisfecerit competenter. Ceterum cum anima sit multum pretiosior corpore, sub interminatione aethematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute alicuius aegroti suadeat, quod in periculum animae conuertatur.

De Dilatione mortis, & custodia sanitatis per opera medici. Cap. III.

Alii in practica sermone. 1. Animalium quidem & hominum corpora iugiter alterantur, nec in vna permanent qualitate, quia natura eorum ad corruptionem tendit. Et hoc ipsa corruptio accidit eis, aut ex necessitate, aut praeter necessitatem. Necessaria corruptio, aut ab intus accidit, aut ab extra. Ab intus quidem, aut causa naturalis siccitatis, quae communis est animalibus & plantis, per hanc. n. & plantae ostendunt ad marcescendum, & ariditatem, & animalia ad finem ac mortem: aut dissolutione substantiae quotidiana ex naturalis caloris causa, donec ad corruptionem, & finem vergeat eam: aut superfluitatibus quae ex cibus, & potibus fiunt. Ab extra vero accidit aëris causa nos circundantis. Corruptio vero non necessaria fit a rebus corruptentibus, quae obuiant extra, sicut ea quae calefaciunt, aut infrigidant, aut desiccant, aut humificat, sicut & collisio lapidis, incisio eius, pungi, motus derique a venenatis. Cum itaque corpora mutationi sint indiffusa, necessario indigent regimine mutationi illi congruo, quod eorum corruptionem prohibeat, ea; in qualitate suae sanitatis usque ad horam finis, & naturalis defensionis conferuat. Hunc. n. defectum arcere est impossibile, quoniam ab ipsa corporum natura mouetur ipsius causa. Itaque si fiat ab ipsa natura corruptio, arceri non valet. At si medicina circa ea vitatur regimine quo oportet, cauendo. scilicet causas nocentes, & corruptentes non necessarias, sicut abinde causa necessaria bene composita, nec accelerabit ad ea corruptio, usque ad finem naturalem. Hoc autem regimen est custodia sanitatis in sanis & eius restitutio in aegrotis. Vnde dicit. G. quod adeptio sanitatis est propositum medicinae, & finis eius est ei cauere. Est autem sanitas temperantia corporum, quae quidem autem in ultimo est, ita ut omnes actiones naturales perfectae sint, in id ad quod possibile est, nec dico temperantiam in ultimo, quae omnino veraciterque sit in extremitate, cum eam non sit inuenire. Sed quae propria est hominis, aut est deficiens ad ea quae in ultimo est, ita tamen ut hic defectus actionibus non nocent, nec officia imparet. Itaque corpora temperata in ultimo, sunt quidem vno modo. Deficientia vero ab ista temperantia multa sunt, & varia, secundum maius & minus ab illa excurantia. Quare & via, quae ad sanitatis custodiam ducit, varia existit.

De Regimine sanitatis. Cap. IIII.

Custodia sanitatis in tria diuiditur, scilicet custodiam sanitatis in sanis, id est custodiam sanitatis corporum debiliorem quae sustentamento indigent, & custodiam sanitatis eorum, quae iam ad aegritudines prona sunt, hisque cauendum est ne in eas incidant. Custodia corporum sanorum bifariam subdiuiditur. Est enim communis, vel propria. Communis regimen est id, quod est corporum secundum communes causas quibus participant sanitas & infirmitas. Propria vero bipartita est,

ta est, vna est corporum, quae sunt temperatae complexionis, & aequalis perfectae; compositionis. Altera vero corporum extra temperantiam positum, in complexionem, vel compositionem, sic tamen quod nocumentum actionum eorum non sentiant. A regimine communi incipiendum nobis est. Communes itaque causae sanitati, & aegritudini participatae, sunt res non naturales corporis mutatae, quorum vsum sanitati congruum esse oportet. Haec vero sunt aer circundans nos, exercitium, frictio, balneum, cibus, & potus, somnus, & vigilia, mudatio corporis, accidentia animae, speculatio quoque consuetudini in his causis. I. vbi supra. Sanitas est integritas corporis, & temperantia naturae ex calido & humido, quod est sanguis: vnde & sanitas dicta est, quasi sanguinis status. Ex quatuor humoribus regantur sani, & ex ipsis laeduntur infirmi, dum. n. amplius extra cursum naturae creuerint aegritudines faciunt. Razi in Almanfore. 4. parte. Sanitatem conseruare est in motu, & quiete, in cibo, & potu, nec non & in superfluitatibus expulsiouibus, inueniuntur obſeruari: Domo, & loca caetera in quibus manere debemus temperare, malis etiam accidentibus an tequam augmentum capiant obuiare, animales quoque cogitationes refrenare, & obſeruationes seruare. A. Hor. De his fere omnibus iam dictum est superius, & etiam in sequenti li. pleuius dicitur, cum de theoria medicinae tractabitur. Horum enim consideratio pertinet ad theoreticam. Regimen autem ad practicum, sed de vtriusque similiter in praefato sequenti libro tractatum aggregare volumus.

De Regimine corporis in Vere. Cap. V.

Alii vbi supra. Oportet autem sanitatis regimen secundum anni tempora considerare. In genere igitur, temperatorum quidem corporum regimen oportet esse per vicium temperatum, caeteraque regimina temperata. In temperatorum autem ex contrariis in cibus ac potibus, & huiusmodi caeteris. Corporibus frigidis opportunum est hoc tempus. Calidis autem vntendum est refrigerantibus, ac refrigerantibus, & requie, ac paucitate laboris. Et si quis febricitans, vel farmacia purgari vult, ad cas. fa. hoc tempore faciat, dum est teporatum, & virtusq; corporis fortior ad perseverandum, oportet. n. fieri purgationem humorum qui huius frigore congregati sunt, & ipsi, antequam aetatis calore liqueſcant, & ad aliquod membrorum principium defluant ut dicit. G. indeq; generatur aegritudo. Idem quoque dicit, quod vere sanguis multiplicatur, & tanquam ebullitionem patitur, & non facile sic venis illum continere, sed ad alia membra repellitur, suntque passiones plurimae. Humores quoque caeteri hyeme spissati simile quid patiuntur, hoc aut tempus oportuni est omnibus etatibus, maximeque grandioribus, & his quorum complexio frigida est, & sicca. Regimen quoque corporum esse huiusmodi oportet, quandoquidem aer temperatus est. Razi in Almanfore. 4. parte. In vere quidem oportet, ut sanguinis minutione ventriculi solutione praeveniendo succurratur, antequam calor irriteretur. In ipso quoque minus bibendum est vinum, & caro comedenda, omnia quoque dulcia minus luenda. Et hoc quae maxime obſeruari debent, quibus aegritudines, ex repletionibus accidere solent. Subtilibus autem, & infrigidantibus in eo sicut in aestate nutriaatur.

De Regimine corporis in aestate. Cap. VI.

In aestate vero motus laborque minuitur, & a sole cauendum, & nutrimenta calida, croſſa, relinquuntur. Res aut acetosae comedantur, nec veteri semel cibo repleatur, sed plaribus vicibus diuisum cibus sumatur. Aqua vero frigida bibenda est, & in ablutione vntenda. Vinum quoque ita limphetur, ut quasi aqua sentiantur. A dulcibus autem, & vntuosus, & acutus, & salis est abstinendum. Acetosus autem (ut dictum est) & insipidis, ad conseruandam temperiem est vntendum, & mane de syropo acetoso, & rob de fructibus acetosis est bibendum. Hali. vbi supra. In aestate quae aer calidus est & siccus, oportet temperatorum corporum in clinari regimine, a temperatis ad frigida & humida. Aeris quoque refrigerationem moliri. In locis habitare proximis aquarum suauium decursui, vestibus lineis, ac leuibus indui. Et quae hoc tempore calor naturalis ad exteriora corporis educitur, intusque minuitur, oportet victum esse medioctem, subtilem, citoque digestibilem. Sic. n. ait Hippocras. Difficilius ferunt corpora vntum in aestate, facilius autem in hyeme. Quapropter aequum est paucum esse cibum, & subtilem, ac facile digestibilem, ut sunt lapidosi pisciculi, gallinarum pulli, caro edulina, cui acetum, vel vuarum succo parati. Cucumeres, & cyruli, cucurbita, portulaca, vna quoque non multum dulcis, & pruna, & pomo,

rum mala granata, & similia. Cauendum autem vitium calidum & pungens, & spernatur vinum, nisi quod est album & tenue, alioquin aqua multa frigida miscetur. Hoc tempus valde nocivum est calidis & siccis, itaque parum faciant, & coitum in hoc tempore quo maior dissolutio naturalis caloris a corporibus, caueatur. Somnus autem multiplicetur, & medicamina valde solubilia, & acuta caueantur. Quod si oportet accipere, aqua violae & fructuum & cassiae fistulae, & mirobolis, & syropo rosa. ac si milibus vntantur. vomitus autem vntus, hoc tempore est opportunus. Congruum est autem hoc tempus sigmaticis, & senibus.

De Regimine corporis in Autumno. Cap. VII.

Vntimus porro, quia frigidus & siccus est, in eo temperatorum corporum inclinare regimen ad calidum, & humidum oportet. Animae quoque accidentia vitari, quae omnia mala sunt praeter gradum & leuitiam: hoc. n. tempus colere nigrae causa est, & aer malus, morbusque pessimus, ex nimietate siccitatis, & varietatis aeris. Vnt dicit Hippocras. Morbi qui fiunt in autumno sunt acutiores, & plerumque interſicientes. Nam aer in eo variationis est maximae, vntoque eodem die variatur saepe. Praeter hoc etiam in multis corporum humores aetate aduruntur. Cuique venerit autumnus eius frigore stringuntur, & interiora corporis reducuntur, quare accidunt aegritudines pessimae, vnde necesse est huiusmodi regimini inherere, & caute ab eo quod varium est, vsque ad tempus pluuiarum, tunc. n. humectatur aere & desinat eius variatio. Oportet et hoc tempore potionum solubiliu aliquam affusacere, cauendo. scilicet futurae hyemis frigus a constrictione superfluitatum, earumque ne soluatur prohibitione. Hoc tempus congruum est pueris, & adolescentibus. Razi vbi supra. In autumno fructuum commestio, quantum possibile est, munienda est, cauendum que a sole meridie. In nocte autem, & in mane a frigore. Cauendum est et a potu aquae frigidae, & a labore similiter, & sollicitudine. Aqua quoque frigida non lauentur, ex qua corpus horripiletur, & eadem hora febris efficiatur. Aqua vero tepida se lauent, & obſeruent ne post cibi repletionem dormiant, caueant praeterea ne famem, vel sitim patiantur, aut vna hora vino, vel aqua repleantur. Vinum autem sic temperatum bibant, ut aiam delectari faciat. Stomacho tamen nec tensionem, neque grauedinem afferat. In ipso quoque sicut in aestate corpus secundum plura custodiri iugiter, ac regi debet, vsque ad pluuiarum aduentum, & postquam aduenerint a multo malo nocumento reddent se curu, Autumni vero intentio debet esse in humoru repletionem ac temperamento magis, quae in eorum euacuatione, ventris, atque minutione. Quod si in eo contingat aegritudo aliqua, cito subueniendum est medicina, quae huius temporis aegritudines pessimae sunt. Ad vntum vero tota intentio sit in corporis humectatione, magis. n. necessarium est in hoc tempore, quae in aestate, quia pro malitia suae complexionis non patitur errorem regiminis nec largis permittit nutrimentibus vnt, nec dietam despiciere.

De regimine corporis in Hyeme. Cap. VIII.

Hyems autem regiminis error est, & nutrimentu largitate toleratur, & corporu sanitatem conseruat, nec aegritudo incurritur in ea, nisi magis erroris causa. In hac cauere debet a multa ventris solutione, & si quando febres in ea commouentur, cito cum medicina subueniatur, & proprie cum euacuatione, quia febres haec plerumque accidunt ex repletionem. Sed ille qui hoc tempore bonorum nutrimentorum multitudinem cum vino in stomacho recipit: cum minutione sibi subuenire debet, qui vero nutrimentis croſſis & malis vntur, ventris solutione sibi succurratur. Porro qui frigidae complexionis est calidis nutriti potest, ut sunt caepae, & alia, piper, & similia. Quod si iuuenis calidaeque complexionis fuerit, conuenientius ab eis abſtinebit. Razi vbi supra. Hyeme, quia frigida est, & humida, temperatorum corporum oportet inclinari regimen, ut calidis & siccis, plaribus vestibus est vntendum, & ad ignem lignorum non mali odoris calefaciendum. Cuique multiplicatur pluuie sit habitaculum in eminentibus locis, ad quae pertinetur sol. Exercitio quoque & frictioibus, hoc tempore plusquam caeteris vntendum est. his maxime quorum corpora sunt humida. Dieta vero sit croſſior temperata, quia calor naturalis hoc tempore confortatur. Nam in tra corpus conuertitur, ideoque digestio melior efficitur. Vnde dicit Hippocras. Vntes hyeme, & vere calidiores natura sunt, & longissimi, & alias facilius corpora cibos ferunt hyeme, dehinc vero difficilius aestate, post quod in autumno. Oportet ergo dietam esse plurimam & croſſiore, ut est caro bouina, vel



vel captina, earneque salta, pulli columbarum, iam volantes & passeris, & similia. Cavetur autem caro generans flegma, si aut agni vero, lac, pisces, & similia. vinum autem fortioris caloris sit, ut frigore resistat. Sed quantitate non multum, quia corpus humectat. cum tempus humidum sit, & quia patu nutrit, cum corpus hoc tempore plurimo indiget nutrimento, utendum est autem subrucci coloris, & mero parumque temperato. Hoc tempus muenibus, & calidis, ac siccis est opportunu. Senibus autem ac frigidis, & humidis nocivum.

De Purgatione corporis ad custodiam sanitatis. Cap. IX.

Colliguntur autem in corpore crapula quædam, & superfluitas ex cibis, & potibus, qua non indiget natura. Et partem quidem huius expellere prævalet, partem vero non, & ob hoc in corpore remanet, eique nocet unde medicinarum auxilio purgantium indiget. Cibus, n. in stomachum veniens, cum in eo digestus fuerit, ipsamque intestina expleverit, succofitas eius ad epar tendit, eiusque purgamentum remanet, quo natura non indiget. Ipsum ergo per egestionem a corpore repellit, & educit. Succofitatem autem quæ ibat ad epar cum digesserit, & in sanguinem formaverit, ibi quoque superfluitatem separatur, & in vasa sua mittit. Et id quidem quo genitus non indiget, ut urinam a corpore depellit, quod si forte quamvis causa non possit, nocet & morbos adducit. Sicq; cum ad membra sanguinis iterit, quod quidem natura suæ cõnveniens est, ac simile, suscipit, & in suam naturam transformatur. Quod autem non confert subtiliat & soluit, quod si non valeat in illo membro remanet. & in locis vacuis, cumque putrefactum fuerit febres generat. Si autem in aliquod membrorum defluat, apostema secundum naturam suam facit. Oportet ergo medicum, cum in corpore superfluitatem aliquam esse cognoverit, illam inanire, & a corpore educere, quod a morbis & passionibus exinde fiduciam præstat. Const. in practica. Oportet superfluitatem corporis expelli frequenter cum inquisitis naturalibus purgationibus corporis, egestionem videlicet, & urinam, sudorem, emuntione, seratu. Humoribus ergo in corpore, vel in quibusdam membris coadunatis, sicut pectore, renibus, vesica, vel stomacho, subueniendum est cum propria purgatione. Nam egestionem minuta, vel ad exitum indurata, penitus investigandum est, an sit de cibi, vel potus paucitate, tunc necesse est ut cibis augmentetur. Quod si sicco accidat de cibo, danda sunt humida. Si vero propter stipitica, ponticaq; cibaria, danda sunt pinguium carniu iura. Si vero de inordinatione dietæ sit, convertendi sunt ad rectum ordinem & consuetudinem. Si autem propter malam stomachi sit, & intestinorum complexione, videndum est, ut si sit calida vel sicca, dentur frigida, & humida, sicut pifana, manna, pruna, mora, & similia. Si propter frigidam & siccam, demus calida & humida, si propter crosos & viscosos fuerit humores ius veteris gallinæ, cum semine croci hortensis, polipodio, & similibus accipiant conditū. Oportet & eos qui desiderium affellandi, vel mingendi habuerint, nec diu ea retinere, ne incendant illi dolorem, & inflationem, vertiginem, & stranguriam, ne vesica etiam vulneretur, sudor propter poros ex frigiditate clausos prouocetur, cum fricationibus, exercitiis, balneoque. Sputo constricto, detur gargariſinus cum aqua calida, & melle, masticæ, & thure, hæc. n. cerebrum de flegmate, & instrumentum auditus visusque mundificent & gulam. Si emunctio sit constricta, & in cerebro sit humida natura, sternutatio prouocetur. Nares super fumum aquæ bulientis in qua cocta sunt camomilla, & mellilotum, & similia, teneatur: hæc enim cerebrum mundificant, & crosos humores, futurosque morbos dissipant, ut apoplexiam, paralysim, & similia.

De Solutione ventris. Cap. X.

Razi vbi supra. Solutione quoque ventris vti, prout oportet summa est medicina, ad conseruationem quoque sanitatis valde proficua, per huiusmodi enim operationes nutrimentum, vel ex dietæ negligentia, vel ex corporis intemperantia generari solet. Vt igitur corpus semper mundum existat, medicina ventris solutiva quisque vtatur, quæ humorum sibi nocere solitum, vel qui ex corporis sui dispositione, aut erroris sui regiminis causa, plurimum in eo generari solet, confuevit expellere. Sibi vero cauere a medicina, quæ humorem prædicto contrarium solet educere. Ventris quidem solutione plus indiget, qui corpus magnum

& pingue habet, & qui gulosus est, & qui multos cibos, & siuctos comedit parumque mouetur & exercitatur. Contra vero abstinerere ab ea debet, qui ventrem leuiter solubilem habet, & cuius ventrem solutionem frequenter incurrit, & cui distineria cito accidit, & quam maxime si fortis exiterit, Huiusmodi quoque medicinam frequenter sumere corpus debilitat, ethicam, & pristinam adducit, præcipueque si corpus accipiens siccum fuerit. Obstruendum est autem humi moperere, ne quis eam sumat, nisi prius ventrem cum iuribus vel uisofis mollicauerit, & ibique corpus aqua multa tepida infuderit, & in ipsa sederit, ac sicutum acetosum biberit. Cauendum est etiam ne medicinas vehementer solutivas, in diebus calidissimis, aut frigidissimis sumat. A somno vero postquam solui ceperit, omnino est abstinentiam, nec aliquo cibo, donec medicinæ saporem eructando senserit, est vtendum, sed neque restringenda est, neque minuenda est solutio, donec eius expleatur operatio. Quod si purgandus, vt deest solutus fuerit, medicociter reficiendus erit. Quod si contingat eum solui in potestate, cibaria cum sumat, aut cum maiorem granatorum acetosorum, vel vna acerbâ iuco facta, debet comedere, sed multo tempore ante cibum puluerem de seminibus factum in potu sumere. Et si quidem ex haustu medicina corpus alius fortiter calefactum fuerit, vel medicinam coleræ purgatiuam accepit necesse est, ut eius potus sit iuleb, nisi vehementer solutus sit, & tunc succum pomorum, usque ad spirititudinem decoctum, vel citoniorum, & malorum granatorum biberere debet, & abstinerere a iuleb & syrupo acc. & hidromelle, si vero corpus ex medicina non calefactum, nec aliud de corpore nisi flegma, vel colerâ nig. educat, aqua vino temperata in potu sumenda est, & si fuerit impossibilis cum melle temperanda est. Quod si contingat medicinam plus operari quam debeat, qui illam accepit in balneo ponatur, & si hoc modo strictus non fuerit, puluerem factio de malograuatis vtatur.

De Vomitu. Cap. XI.

Vomitus autem si temperate vt debet fiat, stomachi purgat, & digestiuam adiuvat, corpusque renouat & mudat. Caput etiam & sensum alluciat, & visum acuit. Qui tamen si multus fuerit, corpus desiccabit, epaticque, & pectori, nec non & oculis, ac pulmone nocet. Venas etiam quando que scindit ac rumpit, ex quo empytoica passio accidit. Itaq; qui longum collum, & epiglottum fortis prominentem, pectus que strictam, & carne nudam habent, a vomitu omnino abstinerere debent. In cuius autem stomacho multum flegmatis adunatur, sanitas vomitu conseruatur. Vomitu quidē semel in mense, vel bis vtendum est. Quod & post cibi saturationem fieri oportet, vomere nanque sine repletionem stomachi durum est, & absque magno labore studioque fieri non potest. Præterea vomitus frequenter fieri non debet, quia stomachum corrumpit, eiusque virtutem destruit. Cum autem vomere quis voluerit, duos panniculos in rotunditate prius circumuoluat, ac super oculos ponat, nec inde donec expletus sit vomitus auferrat. Completo vomitu aqua refata facies ablunda est, & os hidromelle, vel syrupo acetoso colluendum est. Constantinus in practica. Plenitudinem in toto corpore habentes vomitu vtantur nimis enim valet. Multum enim conueniens est freneticis, & opilationē viscerum habentibus præter nimium. Purgat quoque humores in vasis, & in interioribus corporis existentes, sciam, podagram, & simile generantes. Quibus mediocria, corpora sunt, aut copia diuersorum humorum, post cibum vomitum accipiant, & demus varios & comixtos cibos, quorum quidam mundificant, quidam mordeant, alii subtiliscent, alii quoque vomitum prouocent, & vna bibant diuersa, quæ sint acuta, & vetera, & dulcia, & recentia. Bonum est accipi vomitum semel, aut bis in mense, maxime ætate, stomachum enim & totum corpus mundat, sed melius est si in duobus iunctis diebus detur, vt in secundo exeat quod in primo remansit. Vomitus enim in primis a remotis venis ad stomachum, paulatim humores attrahit, unde nequiuunt sanditus per vomitum egredi, nisi ante sint ex toto illico adunati. In secundo autem die quia fere omnes sint ibi collectiones necesse est vt vomitu iterum excludantur. Rursus vomitus non conuenit macilentis qui prisi apparati, neque qui in pectore patiuntur, faucibus, aut oculis, neque dandus est in consuetis, neque angustiosis, & qui duri sunt aduocandum, eis enim est contrarius.

De

De Minutione Cap. XII.

Razi in vij. parte. Minutio quoque in conseruatione sanitatis, & cura egritudinis maxima operationis medicinarum pars existit, si vt oportet fiat. Et corpora quidem quæ plus minutionem pati possunt, sunt illa, quæ venas manifestas, & amplas habent, & quæ pilosa sunt, & bruna, ex colore rubeo & fusco mixtis colorata. Corpora quoque iuuenum, & adolescentium, & senum nō decitepitotum. Pueri quoque minuendi non sunt, nisi necesse sit maxima imminere, neque hi quorum stomachus, & epar, in frigiditate distemperata sunt. Cauendum est etiam quantum possibile est, ne fiat minutio in tempore calidissimo, vel frigidissimo. Sanguinis autem mensura, qui extrahendus est, oportet vt sit secundum usum, & secundum dispositionem eius, cuius causa minutio exerceatur, & secundum virtutem. Obseruandum est autem ne fastidius, vel ebrius minuatur, donec ista omnino remoueat, nisi forsitan ex minutionis retardatione magnus timor imminet, sicut cum attractio aeris angustissima est, aut cordis tremor fortis, ac spiritus, qui cum faciei & oculorum tubedine accidit, vel apoplexia, in qua facies rubescit, aut nigrescit, vel squinantia, vel sanguinis fluxus vehemens, ac repentinus. Cum enim adlunt talia, minutio qualibet hora diei, vel noctis est facienda. Cum autem multa huiusmodi necessitas incumbit, bonum est eam fieri post duas, vel tres horas diei, eum digestiuam suam operationem expleuerit, & secum superfluitas expulsa fuerit. Veruntamen si cui sineopsis in minutio ne confuevit accidere, oportet vt ante flebotomiam modicum panis comedant, in succo granati muzzi infusi, aut in vna acerbâ succo, vel in eorum similibus madefactam. Id quoque monendum est, nequis vllatenus minuatur, post colicam passionem, aut vomitū, aut ventris fluxū, aut post multū coitū, vel post laborē, aut post vigiliam, & postremo post oia quæ corpus dissoluant, aut fortiter calefaciunt. Id in iij. parte. Ex frequentiqdē abstractione sanguinis, euenire sepiissime solent malignitas complexionis, & hidropisis, ac festina senectus, appetitue destructio, pulsuque paritas, stomachi, & epatis, & cordis debilitas, ac tremor, & paralisis, necnon et apoplexia, & postremo vitium omnium naturalium imbecillitas. Ex negligentia vero minutionis, cum ea quis indiget, accidit sinochus & paralisis, & peripleumonia, & variolæ, & morbilli, & passio empytoica, & mors subitanea, pestilentia quoque, & apoplexia sanguinea. Itaque minutio si fiat vt oportet, magna medicina est in sanitate conseruanda, valde proficiens, & ad conseruationem egritudinum conueniens.

De Regimine minuti. Cap. XIII.

Idem in vij. parte. Post minutionem vero cauendum est, ne locus stricte ligetur. Hoc enim apostema confuevit afferre, nec multus panis superponatur, nec aliquid eorum quibus redolendi causa quidam se perungere confueuerunt, eidem loco adiungat. Locus quoque qui calefactus fuerit aqua rosata in frigidetur, vel aqua dulci frigidissima irroretur. Minutus vero nullo modo balneum ingrediatur, præcipue si locus fuerit calefactus, donec vulnus consolidetur, & calor ipsius flegmonæ sedentur. Vinum quoque qui taliter se habuerit, nullatenus bibere præsumat, nec mēbrū, in quo minutus est moueat, nec opus aliquod eo perficiat. Minutus præterea nec in die minutionis nec in die scdā multo cibo repletur, sed moderans se cibo leui, colerâ ruberâ reprimente, & extinguente nutriatur, sicut est suchabegi fortis acetosificatis, nisi forsitan asperitatem patiatur in pectore, quæ hoc prohibeat, & tunc zimbrabegi ex agni carne factum, & oua mollia comedat. Quid si quis in die minutionis vsque ad ebrietatem bibat, brachium eius duabus ligaturis cingatur, & insuper vigiles qui custodiant ipsum adhibeantur, plerumque enim sanguis tali adeo decurrit, vt quidam moriantur, & quidam morti proximi efficiantur. Cum igitur hoc acciderit, & sanguinis vnde decunque multitudine fluxerit, donec virtutis sequatur debilitas, aqua carnis, & vinum subtile, forte, ac bene redolentes infirmo subito tribuantur, res quoque bene redolentes ei adhibeantur.

De obseruantia quoque consuetudinis. Cap. XIII.

Idem in iij. parte. Consuetudines oportet obseruare, & firmam regulam incedere, nisi pessime sint, & tunc paulatim

Speculum Doctrinale

& ordinabiliter ab eis recedendum est. Quapropter quisque cauere debet, ne vniuscuiuslibet rei sibi consuetudinem faciat, quam eum obseruare oporteat, & ex cuius constrictione nocivum sustineat. Nam si quis uno cibo vel potu semper vtatur, vel semper abstineat aut dormiat, vel mouere, vel coire, vel ægere consueuerit, & ex horis aliquo grauiter constringatur, maximum ex eius abstinentia nocivum patietur. Ideoq; corpus suū sic quisq; disponat, ut calor, ac frigus patiens esse valeat, & ad motiones, ac nutrietia sibi necessaria aptum reddatur. Somnique & vigiliaru horarum, & mansiones, ac domos, sine lesione mutare possit, fortassis enim hoc agere necessitate cogetur. Const. in practica. Oportet et magnū ingeniu poni ad custodiendā sanitatem, cum cõsuetudine, quia consuetudo inueterata sit quasi naturalis. Vnde Hypocrias. Consuetudo inquit secunda est a natura, sed humana consuetudo in multis rebus est diuerso modo, sicut in aeris percussione, exercitijs, balneis, cibis, & potibus, vigilijs, coitu, inanitione, & cæteris. Quicquid vero horum diu fuerit assuefactu, erit quasi naturale, proinde difficillime mutatur.

De seruanda consuetudine in dietis, & purgationibus. Cap. XV.

Tempus dietæ multiplex est. Sunt. n. quidam soliti mane comedere, alij meridiæ, & nonnulli vespere: Quoru quicunque suam mutat consuetudinem, vt vel post vel prius comedat, sit et contrarium. Si n. prius mādūcauerit, cibis stomachū prægrauat, & totum corpus. Si vero postea, i. vespere, neque sua fuerit consuetudo, incidit in angustiam, inflationem, rugitum, oxiremiam, & nonnumquam solutionem. Si vero tardauerit in propriumque tempus transferint, patiuntur defectionem, id est pitionem in ore stomachi, amaritudinem in ore. Qui autem suum tardauerit prandium, ne cogent, nisi subtilem cibum, ga stomachi eorum sunt defecti, propter coleram, quæ ad eos defluit. Ideoque paucum, & humidum cibum sumant sicut lagana, & ius gallinæ, aliaque iura, & oua mollia, modicum puri vini potent, ut stomachus confortetur. Qui autem in die semel soliti sunt comedere, si bis aliquando mādūcauerint, dormiant, vt calore interius coadunato superfluis digeratur cibus, multū & suauiter ambulēt, modicum vini aliquantulum commixti bibant. In alio die minusq; soliti sunt manducant. Melior est et cæna quæ prandium, quia post cænam quiescant & dormiunt, calorq; naturalis intrinsecus coadunatur, & cibum digerit. Cæna tamen unum habet vitium, cum fumo. n. cibi debilibus nocet oculis, & capiti. Consuetudo purgandi corpus diuersa est, sunt. n. quidam sepe multa quantitate purgationis videntes eum flebotomia, & scalpellis, qui si tempus solitæ purgationis tranſierint grauitatem corporis cito patiuntur, & febrem. Quod si morbum sanguini pertinentem patiuntur, medicus certissime debet sanguinem minuere, proculdubio secundum posse naturæ. Similiter quibus sanguis solite de naribus, vel emorroidis fluxerit, necessitas expedit ut sanguis minuatur. Sunt & alij in vnoquoq; anno sanguinē minuentes, alij vero nunquā. Quod si pp aliquam necessitatem flebothomia fuerint, cito debilitantur. Ideoq; si infirmetur, necesse est sanguinem minui, sed modicum currere sinat, quia flebothomia complexionem eorum patit. Epaticum generat, hidropisim cardiacā, stomachi defectionem, paralysim, epylentiam, & similia, maxime senioribus, & frigidam naturam habentibus. Porro non oportet flebothomiam negligi, nec negligentia fiat consuetudo, quia pessimas generat febres sanguinolentas, sicut sinocham, pleure quoque, flegmones, squinantiam, sanguinis fluxum, maxime iuuenibus, & calidis, & humidis natura. Oportet ergo non negligi flebothomiam, ut alleuentur venæ, & arteriæ præcipue in vere, ut secuti sint a uenturis morbis. Similiter quibus fuerit consuetudo sanguinem per emorroidas flucidi, & strictus est, malas generat infirmitates.

De proprio regimine corporum temperatorum. Cap. XVI.

Alii vbi supra. Hæc de communi regimine corporu ad sanitatis custodiam dicta sunt. Regimen autem propriu corporum est, secundum uniuscuiusq; naturalē complexionem. Igitur a regimine temperatoru corporum incipiendū est. Horum sanitatis custodia est, earum rerum, quæ habitudini illorum conueniunt temperantia, scilicet aeris, exercitijs, balnei, cibi, somni, mundationesque corporis, ut sit horum usus, iuxta quod opus est, in quantitate.

Tomus Secundus. Cc titate,

titate, & qualitate, & ordine, & rpe. Oportet ergo, vt sit aer tē peratus in calore, & frigore, qualis est in vere, sitque clarus, ac subtilis haustu, & respiratio delectabilis. Et si quidem calidus est, temperetur refrigerando, & loca frigida inhabitando si vero calidus e contrario. Exercitium autem firmiter est colū na custodiē sanitatis, cum sit eorum quæ superflua sunt dissoluū, & digestiōē adiuuat, sed fiat post ciborum hesternorū perfectam in stomacho, & epate, veniū digestiōne, quā cū apparet in vrina coloratio parua, corpusque minutū est ab gestione, & vrina, ac mediocriter fricatū, per omnia mēbra, ita dechine vtatur exercitio, rpatō, vt a membris crapula soluat, & calor naturalis cōfortetur, & ne fatiget aliqua mēbra si ne alijs, sed tale sit exercitium qd cōmoueat oīa mēbra, & hoc fiat donec corpus aliquantulū intumescat, & nō obtūdat, neq; pinguescat, deinde vero quiescat. Post hoc aut vtatur fricatione suauī, & rpatō, aut enacuentur crapulæ, q̄ ab exercitio su perflua inter carnē, & cutē. Deinde in aqua rpatō balneetur, vt corpus a pulvere vel sudore lauetur, nec hoc diu fiat, ne forte calefiat. Egressus autē quiescat antequam comedat, ac calor a sumptus a balneo, cibū in stomacho plus iusto calefiat, & ab eo vapor malus ad caput ascendat. Cibi vero sumendi sunt in calido, & frigido, subtili, & crosso rpatō, vt est panis ex farina munda, bonæ fermentationis, ac perfectæ decoctionis. Carnes ouī, & hedorū, vitulorū, gallinā, & hmdī. Quod si non interdant rpatō, calidi & frigidi humidique, & sicci confectur, vt eorum cōplexio temperetur. Oīs quoque cibis quo delectatur aliquis cōferentior, ac nutritior est ei, maximeque rpatō cōplexioni hominū, quā ex maiori parte in clinatur, ad ea, quæ sunt vitiora sibi. Vinum autē bibat coloris subruī, vel rosati, odoris iocundi cū mensura, & tēperatiōe equali. Somno aut vtatur cū ad eum natura impellit, & finiat, cū satius eo fuerit. A multo coitu se custodiat. Omnia quoque accidētia caueat præter gaudium, & leticiam, quæ huic cōplexioni cōsonant, confortantes calorem naturalem. Oportet tñ cū diuturno gaudio, quandoque miscere dilectationem.

De Regimine corporum extra temperantiam postorū. Cap. XVII.

Corpora vero extra temperantia sunt illa, quæ a statu sanitatis in latus diuertunt, horū alia sunt extra temperantia naturaliter, alia vero pp causas non naturales, & hæc pro na iā ad infirmitates cōsistunt. Extra rpatia natura qdā sunt in cōplexione quædā in figura. Quædā vero extra rpatia in cōplexione suat, aut in eis est cōplexio mala, secundum vniū modū in oībus membris, aut varia in diuersis. Horum autem corporū custodia sanitatis fit tribus modis, vna est custodia cōplexionis in suo statu, per ea q̄ sibi sunt similia, & hoc q̄ multum distat a rpatia. Secunda est traductio cōplexionis ad temperantiam ex rebus cōtrariis, hæc quidem duas facere possunt, quæ sine sollicitudine & occupatione sunt. Tertia vero est illorum quibus sollicitudines instant, ita vt eos ab vtu duarum prædicatorum impediunt. Constan. in practica. Calidos itaque taliter regamus, mansionem eis faciamus, vbi aer sit frigidus, & clarus naturaliter, vel artificialiter, maxime si æstas est. Cauet solem, vigilias, laborem, & requiem assuecat, balneetur in aqua lapida, & frigida, in æstate maxime iuuenes, ne defectiōē habeant, deinde comedant pisces, & carnem hedulinā, gallinā, cum aceto coctam, aut cum lactuca, seu portulaca, vel cucurbita. De fructibus vvas, persica, pruna, cerasa, mala, pira, & similia. Vinum albu non potent, & subtile. Cauent tubum, & citrinum, nullum. n. vinum eis vitale est nisi albu & subtile. Corpora vero frigida, & humiditate, & sic citate equalia mutanda sunt ad temperantiam, cum calefactionibus & exercitijs, eant semper per calida loca, & fortia operentur exercitia, balneentur in aqua calida in qua cocti sint sansuccus, mellilotū, & morentur sibi. Manducant pecotiam, & caprinam carnem, cum cimio carui, aneto, pipere, & allijs, & cepis conditam. De herbis eruca, apium, mentam, radices, merum vinum tubum, & citrinum bibant, aqua quam potent, cum melle coquantur. Cauent coitum quantum magis possunt. Humida corpora cum multis & fortibus exercitijs mutantur, in locis calidis morentur, laboribus assuefaciant maxime ieiunij, & balneis salinarum aquarum, vel aluminosarum vel sulphuratarum. Deinde cum testoleon vtantur, aut anateleon. In calida arena operentur, si loca res sates comedant, præcipue siccas & salas, vtantur aceto abfo magaro, & similibus, vinum forte & merum bibant. Sicca vero corpora cum humidis mutantur, in aquis habitent, & quiescant ab omni labore, semper se in aqua calida balneent,

& vtantur oleo violaceo, & amigdalino, multum tamen nō maneat in balneo. Comedant agnos lactantes, & suillos, pisces omnes humidos, fructus de herbis, cucurbitas, portulacas & similia. Quod si eos hinc cōplexio ad vltimas siccitates deuenit, regamus eos sicut ethicos, & confusptos. Si autem cōplexio fuerit composita, sit regimen eis compositum.

De Malis habitudinibus corporum immutandis. C. XVIII.

Alii, vbi supra. Naturalis quidem cōplexionis habitudines sequuntur habitudines corporum, siue qualitates, aut figuræ, quæ sunt sex. I. pinguedo, macies, & temperata, spissaque, & varia, & inter hæc media. Constan. in practica. Harum autem sex figurarum, quia duæ primæ pessimæ sunt, oportet vt macilentam in crassam, & crassam extenuemus. Macri sunt in crassam cum multa requie, & paruis exercitijs, & fricationibus vtantur, quoad calor naturalis visciterat, deinde vtantur cum humidis oleis, letitia vtantur vestimenta corū sint lenia & mollia, humida sumant cibaria sicut est caro agnina, pecorina, edulina, gallinæ, anates, anseres, lac rsi, pisces recentes, comedat bis aut ter in die, post cibum bis, vel ter balneetur, & oleo violato vtantur. Et si sint calidi naturaliter, accipiant, tispianam, & micam panis, & cucurbitam, & omnia insellata, & cum amigdaleon condita. Crassi autē extenuandi sunt nimis exercitijs, & laboribus, ante cibū prouocatis, ieiunij assuefaciendi, balneentur in aqua falsa, in nitrea, sulphurea. Sed postquam balneū ingrediatur fricentur, & cū anateleon, & costoleon vtantur, deinde lauentur, & in balneo morentur. Exercent balneo comedant pauca cibaria, multam qualitatem, & quantitatem, & modicum nutrimenti habentia, sicut panem fursureum, lactianam, spina chiam, crisolocannam, assuecant calidis, & siccis, salis, & stipricis, & pinguedinem habentibus. Sunt enim eis vitia, quia de eorum quantitate corpora parum replentur, vigilijs vtantur, in asperis locis dormiant, asperis vtantur vestimentis, assuecant tristitia, cogitationis, & sepe bibant farmacia, crossum slegma purgantem.

De Regimine mala cōplexionis, quæ varia est in membris, & primo cerebri. Cap. XIX.

Alii vbi supra. Dico de regimine mala cōplexionis naturalis in toto corpore, restat dicere de regimine corporū malam cōplexionem habentium in membris variam. Cuius itaq; corpus, vel membrū apatum est alicuius morbi susceptioni, necesse est, qd illud regatur regimine morbum hmdī prohibente, vtriusque gratia. Cuius epatis venæ naturaliter strictæ sunt, spatia eius accidit opilatio, & a pane mundo, & a carnibus & leuibus, multo magis ab alijs, ideoque oportet illum regi his quæ opilationem aperunt. Sic & corpora frigida ad ethicam, vel pituitam parata, oportet humectantibus regi. Igitur a capite membris sequentibus profuamur. Capitis cōplexio quā natura frigida est, ita vt inde cū generetur in eo crapulæ multæ, lactis eius omnia membra corporis grauet. Itaque quando cerebri cōplexio mala est, oportet eam sedare contrariorum vtu, vt si calida est, dieta refrigeranti tam in cibis, quam in medicinis regenda est. Quando vero malum eius frigidum est, e contrario. Si autem in arterijs capitis opilatio est, & inde fiat cephalæa, sanguis minuendus est a venis duabus, quæ sunt in temporibus. Accidit autem huiusmodi cephalæa plurimum, ex causa humoris calidi desluentis ad os stomachi, cum sit neruus qui venit ad illum a cerebro fortis sensu. Igitur eo regimine vti oportet, quod contra fluxum coleratum ad stomachum prodest, sicut dicitur inferius, cum ad regimen stomachi venerimus. Nunc autem dicemus ea quæ necessaria sunt, in custodia sanitatis membrorum, quæ sequuntur cerebrum, inter quæ sunt oculi, & aures, quæ cum sint vitales maxime, celerisque sensus, propter bonitatem sensus eorum subtilitatem accelerant ad ea languores, minime ex causis nocentibus.

De Regimine oculorum, & aurium. Cap. XX.

Gitur oculorum, & aurium cōe regimen est arcere fluxum matericum a cerebro ad illa, vt. I. pargetur id quod ab eo fluit per nares, prouocando sternutationes, & vtatur homo aperientibus opilationes. A gutture quoque vtendo gargarismo, cum squingibin, & aqua decoctionis piceæ, vel si corpus immundum est, vtatur ad emandatio nē totius corporis, laxatiuo. Accidit autem visui, subnitas

ex acuto morbo, qui factus est capiti, aut causa multum spūdi sanguinem, aut causa vomitus, aut clamoris magni. Colliriazatio vero pinguedinis a spūdi, & comestio carniū eius, cōfortat visum, lectiōē quoque librorū si augas adiciat visui virtus. Razi in quarta parte. Ad cōseruationem sanitatis oculorum, cauere oportet a sole æstiuo, & pluuie, & fumo, & a coloribus albis, vel rebus radiosis, frequenter vel semper in quendis, & a literis vel scripturis subtilibus aspiciendis, & ne rem vnā hō semper tanquam pasciendus aspiciat, a multo præterea stent, & frequenter coitū, & ne diu moretur in loco, vbi ventus frigidus perlat. A nudentibus quoque valde siccis, vt sunt lentiole, & res salas. Vitium etiam impediunt frequens ebrietas, & vinum & nutrimenta croslicia habentia. A cūta quoque vt sit apis, eruca, cepa, & alia, necnon & ea quæ capiti nocent, & dolorē adducunt, vt dactili, porri, mandragora, caules quoque, & lentiole, iouanus multus, & vigiliæ multæ. Porro iuuamem visui tribuant colliria lactimas expellentia, & ne mali humores ad oculos descendant prohibentia. Item aqua intrare claram, ac per magnū spacium oculos in ea clausos tenere, hoc n. oculos in ea claros ac rigidos efficit, multociens & eos corroborari contingit, quando lites non subnitas, aut picturas quis intendere cœperit. Quod autem oculi sanitatem cōseruat, & absterget est tuchia cum succo maioranæ confecta. Est et de his quæ oculos abstergūt vt recentis finiculi succus, in oculis ponatur, vel malouū granatorū collitū. Hali vbi supra. Auribus vero cauendum est a vocibus granibus, vt a tonitruis, & acutis ac trementibus, & ne quid in foramē cadat auditus repulit, si aut aliquid aliud, vidi. n. in cuius aurem razi z granum ceciderat, & grauatius est auditus, nec egressum est aliquo medicamine. Illud etiam cauere non repulium aliquod ingrediatur. Quod si sentiat in auro dolor & morsus, instillat ei aliquid olei rosati cum aceto, vel lacte puellæ. Razi vbi supra. Ad cōseruationem auditus summopere inlittidum est, vt aurium fordes, mundificentur, & ne aqua in aures intret, ne pustula in eis acuta nascatur. A fistidio quoque valde custodiri debet, & ne stomacho pleno dormiant. Porro quilibet hebdomada parum olei amigdalorum amararū auribus inuiciendum est. Quod autem aures ne dolent custodit est frigidus vento tempore longo, non apponi.

De Regimine dentium. Cap. XXI.

Ad cōseruationem autem dentium, summopere cauendum est, ne res duræ cum eis frangantur, aut res viscosæ sape, & diu masticentur, vt sunt dactili, mel coctum, & similia. A multo quoque vomitu cauendum est, & a rebus detes stupidos facientibus, eosque congelantibus, sicut est nix, & eius aqua, & propterea post cibum calidum ab eis conuenit abstinere. Præterea si in dentibus aliqua pars cibi, præcipueque de lacte remanserit, abluantur, & confitentur. Hali vbi supra. Dentibus cauendum est ne sperueriant eis ægritudines, a putrefactione quoque minuendo dulcia apponere, vt sunt dactili, & natien, & potus aquæ frigide statim post illa. Cauet quoque lac, & pungentia, & assiduitatem vomitus, & lauationem post vomitum faciat cum uino, & squingibin, similiter & post comestione lactis. Cauet etiam stuporem gingiuarum, & viter ea quæ plena sunt acerbis. Fugiat quoque putrefactionis aduentum curatio ne temporata, cum his quæ eam eliminant, vt est ordei farina combusti, punicis quoque combusti, & fracturis raticon, & quæ confortant gingiuas, & dentes, & anhelitum condunt. Oportet tamen non multiplicari curationis vsum, vlcera enim gingiuas, & corrumpt eas, ac minuit, rutilationem quoque dentibus inducit eos concutit.

De Regimine pectoris, & stomachi, cordis quoque, & epatis, ac renum. Cap. XXII.

Vm autem a capite descenderint ad pectus materiae multæ, oportet assuescere semen papateris parati cum medicaminibus, & dyacodion, quæ sunt catarris. Cum autem ad stomachum a cerebro descendunt superflua colerica, & cōplexio stomachi calida est natura. Oportet hinc fluxum arcere, dandumque est ei parum cibi aut fluxum, nec famem sustineat, quia copiam contrahit coleræ, sitque quod dabitur ei refrigerans esca, vt carnes anium, paratæ cum succo maiorum granatorum. Oportet etiam euacuare coleram ad stomachum, fluentem, & laxatiuo educere coleram rubræ, vt est abanthij decoctio, vel mirabolanorū citrinorū, &c. Hieme tñ oportet regimini calefacientia quædam addi. Cuius Speculum Doctrinale

aut descenderit humor slegmaticus, fueritque stomachus frigidus, oportet in hmdī vti regimine calefacienti, cui vero sit rit in consuetudine percussio cordis, hunc oportet assuescere flebotomū, vsum quoque succorū fructuū, vt granatorum, & pomorū, & coctanorū &c. Cui vero cor debile est ac frigidū, assuescat ille struppo pomorū, &c. & prohibeat illum semel sumere multū cibū, & aquæ frigidissimæ potū. Cauet et oīa q̄ti met, & in qbus tristatatur intueri. Qui n. est hmdī, habitudinis, nōnunq̄ repente moritur his de causis. Qui vero i capite hēt opilationē, & in eo sentit extensionē aliquoties, & grauitatē. Oportet. n. his, vti, quæ apertunt opilationē. Prodest et in hæc parte diminuio prandij, & eius subnitas, prohibitioque a cibis crosis, & a potu dulcium & crosiorum. Cuius vero stomachus & epas natura parui sunt, non oportet ei semel dare cibū, sed bis aut ter, vt descendat prius, nec sit in stomacho multus siq; temporatus, & citæ digestiōnis. Sed & si cuius renes generant lapides, & corpus eius sit gracile, vt est ordem cum cortice, pisces lapidosi, gallinæ pulli, lac et æstas prodest ei.

De Regimine membrorum genitalium. Cap. XXIII.

Cuius autem testiculi calidæ cōplexionis sunt, multum sperma generantes, in tm vt sapius coitum requirūt, euacuatoque spermate mēbra quoque eneruantur, & stomachus imbecillis fit, animi quoque defectio accidit, hunc oportet arceri coitū, & cauere cibos sperma generantes, vtiq; regimine appetiū coitus minuente, exercitijs quoque foris assiduitate, quo moueantur plus cæteris superiori membra corporis, vt est ludus pilæ, subnatio, vel iactus lapidis, vtatur et aquæ frigide balneo. Lumbosque suos liniat oleo rosato, & nenusa. Coctanorū. Dorso quoque suo imponat opium distemperatū, cū aqua lactucari, atque rosarū. Comedat autē sebedenech, eique propinetur quis feræ semen, lactucarum, & portulacæ, æquis partibus datus. Razi in v. parte. De his quoque quæ sperma, & erectionem virgæ minuunt sunt acetosa, & stipica in cibo sumpta, vt acetum, & vuz aceræ succus, & ribes, & his similia. Erectionē quoque minuunt ea quæ ventosi tatis dissolutia sunt, vt agnus castus, ruta, mentastrum, cimimum, & ameos. Hali vbi supra. Mulieres quoque quantum matricis paræ sunt, oportet arceri a coitu, ne forte concipiant. Si. n. in tali matrice generetur fetus, non est ei sufficiens in calocns. Si autem tñ extenditur matris, vt venæ & arteriæ opprimantur, vnde & aer ingrediens anhelitu peruenire ad mēbra prohibetur, siq; mulier moritur, vel accidit ei dolor, & difficultas tempore partus periret fetus, eo quod exire non potest angustia matricis arctatus.

De Regimine neruorum, ac iuncturarum. Cap. XXIII.

Proterio cuius nerui sunt imbecilles, regendi sunt calidis, & siccatibus, & a vino prohibendi, & a copia coitus acerbisque magis autem pomis, & lacte acer, & abundantia balneandi, & statione in locis fri. hæc enim omnia mala sunt, & eneruationem fouent, hanc dolor iuncturarum frequenta. Nam & hæc passio plus est ex debilitate naturali iūcturarum, & ex repletione humorum ad illas festinantium. Repletio quidem fit ex vtu multorum ciborum ac potuum, & maxime a crosis cibis, cum reliquis, balneique demissionē, & frequenti coitu post cibum. Qui igitur huiusmodi affluens est passio, debet hæc omnia, & in cibis laudabilium chimorum, facillique digestiōnis continens esse, vtatur ante prandium fricatione, & exercitio mediocri, & balneo, cauens ab eis post. Tempus autem quo solet ei passio fieri, præueniat euacuatione humoris a quo fit, vt sanguinis minutione, si est passio sanguinea, decoctione fructuum si colerica. Pillulis hermodactili, & rapia si slegmatica. Decoctione epytymi si melancolica. Quod cum fecerit, vtatur etiam emplastris, & cataplasmatis, quæ membrum confortant, vt prohibeatur suscipere materias ad ipsum desfluentes, & eas a se repellat. Sic etiam in omnibus membris imbecillibus oportet fieri, quæ materias influentes suscipiunt. Nos quidem egressi sumus in hoc capitulo a terminis molestiarum naturalium, ad eas quæ sunt extra naturam, vt sermo noster in custodia sanitatis esset plenius. De hoc enim passionis regimine dicendum est, cum aliorum membrorum curatione, nunc autem ad debilitum corporum regimen transeamus.



Infantium quidem, & senum, & ab infirmitate conuale-

Razi in quarta parte. Mulier praegrans, ab omnibus nutri-

De Regimine parientis. Cap. XXVI.

Cum autem hora partus appropinquaverit, parturientis in

De Regimine infantis nascentis, vel nati. Cap. XXVII.

Vicen. in j. cano. cum nascitur plerique sapientes dixe-

De Regimine lactationis eius. Cap. XXVIII.

Vicen. ubi supra. Infanti lac matris ad sugendum omni

Hali, ubi supra. Infante nato, natura sanguinis mensuram

quo idem factus in vtero matris alebatur suscitatur ab mamma-

De Eligenda nutrice, & eius regimine. Cap. XXIX.

Vicenna ubi supra. Quod si res aliqua matris lac infanti

De Ablatione infantis. Cap. XXX.

Razi ubi supra. Cumque ipsa adae nerit, quo in fans come-

tem inceperit ambulare, seque diuersis motibus mouere, non

De Regimine puerorum. Cap. XXXI.

Vicen. in j. cano. In regimine vero puerorum, quod

vel cementaria, exercitati fortiter assuecat, & cibis plurimi nutrimenti pascatur, vt virtus membrorum eius augetur.

De Regimine adolescentium. Cap. XXXII.

Razi vbi supra. Adolescentes autem & iuuenes ab acutis infirmitatibus custodiendi sunt, eos minuendo eorumque ventrem soluendo, quibus statim vt in eis illarum apparuerunt signa, detur fortiter reprimentia, antequam in eis illa perficiantur. Hali vbi supra. Iuuenum corpora, vt iam vltimum at rigerunt terminum, & augmentationis statum, idque superfluitates in eis augetur, & congregantur, morbi que festinant in eos propter repletionem. Hoc n. tempore cibus non occupatur in dilatando corpus, & augendo sicut prius, vt utantamen virtus eorum patientior est morbo, & in pluribus fortior ad expellendam causam eorum. His igitur oportet exercitium induci moderatum, & consuetum, nec multum calori solis obuenient. In aqua temperati caloris se balneent. Aestate vero aqua frigida dulci, & suau. Cauent ergo cibos calefacientes coleram generantes, vt allia, cepas, sinapem, & similia. Vt autem cibis quos potest coqui, digestio, & vniuersis; iuxta me vna sunt cibus frigidus. Sumat autem cibos frigidus, vt pisces recentes, edulinas carnes, cum frigidis condimentis decoctas, & fructus assuecant, cum granatis, persicis, & huiusmodi. Siquidem complexio eorum est habitudine naturali, vinum bibant, nec multum nouum, nec vetus, mixtum aqua frigida, nec vero plurimum tolerant famem, confortat. n. calorem & auget coleram. Assuecant autem corpora flebothomia, & laxatiuis, maximeque in vere. Sit eorum regimen iuxta quod expedit natura li complexionis ipsorum, & cuique quatuor anni temporu.

De Regimine senium. Cap. XXXIII.

Senium vero complexio, quae frigida & humida est. Hanc regimine calefacienti regi oportet. Habitat igitur in loco aere non siccato, sed simili verno, & si debilis est virtus eius, equitet, & ambulationem minuat. Qui vero fortior est, vti deambulatione, quae non fatiget, balneetur aqua dulci & calida, & post vna hora quietescat, deinde vero escas calidas & humiditas, digestibiles, citoque a stomacho descendentes comedat, cibos autem pungitiosos, & coleram generantes caueat, eos quoque qui melancholiam generant aut flegma, plures in die reficiantur, & hoc paulatim, quonia eius natura non patitur, nec sufficit ad digestionem multorum ciborum semel sumptorum. Prandeat hora tertia, post meridiem balneetur, & dentur ei quaedam cibaria ventrem emollientia, & postea reficiat. Coitum omnino fugiat, & in somno accidentia. Quia vero colligitur in corporibus senum flegma plurimum, oportet eos nonnunquam regi subtiliantibus, & incidentibus flegma, nec in hoc esse assidue immorandum. Plurimorum quidem hominum ventres (vt ait Hippocrates) in iuuentute sunt molles, qui cum senescunt desiccantur eorum ventres, & quibusdam sit e conuerso. Auicenna vbi supra. Summa regiminis senum est operari quod calefaciat, & humectet simul ex nutrimentis & balneis & potibus, a somno prolixo, & mora multa in lecto, & ex assidue quoque vniuersae eorum protractione, & expulsio flegmatis, & ex eorum stomachis per viam intestinorum ac vesicae. Razi vbi supra. Senum corpora magis euacuatione cum medicinis curanda sunt, quam cum minutione. In his autem labor & sollicitudo minuenda sunt, vt eorum vires diutius perdurent, nec ipsi valde senescant. Porro qui in senio sunt a labor: & sollicitudine, necnon a minutione, vbi magna necessitas imminet, remouendi sunt. Nutrientibus autem bonis, ac suauiter sapientibus, facileque digestilibus alendi sunt, & saepe balneis oportet vti, multumque dormire. Rebus etiam odoriferis faciem & caput inficere. Vinum porro temperate naturae clarum ac subtile, mediocriter aqua mixtum bibant, ac temperate sumant si. n. hoc modo regantur, possibile est vt ad altharam, & ptyssim, tarde perueniant. Nec eorum corpora deijciantur. Idem in v. parte. Quibusdam hominibus intempestiue cani solent nasci, ceteris autem tardati complexionis suae ca. De his quidem qui canicem tardati faciunt, est vt de trifeza minori frequenter in mane sumatur. Abstinere vero conuenit a lacte, & a cibis habentibus micas panis admixtas, & a pulibus que multum spissae sunt, & a frumento cocto, & ab his que conficiuntur ex melle, & a potu aquae multae, vniuersumque vetus ac parum modice bibendum est, vel idromel. Maior autem tempore eorum quibus nutrimentum sit Kalais sint, & assaturae.

De Regimine conualescentium ab aegritudine. Cap. XXXIII.

Alii vbi supra. Post disputationem regiminis omnium aetatum debiliu, sequitur de regimine conualescentium, qui liberati sunt a febribus & morbis acutis, & egressi sunt ab eis, vnde eorum corpora debilia sunt, & paucus eorum sanguis. Debilia quidem, quia resoluta pp calorem febri, & eius fortitudine consumpta, vti que regimini subditi. Paucus vero sanguis est ex combustione caloris febri, & paucitate ciborum, ac subtilitate eorum. A tribus ergo diebus post transitum aegritudinis, vtantur dieta, qua prius in tempore infirmitatis, ad vitandum periculum reciduationis, tunc vero paulatim, & per gradus, ad id quod grossius est transferantur, donec ad consuetam perueniant. Quod si appetitus deficit, & appetit quidem & comedit nec augetur corpus illius, signum est quod corpus eius mundum non sit. Oportet ergo corpus minui, vel corpus subtiliari atque purgari, alioquin regressum faciet morbus, sicut Hippocrates ait. Corpora inquit non munda, quando tuncunque refeceris augetur eorum malitia. Razi in ix. parte. Itaque qui ex morbis acutis confurgit, custodiendus est ab his quibus sani nutriuntur, & ex his quibus regebat in aegritudine, vel parum fortioribus moderetur, deinde vero paulatim & ordinatim ad cibos sanorum perducatur. Interim in a balneo & labore, vigilijs, & coitu, & vino obseruetur, & ne curis animalibus sollicitetur, ab omnibus quoque, quae corpus calefaciunt separetur. Cauet quoque ne famem, aut sitim patiatur, & ne simul cibo repleatur, quoniam vnum istorum ipsum distemperet, & calefaciat, aliud vero complexione eius corrumpit. Si in eius appetitum fortis, digestiva vero debilis, & fatigata fuerit, non attendat in comestione quantum appetitum, sed quantum digestivae atinet, quod etiam, donec digestiva melioretur, obseruet. A comestione quoque grossorum nutrimentum, duteque digestibilium separetur, vsquequo virtus ipsius compleatur, iteru autem nutriatur ex his quae cito digeruntur. Multoties quidem, sed parum comedat, & ex aqua frigida paulatim bibat. Quod si nutrimentum eius ab huiusmodi digerit non valeat, vinu albu, & clarificatu ei tribuat, & fori sibi caueat. Cum autem alicuius conualescentis appetitua debilis inuenitur, sciendū est reliquias aegritudinis in corpore remansisse, quas necesse est expellere, praecipueque si sapor oris sit fortis, multaque sitis. Itaque venter ipsius soluitur aut minuat, aut ex tinguentia dispositioni suae conuenientia sibi tribuantur. De nique ille in quo signo reliquiarum aegritudinis remanserit, vt est calor superficialis, qui tactu sentitur, aut spissitudo anhelitus, aut sitis, aut dolor capitis, aut vniuersa tinctura, aut oris sapor extraneus, aut alienatio in somno, aut vigilis, & huiusmodi alia, praecipue ad regimen aegritudinis reducendus est, donec haec oia signa remoueantur, & corpus oino sanitati restitatur.

De Tutela contra morbos pestilenciales. Cap. XXXV.

Alii vbi supra. Ducto de regimine corporum debiliu restat ostendere regimen eorum quae iam esse videntur in casu casualium aegritudinis, quatuor, scilicet casualium amputatio bipartita est. Vna est casualium quae accidit corpori extra, & haec sunt causae morborum pestilencialium. Altera est ea quae mouentur intus a corpore, & haec sunt a complexione mala, aut ab humoru copia, vel eorum malitia. Cautela mortuorum, quae sunt ab extra, est eorum quae sunt ab aere mutatione, & haec aut sit ex mutatione complexione eius, in tibus anni a naturali habitudine, aut ex alteratione atque mutatione substantiae eiusdem, in corruptione ac putredine. Itaque pestilenciales morbi quos facit pestifer in epa hominum adducit, non accidit omnibus hominibus, imo passionibus illis, quae sunt a mutatione complexione aere, a corpora solent venire, quoru complexio aere eo tpe. Quae vero a mutatione substantiae aere sunt, in ea corpora secundum maiorem partem eueniunt, in quibus sunt mali humores aere illius tpe mali, substantiae conuulsiles, parati suscipere passiones, ac morbos, quos inducit aere malitia. Itaque si euentus aegritudinum ab aere mutatione fuerint cautela ab eis est, ex vni regiminis contrarij complexionis aere illius temporis, tam in cibis, quam in medicaminibus, & alijs causis, sanitati, & aegritudini communi-bus, prodestque humoru aere complexione eo tempore consonum euacuare, eiusque materiam amputare. Si autem est ex aere corruptione, quoniam huiusmodi habitudo accidit aeri, secundu maiorem partem, ex excessu caloris, & humiditatis, oportet esse cautelam ab huiusmodi infirmitatum incursum. Primo quidem flebothomia, deinde laxatiuo, cuius est illam superfluitatem calidam purgare. Deinceps autem vtatur regimine refrigeranti, & desiccanti, & caueat obuiare calido aeri & hu-

& humido. Timent autem pestilenciales morbos, quorum complexio calida est & humida, puerique & adolescentes, quia talis eis complexio dominatur. Quare oportet eos mitigationem sanguinis multiplicare, & eorum quae refrigerant, & desiccant vsum augere, totaque diligentia regimine calefaciens, & humectans caueat. Sunt etiam pestilenciales morbi plurimi, quando autumnus nimiae siccitatis post aetatem magni caloris, vt caulis, & febris colericae, quas committatur vomitus coleratum multum & turbatum, ac sitis. Quare necesse est vni regiminis praecedere refrigerantis & humectantis. Morborum autem pestilencialium quidam sunt ex putredine vaporibus, aera inficientibus, ut sunt vapores resoluti ex cadaueribus, vel aquas in quibus olera ceciderunt, fructusque putruerunt. Vnde si possibile est oportet a locis recedere, in quibus talia contingunt. Si vero sit habitatio sub vno, per quam huiusmodi putredines transeunt, aut in subterraneis locis, vel domibus p quas non pertranfit aer multus, loca ipsa aereo rigentur, myrro & odoribus frigidis sterantur, vaporibusque iocandis vaporentur, vt est xilolois, & huiusmodi. Quidam vero pestilenciales morbi sunt ab vno in alium transeuntes, vt lepra, scabies, pituis, mania, variola, & obtrahia. Ideoque eum qui talia patiuntur non oportet aliquem commorari, sed ab eis longe fieri, ad loca quae extra ventum sunt per illos flantem.

De Cautela contra morbos ex humore pronouentis. Cap. XXXVI.

Ex causis autem morborum, quae mouentur ab interioribus corporis, quaedam communes sunt, & haec sunt complexione malitia, repletio humorum, & malicia eorum, quaedam vero propriae, scilicet vni cuique morborum. De malo complexione iam alius diximus, quod eius amparatio fit per regimen, quod complexione malitia contrarium sit, etque resistens. Porro chy morum repletio, quandoquidem mala non est, curatur per euacuationem, & corporis ab illo humore mundificationem. Quae vero est ex humoribus malis, eius curatio est per inanitionem illius mali humoris. Isti in lib. ety. Ex iij. humoribus reguntur sani, & ex ipsis leduntur infirmi, dum enim amplius extra cursum naturae creuerint, aegritudines faciunt. Ex sanguine quidem & felle, acutae passiones nascuntur, quas graeci oxia vocant. Ex flegmate vero & melancholia veteres causa procedunt, quas Graecorum medici croniam vocant. Ex epistola Hippocra. Nam quotiens aliquid in corpore crescit ipsi humoribus, aut minus habet, aegritudines faciunt veteres facit. Itaque cum incurrit quis de causa sanguinis quia sanguis vt superius dixi, seruens, & humidus est, debet contrario medicamine occurrere, quod sit frigidum, & sicu sicidit alijs. Vbi supra. Ex his praeterea rebus quas obseruare debes, est in fortibus temporibus quantum poteris dimittere fortes medicationes, vt venter soluetur vehementer, aut pro nocare vomitu, aut appetere, vel aducere in aestate vel hyeme. Praeterea scire debes, quod non omnis repletio, nec ois complexione malitia vni medicatur contrarij, euacuatione, & op positione. Sed multoties sufficit bonitatis regiminis multitudine. Non ois igitur euacuationes necessariae sunt propter superfluitate repletionis, sed quandoque pp magnitudinem aegritudinis, & pp repletionem, secundum qualitatem, non secundum quantitatem. Aliquod quoque fit secundum modum perseverationis, sicut indiget ille, cui podagra euenire solet, & epilepsia, & huiusmodi in hora cognita, proprieque in vere, tunc itaque necessarium est vt praesertim euacuatione vtatur, ante suam horam, & euacuet ea, quae proprie in ipsis aegritudina sunt euacuanda, siue sit minutio, siue venuris solutio.

De Signis humorum in corporibus dominantium. Cap. XXXVII.

Ex compendio Salerni. Signa vero distinguuntur dominium humoris, iij. esse cognoscimus, scilicet dolores, dolores tumores, & exetitia a corpore. Per lesionem quidem triplicis virtutis dominium humoris declaratur. Per lesionem quidem aialis virtutis vt per saporis laesum. Sapor etenim salis flegma salum, acetosum acetosum flegma, vel melancholia, amarum coleram, dulcis sanguinem abundare demonstrat. Per lesionem autem virtutis naturalis, si enim appetat terra; restra; melancholia deponit, si vero frigida, & humida, flegma deponit. Si vero calidos & humidus cibos quis appetens inueniatur, sanguinem deponere diiudicatur. Per lesionem vero spiritus virtutis, vt per inspirationem magnam, & raram sanguinem.

quis, per magna & spissam colera, per parua, & tara flegma, per parua & spissam melancholia coniecturabiliter cognoscitur. Per dolores humor in ea existens cognoscitur, vt per doloris locu, & eius varietatem. Per locum, qui aliqui est vniuersalis, vt in arretica, aliqui particularis, vt in capite, quod quandoque totu affligit, & dicitur cephalica, quandoque medium, & dicitur emigranea, quae vero partem, & dicitur dolor monopagicus, qui si sit anterior indicat sanguinem, si posterior flegma, si dextra coleram, si sinistra melancholiam indicat, per eius varietatem humoris certu initium demonstrat. Dolor n. acutus colera ambulans, aquosus humores, aut ventositatē, extenuus humorum multitudinem, sempiternus sanguinem, grauatiuus melancholiam demonstrat. Iunior praeterea triplici ratione cognoscitur, vel calore, vel tactu, vel forma. Albus n. & mollis flegma, rubeus & mollis sanguinem, citius colera, niger vel glaucus melancholia indicat. Per tactum vero quia durus per duos, mollis vero per molles in ea esse indicatur. Per eius formam cognoscitur, ex colera n. pulsu, la sunt acutae formae, & pruriginosae, ex sanguine obtusa, & rubra. De flegmate vero lata, & non pruriginosa. Per exetitia a corpore cognoscitur, vt per vniuersa, & per spata, & egestiones. Per vniuersa humoris spes indicatur. Nam citius colera, alba flegma, rubea sanguinem, glauca vel nigra melancholiam, vel glauca, vel nigram, significat. Per egestionem etiam corporis, humoris dominium denotat, vt si carnosus sit aliquis, & venustus, & rubeus, somnolentus sanguinem deponit. Si pinguis, & piger ad actiones, si pallidus & mollis, si bonae imaginationis, male memoriae flegma dignoscitur. Si macilentus & leuis ad actiones, & rufus, & in formis frigidus, colera dignoscitur. Si quis macilentus & piger ad actiones, hebes ingenio niger, vel glaucus inueniatur, melancholiam deponere corpus coniecturaliter comprobatur.

De Preparazione corporis ad humorum purgationem. Cap. XXXVIII.

Triplex nanque proprietate materiei aegritudo naturam impedit. Natura vero suo triplici motu e contrario relictatur. Proprietatum noxia materiei prima est indigestio, secunda compactio, tertia mortificatio. Indigestio est proprietate materiei, quae praeparatur ad aegritudinem sciendam. Compactio est materiei in eodem loco congestio. Mortificatio est peruersio materiei oino in id quod est contra naturam. Primus autem motus naturae digestio dicitur. Secundus diuisio. Tertius materiei remotio, quae operatur ad aegritudinem sciendam, contra haec digestio, contra indigestionem, & est noxia materiei mortificando, non mortificatae perditio. Digestio itaque diuisio praecedat. Diuisio vero secundum naturam de iure remotio praecedere debet. Medicus ergo peritus, naturae motus debet imitari in oibus, in natura operatur. Medicus vero minister est. In primis igitur, digestiuis est vtendum, deinde diuisiuis, postea expulsiuis, si digesta digerere, copiosa de uidere, mortificatiua expellere. Priusquam ergo fiat euacuatio, oportet corpora fluxa facere, & cum mollitibus digerere cum altera vibus, diuidere cum diuisiuis. Mollitia sunt, vt ius carniu tener rinarum, & ius piscium magis mobilium, & liquamoforum. Digestiua sunt recte obuiantia proprietati materiei, vnde nocentum tum accidit. Diuisiua sunt in substantia subtilia, vt acetum. Quoniam autem est membris abominabile, dulce cum aceto coniungimus, vt mel, vnde fit oximel, & zaccara, vnde fit syrupus.

De Varijs modis purgationis. Cap. XXXIX.

Multiplaciter autem materiam remouemus, aut flebothomia, aut vltione, aut sternutatione, aut vniuersa, aut emorroidis, aut mestrui, aut sudore, aut egestione. Vomitu superioribus educimus. Flebothomia sanguinem extrahimus cum alijs humoribus. Vltione vero humorem detrahimus, aut materia in proprio loco consumimus insistentem. Sternutatione sumositates deducendo cerebrum depuramus. Per vniuersam etiam epas, & vesicam, & renes mundificamus. Per emorroides immundum sanguinem detrahentes, corpus omnino secus ramus. Per sudorem humores succutaneos educimus. Per egestiones graues in quoslibet humores pronocamus. Pronocantia vomitum alia leuia, alia graua, leuia delicata, graua fortibus attribuenda censemus. Graua autem sunt compositae medicinae.



cinæ, aut simplices, leuia similiter. Graua composita sunt vt vomitus fa pella, vomitus. G. Graua simplicia sunt, vt rapia, catapucia, elleborum album, nux vomica, semen atriplicis, semen rapæ, radix esula, cocoguidium. Composita vero leuia sunt, vt hydroleon oximel. Syrupus acetosus, vomitus Nicolai, decoctio bacaræ, decoctio corticis sambuci, vel vrtice radicis. Leuia simplicia sunt vt succus bacaræ, iunci, radicis, & similia, quorum decoctiones assignauimus. Ex his autem tam leuiter quam grauiter prouocantibus vomitu, vt uigenta, aquis, yna, syrupus posticus in stultu. Vomitus uicinis constituitur, si catapucia stipica ori stomachi superponatur. Flebothomiz duplex est modus. s. per antiphrasim, & per methacem: eum id est per eandem partem, per antiphrasim i. per contrarium. Aute confirmationem enim ægritudinis in principio debet fieri per antiphrasim, s. v. d. i. in pleuresi, post confirmationem per methacem. Vtisionis duplex est modus, scilicet aut tantum ad uterum locum materiam consumimus ibidem, aut alium locum vrendo, materiam, nociuam euacuamus. Sunt mutatoria, aut leuia, alia graua. Graua foribus, leuia de hieatis effe: enda censemus. Graua sunt vt pill. al. vel. pill. eusebii pill. piperis piren, stasilagris, salis armoniaci, mti, & salis gema. Leuia vt puluis thephise, vel rosari vel licinium perunctum lacte mulieris. Prouocantibus ægritudinem multiplicibus vitur, quoniam autem materiam primo digestam oportet euacuari, signa digestionis exponimus. Si vrina spissa apparuit post atenuetur. Et si primo tenuis est, postea inspissetur, digestionis signa cognoscuntur.

De Regimine purgationis sanguinis. Cap. XL.

Alii vbi supra. Euacuatio quidem repletionis, que est in vetriculis sit per flebothomiam, & omnino per ea augent regiminiis qualitate, sicut ait G. quoniam ipsa est euacuatio totius corporis æqualiter, & ciborum immunitio. Sanguinis namque minutio attrahit humores ab omni corpore, maximeq; si fuerit dominans sanguis. Si vero sit repletio secundum virtutem, oportet fieri sanguinis minutioem cum laxatiuis cuius est humore, purgare, quod si oportuim regimen facere dispoberis, confres contrarium qualitati ma li humoris, & omnino quicquid auget qualitate regiminiis sicut ait Gal. quia curatio totius corporis æqualiter si fuerit humores multi, sit per flebothomiam, & ciborum dimissio nem ac balnei. Si vero fuerint humores mali, laxatiu & vomitu, & ut materia laudabilis in corpore nutriatur. Attentius igitur inueniendū est si videris signa repletionis, quæ sint in om ni corpore, maximeq; signa repletionis ex sanguine, tunc flebothoma de vena quæ dicitur aquiheli, mediastina. Cumq; corpus euacuaueris loca restaura laudabilem sanguinem, cibum quoque minuas, & a quadrupedum carne, dulcibusque prohibeas, vtatur autem requie, caueatque laborem: labor enim corpora calefacit, humoresque malos, qui sunt in corpore liquecere facit, dehumitque frequenter ad aliquod mē broium nobilium, & alia. Vnde sit apostema, ceterique mor bi pessimi, quare oportet eos qui repleti sunt laborem caue re, maximeque in quorū corporibus mali sunt humores. Sic etiam a balneo prohibendū sunt, quia facit aliquid simile. Si vero sint aliquæ causæ quæ flebothomiam prohibeant, vt debilitas virtutis, vel imbecillitas stomachi & epatis, in his oportet vti diminutione sumediorū, & supliatione em quod potest virtus, vt sic natura sanguinem reprimat & bonum ac digestū faciat. Diminutio namque ciborum, & subtiliatio perfectiua sūt in regimine morborū ex repletione. Vtatur aut regimine refrigeranti, ac desiccanti, donec sanguis cōponatur, & maruretur, eiusque pars desiccetur, & in naturalē habitū reuertat.

De Regimine purgationis colere, melancolia, & flegmatis. Cap. XLI.

Pro si ceteri dominantur humores, aut corumpantur, acceleranda est eorum euacuatio conuenienti laxatiuo. Si igitur appareant signa superhabundantis colere, festi nes eam exinuit. Et siquidem tempus æstus est, & patiens fastidium lenferit, aut punctiones, aut morsus in stomacho. Vomitus cum squingibin, & aqua ca. exhibeatur. s. cum aqua ordci &c. Si autem æstus non est euacuatur corpus cum laxatiuo aqua fructuū, & mirabolanis citriuis solidatis, cum sca mona, secundum, quod videbitur posse sufficere secundum virtutem, ætatem, & regionem, atque consuetudinem. Cibetur autem pullis conditis cum aqua hēcereni, & aqua granato

rum, & similibus. Dulcia vero caueat & falsa, omnesque cibos pungitios, qui acuti sunt, & sicci. Quiescat etiam & laborem minuat, balneum cum aqua calida deuitet, & iram atque tristitiam, in heretate regimini assignato, donec redcat corpus eius ad statum pristinum naturale. Colera nigra si do minetur, euacuatio melancolici humoris oportet vt acceleretur, aliquando quidem vomitu si fuerit æstus, vel autumum cum his que purgant eam, vt est semen radicis, & nux vomica &c. Alioquin vero laxatiuo ætatis: lia educenti, vt est decoctio epithimi, & agarici. Caueat autem tristitiam, multiplicet gaudium, & leuitiam, laborem vitet, & iram, vtatur balneo aquæ dulcis, & balidz. Si aer illum circumdans tē peratus, aut mediocriter calidus, & humidus. Quod si cor pori superfit aliquid humoris melancolici, non tædat sapius his medicaminibus ac regimine vt, quoniam hic humor difficile carationē suscipit. Quod si flegmatis apparuerint signa euacuatiōem eius accelera, per vomitum quidem si tempus æstuum fuerit, vel autumū. Si autem aliud tempus, detur medicamen laxans flegma. Si tamen non fuerit humor decoctus ac subtilianus, nequaquam vtatur laxatiuis, quæ humor res subtiliant, sicut est aqua radicum herbarum, & immunitio ciborum, ac subtiliatio eorum. Cumque sic fuerit flegma subtiliatum, & euacuatiōi facile, ac transitu per meatus, tunc inaniendus est cum pillulis soluentibus flegma. De hinc autem asiduum sit in calidis, & siccis, caueatq; cibos flegma generantes. Quietem vero multiplicet ante cibum, & balneum aqua salz, atque sulphureæ post decoctionem, & im munitiōem repletionis, bibat vinum vetus, croceum, rubeū non spissum. Denique illi qui flegma sentit in suo corpore iubeas minuire cibum, ac subillare, hæc etiam proficiunt, absque vtu laxatiui, quoniam humorem istum subtiliant & excoquant, auxiliariūque nature ad illud alterandum in bonum sanguinem. Cum enim flegma sit cibus mediz decoctus, cibus si minuat, ac subillat super eum excoquitur, & sanguis efficitur, quod in humore melancolico, vel colerico non est euacire, propter eorum siccitatem.

De Regimine corporum quorum res naturales immutata sunt. Cap. XLII.

Vnaqueque naturalū habitudinū (vt diximus) si minuat, vel augetur, aut a consueto mutetur, sepius aduentū significat morbi, vel habitudinū mediz inter s. sanitate, vel ægritudinem. Similiter et si fiat aliqua in corpore qualitas extra cursum naturæ, vt est languor, aut dolor, aut aliquid simile, portendit morbum, aut habitudinem, quæ nec sanitas, nec morbus est. Incipimus igitur tunc de regimine corporū, quorū res naturales ab habitudinibus suis immutatae sunt. In huiusmodi siquidem oportet amputare causas eius mutationis, vt cito reducatur in statum suum naturæ. Quod fit si vtaris regimine contrario causæ, qua fit illa qualitas non naturalis. Verbi gratia. Si contingit appetitum ciborum augeti, signum est aut malæ complexionis frigidæ accidentis ori stomachi, propter quod oportet vti potu vini, & oppositione ciborū calefacientium. Aut quod salium flegma suspensum est in ore stomachi, pp q oportet vti vomitu, cū his que dicta sunt. Si vero minuat ciborum appetitus, signum est caloris oris stomachi, propter quod oportet restrin gentibus vt, sicut granatis acerbis, & syrupo hæcerni, & agythamarindis, & similibus. Cibari quoq; cibis frigidis, vt piscibus, lapidosis, & huiusmodi. aut et signū est repletionis corporis, & ob hoc euacuandū est humore dominati. Si autē inclinetur appetitus ad acerbam, signum est colere croceæ, quam oportet restringentibus & prouocatiōe vomitus per squingibin, & aqua ca. purgari. Quod si inclinetur ad calida, & pungitiua & dulcia, signum est malæ complexionis s. propter hæc vtendum est calefacientibus cibis, & medicaminibus, aut humoris acerbis, vtendum est et vomitu. Porro si inclinetur ad frigida, signum est malæ complexionis calidæ que accidit ori stomachi, vtendum quoque est refrigerantibus, ac restringentibus. Por ro si acciderit homini sitis, significat malitiam com. ca. & sic que accidit ori stomachi, propter quod vtendum est refrigerantibus, & humidantibus piscibus, & lacte.

Adhuc De eodem. Cap. XLIII.

Se ventositas acciderit intestinis, & stomacho, & hoc multorum ciborum oportet vti exercitio, & dilatiōe prandii, a tempore consentio, eiusque immunitiōe. Si vero causa ciborum ventositates generantium

nam, oportet his vti que expellunt, vt est semen apij, & cimini, & similia. Sudor, si multiplicetur in corpore impulsu nature, non oportet prohiberi, nisi excefferit. Si vero ex copia su persularum, & crapularum corporis, oportet cō laxatiuo pur gationem adhibere. Et siquidem sudor fetor inest, putredinis signum est, & tunc oportet intueri de cuius humoris materia sit, illumq; propria medicina purgare. Aqua nantis fluens si augetur, patiens cum borace, & xilalooc munda vaporetur, odoretque nigellam, & similia. Si vero minuat, aqua calida super caput effusione vtatur, & inclinatione super aqua ca. in qua decocti fuerint babimag. Quod autem defluit ab interioribus oris, si multiplicetur, oportet prohibere gargaraque ca. & aqua decoctionis mirti, & pallæ, & queffara. Si vero minuat, prouocetur curatio cū yera, & itasi sagria &c. Soms si multiplicetur, & hoc ex complexione hie. cerebro domi uati, oportet vti rebis calefacientibus & desiccantibus, caputque cum synapi fricari. Si vero ex superfuitate viscosi flegmatis cerebro dominantis, oportet purgare cerebrum cum pillulis yeræ, vel aloë, & pillulis aureis & gargar. Cum autem accidit vigiliz, signū est siccitatis cerebri, quare vtatur, ex ratione a que dulcis & tepidæ, in qua decocti sunt papauer cū corticibus, & cortices cucurbitarū, & folia lactucarū & viol. & nenufar. comedatur etiam papauer, & lactucæ conditæ &c. Coitum si petat homo plus solito, signum est augmenti caloris & humiditatis, quapropter oportet vti refrigeranti, ac restrin genti regimine eum cauetla, vt sunt papauer, lactucæ, portula ca, queffara viridis, & similia. Significat quoq; frequenter augmentum sanguinis, ideoque flebothomia vtendum est, & appō ne ciborū sri, & aquæ sri. balucatione si ar patitur. Sic igitur oportet amputari causas immutatiōis corporum ab habitu dine sua naturali, ne forte crescant, & morbos afferant.

De Amputatione causarum, que sunt extra rem naturalem. Cap. XLIII.

Sequitur de regimine corporum, que transferunt ad habitum animæ extra temperantiæ, & rem naturalem, iamq; sunt in præcipiti casu ad ægritudines. Itaq; cum inde accidit hō angustia a semetipso sine labore aliquo febrem præfigurat ante alia ægritudinem. Fetor in vrina, vel in sudore signum est humoris putridi, qui euacuatiōem indiget, vtendum est quoq; regimini e contrario. Morpha alba si multiplicetur, a lba lepra timetur, & oportet patientē euacuari medicamine flegma purganti, cibosq; refrigerantes, & humectates prohiberi. Raucitas, & in facie rubor accidentis hōi, portendit elephantia, ex hoc oportet accelerari flebothomia duarū venarum colli, ac sepius educere sanguinē paulatim, secundū quod virtus paritur, & ætas adiuuat, & tempus, & complexio naturalis. Post ali quot dies euacuatur corpus cum decoctione epithimi, & agarici, & a cibis melancoliam generantibus prohibetur. Pustula cum multiplicentur signum est futuræ emissionis: vtendū est itaque flebothomia aquahæ, & basilicæ in latere parieti, & de coctio mirabolani. ei propinanda est. A caribus arceatur qua deupedum, & a cibis dulcibus. Frigiditas autem cibetur, & de aquis sulphureis & aluminosis super eō roretur, ipse quoque in illis & in aqua maris immergatur, prodest. n. & arceat emissiones. Excoriationes autem si multiplicentur in corpore, pustularum magnarum aduentum portendant. Equum est igitur hunc a cibis crostis prohiberi, cibūque subtiliani, & a flegmate crostis, atque viscoso corpus euacuari, plurimoque balneo vti. Si facies appareat tumescens, & inferior palpebra, hidropisis est timenda. Hunc igitur oportet regi minutioe cibi, ac subtiliatiōe, & a dulcibus prohibitione & aquæ multæ, vel turbatæ potatione. Vtatur exercitio dū est inanis stomachus, post prandium requiescat, eiusque natura cum pillulis hieræ laxetur. Vomar cum squingibin aliquando, & frequenter virgas caparis aceto conditas, & oliuarum conditarum. Si enim huiusmodi patienti regimen impresserit, securus fiet a superuentu hydropisis, præterea si cui dolor vmbilici acciderit, ac permanserit, aduentum hydropisis tympanitæ portendit. Ob hoc vtendum est quibudam pulueribus, que sunt ex semini bus anisi, apij, feniculi, & ceteris.

De Amputatione venarum, que sunt in capite. Cap. XLV.

Dolor capitis continuus aliquando portendit cæcitatem, hunc oportet curari cum pillulis hieræ. Quæ si non cedant, bibatur aloes infusio cum cæteris medicinis, quæ si pro sunt arteriz duæ, quæ sint in temporibus incidantur, aut ve-

na frontis patiens minuat, caueatque cibos caphaleam ad ducentes, vt est allium, cæpa, pastinaca, cafeus, simileque cibi vaporantes. Titillatio accidens faciei paralysim portendit, vt de oportet vti medicaminibus caput purgantibus, & prohibe ria a cibis flegma generantibus: vti vero calefacientibus, ac sub tiliantibus, non autem cibis impleatur, aquis vero sulphureis balneatur. Si acciderit hō multa oppressio, epilenfiam portē dit. Itaque cibos crostos, & flegmaticos caueat, cibum minuat ac subilliet, & si pulsus est magus, ac velox flebothomiam accelere. Si facies intumuerit & comitetur dolor capitis, ac ru bor in venis oclorum, maniam portendit, & frenesim. Opor tet igitur accelerare flebothomiam, & sanguinis educationem, iuxta virtutis, & ætatis, ac temporis sufficientiam: ponaturque super caput eius pannus infusus sandalo, & aqua rosata, & po stea datur calia. l. Quando vero accidit hō tristitia, & cogita tio, & nequitia mentis, sine causa desipientiam portendit, & melancoliam, huic decoctio, propinetur epithimi, & agarici, in qua proiectum sit modicum ellebori nigri. Denturque ei pillulæ sticados, caueat a cibis melancolicis, & vtatur calidis & humidis, frequenterque leticiam, & gaudium, somnumque mul corum cum canu dulci. Catarrus frequenter accidens hōi qui gracilis est, & pectus ei strictum, portēdit peripleumoniā & pntim. Vnde oportet moliri purgatiōē cerebri eius a crapula. Aliquando quidem cum pill. aloes, & pill. hieræ, aliquado vero cum aloes infusione, cūque catarrus acciderit, vtatur sru po papaueris & labuco, cum his que necessaria sint medica minibus. Arceat enim fluxum a cerebro. Caput eius seruetur a calore & frigore, a labore quoque prohibeatur, & in pluribus quiescens impingatur.

De Amputatione earum, qua in ceteris membris. Cap. XLVI.

Si lenferit homo grauitatem in latere dextro, iuxta hipocō driam, aut puncturas, aut extensionem, portendit passionē epati venturam. Et si quod inuenitur graue est, portendit opila tionē, huic oportet dari squingibin han salicit, cum seminibus & siropus abinthij, & meleren piecreum, & quandoque amig dalas amaras accipiat. Si vero quod ibi venit vel lenferit est cum intentione, ventositate significat. Si autem inuenitur & punctura portendit calidū apostema, quare venam oportet ba silicæ minui, eiusque rotulam cafeæ dari cum aqua inube, & o latro, vtatur aut frigidis in cibo, prohibeat a dulcibus. Ergo cum inclinetur in album portendit ictericiā, & tunc hoiem ex pedet regi regimine quod conuenit epatis calori. Hall. Si acci dent hōi fastidiū & ventositas in sinistro, aut dextro latere in his, quæ sub hipocōdrijs sunt, simul et ablatu sit ciborū app etitus, hoc ilion portendit, quare minuendus est cibus atque subtiliandus. Imminuendus est et potus aquæ sri. & vtendū est exercitio, ac somno prolixiori. Si autem illis vtriusq; gra uat, & extensio acciderit, apostema futurum in renibus portē dit, vtendum est itaque flebothomia basilicæ in latere parieti, dandaque est ei aqua ordci, locus et emplastrizadus est ali quo confortanti, fluxumq; materiz prohibenti. Arceat et im mergatur vtriusq; signū est generationis lapidum in renibus futurorū. Vtendum est igitur huiusmodi exercitio temperato ante prandium, vt supelluitates euacuentur, & humiditas fleg matica maturetur. Arcenda est autem ciborum copia maxi meque crostorum, ne forte crapulæ crostæ in eius corpore co adunentur, vtaturque subtilibus, & vrinā prouocantibus. Vri næ incensio cōtinuo vulnera futura significat in vesica & vir ga, quare oportet vti cibo refrigeranti & humectanti. Dulcia vero & pungitiua cibaria prohiberi. Cum autem ex ventris so lutione dolor & incensio in ano prouenit: Dyatriam portē dit. Huic oportet dari puluicem compositum ex semine præ silij, & amilo &c. Si vero in ano asidua prurigo fuerit, emor roides portendit, hunc a cibis melancoliam generantibus, & frigidis arceat conuenit.

De Regimine iter agere volentium. Cap. XLVII.

Hæc de amputatione causarum morborum iam adueniē tium dicta sunt, ad custodiam sanitatis. Præter hæc, eam quædam adhibenda sunt sanis, quæ proxima sunt ne cessariis, vt computra corporis, & ipsius compositio, eiusque mundatio, capillorum confortatio, productio, & prohibitio, & huiusmodi. Regimine quoque siue cautela peregrinantium a periculo malorū accidentium. Primum quidē ante peregrina tiōem oportet corpus a superfuitatibus cū flebothomia, & laxatiuo euacuare, & medicamen consuetum accipere. Labor enim

enim & motus calefaciunt corpus, & ab hic humores mali calescunt, ac de loco ad locum transeunt. Ac sic ad aliquod membrum nobilium deservunt, in quibus apostema pariantur, aut bonis humoribus admiscetur, quos & corrumpunt, indeque febres, & alii morbi fiunt. Præterea qui peregrinatur, si non habet consuetum ambulare, quia exerceat seipsum in deambulatione paulatim augens quotidie donec assuescat, eique facile fiat. Et si quidem cum ire peditem oporteat, lacertos crurium ligaturis componat, stringatque se medium mantilibus, quo motui sit aptius paratus. Sic ei baculus quo semper innitatur, iter, non adiuuat, & angustiam ab eo releuat. Non autem iter facienti famam pati conuenit, hoc enim virtutem debilitat ac dissoluit, propter multitudinem eorum que soluuntur a corpore per motum. Sed nec in repletione, quia prohibet itineris celeritatem, & adducit spiritus aetatione, nisi sit cutis rara, porique aperti & lati. Sin aliter oportet hora antequam iter faciat cibo refici quantitate quidem pauca, sed plurimi nutrimenti. Si quidem oportet eum accelerare viam, cum senserit angustiam que faciat, seque ipsum si poterit deponat, & paululum in fundatur, oleoque violato vngatur, magis autem pedes & dorsum, ut siccatas, quæ illis mori facit, humectetur. Razi. 6. parte. Qui longum iter vult peragere, ante ipsius inceptiorem minui debet, & medicinam solum vnam ventris fumere, præcipueque si longum tempus transijt, ex quo neutrum horum peregit. Qui autem iter agere non mundificatio corpore voluerit, vix febres euadere poterit, quod si eas aliquando euaserit, quia corpus eius dissolutum est, cutisque rara, non euadere poterit, vel apostema. Et quoque studendum est, ut consuetudinem suam in diæta & somno & motu, vel exercitio transmutet in illam, qua eum in itinere vti conuenit, ne scilicet mutatio subita eum grauet.

De Regimine iter agentium æstiuo tempore. Cap. XLVIII.

Qui vero tempore magni caloris iter agit, nec cibo repletus nec ebrius sit, nec et hora illa vinum bibat, non tamen a cibo, vel vino penitus vacuus sit, nisi fastidium pariat, quod si passus fuerit, omnino ab itinere melius est abstinere, & dormire, atque quiete, donec fastidium remoueat. Quod si nullo modo cibum appetierit, caloremque superfluum ac sitim senserit, triticum si actum cum aqua multa coctum, cum zuccato, & cum aqua frigida bibat, post cuius haurit non statim eat, sed parum moretur. Nam si motus statim fuerit, cibum existens in stomacho de vno latere transiens ad aliud stomachum inflat & male digeritur. Si autem ipsum ire necessitas cogegerit, parumper bibat, & nunquam foriter iuceat omnia vero membra sua præcipueque caput a sole custodiat, & quam maxime si diuitius ire voluerit, diu nanque dum fortis est calor incedere, ac ieiunare corporibus macris nocet, plus, ceteris vero minus. Quædam etiam crotala reperiuntur corpora, quibus conferant prædicta, vltis etiam in huiusmodi multum valet, corpora nanque calorem, aut laborem, vel famem vel talia ferre consueti in his inueniuntur fortiora magisque tolerantia. Postquam autem itinerans iter suum perfecit, aliquantulum prius quieteat, & postea in aqua tepida dulci balneetur, deinde cibaria in frigidantia, & humectantia comedat, & in loco ventis exposito dormiat, ac sollicitudinem prætermittat. Hali. vbi supra. Si quem æstatis tempore peregrinari conuerit, iter carpat nocte dum aer est frigidus, die vero requiescat, ut securus sit a solari læsione. Iter. n. in sole & æstiuo per sepe morbos pessimos adducit, ut cephalicam, ebriam, & huiusmodi. Magis autem his quorum complexio est cali, & sic corpusque gracile. Corporibus autem frigidis & hu. obesis, & corpulentis, non adeo nocet. Porro si vigeat per diem ambulare, vestibus spissis, & solidis operiatur, quo prohibeatur æstus ad corpus accedere, caput etiam & faciem pillesis, alisque subulibus operiat, quo minor anhælatio fiat in aere calido, nec fiat illi meatuum exoratio.

De Caustela contra sitim in itinere. Cap. XLIX.

Expedit enim iter agentem lac, & caseum veterem, & fabas, ceterosque cibos sitim prouocantes vitare, refrigerantibus, & humectantibus vitare, ciborum nanque copia sitim exortat. Razi vbi supra. Oportet ergo quemlibet sitim in itinere videntem, a cibi saturitate abstinere, antequam tamen eat ex oleis frigidis, & acetosis parum comedat, a sale vero vel dulcis, vel acutæ rei comestione abstinere, proprieque a piscibus tam recetibus, quæ salis, quæ effectiui sunt sitis, Cauca

aut ne cito, sed suauiter incedat, quia citus inest flus hominem frequenter ac vehementer anhælat facit, quod in prouocatio ne sitis omnibus deterius existit. A nulla quoque abstinere, quoniam & ipsa sitim creat. De his autem, quæ sitim sedant, ac diu remouent, sunt lac, acetosum valde, portulaca, cucurbita, citrulli, molenes non dulces, & pira non multum dulcia, sed valde humorosa, & parum stipitica, poma quoque, & mala granata, & quæ de fructibus acetosis sunt eis similia. Hæc si quis antequam eat comederit, non sitim patitur. Cum autem in itinere sitim vehementer aliquis patitur, non statim aqua eum cam inueniet, fatietur, sed os ex ea diu colluat, & parum inde traiciat, in qua etiam extremitates suas mittat, faciemque suam ex ea lauet, & in eam si voluerit intrer, & quantem magis imminuat esse sitim persenserit, potum augmētet, donec fatietur si voluerit. De his et quæ in ipso itinere, vel ambulatione tenta in ore temperiem sitis adducunt, sunt pira sicca, & acetosa, granata quoque acetosa, grana autem ex masala, pumper fumere, & in ore quouique dissoluatur tenere. Hinc etiam (licet parum cum fetu) in ore tenere cistalli frustum, aut argantum metum resium, labia præterea stringere coactet, & aetern nullo modo per os attrahere, aliquam quoque de rebus frigidis odoriferis semper odorare. Præterea ex semine cucurbitæ cum aliis, quibus troscifi parui sunt, qui etiam in ore terti & sitim sedant & ardorem extinguunt, vnde etiam febribus acutis igitur in vltimitate conferunt. Auic. vbi supra. Aquarum quoque diuersitas iter agentem ad ægritudines magis, quæ nutrimentum diuersitas adducit, cuius emendatio est ut vehementer coletur, & fiat ut resudante corpore multum per sudorem egrediatur.

De Regimine iter agentium in frige. Cap. L.

Hali vbi supra. Hyeme vero locisque frigidis oportet iter facere de die, non de vero quiete, vltibus pilis operire corpus, & duplicia induere, caput & faciem mollibus pillesis operire, pedes quoque lanis tegere. Cauent autem quantum potest coram frigus, maxime equo vectus, pedibus, nãque pedes calefacit copia motus, vnde & ambulatione pariter vtilior est equitatione. Equibus nanque sunt quidam languores minime pedibus accedentes, quia meatus eorum corpora calidæ sit. In locis quoque niuosis oportet addere cautelam membrorum extremorum, & faciei a frigore, magis autem sit cum hoc etiam vigeat status ventorum. Hoc. n. difficile est, & maius prouocans nocumentum. Itaque præuenire conuenit, & alia, & præcipue competenti modo comedere, cibos et in quibus calida condimenta sunt, ut piper, & zinziber. Corpus etiam, & pedes vngatur oliuatum oleo, vel lussino, vel ceteris huiusmodi calidis oleis, quibus opilati potest prohibeatur aditus digoris ad membra. Sitque & ingressus calor ad interiora, & super facies oleo calefacta. Cauent insuper iter agens, ne debilitetur eis viuis pp inuitum in niue frequentè, hoc. n. visum spargit, cuique minuitur superponat igitur oculis niger pannus sit niger, ianus, & violaciæ vestes aut virides, quia vitum colligunt & adiuuant huiusmodi vestes, prohibentque spargi. Est autem niger, color melioris actionis ad huiusmodi, nec conuenit homini iter agenti, & huiusmodi locis frigidis, ut doloris quiete fiat securus, hoc enim significat corruptionem sensus, nec oportet negligere curam eius. Ita, si in intumuerit digiti, oportet illos oleis calidis luisse, & in aqua calida ponit, in qua calefacientia decocta sint, & dissoluentia, sicut anetum, & sursur, & similia. Si vero lucidi sunt aut nigri, oportet illos profundius incidere, & in aqua calida permittere, donec sponte fluxus sanguinis ampetetur. Razi vbi supra. Qui tempore vehementis frigiditatis incedere debet, cibus est ac vino repletus prius oportet, post quorum acceptiorem oportet ab itinere paulisper abstinere, donec cibus calcet, sedeturque motio, quæ in corpore facta fuerat. Cibaria vero quibus vitur actualiter, & potentialiter calida sint. Qui si frigidum aetern in itinere attraxerit, non statim ipse itineris profectiorem, & quietem ad ignem lecalescere, nec balneum intrare, vel dormire debet, sed per vnam horam locum calidum in quo sit ignis, a longe circumueat. Deinde paulatim vero igni appropinquare incipiat, post hoc, autem si magnum in itinere tetigit cum frigus balneum ingreditur, in quo diu morando fitetur. Quod si balneum inuenire non valeat, in domo igne calefacta tamdiu fricetur, donec corpus eius rubere incipiat.

De

De Regimine peregrinantium in mari, & in exercitu. Cap. LI.

Hali vbi supra. In mari vero peregrinanti si subuersio & vomitus acciderit, vtriusque syrupo hesceris, vel granatorum cum menta, vel pomorum muzotum cum tamarin dis, sugar & odore granata poma, muza, coctana, minuatque cibum. Si autem incipit ei vomitus dominari, mundetur stomachus eius coleris, & vtriusque deinceps supra dictis, sitque cibos eius acerba, vel qui sit de acerbis. Abstineat autem ab intuitu maris, prodest. n. Razi vbi supra. Qui per mare vult incedere, arab fructuum, & medicinas quibus vti consuevit, secum deferat. Prius tamen quam ingreditur mare, per aliquot dies comestione, qua consuevit vti, debet minuire, talique cibo vti qui sit de his qui rigidum stomachum faciunt. Ea quoque die, qua mare primum ingreditur, aquam non intueatur. Sed ea odorare, & comedere paulatim incipiat, quæ vomitum reprimunt. Quibus ita gestis, si stomachi subuersio acciderit, & vomerit, aliquoties vomere permittendus, quæ hoc ei non nocet. Quod si plurimum necesse est hoc ei accidat, arab fructuum, quasi forbendo, atque lambendo sumat, & sumach, & granatorum grana, & hmoi accipiet. Exercitium æstiuo tempore in altis locis, & collibus debet manere, & hostia tentoria ad ventum septentrionalem vertere. Inter tentoria vero magnum intermittendum est spatium, & a mectibus, quanto plus possibile fuerit, est elongandum. In hyeme vero sit ipsorum regumæ contrarium huius, ut in locis profundis maneat, & tentoria coniungant, eorumque ad orientem in meridie hostium vertant. Si vero meridians aer humidus fuerit, dieta minuatur, & vinum oino dimittatur, sed exercitium ad incrementum proueniat. Si autem aer sicus fuerit, huius contrarium fiat. Quod si multi homines illic ægrotent, ab exercitio separati longe maneant.

De Caustela contra pediculos ac pulices & muscas. Cap. LII.

Hali vbi supra. Accidit autem peregrinanti copia pediculatorum in corpore, propter sudorem, & puluerem, ac balnei paucitatem. Quod cum euenit, corpus eius cathaplasmetur cum argento viuo occiso cum oleo, adiuncta Aristologia longa, & defila. Mane quoque balneum ingreditur, & corpus eius fricatur valida mundetur, caputque cum tarafabulo, & boraco lauetur. Razi vbi supra. Pediculatorum grauationem prohibet vltus balnei & lauacri, pannorum frequens mutatio, proprieque vltus pannus qui carni adheret lineus sit, tarde nanque pediculis repletur. Huiusmodi pediculos autem interficit argentum viuū ex trinctum si oleo mlicatur, & ex eo fila lanæ inuungantur, quæ super se aliquid impendat, aut ex eis se fingat. Pulices etiam herba que dicitur cauchar, in lecto posita fuerit, quasi ebrii & paralytici sunt, nec salire, nec se mouere possunt. Si vero aqua in qua tribuli costi fuerint domus roretur, pulices oino destruantur. Aqua similiter in qua ruta decoquitur, aut oleander eos interficit. Culices ex fumo paleæ, & ex fumo vaccini stercoreis, & quam maxime ex fumo calami, & nigellæ fugantur. Muscæ vero aqua in qua niger elleborus coquitur, & arsenici citri, vel olibani fumo necantur.

De Remedijs contra bestias nocuas, & serpentes. Cap. LIII.

De his autem quæ beluas fugant, dicitur quod Leo pre albo Gallo, & præ Mure fugit. Præ ligno quoque, quod dicitur Sethin timet. Leopardus præ herba que dicitur leopardi herba terretur, & herba que leopardum strangalans dicitur interficitur. Lupus vbi est squilla non appropinquat. Catti siluestres & dalac, ex fumositate amigdalari fugiunt, elleborus et & squilla. Porro Canes ac Leones plurimamque beluas interficiunt mares, & domo cum calcato fumigata fugiunt. Ex squama vero ferri vel gallia metallina, vel ex elleboro moriuntur. Si ex aliquo. isto rum est farina consperso comederint. Formicæ itidem ex alchitrano, & ex sulphure, & ex asse fetida fugantur. Et si ex istis mittatur aliquid in eorum foraminibus morientur, & si ex eo citra foramen epithima fiat non exibat. Serpentes expelluntur, si domus cum cornibus cerui, vel vngulis capræ, vel sulphure, vel galbano, vel pice, vel bellio, vel lignis malorum granatorum, vel capillis humanis suffumigetur, vel ex aqua in qua salhamoniacus dissolutus fuerit roretur. De hoc et aqua si in eorum foraminibus mittantur fugiunt. Scorpiones autem fugiunt si domus cum vngula asini, & sulphure, galbanoque suf

fumigetur. Oleum et in eorum foraminibus si suffum fuerit, in de viterius non exibunt. Item asse fetida si in aqua dissoluatur, & domus ex ea roretur, non ibi approximant. Præterea si multi ex eis capiuntur, & domus ex eis suffumigetur, oes alii fugiunt. Dicitur et quod vipera si bonum zamorad intueatur, oculi eius illico liquantur, & a capite fluit. Catti quidem & fures, & pauones, ac grues, & aquatica volatilia, & his similia, quæ venenosa capere animalia consueverunt, in curijs natrienda & tenenda sunt.

De Caustela contra venenum. Cap. LIIII.

Qui cibum suspectum habuerit de veneno, nequaquam commedat in quo est dulcedo, vel superabundans acetositas, & ad vltimum quicquid superabundantem ac fortem habet saporem. Ne nanque perniciosa species. i. venenosa, nisi talibus nutrientibus misceri nullatenus possunt. Malum quoque cibo odorem si habuerit dimittendus erit, præterea qui venenum sibi dari timet, aliquam ex medicinis operationem veneni remouentibus, aut debilitantibus assidue bibere debet. Quod si venenum aut potum illius accepit, eadem hora qua mutationem, & æstuationem sentire cepit, aquam tepidam, & oleum sisaminum vltque ad repletionem ventris bibat, & euomat. Est autem medicamentum de uucibus, & ficibus, quod omnes venenosorum animalium modos nocere prohibet. Auic. in 4. canon. Epithimata vero quibus corpora limantur, vt non approximant eis venosa, sunt cerebrum leporis cum aceto & oleo, & stotax quando soluitur in oleo, & oleum in quo infusa sunt folia pini recentia trita, aut flos cyperi & granaluniperi, & folia similiter agni casti, in oleo, & abrotanum, & affodillus, & daucus, & carpopallamum, & radix nasturcii, & ceteræ quæ supra dictæ sunt.

De Curatione ægritudinum. Cap. LV.

Hali vbi supra. Medicina est scientia apponendi modum ad modum, vel ad id quod excedit modum. Est. n. scientia apponendi parta ipotis, vt temperantia conseruetur, distemperata distemperatis, vt ad temperantiam reducantur. Quæ quidem temperantia triplici fundamento regitur. scilicet humoribus, cibis, & membris. Ex dinamide Galieni. Omne auxilium medicinæ totius corporis tripartitum est. medicamentum, ferro, igne. Quod. n. medicamentum curari non potest, ferro curetur. Si autem nec ferro potest, igne reuocetur. Quod autem nullo istorum trium superari poterit, incurabile æstinetur. Isidorus vbi supra. Medicinæ curatio aspernenda non est, meminimus. n. Isaiam Ezechie languenti aliquid medicinale mandasse, & Paulus Apostolus. Thimotheo medicum vinum prodesse dixit. Curatio igitur morborum tribus generibus constat. Farmacia, quam Latini medicamina vocant. Cyurgica, quam Latini manuum operationem appellant, manus. n. Græcè, cyros vocatur. Dyæta, quam Latini regulam vocant, est. n. obseruatio legis vitæ. Sunt ergo ois curationis species tres. Primum genus dyæticum. Secundum farmaceuticum. Tertium cyurgicum. Dyæta est obseruatio legis, & vitæ. Farmacia est medicamentorum curatio. Cyurgica feramentorum incisio, nam ferro inciduntur, quæ medicamentorum non senserit medicinam. Antiquior autem medicina herbis tantum, & succis erat, talis. n. medendi vltus cepit deinde de ferro, & ceteris medicamentis. Omnis autem curatio, aut ex contrariis, aut ex similibus adhibetur. Ex contrariis vt frigidum calido, vel humidum sicco, sicut & in homine superbia sanari non potest, nisi humilitate sanetur. Ex similibus vero sicut ligamentum vulneri rotundum rotundo, vel oblongum oblongo apponitur. Ligatura enim ipsa non eadem membris & vulneribus omnibus, sed similibus simili coaptatur, quæ duo adiutoria etiam ipsa hominibus suis signantur. Nam & antidotum Græcè, Latine ex contrario datum significat. Contra-ria enim contrariis medicinæ ratione curantur, contra ex similibus vt pigra, quæ interpretatur amaritudo: quia amaritudo morbi, amaritudine medicaminis solui solet.

De Diæta infirmorum. Cap. LVI.

Vicenna vbi supra. Medicationis itaque res tripliciter complectitur. scilicet regimine, vel administratione nutrimentum exhibitione medicaminum, & operatione manuum. Nutrients quandoque prohibetur, quandoque minuitur quandoque æquatur, quandoque augetur. Prohibetur quidem vt natura in maturatione humorum occupetur. Minuitur autem vt præter hæc etiam virtus conseruetur, in quantum enim nutrit.



est, virtutem, custodit, in quantum vero minuitur, partem materiei conferuat, ne natura tunc in digerendo multum cibum occupetur. Semper autem medicus sollicitus sit de duobus. scilicet virtus sit valde debilis, aut aegritudo multum fortis. Nutriens quidem minuitur, aut in quantitate, aut in qualitate, aut in utroque. Est inter hoc differentia, quia quandoque nutriens est multae quantitatis, & pauci nutrimenti, sicut olera & fructus, si ex eis multum comedat, quandoque autem econtrario sicut ova. Nobis autem quandoque necessarium est quantitate minuire, & augmentum in quantitate facere, ut quando desiderium superans est, & in venis crudi sunt humores, & voluerimus per impletionem stomachi desiderium sopire, & a venis multam materiam prohibere, ideo ut prius quod in eis est maturetur, vel aliis de causis. Quandoque vero necesse est augmentum in qualitate facere, & quantitatem minuire, ut quando volumus virtutem confortare stomachi, quia iam non valet rem digerere. Quod autem in minuendo cibum, aut prohibendo laboratur, plurimum fit cum aegritudines acutae medicantur. Minuitur etiam in aegritudinibus chronicis, sed minus quam in acutis. In chronicis namque plus de virtute solliciti sumus, quia chrysis eorum est longinquata, statumque remotus. Idcirco nisi virtus custodiatur usque ad horam, chrysis stare non poterit, neque illud quod in longo digeritur tempore, digerere, valebit. In acutis vero, quia propinqua est chrysis, confidimus quod ante statum non resolvetur virtus, nam si hoc tenerimus, nutriens non plurimum minuemus, & quanto magis aegritudo principio fuerit propinqua, & accidentia magis quietata, tanto magis nutriens virtutem confortantes eam. Porro quanto magis aegritudo processerit, minuemus dietam, & propter praedictam filicium, & ut virtus in hora instantis allevietur. In tempore quoque status aegritudinis regimen vehementer subiliamus, & hoc tanto magis quanto aegritudo fuerit acutior, & chrysis propinquior. Nutriens praeterea secundum quod ex eo fit nutrimentum, duas habet alias operationes. scilicet velocitatem penetrationis, sicut dispositio vini, & tarditatem penetrationis, sicut assatorum dispositio, atque fruxionum. Sunt autem in nutriente dispositiones duae. scilicet spissitudo substantiae eius quod ex ipso generatur in sanguine, eiusque retentio, sicut est dispositio nutrimenti potinae carnis, & vitulinae, aut eius subtilitas, ac resolutionis velocitas, sicut est dispositio eius quod ex vino fit & ficibus. Et nos quidem illo quod cito penetrat necessarium habemus, quando casu virtutis animalis eoque resolutionis succurrere volumus. Virtus autem stomachi tamdiu tolerare non potest, ut nutriens digeratur, quod tarde digeritur a nutrice. Porro motum, quod cito digeritur, cum accidit ut nutriens praecedat quod tarde digeritur. Timemusque ne cum eo contumatur, veremur etiam a nutriente crosso, cum opilationes acciderent. Sed cibum nutrimenti fortis tardeque digestionis eligimus, propter quod velociter cofortetur, & exercitibus fortibus praeparare volumus. Rarum quoque nutriens eligimus, propter illum cui velociter accidit portorum spissitudo.

De Electione medicaminum secundum sui qualitatem, & quantitatem, & aegritudinis horam. Cap. LVII.

Medicatio vero quae fit medicinarum exhibitione tres habet regulas. Vna est eligendi medicinae qualitatem: scilicet calidam, aut frigidam, aut humidam, aut siccam. Secunda est eligendi quantitatem. Et haec dividitur in duas regulas. scilicet mensurandi pondus eius, & qualitatem ipsius. i. gradum suae caliditatis, aut frigidi. Tertia est obseruandi suam horam. Ex tempore vero, vel hora aegritudinis est, ut sciatur in quo suorum temporum est aegritudo. Verbi gratia, si apostema fuerit in principio, super ipsum ponatur, quod repercutiat solummodo. Si autem in statu sit, ponatur id quod tantummodo resoluit, in medio miscetur utrunque. Item si aegritudo acuta sit in principio, sui regimen oportet temperate subilari, si autem in statu, magis in subilando studeri. Si vero proluxa sit, non tantum in principio, sed etiam in statu, temperata subilatione conuenit uti, licet multas proluxam aegritudinem, propter febres regimen subilatiuum resoluat. Aegritudo quoque si multae ebullientis materiae fuerit, in principio debet euacuari, non maturatio expectari. Si vero mediocris fuerit, est maturanda, & postea euacuanda. In electione qualitatis medicinae habetur cognitio, per cognitionem speciei aegritudinis. Medicina enim est eligenda quae ipsi aegritudini in qualitate sit contraria, nam & sanitas suo simili conferuatur, & aegritudo suo contrario medicatur. Mensura vero quantita-

tis eius, ex duabus cognoscitur partibus, scilicet ex natura membri, & ex quantitate morbi, & ex rebus, quae super illud sua conuenientia, & aptitudine significant, ut sunt genus, aetas, consuetudo, tempora, regio, ritus & forma. Ex horumque summa dignior est ars, secundum aegritudinis quantitatem. Mensura quoque medicinae cognoscitur, qualis debeat esse. Verbi gratia. Cum corporis caliditas aegrotatiua fortis est, illam extinguere necesse est cum medicina, quae sit in frigidando fortissima, similiter & econuerso. Si vero qualitates aegrotatiuae, vel accidentales non fuerint fortes, medicinae quoque debilioris qualitatis sufficiunt.

De Electione medicaminum, secundum naturam membrorum infirmorum. Cap. LVIII.

Cognitionem naturae membri. 4. rerum cognitio continetur. scilicet cognitio complexionis eius, & creationis, & situs, ac virtutis. Complexionis quidem, quia cum eius naturalis complexio nota fuerit, tunc ut ipsius complexio in aegritudine qualis sit cognoscatur, per mensuram aestimatiuum scietur, quantum eius complexio naturalis elongata sit, ac per hoc quanta mensura ad temperiem reduci possit. Membri creatura diuiditur in quatuor modos, scilicet alibi diximus. Membrorum praeterea quaedam sunt in foraminibus suis facilia. Suntque in eis interiora aut exteriora loca vacua, per quae superfluitas medicinae expellitur subtiliter & temperate. Alia vero quae non sunt ita, sed indigent fortiori medicina. Item membrorum quoddam est rarum, quoddam spissum. Raro quidem sufficit subtilis medicina, spisso vero fortis est necessaria. Quod autem medicina fortis plus indiget, est illud quod in nulla duarum partium ventriculum habet, neque receptaculum. Post hoc est illud quod habet ab vna parte, & post ipsum illud, quod a duabus partibus habet receptaculum, sed solum ac spissum est sicut lignum. Post hoc autem illud quod ex duabus habet partibus, sed solum ac rarum sicut pulmonem. Situs quoque membri cognoscendus est, quia per situm cognoscitur locus, aut societas. Vititas quidem ex societatis cognitione proniens est magis propria, quia partem eligis ad quam medicina trahit, & ad quam eam declinare facis. Verbi gratia, si materia fuerit in gybbo epatis euacuabis eam per vrinam, si vero in epatis cocaurate per ventrem. Epatis vero gybbositas effociata est vrinam membri, concuuitas autem intestinis. Vititas vero, quae ex parte sciendi locum proniens, est triuimodorum. Vnus eorum est, eius longitudo, & ipsius propinquitas, quoniam si fuerit propinquum sicut stomachus, peruenit ad ipsum medicinae temperatae, & operantur in ipso. Si longinquum, ut pulmo, virtutes earum contumescunt antequam ad ipsum perueniant. Quapropter necessarium erit, ut in eorum virtutibus augmentum fiat. Secundus modus est, ut sciatur quid medicina admiscendum sit, ut propter illud velociter ad membrum perueniant, sicut membrorum vrinam medicinae admiscetur diuretica. Tertius modus est, ut sciatur qua parte medicinae ad ipsam transire faciamus. Verbi gratia, si vicia inferioribus intestinis sunt, per cytere iniicienda est, in superioribus intestinis per potionem inferenda. Quandoque, etiam cofert loci, societatisque simul habere & sollicitudinem, ut cum fuerit materia tota iam in membro euacuata, & in eo quod facere debemus, cum materia adhuc euacuatur. Denique vititas, quae sequitur ex parte virtutis membri est trium femitarum. Prima est dignitatis & principatus curam habere, quia super membra principalia cum fortibus medicinae vehementer operantibus, non est aliquid faciendum, quantum possibile est, in quo sit ambigendum, ne toti corpori fiat commune nocuum. Quod autem inter omnia membra custodia dignius existit, est cor, postea cerebrum, & post ipsum epas. Quapropter ex cerebro, & epate non est euacuatio facienda in vna hora, nec villo modo vehementer infrigidatio facienda. Et cum emplastrum epati superponitur, res in eo boni odoris ad custodiendam virtutem apponatur. Secunda femita est habere curam operationis associatae membro, licet principale non sit, ut est stomachus & pulmo. Vnde in febribus stomachi debilitate, in potu non damus aquam frigidam valde. Tertia est acuitatis sensus, & eius habitudinis sollicitudinem habere. Cauendum est enim ne membrum acuti sensus, atque neruosis dentur medicinae malarum qualitatum, & mordacitatum ac nociferarum. Medicinarum quidem (a quarum datione nobis cauemus) species sunt tres scilicet resoluentes, & vehementer infrigidantes, & qualita-

tes contrarias habentes. Hoc igitur est electionem medicinae, secundum naturam membri diuidere.

De Speciebus medicinarum simplicium. Cap. LIX.

Alii in practica li. 2. Simplicium medicinarum alia sunt ex plantis, alia ex metallis, alia ex animalibus. Et quae ex plantis, alia sunt ex herbis, & oleribus, alia scilicet, alia folia, alia radices, alia ligna, alia succi, alia gummata, alia flores, alia fructus. Quae vero de metallis, alia terrae, alia lapides, alia corpora. scilicet mineralia. Quae autem ex animalibus, alia sunt humiditates, ut sanguis, lac, alia membra, alia fella, alia vrinam, alia sterora. Avicenna. 2. can. Medicinarum alia sunt de plantis, alia de mineris, alia de animalibus. Earum quae de mineris meliores sunt illae, quae de mineris bonis & nouis & quae mundae sunt a permixtione extranea. Earum vero quae de plantis colligenda sunt, postquam debitam quantitatem habere incipient, antequam eorum color alteretur, vel frangatur, semina vero postquam eorum terminus figuratus, & ab eis cruditas & aquositas excicatur. Flores autem post apparitionem integram ante excitationem, & casum. Virgae quoque cum iam ad integrantem peruenierint, & non iam extenuari ac contrahi ceperint. Porro fructus, postquam fuerint eorum complementum, & antequam praeparati sint ad cadendum. Redices autem cum tempus est casus foliorum. Illud vero quod sumitur totum oportet sit in secundum vigorem suum, scilicet cum omnia plenitudinem fortitudinis habent, ut cum semina terminum suum consecuta sunt, & radices contraheant, virgae minus extenuate, semina pinquiora, fructus solidiores, ac ponderosiores. Illae praeterea, quae in aere claro collectae sunt meliores sunt, quam quae in humido. Siluestres quoque omnes domesticis fortiores sunt, & minoris quantitatis, secundum plurimum, & de siluestribus montanae, & illae quarum collectiois loca ventosa sunt, & sublimia. Item illae quarum collectio in pluvia non desit tempore quo debuit. Illae quoque quarum color fuerit tinctior & sapor apparentior, & odor fortior, in genere suo fortiores sunt. Debilitantur autem herbae post duos, aut tres annos, exceptis qui busdam quae diutius permanent, ut duo celeberrimi. Summae vero eligenda sunt post congelationem & ante excitationem puluerizationi praeparati. Virtus quoque plurimarum earum non remanet post tres annos, fortiorum tamen prolonga ut, secundum bonitatem earum. Cum autem deficeret recens fortis, lococius in omni restat duplum veteris debilis. Illas autem quae ex animalibus sunt, ex iuuenibus oportet sumere in tempore veris, quae saniora habeant corpora, & integra membra, nec ab aegritudine accidente sint mortua, sed statim decollata.

De qualitatibus earum, vel complexionibus. Cap. LX.

Vicenna. 2. ca. Medicina dicitur calida, vel frigida, vel humida, vel secca, per comparisonem ad corpora nostra. Omnium siquidem compositorum mineralium vegetabilium, & videntium materiae sunt elementa quatuor, & ipsa commiscetur adinuenit, & agunt in se donec consistant secundum aequalitatem, aut secundum dominium, & tunc est vera complexio, quae quidem in composito contenta praeparat ipsam, receptioni virtutum & qualitatum, quarum proprietates est, ut sint in ipso. Cum autem dicitur aequalis esse complexio in homine, & in medicina, nequaquam per hoc signatur, quod eius complexio sit similis hominum complexionem, sed per hoc intelligitur, quod corpus hominis cum ei obuiat, & agit in ipsam calore innato, non praevalet illa, ut in corpore hominis imprimat infrigidationem, aut calefactionem, aut humiditatem, aut desiccationem ultra eam, quae est in hofe. Est autem complexio quibus modis. Prima, quae prouenit ab elementis, & secunda quae a rebus habentibus complexionem in seipsis: sicut est complexio tyriaca, vel medicinarum compositarum, nam vnaquaeque singularium complexionum habet si bi propria. Cum autem commiscetur & vniuntur, aduenit eis complexio secunda, nec ista tantum ab arte fit, sed quandoque etiam est a natura. Lac namque naturaliter commixtum est ex triplici substantia, aequitate, caesitate, & butyrostatate. Nec tamen vnaquaeque earum est simplex natura, sed ipsa etiam est commixta propria habens complexionem. Et haec quidem complexio secunda est ex operatione naturae, non ex operatione artis. Cophon in lib. de simplici medicina. Virtus medicinae est potentia naturalis, qua ipsa medicina intrinsecus, vel extrinsecus apposta corpus immutat humanum. Est

autem triplex. scilicet complexio, virtus, operatio. Complexiones sunt nouem, vna scilicet aequalis, & octo inaequales, calida, frigida, sicca, humida, & calida & humida: calida & sicca: frigida & humida: frigida & sicca. Aequalis igitur complexionis, perfecte temperatae sunt in simplici medicina, quae nullius qualitatis habent excessum, ut capillus veneris, radix lili, castia sita. ma na. Calida vero sunt in quibus dominatur caliditas. Sed in quibus adeo parum quod ei sensus aequae, complexionis dominatur, in primo gradu calida dicuntur. In secundo quorum mixtio sensui adaequatur. In tertio quae sensum ledunt. In quarto vero quae desistant.

De Medicinis calidis secundum quatuor gradus. Cap. LXI.

In primo igitur gradu quaedam calida sunt, ut ex herbis ab sinthium, borago, fumus terrae, altea, tribulus, coriandrum, ozimum, i. basilicon, spicanardi. De feminibus autem seminae alae, trifolii, lini, cortiandi, atriplicis, ozimi. De floribus vero flos narcisci, lili, croci, emiliae. De frondibus quoque folia lauri, & garofolium. De radicibus radix ireos, anisoflogia, agarici. De lignis ficus, De fructibus amigdalae dulces, mora matura, iuniperi, oliuae, matura, ficus, castaneae, auellanae, capari, lentisci, cortex pomi citrini. De granis triticum, cicer album, tizi, orobum, anisum, cabebe, cardamomum. De gummis, & succis sarcocolla, muscum, storax. De carnibus, ut porcina, equina, camelina, pullina, hircina, fasinorum, anserum, anatum, passerum, & iuuenum columbarum, piscium saluorum. In secundo gradu, ut ex herbis polium, amomum, panax, centaurea, catapucia, ciperus, fumus terrae, simbrium, menta, feniculus, anetum, aloec. De feminibus semen apii, maratri, vitice, aucti, scenumgreci, pascinaceae, simbrum, raphani, costi, abuli, affodilli, peoniae, cipari. De lignis lignum aloec, ebenus, garofoli, cortex thuris, thamaricus, & xilobalamum. De frondibus, scilicet citri, thamarici, fenae. De radicibus, radix apii, feniculi, capparis, acori, asari, squille, pascinaceae, affodilli, prassij, cipari. De fructibus nux muscata, macis, amigdalae, vuae amarae, vuae matura, vuae passae, fistici, ficus siccae, dactili, pineae, nuceae. De granis cantabrum, ciceris, lupini, fastoli, asparagi, & grana tritici, vel citri. De gummis & succis, aloec, balsamum, mel, mum, mastix, thus, mirra, bdellium. Calida in tertio gradu sunt, ut ex herbis emilia, thimus, isopus, sambucus, mentastrum, calamintum, pulegium, organum, porrus, menta domestica, apium, squinantum. De feminibus semen petrosilii, anisi, cardamomi, cardii, epithimi, porri, nigellae, coruini, sleris, curae domesticae, etrucae. De floribus flos sambuci, squamanti. De radicibus squinanti, dipram, cappari, porri, capae, ellebori vtriusque, hermodactili, serpentariae, zandari, zinziberi, centaureae. De lignis cinnamomum gentiana, polipodium, costum. De frondibus oleandri, nucum, colloguintidae, anabullae. De fructibus, nux Indica, catapucia, cucumeres agrestes: colloquintida. De granis oliuae: piper longum, staslagria. De gummis & succis isopus, costus, scamonea, pix liquida, pix naualis, pix graeca, pepanas, alia fetida, atomiacum, euforbium, galbanum, gummi iuniperi. De venis, sa gemma, nitrum, asphaltum. De membris animalium castoreum. Calida in quarto gradu sunt ex herbis ruta siluestris, nasturcium. De feminibus scilicet sinapis, nasturci, ceparum, rutae agrestis. De lignis taphia, piceum. De fructibus aocardi, de granis piperis nigri, baccae lauri, De venis, argentum viuum, sulphur, caphi, sapo, salhammoniacum vitreolum, & vitrum, flos zis, petroleon.

De Frigidis, secundum quatuor gradus. Cap. LXII.

Rigida in primo gradu sunt ex herbis rhanus, atriplex, mercurialis, caulis malua, scariola, herba acetosa. De feminibus, maluae, plantaginis, rosae, scario lae, citruli, melonis, cucurbitae, flores rosae, amigdalae matorum citoniorum, pisorum salicum. De fructibus, mirri fructus, glandes omnes, mirabolani, tamarindi, caro pomi citri, oliua acerba, pruna, coctana, pira, poma, cerasa. De granis ordeum, fabae virides, & siccae, milii, panici, mirilli, amidi. De succis, acacia, acetum. De venis, bolus, terra sigillata, chymolea, argilla, lateres, argentum, fex argenti. De carnibus, caro porcina, caprina, bouina, leporena, asinina, mulina, aprina, & coturnicum, & piscium recentium, Frigida

Frigida in 2. gradu sunt, ex herbis memite, pentaphilon, psillium, strigus, lactuca dom. panicus. De feminibus lactuca. De floribus violæ, nenuphar, fabæ, balauftiæ, radicis, maligra, arnogliffa, de frondibus falicis. De fructibus galla, mora immatura, forbz, mepila, poma citri, persica cucumeres, crisomila, cucurbitæ, melones, citrulli. De granis herbus sumac, grana citoniorum, De gummis, gummi arab. dragag. De venis amerillus, cesura lapis lazuli, litargirij, alumen, plumbum, corallius. Frigida in 3. gradu sunt ex herbis, virga pastoris, hipocistidos, semperuiua, portulaca. De feminibus semen psilli, portulacæ, papaveris albi, De lignis virga pastoris, omnes sandali, De floribus papa. al. de fructibus poma mandragoræ. De gummis & succis camphera, sanguis draconis, hipocistidos. De venis gypsum, spodium, ferrugo. Frigida in 4. gradu sunt ex herbis iusquiamus, papa. n. luccus opiti virtutis. De venis antimonium, cicuta.

De Sicis in quatuor gradibus. Cap. LXIII.

Sicca in primo gradu sunt ex herbis camomilla, ficados, semperuua, caulis, tremiculus, De feminibus iusquiamus, fenigreci. De floribus, flores narcisci, croci, caulæ. De radicibus hircos, portum, zedoarium. De frondibus filii, de fructibus nux indica, omnes mirabo. tamarindi, vuz passæ, & acerbz, caricæ maturæ, coruli, auellanz, cardamomi, grana citri, cantabrum cubebe, amigd. De granis ordemum, fabæ sicca, citri. De gummis, & succis, muscum, sarcocolla, opium. De venis bolus, chimolea, vel argilla. Dr carnibus caprina, bouina, porcina, ceruina, lepionna, equina, asinina, camelina, vrsina, mulina, leonina, hircina, passerum, turturis, perdicis, pauonum, inuenum columbarum. Sicca in 2. gradu sunt ex herbis absinthium, sumus terræ, cardus marianus, memite, eupatorium, amomum. affodilli, virga pastoris, panax, thamnus, centaurea, pentaphilon, strigus, cataplecta, ciperus, mentastrum, silimbrum, menta, anetum, portus, coriandrum, heiba acetosa, scariola, cuscuta, ozimum, panicus, allia, vtaque spica. De feminibus, apium, daci, matari, porri, trifolij, aneti, plantaginis, silimbrii, coriandri, rosz, ozizui, scariolæ, cuscutæ, melonis, violæ, cucurbitæ, cicet horrensis citrulli. De floribus rosz, croci ortensis, cubebe, affodilli, balustia. De radicibus apii, feniculi, capari, malig, aristologie, veruque acori, a faræ, squilla, affodilli, arnaglossæ, peonia, ciperi, centaureæ, agatichi. De lignis polipodium, lignum aloes, reob. su. xilobalamum, ebenus, cinamomum, omnes sandali, gariofilij, cortex thuris, thamariscus, cestum. De folijs salicis, iurij, oleandri, serpentarij, sauris, lenz, tamarici, oliuz, citri, cofoquintidæ. De fructibus glandes mirob. cicet, castapucia, nux musc. maci, amigdala amata, mora immatura, fistici, mepila, forba, cortex, & acetosum, pomi citri, coluquintide, coctana, pira, castanæ, pineæ. De granis milium, panicum, lolium, lupi, vizi, orobi, berberis, mirtili. De gummis & succis alees, licium, mum, malix, thus, mirtha, hammoniacum, sigia, galbanum, lacca, mel, balsamum. De venis emathites, gypsum, tuchia lapis lazuli litargirum, nitrum, corallus. De carnibus & superfluitatibus animalium caro piscium salorum, muscus, ambræ. Sicca in 3. gradu sunt vt ex herbis polium: siler: colchimus: passum hipericon: camedries, camepiteos, hipocistidos, iplopus, & sicci, muscus, calamentum, pulegium, origanum, ruta domestica, apium, quinanum. De feminibus anisum, petto, ameos, vriticæ, coriandri, carui, epithimi, nigellæ, cimini, sileris montani, rutæ dom. raphani cuce. de folijs lambuci, squinanti, dyptami, ceparum, ellebori, vrituque serpentiariæ hammoniacæ de lignis tapfia, gentiana, virga pastoris, casta lignea, turbit, azarus, galanga, costum, piper longum, de frondibus anabula, de fructibus galla, cucumeres agrestes, capari, lentisci. De granis bacca lauri, stafilagria, sumac. de gummis, & succis altea, hamonia, acet. pix communis, serapium, opponacum, asa, euporbium, gummi iuniperi, camphora, hipocistidos. De venis magnetes, ferrugo, spodium, salgemma, salapo, asphaltum, mumis. de membris castoreum. Sicca in 3. gradu sunt, vt ex herbis ruta agrestis, nasturtium, pitroum, de feminibus sinapii, nasturtii, Para ni. de lignis piperum. de fructibus anacardi. de granis piper nigrum. de venis hammoniacum, tuchia, calx, vitreolum, es vstum, flos æris sulphur, gettolcon.

De Humidis in quatuor gradibus. Cap. LXIIII.

Humida in primo gradu sunt, vt ex herbis emila, mercuria hlis, borago, De feminibus altea, pastinacæ, arripli. De floribus fabæ. De radicibus zinziber, pastinacæ. De lignis liquiritia. De fructibus amigdala dulces, mora matura, vuz passæ, iuba, caro pomi, citri, pruna. De granis fabæ virides, cicet album, lingua aus, piper longum. De gummis ladamum, gummi arabicum, dragantem, bdellium. De venis plumbum, argentum, cadmia, argætea. De carnibus porcina, pecorina, pulina, anetina, columbina, strutionum, anferum, fassanorum, co turnicum, piscium recentium. Humida in secundo gradu sunt, ex herbis altea, psillij, arriplex, malax, lactuca, filami, portulacæ. De floribus nenuphar. De fructibus crisomila, persica, da & hli, cerasa, nuces, cucumeres, cucurbitæ, melones, citrulli. De granis fæccil, asparagi, grana citoniorum. De floribus viol. papa. alb. Humida in quarto gradu sunt, vt semen papaveris. De venis argentum viuum. De potibus nix, luccus papaveris albi.

De Experimentis medicinarum simplicium. Cap. LXV.

Alii in practica li. 2. Virtutem itaque medendi scire volentes, oportet in primis virtutem simplicium medicaminum & eorum actiones cognoscere. Virtutes quidem eorum sunt tres. Pruna est que dicitur complexio. Secunda dicitur virtus, quæ & a complexione venit. Hæc est maturitas, mollities, soliditas, opilans oia venarum, minuens carnem, attrahens, dolo res sedans, & venena pellens. Tertia vero quæ & eodem nomine censetur, est frangens in vrina lapides, & materiam prouocans, spurta sanguinis de caulis peccoris adiuuans, lac generans. Oportet igitur canones primum scire, quibus vnumquodque simplicium medicaminum probatur, quibusque complexiones eorum atque virtutes in corporibus significatur. Auicenna vbi supra. Medicinam singularium virtus duabus vijs cognoscitur. experimto. s. & ratiocinatione. Experimento quid non nisi post conditionum obseruationem. Quarum prima est, vt sit medicina vacua, qualitate accidentaliter acquisita. Nam aqua quamuis natura frigida sit, calefacta tamen calefacit. Et euforbium quamuis natura calidum, cum tamen infrigidatur infrigidatur, dum permanet frigidum. Caro quoque pitium quamuis frigida, tamen cum salitur calefacit potentia. Secunda est vt fiat experimentum in ægritudine singulari, & non in composita, quæ habeat duas res contrarias, alioquin nescietur in quo sit causa curationis. Verbi gratia. Cum homo febrem habet febricitantem, & datur ei in potu agaricum, non oportet vt iudicetur frigidum, quia confert ægritudine calidæ, quæ est febris. Fortassis. n. non confert, nisi quia resoluit materiam ligumati cam, & euacuat, quia. s. materia deficiente remouetur febris. Tertia est vt medicina experta sit in duobus contrariis, quia vni forsitan eorum per se conferat, & alteri per accidens. Quarta, vt apposita sit ei, quod æquatur sibi de potentia ægritudinis, vnde experiat prius in debiliore, fiatque paulatim processio, donec sciatur virtus medicinz pro certo. Quinta vt seruetur tempus in quo apparet eius impressio & operatio. Sexta vt obseruetur processio operationis eius, secundum assiduitatem, aut secundum plurimum, alioquin procedit illa operatio per accidens. Res. n. materiales procedunt a principijs suis, aut semper, aut secundum plurimum vt experimentum sit in corpore hominis, non alterius animalis. Possibile. n. est, vt sit medicina comparata ad corpus hominis calidæ, ad corpus aut leonis, vel equi frigida, & quod vni corpori venenosam proprietatem habet, alii non habet, vt napellus homi. non autem turdo. Hali vbi supra. Sic & cicuta, quia refrigerat corpus hominum, non ideo necesse est vt refrigeret corpora merularum. Illis. n. cicubus ille mortalis non est, quia venæ quæ cibum ad cor eorum dirigunt stricte sunt, nec cicuta facile penetrat ad eorum corda. Quare digestionem plena decoquitur, eiusque natura mutatur in calorem, & in corpora merularum alteratur. Octaua quoque conditio, vel cautela, qua medicinz virtus experimento probetur, est vt inter cibum, & medicamen discernatur. Medicamen nuncque, corpus in sua qualitate calefacit, refrigerat, ci bus autem idem facit & amplius, quia corporis substantiam, propter sui cum illo conuenientiam augmentat. Sic igitur octo legibus oportet experiri medicamen in corporibus, & passionibus. Est autem excellentior eorum probatio, & experientia in corporibus, extra temperantiam positis.

De

De cognitione eorundem per ratiocinationem. Cap. LXVI.

Vicenna vbi supra. Hi sunt canones in cognitione experientia. In cognitione autem per ratiocinationem alii sumuntur ex velocitate, & tarditate conuersionis eorum ad ignem, & congelationis. Alii ex odoribus, & alii ex saporibus. Quandoque etiam sumuntur ex calidioribus, & quandoque ex operationibus, & virtutibus notis, ex quibus acquiruntur signationes suæ manifestæ super virtutes ignotas. Itaque rerum in constitutione essentiz similitum, sin raritate & spissitudine quæcunque calefactionem velocius recipit, calidior est. & similiter quæcunque infrigidationem frigidior, quia. s. qualitate exteriori aduenienti consentit virtus similis innata, quæ est in ipsa. Cum autem vna eorum rarior est, altera spissior tunc illa quæ rarior est, quamvis alii similibus in frigiditate, vel caliditate velocius tamen patitur propter debilitatem sui corporis. Rerum aut quæcumque proprietas est vt congelentur, vel vt inflantur, igneatur, si sunt in essentia similes, quæcunque velocius est inflammationis, est calidior. Non enim dicimus quod res sit calidior, & frigidior, nisi cum comparatione ad impressionem qualitatis ei innatæ. Cum autem duæ res diuersificentur in raritate, & spissitudine, & inuenitur spissior vehementior inflammationis, & tardior congelationis, iudicanda est calidior substantia: similiter cum inuenitur rara tardior inflammationis, patet quod est fortioris signosis. Si vero rarâ iuuenis vehementioris inflammationis, non ob hoc eam iudicari fortioris caliditatis, quia forsitan est raritas causa illius velocitatis. Similiter & in congelatione. Propter debilitatem corporis ipsius, & velocitatem passibilitatis. Sic apparet in vino, & vinum quamuis calidioris sit complexionis quam oleum de eucurbita, velocius tamen congelatur. Nam in primo oleum illud non congelatur, sed densatur, vinum autem congelatur. Rerum. n. quædam congelantur absque condensatione, quædam econuerso. Rerum autem recipientium condensationem cum æquantur in constitutione substantiæ, quæ magis recipit condensationem est frigore, frigidior est. Et plurimam quidem res non congelantur nisi in calore. Quibus autem in calore congelari proprium est, omnes per fugis resoluntur. Calor quidem congelat scititate, frigus autem ipsitudinem, secundum sententiam Galieni. Sed in re modica diuersa est sententia philosophi primi, sed illius perferentia in alia continetur scientia.

De Cognitione eorundem per saporis quæ sunt. viij. Cap. LXVII.

Alii vbi supra. Complexionis & virtutis medicaminis significatio, quæ sumitur ex sapore, excellentior est quam illarum ex odore, & colore. Sapor. n. nuncius est complexionis ac substantiæ medicaminis, penes autem & eius actio nis. Odor autem & color non sunt huiusmodi. Sunt autem sapores octo. s. dulcis, vntuosus, acerbus, amarus, pungitius, sal sus, ponticus, octausus insuauis, asper, & durus. Quod autem saporem non habet vnum tantum est nec annumeratur saporibus. Omne nanque quod est obuium linguæ, necesse est aut aliquid, aut nihil in eius sensu facere. Et siquidem nullam infert ei passionem, vocatur insipidum, vt est aqua pura, & terra simplex, & est medicamina quibus terra, vel aqua dominatur, & quibus terrenitas, vt tuchia, & amigdala, & similia. Quibus vero dominatur aquositas humida sunt, & viscosa, vt est album oui, & oleum lotum sine sale. Oleo autem cum sale dominatur cum aquositate terrenitas. Hæc & his similia nullam sensui gustus, si obuiet linguæ, aut delectationem faciunt, aut contra. Quæ quidem delectationem faciunt hominis naturæ consona sunt, & conuenientia, eiusque complexionis colligata. Quod autem huiusmodi est, sique dominatur aquositas, vntuosum dicitur. Cui vero terrenitas dulce vocatur. Cui autem simul vtriusque, nec dulce, nec vntuosum, sed insuauis. Dulce quidem si linguæ obuiet vacua eius implet, & lenis, asperitatemque sedat (si mordens aliquid fuerat) atque delectat. Vntuosum autem idem facit, sed eius delectatio minor est, at sua ue inter hæc duo extrema medijs est. Qui vero saporem in gustu faciunt iniocundum, mordent linguam. Mensura species est quædam diuisionis iuncturatum. Quod ergo hoc facit, aut partem linguæ multa collectione stringit, aut nimium diuidit. Et quod linguæ separationem inducit, aut eius substantia crosfa est, & terrea, aut subtilis & ignea. Cuius aut substantia crosfa est, & terrea, aut fortiter separatur linguæ partes ac plurimum abluat, intantum vt et valde exasperet, amarum vocatur. Aut

separat eas fortiter & lauat, sed non valde exasperat, & salsum nominatur. Cuius vero substantia subtilis est, & ignea, facitque morsuram fortem in lingua pungitium vocatur. Quod autem congregat linguæ partes, aut est crossum aut terreum, aut subtile & aquosum. Quodque crossum aut terreum est, si fortiter coadunans linguam constringat & exasperet, ac defecet, & fortius operetur, insuauis vocatur. Si vero quod in lingua facit horum accidentium minus est, poticum appellatur. Quod autem subtile, & aquosum est, faciens in lingua morsuram, eiusque substantiæ sine calefactione immergitur, acerbum vocatur. Ex his igitur octo saporibus esse claret, excepto eo quod sapore caret.

Item de numero & differentijs saporum. Cap. LXVIII.

Vicenna vbi supra. Medici quidem saporibus simplicibus ponunt, quorum tamē vnus insipidus est, sicut aqua. Non inuariant. n. saporem, omne quod gustu iudicatur acta, vel potentia. Insipidum quidem dupliciter est, aut priuatum eo apud sensum. s. quod in se quidem saporem habet, sed propter vehementiam spissitudinis suæ non resoluitur aliquid ex eo, quod humiditati linguæ admisceatur, & ab ea comprehendatur. Deinde cum ingenitur, vt resoluatur partes eius, & vt subilientur, sapor eius sentitur, vt æs adustum & ferrum. Sapor autem octo, quos ponunt hi sunt, dulcedo, amaritudo, acuitas, salitudo, acetositas, poticitas, stipticitas, vntuositas. Dicitur. n. quod substantia saporem ferens, aut est spissa terrea, aut subtilis, aut media. Et eius virtus, aut calida, aut frigida, aut æqualis spissa, itaque terrea si est calida tunc est amara, si frigida pontica, si equalis dulcis. Subtilis autem si est calida tunc est amara, si frigida acetosa, si æqualis vntuososa. Media vero si calida est tunc est salta, si frigida stiptica, si æqualis insipida. Et acutum quidem calidum est, deinde amarum, deinde vero salsum. Acutum n. fortius est ad resoluendum, & incidendum, & abstergendum quam amarum. Salsum vero quæ calefit a sole, vel igne, aut sepe ratione aqueitatis frangentis virtute caloris, sit amarum, & sal amarum calidius est sale, quod comeditur. Ponticum vero frigidius est, deinde stipticum, postea acetosum. Et ob hoc in oibus fructibus, qui dulcescunt, prius est ponticitas vehementis infrigidationis. Cum autem in eis currunt acetitas, & aqueitas, ita vt temperentur parumper cum acetitate & calefactione solis digestius, declinans ad acetositatem: sicut agrestia & inter illud trahunt ad stipticum, parumper cum ponticitate, deinde permutantur ad dulcedinem, cum agit in eis caliditas digestiua. Quis vero permutantur ex ponticitate ad dulcedinem, absque acetositate, sicut oliuæ. Acetosum autem, quamuis minus frigidum sit, quam stipticum, in pluribus tamen est plaris infrigidationis, eo propter subtilitatem & generationem suam. Poticum autem & stipticum in sapore propinqua sunt, sed stipticum non contrahit, nisi quod de linguæ manifestum est. Ponticum vero contrahit, & exasperat, quod manifestum est, & quod occultum, & ponticum quidem subtilius est, & magis intrans. Acutum autem & amarum sunt linguam radentia, sed amarum non radit, nisi quod de lingua apparet. Acuti autem abrasio, & eius separatio profunda est, quia subtilis est substantiæ, profundans. Amarum vero erit grauis substantiæ sicca, & ob hoc ipse purum non recipit putrefactionem ex qua generetur asial nec etiam nutrit animal, propter siccitatem quoque suam quod abradit, abradit eum exasperatione aliqua. Dulce autem & vntuosum ambo dilatant linguam, & leniunt faciendo currere illud, quod frigus læsit, & congelant absque resolutione, & remouent asperitatem ipsius, sed vntuosum facit illud absque calefactione manifesta, dulce est calefactione, & ideo dulce plus digerit, amarum quidem abradit vehementer (vt dictum est) ita vt exasperet. Acutum autem, & acetosum mordicant linguam, sed acutum quidem vehementer cum calefactione, acetosum vero mediocriter absque calefactione. Et salsum quidem prouenit ex resolutione amari, & insipido aquoso. Cuique congelatur sicut aqua cineris, sit salsum. Acetosum autem prouenit ex conuersione dulcedinis cum diminutione caliditatis, aut digestionem ponticitatis, cum augmento humiditatis, & caliditatis. Et eius quidem substantia secundum rei summam est humida, similiter & dulce. Substantia enim ad humiditatem pertinet, substantia vero amari & pontici ad siccitatem.

De Operationibus, aut effectibus saporum. Cap. LXIX.

Operationes itaque dulcis sunt digestio, & lenificatio, ac multiplicatio nutrimenti: ipsiusque natura diligit, & attrahit.



Etia virtus attrahit. Operationes amaritudinis sunt absterfo & exasperatio. Operatio vero ponticaria est. contra actio si est debilis, & expressio si fortis. Operationes stipticitatis sunt con tractio, & inspissatio, & induratio, & retentio. Vnde uositas au te lenificatio, lubrificatio, & digestio, vel decoctio parua, acui tatis resolutio, & incisio, & putrefactio. Salfedinis absterfo, & absterfo, & ex iccatio, ac putrefactionis prohibitio. Acetofitatis infirigidatio, & incisio, Quandoq; vero duo sapores aggregan tur in vna substantia, sicut acuitas, & dulcedo in melle cocto & quandoque ea quae proueniunt ex duobus saporibus adiu uant se ad confortandum illud, quod prouenit debebat ex vno sapore. Acuitas, n. & modicatio remanentes in aceto ex vno faciunt ipsum vehementioris infirigidationis, quia transitus aperit, ipsamque infirigidationem aceti faciunt magis pene trantem ac perfundantem. Praeterea quandoque duo sapores inuant ad frangendum, quod ex vno prouenit, sicut acetofitas & ponticaria in agresta. Ponticaria, n. agru sitz prohibet acetofi tatem eius, ab infirigidatione vltima. Amarum quidem absolu tum, & acutum, absolutum nocet visceribus, & si associetur ci stipticum, conferunt. Omne etiam dulce cum stipticitate vi sceribus est amicum, quia suauis est & confortans, & exaspera tionem prohibens. Vniuersaliter autem quod prohibet mordi ficationem, generatiu est carnis. Hali vbi supra. Omne dulce calidum est & temperatu, propter hoc & laxat & maturat, nec multum calefacit. Omne autem vntuosum est aquosum & ae reum, ideoque humectat & emollit, & laxat sine calefactione. Omne vero amarum igneum est & terreum, quare & purgat meatus, & opilationes aperit, mundat, & crostitudinem incidit ac mediocriter calefacit. Porro omne salsum terreum calidum est & siccum, non igneam, quare mundat & stringit sine cale fatione forti. Pungitium autem fortis caloris est & igneum, propter hoc & subtiliat, & purgat, & comburit. Omne porro in suauis, asperum, & ponticum frigidum, & terreum est: ideo que coa dunt, & poros spissos facit, & expellit, & incrostat, quia refrigerat & desiccatur. Ceterum acerbum omne aquosum fri, est ac subtile, vnde & incidit, & subtiliat, & aperit opilatio nes, purgat meatus, refrigerat, ac desiccatur, & expellit.

Item De eodem. Cap. LXX.

Razi in Alman. 3. parte. Dulce calidum est, licet non vno lenter, & qui frequenter eo vitur, multitudine colere ru. & sanguinis in eo generatur. Inde quoque accidit opila tio, & in epate, & in plene flegmon. ventris etia fluxus ex eo sequitur, & stomachum mollicat. Peccori vero & pulmone confert, corpus itidem impinguar, & augmentum sper matis tribuit. Acidum vero frigidum est, licet non vehemeter, coleram ru. & sanguinem reprimat, ventrem stringit, si tamen stomachus, & intestina munda fuerint, si vero flegmatis in eis fuerit multitudo, vtrius fluxum facit, & corpus infirigidat, vir tutem quoque digestiuam debilitat, & proprie in epate. Neruis autem ac neruosis membris nocet, & corpus desiccatur, virtutem autem appetitiuam, excitat. Vntuosum autem stomachu mol licat, & fluxum ventris facit ac satietatem, antequam homo cibi quantitatem sibi necessariam sumpserit, adducit, calefacit quoque; maxime tñ febricitantes, aut epat, vel stomachum calidū habentes. Propterea corpus humectat & lenit, flegma vero auget, & cogitationem hebetem reddit, auget quoque somnu. Ponticum vero corpus infirigidat ac desiccatur, & carnes ac fan guinem minorat, si quis eo multotiens vtatur. Stomachū quo que confortat, & ventrem frequenter stringit, sanguinemque melancholicum generat amarū, porro calefacit, & desiccatur for titer, citoque sanguinem ad aduersionem & malitiam perducit coleram quoque rubeam in sanguinem augmentat. Acutum etiam multo plus quam amarum calefacit, citoque corpus in flammam, sanguinem adurit, sed ipsum prius in coleram ru beam mutat, & post hoc in nigram. Inspidum aliud est quod magis nutrit, quod aequalitati vicinum est, aliud vero quod te perate calefacit, & aliud quod temperate infirigidat, cum quo si multa fuerit humiditas humectabit, siccum autem cum fue rit desiccabit. Horum quidem saporum operatio sic erit, cum vnus eorum alicui rei maxime dominatus fuerit, porro si duo sapores aequaliter ei dominentur, eius operatio aequaliter composita erit.

De Operatione saporum aduicem in calore, & frigore. Cap. LXXI.

Ea vero quae de caliditate & fri. & hu. & sic diximus in vnoquoque corporum habentium saporem, non sunt, in

eis secundum eandem quantitatem, sed in quibusdam est equa liter ca. & fri. inaequaliter autem humiditas, & siccitas, in qui busdam autem e conuerso. Quaedam quoque siccitatis sunt ab aliis in quantitate cuiuslibet qualitat, sed suo modo omnia quidem sane composita sunt ex quatuor elementis. Acerba au tem & pontica aequalia sunt in frigore, nisi quod ponticum crostum est, ac terref, Acerbi vero subtile & aquosum. Quod duobus modis ostenditur per sensum. I. & collationem. Per sen sum quidem, quia videmus omnes fructus in principio sui pō ticos esse & insuaues, siccos ac similes naturae arboris eorum, postea vero humectantur, & quidam quidem acerbi sunt, in deque paulatim mutantur donec compleantur, & mutantur ac dulcia fiant. Quidam autem ad dulcorem sine acerbitate tran sūt, vt fructus palmarum & poma dulcia, & oliu. Maruritas aut fructuum est per calorem naturalem, qui est in substantia eorum, & et per calorem exteriorem, qui est solis. Itaque cum sapores, ponticus, & insuaues vel asper frigidus sint, & crosti, patet, qd sit eorum transitus ad acerbum per subtiliationem caloris. Per collationem vero idem ostenditur, quoniam asperi & pontici diffuso in corpus tarda est, & maior actio eorum in corporibus est ea coadunare, & densare. Hoc aut signū est crostici & frigiditatis eorum, quia frigidus est densare, crosti vero velociter diffundi. Acerbum autem velocius in corpus diffundi tur, ac profundo immergitur, & hoc est signū subtilitatis eius maxime vero quia generatio eius per calorem debilis, qui nō potuit, illud in quo sunt, ematurare, nec permutare, sicut et ac cidit zuplis, quod si non plene digerit eas stomachi calor, ace leunt, quod si debilis est calor, ita quod omnino a digestionē deficit, nec illas immutat, non accescunt, vt in lientena com git. Praeterea videmus lac, & vinum subtile, ac calor. Id quoque iudicij complexiois rerum, ex odoribus minime esse pependitur. Anticenna vbi supra. Odores quidem veniunt a caliditate, & proueniunt a frigida. Sed eorum ostensio, & sternutatio, lectū dum plurimum est caliditas, quia causa plurima eorum est sub stantia subtilis vaporosa, quāuis aliquando sit et semiram cō uersionis aeris, praeter resolutionem alicuius rei ex habite odo rem. Omnes igitur odores ex quibus sentitur mordicatio, vel declinat ad lacus dulcedinis, & calidi sunt. Illi vero ex qui bus sentitur acetofitas & rosalis charagiat. Iacualis vapor. I. de lacubus, & paludibus, oēs frigidus sunt. Oia quoque bene re dolentia sunt calida. Praeter illa quibus afficiunt rosalitas, & sedans spiritus & aneluis, vt cāphora, & nentur. Ambrōsi, n. corpora non euacuantur ex substantia infirigidante affocia ta odori vique ad cerebrum. Similiter etiam omnia a femica ti. I. species quae sunt vt piper, & similia calida sunt, & ob hoc dolorem capitis faciunt.

Adhuc De eodem. Cap. LXXII.

Quod autem dulce, vel amarum calidum est, sed dulce ca lidum est & hu. temperate, simpliciter & vntuosum. Ama tum vero fortioris est caloris & siccitatis quā dulce. Quod duobus modis intelligitur, per sensum. I. & per collationem. Per sensum quidem, quia videmus, qd omnia humida si mix ta sunt, & decoquat ea calor naturalis, qui est in eis, aut ex terior, vt ignis, & solis, non dulcorantur. Et si quid exerce rit in eis calor, incipit amaritudo dominari, sicut est in com muni videri, vt in melle da thilio. Si. n. inueterascant de sicca rur eorum calor naturalis, & fit in eis amaritudo, sic quoque si super excesserit in eis ignis decoctio, transeunt in amaritu dinem. Ex collatione vero, quia videmus dulce & amarum for des emundari, sed emundatio quae est in dulci temperata est, & aequalis, humida, & delectabilis. Amarum aut fortius man dat & lenit, in tantum vt continua separet cum latione & abo minatione. Haec ergo significant ipsum esse terreum, & cro sum, & siccum. Significant quoque rei amaritudinem, quod neque putrefcit, neq; vermes producit. Pungitium aut & ama rum, ipsa quoque calida sunt & sicca, sed pungitium fortioris caloris est, & subtilioris substantiae, sicut & igneum. Ideoq; com edit, & vrit, & liquefacit. Amarum vero minoris caloris est pungitium, est igitur crostum, & terreum. Ideo liquidum vtauo eo exteriorius mundans, & leniens, purgat, comediq; carnes su perfluas in vultu. Si vero bibatur, incidit superfluitates crostas, & aperit opilationem venarum, vnde & prouocat ma teriam vel vrinam, & adiunat supra crostae humiditatis a capi te & a pectore. Prodest et epilepsia, crostum incidendo, diffun ditur. n. velocius tanquam pungitium, nec prohibetur trans mitti, sicut ponticum. Porro salsum ipsum quoque terreum est & calidum, sed minoris caloris, quam amarum.

De Probatione medicinarum pro odorem. Cap. LXXIII.

Pures autē sapores faciunt passionem in odoratu, quē ad modū, & in gustu. Acetum. n. & omnia acerba atq; puogit uua, vt alliu, & cepa laedunt odoratus sensum, non minus fere quā gustum. Sic in omnibus aliis, secundum maiorem partem, ea quae mouent sensum gustus, mouent & odoratus, vnde & est inuenire plurima quae nunquam gustataerunt ho mines propter odorem eorum fetidum, quia nouit eius na turae

turae sint, per copia certificationis, quae peruenit ad illos ex eorum odore. Sunt autē & alia quorū odor naturam eorum non praedicat, & haec quidē aut diuersa sunt natura, aut odore pri uata. Quae diuersa sunt natura iocūdi sunt odoris, maximeq; rosa, gustus. n. eius valde manifeste diuersus est ab odore, nec significatio concordat vtriusque. Cuius rei causa est, quia ro sa varia est, & non consimilium partium. Gustus quidē eius compositus est ex amaro, & aspero, in suaui, & aquoso. Pars eius amara calida est & subtilis. Pars aspera frigida est & cro sta. Aquosa vero varia est insuauique in sapore media inter subtile & crostum. Substantia vero rara odorifera, est vaporosa, & dissoluta, a corporibus odoriferis iocūdi odoris. Vapor aut ex calore generatur, nec ab omnibus partibus odorati re soluitur. Odor. n. refo nō significat, nisi quod calidum est, & subtile in oibus partibus eius tantummodo, sic ergo oia, quae odorem habent, calida sunt. Sed cum significatio naturae, quae sustinet ex odore, transit rerum iocūdarum odorem, fida nō est maxime rosg. Quae autem odorem non hnt vt salia & dulcia non manifestatur nobis virtus eorum nisi per saporem. Quae etenim odore carent, aut ideo priuata sunt odore, quia vapor qui soluitur ab eis est in vltimo partitatis, aut quia nō consonant odoratu in temperantia, inter crostum, & subtile. Hinc ergo est, qd amara & pūgitiua, pp substantiae suae subtili tate, odorifera sunt odoribus cōsonis cōstī saporibus. Salia au tem & aspera odore priuata manent. He nanque species am be sunt crosta substantiae. Et aspera cum crostici eua substantia frigida complexionis est, quae de ea nullas ab ea vapor diffoluit. Porro odoriferorum odor designat, quia subtilis substantia sunt & calida complexionis, non tñ est certa signifi catio quanta sit eorum subtilitas, aut calor. Id quoque iudicij complexiois rerum, ex odoribus minime esse pependitur. Anticenna vbi supra. Odores quidem veniunt a caliditate, & proueniunt a frigida. Sed eorum ostensio, & sternutatio, lectū dum plurimum est caliditas, quia causa plurima eorum est sub stantia subtilis vaporosa, quāuis aliquando sit et semiram cō uersionis aeris, praeter resolutionem alicuius rei ex habite odo rem. Omnes igitur odores ex quibus sentitur mordicatio, vel declinat ad lacus dulcedinis, & calidi sunt. Illi vero ex qui bus sentitur acetofitas & rosalis charagiat. Iacualis vapor. I. de lacubus, & paludibus, oēs frigidus sunt. Oia quoque bene re dolentia sunt calida. Praeter illa quibus afficiunt rosalitas, & sedans spiritus & aneluis, vt cāphora, & nentur. Ambrōsi, n. corpora non euacuantur ex substantia infirigidante affocia ta odori vique ad cerebrum. Similiter etiam omnia a femica ti. I. species quae sunt vt piper, & similia calida sunt, & ob hoc dolorem capitis faciunt.

De Cognitione medicinarum per calorem. Cap. LXXIII.

Sicut autem odores, sic & colores demonstrationem pluri mam significant. Cumque speciei vnus diuersificatur modi, & quaedam eorum declines sunt ad albedinem, quaedam ad tincturam rubeam, aut nigram, tunc ad albedinem declinantes si natura, & specie sunt frigidus, frigi diores sunt, & declinantes ad alia duo minus frigidus. Si vero natura trahit ad caliditatem, tunc est res e conuerso. Et hoc quidem est secundum plurimum, sed quae diuersificatur in rebus. Sapores quidem vincunt odores & colores in significa tionibus vel demonstrationibus: quoniam ad sensum cum obuiatione sui corporis adueniunt. Et ideo digniores sunt quā ex oibus partibus medicinae virtutem perducunt, odores autem, & colores sine obuiatione suorum corporum impri munt. Vnde possibile est, vt ex subtili partium corporis habē tis odorem, vapor ad sensum perueniat. Vapor autem ipsi non vaporet, sed ad sensum inobediens maneat. Similiter etiā color manifesti tactum, & non oculi ad sensum perueniat sed quoniam odores quandoque significant sapores, sicut odor dulcis & acetofis, & acuti, & amari, tunc odores sequuntur sa pores, post colores. Denique necesse est medicos scire, quia nō possunt esse sapores dulcis, & amarus, & acutus, nisi in substan tia calida, neque stipticus & acetofis, & ponticus, nisi in sub stantia frigida, & similiter odores boni acuti non sunt, nisi in substantia calida. Et colores albi in corporibus congelatis, in quibus est humiditas, non sunt in substantia frigida. Et in corporibus quibus est siccitas, & puluerizatio non sunt, nisi in substantia calida. Nigri vero in vtriusque sunt e conuerso. Speculum Doctrinale

Frigus enim albificat humidam substantiam, & denigrat sic cam, calor autem e conuerso. Hali vbi supra. Significatio quidem medicaminis complexionem demonstrans subest odori. Signa nanque, quae ab eo sumuntur debilia sunt, quoniam inueniuntur in vnoquoque complexionis calidae, & frigidae, humidae, & siccae, nisi quod per eum significatur habitudo rei vnus ad aliam, sicut ab alia, sicut cepa cois, cepa haufali. Nam earum quaeunque sunt albae minoris sunt ca loris, quae vero rubicundiores maioris. Sic quoque se habent res & in cicere & phaeolis. Horum enim quaeunque sunt alba frigidiores sunt complexionis, quae vero rubicundiora & nigriora minus frigida sunt, & magis ad calorem inclinantia. In eligen dis autem medicaminibus, quae saporem habeat proprium, vt amaritudinem, vel acerbiteratem aut dulcedinem. Et in his quoque proprium odorem vt viola, rosa, & similia. Ea quae in illo sapore, vel odore, vel colore fortiora sunt, meliora ceteris iud icantur.

De Cautea experiendi virtutes medicaminum.

Cap. LXXV.

Haec sunt ergo illae regulae, quibus medicamina simplicia probantur, vt eorum complexio, virtusque sciatur, sed in vno experientie eorum in corporibus, multam oportet habere cautelam. Nam in experiendo hoc in corporibus hominum pericula sunt animarum, dum enim experientia tor aliquid mortiferum probare nititur, quod ignorat petat homo, in eius corpore probari debuerat. Ob hoc igitur oportet his vi, quae sunt inuenta sanationi cuiusque infirmi tatis necessaria, neque enim omnia quibus vntur medici priores experti sunt in corporibus hominum passionis habē tibis, sed in aliis quibusdam corporibus eorum illis actio vel vtilitas claruit, sive hominum sive etiam animalium. Viderit enim homines nonnullos medicamina vel cibos sumentes, quibus calefebant, aut refrigerabantur, quaeque etiam il los humectabant aut desiccabant, aut contra morbos acci dentes eis conferebant, sicque quod sepius experti sunt lite ris, vt seruari et tradiderunt. Viderunt, & animalia quaedam quibusdam medicaminibus mederi, propriis suis passioni bus, hisque vti sunt etiam in hominibus. Hippocras nan que scientiam clysteris abstraxit ab aue quadam marina, quam viderat non parum comedisse pisciū copiam, quae vt impleta est, ei; nocuit, acceptū maris aqua ore, rostro ano vi sceribus & intestinalis ingessit, & qd comederat exinanuit, hoc viso Hippocras imaginatus est elistere, expertusq; deprehendit necessarium esse. Praeterea viperę, & serpentes heme frigidif que temporibus in caueris terrae sunt inclusa, super dorsa sua supinae iacentes, & oculi earum obtenebrantur, visus debilita tur; tempore autem veris egressae, plantas feniculi rimantur, quas cum comederint, & oculos illis fricauerint, tenebrae quae in intimis terrae acciderant cedūt, & visus acuitur. Ex hoc me dici cum vidissent vti sunt, & ipsi succo feniculi, ad confirman dum, & acuendum visum, miscentes eum medicaminibus oculi qrum, inuentaque est eius actio laudabilis. Dicitur etiā quod accipitres, auem (quae Graece dicitur Idonicos) inuuntur, quam cum ceperint, ac de illius epate comederint, dolor ventris eo rum sedatur. Sunt & alia multa quae medici priores ab anima libus irrationalibus experientia traxerunt, nec est possibile experiri hominem, omnia, quae huic arti sunt necessaria, propter eius prolixitatem, & humanae uitae breuitatem. Vnde Hip pocras ut approbaret, & confirmaret ea, quae antiqui sapientes inuicem succedendo probauerant, & in libris firmauerant, ne cogereatur homines ad experiendum in periculum, & fallacias animarum, ait. Vita breuis, ars vero longa, tempus autem acutum, experimentum uero fallax, iudicium autem difficile.

De Summa operatione medicaminum simpliciorum.

Cap. LXXVI.

Vicenna ubi sup. Medicinae simplices habent operatio nes uniuersales, & particulares, & operationes uni uersalibus similes. Vniuersales sunt, ut calefa ctio, infirigidatio, expulsio, attractio, ulceratio, consolidatio, & his similia. Particulares uero sicut inuamentum Tomus Secundus. D d in







que mēbro proximo, vel longinquo, decurritque humor iste p venas, p quas, & sanguis ad mēbra decurrit ab epate, nec de sistit humor currere, donec ad epate perveniat, a quo venam q porta vocatur, de hinc ad mesentericas, & inde ad ieiunū, a quo ad duodenū, inde vero ad intestinū cōstium tunc expellit, & ab eo foras emittitur, tanq̄ q nocet, & h. d. i. Hoc aut vīsum collatione rerū est, cū hoc sit natura levis, vt hunc humorē attractū a ieiuno deficiat ad duodenū, & ab eo ad postanariū, a quo ad stomachū, dehinc iterum ad intestina redact, & ab eis, qui sunt nocentibus, quē sequuntur stomachum, cū ad il lum malus humor colericus pervenit. Sed hoc nō suscipit cōparatio, nec verū iudicat, cū attractus humor sit in cerebri ventriculis, & palato, & gutturē, & canaliculis pulmonis. Hu mot nāq; licet in his locis fuerit, medicamen tamen illum ad meri trahit, & ad stomachum, a quo ad intestina pellitur. Cū autem est in venis cerebri, tunc medicamen eum ab illis tra hit, ac per duas organicas colli venas, & ab his per alias ad epate trahuntur, deinde ad mesentericas, & ad duodenum & iei unum, a quo exeat ad cōstium intestinum.

Vtrum inter medicamā attractentem, & humorem attra hūm convenientia sit in substantia. Cap. XCV.

do fortiter mouetur, vel cum opus aliquod aut labor manu perficitur, apostema fieri consuevit, quae tamen vena, si vna tantum infisione aperatur, omnibus aliis in minutione securior erit. Cauendum est etiam ne percussio fiat in musculis, sed locus mollior inquiratur, & ibi percussatur. Similiter cum sub vena matrice neruus consistat, videndum est, ut extremitas lanceolae non ad eum locum, ubi neruus esse sentitur, sed ad partem ab ea remotam perducatur. Nam si ab ea neruus ipse pungatur, post minutionem mollicies, vel obdormitatio brachii accidit, quae diu, vel semper forsan permanebit. Sub basilica quoque magna locatur arteria, quae est ei vicina. Ideoque minutione in ipsa conuenit cum maxima fieri cautela. Et si quidem non apparet, melius est, ut aliquis ex ramis eius perquiratur, & inficidatur, sicut est vena alcellata, & similes. Quod si tantum ex ipsa minutione fieri volueris, primo quidem tactu cognito pulsu locus signetur, deinde ligetur, & quantum magis possibile fuerit loco signato elongetur percussio, ad partem manus descendendo. Arteria namque quantum ad partem illam descendit, tanto magis profundatur, & a basilica separatur, quae separatio in cubiti curuatura incipit. Quod si ligato brachio vena locis inflari, & eleuari conspexeris, caue ne illam teigeris, huiusmodi enim inflatio non est nisi vena tumor, & ipsius repletio, vnde si venam incidideris, & sanguinem subtilem ac rubrum cum saltu videris exire, scias cum ab arteria fluere, & ob hoc oportet eam restringere ac refrenare, partemque, quae super locum est fortiter ligare.

De Chirurgia qua fit in carne, & primo de ventosis. Cap. CXXXIII.

Chirurgia vero quae in carne exhibetur, alia est amputatio, alia est inficisio, alia coquendi officium. Passiones autem in quibus vitur his aliae sunt, quae omnibus membris corporis accidunt sub vna figura, & earum vna est cura. Aliae vero in quibusdam proprie membris in sunt sine aliis, & earum cuiusque cura difformis est a cura alterius. Illa quidem cura, quae simul est in omnibus membris, est ut sitia. ventosa, & superflua carnis abscisio, & inficisio nodationis, & cancri, vlcerisque malorum, & clauorum, ac verrucarum, & sagittarum eductio. Propria vero cuique membro est, ut vngularum oculi remouio, superfluae carnis quae in naso est amputatio, & alie humilmodi passionis curae, quae singulis membris sunt propriae. Auicenna vbi supra. Ventosae magis partem cutis mundificant, quam flebothomia, & prius subtilem extrahunt sanguinem, quam crostum. Harum quidem iuuameum est in corporibus crostis, & crassis, crostumque sanguinem habentibus, extrahit autem cum difficultate, & in membro ventosato debilitatem efficiunt. Quidam eas in principio mensis non apponi praecipiant, eo quod humores nondum moti sunt, neque ebullierunt. Similiter nec in fine mensis, quia tunc imminuti sunt, sed in medio mensis, quando ebullientes sunt humores, & in augmento sui augmentum luminis in corpore lunae sequentes, tunc enim augmentatur cerebrum, & carnes, & aqua in fluminibus accessionem ac recessionem habentibus. Ex earum autem horis in die melior est 2. & 3. Sed caueandae sunt homini post balneum, nisi cinis sanguinis fuerit crostus, hic enim vna hora debet se balneare, postea ventosas apponere.

De Triplici ventosarum vsu. Cap. CXXXV.

H Ali vbi supra. Sitia. ventosa tribus vitur modis. Vno modo cum inficisio. Alio modo cum igne, sine inficisio. Terrio modo sitia applicatur vacua. Cum inficisio fit aut in pueris paruis, quorum aetas flebothomium non admittit, & hoc flebothomiz loco, cum si eorum ex sanguine fuerit passio. Aut in viris & in mulieribus, & hoc vna membrorum profundo sanguis malus extrahatur, simulque cum eo mali humores educantur. Et si quidem modicum sanguinem oporteat extrahi, non profundam inficisio conuenit fieri. Si vero multum, multa quoque fiat inficisio ac profunda. Item si tenuis fuerit sanguis, in cisisio in cute, & non profunda exhibeatur. Si vero crostus vsque ad profundam carnem deducatur. Si autem materia mediū vtrinque, crostis. f. & subtilis teneat, inficisio quoque temperata fiat, nec expedit vnquam in sanguinis eductio ne modum excedere, hoc. n. stomachum debilitat, & epas destruit, ac refrigerat, colorem in crocuum mutat, hidropisim adducit, tremorem parit, cor debilitat, paralytim ac morpheam albam generat, visum quoque debilitat. Sine inficisio vero sitia vacua ponitur, quando necesse est transferre materiam a loco ad locum, sicut fit in calculis renum, aut ad exteriora trahere



Et aut quando propositum est ventositatem dissolvere, sicut fit in colica super doloris locum, aut cum oportet sanguinem ad membrum aliquod attrahere, sicut fit in stomacho, sicut enim opus est ad ipsum attrahere sanguinem, & calefact. Vmum etiam ea in quibusdam membris cum motum, & non sensum amiserunt, ut ad ea sanguinem attrahamus, & calorem. Porro cum igne sita necessaria est, cum a profundo corporis ad exteriora educenda est materia, que in membris cum aliqua interioribus generatur, vel cum aliunde ad membrum, & agrotans iussit eamque fortiter ad exteriora educere necessitas incumbit, Et quandoquidem materia educenda amplior est, ignem quoque fortitorem esse conuenit. Aut vbi supra Ventose sine scarificatione quandoque ponuntur, ut a parte sui motus materia trahatur, sicut quando mamillis supponuntur, ut cibus sanguinis mensurari retineatur, & quandoque ponuntur, ut apostema profundum ad exteriora trahatur, sicque medicamentum ad ipsum perueniat. Quandoque vero requiruntur, ut ad aliud membrum ignobilius apostema mutetur. Quandoque vt membrum calefiat, & sanguis ad ipsum trahatur, cuiusque ventositas resoluatur, & quandoque vt ad suum naturalem locum unde motus est reducat, sicut fit in ruptura inguinis. Quandoque etiam vt dolor sedetur, sicut cum vmbilico, & in dolore colico, & in ventositate superponitur. In ventosis autem cum scarificatione duo sunt instrumenta. Primum est euacuationis ex ipso membro. Secundum est resolutio substantie spiritus, ne scilicet euacuatione humoris, qui educitur sequendo euacuetur. Tertium est, quia curatur, vt ex principalibus membris fiat euacuatio. Scarificatio vero profunda est, vt ex profundo materia trahatur.

De Locis quibus applicanda sunt. Cap. CXXXVI.

Razi vbi supra. Ventose vero non nisi ex paruis venis, & in carne dispersis sanguinem trahunt. Ideoque non vt in nutria virtutem debilitant, licet corporis repletionem minuant. Loca vero in quibus ponuntur sunt. Loca que in cornua, & ille qui sub mento, & ille qui inter duas spatulas, & etiam loca que in crurium pulpis, & interioribus inueniuntur. Ventosa que ponitur inter cornua, grauedini, & vanitati corporis confert. Et sanguis qui inde trahitur facie, & caput, & oculos alleviat, grauitateque capitis, & doloribus, qui in radicibus dentium sunt auxiliatur, & fortasse quantum minuto in predictis actionibus adiuvat. Illa vero que sub mento ponitur, pustulis paruis, que in ore sunt ac dentibus nocent & gingivarum aggritudine, necnon & similibus quacunque sunt ore remediatur, illa pro quo loca que in capulis, cordis tremori, qui est cum repletionem, & calore valet. At illa que in crurium pulpa, vehementer repletionem minuit, & antiquis doloribus, que sunt in vesica, vel matrice, vel renibus confert. Menstrua quoque prouocat, corpus tamen plerumque marcescere facit, & ex ea syncope accidere conuenit, quibus autem apostematata solent accidere remedium tribuit. Sanguis fluxus quoque, cum in locis ponuntur vbi est impetigo, vel schapha, vel vulnus malum, & antiquum, corpore febrotico plus inaniro auxilium prebent. Aut vbi supra. Ventose in cruribus propinqua sunt minutioni, & mundificationi sanguinem, & prouocant menstrua. Ventose autem sub mento postea, dentibus repletis, & faciei profunt ac gutturi, caput & mandibulas mundant, renibus autem superposita conferunt, apostematibus coxarum, earumque scabiei, & bothor, & podagra, & emorroidibus, & elephatia. Ventositatibus quoque matricis, & pruritui dorii. In anteriori parte coxarum postea, testicularum apostematibus conferunt, & vulneribus coxarum, & crurium, posteriori vero parti superposita, profunt apostematibus & exituris que in natis sunt. Denique super nates postea trahunt a toto corpore, & a capite. Intestinis conferunt, & menstruorum corruptione sanant, corpusque per eas alleviatur. Porro in occipite superposita obliuionem hereditate faciunt, vt quidam dixerunt, quia posterior pars capitis est locus conseruationis memorie: quem ventosa debilitant. Colericus post vento sam comedere debet, grana mali granati, vel lactucas in aceto &c.

De Cura vlcerym. Cap. CXXXVII.

Intentio medicandi solutionem cotinuitatis, que in membris mollibus accidit, est trium principiorum habere cura. Primum est materiam ex fissura curentem restringere, ac retinere. Secundum est fissuram cum medicinis, & cibis conuenientibus consolidare, & labia vlceris coniungendo, & cogluclinando. Tertium putrefactionem prohibere. Quod igitur ex vlcere mundum est exiccat, & quod putridum medicinis

acutis corrosiuis consumatur. Quae si non profecerint, ignis, necesse est, adhibere. Omne quidem vlcus in loco carnis, & exitus, med. cationi est inobediens, similiter & roandiu. Præterea quedam sunt accidentia sanantem vlceris prohibentia. Quorum vnum est compl. xionis membri malitia, & ideo debet restitui. Aliud est malitia complexionis sanguinis, que ad ipsum venit, & ideo succurrendum est generatione boni chmi. Itaque multitudini sanguinis, qui ad illud fluit, & ipsum corrumpit, subuenire oportet cum euacuatione, ac subtiliatione cibi, & faciundo vt exierit si possibile fuerit. Tertium est ossis corruptio, quod est sub eo cum ad ipsum sanguinem transmittit. Huius curatio non est nisi ossis illius melioratio, eiusque fricatio, vel etiam incisio. Vlcerum quoque nutrimento indigent, vt natura confortetur, & etiam in minoratione nutrimenti, vt sanies materia restringatur. Inter hæc ergo duo contraria diuersitas existit. Nam quia sanitas, debilitatem necesse est confortare, quia vero sanies multiplicatur, necesse est nutrimentum prohibere. Medicus ergo de hoc sollicitus debet esse, & medicinis quidem siccatibus, ac siccis, que oculis vlceribus adhibentur, medicinis humidificantes sunt adhibenda. Emplastra etiam attrahentia necessaria sunt, quibus ossium fractura, & res extraneæ carni infixæ euelluntur, & quibus vlcerum meliorari non prohibetur. Omne autem vlcus quod postquam carne repleum est, & consolidari debet, cito reuertitur, est in semita perueniendi ad fistulam. Quando vero caro corrupta, & que super membrum est remouenda est, melius quidem est, vt sine fetore fiat, si possibile fuerit, quia fetorem plerumque periculum tuncas musculorum, & venarum pulsantium inuenit. Quod si hoc non profecerit, & corruptio iam in carne processerit, necesse est vt ipsa incidatur, & vt locus incisionis oleo feruente aduratur, hoc enim securitatem ab acuitate malitiae facit, ac sanguinis exitus restringit, & nascuntur incisionis loco caro, & cutis extranea quidem non proportionalis, sed & res que carni magis dissimilis, propter sui duriciem existit.

De Cura vulnerum. Cap. CXXXVIII.

Razi 7. parte. Vulnus cum paruum fuerit, possibile est, vt eius labia si ligata fuerint ab imo vsque ad superficiem, continuo veniant, nec alia euacuatione indigeant, nisi vt diuisi ascularum auxilio sibi subueniant, & ligatura que a duobus capitibus incipit stringatur. Ager quoque penitus a repletionem, vinoque custodiatur, & ne plius, vel vagentur inter labia cadat obseruetur, hoc n. continuationem fieri non permittunt. Si vero magnum & profundum fuerit vulnus, oportet vt cum medicinis, que carnes continuant sanent, & a se gmoac custodiatur, panam aceto & aqua insusum superponendo, & epithimatis frigidis epithimando, præcipueque si calor & dolor ibi fuerint, aut sanguis paucus ex eo manuerit, tunc n. infirmum ex parte contraria minuendus erit, & totum corpus, totumque regimen ipsius insfrigidi oportebit. Ex lib. de chirurgia. Sicut autem varia sunt & discretia vulnerum, eorumque medicamina genera, sic & ipsorum quoque vulnerum loca, & quasi fundamenta diuersa, vt cranii, coxarum, & os. Sed que in carne sunt per sicca, que autem in neruo per humida curari oportet. Vulneribus autem fracti cranii sagimen & oleum apponere non licet, ne panniculi, quibus cerebrum inuoluitur, dura, & pia mater, aliquo modo lædantur. Oleum namque putrefacit, & oino cauendum est ne qua putredo a superioribus ad inferiora labatur. Si n. illorum panniculorum aliquis rumpatur, quum vnius acis acum est, holem curari impossibile est, eo quod cerebrum putredine inficiatur, Cerebrum n. tantæ dignitatis exillit, vt si quum liber leuis in fractio ei acciderit, continuo tota sua incolumitate perit. Sciedam autem, quod si frustula ossium in craneo, vel in quolibet vulnere extiterit, ipsum solidari non est possibile, nisi idem os putrefactum continuo extractum fuerit.

De Incisione vulnerum. Cap. CXXXIX.

Otro si vulnus membrum perambulet, carnemque corrodatur, cito succurrendum est, incidendo carnem, que ibi est, aut comburendo, & destitendo, priusquam multum dilatetur, deinde vero cum medicinis vulnerum sanantibus curetur. Medicinam quidem quod carnem generat, & recentia vulnera continuat opimum est, vt olivani, aloes, sarca colie, sanguis draconis, partes æquales terantur, ac vulnere superponantur, ipsumque vulnus ligetur. A men vero si teratur super locum, vbi est caro superflua, confert ei. Cerotum quoque viride carnem corrodit, & vulnera saniosa mundat. Aut vbi supra. Qui autem plaga scari voluerit, oportet vt eius sectio incedat in rugatum collectionem, que sunt interius in illo membro, nisi sit tale membrum, qualis est frontis. Nā si procedat in cisis sicut rugarum eius collectiones, incidetur frontis malculus,

ius, & cadet supercilium. Oportet igitur vt sciat anathomia neruorum, atque venarum, & arteriarum, ne erret, & incidat aliquid ex eis. Oportet et vt secum deferat multas ex medicinis sanguinem restringentibus, & ex emplastris dolore sedantibus, & instrumentis ad hoc pertinentibus. Huiusmodi sunt medicina Galieni, & pili leporis, & araneæ tela, & albumen oui, & feramenta quibus adustio fit, hæc n. oia sanguinis fluxum prohibent, siue ipsius errore pronentur, siue non. Cumque per se rauerit exituram, & quod in ea continetur extraxerit, non debet ei adhibere oleum, nec aquam, nec emplastrum in quo sit oleum, neque sepum superabundans, immo sicut emplastrum de calcanto, quod tunc. sc. cam eo indigebit apponat, & spongiam insusam in vino stipico desuper ponat.

De Restrictione fluxus sanguinis ex vulnere. Cap. CXL.

Razi vbi supra. Si autem ex vulnere tanta continuitati sanguinis multitudo fluxerit, vt inde virtutis debilitas timeatur, membrum erigendum est factum, taliterque locandū, ne dolor in eo sentiatur, post hoc leporis pili, cum oui albumini mixti, aloes, & thure, ac sanguine draconis tritis, inuoluti vulnere immittantur, aut ex araneæ, tela vulnus repletur. Sanguis præterea si cum saltu fluxerit, ex arteria incisa exit, qui si vno modo egredietur, ex vena est incisione, que cum his que diximus sanandæ sunt, & ligandæ. Quod si propter hoc sanguis non sistitur, arteria, vel vena in incidenda est. Ita que cum vnicolo eleuata si videri poterit suspandatur & extrahatur, deinde incidatur, & locus ex his que diximus repletur. Quod si possibile non fuerit, vel medicina non contulerit, locus, cauterio valde ligato ac rubeo comburatur, vbi summpere cauendum est, ne super acrum ponatur, de his præterea que sanguinem restringunt, est vt aloes, vel calcanto repleatur, atque ligetur.

De superflua carne densium, & extratione molarium. Cap. CXLII.

Carnis superflua, que in dentium lateribus oritur, cura est, vt cum forcipibus illa suspensas, & cum sebo homo incisus, emissio quoque parua, que variata est oportet cum sebothomo findere, vel cum ligno acuto, quatenus ab ea sanies exeat, post hoc acetum fortiter, & fugat, aquamque & vini modicum, & post hoc aqua ro. & oleum ro. manet, aqua, & mel, & locum digito comprimat. Qui vero molarem vult eruere, primum oportet carnem, que in eius radicibus est paulatim incidere, donec ex ipsa nihil remaneat, quod radici dentis adhæreat, tunc forcipibus molari superponat, ac super vtrunque; pedem illius fortiter comprimat, ipsamque molarem dextrorsum, ac sinisterosum fortis conuariat, & sic cum tota virtute abstrahat. Qui si corrolus fuerit, loco corrolo panem imprimere fortiter oportebit quod factio nihil superius superius, & sic oleum ro. loco cum bombace superponatur. Præterea ad unum hos dens superflua insuscit, & tunc intencud est, vt si in alterius dentis radice est organo, quod rostro simile est auferatur, & si quid superfluum lima explanetur. Si vero non in alterius radice, sed fundo nititur, cum nihil superius extrahatur. Porro si dentium quispian iusto maior fuerit, quod manifeste turpe erit, oportet cum luna corrigi, & quod abundat tolli, que cæteris æqualis fiat proportionem competenti.

De Faciendis eunuchis. Cap. CXLIII.

Hominum abscidere testes abominabile quidem est apud medicos, cum ars medicaria sit corporis extra naturalem habitudine positum in natura reductio. Eunuchizatio autem his contrarium est, quia a naturali habitudine ad extra naturalem transfert. Sed quia a medicis hoc exigunt Reges, ac Principes, vt eunuchizent illis hoies, dico quod eunuchizatio duobus modis fit. Vno modo cum contritione, altero cum amputatione. Cui contritione sic. Puer paruis sumitur, & in coacha in qua sit aqua calida ponitur, eiusque testes emolliti fuerint, conficiantur cum digitis fortiter quatenus dissoluantur, & sub tactu non appareant. Illa vero que cum amputatione fit, aut testium cum est ductio, aut varendo simul oium amputatio. Testium ductio hoc modo fit. Qui eunuchizatus est alto superponitur, eiusque testium, cutis cum manu sinistra præmitur, & testes ipsi simul deponuntur atque ligantur, postea cum organo acuto sunt in legum super cutem testium duæ fissuræ, super quilibet vna. scilicet, ad fissuram eorum porrexta, sicque testiculi educantur, nec aliquid præter fissuram subile, qui vasis superest permittitur. Probatur autem hic modus magis, quod ille qui cum contritione, quia qui conteruntur,

nonnunquam coitum appetunt, eo quod aliquid ex testibus plerumque remanet in contritionis spe. Amputatio vero totus ita sit, testes & veretrum a radicibus simul fortiter apprehendantur, sicque totum loco ligationis cum rasio amputatur. Dehinc vero medicamina sanguinem stringentia superponuntur, vt aloes, sarco colla, sanguis draconis, farina thuris, & fascia stringuntur, vnguenta que deinceps adhibentur.

De Causticis. Cap. CXLIII.

Que autem in coquendo sit cura locis quibusdam in quibus humiditas mala sudet abundat est necessaria, quia si humiditas repellere non sufficiunt medicamina desiccantia, & adurentia, ob hoc ignem adhiberi oportet, cuius desiccatio, & adustio in fine est. Desiccatio namque non est valida, nisi que in sua complexione est calida, & sicca. Quare color est fortior, tanto siccatior quoque robustior, vt est piperis, euorbii, vel adustionis, vt calcis, floris æris. Qui autem vtrunque in fine complexione adiuuat, ignis est. Que vero necessaria sunt huiusmodi curam sunt immoderata putrefactio, & humiditas modum transgrediens. Autem in t. can. Causticatio est medicam iuuans ad prahendum ne corruptio spargatur, & ad confortandum membrum cuius complexio restitucanda est, & ad resoluendum materias corruptas in membro retentas, & ad restringendum sanguinis fluxum. Res. aut qua sit causticium melior est aurum, locus aut qui cauterizatur, aut est manifestus, & ponitur super illud causticium sensibilius, aut est profundum in membro interius, vt in naso, vel ore, vel ano, & huiusmodi, forma tali indiget, vt sic ad locum causticium perueniat, ne in circuitu nocent, sic ergo subtilius, quod formæ vacuatis, ne lateribus eius obuiet. Causticizator præterea sibi caueat ne fortitudo causticizationis ad neruos, vel ad chordas aut ligamenta perueniat. Et siquid per sanguinem fluentem causticizauerit, oportet vt causticizatio fortis sit ita, vt eius crusta crusta crustudine ne cito cadat. Nā si ceciderit, deterius malum sit, quod prius erat. Si vero propter carnem corruptam sit causticium, erit ibi dolor, & fortasse necessarium erit cum carne causticizari os, quod est sub ea, & supra ipsum motari donec tota corruptio destruat. Cum ergo sit super cranii subtiliter operandum est in ipsum, ita vt non ebulliat cerebrum, nec eius panniculi corrugentur.

De Enemate, & epithimata. Cap. CXLIII.

Nema est nobile medicam in expellendo superfluitates ab intestinis, & in sedando dolores renū, ac renum, ac vesicæ, & apostematata ipsorum, & agritudines colicæ, & in atrahendo superfluitates a membris principalibus superioribus. Quæ vero eis acuta sunt, epar debilitant, & ad febrem perducunt. Hora clisterizandi melior est, cum aer frigidus est, ne accidant inde grauitas, & dolor, & æstus. Balneum præterea fieri solet, vt ebulliant humores, atque spargantur. Clisteris autem conditio est, vt aerem, & humores retentos trahat, propter hoc enim plurimum non est bonum, vt balneum enemati premitatur. Epithimata sunt ex medicinis bonis que ad ipsam agritudinem perueniunt. Medicina quidem fortasse duas habebit virtutes, vna subtilitatis, & altera incompressam. Et tunc maior necessitas subtilitatis, nisi quod inspissatio tunc subtilitatis. Cumque n. fiet emplastrum ex ea penetrabit subtilitas, & remanebit spissitudo. Et illa quidem que penetrat confert. Epithimata sunt cum panis, cuiusque membris principalibus superponuntur, vt epati, & cordi, nec fuerit ibi quod prohibeat ferici panis suffumigati, ex xiloloe crudo, virtutibus epithimatum odorem bonum tribuit, quem membra principalia diligunt.

De Chirurgia qua fit in ossibus. Cap. CXLV.

Alii vbi supra. Restat de ossium cura, quibus accidunt multiplicitate incommoda. i. aut fractio, aut euulsio, aut debilitatio, aut contorsio. Fractio est contriuationis sepratio. Euulsio est disgregationis a suo loco remedio. Debitatio est languor qui ossi accidit ex percussione, vel casu, vel fractio. Distorsio vero est disgregationis a suo loco concussio. Horum igitur cura est exponenda, & liganda fracta, & reducti euulsio, & qualiter huiusmodi regendi sunt infirmi. Razi vbi supra. Qui opus chirurgie exerceat, maxime rustici stolidi sunt & idiotæ, maiorque pars casualiter operatur, quia raro qui librum huius doctrine legent, aut qui eam a magistro literato didicerit, aliquis eorum inuenitur. Itaque præcipiunt, vt qui fracturam, aut dislocationem carnis, aut contusionem perpessus fuerit, cum halchabes, & hafahar, & ex assata carne in veru, vel in prunis nutriatur, & vini bibat, cum nihil citius hoc regimine hegmonis generationem afferat. Oportet igitur cum prædictorum aliquid acciderit alicui regimen per dies aliquot subtilitari, quia si fortis extiterit, venter eius erit soluendus, & ipse similiter minuendus, vt securus sit, quod ad locum materia non fluat, que magnam apostema putrefactionemque genera re possit. Post hoc eger siquidem dislocationem, vel carnis con-

tuionem habuerit, ad regimen consuetum reuertatur, fracturam. n. si patitur, vti officas, & grossiatis eius sanguini addenda sunt, vt natura paratam habeat materiam ex qua potius fractura generetur. Ex his autem quae hoc operantur est frumentum adeo coctum, vt quasi puls videatur, capta quoque & pedes asialum, ventres vaccarum, ova, rili, piscesque recentes, & similia, his in quibus est viscositas, & gressities. Ex his ergo comedere debet, vnumque bibere crosolum, vt ex his fractura melius ac citius ligari possit. In principio tamen ossa frigida, autium haedorumque carnem comedat, & a vino penitus abstineat. Cum autem iunctura dolet, in qua non est d. locatio, non oportet vt prematur, & distendatur aliquo modo, sicut praefati rustici loca debilia redificat, & distendunt. Vbi est magnum fonitum facere nituntur, vt a vulgo bene operari putentur. Plerumque est cum in membro fuerit dolor, in eo fracturam, aut distillationem esse mentio. Sed vtriusque causa ad tertium die ligatum teneri, deinde aqua calida cum medicaminibus congruis fomentari. Si vero cum carnis ruptura fractum sit, ita curandum est, vt vbi vulnus est ferula careat, ne impressione sui nocumentum inferat. Fomentari quoque non debet, quousque vulnus consolidetur, & tunc ex oibus partibus suis fomentetur. In infantia quidem nouiter genita, vique ad 8 die vel 9, consolidabitur. In dentium plantatiua vsque ad 12. vel 16. In pueritia 18. vel 24. In adolectia 30. vel 35. In iuuetute 40. vel 45. In senectute 50. vel 55. Aetas. n. nouiter genita, citius ceteris consolidatur, propter humidam tenentat. Dentium quoque plantatiua citius q. pueritia, & sic de ceteris pp eandem causam. In senio vero vix aut unquam consolidatur, vel quia ipsi alimur de calor deficit, vel quia deficiente humorositate naturali deficit materia: vnde conglutinatio sequi non valet. Ossa vero fracta nunquam consolidari possunt, sed quadam materia ex alimur de ipsius ossis superueniente quasi gumma efficiunt, vnde conglutinatio complementum subsequitur. Sunt autem ossia fractura quaedam periculosa, nam citius triam vnciarum, tam a superiori, quam ab inferi ori fracto spacio, vel supra pedis nodum, eadem mensura mors a cyrurgicis enunciat, eo q. ibi habetur medulla, qua exeunte mors sequitur. Aliqui autem os de propria exit iunctura, vt in collo, mandibula, humero, cubito, & manus iunctura, scia, patella, ac pedis nodo tunc est adhibenda curatio. Ossa. n. omnia fracta curantur, & euulla ad sua loca reuocantur. Dentes autem nullo modo. Labia quoque nostra venosa sunt, & assidue mouentur, quibus si cancer fit, vix aut nunquam curantur, & si curentur caro nunquam restituitur, Idem quoque de naribus.

De Fractura ossium consolidanda. Cap. CXLVI.

Ex libro de chirurgia. Chirurgiae notitia maxime in ossibus est necessaria. Aliquid quidem rumpitur ossa, aliqnd de propria em diuersitate membrorum, exeunt iunctura. Si os fractum est sine carnis ruptura, vt in brachio contingit, in humero, in crure, & in coxa, membrum in quo est, ex vtraque parte sumptum debet leuiter extendi, manibusq. comprimere, deinde longo & contracto panno ligari, ac desuper subtiles ferulas cum lincio conuenit imponi, sicque vsque ad tertium die ligatum teneri, deinde aqua calida cum medicaminibus congruis fomentari. Si vero cum carnis ruptura fractum sit, ita curandum est, vt vbi vulnus est ferula careat, ne impressione sui nocumentum inferat. Fomentari quoque non debet, quousque vulnus consolidetur, & tunc ex oibus partibus suis fomentetur. In infantia quidem nouiter genita, vique ad 8 die vel 9, consolidabitur. In dentium plantatiua vsque ad 12. vel 16. In pueritia 18. vel 24. In adolectia 30. vel 35. In iuuetute 40. vel 45. In senectute 50. vel 55. Aetas. n. nouiter genita, citius ceteris consolidatur, propter humidam tenentat. Dentium quoque plantatiua citius q. pueritia, & sic de ceteris pp eandem causam. In senio vero vix aut unquam consolidatur, vel quia ipsi alimur de calor deficit, vel quia deficiente humorositate naturali deficit materia: vnde conglutinatio sequi non valet. Ossa vero fracta nunquam consolidari possunt, sed quadam materia ex alimur de ipsius ossis superueniente quasi gumma efficiunt, vnde conglutinatio complementum subsequitur. Sunt autem ossia fractura quaedam periculosa, nam citius triam vnciarum, tam a superiori, quam ab inferi ori fracto spacio, vel supra pedis nodum, eadem mensura mors a cyrurgicis enunciat, eo q. ibi habetur medulla, qua exeunte mors sequitur. Aliqui autem os de propria exit iunctura, vt in collo, mandibula, humero, cubito, & manus iunctura, scia, patella, ac pedis nodo tunc est adhibenda curatio. Ossa. n. omnia fracta curantur, & euulla ad sua loca reuocantur. Dentes autem nullo modo. Labia quoque nostra venosa sunt, & assidue mouentur, quibus si cancer fit, vix aut nunquam curantur, & si curentur caro nunquam restituitur, Idem quoque de naribus.

De Alligazione eiusdem. Cap. CXLVII.

Razi vbi supra. Ligationis quoque mensura talis sit, vt nullum agro dolore nisi parvissimum inferat, nec adeo relaxata sit, vt eam nallatenus sentiat. Hmōi principij deceprores in tanis locis faciunt, vbi ligando multum constringunt, denique relaxando ad infirmum locum descendunt. Sed hic ligaturae modus pessimus, quia sanguis a duabus partibus compressus, ad infirma loca transmittitur, indeque illic apostemata, & vulnera generantur. Oportet autem vt locus fracturae tribus fasciis, aut quatuor cingatur, quantum prima super locum infirmum ponatur, & ita vt sanae partis maximam quantitatem teneat protedatur, haec ad superiorem partem tendat, & super locum infirmum fortius cingat, a quo cum separari coepit,

suauiter relaxari incipiat. Et quanto plus elongatur, tanto magis lena fiat, post hoc alia superponatur eidem loco, quae ad inferiorem partem tendat descendendo. Inter has autem ligaturas fascellae locandae sunt, per quas membrum redificetur, ne gibbositas, aut coccauitas aliqua fiat. Deinde totum hoc suauiter & tertia fascia cingendum est, cuius inuolutiones vbiue aequales esse oportet, & haec oia desuper filis ligentur, nec frequenter nisi si fit ibi flegron, vel ardor, vel dolor, aut pruritus ligatura dissoluantur, quia quanto tardius dissoluetur, tanto ad solidandum aprior erit. Si vero flegronis initium aut dolor fortis ex ligatura acciderit, & caro quae sub illa est rubea fiat, & impletur sanguine, illico dissoluenda est, & eius restrictio relaxanda. Quod si pruritus fortis atque nocibilem illic praesentierit, dissoluantur, & locus aqua calidiori infundatur, donec pruritus sedetur. Denique quando fractura consolidata fuerit, & necesse fuerit vt caro fracturae superposita consolidetur, oportet ibi & tunc, vt ligatura paulatim dissoluantur, & dieta augmentetur.

De Redificatione eiusdem. Cap. CXLVIII.

Fracturae vero in quibus sunt ossium partes a cellis similes quae autem non frangerunt, sed vehementer simulent, rectificandae sunt, eas quanto magis possibile est vngendo leuiterque ligando. Quod si stimulantur, ac vehementer dolere intulerint, ligandae non sunt, alioquin apostemata, & putrefactionem in osse toto generabunt. Locis itaque findendis, & si a cellae ab osse separatae sunt, extrahendae erunt. Si vero separatae non fuerint, extremitas earum acuta stimulans secunda erit cum ferro, deinde vero cum medicinis curanda. Oportet et vt distillationes cum acciderint ad locum proprium illico reducantur, antequam ibi nascantur, alioquin nunquam reducuntur. Na si dum taliter fuerint distenduntur, aegroti plerumque accidunt spasmi, plerumque vero post fracturam redificationem, vel distillationem ad locum suum reductionem duritiae, & restrictio membrum remanere consueverunt, quae multoties nocuae sunt motu membri prohibentes, & hoc proprie accidit cum praedicta iuxta iuncturam fuerint, has aut oleum & aqua calida cum l. locus multoties manibus fricatus, & aqua calida per fistulam ab alto defluens loco superfusa fuerit, & adipis, ac medullae cum ex eis emplastrum fit mollescat.

LIBER XIII.

De Scientia medicinae, Theoricae & inuentoribus eius. Cap. I.

CROCI. Post scientias sermocinales, & practicas, & mechanicas, tandem accedendum est ad theoreticas. Et quoniam inter mechanicas vltimo loco dictum est de medicina, quantum ad illam eius partem quae consistit in operatione manuum, vt sequentia precedentibus congruenter adhaereant. Nunc est in prosecutione theoreticarum a medicina incipiendum est, quantum ad illam partem quae consistit speculatione causarum, atque morborum. Nam & haec ipsa vt esse potissima naturalis philosophiae pars, quia de tota fere hois natura plenissime distulit, quae est oium creaturarum dignissima, atque nobilissima. Isido. in li. ety. 4. Huius artis inuentor apud Graecos (vt fertur) Apollo fuit, quam filius eius Esculapius laude, vel opere ampliauit. Qui postquam ietu fulminis interit, inter dicta medicandi cura fertur, & ars ipsa per annos ferre quingetos latuit. Tunc eam Hippocrates in lucem reuocauit. Hi itaque tres viri toride huius artis heredes inuenere. Prima Methodica inuenta est ab Apolline, quae remedia sectatur, & carminat. Secunda Empirica. i. experientissima ab Esculapio, quae non iudiciorum signis, sed solis constat experimentis. Tertia Logica. i. rationalis ab Hippocrate, qui discussis aetatum, ac regionum, vel egritudinum qualitibus, artis curam rationabiliter persequutus est. Itaque Methodici nec elementorum rationem obseruant, nec tempora, nec aetates, nec causas, sed solas morborum substantias. Empirici solam sectantur experientiam. Logici vero adiungunt experientiae rationem.

Cur inter liberales artes non numeretur. Cap. II.

Actior. Quae sit autem a quibusdam, quare inter ceteras liberales disciplinas medicinae intere, non continetur, propter hoc, l. quia illae singulares continent causas, ista vero omnia. Nam & grammaticam medicus scire debet, vt intelligere

intelligere vel exponere possit, quae legit. Similiter Rhetoricam, vt veracibus argumentis valeat diffinire, quae tractat, necnon, & Dialecticam pp infirmitatum causas ratione adhibita, periculis curandas, atq. tractandas. Sic, & Arithmetica pp numerum horarum, in accessionibus, & periodis dierum. Non aliter, & Geometricam pp qualitates regionum, & locorum situs, in quibus deoat quid cuiq. obseruari oporteat. Porro musica incognita illi non erit. Nam multa sunt quae in agris hominibus, per hanc disciplinam facta leguntur, sicut de David legitur, qui a spiritu immundo Saulum arte modulationis eripuit. Aesclepiades quoque medicus freneticum quendam, per symphoniam, pristinae sanitati restituit. Postremo, & Astronomiam notam habebit, per quam contempletur rationem altorum, & mutationes temporum. Nam sicut ait quidam medicorum. Cum ipsorum, castrorum, & temporum qualitibus, & nostra corpora commutantur. Hinc est q. medicina secunda philosophia dicitur, vtraq. enim disciplina totum hominem vendicat sibi. Nam sicut per illam anima, ita per hanc corpus curatur.

De partibus medicinae secundum quosdam. Cap. III.

EX isagogis Hippocratis. Partes medicinae sunt tres. Phisica, quae naturae corporum, & naturales operationes cognoscuntur. Pathognomicha quae, quae contra naturam sunt vitia, comprehenduntur. Therapeutica, quae eadem vitia curantur. Pathognomicha diuiditur in duas partes. In inspectionalem, & causalem. Causarum autem quaedam sunt manifestae, l. quae sensibus comprehenduntur, vt quae sunt cultro, vel igne, vel lapide, vel ludo; quaedam vero occultae, vt penuria, abundantia, corruptela. Item causarum quaedam sunt vitia, vel res aliae continentes, quaedam etiam simul agentes, quaedam vero concausales, nihil per se sed cum aliis agentes. In phisica est itaque hominis natura, vitium causa, tempus, locus, aetas, & ars. Therapeutica diuiditur in tres. Dieteticam, cyrurgicam, & quae per diuersam medicinam constat. Dieta est artificiosa factitatio victus, & datio in medicina, per additamenta, & detractiones, vel immutationes, quae plurimum tribuit effectum. Papias Medicina alia theoretica, alia practica. Theoretica quae, & phisologica. in vj. constat. In humoribus, vt sunt calidum, frigidum, siccum, humidum. In virtutibus, vt est animalis in cerebro, vitalis in corde, nutritibilis in corpore. In elementis, vt ignis, aqua, terra, aer. In membris vt ossa, venae, & huiusmodi. In naturis, vt de herbis, & medicaminibus. In perfectione, ut in artibus. Practica vero diuiditur in dietam, vt nutritio infantis, moderari senes, homines reparari post aegritudines. Et in cura, vt in medicaminibus, quae deintus accipiuntur, vt per os vel meatum, vel deorsum ponuntur. Et in cyrurgicam, vt secare, vel incidere. Virtutes aliae pertinent, ad animam aliae ad naturam. Ad animam pertinentes aliae principales, vt quae fantasias, i. figuras omnium intellectus percipiunt, & memoria retinent quae audiunt, vel vident. Aliae sensuales, vt quae quandoque sensibus insunt. Aliae motales, quae per neruos fluunt, & corpus contrahere, & circumferre, aut extendere possunt. Naturae animi virtutes partuntur in duo, in nutritibilem, & vitalem. Nutribilis in 4. Vna quae trahit, altera quae tenet, tertia quae digerit, quarta quae impellit. Vitalis virtus habet subiacentes pulsus arteriarum, quae quando aperiuntur extrahunt illi aera, & expellunt sumum.

Aliter de eodem secundum Auicennam. Cap. IIII.

Vicenna, lib. 3. Medicina est scientia, quae corporis humani dispositiones noscuntur, ex parte qua sanatur, & a sanitate remouetur, ut ipsa sanitas habita conseruetur, & amissa recuperetur. Haec diuidi potest in theoreticam, & practicam. Non quod una pars diuisionis sit scire, & altera operari, nulla enim earum est nisi scientia, sed una earum est ad sciendam principia, & altera ad sciendam operandi qualitatem. Quoniam cuiusque rei scientia causas habentis non acquiritur, neque completur, nisi per sui causas sciat. Oportet, & in medicina scire sanitatis, & aegritudinis causas. Insuper etiam, & accidentia earum, quia tam ipse, quam earum cause plerumque quidem manifestae sunt, & plerumque occultae, nec nisi per significationes accidentium comprehenduntur. Causae quidem speciales quatuor sunt materiales, duo subiecta propinquum, scilicet, & longinquum. Propinquum membrum, & spiritus. Longinquum autem humores, l. longinqua sunt eis elementa. Et haec duo subiecta sunt secundum compositionem, l. Speculum Doctrinale.

et sint, & cum alteratione. Efficientes sunt cause permuantes, & conseruantes humani corporis dispositiones, sicut sunt aer, cibus, & potus, euacuatio, & retentio, regiones, & loca habitabilia, & quae continuantur eis. Praeterea motus, & quies, corporales, & animales, somnus, & vigiliae. Alteratio quoque in gradibus, & diuersitas in eis, & in generibus, & in artibus, & in moribus, & in rebus, quae humano corpori subueniunt ipsum tangentibus, siue sint contra naturam, siue non. Formales cause sunt complexionibus, & virtutes, quae post eas eueniunt, & compositiones. Finales vero cause sunt operationes, in quarum scientia est proculdubio scientia virtutum, & scientia spirituum, quae sunt virtutum subiecta. Igitur medicina tractat de elementis, & complexionibus, & humoribus, de membris simplicibus, & compositis. De spiritibus, & eorum virtutibus naturalibus, & animalibus. De operationibus, & dispositionibus corporis, sanitate, scilicet, & aegritudine, & medio, & causis earum, scilicet ex cibo, & potu, & aere, ac ceteris supraddictis. De regimine quoque cum comestionibus, & potibus, & medicinis, & manualibus operationibus, ad sanitatem conseruandam, & aegritudinem qualitatum medicandam.

Item aliter iuxta Constantinum. Cap. V.

Constantinus vbi supra. Medicinae diuisio multiplex est. Sed mihi, ceterisque phylsophis, haec omnibus melior esse videtur. Medicina omnis aut est theoretica, aut practica. Theoretica est perfecta scientia rerum solo intellectu capiendarum, subiecta memoriae operandarum rerum. Practica est subiectam monstrare theoreticam in propatulo sensuum, & in operatione manuum, secundum theoreticam praesentis intellectum. Theoretica diuiditur in tres partes. l. in rerum naturalium scientiam, & non naturalium, & eorum quae sunt extra naturam. Res naturalis est in rebus animatis de terra procedentibus, & in corporibus sensibilibus, l. vel insensibilibus, ad construere, vel destruere pertinentibus. Huius 7. sunt partes. Elementa, complexionibus, humores, membra, virtutes, actiones, spūs. Horia tria sensibilibus, & insensibilib. communia sunt. Elementa, complexionibus, actiones. Quatuor vero reliqua sensibilibus sunt propria. His autem 7. quidam Phylsophi 4. admiscunt. l. caecares, colores, figuras, maris & feminae differentias. Sed haec complexionibus attinere videntur. Cause vero naturales sunt sex. l. aer circundans, motus & quies, cibus & potus, somnus & vigiliae, inantio & continentia, animaeque accidentia. Quae vero sunt extra, diuiduntur in tria. l. in morbum & morbi causas, & significationem morbi accidentia. Practica diuiditur in duo. l. in custodiam sanitatis, & curationem aegritudinis. Custodia sanitatis in tria. l. in custodiam sanitatis corporum, in sanitate instabilitiam, & in custodiam ad sanitatem iam transcursum, & in custodiam fragilitum, ut infantium, senum, & aegritudinem egritudinum. Curationis aegritudinis duplex est fit, aut cum portione & die, aut cum chirurgia. Chirurgia rerum dupliciter. l. aut in carne incidendo, findendo, suendo, coquendo. Aut in ossium fractura, & haec ad locum proprium, si exierint, reducendo.

De Elementis. Cap. VI.

Philosophi diffiniunt elementum esse simplicem minimamque compositi corporis particulam. Simplicem autem esse dicimus, quae cum eadem sit in essentiam, similis est in partibus, ut ignis, aer, &c. Sunt tamen quaedam viti simplia, & in tellectu composita, ut lapides, metalla, & similia. Itaque phylsophi uidentes praedicta quatuor intellectu simplia, & omnia corpora constuctioni, atque destructioni substantia ex eis esse composita, ut lapides, metallaque, & similia, vocauerunt ea prima elementa, posteriora vero secunda, & tertia. Vnde quaedam vocatur uniuersalia, l. ex quibus multa & diuersa componuntur corpora, quaedam particularia, quae cynicique corpori inde composito sunt propria, quaedam vero media, quaedam ex uniuersalibus, & particularibus subsistentia, vt quatuor humores. Ad eorum parationem enim elementorum simplicium sunt compositi; simplices autem ad membra comparati. Ideoque iurae dicuntur medij. Sed de primis, & uniuersalibus ad praesens intendimus loqui: Na omne corpus animatum siue inanimatum ex quatuor elementis componitur, quod etiam ex destructione confirmatur, quia quodcumque destruitur, ad haec quatuor necesse est reuertatur. Verbi gratia. In animalibus morientibus, primus calor perditus redit ad ignem, spūs ad aerem, humores ad aquam, caro & ossa ad terram, similiter in arboribus; Elementa, ergo Tomus Secundus. E c 2 nunquam





Virtus autem hæc agens, est anima, vel natura præcepto Dei, & non agit nisi cum instrumento, quod est calor innatus, post tempus autem consistendi caliditas incipit minui, quoniam aer circumdanda materiam eius, quæ est humiditas exicat. Cibum quoque priuat digessione, & inde accidit humor extraneus, flegmaticus frigidus, qui iuuat ad ipsum calorem extinguendum duobus modis. Vno suffocando, & tegendo. Alio vero qualitate obtuando. Itaque puerorum ac iuuenum corpora, quoad equalitatem sunt calida, senum autem, & decrepitorum frigida, sed corpora puerorum equali sunt humidiora propter augmentum. Quod patet ex mollitie ossium, ac neruorum eorum, parumque est, ex quo fuerunt sperma, & spiritus vaporalis. Senes autem & decrepiti, præter hoc, quod sunt frigidiores, sunt etiam sicciore, quod patet ex duritia ossium eorum, & asperitate cutis. Et in pueris quidem ac iuuenibus est igneitas, ac aqueitas. In senibus autem, & decrepitis plus terrestreitas, plus etiam in decrepitis.

De Varietate complexionis, & sexus. Cap. XVI.

Mulieres autem frigidioris complexionis sunt, quam viri, ideoque etiam in creatura minores sunt masculis, & humidiores. Itaque pp complexionum earum frigiditatem, multiplicatur easu superfluitates, & pp paucum earum exercitiu, substantia quoque carni earum rarior est, licet caro viri ex parte complexionis eius, qd ei admiscetur, rarior sit, sua nanque spissitudine plus prohibet ut ipsam penetrare, quod a neruis, & neruorum villis ad eam profuit. Constantinus vbi supra. In omnibus etiam animalibus masculi calidiores, & sicci sunt, quam feminae, vnde cito pubescunt, & pili eorum fortiores sunt. Feminae vero non barbescunt, quia mares maioris sunt ardoris, fortiores quoque sunt, & animosiores, lati pectoris, & pilosius, ad motum citius prompti. Prudentia, intellectus, discretio, continentia, maiores inueniuntur in eis, quod etiam sic causa maioris caloris. Feminae vero minus pilosae sunt in pectore & ventre, debiliores manibus, & pedibus, timebundæ, pectore strictæ, minus scientes. Ideoque parua sunt eorum capita, manus quietæ, ex quibus frigidiores esse probantur. Citius tamen propter gratiam crescunt, sed earum crescere velocius est ad complementum, quia parum in eis est caloris naturalis.

De Quatuor humoribus. Cap. XVII.

Sidorus vbi supra. Sicut autem quatuor sunt elementa, sic & quatuor humores, & vna quilibet humor suam elementum imitatur, sanguis aerem, colera ignem, melancholia terram, flegma aquam. Et sunt quatuor humores sicut quatuor elementa, quæ conseruant corpora nostra. Sanguis ex Græca etymologia vocabulum sumpsit, quod vegetetur, & sustentetur, & inuenitur. Coleram Græci vocauerunt, quod vnus diei spacio terminetur, vnde & colera, id est fellicula nominata est, hoc est fellis effusio. Græci enim fel, colen dicunt. Melancholia dicta, eo quod sit ex nigri sanguinis fece, admixta abundantia felis. Græci enim melan, nigrum, fel autem colen vocant. Sanguis Larine vocatur, quod suauis sit, vnde & homines, quibus dominatur sanguis, dulces & blandi sunt. Flegma autem dixerunt, quasi sit frigidum. Græci enim rigorem, flegmonem nominant. Ex his quatuor humoribus reguntur sani, & ex ipsis læduntur infirmi, dum enim amplius extra eursum naturæ creuerint, egritudines faciunt. Auicenna vbi supra. Humor est corpus liquidum, in quod in primis nutritio conuertitur. Eius vero est humor bonus. Illud. scilicet de cuius proprietate est, ut fiat pars substantiæ nutriti solus, vel cum alio, & assimiletur ei solus, vel cum alio, & in summa materia restorationis eius, quod ex ea dissoluitur. Et eius est superfluitas humor malus, qui a corpore expelli debet, & proici. Humiditatem quidem corporis, quædam sunt primæ, quædam secundæ. Primæ sunt quatuor humores iam dicti. Secundarum vero quædam sunt superfluitates, quædam non. Non superfluitates sunt humores, qui a principali dispositione conuersi membrum delegati fuerunt, sed nōdum alicuius membrorum simplicium operatione perfecta pars effecti sunt. Horum species quatuor sunt. Vna est humor in foraminibus extremitatum paruorum venarum contentus, membrum simplicibus propinquarum ea imbibentium. Alia est humor per omnia simplicia membra transiens sicut ros, qui in nutrimentum aptus est conuerti, cum corpus nutrimento caret, & ut membra eum aliqua causa fortis motus, aut alia eam exiccauerit, humefcet. Tertia est humor, qui parum ante coagulatus, nutrimentum est in membrorum substantiam, iam quidem ex parte comple- xionis, sed nondum ex parte essentia complexionis, similitudinisque

conuersum. Quarta est humor, qui est intus in membris simplicibus a principio natiuitatis, per quem partium eorum conuinitas existit, cuius principiu est ex spermate, spermatis principiu est ex humoribus. Humores autem boni, naturales, & superflui quatuor generibus continentur. scilicet sanguinis, qui omnibus illis melior est, & gne flegmatis, & colerae rubæ, & nigrae. Ex epistola Hippocratis. Corpus igitur omne ex quatuor humoribus constitutum est. Nam habet in se sanguinẽ coleram flauam, & nigram. Flegma qui quatuor humores habitant in suis locis. Sanguis in epate in dextro latere, in qua parte & rubea habetur, sicut colera flaua. Melancholia in splene. Flegma in capite, & vesica. Alia pars sanguinis domina in corde. Qualitas autem ipsorum talis est sanguis feruens humidus & dulcis. Colera sancea, & amara, vitidis, & sicca. Melancholia acida, frigida, & sicca. Flegma frigidum, salsum, & humidum. Hæc omnia crescunt in tempore suo, id est sanguis crescit verno tempore. Colera sancea estate. Melancholia autumno. Flegma hieme. Item hi omnes partiantur sibi diem ac noctem. Sanguis habet horas sex ab hora noctis nona vsque in horam diei tertiam. Exinde vsque in nonam colera sancea, exinde vsque in horam noctis tertiam melancholia, exinde vsque in horam noctis nonam flegma. Hæc omnia etiã habent respirationes suas per singulas partes corporis. Sanguis per nares. Colera sancea per aures. Melancholia per oculos. Flegma per os. Diuisuntur etiam secundum quatuor ætates. Flegma in pueris ab initio vsque in annos 14. & deinde colera sancea in iuuenibus, vsque in annos 28. Deinde in altera ætate vsque in annos 55. sanguis. Exinde in senes flegma. Moriente autem eo omnia reuertuntur in suo loco. Præterea faciunt mores hominum tales. Sanguis facit boni voti simplices, blandos, hilares, & semper amorosos. Colera facit iracundos, acutos, leues, ingeniosos, macros, multum manducantes, & cito digerentes. Flegma facit caulosos, vigilantes, cito afferentes canos, intra se cogitantes, minus audaces. Melancholia facit subdolos, iracundos, auaros, timidos, tristes, somnulosos. Sanguis facit pulsum plenum, humidum, & equalem. Colera sancea tenuem, siccum, & velocem, lubricum. Melancholia similem, sed habet veluti percussum asperitatem. Flegma facit pulsum minus plenum, humidum, & equalem cum pondere.

De Sanguine. Cap. XVIII.

Vicenna vbi supra. Sanguis natura calidus, & humidus. Huius duæ sunt species. Naturalis, cuius color est ruber, & est valde dulcis, malo carens odore. Non naturalis, qui duplex est, alius enim a complexionis bona mutatus, quia complexio ipsa in se vitata fuit. Verbi gratia, quia fuit in frigiditate, aut caliditate. Alius vero propter malum humorem admixtum, & hoc dupliciter. Aut enim ad eum humor deforis venit, & penetrans, ipsum corrumpit. Aut qui in ipso generatus fuit. Verbi gratia, pars eius aliqua putruit, & eius subtile versum est in coleram rubeam, spissum autem in nigram, & vna eorum, aut ambæ in eo remanserunt, secundum illud ergo quod ei de cæteris admiscetur, species eius diuersificatur. Fit enim plurimum turbidus, plurimumque subtilis, & quandoque niger valde, quandoque albus. Dicit autem Galienus illum fallere, qui dixit, quod humor naturalis solum est sanguis. Alij vero superfluitates quibus non egerunt. Si enim solus sanguis esset humor, qui membra nutret, omnia in suis complexionibus, & essentis similia forent. Os namque carne durius non existeret, nisi quia sanguis cum substantia dura melancholica fuit admixta ipsum nutrit. Neque cerebrum carne mollius est, nisi quia sanguis, qui ipsum nutrit substantia flegmatica mollis admixta fuit. Ipsum quoque sanguinem aliis humoribus inuenimus admixtum, qui ab eo separantur. Cum enim extrahitur, & ordinatum ponitur in athikan, vel athiral, id est in instrumentis super ignem positis, quibus distillatur, visibiliter separatur in partem, quæ est sicut spuma, & hæc est colera rubea, & partem, quæ est sicut sex turbida, hæc est melancholia, & partem, quæ est duorum albumen, hæc est flegma, & partem aquosam, hæc est aquositas illa, cuius superfluitas euacuatur in vrina. Aquositas namque non est ex humoribus secundis, nec est nisi ex eo quod bibitur, & non nutrit, nec est necessaria nisi in nutrimenti attenuatione, & penetratione. Humor namque est, quod ex eo quod bibitur, & comeditur est nutritus, & per hoc in potentia simile est corpori. Quod autem in potentia corporis humani similitudinem habet, est corpus commixtum, non simplex. Aqua vero simplex est.

Item quidam opinantur corporis virtutẽ sequi sanguinis multitudinem, & ipsius debilitatem illius sequi paucitatem. Sed non est ita, immo quod attenditur, est dispositio eius quantitatis, quæ de eo corpus ingreditur. Sciendum quoque, quod sanguis, & quod cum eo labitur, tertium in venis habet digestionem. Cum vero per membra diuiditur, vt vnumquodque suum recipit nutrimentum, habet digestionem quartam. Superfluitas igitur digressionis primæ, quæ est in stomacho, per intestinorum viam egreditur. Et digressionis secundæ, quæ fit in epate, superfluitatis plurimum cum vrina exit, quod autem de illa remanet, ad splenem, & sel tendit. Duarum verò digressionum residuarũ superfluitates per resolutionem, quæ non sentitur per sudorem. & forditiem extrinsecam egrediuntur, cuius forditiei pars est, quod egreditur per foramina sensibilia, sicut per nares, & aures. Aut non sensibilia, sicut per poros, aut extra naturam, sicut per apophemata, cum aperiantur, aut per id quod nascitur ex additionibus in corporibus, vt pili, & vngues.

De Flegmate. Cap. XIX.

Idem vbi supra. Flegmatis aliud est naturale, aliud non naturale. Naturale est, quod aptum est, vt in aliquo tempore fiat sanguis, est enim sanguis non pleni coctus. Est enim quidam dulcis modus flegmatis, quod non est valde frigidum, immo corporis comparatione est frigiditas paucæ, sanguinis vero comparatione, & colera rubea est frigidum. Et est enim aliud flegma dulce non naturale, saporem non habens, quod fit, cum accidit, vt sanguis cum eo naturalis miscetur, & hoc quidem multoties in reumatismis, & in salua sentitur. Dulcis vero naturalis receptaculo, dicit Gal. naturam non fecisse membrum proprium, sicut duabus coleris fecit. Hoc namque flegma propinquã habet sanguini similitudinem, & ipso egerit omnia membra. Ideoque natura fecit vt cum sanguine vadat. Non naturalis autem flegmatis aliud est superfluitas diuersæ essentia vsque ad sensum, & est mucilaginosum, aliud in substantia eguale in sensu, & in veritate diuersæ essentia, & est flegma crudum, aliud valde subtile, & est aquosum, aliud valde crassum, album videlicet, & est illud, quod vocatur gissem. Ipsum est, cuius subtile fuit resolutum, eo quod in foraminibus, & iuncturis diu fuit retentum, quod omnibus existit crassius. Est etiam ex flegmate quoddam salsum, quod omnibus flegmatis speciebus acutus est, & siccius, atque leuius. Omnis autem saluginis causa est, vt aquosæ humiditati pauciaporis, aut eo priuati terree partes adustæ complexionis siccarũ, & amari saporis equali temperamento miscantur: nam si multæ fuerint, amarus promouet sapor. Est etiam, cum sal sit ex cinere, & alicui, & calce, & ex aliis, cum in aqua coquantur, & colantur, & coquantur aqua illa, donec coalescant in saltem, aut ita dimittitur, donec per se coaguletur. Similiter etiam flegmati tenui, quod saporem non habet, aut cuius sapor adeo paruus est, quod non superat, cum colera sicca, cum se admiscerit adustæ equalitatis admixtionem, ipsam salsum facit, & calcificat, hoc est igitur flegma colericum. Gal. dicit. Flegma salsum fieri propter eius putredinem, aut aquositatem, quæ fit ei admixta. Et nos quidem dicimus putredinem ipsum salsum efficere, eo quod adustionem in eo non facit, & cineritatem, quæ eum eius humiditate commiscetur. Sola vero aquositas cum ei miscetur, salsum illud efficere non potest. Item est flegma quoddam acetosum, & siccum, dulce duobus modis est, scilicet propter suam essentiam, vel propter extraneam rem ei admixtam. Sic & acredo acetosi dupliciter contingit. Vno modo propter coleram nigram acrem, sibi admixtam. Altero propter causam, quæ in ipso accidit: & illud quidem est, sicut accidit & in aliis succis dulcibus, qui prius bulliunt, & post ascendant. Et est aliud flegma ponticum similiter, vel propter coleram nigram ponticam ei admixtam, vel propter causam, qua in se vehementer in frigidatum est, ita quod eius aquositas congelata est, & ad siccitatem parum, & terrestritatem alterata est, & neque fuit calor debilis, qui ipsum bullire faceret, & in acredinem conuerteret, neque calor fortis, qui ipsum coqueret. Et est alia species flegmatis vitrei, spissi crassi, vitro liquefacto similis, in sui viscositate, & ponderositate, quod plerumque est acre, plerumque saporem non habens, & hæc quidem est illa flegmatis species, quæ in principio rei erat aquosa, frigida. Et neque putruit, nec alia res ei admixta fuit, sed sic permansit recomata, donec fuit incrossata, & frigiditas ei addita est. Iam igitur declaratum est, quod modi corrupti flegmatis, ex parte saporum eius quatuor sunt, scilicet salsum, acre, ponticum, insipidum. Ex parte quoque essentia: suæ quatuor, scilicet aquosum, vitreum, Mucilaginosum, gissem. Crudum autem in collectione mucilaginosi continetur.

De Colera rubea. Cap. XX.

Colera quoque rubea alia est naturalis, alia vero est superfluitas non naturalis. Naturalis est spuma sanguinis, cuius color est ruber clarus, & est lenis acuta, quantoque calidior, tanto magis rubea. Quæ cum in corpore generatur, in duas partes diuiditur. Vna cum sanguine vadit, & cum eo penetrat. Causa necessitatis, & iuuamenti, scilicet vt ei miscetur ad membra nutrienda, in quorum complexionibus magnam colera rubæ partem oportet esse, secundum modum quem meretur de diuisione, sicut est pulmo, & iuuamentum est, vt sanguinem subtiliet, & in interioribus ipsum faciat penetrare. Alia vero pars colata ad chistim fellis transmittitur. Illud vero, quod de ea vadit cum sanguine cum eo penetrat, propter necessitatem, & vtilitatem. Necessitas duplex est, scilicet vt ipsum selucriat, vel vt totum corpus a superfluitate mundet. Similiter vtilitas duplex, vna est intestina a ste core, & flegmate viscoso abluere. Alia vero intestina, & animalculos punge, vt quid ei sit necessarium sentiat, & egestionem emittat. Ideoque sepe accidit colica causa opilationis, quæ fit in foramine, quod a felle ascendit ad intestina. Non naturalis autem colera, alia est, quæ a natura egreditur, propter causam extraneam, quæ sibi admiscetur. Alia vero propter causam sui, quia scilicet eius substantia est non naturalis. Item primæ partis alia est, cui extraneum illud, quod est admixtum, est flegma, cuius generatio magis est in epate, & hoc est scita, & famosa. Alia vero cui melancholia, & hoc est minoris fame. Item famosa aut est citrina, aut vitellina. Flegma namque cui admiscetur colera, quandoque est tenue, & inde generatur prima, quandoque vero crassum, & inde generatur secunda, scilicet vitellis ouorum assimilata. Quæ vero minoris est fame, colera vocatur adusta, quæ duobus modis veneratur: vnus est, vt seipsa aduratur, & accidat in ea cineritas, a qua eius subtile non separaretur. Sed in ipso cineritas continetur, & hæc quidem est peior. Alius autem vt ad eam extrinsecus colera nigra veniens cum illa miscetur, & hoc est melior. Huius autem speciei colera color est ruber, sed non clarus, nec floridus, immo magis est sanguini similis, sed tenuis, plurimumque mutatur a colore suo, propter aliquas causas. Illius autem partis, quæ in substantia sua extra naturam est. Alia est, cuius generatio sæpius est in epate, quod fit quando quod est in sanguine subtile, aduritur, cuius spissitudo colera est nigra. Alia vero magis in stomacho generatur, & hæc duas habet partes, prasinam scilicet, & viridem, vt erogo aris. Et mihi quidem videtur, quod prasinam generatur ex vitellina cum aduritur. Adustio namque in ea nigredinem efficit, ex qua cum citrinitate mixta viriditas generatur. Zinaria vero, id est viridis, vt erogo aris, generari videtur ex prasinâ, cum intantum aduritur, donec eius humiditas siccat, & redire incipit ad albedinem, propter sui siccitatem. Calor enim in humido corpore prius efficit nigredinem, deinde finita eius humiditate, denudat ipsum nigredinem, & quod in eo superest albificat, sicut in lignis apparet, quæ prius in carbonem conuertuntur, deinde in cinerem. Frigiditas autem contra operatur albedinem in humido, nigredinem in eius contrario, hæc autem species, quæ zinaria vocatur, omnibus speciebus colera rubæ calidior est, & peior, atque perniciosior, & de substantia venenorum esse dicitur.

De Melancholia. Cap. XXI.

Colera nigra similiter alia est naturalis, alia vero superfluitas non naturalis. Naturalis est boni sanguinis sex, & turbulencia, ac superfluitas, cuius sapor inter dulcedinẽ, & ponticitatem est. Hæc quoque cum in epate generatur, in duas partes separatur. Vna in sanguinem penetrat, & cum eo vadit causa necessitatis, & vtilitatis. Necessitas est, vt sanguini commiscetur, ad nutrienda membra, in quorum complexionibus magnam melancholiae partem oportet esse, sicut sunt ossa. Vtilitas autem est, vt sanguinem restringat, & confortet, & inspisset. Alia vero pars ad splenem transmittitur, causa necessitatis similiter, & vtilitatis. Necessitas est, vt splenem nutriat vel vt totum corpus a superfluitate mundet. Vtilitas autem ex hoc accidit, quod in os stomachi quasi mulgendo profuit, & sic dupliciter vtilis est, & quia os stomachi stringit, & confortat, & in spissat, & quia commotionem in illo facit pp acredinem, famemque, ac Tomus Secundus. E c 4 deinde



desiderium excitat. Scias autem, qd sicut colera rubea, quae ad huiusmodi...

De quatuor humorum generatione secundum quosdam. Cap. XXII.

EX lib. de Anathomia. De humorum generatione duplex est opinio. Quidam enim dnt, qd gñantur in epate materialiter, & formaliter...

De eodem secundum Avicennam. Cap. XXIII.

Avicenna lib. I. Humores in corpore sic gñantur. Nutriens, dum masticatur, aliqua conversione permittitur, iamque incipit digerere...

melaeracarum, quae subtile ac durae, & omnibus intestinis continuae sunt impellitur, & ad venam peruenit, quae epatis porta vocatur...

De causis eorumdem. Cap. XXIII.

Efficiens itaque causa sanguinis, est calor temperatus. Causa materialis est, quod de nutrientibus temperatum est, & de bonis partibus...

De signis abundantiae humorum in corporibus. Cap. XXV.

Azi in Almanfore, in 2. parte. Sanguinem abundare significat coloris rubedo, corporis caliditas cum eisdem ten sione, aliquid & obestatione, multumque somnus, & venarum repletio...

De signis eiusdem in somnijs apparentibus. Cap. XXVI.

Az in secunda parte. Somniorum quoque diuersa visiones de signant in corporibus dominantes humores. Cum nescienter in somno videt quis pluuia, & fluuios, & mare humiditas eius...

De Coagulatione corporis. Cap. XXVII.

Avicenna in primo casu. Generationis autem corporis humani principium duae sunt res. Vna, scilicet sperma viri, quod locum tenet materiei...

soluatur quod non sensu percipitur, tunc enim secuta essent, nocentis, quae propter assiduum aut longissimam resolutionem accidunt...

De Resolutione caloris innati. Cap. XXVIII.

Deinde vero cum corpora nostra ad temperamentum, siccitatis terminum perueniunt, calore ut erat existente, fortior est siccitas quam prius, quia materia minor est, & propter hoc magis recipiens...

mens. Vna scilicet nat utraque nutritiva dicitur, & restaurat id quod de corpore resoluatur, cuius substantia terreati, & aqueitati amicit. Altera est animalis, hac est virtus pulsativa, quae restaurat id quod de spiritu resoluatur, cuius substantia aerea est, & rigida. Et quia nutritiva non fuit simile nutrimento in potentia. Ideo creat a suis virtutibus imitativa, quatenus nutritiva mutet in simili virtutem nutrimento, in effectu, & ut pro certo sit nutritiva in effectu. Ad hoc igitur creat sunt instrumenta, & cannales, quae sunt ad attrahendum, & expellendum, & retinendum, ac digerendum.

De Spermate, & eius origine. Cap. XXXIX.

Vicenna in 3. canon. Spermata est superfluitas digestio- nis quartae, quae fit cum disperitur cibus, in membris, testibus, & venis, tenui digestionem iam expleta. Generatur autem in testibus, tanquam in principalibus membris ex humiditate delata ad eos in venis, quae est quasi superfluitas cibi, quae in corpore toto. Est autem sanguis magis digestus, magisque subtilis, & est de summa humiditatis proximae coagulatae, ex qua citra nutrimentum membra dura, utpote venae, & arteriae, & huiusmodi. Et quandoque reperitur ex ea plurimum in venis, ut in ea, ad quod iam digestio quarta processit, & remansit, ut ex ipsa venae nutriantur, aut perveniunt ad membra homogenea, & naturalia, praeterquam necessaria sit magna alteratio illius, & propter illud provenit spermata ex eo. Commovetur itaque per spiritum in meatibus ex vena pulsatili, & vena quae veniens in testibus, quae sunt radices duae ramificatione plurimorum aucta, & in testibus, & post ab eis in vasa spermatica effunditur, itaque in coitu naturali per virgam ad matricem projicitur, cuius in apertura obviat matricis orificium, & attractione vltima conveniunt duae partes in vasa. Hipocritas autem plurimum, materia spermatis est in cerebro, & descendit ex duabus venis, quae sunt post ambas aures, propter hoc amborum huiusmodi generationem abscondit, & fertilitatem incurrere facit. Huiusmodi itaque sanguis est lacteus, & quia non elongatur a cerebro, & his quae sequuntur ipsum spacio longior, ideo sanguis illius alteratur complexionem, a cerebro manens proveniunt ad nucham, eique continuantur, & inde ad renem, post hoc ad venas quae veniunt ad testiculos. Mihi vero videtur, quod non oportet, ut spermata fit ex cerebro solo, quamvis eius fermentum fit ex cerebro. Oportet enim ut eis sit ex omni membro principali fonte, & ex alijs membris referat ad istas radices, & propter illud est assimilatio.

De causa exuberantis spermatis. Cap. XXX.

Causa vero exuberantis spermatis, aut est in ipso spermate, aut in vasis eius, aut in lacertis conservantibus ipsum, aut in renibus, aut in priapio. Causa quidem quae est in spermate, aut est eius multitudo propter paucitatem coitus, & multam acceptam generationem spermatis, propter quam indiget motu expellente, aut propter suam tenuitatem ob quam resistat sicut ex omne tenet, aut propter suam acuitatem ob quam mordicat, & necessarium est naturae ipsum expellere. Causa vero quae est in vasis spermatis, aut est debilitas retentiva propter malitiam complexionis, aut vehementia expulsi- va virtutis, aut aegritudo ossis, & ex spasma thersano, quae necessario facit motum extraneum. Unde & expulsiva movetur, & expellit spermata tanquam nocivum, sicut accidit vomitus cum aliquo nocet stomacho. Spasmus quidem ipse est pressor, & eiciens expressor. Spasmus namque membrorum spermatis est solutivus, & spasmus lacerti autem retentivus, nam lacertus autem coitus est ad retinendum, & ille ad exprimendum. Est autem in eis mollificatio, quare non retinetur propter dilatationem accidentem in coitu. Causa vero in lacerto conservatio est spasmus testis, & mollificatio. Sed causa in renibus est, quia quandoque accidit eorum ad ipsi liquefactio ex vehementi coitus desiderio, vel ex multitudine coitus, & ob hoc in coenitibus egrediuntur post vitium ex ea res plurima, & haec quidem est mala destruens vitium, & corpus. Causa denique in priapio est, ut cum multiplicatur cogitatio in coitu, & auditus verborum eius, aut accidit ei, qui desiderat in natura coitum illi simile, unde movetur ad operationem suam aliquo modo debili, & emittit humorem ante vitium, aut foris, & descendit spermata. Causae vero multitudinis pollutionis sunt causae exuberantis, & motus spermatis, & quandoque non movetur nisi per fornicium, propterque cum dormit aliquis super seculum, secundum modum iam dictum. Et eius cura est cura illa, & strigens laminae plumbi super dorsum est impressio ma-

gna. Sed quandoque renibus nocet, & ideo hoc iterum in eo acten dere oportet, similiter etiam in lecto in frigiditate, & dormire super folia salicis, & similia.

De Causis erectionis virgae. Cap. XXXI.

Vnt autem in virga meatus tres scilicet urinae, spermatis, & aliquid. Advenit autem ei virtus erectionis, & ventositas a corde, desiderium ex capite. Desiderium quoque naturale quandoque fit ei causa renum, & apud me principium est eius ex corde. Et virtus quidem coitus hoc membrum confortat, ipsumque lacertofum facit, & inflat. Dimissio quoque liquefacit, & arefacit, sicut & Hipocritas dicit. Causa denique & desiderij, & motus eius, aut est meditatio aut est propter multitudinem ventositatis in sanguine ex quo generatur spermata, ad cannam etenim concavam desert ventositatem forte spiritus desiderativus, cum quo incedit sanguis plurimus, & spiritus crollus. Ex illo itaque sanguine instrumentum viri nutritur, inflatur, & erigitur. Hanc erectionem adiuvat omne in quo est humiditas extranea preparata ad hoc, ut coeantur in ventositatem. Fit & quandoque propter illud quod movetur ex desiderio propter preparationem membri ad illud. Et iterum cum congregatur spermata in membris coitus, & multiplicatur in quibus sit separationis eius, movetur materiam in ipsis. Et quandoque sit erectio propter mordicationem materiam stantis in glandulis, positus in duobus lateribus orificij vesicae, vel materiam subtilis ad eam ex renibus veniens, sicut etiam fit propter motum ipsius spermatis cum acuitur, & multiplicatur, & mordicat. Causa denique propinqua multae tenionis virgae ad modum chordae, est multitudo crollae ventositatis in partibus membrorum coitus, & huiusmodi causa ventosa, aut est in ipso nervo concavo, aut est ei supercuiens ex arterijs, & venis, aut vasis spermatis, aut sunt duae res simul. Et materia quidem huius ventositatis est humiditas plurima. Efficacis autem ipsam est caliditas pauca. Ad hoc etiam adjuvant aliquando causae praecedentes, aut ex cibis calidis acutis, aut ex inflatis, ut sunt cicer, & vna, & vitellus oui, & illa quae aggregant veramque rem, ut eruca, & illud cui proprietates inest generandi spermata, sicut vitium novum, aut ex dispositionibus, & figuris, sicut est multitudo dormitionis super collum, unde spermata liquefacendo convertitur in ventositatem, aut frictura ancharum cum cingulis, aut corrigijs, unde dilatantur orificia venarum. Quandoque etiam perveniunt ad priapismum, ut si cause confortentur, & fiat erectio fortis, atque remaneat, quamvis non assistat desiderio.

De horis coeundi. Cap. XXXII.

Coitus ille sanus est, qui fit in hora quam superfluitatū evacuatio sequitur, alienatur enim corpus, & preparatur ad augmentum. Sed in coitu figurae quaedam male sunt, ut si mulier super virum accedat, ex hac enim timetur rames, & inflatio, & vicia virgae atque vesicae propter laborem erectionis spermatis. Dubitatur quoque ne aliquid in virga currat ex parte mulieris. Recentio quoque spermatis in coitu valde mala est, & quandoque perducit ad constrictionem vnius duorum oronum, praeterea oportet ne fiat coitus necessitate se eis, aut in hora inveniendi, neque cum exercitio, vel motu, vel post passionem animale fortem. Oportet etiam ut non fiat super repletionem, prohibet enim digestionem, & eadem facit in aegritudines. Item ne fiat cum adit vacuitas, hoc enim nocibilis est, & onerosius naturae magisque pernecans calorem innatum, & magis attrahit liquefactionem, & ethicam, & arefactionem, immo oportet, ut fiat cum cibis a stomacho descendentibus, & completa digestionem prima, & secunda mediata dispositione in digestionem tertia. Non igitur (ut ait quidam) fieri debet post complementum, tertiae digestionis. Illa enim est hora vacuitatis cum corpus incipit in sparsione, & in omnibus membris sunt reliquiae cibi in via digestionis. In huiusmodi dispositione sunt aliqui in principio noctis, & ob hoc illa hora conuenientior est eis ad coitum ceteris horis, quia longus somnus ei succedit, & cum eo virtus accrescit, & aqua figuratur in matrice propter somnum mulieris, praeterea cavendus est coitus post evacuationes fortes ex vomitu, & fluxu ventris, & colica passione, & dyarria subito facta, motusque corporeos, & animales, & apud motum urinae, & stercois, & fleubothomiam. Dyarriam vero antiquam alleviat quandoque sua exiccatione, & trahendo materias ad partem aliam a parte intestinorum. Melior autem horarum equalium est illa quam determinavimus, & in hora quidem coitus expellitur matricis ad orificium quasi procedens, desiderando per naturam attrahere spermata. Ante violationem vero puellae virginis sunt in ore matricis panniculi contexti ex venis, ex ligamentis valde subtilibus, orti ex omni membro eius, quos violatio destruit, & quod in eis est ex sanguine currit.

D.

De causa sterilitatis, & difficultate impregnationis. Cap. XXXIII.

Causa sterilitatis aut est in spermate viri, vel mulieris, vel malitia complexionis diversificans virtutem generationis scilicet calidae, & frigidae, aut humidae, vel siccae. Aut est in membris generationis, ut in matrice, vel virga. Vel instrumentis spermatis, ut est debilitas aut corruptio, breuitas aut amplitudo. Aut propter causam in principijs, vel est tristitia, vel timor, dolores capitis, & debilitas digestionis, & fatigata naufragata. Ad haec enim ut fiat conceptio oportet, quod membra digestionis, & membra spirituum fortia sint. Aut est propter errorem accidentem, ut quando spermatis emissio fit ante complementum aut post, sive quando vir & mulier diversi sunt in tempore coitus, ita quod unus coram semper antecedit alium in emissionem spermatis. Rari in lib. diuisionis agriudinum. Difficultas impregnationis fit propter multitudinem adipis, aut paruitatem virgae, aut quia mulier post coitum cito surgit, & ambulat, & movetur, spermataque cadit. Aut propter ventositatem crollam in matrice. Aut propter eius lubricitatem, aut propter multitudinem caliditatis eius, aut scitatis, aut frigiditatis. Aut quia mala est complexio spermatis, aut propter emorroides, & vlcera mala, aut propter opilationem meatus, quae fit propter adipem, vel carnem ortam.

De Impregnatione, & embryonis formatione. Cap. XXXIII.

Cum itaque matricis super spermata colligitur, tunc dispositionum prima quae aduenit illic est spumositatis spermatis, quia virtus informativa movet illud, quod est in spermate de spiritu animali, & naturali, & vitali ad mineram vniuersalemque sortu in qua figurat, & creatur ex eo illud membris, propter hoc reperitur exufflatio tota repelli ad medium humiditatis, ut prepararetur locus cordis. Deinde vero sunt ab eodem latere dextro, & a latere sinistro duae vesicae, quasi ramificatae, ab eo tangentes ipsum vltique ad horam. Deinde vero separantur ab eo ac discernuntur, & prima quidem fit illud ex quo creatur cor, dextra vero illud ex quo epar. Porro alia sanguine impletur ad albedinem decliui, & penetrat ad exteriorem partem humiditatis spatiae post duas vesicas, ventositas mundantur eam, ut recipiat propter eam restauracionem ex matrice, & ex spiritu, & ex sanguine, creaturque vmbilicus, & quod primo creatur tunc est panniculus, & vntum tamen vesicae cordis, & epatis, ac cerebri praecedunt creationem vmbilicis, quauis horum trium complementum illius (substantiae complemento postponatur. Et reuera primum membrum quod creatur est cor, quamvis seruat Hipocritas hoc dixisse de cerebro, & oculis, sicut testificatur dispositio pallorum in oculis. In sequentibus autem tem capitulis dicit esse rectius, ut fit primum quod creatur epar, quoniam operatio prima corporis est nutrimentum. Sed eius sermo probatur esse corruptus, quia non nutritur membrum animalis, in quo non est sustentatio vitae cum calore naturali. Si ergo est, secundum quod ipse estimat, illud in primis creari oportet, cuius operatio praecedere debet. Necessario autem ut creetur membrum, a quo procedit calor naturalis, & spiritus vitalis, ante creationem ipsum nutrimenti. In mulieribus quidem tardiores sunt embryones, quam in masculis. Est autem spatium spumae sex dierum aut septem, in quibus informativa informat embryonem, non petedo aliquid ex matrice, post hoc appetit. Est et inceptio linearum atque punctorum tribus alijs diebus, suntque novem. Deinde vero post sex alios dies penetrat in toto sanguinitas, & quandoque antecedit vno die, aut duobus, & fit illud vnde creatur, sicut sunt 15. a coceptione. Post hoc 12. diebus fit humiditas, caro. Iamque discernuntur. Frustra carnis in tribus membris manifeste, & alia separantur a conta aliorum, & extenditur humiditas nuchae, & quandoque postponitur, aut antecedit duobus diebus, aut tribus. Deinde vero post novem dies separatur caput ab humeris, & extremitates a lateribus, ac ventre, ita ut discernat sensus in quibusdam eorum, & occulte in quibusdam, ita ut sentiat post illud quatuor diebus coeptis. 1. diebus 40. a coceptione, aliqui in 42. rario postponitur, & ad 45. dies, minus aut in hoc est 43. dies.

De creatura matricis, & nutrimento factus, eiusque panniculis. Cap. XXXV.

Matricis si quidem ex duabus tunicis est creata, quarum intrinseca propinquior est ad hoc, ut sit venosa. Ipsarumque reparum orificia, quae in ea figurantur matricis foramina unguentantur, his embryones, panniculi coeuntur

tur, & ex his currit sanguis menstruus, & ex eis embrio nutritur. Exterior vero tunica propinquior est ad hoc ut sit nervosa, incrostat autem matricis, & inflatur in hora menstruum, quasi impingetur. Deinde vero cum purgatur extenuatur, & exiccatur. Et ipsa attenuatur iterum cum magnitudine embryonis, & dilatatio eius est secundum dilatationem corporis illius. Cum autem dicitur quod matricis sit nervosa, non intelligitur quod sit ex nervis cerebri, sed quia fit ex substantia nervis simili, alba, sanguine priuata, viscosa, extensa, nec ei adueniunt ex cerebro nisi nervi pauci quibus sentit. Sanguis autem menstruus in pregnante diuiditur in tres partes. Vna, siquae conuertitur in nutrimentum. Aliam quae ad mammillas cleuatur. Tertia quoque quae est superfluitas stans, donec hora veniat ut expellatur. Fetu quoque tribus panniculis continetur. C. secundum, quae comprehendit ipsum, & in ea venae contextuntur in transfuerso, cuius pulsatiles in duas venas diuiduntur, & eius quiete in unam venam. Hic panniculus biles vocatur, & ad ipsum vna fetus effunditur. Alio quoque quod dicitur abgas, & est profundatio sudoris, nec est necessarium vas aliud superfluitati egestionis, cum sit illud ex quo nutritur subtile, in quo non est durities neque fex, neque separatur ibi nisi aquositas urinae, vel sudor. Tertius autem est panniculus feui propinquior ceterisque subtilior, ut aggreget humiditatem resudantem ex embryone.

De causa masculinitatis in fetu. Cap. XXXVI.

Causa masculinitatis in fetu est spermata viri, & caliditas eius, & abundantia ipsius, & conuenientia coitus in hora mundificationis, & prouocatio spermatis ex rene dextro, qui calidior est, & altior, & epari propinquior. Vnde & eius spermata calidior est, atque spissius. Similiter & quando cadit in dextro matricis. Regio quoque frigida, & tempus frigidum, & ventus septentrionalis iuuant ad masculinitatem, contrarium autem ad contrarium. Similiter & aetas adolescentiae abq; puertitia, & senectute. Et dicitur quidam quod si currit ex dextro viri ad dextrum mulieris masculinatur. Sin autem ex duobus sinistris feminatur. Si vero currit ex sinistro ad dextrum erit femina masculina, & si contrario masculus femininus. Dixerunt autem plerique quod non inuenitur in abortu masculus coepletus ante 30. dies, nec femina ante 40. Pregnans masculum habens est melioris coloris, & plura leuitatis, & agilitatis, faciei quoque mundioris, ac sanioris appetitus, & quietiorum accidentium. Sentit quoque grauedinem lateris dextri, quia plurimum generatur masculus ex spermate ad dextrum laterem matricis expulso, quod accidit aut propter desiderium illius lateris ad recipiendum, aut quoniam expulsio fit ex testiculo dextro. Praeterea quando mouetur fetus mouetur ex latere dextro prius. Lac quoque currit in primis ad dextram pupillam, & prouocatur in primis. Est quoque lac eius crollum, viscosum, non tenue, & aquosum. Item hmoi pregnans cum a statione mouetur, prius dextrum pedem mouet, & cum egreditur super manum dextram suscitatur. Oculus quoque dexter ipsius senioris est motus, atque velocioris. Masculus post tres menses mouetur, femina post quatuor. Signa vero pregnantis cum ista sunt multitudo vlcera pedu, & apostematum eorum. Quae tamen huiusmodi pregnans est cum masculo, sed non est masculus nisi debilis, & est mollificatarum venarum.

De Signis masculinitatis in viro, & muliere. Cap. XXXVII.

Vir quidem faciens masculos est fortis corporis, & aequalis carnis in duritie, & mollitie, multique spermatis magnorumque testiculorum, manifestarum venarum, fortis desiderij, quem non debilitat coitus, & ex eius dextro spermata eijcitur. Cumque adolescentis prius dexter testiculus inflatur, tunc ipse est masculinus, cum vero sinister femininus. Ille similiter ad quem fertur pollutio, non a nutrimento spermatis faciens est masculus. Ex mulieribus autem masculinans est illa, quae est equalis coloris, & formae, non grauis corpore, neque mollis, nec eius menstrua subtilia sunt cruda, nec pauca, aquosa, & adusta valde. Eius quoque digestio bona est, & venae apparentes ad exteriora procedentes, cuius sensus, & motus, secundum quod oportet existunt nec habet ventris solutionem aut constrictionem assiduum. Oculi eius decliues sunt ad sinistram abq; subalbedine, habetque gaudentem naturam, ac letam animam. Puellae virporentes in primis cum coeunt, velocis impregnationis sunt, pro fortitudinem caliditatis carum, & paruitatem adipis matricis ipsarum, & humiditatem earum. Ipse quoque quibus velocius veniunt menstrua, digniores sunt, ut masculos concipiunt.

De causa conceptionis geminorum, & periculo fati. Cap. XXXVIII.

Causa conceptionis geminorum est multitudo spermatis, eiusque diuisio in duo, vel plura. Eius quoque casus in duos ventres. Incolumitas autem geminorum non est plu-



plurima, ratioue sunt inter geminos dies plurimi, sunt enim secundum plurimum ex uno coitu, ratioue, contingi, ut ex coitu super impregnationem fiat conceptus. Nam si fiat in matris habentibus tenet corpora, que sunt multorum pilorum multique sanguinis, propter fortitudinem caliditatis earum. De signis autem geminorum, aut plurimum, est ut consideretur vmbilicus nati primi continuis cum fetu. Si non fuerit in ipso ruga, neque nodus, non erit post natum primum filius, & si fuerit in ipso ruga, tunc erit pregnatio secundum numerum partium. Suspectio quidem embryonis ex matrice, est quasi suspensio fetus ex arbore, & sicut maior timor, qui super fructum habetur ne cadat. Est autem cum eius complementum existit, sic id quod vehementius super embryonem timetur ne fiat abortiuus, est apud principium conceptionis aut appropinquationem partus. Quapropter in his duabus horis oportet ut abortus causa praedicta caueatur, farmaceutum quidem solum est de summa causarum illarum, unde oportet ut eius dispositio caueatur ante mentem quartum, & post septimum. Figura naturalis partus est, ut exordiat super caput suum, secundum rectitudinem oris matricis, absque inclinatione, manibus eius super coxas extensis, que vero praeter illam est, non est naturalis. Et forma quidem exitus mali, quandoque interficiunt fetum & matrem, quandoque autem vnum ex illis. Praeterea cum fetus nascitur, & non infatur vmbilicus eius, & non mouetur, neque sternitur, vsque ad tempus debilis est, & non uiuit. Signa vero difficultatis & facilitatis partus sunt, ut sentiat mulier dolorem ante partum, & post in anterioribus. Nam si declinat ad posteriorem, facilius fit partus. Si ad posteriora debilis.

De Causis difficultatis pariendi. Cap. XXXIX.

Difficultas autem partus fit, aut causa praegnantis, aut causa fetus, aut matricis, aut secundinae, aut causa vicinantiu & communicantium, aut horum partus, aut obstetricis, aut propter causas primitiuas. Causa praegnantis, ut quando stricta est, aut debilis, agilitudine & fames palia, aut timida, aut impregnationis, vel partus non consueta. Aut est annus debilis, vel plurimae adipis, aut vehementis pinguedinis, habens strictum almezum, aut est parua rostrantia in dorso &c. Causa fetus, aut est propter genus eius, scilicet nauis, penitus difficilioris est partus quam musculus. Aut propter magnitudinem eius, vel capitis ipsius, aut crassitudinem corporis eius, cui propter multam eius pacitatem, vel leuitatem, propter quam non submeigitur cum fortitudine, aut propter alterationem creaturae ab aequalitate facilius lubricatus, ut si sit habens duo capita, vel comprimatur cum aumeratio embryonum, forsitan in vno ventre sunt quinque, vel plures parui, & diuersi. Praeterea quandoque, si difficultas partus, quia motus est fetus, ideoque non fit et ad interiora per motum ipsius. Quandoque vero quia figura exitus eius est non naturalis, vel quando super pedes suos egreditur, aut super lacus suum, eiusque manus super coxas plicatae sunt. Quod fit propter corruptior motus embryonis, aut propter multam iniquitatem patientis. Ex his autem quae securitate huiusmodi faciunt, est ut inquerudo partus, & dolor ad inferiora declinet sine, anhelitus quoque sit bonus. Causa vero matricis est, ut si parua sit in qua coangustetur in cellis, aut valde sicca, in qua non sit lubricitas, aut contracta valde in creatione, aut propter consolidationem ab vlcibus, & reliquis speciebus contractionis. Aut in ea sit aliqua malaria agilitudinum, sicut aegmon, aut vlcera, vel ragadia, & emoroides in matrice. Causa vero secundinae fit, ut si non distans parum propter sua crassitudinem, & ideo nec fetus inueniat euasionem. Aut si rumpatur ab eo velociter, & egrediatur humiditates plurimae ante complementum fetus, & sic euasionem inueniat. Causa porro vicinantiu fit, ut si in vesica sit apostema, vel aliud nocuum tum ex fixatione partus, & alius, aut sit in intestino sex sicca plurima, vel apostema, vel colica alterius generis, aut emoroides, aut ragadia ani, vel si mulieris illa sint subtilia. Causa autem horum partus est, ut si sit fetus velox in administratione partus, & ordinatione, & non depastus est a qualibet grauedine rei facta. Propter causas denique primitiuas fit, ut si forte fiat frigus, & deinde fortis contractio membrorum partus, propter hoc enim in regionibus & temporibus frigidis difficilior fit, & quandoque perducit huiusmodi difficultas ad magnificationem ventris, & inflationem mirach. Aut si calor fiat fortis, & inde fortis fiat mollificatio virtutis, aut si adueniat ei tristitia, vel si mulier plurimum sit vter aromaticis, fiatque matris eius adhaerere attractionis ad superiora.

Borforum autem aut est ex causis primitiuis, ex percussione, vel casu, vel exercitio superfluo, vel saltu vehementi, propter que ad posteriora vel retro, qui multoties facit descendere sperma conceptum vmbiliter. Aut ex passionibus animi malibus, ut ira vehementi, vel timore, vel tristitia. Aut ex aeris frigore, & eius caliditate superflua, propter haec u. genus abhorretur praegnantis, prolongatio balnei, ex hoc quod magnificatur anhelitus. Balneum enim licet abortire faciat per lubricitatem, facit tamen etiam abortire per egressionem fetus ad aeternum frigidum. Quandoque et prouenit ex eius debilitate, propter defectum & mollificationem ipsius causa resolutionis rei corporae, & agilitudine, & aschimi, & fame vehementi, & euacuatione humoris, aut sanguinis plurimi per medicinam, aut flebothomiam, aut ex seipso, aut ex fluxu sanguinis membrorum plurimi. Et quanto filius maior est, tanto nocuum tum in ipso eum flebothomia plus est, aut ex repletione vehementi, aut ex fatigata nauicula plerima, corrupte nutritum fetus, & opulente viam ad eum. Aut ex multitudiue coitus mouente matricem, & propter post septimum, multitudiue quoque balneationis, & abluitionis lubricante matricem. Praeterea quandoque fit a causis propter fetum, ut est eius mors propter, quam expellit eum natura, propter que quando currit ex eo res vtilitate, que matricem mordicat, ac laedit eam. Aut sicut est debilitas rei, propter quam non firmatur, aut propter panniculos eius, & inuolutionem, quibus continetur. Cum enim abrupuntur, & mollificantur, & effunduntur ex eis humiditas eorum, laedit matricem, & expulsio mouet eam, & adiuuat iteum ad lubricitatem. Ite propter amplitudinem, et paruitatem adunationis eius, aut ex humiditate in matrice, aut in osticij venarum lubricantibus, & grauantibus. Fit etiam quandoque propter reliquas spes maliciae complexionis in matrice, ex calore vel frigore, vel humi, vel sicci, & paucauitate nutrimenti fetus. Praeterea quae fit ex vnguitate in matrice, & ex apostemate. Plurimum autem abortus facti in mente secundo, vel tertio, fit ex humiditate super osticij venarum matricis, ex quibus conuertitur venae secundae. Signa quidem abortus sunt, cum post soliditatem fatenam incipit inaniua detumescere. Cum ergo superfluit propocauo lactis, & adeo frequens fit, donec mamma detumescat, fetum esse debilem, & abortiuum praeparatum indicat, sicut liter, & multitudine dolorum in matrice. Quae et facies in febre rubet, & accidit rigor, aut eapet grauitatem, & lassitudo domingatur, & dolor in oculi profundo sentitur, signat causas abortus ventris, & quod ipse facient membra prouincire, deia de vero abortire.

De Anatomia membrorum. Cap. XL I.

Xi sagogis Hippocratis. Anatomia est contemplatio, siue perfectio in interioribus membrorum in officionibus. Alter Anatomia est incisio superficiei, & denudatio eorum, quae obiecta erant, eorumque cognitio eam propria ratione. Hac enim comprehenditur positio corporum, natura quoque, & operatio singularum partium, & particularum. Corpus quidem huius in tres partes generales diuiditur. I. caput, pedes, pedes. In particulas autem multas spalter autem constat de venis & arterijs, & neruis, & ossibus, cartilaginibus, adhibibus, ac ceteris speciebus. Razi vbi sapra. Membrorum in corpore quatuor sunt genera, quorum prima spalia sunt tria, & ad conseruationem vitae valde necessaria. Primum quaedam nutritionis instrumenta sunt ut stomachus, & eorum, & eorum canales, & viae quae ad ipsa proueniunt, & os, & meri. Reliquae quoque viae quae ab eis exeunt, ut intestina. Quaedam vero sunt instrumenta naturalis caloris, & conseruationis eius. Quorum prima sunt cor & arteriae. Secunda vero pulmo, & pectus, & quaeunque valent ad aeris attractionem. Quaedam autem sunt instrumenta sensus, & motus, & intellectualium actionum. Ipsa sunt cerebrum, & nucha, & nerui, & musculi, & chordae, & his similia, quae sunt necessaria ad complectam actionem, & passionem. In vnoquoque autem istorum trium generum, vnum est principale, & operans, alia vero sunt seruitientia ipsum, in suis actionibus adiuuantia. In primo genere principale instrumentum est epar, in secundo cor, in tertio cerebrum. Et vnumquodque istosum aliis duabus conexum est, eiusque indiget. Epar namque nisi omnibus aliis membris nutrimentum transmitteret, resolveretur. Ipsam vero nisi a corde calorem haberet, eius substantia, qua sua coepletur aegio, non coefer uaretur.

uaretur. Cerebri quoque si non ab arterijs calefieret, nec a venis nutrieretur, eius natura non conseruaretur. Sed & musculi pectoris, nisi a cerebro mouerentur, non possent aer attrahi, nec cordis conseruaretur substantia, qua calor naturalis, qui in corpore est, euentur. Quartum genus membrorum est in ista principalia gnationis, scilicet matricis, & virga, & testiculi, & vasa spermatis, quae necessaria non sunt ad vnius singularis perduratiorem, sed ad speciei conseruationem.

De Oraine & ratione membrorum simplicium. Cap. XLII.

Vicenna. i. can. Membra sunt corpora, quae gnantur ex prima humorum commixtione. Horum alia simplicia sunt, quorum si quaelibet pars toti coeicat in nomine, & distinctione, ut caro, & os, neruus, & similia. Ideoque similiti partiu vocantur. Quaedam vero composita, quorum si pars quaelibet toti non coeicat in nomine, & distinctione, ut manus, & facies, & haec vocantur instrumentalia, eo quod instrumenta sunt animae ad copelandos motus, & operationes. Primum quidem membrorum similitium est os, quod duru creati est, quia corporis est fundamentum, & sustentaculum motuum. Post hoc est cartiagio, quae offese mollior est, & ideo flesti potest, sed omnibus alijs membris durior est. Creata est autem, ut osium cum corporis molibus contiuatio fieret, & ut durum cum molli non absque medio coponeceretur. Duro enim molle lederetur, praecipueque in hora passionis, & constrictionis. Post has autem sunt nerui corpora. scilicet cerebro orta, vel a nucha ad flectendum mollia, & ad separandum dura. Ad hoc autem creati sunt, ut per eos membra sensum habeant, & motu. Post neruos sunt chordae, quae quidem ab extremitatibus musculorum oriuntur, & neruis famulantur, & ad membra tendentes mobilia, plerumque sua retractione retrahunt, membra pro musculi contractionem, & congregationem, ac reproductionem. Post has sunt ligamenta, quae secundum visum, & tactum neruosa sunt, & ab ossibus venientia, ad musculos vadunt. Nullum autem ligamentorum habet sensum, nec propter multum motum, & fricationem, quae adherent ei, doleret. Postea sunt arteriae corpora, scilicet, quae ex corde nascuntur concaua, in longitudine extensa, neruosa, & in sua substantia ligamentalia, habentia, motiones, dilatando se, & contrahendo, quae ex quibus diceruntur. Ad hoc autem creatae sunt, ut cor euentur, & ab eo vapor fumosus expellatur, & spūs membrorum corporis distribuat. Post haec autem sunt venae, quae similes arterijs existunt, sed sunt ab eparte, & sunt quiesca. Ad hoc quidem creatae, ut sanguis mbris, quae sunt in corpore partiat. Deinde sunt panniculi, quae sunt corpora de filiis neruosis, non sensu perceptis, contexta, dilatata, & aliorum corporum superficies cooperientia, & continentia eapropter inuamentia, ex quibus est, ut summa eorum in sua figura, & figura custodiant, & ut ab alijs corporis, suspendant, & eis inhaerant medianibus neruis, & ligamento, quae fila facta fuerunt, ex quibus, & ipsi texti fuerunt, & ut membra secundum sui substantiam non habentia sensum, per ipsos habeant superficiem per se sui essentia sentientem, ut pulmo, & epar, & splen, & renes. Haec enim substantia sua nullo modo sentiunt, sed nec illud sentit, quod in eis percussione facit, nisi quod super ea de panniculis existit. Cumque in eis accidit ventus, aut apostema sentitur, sed ventus sentit panniculus accidentaliter, propter extensionem, quae contingit in ipso. A postea vero sentit principium panniculi, & eius appensionem accidentaliter, eo quod membrum apostematis grauitate laxatur. Post haec autem est caro, quae est locorum vacuorum impletio, in eorum membrorum situ, in corpore existentium, & ipsorum fortitudo qua sustentantur.

De differentia membrorum, secundum virtutes, vel actiones. Cap. XLIII.

In vnoquoque vero membro est virtus naturalis, qua res ei nutrimenti completur. Et huius quidem est nutrimentum attrahere, retinere, assimilare, vniere, superfluitatem expellere. Et post hoc quidem membra diuersificantur, quaedam enim praeter hanc virtutem habent, & alia quae ab ipsis ad aliud procedit, quaedam vero non habent. Itē quaedam praeter haec habent insuper virtutem, quae eis ab alio insuit, & quaedam non. Facta igitur compositione sequitur, quod est membrum suscipiens, & non tribuens. In cerebro namque, & eparte conuenerunt oēs me dicit, quod vnumquodque eorum virtutem vitae suscipit, ut calorem naturalem, & spūm a corde, vniquodque et eorum hēt principium virtutis, quā alij tribuit, nam cerebrum praebet sensum, secundum quosdam absolute, secundum quosdam non absolute. Et epar principium est nutrimenti secundum quosdam absolute, secundum quosdam non absolute. Caro vero sentiendi virtutem, &

vita suscipit, & non est alicuius virtutis principium, quā in alij villo modo tribuat. Cor autem (ut ait magnus Philosophus) est membrum tribuens, & non suscipiens. Ipsum enim est omnium virtutum prima radix, & omnibus alijs mbris virtutes suas tribuit, quibus nutriuntur, & viuunt, & quibus comprehendunt, & quibus mouentur. Medici vero, & quidam primorum Philosophorum, has virtutes in membris partiti sunt. Sed Philosophi quidem sermo, cū sub iliter certificatur est verior, medicorum autem manifestior. Non est autem curandum vtrum cor sit principium sensus, & motus cerebro, & virtutis nutrimenti eparti, an non. Ce rebrum enim siue per se, siue per cor hoc habeat, principium animalium actionum existit aliorum comparatione, & epar similiter principium est actionum naturalium nutrimentum, comparatione alio um.

De Membris principalibus, & eis deseruientibus. Cap. XLIII.

Terum membra quaedam sunt principalia, quaedam principalibus deseruientia, quaedam autem non principalia absque seruitio. Membra principalia sunt, quae primarum virtutum in corpore existentium principia habent, & quae ad hoc necessaria sunt, ut singulare, aut spēs perdurent. Et secundum singularitatis quidē durabilitate principalia sunt haec tria, cor, epar, & cerebrum. Cor quidē est principium virtutis vitae. Et cerebrū quidē est principium virtutis sentiendi, & mouendi. Et epar quidem est principium nutrimenti. Sed secundum speciei durabilitate sunt principalia haec tria, & et aliud quartum, quod speciei proprium est. scilicet testiculi, qui ad vna quidem rem necessarij sunt. ad sperma generandum, quo gencalogia coeferuetur, & ad alia iuuatiui, ut complementum formae detur, & completio masculina & femina conseruetur, quae speciebus aialis accidentia sunt, & separabilia. Membrorum autē deseruientium, alia deseruiunt seruitute preparatoria, alia vero seruitute latoria. Preparatoria seruitus est antequam principale operetur. Latoria vero post. Cordis seruiens preparator est sicut pulmo, & eius sentiens lator est, sicut arteriae. Cerebri preparator est, ut epar, & alia nutrimentum membra, & custodiae spūs. Lator autē sicut nerui. Epatis preparator, ut stomachus. Lator venae. Testiculorum preparator, ut membra, quae sperma generant, antequam ipsi. Lator autem virga in viris, & venae, quae sunt inter illos, & ipsam. In mulieribus etiam similiter venae, quae sperma ad locum conceptionis impellunt, habent insuper & matricē, per qua spermatis coepletur vtilitas. Galienus autē dixit, quod mbris alia sunt, quae operationem tantum efficere habent, ut cor. Alia quae iuramentum tantum, ut pulmo. Alia quae virtutem, ut epar.

De differentia membrorum, secundum creationis suam materiam. Cap. XLV.

Tem membrorum alia generantur ex spermate, & haec sunt membra similitum partium, praeter carnem, & adipem. Alia vero ex sanguine sicut adeps, & caro, quod, a. est pter hic duo generatur ex duobus, spermatis, scilicet maris, & feminae. Sanguis autē, qui in tempore menstruum a muliere separatur, fit nutrimentum. Sed alia pars eius est, quae conuertitur in similitudine substantiae spermatis, & membrorum, quae ex eo generantur, & fit nutrimentum augmentans ipsum. Alia quae non fit nutrimentum adhuc, sed est conueniens ad hoc, ut coaguletur ad implenda loca membrorum primorum vacua, sitque caro, & adeps. Alia vero est superfluitas, quae nulli harum duarum rerū bona est, & remanet vsque ad horā partus, quā natura vtpote superfluum expellit. Cumque parturitur infans, sanguis quē ipsius epar generat, huius sanguinis vices supplet, & gnatur ab eo, quod ab illo sanguine generatur. Et caro quidē ex sanguine generatur spillo, quē caliditas, & siccitas coagulant. Adeps autē ex eius aquositate, & vntuositate, quā frigiditas coagulat, & ideo caliditas eā resoluat. Membra quidē, quae creata sunt ex spermate, cum solutione continuitatis patiuntur. Certa continuitate non restantur, nisi pauca ex eis, & in paucis habitudinibus, & in aetate pueritiae, & sicut ossa, & rami venarum parui, non autē magni, neque arteriarum. Cum enim aliqua pars eorum seiat gatur, nihil loco illius nascitur. Et haec quidē sunt sicut ossa, & nerui. Illa vero, quae ex sanguine creata sunt, post perditionem suā renascuntur, & continuantur tali substantia, quali sunt ipsa, sicut caro. Illud quidē quod generatum est ex sanguine, in quo adhuc exiit virtus spermatis, dum nondū inter ipsum, & spermata, nisi tempus intercefferit paruum, quādo tollitur renasci potest, sicut dentes in pueritia, cum aut sanguis ad alia complexionē fuerit conuersus, non iterū renascuntur. Item membra quaedam sunt, quorum complexio sanguini propinqua est, & ideo non indiget sanguis in eorum nutrimento multoties conuertit, sicut carnis. Quapropter in ea, neque foramina facta sunt, neque ventriculi, in quibus aliquandū nutrimentum quod ei dirigitur immo-

immoretur, & deinde ex eo caro mutatur. Sed illico cum ei nutrimentum occurrit, in ipsam conuertitur. Quodam vero sunt, quorum complexio a sanguinis complexionem valde remota est, & ideo cum necesse fuerit sanguinem ea nutrire, oportet ut in similitudine substantiæ eorum multas conuersionibus ordinatum conuertatur, sicut os. Quapropter in creatione, aut vnum formatum positum fuit, in quo nutrimentum tā diu cōtinetur, donec in eius similitudinem paulatim conuertatur, sicut in osse cruris, & adutorij, aut multa foramina in eis diuisa, sicut in osse mandibulæ inferioris. Membra vero fortia superfluitates suas ad membra debilia sibi vicina expellunt, sicut cor ad aſcellas, & cerebrum ad loca, quæ sunt post auriculas, & epar ad lingua.

De Differentia membrorum secundum formam. Cap. XLVI.

Terum omnia membra carnosā, aut villosa sunt, sicut caro quæ est in musculis, aut villis carentia, sicut epar. Et nullus quidem motus fit, nisi per villos. Sed volūtarius fit causa villorum, qui sunt in musculis, naturalis autem sicut motus matricis, ac venarum: Et compositus sicut motus translatiōdi fit villis proprijs, per formā ex situ longitudinis, & latitudinis, & transuersionis. Et illi quidē, quæ in longitudinem protēduntur, seruiunt attractioni. Qui fit in latitudinem tendunt constringentes expulsiōni, qui vero ex transuerso retentioni. Membrorum autem, quæ tunicam habent vnā, sicut venarum, & vesicæ, tres villorum species ad inuicem sunt textæ. Membrorum vero, quæ duas tunicas habent, villi qui in latitudinem tendunt, semper in eorum extrinsecā sunt tunica, & alij duo in intrinsecā. Qui ideo sic creati sunt, ne attrahendi, & expellendi villi simul existerent, melius, n. erat, ut villi attrahendi, & retinendi simul essent, nisi in intestinis, quia non indigent multa retentione, sed attractione, & expulsiōne. Membrorum autē neruorum corpora à sui substantia aliena continentium, quedam tunicam vnā habent, quedam ex duab. consistunt, & fit propter inuicem multa creata fuerunt. Quoi ū vnū est multa necessitas custodiæ fortitudinis suæ corporeitatis, ne findantur causa fortitudinis motus eius, quod in eis cōtinetur, sicut arteriæ. Secundū est necessitas multæ custodiæ in re corporis, quod in eis est reconditum, ne resoluatur, & egrediat. Tertium est, quia cū alicui membro necessariū fuerit, ut esset ipsius attractio, & expulsiō motu vehemēti, factum est vnicuique, earum singulariter instrumentum sine permixtione, talia sunt stomachus, & intestina. Quartum, quia cum voluntas fuerit, ut vnæqueque membrum operationi propriæ præparata sit, & vnæqueque duarum operationum acciderit propter complexionem, ab alterius operationis complexionem diuersam, melius fuit inter eas diuidere, sicut in stomacho virtus est sentiendi, quæ non est nisi in membro neruoso, & digerendi, quod non fit, nisi per membrum carnosum. Vnicuique, igitur harum duarum rerum posita est tunica per se. Neruosa sensui, carnosā digestionī, & intrinsecam quidē fecit natura neruosa, extrinsecam vero carnosā, quia potest operatio digerentis ad id, quod digestum est in potentia sine occurſu peruenire. Sentiens autem non potest aliquid sentire, nisi obuiet ei sensu, scilicet tactus.

De Spiritibus. Cap. XLVII.

Razi in lib. Regalis dispositionis, Ser. 2. Superest iam res naturales diuidendo, speculatio de spiritibus, per quos fit mitas corporis, & substantia fit, oēsque ipsius complentur actiones. Dico ergo spūs esse tres. Primus est naturalis, secundus vitalis, tertius animalis. Naturalis in epate generatur, & ab eo per venas non pulsantes in os corpus mittitur, virtutemque naturalem constituit, & eius bene format actiones, ac perficit. Huiusmodi aut generatio fit ex meliori sanguine, qui est in epate, scilicet clario, subtili, mundo, ac puro, cui nullus aliorum misceatur humorum, vel superfluitas, eiusque digestio est in vltimo decoctionis. Vitalis in corde generatur, a quo per venas pulsantes in omnia corporis membra mittitur, vitalemque virtutem confortat atque custodit, & eius habitudines informat, ac perficit. Huius generatio fit ex subtili vapore sanguinis clari, ac mundi, & ex aere per respirationem inducto. Animalis autē in ventriculis cerebri generatur, ac per neruos ad omne corpus mittitur, animaleque constituit virtutem, ac solidat, & in habitudine sua conseruat. Huius generatio ex vitali spiritu fit, qui a corde per duas venas pulsantes ad cerebrum ascendit. Quæ scilicet vena dicitur iuueniles ad cerebrum tendunt, & per cranij transmittuntur vsque ad locum, qui cerebri sedes, & basis dicitur,

illique multiformiter diuiduntur. Harum diuisiones adinueniuntur in corpore, & in seipsis reorqueruntur, ac resoluntur, ita quod ex eis tela reti similis efficitur. Dehinc vero tela conadunatur, suntque ex eis duæ venæ pullantes priorib. similes, quæ superiora loci illius ascendentes, ibidem diffunduntur. Spiritus itaque vitalis, cum a corde ascendens, ad hoc rete peruenit, & in multitudine venarum eius omnes reflexus pertranſierit, ibique diutius permanserit, & in vltimo maturatiōne decoctus, clarusque fuerit, fit ab eo spiritus animalis. Ob hoc ergo illud venarum rete paratum est, ut decoqueretur spiritus vitalis, decoctusque fieret animalis, sicut & mammæ decoctioni sanguinis paratæ sunt, ut fieret lac, testes quoque spermatis maturatiōni. Spermatis namque vasa præparata sunt, illæ, scilicet inuolutiones a ceteris reſorſiones que in testibus sunt, ut in eis mora prolongetur ac maturetur, & in eorum naturam quam habent spermatū cōfigurata immutetur. Sic & lacti venæ præparatæ sunt a vena concaua ascendentes ad mammillas, quo eius in ipso ascensu mora differatur, ac decoquatur, & in naturam lactis similem ac vicinam alteretur. Ad hunc igitur modum & implicatio venarum in cerebro facta est, propter animalis spiritus generatiōnem ex vitali, quo in eam immoretur, ac subtilietur, & excoquatur. Dehinc autem ab hoc reti per duas venas, quæ ex illis omnibus congregantur, ad duos proræ cerebri ventriculos mittitur, illicque subtiliatur, & quæ illi fuerant immixtæ superfluitates, ad nares, & palatum repelluntur. Ab illis autem ad posteriorem cerebri ventriculum mittitur, puppim, scilicet per meatum, quæ duobus interest ventriculis, vel vasis, quæ sunt medius cerebri ventriculus, & puppis; meatus autem hic non semper est apertus. In eius enim vltima parte corpus est vermi simile, illum opilans, donec natura cura repellat a medio ventriculo ad posteriorem, & coque reducto meatus aperitur, & quod mittendum est transmittitur. Dehinc ad suum illud locum reductus, & per spiritum, qui in vase puppis est fit motus, per illum autem qui in prora sensus & fantasia, per inhabitantem vero medium cerebri ventriculum cogitatio. Hic itaque spiritus, qui in cerebro est, organum est animæ, per quod & sensus fit, & motus voluntarius.

De Virtutibus vitalibus. Cap. XLVIII.

Vicenna in i. canone. Virtutum genera tria sunt, & vitaliū, naturalium, animalium. Et vnæqueque (sicut philosophus visum est) proprium habet membrum, quod eius minera existit, & a quo operationes eius procedunt. Virtutis enim animalis sedes est cerebrum. Virtus autem naturalis duplex est, vnā nutritiua, cuius sedes est epar. Alia generatiua, cuius habitatio, & operationum ipsius prouentus sunt testiculi. Virtutis vero vitalis sedes est cor. Omnibus autem philosophis maior, id est Aristoteli vsque omnium virtutum istarum principium sit cor. Sed primarum operationum earum manifestatio in his existit principijs, sicut apud medicos, cerebrum est sentiendi principium. Et post hoc quilibet species fit membrum hēt, in quo manifestatur ipsius operatio. Virtutum naturalium alie sūt ministrantes tantum, alię ministratæ. Ministratoriū duo sunt genera. Vnum genus ministrat in re nutriens, ad hoc ut in diuidiū remaneat, & hęc in duas species diuiditur. nutritiua & crescitua. Alterum genus in re nutriente ministrat, ad hoc, ut remaneat species, & hęc similiter in duas partitur, in generatiua, scilicet & informatiua. Virtus nutritiua est illa, que nutriens in nutritiū conuertit similitudinem, ut per ipsum restatuer quod dissolutum est. Crescitua vero est illa, que in totius corporis addit diametris, secundum proportionalitatem naturalem, ut ipsum ad augmenti finem perducatur per illud, quod ipsum ex nutriente ingreditur. Itaque nutritiua crescitua feruit, quoniam affert quandoque nutriens ei quod dissoluitur equale, quandoque minus, quandoque plus. Sed crescentia non erit, nisi cum quod ingreditur plus fuerit eo, quod dissoluitur. Nou tamen totum illud quod taliter existit, crescentia est. Impinguari autem post macredinem in epate consistit crescentia non est, secundum prædictam crescitue definitionem. Generatiua virtus est, que vim generationis ministrat. Huius duę sunt species. Vnā que in spermate diuidit, & permiscet eas temperando, secundum quod vnicuique membro conuenit, dars nem uo complexionem propriam. Et ossi similiter, & arterijs. Hanc vocant medicū virtutem immutatiuam primam. Virtus autem informatiua imprimens, id est sigillans, est illa, ex qua præcepto sui creatoris membrorum lineatio prouenit, & ipsorum figuratio, & concauitates, & foramina, & leuitas, & asperitas,

asperitas, & eorum situs, ipsorumque cōitas. Ad vltimum et operationes quæ ex finibus dimensionū eorū pendunt, & huic quidem virtuti ministrant nutritiua, & crescitua. Virtutes autē naturales, quæ ministrant tū in virtuti nutritiue ministratæ sunt, & sunt quatuor. Attractiua creata est ad attrahendū nutrimentum, quæ quidem hoc operatur villis mēbri, in quibus ipsa est secundū longitudinem, prorens. Retentiua creata est, ut iuuentiu, suæ nutrimentum, retineat, dū virtutes ipsum immutantes operantur in eo, quod quidem efficit villis ex diuerso prorens, quæque est illi, qui secundum latitudinem incedunt, auxiliū præbeat. Digestiua est, quæ ipsum nutrimentum in essentiam aptā conuertit, virtuti in ea permutationē faciēti, & cōplexiōne, quæ conuersioni nutritiue in effectū cōpetēs est. Hęc est, neius operatio in iuuatiō, quæ vocat digestiō, eius aut operatio in superfluitatibus est, ut si possibile sit, eas in hanc materiam, quæ etiam vocatur digestiō, aut ut earum egressiō nē a membris in quo feruntur faciem efficiat, cū expulsiōne earum attenuando essentiam, si quod prohibet, fuerit cōfictis. Aut inchoando, si quod vetat, fuerit tenuitas. Aut in sciendo si viscositas, & hęc operatio vocatur maturatio. Expulsiua est que superfluitatem expellit ex nutrimento residuum per foramina sibi præparata, vel si non sint ibi præparata foramina, a nobili expellit ad ignabilia, & a duro ad laxū. His aut quatuor virtutibus naturalibus quatuor primæ seruiunt qualitates, caliditas, & frigiditas, humiditas, & siccitas. Sed caliditatis seruitium omnibus quatuor pro certo est cōe. Frigiditatis autem quæque alicui earum feruit accidentaliter, sed nō essentialiter. Nam quod essentialiter inest ei, omnis virtutibus est contrarium. Est n. suspēsciens, & mortificans, & ab oibus prohibens operationibus. Ad retentionem ū faciendam accidentaliter conseruit, quia villos secundum bonæ comprehensionis figurat tenet. Sic etiam digestiua, & expulsiua aliquo modo iuuat.

De Virtutibus animalibus. Cap. XLIX.

Virtus animalis est illa quæ cum in mēbris recepta fuerit ea præparat ad recipiendū virtutem sensus, & motus, & operationē vitæ, quibus et admiscetur timores & iræ motiones, eo quia in eis reperitur dilataciō, & cōstrictiō, quæ accidunt spiritui, qui huic operatur est virtuti. Virtutis animalis duæ sunt species, comprehensua, & moriua. Cōprehensua quoque subdiuidit, nam alia cōprehendit manifeste, & hęc est sensibilis, quæ secundū quosdam in quinque sensus diuiditur, & in octo secundum alios, vt. f. tactus quatuor sensus spāles comprehendat, sicut alibi dictum est. Alia vero comprehendit occulte, & hęc iterum quinque species habet. Prima est sensus cōis & fantasia, & apud medicos quidem sunt vnā virtus, sed apud philosophos duæ. Nam sensus cōis est illa, quæ oīa sensu percipit, & eorū formas patitur. Fantasia vero illa, quæ eas custodit postquam coniunguntur, & retinet eas post sensus absentiam, huius virtutis sedes, & operationis eius principium est anterior cerebri panniculus. Secundo est imaginatiua, quæ & cogitatiua a medicis quæque dicitur. Nam quam quando sub imperio estimatiuæ virtutis operatur, vel ipsamet ad operationem, suā peruenit vocatur imaginatiua, quæ vero sub rationis imperio cogitatiua, quæ vero sub rationis imperio cogitatiua. Inter hanc & primam est differentia, quia prima recipit & custodit, ista illud quod ad eam de formis sensu perceptis peruenit. Ista vero in his quæ imaginatione sunt recondita se exercet, componendo, & diuidendo, singulasque formas, sicut ad eam a sensu perueniunt, & et alias ab eis diuersas, sicut hominem volantem, quod fantasia nō facit. Huius sedes est ventriculus cerebri medius. Tertia est estimatiua, quæ a sāl indicat, quæ lupus est inimicus, & qui annonam præbet amicus, a quo nec fugiendū est, & quæ filius est dilectus. Huius instrumentum est secunda. Imaginatiua, & differt ab ea quæ huius operationes iudicium sequitur, illius aut non. Et illius operationes sunt in sensu perceptis cōparationē facere. Huius autem intentiones illorum extra sensum iudicare, ita differt a prima, quia fantastica sensu percepta retinet, hęc autē in sensu perceptis intentiones discernit, nō sensu perceptas, hanc quidem medicus non considerat. Quarta vero secundum philosophum, quæ est tertia secundū medicos, est conseruatiua, & memorialis, & est thesaurus eius quod ad estimationem peruenit de intentionibus, sicut fantastica eius, quod ad sensum de formis sensibilibus. Huius locus est posterior cerebri ventriculus. Virtus autē virtus memorialis & conseruatiua, & illa quæ reducit id quod est absens ad memoriā, ex his quæ ab estimatiua sunt reposita sit virtus vnā,

vel duæ, non est medici curare, quia qualitercunque sint, impedimenta quæ eis accidunt homogenea sunt. Sunt n. nocumenta quæ ventriculo posteriori accidunt, vel de genere complexionis, vel de genere compositionis. Quinta est humana rationalis, quam medici quoque non considerant, sicut nec estimatiua. Non n. curant nisi de virtutibus illis, & quibus cū in suis impedimentis immediate accidunt la sio, prouenit ægritudo. Nā si acciderit operationi vnus impedimentum cā alterius, sufficit cum seire dispositionem illius cui accedit sine medio, vt. f. ei cū medicina occurrat. Tres itaque tū considerat medicus. Moriua virtus est illa, quæ chordas contrahit & laxat, pp quod membra mouentur, atque iuncturæ suā dilatatione, ac flexione. Huius penetratio in neruis est, qui cum laceratis sunt continui. Est & genus quod secundum specificationē principij morum specificatur. Actor. De membris & virtutibus, & eorum actionibus plenius dictum est superius, vbi actum est de natura hominis.

De Coloribus. Cap. L.

His autē rebus naturalibus quæ per ordinem digestæ sunt quidam (vt supra dictum est) alia quatuor adijciunt. scilicet etates colores, figuras, maris, & formæ differentias, vñ de ætate, & sexu paulo superius diximus, nunc de cæteris breuiter aliquid tangamus. Iohannicius. Color cutis fit ab humorum abundantia, aut ab equalitate, vel inæqualitate. Ab equalitate est ille, qui compositus est ab albedine, & rubedine. Ab inæqualitate vero procedunt niger, citrinus, rubeus, glaucus, & albus. Color quidē rubeus, & niger, & citrinus figurat calorem dñantem corpori. Citrinus autē solus designat coleram rubeam. Niger vero solus coleram nigram. Rubeus solus sanguinis abundantiam. Albus autē & glaucus, abundantiam cas hęc designant. Ab exterioribus plerique colores adueniunt, vt ex figure Scotis, ex calore Ethyopibus, & ex alijs multis accidentibus, sunt & alij spāles colores, vt ex timore, vel ira, vel tristitia, vel ex alijs animi motionibus. Colores capillorum quatuor sunt. scilicet niger, rubeus, glaucus, canus. N. ger ex abundantia colerici humoris incensū, vel aduisione multa sanguinis, aut ex multitudine caloris non aduisti, vnde semper sunt capilli rubri. Glaucus autē ex abundantia melancholici. Canicius vero fit ex nimia deflectione caloris naturalis, & ex defectu pituitæ, siccitatis, quod plurimum fit in senibus. Colores et oculorum sunt quatuor. scilicet niger, subalbidus, varius, & glaucus. n. gredo fit ex defectu visibilis spiritus, aut ex perturbatione spiritus ipsius, aut ex penuria cristallini humoris, aut quia idem humor plurimum recedit intus, aut modico humore albugineo, aut ex perturbatione ipsius, aut ex abundantia qualitatis vici humoris. Subalbedo vero fit ex septem rebus contrarijs superioribus. scilicet ex abundantia visibilis spiritus, aut ex claritate ipsius, & c. Varius autē color, vel glaucus, fit si res conueniunt quæ nigredini & subalbedini accidunt. Et varius quidem color significat visibilem abundantiam, magis acclarescere in sua varietate. Glaucus autē eundem spiritum abundare minus, & subnigrescere in sua glaucedine. Razi in Almafōre ij. parte. Color rufus, aut rubeus, sanguinis, & caloris innuit multitudinem. Color autē inter robeum, & albū medius, æqualem significat cōplexionē, si cum hoc etiam cutis nuda fuerit a pilis. Color flauus significat instabilitatem, & maniam. Rubeus & clarus verecundiam. Viridis, aut niger morum prauitatem.

De Figuris corporis, & primo de pinguedine, & macia. Cap. LI.

Iohannicius. Qualitatu corporis sunt. v. modi. scilicet crassitudo nimia, macies extenuata, siccitas, squaliditas. Pinguedo fit ex frigiditate, & intensa siccitate. Macies ex caliditate, & intensa siccitate. Synthetis est caliditate & humiditate. Squaliditas ex frigiditate, & intensa humiditate. Aequalitas vero fit ex humorum equalitate. Et hæc sunt corporis formæ. Ex lib. de regimine sanitatis. Figuræ corporis sunt sex. scilicet pinguedo, macies, temperies, soliditas, raritas, & mediocritas. Inter pinguedinem & maciem temperata sunt laudabiliora, quia saniora sunt & magis cæteris sufferentia. Calor enim naturalis horum corporum fortis est, & digestio peſſeſta, vnde membra fortia sunt ad expellendam nocuiam, quia ipata cōpositio nō est nisi de ipata cōplexione. Pringua vero peſſima sunt maxime si sunt nãlter. Hęc n. corpora sunt peſſimis morbis apparatus, quia naturalis eorum calor defectus est propter



pter angustiam venarum. Causa ergo angustiarum venarum duplex est, vel ex defectu caloris naturalis, vel quia praemanetur & coarctatur venae ex carnis multitudinis. Hi pariter viuunt, quia angustia venarum est deficit calorem naturalis, rursus eorum spiritus indigentia, haec quoque omnia sunt p abundantia humorum in corpore coadunata, quae est prolixiorum morborum materia, sicut est anhelitus difficultas, apoplexia, paralis, & similia. Itaque propter grauitatem suorum corporum nequeunt aliquod operari exercitium, vel laborem. Qui quoque si exercuerint molestissimi erunt. Motus autem exercitii, calore confortat naturalis, & fortitudo caloris naturalis est causa digestiois. Quod si multum digerunt, crassities eorum augmentabitur & augmentata crassitie, venae eorum sunt plus angustae, unde aer cum flamine intrans non inuenit aditum quo ad totum corpus veniat. Ideoque sic ea calore naturalem suffocandi, & substantiae mortis. Macies vero molesta est, quia sicca, unde & his qui sunt hmoi non durant exercitia, quia calefaciunt & desiccant corpora, unde sunt ea augmentanda in eis maciei, hi et nequeunt pati calorem vel frigiditatem, qui cito perforantur vel que ad interiora propter carnis paucitatem. Qui si ceciderint super solida corpora, vel ipsa super eos, illico paulo magis patiuntur molestiam, franguntur. u. ossa eorum, quia sunt enudata carne, quibus farmacia est incontinentis, maxime si macras habuerint hipochondrias. Sunt. n. ad tuum apparati propter siccitatem corporum eorum, & quia haec duo figurae tantae pedimitatis sunt oportet ut macilentiam in crassiemus, & crassiam extenuemus.

De Soliditate corporum, & humiditate. Cap. LII.

Corpora vero quae sunt inter soliditatem & raritatem mediocria minus ceteris agra sunt, quoniam modicis ex eis dissoluitur, non sicut de rarioribus, neque in eis humores sicut in solidis, augmentantur. Colores eorum sunt glauci pilosi, istis tamen minus sunt laudabilia rara corpora, quorum figurae sunt ita, ut pilos multos & cerosos habeant, & venas plenas. Rara vero corpora solidis sunt meliora, quia crososiora & maioris cibi quantitatem, quam solida sustinent. Tolerant et laborem, neque cito fatigantur, quia propter suorum corporum raritatem, superfluitas dissoluitur humorum, quae sunt ea fatigationis, cum laborauerint. Solidis corporibus, haec signa sunt. Pilorum paucitas, & tenuitas, & corporum leuitas, & carnis multitudo, subtilitas venarum, copia urinae & egestiois, pariter. ex eis per sudorem soluitur. Ideoque hmoi corpora sunt peiora, quia multum cibi non sustinent propter paucitatem dissolutionis corporum illorum, quia penetrat cibum, neque bonae digestionis est, neque sufficit potest aut pati laboris, citoque fatigantur quia mali humores in ipsis clauduntur, per sudorem non dissoluntur, unde in lacertis permansi sunt ea fatigationis. Incirco saepe infirmantur, semper humorum materiam in ipsis coadunata, quare necesse est his dari pauca cibaria, subtilia, ac humida, ut facile habeant digestionem, neque in ipsis superfluitas humorum coadunetur. Quod si impingui volunt cito incrassantur propter paucitatem suae dissolutionis. Sed solida melior clarioribus infirmantur, malorum chimerum, quia de pauca cibi superfluitate non dissoluta aegritudo mala generatur. Sed de exterioribus, sicut aeris frigiditate, sole, & ceteris non cito infirmantur. Illorum. n. accidentium istis nequit ad interiora perforate, propter soliditatem corporum eorum. Rara autem stipitica, & macta sunt, propter tenuitatem solutionis eorum, quae cito exteriora accidentia (quia rara sunt) perforant. Unde Hipocreas. Rara corpora solidis meliora sunt, minusque infirmantur de superfluis cibis, bene. n. digerunt, plures tamen aegritudines patiuntur, de exterioribus accidentibus.

De Rebus non naturalibus. Cap. LIII.

Alii vbi supra ser. v. Dicto de rebus naturalibus, restat disputandum de rebus non naturalibus, quibus et homo indiget, ut eius vita duret. Sunt autem sex, scilicet circuectio corporis, motus & quies, cibus & potus somnus & vigilia. Naturales euacuationes & constipationes, aetia accidentia sub euacuationibus naturalibus continentur, balneum & coitus, urina & egestio, iunctiones & similia. Sub aetialibus autem accidentibus concluduntur gaudium, ira, tristitia, timor, & cura. Hmoi autem quae res non sicut naturales sunt, nec hoiis generationi conoriginales, ita nec extra nam, nec ofino aliena. His. n. si quis ut oportet vtatur, in quantitate debita, & qualitate, & tpe, & ordine res naturales in sua obseruant habitudine, roborreturque sanitas corporis, vsq; ad horam naturalis corruptionis. Si autem aliter qd oportet, aliquis eis vtatur, de habitudine naturali corpus

egreditur, & infirmatur, aut si iam infirmus eius morbus statuitur aut augmentatur. Vnus autem horum sex iuxta quod vniuersumque corporum exigit adhibendus est, ut si corpus tpatum sit, temperatum illi regimen est eligendum. Intemperatis autem e contrario. Verbi gratia. Si temperatum sit corpus, exercitio tpatum ante balneum, & ante ciborum horam vtatur, tunc. n. calor naturalis confortatur, & a corpore superflua dissoluntur, membra roborantur, digestio procuratur, & sanitas conseruatur. Si autem immoderatus labor vtatur, plerumque corpus calefit, & febres emergunt. Quod si immoderato eius viui diuini operam dederit calor dissoluitur naturalis, virtus debilitatur ac deficit, & corpus infirmatur. Porro si ab exercitio vsu declinauerit, quietis & otio clegerit, superflua in corpore multiplicatur, morbi que ex humoris dñantis natura gñantur. Corpora vero imtemperata habentes, si calidè complexionis sunt, & exercitio multo vtantur, eorum calor naturalis augetur, virtusque debilitatur, & febres emergunt, maximeque si eorum complexio simul etia sicca sit. Si autem exercitium declinauerit, otioque & quieti se dederint, naturalis eorum calor temperatur, eorumque corpora saniora sunt ac fortiora. Porro si frigidè complexionis sunt, & otio & quiete diutius vtantur, obert. Si vero exercitio paulo ampliori, calor eorum naturalis temperabitur virtusque membrorum augetur, & sanitas fit maxime, si complexionis eorum frigus humiditas comitatur, sic est in omnibus aliis rebus non naturalibus.

De Aere circumstante nos. Cap. LIIII.

Vicenna in j. can. Aer est elementum corporum nostrorum, & spirituum. Est et emanatio spiritus nostris adueniens & ea meliorationis eorum, non tamen sic elementum, sed sicut faciens. Itaque per aerem hoc tpatum ex duabus pendet operationibus, quae sunt euacuatio, & mundificatio. Euacuatio est tpatum spiritus calidi, cum superfluit & constrictione secundum plurimum, & hoc quidem attribuit nobis attractio a pulmone, & a poris euacuationum, suae foraminum pulsus, & est arteriis sunt continui. Aer. n. qui nos circumdat, valde frigidus est comparatione complexionis spiritus innati. Quanto magis complexionis per constrictionem accidens. Cum igitur aer ad illud peruenit, ipsum impellit, & cum eo miscetur, & prohibet ne ad ignitatem constrictionem coarctetur. Mundificatio vero est propter locitatem ipsius, quae reuerti facit anhelitus illud, quod est attribuit separatiua virtus ex vapore fumofo. Cuius comparatio ad spiritum, est comparatio superflui humoris ad corpus, cum aer expellitur. Tpatum igitur eius est propter hoc, quod spiritus aduenit aer cum attrahitur. Et mundificatio est propter exitum eius cum expellitur. Aer. n. qui attrahitur in primis, cum ingreditur ad tperandum, necesse est vt sit in effectu frigidus, sed postquam conuertitur ad qualitatem spiritus, pro calore longitudine naturae destruitur eius inuacuitas, & iam non indiget illo, sed necessarius est aer nouus qui ingreditur, & illius alterius suppleat vices. Oportet igitur illi egredi, vt suo vicario locu euacuet, & vt fumofo superfluitates subtilitatis ipsius expellatur cum eo. Razi in Almanfore. iij. parte. Aer omnibus melior clarus est, & subtilis, in quo nec multi vapores existunt, nec quietus, aut praefocatus inuenitur, sed ad ipsum ventis veniens cum commouetur, & delicatus cum attrahitur lenitur, quique cito post occalum solis infriigidatur, aer autem his habens omnia contraria deterior omnibus iudicatur.

De Aeris mutatione, secundum quatuor tempora. Cap. LV.

Vicenna vbi supra. Aer quidem dum est temperatus & clarus, nec ei substantia extranea, complexionis spiritus contraria, admiscetur, sanitatem efficit, & conseruat. Cum vero mutatur, contrarium operatur. Accidunt autem aeri mutationes naturales, & non naturales, & naturalem egredientes. Naturales sunt mutationes temporales, quoniam aer in vnoquoque tpe ad aliam conuertitur complexionem. Et o quidem spiritus, quod prouenit secundum quod debet propria iudicia habet, & finis cuiusque principio alterius, quod post ipsum est, in iudicio eius duorum temporum coiccat, in aegritudinibus ipsorum. Verum est spiritus florum, & initii pomorum. Autumnum autem est spiritus mutationis coloris foliorum, & principii casus eorum, & quod est praeter hoc est hiems, & aestas. Complexio veris est tpatum, non vt quae aestimant calida, & humida. Aestas autem calida in eo, quod sol oppositioni capiti pinguis est, & fortis est radius, qui ab eo profluit. Est et sicca pro resolutione humorum, quae in ea fit a caliditate multa, & pro resolutione substantiae aeris, & eius similitudine est ignea natura, & pro paucitatem eius, quod in

ea eadit de rose, & pluuia. Hiems autem frigida est & humida propter hanc causam contraria. In autumno vero iam calor imminutus fuit, & frigiditas non dum ad complementum peruenit. Est ergo propinquior temperamento, quod est inter caliditatem, & frigiditatem. Inter humidum autem & siccum non est temperatus, cum sol iam siccauerit aerem, & nondum acciderit ex causis humectantibus, quod sit exiccationi causa exiccationis oppositum. Dispositio quoque quae est ad infriigidandum, non est sicut illa, quae ad humectandum, quia conuersio quae est ad infriigidandum facilis est, non sic autem quae ad humectandum, nec conuersio fit ad humiditatem propter frigus, sicut ad siccitatem propter calorem. Na quaelibet caliditas exiccata, sed neque quaelibet frigiditas humectat. Idem in r. cano. Aeris autem mutatio naturam egredientis duplex est, aut propter conuersionem in aeris substantia facta, aut in qualitatis suis, illa quae existit in eius substantia pellentia est. Sic. n. aer quandoque purificatur, & eius substantia conuertitur ad malitiam, sicut aqua lactuinarum. Nec hoc dico de aere puro, quoniam aer purus, & vniuersum quoque simplicium nudorum non putrefcit. Sed de corpore commixto. s. ex aere certificato, & ratificato, & paribus aereis vaporosis, & partibus retercis in fumo, & in nubibus surgenibus, & partibus igneis. Hmoi autem aeris putrefactio plurimum euenit in extremo aestatis, & in autumno. Quod vero in eius existit qualitatis, est vt secundum caliditatem aut frigiditatem, ad qualitatem perueniant intolerabilem, intantum vt per ipsum menses, & generatio corumpatur. Et hoc quidem est aut conuersio homogenea, sicut rabioflras aestatis cum fortior fit. Aut conuersio contraria, sicut malitia frigoris in aestate, quae propter aliquod accidens euenit.

De Vere, & aestate. Cap. LVI.

Verum, quoniam secundum complexionem suam carteris temporibus melius est, & est proportionale complexionis spiritus, & sanguinis. Sed licet cum aequalitate sua existat, ad caliditatem tamen subtilem dechnat parumper sopitam, & ad humiditatem naturalem, rubificatque colorem eo quod sanguine attrahit temperatè, nec peruenit ad resoluendum, quemadmodum in aestate. In vere commouentur aegritudines cronice quoniam humores qui quieti sunt, currere faciunt, & eliquat eos. Ideoque melancholia patiens humores, melancholia commouetur. Ille quoque, in quo multitudo humorum exuberat in hieme, propter eius soliditatem, & exercitij paruitatem. In vere fit aegritudinibus aptus, quod ex illis materijs commouentur, propter ea quod veras resoluit. Cumque ver prolongatur, & tpatum aegritudines aestiuas paucè finit. Veris autem aegritudines sunt egestio sanguinis, & fluxus sanguinis ex naribus, & ebullitio melancholice, quae de natura existit colera, & apostematata carbunculi, synantes, & aliae exituræ, venarum quoque si flura, spiritum sanguinolentum, & tullis, proprie vero in eo quod ex iplo hiemale est, & hiemi affimilatur, sunt eorum dispositiones male, qui has habent aegritudines, & proprie pusum, & quoniam in aegritudinis materiam segmaris mouet, accidunt in eo apoplexia & paralis, & iunetur corporales dolores. Ex his autem quae ducunt ad hoc, est fortis motus corporalis, & aialis, & commotio rerum calefacientium, quoniam adiuuat aeris naturam. Nulla vero, res ab aegritudinibus veris fietueatur, quemadmodum febriothomia, & inanitio. i. artificialis purgatio, comedendi diminitio, potus inebriantis, debilitatio, & imminutio, & temperamentum. Est autem pueris ver commouens, etique similis, in estate r. cano. colera augetur, sed post in eius sine colera nigra, propter quod subtile resoluitur, crossum retinetur, atque constingitur. Aestas quidem humores resoluunt, ac virtutes debilitat, & operationes naturales causa multae resolutionis, & colorem citrinat, quia resoluit illud, quod ex sanguine attrahit. Aegritudinem autem tpa abbreviantur in ea. Nam si virtus fortis fuerit, aerem iuuat ad resoluendum, & ad materiam aegritudinis maturaandum, & expellet eam extra. Quod si debilis fuerit calor aeris, addet ei debilitatem, quia laxat, sicque destruetur, & aeger morietur. Amplius aestas calida, & sicca cito incidit aegritudines. Humida vero masticans est, non cito superfluitates expellit, unde suarum aegritudinum tempora prolongantur, & accidunt in ea hydroptis, & lienteria. Ad hoc totum adiuuant humores multi, qui a superioribus ad inferiora descendunt, & proprie a capite. Aegritudines aestiuas sunt, vt febres, tertiana, synochus & caufon, & extenuatio corporis, dolores auris & ophthalmia. In ea quoque multiplicantur cum venosa non fuerit erispila, & boithor, quae sunt eius naturae eius est ipsa. Inuenies autem seae, etique similes in aestate fortiores.

Autumnus multarum causa est aegritudinum, eo quod in ipso homo sub sole calido multum incedit, & in nocte postmodum ad frigus peruenit, & quia multitudine fluidum est orta, sunt humores mali, & propter dissolutionem virtus in aestate. Humores praeterca sunt in Autumno mali, propter cibaria mala, & propter subtilis resolutionem, & quia remanet spiritum propter eius aduentionem cumque; aliquis humor ebullerit, eo quod ipsum natura vult expellere ac resoluere, reducit ipsum frigus ad stringendum. Sanguis in autumno multum minuitur, immo sanguini in complexione sua contrarius existit, & etiam resolutio iam in aestate praecessit, quae sanguinem minuit. Aestas quidem adurit humores, autumnus ex eis cinerem facit. Principium autumni senibus aliquo modo est conueniens, & eius finis eos maxime impedit, maximo impeditur. Aegritudines Autumni sunt scabies quae excoeriat, & impetigines, & cancer, & iunetur dolores, & fibres commixtae, febresque quartanae propter colerae nigrae multitudinem. Ideoque splen in crosatur in eo, quod accidit et tico difficultas vrinæ, & lienteria, & hoc quidem est propter quod frigiditas expellit illud, quod de humoribus est subtile, ad interiora corporis, & fit in eo scia, & sinantia acuta, colerica, & iliaca sicca. Quaeque est apoplexia, & aegritudines pulmonis, & dolores dorfi, & coxarum. Multiplicantur et in ipso vermes in ventre, propter debilitatem virtutis, in digerendo & expellendo. In ipso et, & proprie in sicco, multiplicatur variola, & et mania propter humorum colericorum malitiam. Item Autumnus est sicut patior reliquarum aegritudinum estatis. Et Autumnus qui melior existit, est ille, qui magis est humidus ac pluuiosus, deterior autem ille, qui est sicus. Hiems ad digerendum melior est, quia frigus caloris innati substantia comprehendit, unde fortior efficitur, & non dissoluitur. Et et ideo, quia pauci sunt fructus, & non comedunt hoies nisi leuia nutrimenta, & quia motus eorum post repletionem paruus est, & quoniam ad loca calefacientia ingrediuntur. Coleram quoque pluuia omnia tpa debilitat sua frigiditate, suaeque diei breuitate, & noctis prolixitate. Apsa est quae magis costringit materias, & in ipsa magis necesse est ea quae incidunt, ac subtiliant sumere. Aegritudinum hiemalium plurimae sigmaticae sunt, quoniam in ea fit stegma multum, & plurimum, quod in eo vomitu expellit est stegma, in ipsa catarrus abundat, & incipit cum aer autumnalis mutatur quae postea sequuntur apostematata lateris, & pulmonis, & raudedo, doloresque gntutis, deinde dolor ipsius lateris, & dorfi neruorumque nocumenta, capitis et dolor chronicus, immo apoplexia, & epilepsia, & hoc totum propter quod materiae sigmaticae, constinguntur, & quia multiplicantur. Senibus quidem nocet hiems, etique similibus. Medijs autem iuuenem tum praestat. In hieme praeterca multitudo hipostas est in vna, comparatione aestatis, & eius qualitas est maior, sanguisq; minuitur, & augetur stegma.

De Naturis ventorum, secundum loca, & climata. Cap. LVIII.

Constant, in panteigni. v. parte. Ventus est fumus sicus e terra dissolutus, huius natura secundum locum est sibi propria. Mutatio autem naturae loci est ex solis vicinitate, vel longinquitate, vel ex cursu ipsi diuersitate. Loca vero sunt quatuor. Orientis, occidens, merides ortui solis dextra calidus, & humidus. Calidus quidem, quia cum sol ab altitudine sua digreditur, ibi aliquandiu immoratur, humidus autem ex humiditate fumi maris & hum. loci. Ventus igitur ex hac parte flans. Causter, calidus & humi, esse probatur. Plaga septentrionalis huic opposita, & soli sinistra, frigus est & sicca, quod ex nimia solis remotione contingit. Cum. n. sol ad eam deuenerit altissimus, est & a terra remotus. Igitur & ventus ex hac parte veniens frigidus est & sicus, & boreas vocatur. Orientis locus tpatum est, quia licet nascatur sol, cito tamen inde separatur. Vetus igitur inde veniens, est Eurus temperatus. Sed tamen aliquantulum calidus, & sicus. Occidens similiter temperatus est, sed aliquantulum frigidior, & humidior, talis est & eius ventus. Sunt & alij, vitiis iborum suffraganei, quoniam naturae principiorum suorum naturis sunt affines, non tamen adeo feruantes. Horum vniuersumque dum mouetur, natura aeris, & corporum complexionem mutant. Boreas. n. corpora indurat & confortat, humores & spiritus clarificat, cerebrum sanat, sepius subtiliat, motum confortat, coitum augmentat, malos humores contrahit, ne in aliqua membra dilcurrant. Quod ideo fit, quia corpora exteriora refrigerat, & calor naturalis intus Tomus Secundus. F F adu.

adunatur. Tuffes facit, & dolores pectoris, pp defecationem...

De Locis habitabilibus. Cap. LIX.

A vicenna vbi supra. Locorum habitabilium dispositiones in corporibus diversificantur, causa altitudinum...

Abus de Eodem. Cap. LX.

In locis altis sunt homines sani, fortes, & laboris multum patientes, & diu viuunt. In profundis autem morantes, in...

De Vestibus. Cap. LXI.

Alii vbi supra. Corpori superposita vestis, ab illo calfit, de hinc illud verlanice calefacit. Sed quaedam magis...

De Exercitijs. Cap. LXII.

Alii vbi supra. Disto de aere circumdante, dicendum est de motu, & quiete. Motus duo genera sunt. Vnum, scilicet...

quoniam ipse vehementer calefacit corpus, & si resoluat, parum resoluat, multus vero paulatim resoluat pluraque calefacit...

De Tempera, & moderamine exercitij. Cap. LXIII.

Constanti in lib. de regimine sanitatis. Exercitia sunt laudabilia, & vitia custodienda sanitati, si ante cibum fiant...

De Balneo, & tempore balneandi. Cap. LXIII.

Alii vbi supra. Post tractatum motus, mox de balneo disputandum est, licet in euacuationibus continetur. Balneo namque sani post exercitium, & ante prandium vtantur...

mentibus opilatio efficitur, & in temporis prolixitate, si quis huiusmodi vtatur assidue, hidropisis generatur. Quibusdam...

Quibus profic, & quibus obstat. Cap. LXV.

Azi vbi supra. Ex balnei iuuamentis est corpus humectare, renouare, sordes congregatas detergere, repletio-

De Cibo, & eius operatione. Cap. LXVI.

Ex lib. vinarum a voce Mauri. Triplex pp incommodum cui corpus subiacet humanum, assidua indiguit restaura-





mitatem augmentatiua, & si toti corpori sint necessaria. Verbigratia. Quibus dolor capitis affluens est, negenda sunt eis cibaria fumum generantia, & in eum conuertibilia, sicut nuces, lac, allium, capre, & similia. Qui defectum, habent stomachu abstinenti sunt a mollioribus, sicut pinguedo, butyrum, silamum, & similia. Et quibus est visus mutandi cibum in ore stomachi, crosta conueniunt alimenta, vt cum sui grauitate descendunt ad inferiora stomachi, parum post cibum ambulent. Qui autem flegma in stomacho habuerint, caueant cibos flegmatis generatiuos, quibus colera rubea in stomacho creatur, negandi sunt cibi coleram rubeam generantes, & accipiant ea que extinguat, sicut mala granata acetosa, oxifenichia, & similia. Quibus autem in stomacho & intestinis cibi indurantur, caueant cibos duos & stipticos, & accipiant humidos & solubiles, sicut lagana elixa cum oximagaro, & oleo, & manducentur ante cibum: Eis vero de quorum stomacho cibis indigestus descendit, ante omnem cibum demus stiptica, sicut cironia pira, xilocaracta, quarubias, & similia. Quod si epar frigidum fuerit, cauendus est crostus cibis & viscosus, precipue si sit opilatius, si autem sit calidum, cibos demus frigidos. Cauenda est aqua ne eum cibo potetur, sed postquam cibis in stomacho quieuerit, cum cibo enim bibita inter substantiam stomachi & cibum permanet, eum que digerit non permittit. Necessse enim est cibum a stomacho tangi, vt calefiat & digeratur. Quod si tanta fuerit necessitas, parum indebibant quo sitim extinguant, cibo vero in stomacho quiescente, nulla prohibitio est bibendi aquam, sed tamen qualis oportet tribuatur, leuius autem in nocte inconueniens est.

De Pane. Cap. LXXVI.

SIDORVS lib 20. Panis dicitur est eo, quod cum omni cibo apponatur, vel quod omne animal cum appetat. Pan enim. Græce omne dicitur. Cibarius est, qui ad cibum seruis datur non delicatus. Fermentatus fermentis confectus. Azimus non fermentatus, nam azimus est sine fermento sincerus. Acrissimus leuiter fermentatus, quasi acro azimus, subcinericius cinere coctus, & reuerfatus, ipse & facitius. Cibanicius in testa coctus. Sfungia panis aqua diutius malaxatus, similiam medicam & fermentum accipit, & habet humectationis plusquam omnis panis, vnde & sfungia nomen accepit. Placentæ sunt que fiunt de farre, quas alii liba dicunt, eo quod libeant & placeant. Crusta superficies panis, ipsa & fragientia, quia diuiduntur vt fracta. Fermentum a feruore nuncupatum, quia plus prima hora non potest contineri, crescendo enim excedit. Farina & suffures a farre dicte, cuius sunt purgamenta. Hali vbi supra. Panis ex tritico daret, ac spisso, plus nutrit, quam qui ex tenero ac fragili maioris tamen nutrimenti panis tarde digestionis est, qui sumitur ex medulla tritici, panis, scilicet similia. Idem quoque opilationem in visceribus parit. Qui vero minus nutrit scilicet medulla reiecta si est, medius est inter nutrimenti multitudinem, & paucitatem, & inter digestionis moram, ac celeritatem. Omnibus autem laudabilior est panis, cuius optime farina pistata est, & in quo salis quantitas oportuna proficitur, ac bene fermentatus est, & in camino coquitur ignis manufecti ac temperati & non nimi, qui interiora indigesta dimittat, nec vero pauci qui interiora decoquens exteriora cruda remittat. Huiusmodi panis nutrimentum habet laudabile, citoque digeritur, corporibus temperatis conuenit, & qui parum laborant. Azimus autem panis, aut non coctus plurimum nutrimenti est ac crosti, tardus digestioni, humorem generat crostum atque viscosum, opilationem in epate parit, ac splene, & in renibus lapides. Omnium autem peior est panis furni, & subcinericius, propter eius exteriora combusta interioribus crudis, peior etiam est furni quam subcinericius propter cinerem ei immixtum. Azimus vero panis laborantibus utilis est, eo quod ab eis multa dissoluantur, his quoque quorum stomachi calor fortis est, plurimum ab eo nutrimentum peruenit, cum illum optime digerant. Est autem omnis panis tritici calefaciens in primo gradu, præterquam panis herui. Nam quia triticum locum suum, frigiditatem lucratus est, vnde calor eius parus est. Constantinus in pantheigni. Panis ordeacius est frigidus & siccus, minus quam frumenti, nutritius totius ventositatis generatiuus & constipatiuus, vtendum est eo cum vntuosis, vt est caro crassa atque butyrum.

De diuersitate panis secundum materiam uel artem. Cap. LXXVII.

ISAAC in dietis. Panem tritico calidiorum diximus cuius diuersa sunt nutrimenta, 4. modis. Primo propter farinam vnde factus est, secundo ex artificio sui, tertio ex igne a quo coctus est, quarto pro qualitate qua sumitur. Farinæ modus trifariam diui-

ditur, primus propter essentiam sui, secundus pro qualitate molationis, tertius secundum breuitatem vel longitudinem temporis ex quo mola contrita est; vt superius dictum est. Panis quanto muior est, tanto pluris nutrimenti est, durioris egestionis. Diuersitatis panis ex artificio sui duo sunt modi, vel ex formal, vel ex artificio, for ma autem triplex est. Magna, & parua, media. Magna medulla plus habet, corticem vero subtiliorem, & duriorum, cortex præterea partem nutrit, & est ad digerendum durus, humiditatem egestionis exiecat, vnde & ventrem constipat. Medulla crosta est, & viscosa & inflatiua, flegma viscosum generans, panis parui & subtilis interiora ignis perforat, & humiditatem medulle exiecat, vnde parum nutrit, & tardus digeritur, & ventrem constipat, maxime si factus sit in primo vel secundo die post decoctionem. Vnde Hippocras. Panis magnus, & crostus est medulle multa, nutrimenti pluris, ventrem soluit. Paruus autem, & tenuis medulle est paucus nutrimenti pauci, egestio eius est tarda, ventrem constipat. Qui autem media mensura in forma, media est potestatis. Artificium panis in quatuor diuiditur modos. Est enim panis quantum expedit fermenti habens & salis, & bene confectus, & sicut oportet coctus. Est parum fermentatus, & coctus, & in cæteris necessaria temperantia imminutus. Est habens fermentum & sal, vltra quam satis est. Est azimus & sale carens qui moderatus est in omnibus his supradictis, in stomacho perfecte digeritur, & sanguinem in corpore clarissimum generat, vnde natura confortat actionem, propterea commodus est his qui in quiete sunt, & deliciarum delectatione, & eis quorum digestio defectum patitur, vt seniorum & agriitudines exeuntium, ars enim exhibita exterius, sufficit naturæ laboranti interius. Exercentibus autem, & laborantibus nõ adeo conueniens est propter suam subtilitatem, & facilitatem dissolutionis, ex membris eorum. Panis fermentatus modicum habens salis, nec bene coctus viscositatem creat & crostiatem, vnde durior est & priore tardior, propter hoc aptus est exercitantibus & laborantibus, & abundantia caloris eorum, causa est fortitudinis, & digestionis. Sed qui fermenti salisque superfluum habuerit minimum nutrit, & confortat. Virtus enim salis humiditatem eius desiccatur, fermenti coniunctione rarificatur. Azimus nimium nutrit, & durissime digeritur, tardissime egerit, proprietatem habet opilationem & ventositatem generandi. Tercio inconueniens est omnibus naturis, nisi raro eis qui maximis laboribus exercentur, vt messorum.

De diuersitate panis exigua coctionis, & qualitate suamendi. Cap. LXXVIII.

FOVS duobus modis est diuersus. Aut ex natura sui, aut ex artificio cocti panis. Ex sui natura tripliciter, aut magnus est & fortis, aut debilis & leuis, aut mediocris. Fortis & magnus desiccatur, & indurat exteriora panis, mica vero non bene cocta remanet, quia cortex velociter induratus non permittit calorem penetrare interiora. Et duabus de causis est illaudabilis, vel quia cortex est durus, & inde non nutriens interiora, sicut et feruore incensur. Vel quia viscosus est et crosta est mica, et ita vtrumque indigestum diuersorum humorum est generatiuum. Durities corticis et incensio sui siccissimum sanguinem generat, et constipat ventrem, viscositas et crostias mica humores erudos et flegmaticos facit, et solutiones ventris adiuuat. Debilitas foci ex defectione sui penetrare interiora pigrescit, vnde diutius panem immorari oportet. Si enim antequam sit coctus extraxeris, viscosus erit fortis digerit, exercitantibus tamen necessarius, si vique coquatur dimiferis, siccus et duxus erit digerit et stipticus. Mediocris temperatus est focus, quia totum corpus æqualiter penetrat. Ex artificio duo mali modi sunt. Aut in fumo, aut in furno, aut sub testis. In fumo si sit, et secundum quod oportet coquatur bene digeritur, et penetrat totum corpus scilicet mica cum cortice. Si excoquatur sub testis, peior est, quia in vna parte operatur, altera vero crosta, et viscosa remanet, et ideo ad digerendum durus est, si ergo sæpe comedatur, post multum tempus inflationem, et dolorem lateris generat. Subcinericius vero subter carbones, vel cineres coctus, velociter desiccatur extrinsecus, intrinsecus vero crostus remanet cineri, et terræ admiscetur multum, maxime autem si ligna mollia fuerint, et visus obscuritas fuerit. Diuersitates panis ex qualitate accipiendi quatuor sunt. Alius calidus accipitur, secundum quod a foco egreditur, alius frigidus, non tamen eadē die comeditur, alius post vnum vel duos dies alius postquam est siccissimus. Calidus autem magis est nutritius, digestius, penetratiuus, quia melior est, & cito dissoluitur, sed a stomacho et intestinis eicitur durus accidentaliter non naturaliter. A stomacho, quia non descendit inferius propter leuitatem suam, Ab intestinis, quia tamen venas non penetrat, vt ad intestina

testina parum transeat, & ea grauet. Accidentaliter autem, quia naturaliter ventrem humectat, feces dissoluit. Qui aut eadem die comeditur, minus est nutritius, velociter digeritur, tarde descendens, qui a intrinsecus infrigidatur, & poris clausis & calore recluso iucus manet fumus, & inde exire non potest propter pororum opilationem, & reuertens inuenit aliam fumositatem, quibus crostias ventositatis & inflationi: coactur & inde durus, & indigestus, & inflatiuus stomacho redditur. Qui post vnum vel duos dies accipitur, intus & exterius exiecat, hic laudabilis est nutrimenti, ad comparisonem tamen calidi minoris, & velocius dissoluitur a stomacho, & intestinis cito eicitur durus, & cito penetrat vias a stomacho, quia neque viscosus. Ab intestinis, quoniam dure venas penetrat. Crostus neque adunatus grauat intestina, & eicitur, siccissimus & leuis rarus causa ablata humiditatis bene humiditatem stomachi desiccatur, & ut multa humiditas non fundatur, est necessaria, digestionem desiccatur, ventrem constipat.

De cibo carnium. Cap. LXXX.

SIDORVS vbi supra. Carnes dicte sunt, quia carne sunt, sicut a creando, vnde & a Græcis creas vocantur. Carnes autem post diluuium hominibus in vsum concessas legimus. Nam initio permittum non fuerat, nisi tantum illud quod scriptum est, lignum fructiferum, & herba femineale dedi vobis in escam, post vero per Noe data sunt in esum cuncta animalia. Crudum dicitur, quod sic cruentum, est a cum sanguine. Coctum dicitur est quasi coactum a ab igne, vel aqua violento modo actum: visusque comestioni aptum, assum quod ardeat quasi arsum. Elixum eo quod aqua sola decoquatur, lixa enim aqua dicitur ab eo, quod sit soluta, vnde & solutio libidinis luxus, & membræ loco mota luxa dicitur. Frixum a topo dicitur quando ardet in oleo, succidia carnes in usu repositæ, a succedendo dicte. Lardum eo quod in domo repositum confertur, nam antiqui domos lares dicebant. Axungia ab vntione vocata. Sepum a Fue dicitur est quasi subeum, eo quod plus pinguedinis hoc animal habet. Farciem caro confecta, & minuta, quod ea intestinum fariatur, hoc est impletur cum alia rerum commixtione. Razi vbi supra. Caro super prunas affata multum & cito nutrit, corpusque corroboret, & vix tamen digeritur. In veru affata crosta est & multum nutrit neque digeritur, nisi quando stomachum robustum & calidum inuenerit, ventrem vero stringit, & hoc propria, quando quod ex ea quod pingue est non comeditur, Caro cum pinguedine fixa fastidium facit, tardeque de stomacho descendit, nutrimentum eius validum est, grauior tamen est illa que super prunas affatur, quam illa que leuior est & melior. Caro que in patellis ponitur, & in furno coquitur mala est, parum enim nutrit, acide tamen ructantibus confert. Vniuersaliter autem omnis mortuorum, ac patellarum species parum nutrit respectu cibariorum ius habentium. Multos tamen humores habentibus, & corpora sua desiccare ac subtiliorem volentibus conferunt.

De Carnibus quadrupedum. Cap. LXXXI.

CONSTANTINVS in panter s. parte. Omnis caro calida est & humida, nutritibilis & generatiua sanguinis. Porcina inter calidi, & humidis temperata est, cæteris nutritibilior, & sanguini generando melior, quia humano vicina est, sed flegmatica est. Omne animal naturaliter siccum fetu habet humidus, bonum sanguinem facientes, vnde boues siccis sunt, vituli autem humidi & temperati. Agni quoque annales, & heduli sunt temperati, castratorum animalium caro cito digeritur, & melius nutrit. Crassa ventrem soluit & humectat, ad digerendum dura. Macra desiccatur facile digestiua. Illa vero laudabilior est, que inter crassum & macrum temperatur. Omnis caro siluestris, est illaudabilis, sanguinis generatiua crosti & melancholici. Caprina eum leporina meliusecula est. In partibus animalium, lacerti videntur esse laudabiliores. Capium cibis crostus est, & multum nutritius, ad digerendum durus. Flegmaticus spermatis augmentatiuus. Cerebrum humidius & fastidiosius, medulla similiter, lingua temperate sunt. Pedes, auriculae, & labra non sunt ad digerendum dura. Oculi quia neruosi sunt boni sunt, sed aliquantulum fastidiosi. Epar bene nutrit, & bonum sanguinem generat. Splen durus est digerit, flegmaticus, & malum sanguinem generat. Pulmo cito digeritur, & est flegmaticus. Cor durum est ad digerendum, sed si digerit possit multum nutrit. Renes similiter. Stomachus difficulter digeritur, & frigidum sanguinem generat. Vnumquodque autem horum secundum naturam animalis cuius est membrum considerandum est. Razi vbi supra. Caro sine pinguedine rubra scilicet sanguinis siccis generatiua est, Speculum Doctrinale

paucas superfluitates facientis, magis tamen adipe nutrit. Pinguedo vero sanguinem humidissimum nutrit, multas facientem superfluitates, minoris tamen est nutrimenti. Porro caro variaria scilicet inter pinguem & macrem exillens, sanguinem generat temperatum. Caput crostum est, & multum nutritiens calefacit, nec debet comedi nisi in temporibus frigidis, multotiens enim generantur ex eo febres & colerica, multum tamen confortat, & sanguinem ac sperma auget. Causa calida est, quæ stomacho nocens salidum facit, & coleram rubeam generat. Cuius sanguinem frigidum generat, in quo multa viscositas est, & opilationem facit. Pedes sanguinem viscosum generant, qui frigidior & leuior est eo, quem caro generat. Animalium anteriora leuiora sunt & calidiora, posteriora vero grauiora, & frigidiora.

De Carnibus auium, & piscium. Cap. LXXXII.

CONSTANTINVS vbi supra. Omnium volucrum natura considerande sunt secundum earum victum & locum. Caro volatilium laudabilior est, quam omnium quadrupedum, quia digestibilior. Gallina melior est omnibus. Anates & anseres, calidi, & humidis malorum chimorum generantur ad putredinem paratorum. Turtures melancholicum sanguinem faciunt. Grues dure sunt, & indigestibiles similiter & pauones, perdes dicte sunt. Passeres calidi. Turdi moderati. Parui palumbes calidi, & melancholici. Isaac. Omnis natura piscium naturaliter est frigida, & humida, flegmatis generatiua, conueniens calicam & siccam habentibus complexionem, & macidis maxime in estiuo tempore, & calidam habitantibus regionem. Inconueniens est frigidis, & humidis complexionibus, & carnosis maxime, quibus molles carnes fuerint naturaliter eius, corpus enim eorum infrigidatur & humectant. Variantur autem pisces secundum diuersitatem aquarum in quibus habitant, & secundum diuersitatem nutrimenti eorum, & secundum diuersitatem ventorum in quorum plaga sunt. Diuersitas quoque piscium pro artificio coctionis multifariam diuiditur, aut enim assil comeduntur, aut cum oleo frixi, aut cocti cum aqua & oleo & condimentis, aut sola aqua elixi. Assquidem, et frixi minoris sunt viscositatis, et humiditatis. Vnde non ventrem sunt humefacti, sed duriores ad digerendum, vt potest stomachum grauant. Assil tamen frixis laudabiliores sunt, quia frixi quidem habent viscositates propter oleum. Pisces autem cum oleo et aqua et similibus preparati, sunt cæteris digestibiliores, et ventris solutiui, cum aceto vero cocti erunt refrigeratiui, minus tamen humefactiui. Qui vero cum aqua sola elixantur, sunt omnibus laudabiliores, quoniam eorum viscositatem aqua coctionis in qua cocti fuerant abstulit, precipue si manducentur cum oleo obomagoro, menta, apio, ruta, carui, pipere, zinzibere, et similibus.

De Tritico, ouis, & melle, ac reliquis cibis. Cap. LXXXIII.

RAZI vbi supra. Triticum bene coctum omnibus cibis plus nutrit, et maxime est cum lacte coctum fuerit. Conferat autem natura calidis, et macris, et his qui multum laborant, vel qui augmento vinum indigent, habentium vero dispositiones contrarias, cito venas replet, et febres, et arcticum dolorem, et lapides in renibus, et apostemata adducit. Oua indurata, et elixata plus nutriunt, ad digerendum tamen duriora sunt, tardiusque de stomacho descendunt. Mollia vero velocius, quam his a quibus sanguis multus effluxit, ac vires inuinitate sunt conferunt. Isaac. Qua hoc sunt in animalibus volatilibus, quod sanguis et sperma sunt in animalibus ambulantiis, sicut enim sanguis et sperma sunt materia omnium volatilium, et nutrimentum, ita oua sunt materia et nutrimenta volatilium. Oua enim volatilium masculis succumbentium hæc duo videntur in se retinere, sperma videlicet et nutrimentum, proinde velocius et multum sunt nutrimenta, et confortantia, velocius nutriunt propter substantiam subtilitatem, sui que liquoris temperantiam, corporis sunt confortatiua, quia quanto plus calor naturalis est, corporis sunt confortatiua, quia quanto plus calor naturalis in eis operatur, tanto magis induratur, sicut fieri videmus in exterioribus. quanto n. calor igni in eis operatur, tanto indurari incipiunt. Nutrimentum dicitur multum, quia tota substantia eorum mutata in mēbris, omnino assimilatur per sui naturam humanam naturam, maximeque: eorum vitella, quia in calore et humiditate sunt temperata, magis videntur esse similia humane complexionis, sed in his aliter ab aqua calore fu scipit et siccatur, vnde sicut desiccatur a mēbris, calore temperatiua, si vero fuerit cum aqua elixa, humiditate sumit, per de sicut mēbris Tomus Secundus. Et a desicca-



d'effe catina, magisque caloris mitigatiu. Albumem autem eoru...

De Potibus. Cap. LXXXIII.

CONSTANTINVS vbi supra. Potus duabus ex causis necesse...

De Vino. Cap. LXXXIII.

HALI vbi supra. Vinum calorem naturalem confortat, humeros...

De Cerevis inebriansibus. Cap. LXXXV.

ISIDORVS in lib. Ery. 10. Sicera est omnis potio, qua extra...

De potu aqua. Cap. LXXXVI.

AQUA naturales humores in corpore conseruat, & nutritum...

De Pisana. Cap. LXXXVII.

HIPOCRAS in regimine acutarum. Pisana ordeciam, super...

calidum est in primo gradu, sed in secundo sicum. Pisana ex eo...

De Conuersione cibi & potus. Cap. LXXXVIII.

HVMANVS Auerfanius episcopus. Dicunt autem medici...

De Superfluitate prima, & secunde digestionis. Cap. LXXXIX.

EX lib. vrinarum a voce Mauri. Cibus itaque ore receptus, den...

citur, et hæc est superfluitas secundæ digestionis in epate celebra...

De Somno, & vigilia. Cap. XC.

AVICENNA in 1. Canone. Somnus quieti vehementer simi...

De Speciebus & actionibus somni. Cap. XCI.

HALI vbi supra. Somnus alius est extra naturam, scilicet ob...

bus dissoluatur. Indicum quoque febricitantibus, periodi tempore, somno abstinere. Si autem omnino corpus vacuum sit, sine cibo, calor naturalis conuertitur ad corporis humiditatem, & exurit atque consumit eam, dehinc ipse calor deficiet. Sed si est materia, eibusque moderatè quantitatibus, calor naturalis ad interiora corporis intrat, materiamque naturat, & cibum digerit, corpus calefacit & humectat, & eius augetur corpulentia. Vigiliarum quoque quedam extra naturales sunt, de quibus dicitur cum de causis morborum agitur. Quaedam vero naturales, & hæc corpus laxant, naturalesque virtutes, animales vero confortat, calor enim naturalis ad exteriora corporis progreditur, quo sensus & motus confortatur. Ob hoc interiora vigilie refrigerant, exteriora vero calefaciunt & deficcant. Porro si nimie fiant vigilie, corporis calor, ac siccitas augetur, & eius habitudo corrumpitur.

De Regimine somni.  
Cap. XCII.

CONSTANTINVS vbi supra. Somnum oportet fieri post cibum. Sit tamen temperatus, huiusmodi enim somnus magnam solamen vel iuuamen cibus digrendis accommodat, quod si multus fuerit cibus & crosus, somnus necessario fit multus. Secundum ciborum crositatem & multitudinem oportet esse somnum multum aut paucum, sed qui cibus multum sunt repleti, non dormiant quoaduque cibus ad stomachum ingrediatur, ne calorem naturalem obruat & extinguat. Cibo vero leui & facili existente, somnus fit paruus. Vigilie vero non oportet aliquem vti in regimine sanitatis, corpus enim calefaciunt & deficcant, & digestiue virtuti repugnant. Razi in 4. parte: Post comestione oportet hominem somno tam diu abstinere, donec cibus ab ore stomachi descendisse, & inflatio atque grauedo imminui & inferius mergi sentiat, quod si tardetur, non incongruum est, vt parua de ambulatione iuuetur. Obseruandum est etiam ne de vno latere ad aliud sepe volutetur, hinc enim digestio tardat, inflatio rugitque sequitur, pulinar etiam alcum fit, & precipue si cibus nondum ab ore stomachi descendit, Somni vilitas animæ laborem aufert, & cogitationem ac rationem, quæ hebetes erant, & quasi sese subtilia, & acut, corporisque fatigationem mitigat, ac meliorem efficit, & corpus impinguat. Multum tamen dormire corpus dissoluit, & tenerum efficit, flegmaticus quoque multitudinem in eo creat, et ipsum in frigidat, quod in corporibus crosus ac pinguis precipue facit. Vigilie vero multæ calorem incendunt, ac deformem faciunt, corpusque deficcant, et in eo coleram rubeam augmentant. Quod precipue operantur quæ do corpora macra sunt.

De Coitu & eius iuuamentis.  
Cap. XCIII.

HALI vbi supra. Post somnum et vigiliam iusto sequitur ordine coitus speculatio, qui inter euacuationes naturales computatur, cum spermatis emissio sit quedam exinanitio pertinet ad regimen sanitatis, sperma quidem fecit natura materiam generationis. Est enim quedam corporis superfluitas, quam ad sua vasa natura perducit, & generationi aptat ad conseruationem speciei, nec est vt alie superfluitates, quibus omnino natura non indiget, quales sunt emunctioes, sputa, sudor, vrina, & similia, fit enim ex meliori & laudabiliore, quæ est in corpore, substantia. Vnde dicit Gal. in lib. de sanitatis custodia, quod in eo dominatur ignis, & aeris substantia. Ideoque complexio eius calida est & humida, generatur enim ex claro & puro sanguine, quo principia & propria patiuntur, ac sustentantur membra: Vnde cum in eius euacuatione quis modum transgreditur, virtus eius debilitatur, corpus deficcatur, & defectus sequitur. Cum enim euacuauerit natura quod in testibus sperma paratum inuenit, si deinceps homo vtatur coitu, natura sanguinem, qui spermatis generationi paratus erat in superioribus organibus, necessario attrahit illumque excoquit. & optimum sperma facit, si autem omnino modum coitus homo exceiserit, necesse est in testibus ac spermatis instrumentis materiam, quæ in nutrimento principalium membrorum parata erat attraheret, ex qua cum nihil iam superflue bonum attrahunt sanguinem, quæ in naturam principalium membrorum alterabatur nec superest illis aliquid quo pascantur, vnde & plurimos videmus cum coitus modum exceiserint, sanguinem emittere. Quod cum sit, ita virtutem debilitari necesse est ac dissolui. Si vero coitu quis vt oportet vtatur, cogitationes sedat, iram mitigat, melancholicæ passioni prodest, et etiam morbis flegmaticis. Somniorum quoque multitudinem medetur, et appetitum confortat, porro si iuuenis calidæ et humidæ comple-

xionis coitu vsui superseuerit, sperma suis augetur in vasis, dolor in inguinibus fit ex testiculis cum extensione et pigritia, hebetudo quoque sensuum et intellectus, capitis grauitas, visus tenebra, corpus frangitur, appetitus ciborum minuitur, nonnunquam etiam complexio declinat a statu suo, febrisque superuenit, aliquoties etiam maniam patitur, ex vaporibus spermatis cerebrum ascendentes. Sæpe quoque multiplicato spermate et densato, fit corpori frigus, et nonnunquam præcordiorum tremor, pectoris arctatio, sæpe etiam scotomia et vertigo, Homini vero frigide vel sicca complexionis non est coitus frequentandus, quia pararet ei lesiones, Homini namque frigido et humido calor naturalis coagularetur, neruique dissoluerentur, sicco vero siccitas augetur. Igitur Hippocras & Gal. eorumque sequaces aiunt, coitum vnam ex causis esse, quæ sanitatis adhibentur custodie. Nonnulli vero medicorum dicunt eum in sanitatis custodia non annumerandum.

De Nocumentis eiusdem.  
Cap. XCIII.

CONSTANTINVS in libro de coitu. Sicut ergo virtutem fortem habentes iuuat coitus moderatus, eo quod humor ille inclusus in corpore si solutus non fuerit lædit, sic econtra debilem virtutem habentibus nocet, quia corpus deficcatur, nimiaque infrigidat, ac debilitat. Præterea humor ipse qui soluitur in corpore, in hora qua semen eicitur, substantialis est, & non sicut humor qui procedit in euacuationem, quia ille accidentalis est, huiusmodi autem a membris habet essentiam, & ex eo constant membra, vnde & a sanis membris procedit sanum, & ab infirmis infirmum. Gal. quoque in lib. feminis, cum loquatur de superflue cogitibus. Non procedit, inquit, a membris solus humor, sed etiam vitalis spiritus per arterias exit cum semine. Ideoque non mirum si superflue coiens debilitetur. Nam dum corpus euacuatur, virtus quoque vitalis minuitur, vnde & multi mortui sunt. Ob hoc etiam secundum Gal. Eunuichi diutius viuunt, quia nerui, qui eis erigitur abscisso, non descendit semen iuxta consuetum, & ideo coire non possunt. Dicit etiam Hippocras, quod habenti egritudine in augmento coitus valde nocet. Præterea contingit aliquibus in hora coitus rigor & tristitia scilicet ex mala commixtione humorum, & superueniente calore, quia omne corpus quod malos habet humores, si repente calefactum fuerit rigescit, & fit inde tristitia. Quibusdam vero superuenit tremor scilicet ex malitia superfluitatis, quibusdam etiam fator scilicet ex commixtione putrida, quæ calore soluitur. Quibusdam autem venter inflatur, quia scilicet naturalis calor in eo debilitatur, hisque contingit vt coire semper appetant, propter ventositatum multitudinem, quæ introsum continentur. Quibusdam vero post coitum dolor capitis contingit, eo quod per motionem ascendit fumus ad caput ex humiditate sanguinis, & superfluitatibus corporis ex mala commixtione.

De His quæ coitum iuuant, & his quæ impediunt.  
Cap. XCIV.

SUNT autem nutrimenta quedam, quæ semen generant scilicet: Sicut ea quæ multum nutriunt & inflant id est ventositatem generant, hæc enim conueniunt feminis existentie, quia natura eius constat ex humore, & spiritu. Maxime autem si addatur tertium scilicet calor. Auxiliatur ei quæ calida sunt, siue per calorem illud attrahant, & de oculis vasis extrahant, & extrinsecus ferant, siue commisceantur nutrientibus, & ex his tria fiant, verbi gratia, fabæ nutriunt, & ventositatem faciunt, sed quia frigida sunt vno carent, & duo possident, huiusmodi ergo si zinziber, vel piper nigrum, vel huiusmodi, quæ calida sunt, misceantur, nutrimentum fit quo semen generetur. Incidere vero simul hæc tria concurrunt, quia calidum, & humidum est, nutrit, & inflat, & hoc solum naturale semen generat, cui etiam rapa appropinquat. Quedam autem semen generant & extrahunt, vt piper, pinæ, ficus, & recentes carnes, & cerebellæ, & vitella ouorum. Satirion quoque libidinem accendit, & zinziber, & costum dulce, costus orientalis, cardami semen, vertice, anisum, & similia. Quedam vero semen non generant, sed deficcant scilicet calida & sicca, vt acetum, & ruta, & his similia. Quedam autem semen ipsum condensant, prohibent, & impediunt, ac libidinem, extinguunt, vt lactuca, portulaca, cucurbita, mora celsi, cucumeres, melones, pisces, & similia. Quæcunque scilicet frigida sunt, & humida, frigida quoque & sicca omnia, ventrem comprimunt, vt acetum, & vna amara. Magis autem si lenticule coquantur cum semine lactucæ, & elixata bibantur, libidinis appetitus extinguitur.

De

De Cæteris euacuationibus naturalibus.  
Cap. XCV.

HALI vbi supra. Cæteræ naturales euacuationes sunt egestio vrina, sanguis menstruum, & quæ a palato delatant, & similia. Quæ si modum exceiserint, aut ab emissionem naturali repressa fuerint, corpori nocent, & morbos generant. Nam si arte tur egestio, vel ventositas, & ab egressu prohibeantur colerica passio fit, & tenesmon, & tortio, & angustatio, defectus appetitus, animæ turbatio, atque subuersio, coleratum vomitus, in intestinis ventositas, & in stomacho. Si autem illius augetur euacuatio, virtutis accidit debilitas, vel etiam casus. Et si quod euacuatur colericum est, vlcera in intestinis exarant. Vrina vero cum egressu prohibetur, difficultas vrinae fit, & eius adustus, vesicæ quoque dolor, & vrinae meatibus ac renibus, eisdemque locis excoarationes, & vlcera. Si autem amplior iusta fuerit vrinae emissio, situm nrit, virtutem debilitat ac dissoluit, corpus deficcatur. Similiter & in menstruum sanguine, si eorum mora negligatur, morbos pessimos generant, epar refrigerant, calorem naturalem suffocant. Nonnunquam etiam fit hidropisis, & corruptio complexionis. horum si vapores ad cor ascenderint, defectus, & angustatio fit. Si autem ad cerebrum patitur emigraneum, & diuturniores cephalæ visus tenebra, vertigo, obstupescit, & his similia. Porro si eorum amissio modum transgreditur, calor naturalis in inquisitione suæ materię debilitatur, eparque refrigeratur, eo quod sanguis minuitur hidropis paritur, simulque complexionis corruptio comitatur. Eadem accidit ac ab emoroidarum sanguine, si minorentur qui conuertuntur, & si eius abundet emissio. Si que et ab ore superfluitas multa consuegit emitti semoretur, sunt in cerebro passionis, et morbi, vt opilatio, vertigo, obstupescit. Ampliori vero emissionem facta, succedunt vigilie lenitas faciei, deficcatio oculorum, et his similia. Ob hoc igitur corpus emissionem superfluitatum naturalium, quæ in eo sunt oportet assuescere, et si plus iusto fiant reprimere.

De Accidentibus animæ.  
Cap. XCVII.

ACCIDENTIBVS autem animalibus, sicut et cæteris cæuis prædictis corpus immutatur, intantum vt quandoque morbus, quandoque sanitas ex eis generetur, nonnulli quoque moriantur, si in eis horum aliqua roborentur. Sunt autem hæc, ira, gaudium, tristitia, cura, timor veracundia, stupor. Ira est sanguinis cordis ebullitio, naturalisque calor motus, et ad exteriora exitus, simul subitoque ad vlciscendum quæ nocent. Calefacit autem corpus et deficcatur, coleram rubeam confortat, intantum vt febrem diei pariat. Et si quidem in corpore est humor ad putrescendum paratus, febrem putridam generat. Sin autem ira immoderate fuerit, virtutem naturalem dissoluit, minime tamen mortem accitit. Est autem huiusmodi complexionum frigiditatem hominibus conueniens, si tamen vltra modum non fiat, calorem enim naturalem ad exteriora commouet, cum quo et sanguinem vitalem forti motu ac veloci mittit, et colorem humidum naturali competenter reducit. Sanguis etenim a venis egreditur, te in membris refidet, huius rei signum est, quod iratorum oculi, rotæque facies rubescunt, ac venæ pariter intumescunt. Gaudium est naturalis calor exitus ad exteriora corporis, eiusque diffusio paulatim facta. Huius est animam confortare, calorem naturalem, & humores temperare, sanguinem per temperantiam caloris naturalis augere, corporis corpulentiam facere. Itaque corporibus omnibus temperatis conuenit, nisi quando semel subitoque fit, dissolutione ac dispersione naturalis calor interficit. Tristitia est ingressus naturalis calor ad interiora corporis paulatim, intantum vt quandoque corpori febrem afferat vnus diei, cuius si diuturnus fiat tempus forriter calefacit corpus, & omnia membra, solidatur quoque calor naturalis principalibus membris, fitque corpus humidum, quemadmodum ethica febris. Si igitur in frigidarum complexionum corporibus immoderata tristitia fuerit, corpus refrigerat, & calor naturalis extinguitur, sua in corporis interiora conuersione, quæ ex re immixtus coagulatur, tristitia itaque omnibus corporibus est nocens, & ea subuertens, maximeque frigida & sicca. Cura est ingressus aliquando calor ad interiora, aliquando autem egressus. Intrat quidem cum de quibus cura est desperat. Exit autem cum adipisci sperat. Oportet autem eum, qui continuo, ac diuturniori virtutis gaudio, cogitationem immiscere rebus tristibus, & curiosis, ne forte naturalis calor euanescat nimia gaudij copia dissolutus, & econtra. Timor est ingressus naturalis calor ad interiora corporis, propter animæ fugam ab aliquo nocenti, & exasperant. Naturale est enim animam a nocentibus, & subitantiibus, quæ non consuegit timere, & fugere. Verecundia porro

& stupor sunt ad naturalis calor in interiora corporis ingressum, exteriorumque regressum simul ac subito. Calor enim a verecundia mouetur, primum totus simul, sicut pavoris tempore fugiens ab eo, de quo verecundatur debilitatis causa, de hinc vero roborat illud cogitatio, reducitque simul ad exteriora, vnde & calor verecundie pro tempore vicissim & pallefcit, & rubescit. Duo autem hæc accidentia, timor, & verecundia, minima corpori conueniunt.

De Accidentibus animæ signis.  
Cap. XCVIII.

RAZI vbi supra. Audacie signa sunt capilli fortes, & asperi statura erecta, ossa fortia, collum quoque forte, & crosium, & multum carnosum, pectoris ampla teneritas, coxæ graciles, cutis appropinquans siccitati, frons venas & pilos habens, & rugis carens, erecta supercilia, carniū æqualitas, ventris gracilitas, magnum spacium inter scapulas. Timiditatis vero signa sunt capilli plani, statura depressa, color citrinus, oculi debiles, qui semper clauduntur & aperiantur cum festinatione quadam, intuitus vero quasi tristis, manus, pedesque subtiles, & macri. Iracundie signa sunt facies sedita, colorem habens rubrum cum obscuritate quadam, cutis faciei sicca, totius corporis macies, rugosa facies, nigredo capillorum, ac lenitas. Inuerecundie signa sunt oculi multum aperti, forisque prominentes, & acutè intuentes, palpebræ crosse, statura non multum longa, loquacitas multa. In incessu quoque pectus anterus tendens, humeri eleuati, motus festinus, facies rotunda, color rufus, multum habens sanguinem, pectoris teneritas, parumper gibbosa. Signa delectationis in amore mulierum sunt coloris albedio ruborem habens admixtum, multitudo capillorum, atque crosities, lenitas & nigredo, multi quoque super tempora capilli, & oculi crosi. Homo multum ridens apparet benignus, & ab omni solitudine remotus, qui vero parum ridet, huic est contrarius, eique sufficit quicquid ab alio fieri videt, qui tamen alta voce ridet, dicit, aut difficultatem spirandi patitur, inuerecundus est, & tyrannus.

De Morionibus spiritus.  
Cap. XCIX.

AVIENNA vbi supra. Omnia animæ accidentia feciuntur, vel eis associantur motiones spiritus, aut exterioris, aut interioris. Et hoc aut erit subito, aut paulatim. Motionem autem spiritus ad exteriora sequitur frigiditas eius quod est interioris. Et fortasse superfluit illud quod resolutum, subito ergo exterioris & interioris infrigidatur, vnde sincopis, aut mors eam sequitur. Motum vero spiritus ad interiora sequitur frigiditas exteriorum, & caliditas interiorum. Et est quandoque cum magna coangustatione coustringitur, & interioris, & exterioris infrigidatur, & sincopis magna, vel mors ipsum sequitur. Motus quidem ad exteriora aut subito fit, sicut fit cum est ira, aut fit leuiter & paulatim, sicut contingit cum affuit delicia, & gaudium temperatum. Motus vero ad interiora, aut est subito, vt cum adest timor. Aut leuiter & paulatim, vt cum adest tristitia. Suffocatio quidem & resolutio prædictæ nunquam sequuntur, nisi illud quod subito id est impetuose euenit. Diminutio vero, & pressio nature nunquam, nisi illud quod leuiter & paulatim accidit, quandoque autem accidit vt in vna hora moueatur ad duas partes, sicut in verecundia, prius enim constrictio fit ad interiora, deinde ratio redit & consilium, & dilatat illud quod constrictum est, & egreditur exterioris, coloremque rubificat, quandoque etiam patitur corpus propter affectiones animales alias a prædictis, vt sunt imaginationes animales, quæ plurimum res imprimunt naturales, quem admodum accidit vt puer qui gignitur, ei cuius forma in hora conuentionis id est coitus imaginaria fuit assimilatur, huius generis est motus sanguinis, consecutio eius qui preparatur, ad eam cum homo multum intentus fuerit ad considerandum res. rubeas. Istius etiam capituli est mutatio complexionis propter imaginationem rei quam timet ne cadat in eam. Iohannicius. Sunt igitur accidentia quedam, quæ faciunt intra corpus sicut ea, quæ mouent calorem ab interiori parte ad superficiem cutis, aut impetuose, vt ira, aut leuiter ac suauiter, vt delicia. Sunt etiam quæ caliditatem ad se contrahunt, aut impetuosè vt error, ac timor, aut leuiter vt angustia. Sunt & quæ naturalem virtutem intus & extra commouent, vt tristitia. Ex libro de regimine sanitatis. Omnia vero accidentia animæ sunt negligentia præter leuciam, quia calorem excitat naturalem. Conuenit tamen aliquando vt cum cogitatione & disputatione mi-

scor.



teatur, vt confortetur mens, & interdum cum ira, vt confortetur virtus.

De rebus extra naturalibus. Cap. C.

HAEC VBI supra sermone sexto. Res extra naturales sunt morbi, & eorum causa, & accidentia sequentia: Hominis enim substantia, sanitateque per rerum naturalium temperamentum est, haec autem temperantia in corpore sano inuenitur, & circa complexionem membrorum consimilium, & in compositione membrorum principalium. Porro temperantia consimilium membrorum est ex temperie humorum. Et temperie membrorum instrumentalium est ex temperie materiei, ex qua fetus constituitur, & bonitate virtutis informantis. Ex temperie vero membrorum organicorum temperantia fit aetionum. Quae cum ita sint, rerum naturalium temperies in corpore est, in humoribus, & in membris, & in actionibus. Et si quidem horum trium aliud a temperantia recesserit, habitudinem extra naturalem facit. Itaque si humor membra, morbus accidit. Si actiones, accidentia sequuntur a temperantia cesserint, morborum causa fit. Si veritur. Auicenna i. Canone. Causa in medicina est id, quod primo est, & ex quo prouenit inuentio dispositionis alicuius in humano corpore, aut eius fixationis. Aegritudo est dispositio non naturalis in humano corpore, ex qua in operatione essentialiter prouenit nocumentum prouenit primo. Et est aut complexio non naturalis, aut compositio non naturalis. Accidens autem est quod hanc sequitur dispositionem, siue sit naturali contraria, sicut dolor in colica, siue non, sicut rubedo multa maxillae in perypleumonia, verbi gratia. Exemplum causa est putredo, aegritudinis, aut febris. Accidens vero sitis, & dolor capitis. In aegritudine instrumentali exemplum causa est repletio in receptaculis, quae ad oculum descendunt. Egritudinis autem opilatio in vena, accidens vero destructio visus. Item causa reumatismus. Exemplum aegritudinis est apostema in pulmone. Accidens aut ambarum maxillarum rubedo, & gibbositas vnguium, accidens quidem dicitur respectu essentiae suae, vel per comparationem eius cui accidit. Significatio respectu considerationis medicinae ad ipsum, & processionis eius ab eo ad sciendum aegritudinis essentiam. Et quandoque contingit quod aegritudo vna alterius causa fit, vt colica sine opilio, aut paralisis, aut epilepsia. Accidens quoque plurimum causa est aegritudinis, sicut in colica dolor fortis, causa fit vt accidat sine opilio. Plurimumque etiam ipsum accidens aegritudo fit, sicut dolor capitis, qui ex febre accidit. Praeterea quandoque res vna comparatione sui & rei, quae est ante ipsam, & rei quae post ipsam est aegritudo, & accidens, & causa, verbi gratia. Febris ethica est accidens apostematis pulmonis, & est aegritudo secundum se, & est causa debilitatis stomachi. Similiter dolor capitis, qui accidit ex febre, quando figitur, ipse dolor non solum est accidens febris, sed & aegritudo in se, & plurimum est causa frenensis, quae prouenit ex eo.

De dispositionibus corporum, & causis eorum. Cap. C.I.

CORPORIS humani dispositiones secundum Galienum sunt tres. Prima est sanitas, quae est dispositio per quam corpus hominis in sua complexione, & compositione tale existit, vt ex eo operationes omnes proueniunt incolumes. Secunda est aegritudo, quae est dispositio in corpore hominis huic contraria. Tertia nec sanitas nec aegritudo est, aut quia non est sanitas in ultimo, vel aegritudo in ultimo, sicut sunt corpora senum, & conualescentium, & puerorum, aut quia ambrae in vno tempore in duobus copulatae sunt membris, vel in vno membro, sed in duobus generibus remotis, sicut qui est in complexione sanus, & in compositione aeger, aut in vno membro duorum generum propinquorum, sicut qui est sanus in figura, & non in quantitate ac litu, aut qui est sanus in duabus qualitibus passivis, & non in duabus actiuis, aut vicissitudine duarum rerum in duobus temporibus, vt sanatur in hieme, & infirmatur in vere. Isidorus vbi supra. Sanitas est integritas corporis, & temperantia, natura, ex calido & humido, quod est sanguis, vnde & sanitas dicta est, quasi sanguinis status. Morbi generali vocabulo omnes corporales passionis corporis continent, quod inde veteres morbum nominauerunt, vt ipsa appellatione mortis vim, qui ex eo nascitur demonstrarent. Inter

sanitatem autem & morbum media est curatio, quae nisi morbo congruat, non perducit ad sanitatem. Morbi omnes ex quatuor nascuntur humoribus id est sanguine, & felle, melancholia, & flegmate. Ex ipsis enim reguntur sani, & ex ipsis laeduntur in sani. Dum enim amplius extra naturam cursum creuerint, egritudines faciunt.

De Causis vniuersalibus dispositionum corporis. Cap. C.II.

AVICENNA vbi supra. Causae dispositionum corporis sunt tres scilicet antecedentes, & coniunctae, & primitivae. Antecedentes sunt causae corporales scilicet humorales, aut complexionales, aut compositionales, ex quibus aduenit dispositio aduentu non primo, sed mediante aliquo. Causae coniunctae sunt corporales ex quibus proueniunt dispositiones prouentiu primo scilicet ab aequo medio. Primitivae sunt causae non corporales, ex quibus adueniunt dispositiones aduentu primo, vel non primo. Antecedens igitur causa coniuncta communicat in hoc, quod ambe sunt res corporeae scilicet humorales, aut complexionales, aut compositae. Primitivae vero sunt, quae extra corporis substantiam existunt, aut ex parte corporum extrinsecorum, vt quod accidit ex verberatione vel aeris caliditate, vel ex cibo calido & frigido, quae corpori adueniunt. Vel etiam ex parte animae, quae aliud est a corpore, vt quod accidit ex ira, vel timore exemplum causarum accidentium est repletio febris, & repletio receptaculorum oculi, vt in ipsum aqua descendat. Exemplum causarum coniunctarum est putredo, febris, & humor, qui ad foramen descendit opilationi, & opilatio caecitati. Exemplum causarum primitivarum est caliditas solis, aut fortitudo motus, aut tristitia, vel vigiliae, vel comedere rem calefacientem, vt alia, & hoc totum febrile, & sicut sciamonea cum intrigdat, eo quod humorem calefacientem expellit. Non omnis autem causa, quae corpori aduenit in ipsum operatur, immo praeter haec tria sunt necessariae scilicet fortitudo suae virtutis agentis, & fortitudo virtutis corporis preparatiua. Et possibilitas permittendi vnum tangere aliud scilicet vt tam diu permittatur vnum aliud tangere, donec eius in illud operatio valeat peruenire. Quandoque vero causarum dispositiones in eo, quod ex eis prouenit diuersificantur. Aliquando enim ex vna causa in diuersis corporibus aegritudines diuersae proueniunt. Aliquando vero diuersificantur eius operatio in debili & forti, vel in eo qui est fortis sensus, vel debilis. Praeterea causarum aliae sunt vicariae, quarum scilicet cum separantur affectio remanet id est impressio, aliae vero non, ex quarum scilicet separatione prouenit sanitas.

De Causis necessarijs, & non necessarijs. Cap. C.III.

PRAEETEREA causa quae mutant dispositiones corporum, & illae quae conseruant, aut necessariae sunt, aut non. Necessariae quidem sunt a quibus hominem egredi est impossibile in toto tempore vite suae. Harum genera sunt 6, scilicet aer circumdans, cibus & potus, motus & quies, motus animales, somnus & vigilia, euacuatio & retentio. Causae vero non necessariae, nec impediennes sunt illae, quae sua generalitate non sunt naturales, nec naturae contrariae, & istae sunt causae corpori obuiantes, praeter aerem, qui necessarius est, vt, balneatio, frictio, & similia. Huiusmodi quidem causae in hominis corpore sunt agentes exterius, propter obuiationem duobus modis operantur. Vno scilicet modo penetratione eius, quod ex eis subtiliatur in poris corporis, aut quia membra sibi eas per poros suos attrahunt, aut quia vnum istorum ab altero iuuatur. Alius vero modus est, quando nulla operantur commixtione, sed pura qualitate corpus conuertente, & hoc quidem fit, aut quia qualitas haec est in effectu, sicut in epichimate frigiditas, quoniam infrigidat, aut quia est in potentia, sed calor innatus, qui in nobis est, commouet in ea virtutem agentem, & adducit eam ad effectum, aut propter proprietatem. Sunt autem quaedam ex rebus quae corpus obuiando mutant, & ingrediendo non mutant, vt crepe cum exterius in modum emplatri supponuntur corpori vulnerant, sed interius receptae non vulnerant. Quaedam vero res e contrario se habent, vt cerusa quae vehementer mutat cum bibitur, sed cum ex ea fit epithima, nihil ex hoc operatur. Quaedam autem sunt quae

quae neutro praedicto modo mori agunt. Cuius rei causa in parte prima diuisiōis vna sex rerum existit. Quarū prima est, quia cum huiusmodi res qualis est caepe corpus ingreditur, diuersa virtus incipit eam constringere, & cito complexionem eius mutat, eamque debilitat, nec eam tandiu incolumem dimittit, vt in tali se suam operationem perficere, eamque vulnerare possit. Alia est, quia secundum plurimum cum alia re mixta comeditur. Tertia quae in receptaculis nutriti cum aliis humiditatibus commiscetur, quae ipsam submergunt, eiusque fortitudo non frangunt. Quarta, quia quae est exterius, in vno situ figitur, sed interius se mouendo non quiescit. Quinta quae exterius valde stricta tenetur, sed interius non adherendo tangit. Sexta quia quae est interius, ipsa virtus naturalis preparationem eius regit, eiusque cito superfluitatem expellit, & in bonum sanguinem conuertit. Causa vero eius, quod ex cerusa dispositione diuersificatur est, quia cerusa caliditas naturae est, eosque partium. Ideoque quae est deforis non penetrat in poris, aut si penetraverit non vsque ad poros spiritus, nec vsque ad membra principalia prouenit. Coacta vero res est huic contraria, namque vena nola, quae est in ea non efficit impressionem, nisi impressione superflua a calore innato, qui est in nobis. Et hoc quidem non acquiritur ipsa obuiatione extrinseca,

De causis calefacientibus, & infrigidantibus. Cap. C.III.

CAUSARUM calefacientium multae sunt species, ex quibus nutrimentum in quantitate temperaturae, & motus exercitii temperatus, & frictio, & temperata compressio, vel scarificatioque abque scarificatione positio, nam illa quae cum scarificatione fit, infrigidat per euacuacionem. Motus est parum fortis ac multus, nec est superfluitas, nutrimentum quoque calidum, medicina calida, & balneum temperatum, quod aere suo, & aqua calefacit, & obuiatio rerum non superflue calefacientium, vt aeris & emplastrorum, vigiliae quoque aequales, & somnus temperatus, & accidentia similiter animae temperata, tristitia namque nimia infrigidat. Item putredo cuius proprietates est, vt caliditatem extraneam euenire faciat, & non amplius. Eius liquidum operatio est alia a calefactione absoluta, & aduatiō, quae est inter se differunt. Aduere namque est, vt humilitas, & sicca substantia separantur, ita quae illa subtiliatur, & haec descendat. Calefacere vero simpliciter est, vt oēs humores, & suas speciales naturas remaneant, sed plus calidi fiant. De calefacientibus autem est spiritus in superficie corporis, calefacit. In quia vapores retinet, & raritas intus in corpore, calefacit enim quia vapores dilatat. Gal. aut medicorum princeps, has omnes causas in 5. generibus comprehendere conuenit motu non superfluo, & obuiatione rei, quae non superflue calefacit, & materia calida, quae corpori aduenit, & ipsitudine, ac putrefactione. Infirmitas vero sunt motus superflui, qui calorem innatum superflue resoluunt. Quae quoque superflua, quae calor ipsam coadunant, & claudunt. Praeterea nutrimentum superfluum, aut diminutum, aut frigidum, medicina quoque frigida, & obuiatio eius quod superflue calefacit ex aeribus, & emplastris, & aquis termarum, haec etenim laxant corpus, & resoluunt ab eo calor innatus. Obuiatio quoque rei, quae temperate calefacit longo tempore, sicut multa in balneo morae, calor enim suffocatur innatus. Item obuiatio rei, quae secundum potentiam infrigidat, licet in praesenti calida existat. Ite retentio superfluitas, quia calorem innatum suffocatur. Euacuatio quoque superflua, quia materiam eius destruit. Ex his etiam est vehementer membra stringere, & ea stricta permittere, quia caloriam viam claudit. Item nimius amor, vel gaudium, aut deliciae, tristitiaque superflua. Artificium quoque infrigidans, & cruditas, quae putrefactioni est apposta. Galienus autem has in 6. causis solet comprehendere. Motu superfluo, & quiete, & eius quod infrigidat, aut vehementer calefacit, donec resoluatur obuiatione, infrigidante quoque materia spissitudinis vehementer, nutrimentumque nimia paucitate.

De causis humectantibus, & desiccantibus, & figuram corporum partibus. Cap. C.V.

HUMECTANTES causae sunt quietis, & somnus, eiusque quod euacuari solebat retentio, siccantis humoris euacuatio nutrimentum quoque multum, & humectans, & humectantibus quoque rebus obuiate, praecipueque balneo, & post comestionem proprie. Item medicinam humectantem accipere, & ei quod infrigidat obuiare, quando humorem retinet. Similiter

& ei quod tenuiter calefacit, quoniam humorem currere facit, praeter haec etiam gaudium temperatum. Desiccantia vero sunt motus, & vigiliae, coitus, & vehementer corpus euacuare, nutrimenti quoque paucitas, & siccitas, desiccans medicina, motum animalium frequentia, desiccantibus obuiare, in aquis stiptis balneari, frigus etiam congelans, quia prohibet membrum nutrimentum sibi attrahere. Ipsum enim membrum stringit, & ob hoc in eo opilationes accidunt, quae nutrimentum penetrare non sinunt. Ex his etiam est multum balneari, & obuiare rei vehementis caloris, quae superflue resoluunt. Ex causis figuram corporum partibus, quaedam accidunt in principio creaturae, propter quas informatiue, vel digestiue virtuti, quae sunt in spermate deficit complementum operationis suae. Quaedam autem accidunt cum a matrice fetus separatur, quaedam vero quando ligatur infans, vel quando tenetur. Sunt etiam aliae causae primitivae, quae extrinsece adueniunt, vt calis, aut percussio. Et ex his sunt causae quae accidunt propterea, quod se vult mouere antequam membra durecant, & antequam ambulare possint. Ex his etiam sunt aegritudinales causae, sicut lepra, pituita, spasmus, & extensio. Et est cum prouenit propter pinguedinem nimiam, Et est cum accidit propter superfluum materiam. Et est quando propter apostema. Et est quando propter infirmitatem situs. Et est cum accidit propter consolidationis vel eorum malitiam.

De Causis contractionis, & dilatationis pororum. Cap. C.VI.

IOHANNICIUS. Contractio pororum fit tribus occasionibus, aut nempe ex contractione attenuatoria, aut ex carnositate, aut ex coarctatione. Contractio attenuatoria vero, aut fit ex nimietate virtutis retinentis, aut ex debilitate virtutis impellentis, aut ex abundantia frigoris, aut ex abundantia contractionis comprimentis aliquam partem loci, aut ex abundantia siccitatis, vt saepe euenit ex ligatura contracta. Ex carnositate vero costringitur porus, vt si acciderit aliquod apostema, vt fiat carnositas, aut si prius euenit aliquod vulnus. Ex coarctatione cum acciderit aliquid in poris, vt humiditas siue lapis, siue coagulatus sanguis, aut aliquid latrans in eis, vt superflua caro, vel scabies de eius contrario. Largitas quoque pororum quatuor modis fit, aut ex multa commotione impellentis virtutis, aut ex debilitate retinentis, aut ex abundantia caloris, & humoris, aut ex medicamentis aperientibus.

De Causis opilationis. Cap. C.VII.

AVICENNA, vbi supra. Opilatio accidit aliquando propter causam extraneam, quae in canali accidit. Et haec aut extraneum est in suo genere sicut lapis, aut res superflua, sicut fex multa. Aut in sui qualitate ut pp sui densitate, aut viscositate, quae quia congelatum est, vt sanguisuga illa quae congelata est. Aliquando vero accidit opilatio, quia clausum est foramen propter vicis in eo facti consolidationem, aut propter additum rei nascentiam, vt carnis verrucosae claudetis. Aliquando etiam quia cannalis coarctatur, propter apostematis comprimentis vicinitatem. Aut propter sciam ex frigore contractionem. Aut propter vehementem (quae propter stipticam causam accidit) siccitatem, aut propter virtutis retentivae fortitudinem. Aut propter ligaturam fortem. In hieme quidem multa sunt opilationes, quia frigus stringit, multumque retinentur superfluitates. Ampliatur autem cannalis, aut propter retentivae debilitatem, aut propter motum expulsivae fortis, & ex hoc quidem modo est anhelium retinere. Aut propter medicinas aperientes, aut propter medicinas laxantes calidas, & humiditas. Coangustantur vero canales ex harum causarum contrarijs, & propter opilationes. Asperitas autem accidit, aut propter causam medicinam, quae vehementer abstergit sua incisio, sicut superfluitates acetosae, aut sua resolutione sicut spuma maris, & superfluitates acutae, aut propter causam stipticam, quae propter siccitatem suam exasperat, sicut res ponicice, vel frigidae, quia constringunt, aut propter res terrestres, quae super membrum iacent sicut puluis. Lenitas causa autem est glutinosa, propter sui viscositatem, aut subtiliter resoluens, quae materiam subtiliat, & ipsam currere facit, & spissitudinem a membri superficie remouet.

De

Retentio autem eius, quod euacuari debet, aut est ex debilitate virtutis expulsiua, aut ex fortitudine retentiu, aut propter debilitatem digestiuam, qua mora rei in receptaculo prolongatur, eamque retinent virtutes naturales, donec digestio compleatur, aut propter viarum coangustationem, aut propter materiae multitudinem, quam expulsiua superare nequit, aut propter eius crassitudinem, & viscositatem, aut propter defectum sentiendi illud, quod necesse est expelli, sicut accidit in colica, & hysterica, quia plerumque in expellendo virtus adiuvat voluntaria, aut quia virtutes naturales ad partem tendunt, sicut in cribus accidit vrinæ, vel egestionis retentio, eoque in altera parte est critica euacuatio. Cum itaque retentio eius quod euacuari debet acciderit, inde proueniunt ægritudines, vt ex ægritudinibus compositionis opilio, & laxitas, & spasmus humidus, & similia. Ex ægritudinibus autem complexionis putredo, & calor innati, contrictio, vel in igne tatem conuersione, vel etiam eiusdem ex prolixitate, ac fortitudine contrictionis extinctio. Ex communibus autem ægritudinibus sunt fistula receptaculorum, & eorum diruptio. Fastidium quoque est vna ex deterioribus causis harum ægritudinum, & proprie cum euenierit pluraquam vacuitas euenire consuevit, sicut in multa saturitate tpe fertilitatis post famem superflua sterilitatis accidit. Ex ægritudinibus autem compositis sunt apostemata & hothor. Porto euacuatio eius, quod retineri debet, est, aut propter fortitudinem virtutis expulsiua, aut propter debilitatem retentiu, aut propter materiae grauitatem, vel multitudinem aut distensionem, propter sui viscositatem, aut propter eius indurationem acrimoniam sua, vel propter subtilitatem, aut propter viarum amplitudinem, vel fistulam aut in seisione, vel propter orificiorum eorum apertionem, sicut accidit in exitu sanguinis e paribus. Et hæc largitas prouenit ex causa accidente interius aut exterius. Cum igitur acciderit euacuatio eius quod retineri debet, hæc de causa frigidius complexionis eueniat, propter euacuationem materiae, quæ apta erat ad accendendum, & innati calorem nutriendum. Itaque superflua euacuationem sequitur frigiditas, & siccitas in substantia membrorum, in natura eorum, licet extraneus calor, & humiditas non bona accidat ali cui ipsorum. Ipsam quoque sequuntur ægritudines instrumentales, vt opilio, venarumque siccitas. Sequitur etiam illam spasmus & euse, Retentio autem & euacuatio, quæ sunt æqualis, illæ in hora proueniunt necessaria, confecturæ, & vitam sanam custodiunt.

De Dolore, & causis eius. Cap. CIX.

Dolor est sensibilitas rei contrarie. Omnes autem doloris cause duobus generibus comprehenduntur. Scita mutatio ne complexionis, & solutione continuitatis. Mutatio complexionis cito facta est malicia complexionis diuersa, per quam intelligimus, quod membra in sui substantia complexionem habeant mansuam, deinde adueniat vis complexio extranea, huic contraria, calidior. Caut frigidior, quæ erit; dumque virtus sensibilis aduentum rei contrarie sentit, efficitur dolor, quoniam dolor non est nisi contrarie rei contrarietatem sentit. Malitia vero complexionis mansuæ nullo modo dolorem efficit. Res. n. dolorem non patitur, nisi per contrarium adueniat, quod eam mutat ad illud quod non erat. Ob hoc ethicam habens non tantum sentit inflammationem, quantum habens effimeram, aut tertianam, licet ethicæ calor calore tertianæ sit maior, quia mansuus est, & in substantia principalium membrorum infixus, tertianæ vero calor est veniens a vicinitate calidi humoris ad membra, in quibus adhuc ipsorum complexio naturalis ita confertur, ut si humor recesserit, membrum in sua complexionem remanebit, nec calor iste figetur in eo, nisi inuata fuerit in ethicam ægritudinem. Non autem omnis malitia diuersæ complexionis est causa doloris, immo calidum, vel frigidum essentialiter, & siccum accidentaliter, humidum vero nullo modo dolorem faciunt. Calor enim & frigus sunt qualitates agentes, siccitas, & humiditas patientes, quantum virtutes non sunt, vt per eas corpus imprimatur in corpus, sed vt per eas a corpore corpus imprimatur. Siccitas autem per accidens dolorem facit, quia ipsa est causa, quam sequitur alterius generis causa. I. solutio continuitatis. Siccitas a. quandoque propter contrictionis suæ fortitudinem facit continuitatis solutionem. Galieni vero eam verificatur in tentio, ad hoc eam reducit, vt essentialis causa doloris, non sit nisi solutio continuitatis, & quod calidum dolorem non fa-

cit, nisi propter hoc, quia continuitatem soluit. Similiter nec frigidus dolor efficitur, nisi quia solutio continuitatis ipsam coarctatur, propter spissitudinem enim quam facit, & multa coadunationem, proculdubio sequitur, vt partes ad locum trahantur, vbi spissantur, & sic a loco separantur a quo trahantur. Per hanc itaque sententiam in quodam librorum suorum adeo processit, quod opinari facit omnia sensibilia passiuè nocuè tum facere propter huiusmodi separationem, aut propter eam quam sepatio sequitur coadunationem, sic itaque nigrum in invisibilibus efficit dolorem propter coadunationis suæ fortitudinem, album quoque propter disgregationis suæ vehementiam, amarum similiter, & salum, & acetosum in gustatis dolorem efficiunt, quia fortiter dispergant, ponticum autem, quia vehemens fit per ipsum coadunatio, quam proculdubio sequitur sparsio. In odoratis similiter, & in foribus, sonis dolor fit, eo quod dispergant propter motus aeris fortitudinem cum lamach obuiauerit. Certa vero dictio super hoc est, vt complexio nis mata: o ponatur genus, ex quo dolor essentialiter proueniat, licet cum eo eorumque separatio contingat, huiusmodi tamen declaratio verificata non continetur in medicina, sed in naturali philosophia.

De Multiplici dolore, & causis eorum. Cap. CX.

Dolorum haberi nomina, 15. sunt genera. I. pruritius, asperatus, pignitius, extensus, compressus, contusus, vel corrosus, frangitius, laxatiuus, perforatiuus, acualis, supelatiuus, pulsatiuus, grauiatus, fatigatiuus, modicatus. Causa pruritii doloris est humor aeris acutus, & falsus. Asperatus vero humor asper. Pignitius autem causa est humor, quæ panniculum extendit in latitudine, sicut eius separatio continuitatis, & plerumque quid in sensu non est quælis, aut propterea, quod partes illius quod ex eo inuolutum est non sunt in dante ac lenitate, vel in suo motu similes, aut propter hoc, quia partes corporis, membrum non simulatur, aut propter naturam aut propter nouum, quod aliquid suarum partium accidit, & non alij. Porro causa doloris extensus est ventositas, aut humor qui neruum aut musculum extendit, ac si ipsum ad suas extremitates, trahat. Causa doloris compressus est materia, quæ membro locum suum coangustat, aut ventositas, quæ ipsum coangustat, sicutque quasi desuper comprimitur, & contunderet. Causa doloris contusus, vel corrosus est materia, quæ inter musculum & panniculum suum resoluunt, & panniculum extendit, eiusque continuitatem eum lacero, quæ inter panniculum, & membrum exitu soluit. Causa doloris frangitius est materia, vel ventositas, quæ media in reponitur inter os, & panniculum qui ipsum tegit aut frigus qui illi panniculum fortiter frangit. Causa doloris laxatiuus est materia, quæ musculi carnem extendit, & non ipsius chordam, & vocatur hic laxatiuus, quia musculus neruo laxior exiit, & panniculo. Perforatiuus doloris causa est materia corrosa, vel ventositas, quæ retinetur inter tunicas membri duri, & crosi, sicut intestini coloni, quæ incessanter ipsum rumpit, & in ipsum penetrat stimulando, quasi perforaret terebro. Acualis causa doloris est ipsa eadem materia in huius membro, sed retenta est in hora qua rumpitur. Stupefactiui causa doloris est aut fortis frigoris compulso, aut perorum penetratio spiritus sensibilis, quæ ad membrum venit clausura est ligatura, aut receptaculorum repletio. Causa pulsatiui doloris est apostema calidum, frigidum, n. dolorem non efficit, nisi conuertatur in calidum. Causa grauiatiui doloris est apostema in membro non sensibili, sicut in pulmone, & rene, ac plene. Illud n. apostema in grauitate sua inferius trahit, membrumque deprimitur per sensibile fasciâ ipsum circumdantem, & suspensio a quo oritur fasciæ, & fasciæ quidem, & suspensio sentit, quæ inferius trahitur, apostema in membro sensibili, cuius sensum iam ipsa destruxit ægritudo, sicut cancer in ore stomachi, cuius ponderositas sentit, nec tñ efficit, eo quod ipse sensum destruxit, fatigatiui causa doloris est aut labor, aut humor extendens, aut humor mordicans, aut ventositas inflans. Ex his autem compositionibus proueniunt, de quibus postea dicitur.

Iterum, De causis doloris. Cap. CXI.

Motus dolorem efficit per id, quod cum eo accidit, aut extensione, aut concussionem, aut rupturam. Humores autem mali dolorem efficiunt, aut propter ipsorum qualitatem, vt quando mordicationem faciunt, aut propter suam multitudinem,

rudinem, vt quando extendunt, aut propter hoc quod ex vtraque coniungunt. Ventositas quoque dolori facit propter con tensionem. Est aut ventositas extendens, aut in membrum concausibus, eorumque; ventriculis, vt inflatio in stomacho, aut in tunica membrorum & eorum villis, sicut in colica ventosa, aut in tunica musculorum, & sub puniculis etiam super ossa, aut in circumcitis musculorum inter ipsos, & carnem laxam & eutem, aut occulta est in membro, sicut musculi pectoris occulti sunt. Ipsius autem resolutio sine subito fit, sine multo tpe moritur, est enim materiae suæ multitudinem, & paucitatem. Idem in 4. canone. Atomata oia faciunt sorda. id. dolorem capitis, sine sint calida, sine frigida. Verumtamen quæ succedunt expellunt, se, quæ præcedit illud, quod vaporis sui caliditate nocet, & succedit ei quod vaporem frigidum facit, aut e conuerso. Cum autem non qualitate solum, sed quantitate fit læsio, tunc non cõfert, sed nocet ipsorum successio. Idem in i. canone. Dolor autem virtutem distulit, membraque; prohibet ab operationibus suis. Nam etiam membra spiritalia prohibet ab operationibus suis, vel eius operationem distulit, aut cum facit interfectum aut fruentem, & omnino secundum naturalem cursum, & plerumque quidem membrum in primis calefacit, postmodum infrigidatur, propter illud quod resoluit, & vicit de spiritu, & vita.

De Causis deliciarum. Cap. CXII.

Deliciarum quoque causa duobus generibus comprehenduntur, vnum est eius quod complexionem naturalem subito reducit ad hoc, vt ipsa sentiat. Alterum autem est, quod naturale conuincit subito reducit, nulla namque res, quæ non subito veniat, sentitur, neque ex ea delicia habentur. Est autem delicias sentire conueniens. Et o quidem sentire per virtutem est sensibile, & sentire est propter passionem sui. Cumque sentire fuerit cum conueniente, aut non conueniente, erunt deliciae, aut dolor, secundum illud quod imprimatur. Præterea quia tactus spissior est cunctis sensibus, magisque retinet illud, quod recipit ex impressione conueniente, ob hoc eius sentire circa conueniens, cum ei natura obuiat maiorem est deliciarum. Eius quoque sentire circa rem in conueniente deterioris est doloris, quam illud quod est proprium virtutibus ceteris.

De ægritudine, & eius speciebus. Cap. CXIII.

Iohannicus. Sanitas est temperamentum perficiens res naturales, secundum cursum naturæ. Infirmas autem est tpania extra naturæ effectus, unde fit læsiones plurimæ 3. horas. I. horam principii, augmenti, status, declinationis, quæ vero extra illas sunt, de horis sanitatis sent. Hora quidem principii est tps in quo ægritudo apparet, & eius similitudo dispositiones, neque apparet in ea augmentum eius. Hora augmenti est tempus in quo ægritudinis manifestatur contrictio. I. grauamen omni hora post horam. Et hora status est hora in qua ægritudo in omnibus suis partibus, & in vna manet dispositionem. Et hora declinationis est tempus, in quo eius apparet diminutio. Ægritudines autem multis modis nomina fortuntur. Aut enim a membris in quibus sunt, vt illa quæ ex lateris, vel pulmonis, aut a suis accidentibus, vt epilepsia, aut a suis causis, vt melancholia, aut a sui similitudine, vt leonina, & elephantia, aut a sui substantia & essentia, vt febris, aut ab illo cui primo dicuntur accidisse, vt vlcera balchia, aut ab eo qui eas medicat do fertur eutasse, vt caronis vlcera. Sunt aut ægritudines quædam manifeste, quæ sensu cognoscuntur. Quædam occulte, & hoc tripliciter. Aut quas facile est cognoscere, sicut dolores stomachi, & pulmonis, aut quas difficile, sicut ægritudines epatis, & canaliculis pulmonis, aut non comprehenduntur nisi cum æstimatione, vt ille, quæ accidunt viis vrinæ. Præterea quædam sunt sanatiua, quædam non, eo quod sit aliquod prohibens. Quædam autem quæ ad alias mutantur, & ipse destruantur, vt cum mutatur apostema lateris in apostema pulmonis, & frensis in litargiam. Quæque est vna ægritudo, medicamentum est alterius, vt quartana, ex qua frequenter sanatur epilepsia, & podagra, & varices, & articularum dolores. Venit quoque sanatur propter oculorum ægritudinem, & lienteria sanat apostema lateris. Similiter autem venari apertio, cõfert omnia melancolicis ægritudinibus, & schia, & renu, ac matricis doloribus. In hoc ergo consistit bonitas. Quandoque vero mutantur ægritudines

in maioris malitiæ dispositiones, vt apostema lateris in apostema pulmonis, & frensis in litargiam. Præterea quædam ægritudines contagiosæ sunt, quæ s. de vno ad alium transeunt, vt lepra, scabies, variola, febris pestilentialis, & apostemata putrida, præcipue autem cum domus stricta fuerit, vel cum vicinis sub vento exierit. Sunt etiam quædam quæ in femine hereditantur, vt podagra, ptisis, & lepra. Quædam vero generales, quæ sunt alieni genti propriae, aut in aliqua regione morantibus, aut in eis multum abundant.

De Simplicibus ægritudinibus complexionis. Cap. CXIII.

Alii vbi supra. Morborum genera sunt tria. Nam Galie, & Hypo. tradunt fieri morbos egressu membrorum in complexionem sua a naturali temperantia. Membrorum autem cõpositio triplex est. Prima est membrorum partibus suis cõsimilium ex humoribus facta, vide & hæc ipsa membra cum egressa fuerint a sua tpania, inobis cõsimilium partium d. Secunda membrorum instrumentalium ex membris cõsimilibus, quorum a tpania morbus recessus organicus, sicut officialis vocatur. Tertia est totius corporis ex instrumentalibus membris, aliorum cum aliis continuatione. A qua cum recedant, morbus ille distregatio, vel separatio continuitatis appellatur. Hic autem morbus. I. separatio cõis est, & membris officialibus, & membris cõsimilibus. Ideoque morbus cõis, sicut vniuersalis nominatur. Sic ergo morbi genus est triplex. I. cõsimilis, & instrumentalis, & vniuersalis. Morborum autem cõsimilium species sunt duæ. Aut. n. simplices sunt, & hi quatuor. I. calidum, frigidum, humidum, siccum. Aut compositi, & hi quoque totidem numero scilicet calidus & humi. calidus & sic. frigidus & humidus. frigidus & sic. Iohannicus. Ægritudinum cõsimilium, sicut quæ partium habent similitudinem. I. sunt species. I. quatuor simplices, & quatuor cõpositæ. I. frigidæ & humidæ. frigidæ & sic. calidæ & hu. cali. & sic. Huius. I. per singulas duo modi sunt. Aut. n. sunt ex qualitate simplici, aut ex alterius humoris commixtione. Ex qualitate simplici est infirmitas, quæ solidis accidit, membris, & Græce dicitur ethica. Est & alia ægritudo, quæ ex humoribus accidit, ex eius putredine facta. Est ægritudo frigida, quæ sine humore aliquo contingit, vt algor ex nimia frigida te aeris, aut niuis. Est & alia quæ aliquo humore frigido prouenit, vt paralytis, quæ fit in toto corpore, vel in parte.

De Causis ægritudinum complexionis. Cap. CXV.

Alii vbi supra. Morborum partium cõsimilium, qui dicitur morbi malæ complexionis, quatuor cause sunt. Prima est calidi morbi causa, secunda frigidi, tertia humidæ, quarta sicci. Morbi calidi sex cause sunt. Prima est motus immoderatus, aut corporis, vt labor, aut aia, vt ira grauis. Secunda obuiatio corporis aliquibus in actu calidis, est calor solis in æstate, vel in balneo mora diurnior. Tertia est spissatio pororum, & arctatio, quæ calorem dissolui prohibet, vt cuncti per niues contingit, aut aqua frigida balneanti. Quarta est putredo, vt illa quæ febris parit, cum caleat o quod patreleat. Quinta est ciborum paucitas. Calor namque, si in quo operetur non inuenit, ad humores, & membra se conuertit, eaque calefacit, & humiditate deficcet. Sexta calidorum potentialiter appositio & potredio, sicut illi fit qui cæpas, allium, piper, & cõsimilia comedit. Morbi frigidi cause sunt octo. Prima est occursus corporis cum rebus actualiter refrigerantibus, sicut accidit ambulanti per niues, & ærea frigida, si diutius in eis immoretur. Nā si quidem diutina sic talis mora, calefit, eo quod calor corporis interius concluditur, si vero diuturnus in eis perseveretur, calor naturalis ad interiora corporis refugit, & coagulatur, sicut congelatur. Secunda est aliquorum potentialiter frigidorum sumptio, vt est aqua frigida, vel lactuicæ cum papauere comestio, vel opium. Tertia est ciborum, potuumque; tanta superfluitas, vt calor naturalis submergatur, & extinguitur, sicut igni contingit si nimiam lignorum copiam in eum profeceris, & lucernæ si olei nimium apposueris. Quarta est immoderata ciborum priuatio, sicut accidit igni si ligno materiaque priuatur, deficit enim & ingelatur. Quinta est spissatio pororum immoderata, quæ superfluitates arctet, quæ dissoluebantur, eisque calor naturalis immergitur, & extinguitur. Sexta est immoderata dissolutio corporis, intantum vt dissoluatur etiam, ac dispergatur calor naturalis, sicut in balneo diutius immoranti contingit, ex corporis dissolutione, materiaque per sudorem euacuatione. Septima est nimia motus immoderatio, intantum vt calor naturalis dissoluatur, ac dissipetur, sicut corpus refrigeretur. Octaua est, immoderatus vsus quietis, & ocij,



ocij, quo superfluitates multiplicatur in corpore, quibus vniuersus calor naturalis extinguatur, ac deperat, Morborum humorum .s. sunt causae. Prima est alicuius humidi per actum occurfus, vt balnei, & aeris humidus. Secunda est eorum quae comedantur, & bibuntur superabundantia. Tertia ciborum, & medicaminum, quae corpus humectant potestio. Quarta nimius quietis, & ocij vsus, quo superfluitates in corpore congregantur, pillsaeque ipsam humectant. Quinta est prohibito eorum, quae a corpore humido dissoluantur, eorumque coelatio. Morborum denique fecorum causae similes sunt. 5. causis humorum morborum contrariae.

De Aegritudinibus compositis. Cap. CXVI. Vicena vbi supra. Compositiones aegritudinis quatuor comprehenduntur generibus. Sunt enim aegritudines creaturae, quantitatis, numeri, situs. Aegritudinum creaturae 4. sunt genera. Primum est aegritudo figurae, quae est cum a cur su suo naturali figura mutatur, & inde prouenit nocuumtum, sicut est torura recti, & rectitudo torti, quadratura rotundi, & rotunditas quadrati. Secundum est aegritudo viarum, & habet 3. species, aut enim dilatantur, aut costringuntur, aut clauduntur. Tertium est aegritudo receptaculorum, & ventriculorum, et huius 4. sunt species, aut enim sicut maiora, & dilatantur, sicut testiculorum dilatatur folliculus, aut minorantur, & costringuntur, sicut stomachus, & sicut cerebri ventriculus, cum est epilepsia, aut opilatur, & implentur, sicut ventriculi cerebri, cum est apoplexia, aut euacuatur, & deseruntur, sicut ventriculi cordis sanguine, quando gradium multum, vel timor perniciosis adest. Quartum est aegritudo superficierum membrorum, & est bipartita. Aut enim quia fit leue, quod debet esse asperum, vt stomachus, & intestina quando leniuntur. Aut conuerso sicut trachea arteria, quando exasperatur. Aegritudinum quantitatis duae sunt species. Aut enim sunt ex genere augmenti, sicut elephanta, aut ex genere eius contrarij scilicet diminutionis, sicut prius. Aegritudo quoque numeri duas habet species bipartitas. Aut enim est ex genere augmenti, & hoc quidem augmentum aut est naturale, sicut dens, vel digitus additus. Aut non naturale, sicut glandula, aut est ex genere diminutionis, & diminutio haec, aut est naturalis, vt cum alicui digitus non creatur, aut non naturalis, vt cum alicui digitus abscinditur. Aegritudines situs quatuor sunt, & dicitur situs secundum Gal. pro loco, & pro societate. Est autem huiusmodi exitus membri a iunctura sua, aut vta suo moueatur sita, ita q non egrediatur sicut fistula, quae contingit intestinis, aut vt moueatur subito motu in eo non secundum cursum naturalem neque voluntarium, sicut tremor. Aut in suo loco figatur, & non ab ipso moueatur, sicut cum in podagra iuncturae indurantur. Aegritudo societatis omnem colligit dispositionem, quam habet membrum comparatione ad aliud sibi vicinum, siue propinquet ei, siue elongetur ab eo, non secundum cursum naturalem.

De Solutione continuitatis. Cap. CXVII. Solutio continuitatis accidit plerumque cuti, & vocatur excoxiatio, vel scarrificatio, plerumque vero carni, quae est ei propinqua, in qua nondum factum est pus, & vocatur plaga, cum enim fit ibi pus vocatur vlcus, fit autem pus in ea propter hoc quod in ea superfluitates euacuatur, quia debilis est, & quia sui nutrimentum digerere non potest, & superfluitas in ipsum conuertitur, plerumque tamen dicitur plaga, & vlcus solutio continuitatis, quae accidit cuti, & non carni. Quandoque autem accidit ossi, & ipsum in partes frangit, aut secundum longitudinem cadens ipsum findit. Contingit etiam vt cadat in cartilaginibus secundum tres diuisiones, aut vt accidat nervis, sed si secundum latitudinem acciderit vocatur incisio, si secundum longitudinem, & eius numerus non fuerit multus, vocatur fistula, si vero multus fuerit confusio. Item plerumque fit in partibus musculi, quae si in eius extremitatem acciderit, vocatur attritio, si secundum eius latitudinem peruenit, separatio. Si vero secundum longitudinem acciderit, & fuerit numerus eius paruus, & concauitas magna, vocatur liquefactio, vel amplificatio. Quod si partes multae fuerint, & dilatetur, & concauetur, vocatur attritio siue dissolutio, si autem arterijs ac venis acciderit, vocatur apertio. Et si secundum longitudinem vocatur fistula. Et est etiam cum hoc contingit secundum modum comparationis orificiorum earum, & vocatur perforatio. Quod si arterijs acciderit, & non clausa fuerit, & ex ea sanguis ad receptaculum, quod ipsum circundat, exierit, donec receptaculum illud impleatur, & cum premitur, ad arteriam reuertitur, vocabitur mater sanguinis. Alij tamen homines omnem sanguinis egressionem ab arterijs matrem sanguinis vocabant. Debes autem scire, q non omne membrum imparis dissolutionem tolerat. Cor enim non tolerat, quia prius accidit

mors, si in panniculis, & diastigmatibus ruptura, si vero inter duas partes membri compositi cadit, vnam ab alia separat, ita vt simplici membro non noceat, separatim vocatur, & dislocatio. Et si accidat nervo, qui de loco suo remouit, vocatur ruptura. Quandoque etiam fit in foraminibus, & dilatantur. Et quandoque fit in locis vbi foramina non sunt, ibique facit ea quae non fuerunt. Solutio quidem continuitatis, & vlcera, & his similia, cum in membro bonae complexionis fuerint, cito sanantur. Cum autem in membro male complexionis longo tempore resistunt, quanto magis cum in corporibus illorum contingunt, qui patiuntur hydropsim, aut coarctationis malitiam, aut leptam.

De Compositis aegritudinibus, ceterisque nocuumtis corporis. Cap. CXVIII. Aegritudines autem compositas, non quilibet conuenienter intelligi volumus, sed illas ex quibus conuenienter vna prouenit aegritudo, sicut est apostema in quo omnia reperiuntur aegritudinum genera. Ibi enim complexionis reperitur malitia, ex hac enim cum materia omne accidit apostema. In eo quoque compositionis malitia, quia semper cum eo prouenit laesio in figura, & dimensione. Plerumque etiam adest cum eo situs aegritudo. Inuenitur etiam in ipso communis aegritudo, quae est continuitatis solutio, du in membro apostemato materia superfluentes euacuatur, & inter partes ipsas penetrant. Quaedam autem res extra aegritudines existunt, quae tamen cum eis numerantur, haec sunt res, quae in decoratione egrediuntur, quatuor aliae consistunt in pills, aliae in colore, aliae in odore, aliae in figura post colorem. Aegritudinum pilorum genus consistit in alopecia, & detractione, & paucitate, & breuitate, subtilitate, & crositate, crispitudine, & multa leuitate, canicie quoque, & qualicunq; coloris alteratione. Nocuumtum coloris quatuor generibus continetur. Vnum est eius mutatio, propter malitiam complexionis cum materia, sicut ictericia, aut siue materia, vt gipsetica, quae fit in colore pp complexionem valde frigidam, & citrinis quae accidit propter complexionem valde calidam. Aliud est eius mutatio pp causas manifestas, vt sol, & frigus, & ventus colorem mutant. Tertium genus est expansionis corporum extraneos colores habentium super curam, quae colorem desert, sicut morphea nigra, aut quae ibi nascuntur, sicut lentiginis, & macula. Quartum est genus vestigiolorum, quae proueniunt ex consolidatione solutionis continuitatis, sicut sunt vestigia variolarum, & vlcerum foramina. Nocuumta figurar post colorem sunt, aut macies superflua, aut crosicities.

De Accidentibus morbis sequentibus, & causis eorum. Cap. CXIX. Alii vbi supra. Morbus quidem per seipsum sine medio actionis officit. Accidens autem est nocuumtum ipsius actionis, morbi sequens. Igitur & morbos accidentibus causis esse constat. & accidentia signa esse, quibus morbi signantur, sicut accidit est inest stomacho mala complexio, vt illam sequatur mala digestio, tanquam scilicet sui. Mala itaque digestio, eo q sequitur malam stomachi complexionem stomachi accidens est, ex eo vero q per ipsam mala significatur stomachi complexio, signum est, nec est aliqua dicitur inter accidentia, & signa, nisi in eorum vsu. Igitur accidentium morbos sequentium tria genera coia sunt. Vnum quod in nocuumto apparet actionum. Secundum in habitudinibus eorum, quae de corporibus exeunt, duorum autem extremorum causa est genus tertium, habitudines .n. corporum & superfluitatum, q a corporibus emittuntur, & habitudines actionum sequuntur habitudines incommoedorum, q ipsas faciunt. Si ergo membro incommoedo accidit, eius actioni nocet, & cu actioni nocuumtum acciderit, ei qd ab ea efficitur oberit, iuxta quantitatem incommoedi, qd accidit. Verbi gratia. Si virtus attrahens, q in felle est, ab attrahendi colera re. actione deficiat, & in purgationem sanguinis ab ea debilitetur, in sanguine reuanebit, ac per totum corpus cum eo diffundetur, qua ex re color in croceum mutabitur, rubiginosus, & ictericia. Immutatur & vna color, & ad eorum inclinatur, & subrufum, eum ipsa sanguinis aqua fit & colamentum. Incommoedum autem membro, aut ex corruptione naturalis complexionis accidit, cum ab ea. sicut in calore vel frigiditate, aut in siccitate, & humiditate distulerit, aut ex malitia figurae ipsius, vt si ei apostema fiat aut euellatur, aut minusatur, aut ex separatione continuationis, cum ei scilicet incisio, vel continuatio, vel illisio, vel aliquid huiusmodi euenit. Actiones autem (vt dictum est) sunt tres, scilicet animalis, naturalis, vitalis. Et vnicuique earum tribus modis accidit nocuumtum. Aut enim immoederatur, & vehemens est, ita q actionem omnino cessare facit, vt caecitas visum, surditas auditum. Aut eam imminuit, vt caligo

caligo, & auditus malus. Aut habitudine immutat, vt accidit, ei qui in conspectu suorum oculorum imaginatur se videre cunctas, vel multas, vel aliquod simile capillis aut filis, & sicut ei cuius debilitate immutatur auditus.

De Accidentibus virtuti regenti, i. totali menti. Cap. CXX.

Virtutis autem animalis sunt tres actiones, scilicet actio regens, & sentiens, & voluntarie mouens. Regens quidem est actio fantasia, & cogitatio, ac memoria, & haec simul omnes dicuntur mens. Nocuumtum autem menti tripliciter accidit, aut enim omnino deficit, aut imminuitur, aut immutatur. Causa defectionis eius, aut est complexio mala, frigiditate corporis, quae substantiae cerebri dominatur, & si quidem fiat eius aduentus paululum ac pedetentim obstupescit, & in somno submerso, aut est mala cum frigida materia, sicut humore flegmatico, qui ventres cerebri replet, aut simul omnis subit, & fit abinde apoplexia, aut quosdam tantum, & alios non, nec opilat illos omnino, sicut epilepsia. Imminutionis quoque; mentis causa est complexio mala, & haec aut frigida est, & debilis, cerebro dominans, sicut turbatio rationis, vel mentis, vel somnus immoderatus. Aut calida, sicut inde desipit, aut humida, & obstupefactionem efficit, aut siccata, & molestant vigiliae. Aut vero fit haec ex mala cum materia complexione. Et si quidem materia flegmatica est, apostema facit in duobus proae cerebri ventriculis, sicut inde liturgia, id est obliuio. Si vero materia calida est colerica, cerebroque dominatur, aut eius operum entis, & facit apostema, frenesis generatur, quam sequitur & febris, & alienatio mentis, aut si apostema cum ea non sit infansia fit, & sequitur eam sine febre mentis alienatio. Si autem materia composita sit ex flegmate, & colerica rubra, cum generatur, quae est obstupescit eum vigilis. Si vero materia sit colera nigra, & sine apostemate, fit melancholia nigra, quae vocatur desipientia. Quod si materia multa sit, & ventriculo puppis cerebri dominata fuerit, oritur passio, quae dicitur mentis congelatio. Porro cum ipsa mens immutatur, siue aliter est quam expedit, hoc fit aut ex mala complexione frigida, & siccata, sed debili, sicut abinde timor, & formido, aut ex vapore frigido, & sicco, sicut ab eo melancholia quae hypochondria vocatur, aut ex humore calido, & flegmatico, qui in venis, quae circa cerebrum feruntur multiplicatur, & inde ver tigo stupor generatur. Haec sunt accidentia, quae totalitati mentis accidunt, & causae eorum.

De Accidentibus fantasia, & cogitationi, & memoria. Cap. CXXI.

Et quia mens est fantasia, cogitatio, & memoria, quarum vnicuique sedes, & habitatio est in proprio cerebri ventriculo, quando alicui ventriculorum horum sine alijs incommodum acciderit, eius nocuumtum accidit ipsius actioni, duaeque aliae liberantur. Quae si quod incommodum proae cerebri acciderit, fantasiam nocet. Quae aut omnino deficit, in tantum, vt ea quae praesentia non sunt, homo videre sibi videatur, licet praeteritorum memoria remaneat. Aut imminuitur, & imaginatur res fantasia debili, aut aliter quam expedit est, vt aliter res, quam earum forma, figuraque; fit intueri videatur. Quod si medio cerebri ventriculo incommodum acciderit, aut omnino cogitationem annullat, ita vt inter ea quae facienda sunt, vel non, penitus non discernat. Aut certe imminuit, aut malam efficit, & dicitur huiusmodi habitu mentis alienatio. Si vero puppi cerebri acciderit, memoriae nocet, & aut omnino memoria cessat ab homine, ita vt obliuiscatur omnia quae facit, & dicitur memoriae priuatio, aut imminuitur, ita vt nisi proxima reminiscatur, & dicitur obliuio, aut alia sit quam oportet ipsius habitudo, & memoriae malum appellatur. Hoc autem accidentium singulorum cum sint mentis actionum, fit euentus ab eisdem causis, a quibus & totius mentis, proueniunt accidentia mala, scilicet a complexione frigida, vel materia frigida. Opium quidem, & mandragora, haec operantur accidentia complexionis, sua frigiditate nimia.

De Accidentibus virtuti sentiensi, & primo de sensus, visus, & organo. Cap. CXXII.

Haec de actionum regentium accidentibus diximus, nunc de accidentibus in actiones sentientes ingredientibus differamus. Et primo de accidentibus visus, cum sit omnium quinq; sensuum primus ac subtilissimus. Itaque visus tripliciter nocuumtum patitur, aut enim omnino deficit, & Speculum Doctrinale.

caecitas dicitur, aut imminuitur, & obsecratio vocatur, aut aliter quam rectum est se habet, vt cum quaedam, quae non sunt haec videre sibi videatur. Haec autem nocuumta, visui tribus ex causis accidunt. Prima est ex primo visus organo, qui cristallinoides humor dicitur, quia scilicet aliquod incommodum illi accidit. Aut quia videns spiritus ad oculum visque, non deducitur, aut quia membrorum aliquid quae cristallinoides vitilitati parata sunt, impeditur. Incommodum ei accidit, aut ex consimili partibus morbo, vt si refrigeretur aut calefiat, aut humectetur, aut exiccetur, aut ex organico morbo, vt si loco suo moueatur. Et si quidem ad interiora moueatur, oculus ea de causa fit glaucus, si ad posteriora niger, haec duo visui non obstant. Porro si ad superiora, vel inferiora moueatur, haec de causa hominem contingit vnum aliquid, tanquam duo aliqua intueri, eo q lumen ab vno dirigitur oculosum a superioribus, & ab alio ab inferioribus. Intueritque; homo oculo, cuius lumine ab inferioribus dirigitur, rem quasi dimissam. Alia vero cuius lumen a superioribus procedit tanquam altiore, & accidentis huiusmodi strabotitas dicitur. Quando vero dextrorsum aut sinistrorsum oculus mouetur, accidit hominem vnum quidem non quasi duo intueri, quia lumen ex singulis oculis per vnam lineam procedit, & ob hoc incommodum istud visui non nocet.

De Accidentibus spiritui visibili. Cap. CXXIII.

Nocuumtum autem quod visui obest, eo q videns spiritus minime rectus feratur, procedit, aut quia ventriculi proae cerebri, qui cum mittunt, aliqd patiuntur incommodum, aut nervo concauo aliqd incommodum factum est, aut quia spiritus ipse a sua natura egressus est. Proae ventriculis accidit incommodum, aut ex mala complexione calida, vel frigida, vel humida, vel siccata, aut ex organico morbo, vt apostemate, aut ex continuationis separatione. Nervus aut concauo accidit incommodum ex opilatione, quae quidem ei fit, aut ex humore crosso, & viscoso, aut ex compressione. Egressus spiritus a natura sua est, aut in sua qualitate, aut quantitate, aut simul in vtroque; in qualitate quidem, vt si densetur, & inde visus paucitas fit, aut si subtilierit, & inde visus melior fit. In quantitate vero si augmentata fuerit, & inde visus quoque; melior efficitur, aut imminuitur, & inde visus debilitatur. Si vero qualitas est quantitate composita, quatuor sunt compositiones humorum. Si fuerit spiritus subtilis, & multus, quamlibet rem, & de prope, & de longe bene intuetur homo. Multi namque; spiritus est in loca remotiora se extendere. Subtilis aut spiritus est comprehendere qualibet optima comprehensione. Si vero multus sit & crosus, quod longius est huiusmodi ritus multitudinem videt, non tamen bene, quia crosus est. Porro si paucus sit, & subtilis, quod proximum est optime videt sua subtilitate, non autem intuetur longinqua, propter sui paucitatem. Quod si paucus sit, & crosus, quod remotum non videtur sui paucitate, nec quod proximum est praecrositate.

De Accidentibus pupilla foramini. Cap. CXXIII.

Quae vero accidunt visui pp incommodum alicuius membrorum, q in auxilium cristallinoides humores parata sunt, sunt incommoda ea, qd & pupillae accidit foramini, aut euagaidos humori, aut tunicae cornea, aut palpebris. Foramini, quidam accidit incommodum quatuor modis. scilicet dilatatur, vel arctatur, vel commouetur, vel conscinditur. Dilatio vero aut est naturalis, aut extraneaturalis, & vtraque; mala est, quia lumen oculi spargitur, & non congregatur. Fit autem duabus ex causis. Prima est pp vnae tunicae siccitate, quia congregantur partes, q sunt in circuito foraminis, & comprimitur, & a centro remouentur, & huiusmodi passionis sanatio difficilis est, aut pp apostema, qd in ea fit, & ipsam distendit. Arctatio sui, aut est naturalis, aut extraneaturalis. Si naturalis, laudabilis est, quia spiritum videntem congregat, nec spargi sinit. Si extraneaturalis, mala est, eiusque causa dilatationis causis sunt oppositae, haec autem est, quoniam tunica cornea eneruata est humiditate superflua, aut quoniam humor albugini oui similis euacuatus est, nec est aliquid inde, quod eam repleat tunicam ac roborer, & ob hoc eneruatur. Euacuatio euagaidos humoris, validum est visus incommodum, sequitur enim inde humoris desiccatio cristallinoides, & occurrunt exterius, & interius lumen, sine aliquo mediante inter eos. Commotio quoque foraminis aut est naturalis, aut extra naturalis. Extra naturalis fit, si vna tunica scindatur alio, quam foraminis loco, roboreturque tunica, & scissura consolidetur. Incommodum autem hoc, scilicet foraminis motus naturalis, visui manifeste non obest. Foraminis Tomus Secundus. Gg quoque

quoque scissura si modica est, nec ad euagaidos humore transmittitur, visui aperte non nocet. Si vero transmittitur in tantum, vt euagaidos humor ab eo decurrat, & cornæ tunicæ obuiet, inde nocumenta duo sunt. Vnum quia cornea cristalleidi obuia est, nec ipsi cristalleidi est protectio, quin eam alliger. Alterum vero, quia spiritus videns in foramine non coadunatur, totus enim egreditur, & dilatatione foraminis spargitur.

De Accidentibus euagaidos humori. Cap. CXXV.

Incommoda vero, quæ euagaidos humorem sequuntur, aut in eius quantitate sunt, aut in qualitate. In quantitate quidem si multiplicetur, & impedimentum fiat, ne ad iuicem exterius, & interius lumina sibi occurrant. Aut si diminuat, & humor ipse cristalleidos exteriori luci obuiet sine medio. In qualitate vero, aut in liquore, aut in calore. In liquore quidem si spissetur, & eius crosities aut parua est, & tunc oculum remota prohibet intueri, in proxima vero sanus est intuitus. Aut immoderata, & hoc aut in toto, aut in parte, si in toto visum prohibet, & incommodum aqua vocatur, si in parte, aut in partibus continuis aut diuisis. Si in continuis aut in medio, aut circa medium. Si in medio, fit inde vt singula corpora videat tanquam diuisa, & opinabitur in vnoquoque, quod videtur profundum quid esse, si in circuitu medij, prohibet oculum multa simul videre, ita vt oporteat singula corpora suo spacio intueri, propter eius paucitatem conuulsus. Si vero in partibus abinuicem diuisis, inde fit hominem in conspectu suo videre, tanquam muscas, & culices, & capillos, & accidit hoc plurimum dum a somno surgitur, maximeque pueris, & febricitantibus. Caloris autem huius humoris immutatio fit tribus modis, vnius est, vt ad nigrum declinet, & inde fit hominem ea quæ intuetur tanquam in fumo, & puluere sint videre. Alius est enim in eo rubor dominatur, sicut accidit ei in cuius oculo vngula inuenitur, vnde rubet, & opinatur homo coloris esse, rubei cuncta, quæ videt. Tertius est cum in eo color croceus superabundat. Vnde accidit hominē opinari, cuncta quæ videt esse crocea, sicut ictericis contingit.

De Accidentibus tunica cornea. Cap. CXXVI.

Partes autem tunicæ corneæ, quæ foramini opposita est, aut a seipsa patitur incommodum, aut ab alio. Incommodum, quod ei a seipsa fit, aut est morbus partibus consimilis, aut organicus, aut separatio continuationis. Morbus consimilis aut ex humiditate est, & arbitratu homo cuncta quæ videt esse in nebula, vel in fumo, aut de siccitate, & fit ei spasmus, indeque visus debilitatur, & hoc maxime sensibus accidit in extremo tempore. Morbus autem organicus, qui fit ei, crosities est, & densatio, quæ sunt ab epate. Indeque accidunt obscuratio, & opacitas in visu, iuxta quantitatis eius magnitudinem, & paucitatem. Incommodum autem quod ei fit a separatione continuationis vlcus est, vlcus autem aliquoties transmittitur, aliquoties non. Et si quidem transmittitur visui obest, eo quod humor euagaidos euacuatur, si vero non transmittitur duabus ex causis nocet. Vna est, quia superfluitas, & sordes in eo congregantur, interiusque lumen exteriori occurrere prohibetur. Altera vero, quia cristalleis exteriori limini propinquior fit. Incommodum autem quod ei accidit ab alio, aut est ex operimento consolidante, aut ex palpebris. Ex consolidatione quidem, si vngula in eo producatur, operiatque foramen, quod oppositum est cornæ. Aut si obthalmia ei acciderit, quæ chimosi dicitur, quod est apostema, & in albo, & in nigro oculi, operitque foramen. Palpebræ vero corneæ nocent, aut apostemate, quod in eis operit foramen oppositum, aut prurigine, quæ palpebras incrassat, & subleuat, operitque foramen, aut certe grandine, quæ ei accidit, oblongum, & apostema, quod in exteriori palpebra contingit. Hæc de accidentibus visus dicta sufficiunt.

De Accidentibus sensui auditus. Cap. CXXVII.

Ea vero, quæ auditus sensui contingunt, tribus modis accidunt, aut enim omnino deficit auditus, & surditas dicitur, aut imminuitur, & grauitas appellatur, aut aliter est, quàm expedit, & auditus malus vocatur. Accidit autem huius sensui nocentem propter incommodum, quod accidit. & aut virtuti auditus, aut instrumento primo ipsius. Virtuti quidem auditus incommodum accidit, aut propter causam immittemtem, quod est cerebrum, si ei incommodum accidat, aut propter neruum, qui ipsam virtutem portat. Fit autem eis incom-

modum, aut ex consimili partibus morbo, vt mala complexione, calida, vel frigida humida, vel sicca, aut ex organico morbo, vt apostemate, vel opilatione, aut ex continuitatis separatione, vt percussione, vel illusione. Incommodum autem quod accidit organo primo auditus, quod est scilicet pars larga, & ampla netai, auditus ipse operientis foramen, quod in offe est, aut in ipsa accidit eius substantia, aut alterius incommodi causa, quod accidit alicui membrorum ei feruentium, cuiusque actionem adiuuantium. In substantia quidem sua accidit, aut ex mala complexione calida, vel frigida, vel humida, vel sicca: aut ex organico morbo, vt apostemate. Vel ex continui separatione, vt contritione, vel incisione. Quæ vero membrum illi feruentibus incommoda, accidunt, vt exteriori foramini, & neruo per quæ decurrat auditus, ex opilatione sunt, opilatio autem hæc, aut est apostema, aut verruca, aut caro superabundans, aut certæ sordes, aut lapis, qui foramini auditus accidit.

De Accidentibus sensui gustus. Cap. CXXVIII.

Accidentia similiter gustui tribus modis oriuntur, aut, n. totus ipse cessat gustus, & omnino sapores non sentit. Aut imminuitur, vt in sapores debilis fit. Aut aliter eius iudicium est, quàm ordo postulet, & tunc sentit homo sapores, sed non degustat, aut saporem quidem aliquorum sentit, & degustat, aliter quàm sunt, cum scilicet in eius lingua dominatur alicuius saporis qualitas, aut amaritudo, quæ est ex colera rubra, aut acerbitas, quæ est ex slegmate acetoso, aut fallugio, quæ est ex falso slegmate. Et si quidem humor dominans multus est, quosdam horum saporem sentit homo, licet nullus sapor eius linguæ miscetur. Si vero paucus sentit illum, qui superabundat, & eius linguæ dominatur, quæ sapores degustat. Cibum enim eiusmodi componet in ea dominantem humorem. Hæc autem nocumenta gustui accidit propter incommodum, quod accidit, aut virtuti depellenti, aut instrumento primo gustus. Virtuti quidem depellenti accidit incommodum, aut propter eam cerebri partem a qua neruus sensitivus dirigitur, aut propter ipsum neruum, qui fert eum. Incommodum autem quod accidit organo gustus primo scilicet linguæ, aut accidit eius substantiæ, aut illi feruenti tunicæ, si ipsam operient.

De Accidentibus sensui odoratus. Cap. CXXIX.

Quæ vero contingunt sensui odoratus, aut eorum causa quæ virtuti eius accidit sunt, aut eorum quæ instrumentis eius. Virtuti quidem eius accidit nocentem, aut ex mala complexione, quæ duobus prorsus cerebri ventriculis inest, sicut ex repletione, capiti superfluitates, & humiditates accidunt, aut ex solo calore, aut ex aeris frigore. Instrumento vero primo odoratus accidit nocentem, aut ex seipso, aut ex feruentium causa membrorum. Instrumentum autem hoc, duo sunt augmenta verberis similia, quibus accidit incommodum, aut ex morbo consimili cum refrigerantur, aut calefit, aut humectantur, aut desiccantur. Aut ex organico, vt opilatione. Membra porro quæ illi deseruiunt sunt duo, nasi meatus, & os perforatum. Nasi meatibus accidit incommodum, aut ex organico morbo, vt est apostema, vel caro supererectæ, vnde fit opilatio meatuum, prohibeturque ventus, qui venit per odoratum, aut ex separatione continuationis, vt est illisio, vel contriti, vñ meatus comprimitur, & opilatur. Quod autem os perforatum contingit, & operimento eius similiter, aut est humor eius crosities illud foramen opilans, & ab odoratu phibens, aut est humor putridus, vñ sentit homo sordidum odorem, cum nihili putredini fiat proximum.

De Accidentibus sensui tactus. Cap. CXXX.

Tactus quoque sensui (qui membris oibus corporis est cõis) accidit incommoda tripliciter, sicut & sensibus alijs. Aut enim omnino sensus, & motus deficit, maximeque in manibus, & pedibus, hoc fit, aut imminuitur, aut aliter se hêt, quæ expedit. Horum autem quædam proprijs nobis vocantur dormitio, & enervatio. Quorum eadē quidē sunt causæ, nisi quæ per enervationē accidit incommodum validum, & vehemens, cum quo & sensus deficit, & motus voluntarius oino. A dormitione vero modicum fit incommodum, cum quo difficilis est sensus, & motus, sed non deficient oino. Fit autem dormitio, aut in toto corpore, & cetera difficiliantur sensus, & motus simul, aut in vno membro, & fit sicut cum difficultate motus, aliquid tñ hac difficultate vacua est, vt in dentibus congelatio, hæc est. n. eorum dormitio, quæ ex acerbis masticatione inducitur. Causa vero dormitionem adducens est prohibitio transitus virtutis a cerebro per neruum, quo ad membrum peruenit. Cuius

ius scilicet prohibitionis aut manifestæ est causa, aut occulta. Manifesta quidem, vt frigus, & nix, quando membro obuia sunt, & congregantur neruorum partes atque spissantur, prohibetque huiusmodi res virtutis transitum sentientis. Quem admodum si quis piscem manu tenet obdormitantiem (qui bereca, vel beriliz, Latine torpedo dicitur) frigiditatis eius virtute manus obdormit, eiusque motus difficiatur, causa vero occulta, siue præcedens aut est mala complexio, vt sunt humores frigidi, & crosities nerui patiuntur, & spissantur, ac refrigerantur, aut opilatio, & hæc est aut in neruis concavis, vt sunt oculorum nerui, scilicet ex humoribus crositis, atque viscosis, quæ concavitati neruorum inuiscantur, aut in neruis sine concavo, & tunc est aut ex apostemate, quod neruorum substantiam incrostat, aut ex compressione quæ illis accidit, vel ex distentione ligamentorum, & ossium euulsiorem atque fracturam: his itaque de causis dormitio fit & enervatio. Et hoc aut in toto corpore, si in cerebro fuerit incommodum, aut in pluribus membris si fuerit inuiscatum, aut in vno membro si neruis tantum, qui ad illud dirigitur, contigit.

De Cõibus accidentibus, quinque sensuum. Cap. CXXXI.

Delectatio autem & dolor, ipsa quoque & membris omnibus accidunt, & in omnibus sensibus sunt alterationem facientes, & in naturam sentit. Sed delectatio est alteratio ab extraneis habitudine in naturalem. Dolor autem contra a naturali in extraneam. Verum hæc alteratio quando modica est nec delectatio fit nec dolor, sed quando magna, sunt enim in vltimo. Et in tactu quidem fortiores sunt, quàm in ceteris sensibus, quia crosities sensuum est, nec facile mutatur, & alteratur in alicuius rei naturam, sed tarda quadam difficultate. Non enim passiones in eo celeriter operantur propter ipsius crositatem, quæ resistit ac prohibet. Et sicut fortius delectatur, sic & amplius læditur. Reliquis autem omnibus sensibus non magna delectatio, vel dolor fit ex his quæ sentiunt, quia celeriter mutantur in reipsum, eique facilius consentiunt: hæc tamen fit in eis secundum magis, & minus, iuxta subtilitatis eorum, & crositatis quantitatem. Visus itaque naturæ suæ subtilitate citius alteratur, & in sentiti naturam mutat scilicet colorem, & ideo non accidit ei magna delectatio, vel dolor ex sentiti natura. Sunt itaque duo isti sensus scilicet visus, & tactus, in delectatione, & dolore, in extremitatibus duorum oppositorum. Reliquorum autem omnium natura inter hæc duo est media. Igitur in gustu delectatio, & dolor debiliores sunt, quàm in tactu, quoniam huiusmodi illi subest in crositie. In auditu vero fortiores, quàm in visu, quia crosior est illo. Odoratus porro medius est inter auditum, & gustum in crositie, & subtilitate, alterationisque mora, & celeritate, vnde & qui illi accidit dolor delectatioque, medium teneat. Sciendum est autem in omni sensu, doloris causam esse conuulsionem separationem. Et hoc in tactu fit, aut ex aliquo acuto, & incidenti, aut graui illidenti, & conterenti, aut aliqua excedenti re, aut frigiditate, vel calore. Caloris enim immoderati est ratificare membri partes ac distingere. Frigus contra congregat ac spissat eas ad inuicem in tantum, vt alie quoque ab alijs separantur. Et ob hoc eius congregations distregantur, quales quid lato accidit, quia cum siccatur funditur. In visu vero fit dolor, aut ex albo calore qui diuidit, & spargit, sicut in tactu calor, aut ex nigro, qui lumen congregat nimia coadunatione, acciditque ab eo continuationis separatio, sicut in tactu a frigore. In gustu porro fit, aut ex acido, vel acerbis sapore pungituo, qui linguæ partes separat sicut & calor facit, aut ex pontico, & insitui, qui tanquam & frigus disterminat. In auditu denique fit a voce magna & acuta, quæ separat auditus sensum, sicut & albus color visum.

Adhuc de eodem. Cap. CXXXII.

Accidit autem sensuum cuiusque delectatio, & dolor. Ab extraneis quidem visui, auditui, & odorati. Hi nanque delectantur, & dolent coloribus, vocibus, & odoribus exterioribus scilicet. Ceteris autem hæc sunt abintus, & extra. Gustui si quidem ab exterioribus sunt per sapores. Abintus vero delectatur sapore sanguis, & slegmatis dulcis. Nocet autem colera, vel falso slegmate, si vel in corpore linguæ dominetur, vel ad ipsam a stomacho mittatur. Tactui vero ab exterioribus læsio fit rebus his, quæ separationem faciunt continuationis, vt incisione, & illusione, ab interioribus vero cõplexione ca-

lida, vel frigida, superfluitatibusque, crositis, quæ dirumpuntur, & humore acuto, qui incidit. Porro voluptas ab exterioribus ei fit mollibus, & in calore ac frigore temperatis, ab interioribus vero cum materia mala & nocens excoquitur atque digeritur maturatio non enim, & digestionem voluptas comitatur, aut cum malæ superfluitates a corpore dissoluitur, sicut in balneo fit, sed & cum id quod nocet egreditur, vt sperma. Nam si multiplicatum in vasis fuerit, naturam lædit, & ob hoc ipsum illa depellit. Maior est tamen cum euacuatur sperma delectatio, quàm ex eius collectione fuerit nocentem. Euacuatio enim eius simul fit, alteraturque sensus ab eo simul, vnde & maior est eius voluptas, collectio vero eius pederentim fit, nec alteratur sensus ab ea simul, vnde nec multum facit in sensu dolorem. Voluptas autem ex coitu maior est in muliere, quàm in viro. In muliere namque fit voluptas euacuationis sui spermatis vasalis, ab eius causa, quodque matrix deinde sperma viri contrahat. In viro autem voluptas hæc solius euacuationis sui spermatis fit.

De Accidentibus meri, & primo de defectu appetitus. Cap. CXXXIII.

Quoniam autem ad os stomachi diriguntur a cerebro nerui, per quos appetitus fiat vel sensus, ipsum sequuntur eadem accidentia, quæ & tactum. Quæ autem ori stomachi sunt incommoda, quædam eius actioni nocent: ex ipsius substantia, & ipsa sunt quæ nocent appetitui. Quædam vero actionibus aliorum membrorum incommoda accidunt ab his quæ in ore stomachi sunt, quæ ex re sunt accidentia varia iuxta naturam incommodi, vt epilepsia, mentis alienatio, mania, aut certè nocent eis sua vicinia, sicut cordi defectus accidit, cum ori stomachi in locatione proximum sit. Quæ vero actioni appetitus accidentia sunt, eodem quoque modo quo & in actionibus ceteris tripliciter contingunt, aut enim omnino deficit, aut imminuitur, aut aliter est eius natura quàm expedit. Appetitus quidem defectio fit, aut quia corpus non euacuatur, nec ea quorum oportet alia supplere locum, & ab eo dissoluitur, aut quia venæ nihil ab epate contrahunt, aut quoniam os stomachi minimè sentit immutationem rei, quam venæ, & concavitates, & epat ab eo contrahunt. Oris autem stomachi sensus cessatio fit incommodi causa, quod aut ipsum ori stomachi accidit, si fiat ei mala complexio calida, sicut in febribus, appetitus cessatio contingit, aut quæ cerebro sicut in alienatione mentis passio fit, aut quæ neruis a cerebro ad os stomachi missis, & hoc ex difficultate, & compressione, vel incisione accidit. Imminutio autem appetitus fit eum eadem causæ, quæ faciunt eum cessare molestant quidem, sed debiles sunt.

De Ordinatione appetitus, in cibum, & potum. Cap. CXXXIII.

Malum vero appetitus, aut in cibum est, aut in potum. Appetitus ciborum malitia aut in quantitate est, aut in qualitate. In quantitate quidem, cum appetit quis ciborum multitudinem, vt ille qui habet caninum appetitum. Quod accidit aut humoris acerbis causa, qui in ore stomachi conclusus est: sequiturque huiusmodi egestionum multitudo, & humiditas. Aut quia quæ per dissolutionem euacuatio fit immoderata est, cuius exuberantia fit aut caloris causa consumentis, aut dissoluentis, aut debilitate virtutis retinentis. In qualitate vero cum appetitus ad acerbam declinat, aut salua, vel pungitua, fit nonnunquam illum appetere terram, ac gypsum, carbonemque nigros, & hoc ex humore malo frigido in stomacho. Plurimum autem accidit hæc passio prægnantibus, & appetitus incontinentia vocatur, maximeque fit primo, & secundo, & tertio mensibus, dum fetus est parvus, nec adhuc præualeat multo sanguine menstruum passio, immo pauco sed meliori. Quare si pereit sanguis malus, & in ore stomachi congregatur, indeque fit malus appetitus. Quarto vero mense cessat, quia fetus iam confortatus est ad copiam sanguis attrahendam, descenderuntque superfluitates, quædam quidem vomitu, qui prægnanti fit, quædam autem immutatione ciborum, quæ sequitur appetitus defectum. Accidit autem huiusmodi appetitus, & alijs, quàm prægnantibus, cum in ore stomachi eorum superfluitates malæ coadunantur. Et si quidem humor illic congregatus est pungitius, ciborum appetitus imminuitur, & ad potum crescit. Si autem acerbis in cibos augmentatur, & a potu reprimatur. Acerbis enim humor os stomachi congregat, simulque materiam, & comprimit eam: vñ quanti-



gas eius imminuitur, & substantia immergitur, remanent itaq; vacua quaedam loca quae desiderant repleri natura, indeq; fit appetitus, sicut ab euacuatione, & dissolutione. Si vero fit humor dulcis, appetitus ciborum, & potus simul imminuitur, dulce namque vacuitates replet, & os stomachi enervat. Porro malitia appetitus in potum, aut in quantitate est, aut in qualitate. In quantitate quidem cum homo immoderate sitit, & aquam bibit, quod fit aut causa febris caloris, vt in febribus accidit, aut humoris salis, vel pinguis, vel colerici in ore stomachi concludit. In qualitate vero cum honore ac rigore desiderium ad malorum potum qualitatem, quod humoris mali causa fit in ore stomachi concludit.

De Accidentibus cerebro, & cordi ex incommodis oris stomachi. Cap. CXXV.

Accidentia porro, quae actioni cerebri contingunt ex incommodis, quae sunt in ore stomachi, sunt alienatio mentis, obstupescitio, somni immersio, epilepsia, & mania. Alienatio mentis in hac habitudine fit ab apostemate calido, quod est in ore stomachi. Obstupescitio autem & in somno demersio, sunt ex oris stomachi frigore, quod est aut ex mala complexionem frigida quae ipsi dominatur, aut humore flegmatico in eo concluso, aut ex medicina frigida, vt opio, aut frigido cibo, vt fungis, & lacte acerbis, aut frigidi vaporis causa, quae a matrice colligitur menstruum, aut spermatis causa tardantis, & ad cerebrum defertur. Eadem est ratio in epilepsia, fit enim ex humiditatibus flegmatis, quae ori stomachi dominantur. Desipientia vero fit ex humore nigro, qui in ore stomachi concluditur, eiusque vapores ad cerebrum ascendunt. Accidentia vero quae cordi, & arterijs ex incommodis oris stomachi contingunt, haec sunt syncope, vel defectus, malitia pulsus, bolismus. Syncope, vel defectus, fit aut ex magno dolore, qui est in ore stomachi, aut sensus eius virtute, aut cordis ipsius debilitate, venarumque pulsantium, ex qua celerius incommodorum susceptibilia sunt. Bolismus aut ex oris stomachi mala complexionem frigida fit, & ex ciborum imminutione, & virtutis debilitate. Accidentia denique quae cordi, cerebroque simul accidunt participationis oris stomachi causa, sunt anhelitus malus, etiamque difficultas. Quod fit si os stomachi diafragma comprimatur. Aut apostematis causa quod in ipso est, aut alicuius incommodi, quod cerebrum contingit, ex alia ipsius oris stomachi passione. Haec est accidentium dispartitio, & tactus sensui contingunt, & eorum causa.

De Accidentibus virtutis motu, & primo de eius defensione. Cap. CXXVII.

Accidentia quoque quae ingrediuntur in voluntarij motus actione tripliciter fiunt, sicut & accidentia sensuum. Aut enim ex toto cessat motus, vt in enervatione, aut imminuitur, vt in dormitionis passione, aut est in decursu malo, & ordine. Cessatio quidem motus, idest enervatio, fit si nervus membrum mouentibus incommodum accidit, quod transitum virtutis voluntarij motus omnino prohibeat. Et hoc aut ex mala complexionem frigida fit, quae nervos densat. Aut ex apostemate nervos incrossante, aut ex humore crosso ipsi nervo inhaerente, si concauus est, aut ex compressione, quae nervus accidit non concauus. Haec aut incommoda si in nuchae principijs acciderint, eorum causa totum corpus enervatur, & huiusmodi accidens apoplexia, paraliticaque vocatur. Si vero sint in quibusdam nervis, enervatio fit illius membri, quod mouebant, & si quidem in nervis gutturis, fit eius enervatio, & dicitur vocis amputatio. Si autem in lacertis pectoris, defectus vocatur anhelitus. Si vero in lacertis vesicae, fit exitus vrinae sine voluntate, qui per voluntatem fieri solet ex animalis virtutis actione, fit enim emissio vrinae per reductionem vesicae virtutis expellentis, virtute quae in ea est, & enervatione, idest emollitione, ac dilatatione lacerti, qui excludat os eius, & hoc fit ex animalis virtutis actione, sic etiam egestio fit intestini, & ad reductionem in pedicis loco. Igitur egestio mota, vel compressio vrinae est accidens naturale, & eius egressio praeter velle est accidens animale. Imminutio vero motus contingit cum dormitione, & causa quae faciunt dormitionem eadem sunt, quae & enervationem, nisi quae minime fortes sunt sicut illae quae motu omnino cessare faciunt, hoc aut accidens est ex actione naturae, & morbi. Nam sensus, & motus ibi non cessant, quia membrum ad inferiora non immergitur, sed nec moueri proprio motu, nec sentiri proprio sensu, pro eo quod in na morbo operatur.

De Mala eius habitudine ex actione naturae, & primo de horrore, ac rigore. Cap. CXXXVII.

Porro si in mala sit habitudine motus voluntarij, horror ab eo fit, & rigor tussis, stertutatio, oscitatio, singultus, ructatio, alices, angustia. Et oia haec accidentia sunt ex actione naturae. Quaedam et haec accidunt ex actione morbi, vt spasmus, & titillatio. Quaedam vero ab actione naturae simul, & morbi, vt tremor, & qui est dormitione fit motus. Igitur ex his quae ex actione naturae veniunt, & primo ab honore ac rigore incipimus. Dico itaq; quod haec duo sunt ex humore pinguis, qui in membra sentientia defluit, lacertos. Lac nervos, carq; pungit ac nocet, & ideo membrum horret ac redacitur pro sensus sui virtutem, expellensque virtus expellere vult humore nocentem. Quomodo modum si super corpus fundatur aqua frigida, vel cadat super ipsum ignis sentilla, corpus horret atq; redacitur, eo quod natura depellere cupiat sibi nocentia. Rigore itaque facientes cause sunt tres. Prima est calor. Secunda frigus. Tertia debilitas caloris naturalis, & materiae multitudo. Calor autem ab interioribus est, vt colera rubea, quam sequitur procul dubio febris. Aut ab exterioribus, vt si super vlcus, aut plagam medicamen acutum ponatur, statim namque patienti fit horror, ac tremor. Sic & ille cuius corpus calidum, & fumosius superfuitibus repletum est, cum balneo ingressus fuerit, horrore molestat, & quandoque tremis, eo quod aer balnei superfuitibus ad exteriora corporis trahit, quibus & pangitur. Frigus quoque aut ab exterioribus est, vt ab aqua frigida, aut ab interioribus, vt ex colera nigra, sequiturque febris; hic etenim humor horrorem non adducit, nisi cum putrefactus fuerit. Tertia vero causa quae est debilitas caloris, & materiae multitudo, mortem habet subsequenter, multa namque materia cum naturalem calorem debilem inuenit, cum infunditur, sperat, & extinguit. Si vero naturalis calor multus sit, & materia pauca, calor humorem subtiliat, si quae sit, ac dissoluit. Rigor quidem copiosus est ex frigore, & tremore paucis, tremor autem fit ab expellentis virtutis fortitudine, quae est in lacertis ad humores nocentes expellendos. Ideoque quod causa rigorem adducens est calida, fortior fit tremor, quia calor fortioris est motus, & magis nocens, si vero causa sit frigida, minor erit tremor, quia minor est motus frigoris minusque laedit, ob hoc in flegmatica febris minor est rigor, quam in tertiana, propter causam frigoris, quia calor naturalis fugit ad profunda corporis, eo quod eius exteriora laedantur, & doleant ab humore nocente.

De Tussi, & stertutiatione. Cap. CXXXVIII.

Tussis ex naturali actione fit corpus regente. Est enim motus fortis, ab expellentis virtute factus, in instrumentis anhelitus per exitum aeris. Fit autem per reductionem pectoris fortem super pulmonem, expellitque valide aere, & cum eo superfuitates pectoris, & cannales pulmonis. Ideoque natura necesse habet ad tussis complementum, vt fortis sit eius virtus, quae ad superfuitates expellendas puleat, & vt non fit materia crota, neque viscosa, quae efferre natura non possit, eo quod meatibus iniuncta sit, & anhelitus opilet meatus, neque tennis, sed quae meatibus labatur, & ad locum quo fuerat reuertatur. Ob hoc ergo cum materia crota est, illam subtiliare cum hisopo, & aniso necesse est, & si tenuis est incrossare. Si viscosa est lincingibin, & similibus in seidere. Tussis autem causa est, aut complexio mala, calida, vel frigida, quae dominatur lacertis pectoris, & pulmonis, & cannali eius, & gutturi, nimirumque natura, quod cum laedit, expellere. Aut materia, quae est in instrumentis anhelitus, quam itidem emittit, & a se propellere nititur natura, haec autem materia aut ab exterioribus est, vt cibo, & potu, quae in cannales pulmonis ingrediuntur, paluere quoque, vel fumo. Aut ab interioribus, vt ab humore qui descendit a capite, sicut in catarro contingit, aut chimo ascendente ab epatis gibbositate, aut aliqua alia re, quae in pulmonis cannali conclusa est, vt crosus humor, aut materia quae est in pleuresi, vel in pleuropneumonia, aut sanies, quae est in vlcibus pectoris, & pulmonis. Stertutatio eodem modo est, sicut tussis, ex natura corpus regente, cum scilicet mouetur virus expellens, quod sibi nocet in ventriculis cerebri ad exteriora propellere, nisi quod tussi mundatur pectus, & pulmo tantummodo: stertutatio vero licet cerebrum purget, & nares, simul tamen etiam pectus, cum enim mouetur cerebrum ad expellendas superfuitates vaporosas, quae in eo sunt instillantur vtrique meatus, qui ad nares mittuntur, vt per eos superfuitates crota velociter emittatur. Lacerti quoque pectoris per nervos redacuntur,

ducuntur, & aeris emissio sequitur, cum quo & superfuitates quae in pectore sunt emittuntur. Itaque stertutatio maior est virtute quam tussis, eo quod egeat natura superfuitates, de locis contortis emittere. Fit enim cum cerebrum in caluerit, locaque vacua capitis humefacta fuerint, & aer qui in eo est ad arcta loca descendit, vnde & vox eius auditur. Fit etiam stertutatio ex superfuitate pingenti ventriculos cerebri, quam natura desiderat expellere, sicut in tussi contingit, & singultatione. Hypoceras in lib. aphorismorum. Stertutatio fit a capite, ex calefacto cerebro, aut humefactato, quod est in capite vacuo. Effunditur enim foras aer, qui est intus, sonat autem quia per angustum fit ei exitus.

De Singultu, & ructu, & oscitatione. Cap. CXXXIX.

Singultatio, ructatio, oscitatio, & angustia, omnes quoque sunt ex motu virtutis regentis ad expellendas superfuitates in membris positas, atque pungentes, nisi quod singultatio fit etiam quandoque vacuo, idest vacuitate stomachi, si forte spasmus ei contingat, & ex inanitionis multitudine, & hoc fit ex motu animalis virtutis. Ructatus autem fit ex motu virtutis expellentis, ad propulsandas superfuitates ventrosas in stomacho conclusas, & est ex ventositate ciborum grauantem, aut ex ea quae generatur per debilitatem caloris, cuius est cibum decoquere. Aut quae fit ex virtute caloris nimij cibum comburentis, ex hac enim generatur ructatus fumosus. Oscitatio fit ex superfuitatibus fumosis, quae concluduntur in maxillarum lacertis, quas natura purgat, & dissoluit, emittit. Alices autem vel extensiones sunt ex superfuitatibus vaporosis in lacertis totius corporis, aut eorum maiori parte, quorum purgationi natura dissoluit in nuchae angustia porro eoenitque membrum nocentem depellens, quae fit aut ex labore, aut ex interioribus corporis.

De Accidentibus virtutis momenti ex solo morbo. Cap. CXL.

Accidentia vero quae ex solo morbo proueniunt, sunt spasmus in nervis, & lacertus qui operatur, quae & virtus voluntarij motus, lacertus enim est contrahit, & ad locum quo oritur reprimis, fit autem ex repletionem, vel ex inanitionem. Ex repletionem quidem cum lacertus ac nervus humores in latum extensis repletur, vnde & ad sui capitis partem quae reprimitur, & ob hoc eius longam minuitur, sicut in vasis de cerebro fit, vtrem enim si immoderate repleueris, in latum exten ditur imminuto longo. Ab euacuatione vero fit, cum ex nervis, & lacertis humiditates eductae fuerint, vnde & exiccata ad ortus sui principium retrahuntur, sicut si capillus, & corrigia proprie ignem ponantur, desiccantur & recispanantur, sic & chordea citharae si ad aerem calidum, & siccum fuerint expositae, dum protensa retrahuntur, in seiduntur, atque rumpuntur. Spasmus itaque si in toto corpore fiat, epilepsia vocatur, si in lacertis palpebrarum, altera clausa erit, & altera aperta, si in lacertis oculi, strabositas vocatur, si autem in stomacho, fit inde singultatio, si vero in vasis spermaticae, fit eorum coadunatio, si in lacertis maxillarum, facit stridorem dentium. Titillatio vero fit ex ventositatem vaporosa, & crota in membro conclusa, quae dilatat illud & redacit, quemadmodum arteria dilatatur, & redacuntur. Differt autem a pulsus, quia pulsus semper fit in venis pulsantibus tantum, titillatio vero fit in omnibus membris qua dilatari possunt, vt in lacertis, venis, stomacho, intestinis, omnibusque membris inter solidum, & molle temperatis. Porro in ossibus, & cartilaginibus, quia dura sunt, ventositas concludi non potest, similiter nec in cerebro propter humiditatem suam, titillatio fieri potest.

De his, quae accidunt ex actionibus naturae simul & morbi. Cap. CXLI.

Denique accidentia, quae simul ex actione naturae, & morbo sunt, sunt tremor fortis motus, qui membrorum dormitione fit. Tremor enim, motus est membri sursum, & deorsum, eo quod natura membrum ad superiora tollere appetit, & contra morbus inferius deponit, quod ex virtutis deflectione contingit. Huius accidentis, idest tremoris commotio fit, aut ex accidentibus animae, sicut ira vel timore, fit enim ex his debilitas virtutis motu. Aut ex corporis passione virtutem dissolvente & hoc fit aut ex morbo consimili partium, aut ex mala complexionem frigida, quemadmodum senibus contingit, & his qui multam aquam bibunt, aut super se fundant balneando se, sic etiam ei qui multum bibunt, Speculum Doctrinale.

iamum contingit, vnde calor naturalis submergitur, idest suffocatur, aut ex organico morbo, sicut ex opilatione, quae fit in nervis ex crosso ac viscoso humore, quae virtutem mouentem prohibet ad membrum peruenire. Ex parte 6 parte. Huiusmodi tamen humor si nervos impleuerit, non tantummodo tremunt nervi, sed omnino mortui perdant. Cum autem partem humores transeant, partem que implet, & in parte vacua regnat virtus, in plena vero humor viscosus, necesse est tremorem quendam effici, dum virtus partem suam erigit, humor autem deprimit.

De Accidentibus virtuti vitali. Cap. CXLII.

Alii vbi supra. Disto de causis accidentium, quae animalibus actionibus contingunt. Iam dicendum restat de illis, quae in actiones vitales sunt. Dilatatio venarum percipientium, & reductio, & huiusmodi actio pulsus vocatur, cui cum aliquod incommodum accidit, aut omnino pulsus deficit, & vocatur pulsus cessatio, quae & vita cessante mors illi comitatur, aut imminuitur, & minor pulsus appellatur, aut aliter est, quam expedit, dum scilicet cursum naturalem egreditur, & varius pulsus nominatur. Pulsus quidem minor fit, aut ex iniectione caloris, cum calor immergitur ad interiora refugiens corporis, inde namque pulsus imminuitur, aut ex debilitate virtutis naturalis, cum arterias in omnes eorum virtutes dilatare non possit, sicut in defectu conuulsio. Pulsus autem varietas fit ex pluribus causis extra naturalibus, fit & ex varijs morbis, & accidentibus, angustur enim & minuitur iuxta rerum extranaturalium augmentationem, & minutionem.

De Accidentibus naturalium actionum, & primo digestivae, prima in stomacho ex causis interioribus. Cap. CXLIII.

Sequitur de accidentibus naturalium actionum, quarum est vnum genus completam scilicet parere, & nutrire. Nutrire autem est cibum membro, quod nutritur assimilare, quod per appetitus actionem efficitur, & per digestionem. De accidentibus quidem appetitus iam superius dictum est. Digestionis autem species sunt tres. Prima fit in stomacho, cum cibus in succositatem vertitur. Secunda in epate, cum ex tibi succositatem sanguis generatur. Tertia vero in membris singulis, cum scilicet sanguis in membri naturam alteratur. Harum autem singularum digestionum actio per quatuor virtutes completur, sicut alias dictum est scilicet attrahentem, retinentem, nutriendem, & expellentem. Digestioni primae, quae fit in stomacho accidunt nocimenta, quemadmodum reliquis omnibus actionibus, vt. sicut oino deficiat, sicut accidit in fastidio. Aut imminuitur, vt in ructatu fumoso, vel acerbis, aut eius defectus aliter, quod oportet inuenitur, sicut cum in stomacho cibus in ventositatem vertitur. Huius autem digestionis accidentium causa duae reperitur. Vna, scilicet interioribus, altera vero ab exterioribus. Ab interioribus incommoda sunt, quae digestivae virtuti accidunt. Et haec aut ex morbo consimilium partium sunt, qui stomacho accidit. Et si calidus est, cibus in succositatem mutat, atque putredinem, si frigidus in acerbis, aut ex humoribus in stomacho concludit. Qui si colerici sunt, ructatus fit fumosus, si flegmatici acerbis. Si vero immoderate frigidis digestionis cessatio, & hienteria efficitur, si non immoderate, ventositas generatur. Aut certe sunt ex aliquo morborum organorum, vt apostemate calido, & frigido, quae stomacho, vel ori eius accidit, vnde virtus eius debilitatur, sed digerendum. Et intellige, quod maior fit corruptio digestionis, quae est ex debilitate virtutis digerentis, & peius est malum, quam quae fit ex complexionem mala calida, vel frigida. Humida vero, & sicca digestionem quidem minuant, sed non auferunt, nisi forte eouly; deductio fiat, & ad consumptionem veniat.

De Accidentibus eisdem, ex causis exterioribus. Cap. CXLIII.

Causa vero exterior aut ex cibo est, aut ex somno. Ex somno quidem, quia si multus fuerit, erit digestio bona, si paucus, & brevis mala. Ex cibo vero fit mala quatuor ex causis. Prima est ex eius quantitate. Nam si pauci sunt cibi, stomachusque calidus, in succositatem alteratur cibus, si vero multus, si multusque corruptio difficilis, & virtus valida, somnusque longus fit ab inde digestionem immorari immo. Quod si celeris digestionis fit, & calor fortis, accidit corruptio, sicut brevis, sicut longus fit somnus. Si vero calor debilis fit, & multi cibi difficileque corrupti, somnus autem brevis fastidiositas abinde fit. Secunda causa est ex cibi qualitate, nam si cibus calidus Tomus Secundus. G g 3 dus

duis est, & stomachi complexio similis in coleram mutatur, vt mel si iuuentibus, & calida complexionis hominibus offeratur, in coleram alteratur, & in eoru stomacho mutatur. Quid si cibi frigidi sunt, & stomachus similiter, vt in senibus, cibus in acerbitate in ipso mutatur, vt lac. Tertia est ex hora iusta priuatione, eiusque dilacione, vt si deur cibus statim post vigilias, digestionem corrumpit. Quarta est ex eorum que porriguntur ordine. Si enim cibi ventrem astantes sumantur, & postea cibi emollientes, inde natura contipatur, & cibi qui ventrem molliant corrumpuntur, tunc etiam si cibi tarde digestionis sumantur primum, vt caro, & oua solida, deinde vero cibi velocis digestionis, vt melones, & cucurbita, accidunt posteriores corrumpi, priores namque digestionis sue tarditate a stomacho descendere morantur, hi vero qui cito digestionis sunt, dum digesti sui decursum ad exteriora non inueniunt, in stomacho corrumpuntur. Oportet autem medicum expressius inueniri, & diiudicare, quae digestionis accidentia nocentiora, digestionis virtutis culpa, & que ciborum, vel etiam somni sunt causa. Nam quae culpa virtutis accidentia sunt, ad sanandum difficilia sunt, & quandoque non sanantur, eiusque malum dicit ad lienteriam, & vt nullo modo cibus in stomacho immutetur, aut certe in ventositatem, denique si corruptio digestionis sit, & tamen cibus in qualitate, & quantitate, & in xta consuetudinem temperatus est, tempus quoque quod oportet, & ordinem seruat, quem expedit, ex culpa virtutis digereantis corruptio fit.

De Accidentibus virtutis attractionis. Cap. CXLV.

Quoniam autem digestio per quatuor virtutes compleitur scilicet attrahentem, retinentem, digerentem, & expellentem. Et quia digestionis primae cum causis suis accidentia quae sunt in stomacho diximus, aequum est, vt etiam reliquarum trium accidentia virtutum, quae in prima digestionis sunt ostendamus. Attractioni quidem stomachi, sicut ex ceteris accidentibus incommodum triplex accidit, scilicet cessatio, vel imminutio, vel malitia, idest inordinatio. Hae autem aut causa male complexionis, aut causa mobis organici sunt. Mala complexionis morbus, aut ex calore est, aut ex frigore. Et si quidem hae immoderate fuerit, idest maxima, nihil omnino stomachus attrahit, atque huiusmodi attractionis cessatio vocatur, stomachi enervatio. Si vero parua, debilis attractio fit, sicut in enervationis principijs accidit. Morbus autem organicus est, vt apostema, quod accidit meti, vel ori stomachi, aut cum in eorum altero caro supererexit meatumque corum pit, vt stomachus attrahere nequeat ad ipsum transfusa. Et haec quoque opulatio, si magna est, cessat attractio, si non magna, minuitur, si vero modica, fit attractio mala, idest inordinata, & alia quaedam oportet, vt spasmodica, vel tremulosa, ac titilliosa. Quae scilicet accidentia sunt, si virtus fortis non fuerit, quae morbum euincere possit, vt diligenter attrahat, sed nec ita debilis quam morbus superet, & eius attractionem cessare faciat, sed fit in huiusmodi re, quemadmodum vbi natura morbusque simul contendunt, vt in tremore dictum est.

De Accidentibus virtutis retentiu. Cap. CXLVI.

Retentio quoque ciborum in stomacho, aut omnino cessat, quemadmodum in lienteria fit, in qua cibi non immutati a stomacho egrediuntur, aut immutatur, & abinde ventositas aut inflatio, vel rugitus efficitur, nec super cibum stomachus, vt oportet reducitur. Et hoc aut propter malam complexionem fugidam, aut propter cibum qui generat ventositatem, aut propter digestionis paucitatem, vnde digestionis exitus acceleratur, hoc autem fit cum cibus in stomacho non bene retinetur, vnde nec bene digeritur, nec succositas ad epar mittitur, humidaque, & liquida abinde digestio egreditur, aut vero cibus ipse in stomacho corrumpitur, indeque putrida egestio sequitur. Quod si huiusmodi corruptio fit ex mala complexionis calida, vel ex colera, punctura comitabitur, si autem ex mala complexionis frigida, vel ex flegmate, ventositas, & inflatio sequitur. Aliquando vero fit in stomacho ciborum retentio mala, vt spasmodica, vel tremulosa, indeque singultatio fit, & vomitus. Quorum scilicet duorum accidentium motus spasmodicus est, & non vere spasmus. Verus enim spasmus in nervis fit, singultatio autem & vomitus ex retinenti virtute simul, & expellentis sunt. Retinens namque virtus retentionem vult, idest, appetit retentionem eorum, quae apud illam sunt. Si autem in stomacho est aliquid nocens, virtus expellens insurgit, ipsumque expellit, & si quidem ipsum laedens in eius substantia fuerit, singultatio fit, quia stomachus totus hoc a se repellere appetit. Si vero sit in fundo stomachi, vomitus accidit, quia stomachus ea, quae clausa sunt, in eius concavitatem nititur expellere, siue sit humor crassus, aut certe si alius fuerit malus, in unum vt in his duobus necesse sit stomacho sustolli, donec proximus fiat ori.

gultatio fit, quia stomachus totus hoc a se repellere appetit. Si vero sit in fundo stomachi, vomitus accidit, quia stomachus ea, quae clausa sunt, in eius concavitatem nititur expellere, siue sit humor crassus, aut certe si alius fuerit malus, in unum vt in his duobus necesse sit stomacho sustolli, donec proximus fiat ori.

De Accidentibus expulsivis. Cap. CXLVII.

Expulsionis etiam accidentia tribus hiis modis sunt. Aliquando namque cessat omnino, sicut in colica passione, quae vocatur illeus, haec omnium colericarum difficilior est, & fit aut apostemate calido, quod in intestinis subtilibus oritur, ipsumque febris actus immitatur, aut debilitate virtutis expellentis. Nec est cum hoc habitu febris, vel tussis, & fit huiusmodi vitium aut ex mala complexionis frigida, aut frigidorum ciborum causa, vel opilatione facta propter egestionem siccam, anfractibus intestinum immixtam, simulque cum eo fit in intestini grauitas, torpore, rugitus, & inflatio. Haec autem colica passio, nonnunquam validam praecedit dienteriam. Aliquando vero expulsio aegrius dimittitur, cum scilicet descensus egestionis difficiliatur, idest induratur. Aliquando vero eius habitus ac decursus malus est, idest inordinatus, indeque fit lienteria, cum virtus expellens mouetur antequam in stomacho cibus minuetur, quod fit humoris acuti causa stomachi pungentis, aut huiusmodi certe cibi qualis est, si napsis, aut acetum acerrimum. Aut ipsum stomachum grauat cibus eiusque nocet, & ob hoc expellitur. Haec sunt igitur accidentia virtutis expellentis (quae in stomacho est) actionem ingredientia.

De Accidentibus praedictarum virtutum in intestinis. Cap. CXLVIII.

Porro quaecumque circa stomachum de attractione, & expulsionem dicta sunt, etiam in intestinis intelligenda sunt, maximeque de actione virtutis expellentis, haec enim in intestinis fortior est omnibus alijs. Sciendum autem, quod stomachus, & intestina plerumque, & attractiuam & expulsiuam vim operantur extra naturam. Cum enim stomachi sit a meri cibum attrahere, & ad intestina depellere, vt alia ab alijs purgantibus attrahat, & foras emittant, nonnunquam yrgente necessitate contingit stomachum ab intestinis purgantibus trahere, & ad meri per vomitum pellere, sed etiam intestinis accidit, vt ab inferioribus purgantibus attrahant, & ad stomachum pellant, sicut accidit in colica passione, qua illeus vocamus, & in conuulsibus, & expellentibus. In illeus quidem quia cum virtus expellens mouetur, vt egestiones inferius pellat, & fluxum ad exteriora propter opilationem non inueniat, ad superiora expellit, easque intestina haec ad illa depellunt, donec ad stomachum veniatur, stomachus autem ad meri a quo per vomitum exterius pellantur. Conclusio vero accidit plurimum ei, qui cum egestionis emittit, vel ventositates ab inferioribus indiget, eorum emissionem prohibet, amputatque ventositatis exitus, & egestionem concludit, qui cum exitus viam non inuenit, ab intestinis ad superiora subito redit, donec ad stomachum veniat, fitque vomitus, & corruptio appetitus. Haec est assignatio accidentium, quae primae digestionis accidunt cum causis suis.

De Accidentibus secundae digestionis. Cap. CXLIX.

Secundae vero digestionis, quae est generatio sanguinis in epate, & venis, accidunt similiter incommoda tribus modis, aut enim omnino cessat, nec ciborum succositas, quae ab intestinis ad epar, & venas dirigitur, in sanguinem omnino non alteratur, sed alba remanet. Aut immittitur quidem dum in epate veniitque succositas haec alteratione quadam immutatur, sed non plena. Aut eius actio aliter quam oportet exhibetur, eademque succositas in epate mutatur, aut in coleram rubeam, sicut contingit hysteriis, aut in coleram nigram, sicut hidropicis, & leprosis. Huius autem virtutis accidentium duo sunt genera causarum, vnum scilicet ab interioribus, alterum ab exterioribus. Causarum quae sunt ab interioribus triplex est differentia. Prima est mala complexio. Et haec quidem aut est calida, & ab eo mutatur succositas in coleram rubeam, aut si calor immoderatus est in coleram nigram: aut est frigida, tuncque succositas sanguinis a quosus efficitur. Aut si frigidus immoderatus est, succositas omnino non alteratur. Secunda est morbus organicus, vt opulatio, quae venis accidit, aut ex crasso, & viscoso humore, aut propter apostema, quod illas comprimit.

mit. Tertia est ex natura succositas ad epar a stomacho venientis. Nam si multa est, non eam epar totam in sanguinem alterat, si pauca in coleram ea mutat. Item si calida est, haec etiam in coleram immutat, si vero frigida in flegma, & in ventositate iuxta frigiditatis magnitudinem, & paucitatem. Huius vbi supra. Causae vero quae ab exterioribus procedunt sunt exercitium, siue negociam, balneum, cibum, coitus, & cetera huiusmodi, quae ab exterioribus obuiant corpori. His enim si quis aliter quam oportet in qualitate, quantitate, tempore, & ordine viatur, huiusmodi mali per hoc in corpore multiplicatur. Itaque si pipere, & alio, & capra saepius viatur, colera in generatio in eo multiplicatur, si carne vaccina, caulibus, & leuicula multiplicatur in eo colera nigra, si vero lacte, & fungis, piscibusque recentibus generatur in eo flegma. Porro si labore multo ante cibum viatur, & exercitio, cibumque minuat, ac ieiunio plurimo viatur, in eius corpore colera rubea generatur. Eodem modo se habet res, si quis huiusmodi rebus viatur, quae in corpore multiplicat huiusmodi rebus, vt in quoque humorum, cum in corpore multiplicari fuerint accidentia plurima. Ex colera si quidem rubea, si sit in omni corpore, generatur hysteriis, si in vno membro sit, eripula. Ex colera nigra si plurima fiat in omni corpore generatur morphea nigra, sed quando in quibusdam membris cancer, & durum apostema. Porro ex humore flegmatico, si multus fuerit fit hiposarca, hidropisus, & lepra, si in membris quibusdam apostema molle, quod dicitur zima, denique ex aquosa superfluitate cum multiplicatur in corpore, fit hidropisus tunc patitur, si vero in quibusdam membris, inflationes sunt sine vesicula.

De Accidentibus tertiae digestionis. Cap. CL.

Tertiae denique digestionis, quae cibum membris quae patiuntur similem facit, nocentium quoque tripliciter accidit, aut enim omnino cessat, nec aliquo modo corpus patitur, sicut in primo morbo contingit, & in alienatione, aut immutatur, sicut fit in macie, aut eius actio fit aliter quam oportet, sicut in lepra fit ex morpha. Cibi quidem cessatio, vel priuatio, qua nihil comeditur, vel bibitur fit, aut quia quilibet quatuor naturalium virtutum aliqua accidentia patitur, & ab actioe sua, propter malam complexionem debilitatur. Immutans enim virtus si infirmetur, pascendo non potest membro cibum assimilare, sicutque abinde multae superfluitates in corpore, quae & varios morbos pariant. Porro virtus attrahens, si fortis sit, vt multam cibi quantitatem attrahat, digerens autem debilis, vt attrahat non praeualeat immutare, superfluitas sit in corpore. Infirmata denique expellens ab expulsionem superfluitatum quae congregatae sunt in corpore, sunt accidentia pessima, iuxta superfluitatum naturam. Macies autem efficitur propter cibi potestatem paucitatem, aut propter nocentium, quod in has quatuor virtutes ingreditur, at vero hysteriis, morphea, lepra, elephantia, & similia ex hoc efficitur, quod in huiusmodi habitudinibus, membris partibus, cibus nequaquam assimilatur, qui in potus membrum, quod pascendum est, cibum simile efficitur, & hoc propter malitiam materiei, qua membrum pascitur.

De Accidentibus habitudinum corporis. Cap. CLI.

Porro habitudinum corporis accidentia, quae sunt ex corruptionibus digestionum secundae, & tertiae, sunt hysteriis, lepra, nigredo linguae, & his similes colores, qui apparent in corporis superficie. Constant in parte hysteriis crocea est ex epatis caliditate nimia, ita vt sanguinem in coleram mutet, ac toti corpori per venas mandet, & cutem corporis in citrinitatem transformet. Vel etiam ex venarum in imio calore sanguinem in citrinitatem mutante. Vel etiam ex constitutione viae fellis ad epar tendentis, ne coleram ab epate trahere possit, vnde colera remansens in sanguine per corpus se spargit, cutemque tingit. Quod ex humore viscoso fit in via fellis, siue apostemate epatis, vias ipsius fellis contingentis. Ictericia nigra est ex nimio calore sanguinem incendente, & in coleram nigram mutante, vel ex frigore melancholiam faciente, vel ex constipatione viae splenis, quae cum feces non extrahat sanguinis, commixtos eos sanguini dimittit, & ita per totum corpus disperfitur. Lepra est cum sanguis substantialis, & in censione nimia corruptus, in coleram nigram transformatur. Vel complexio membrorum corporis ex nimietate caloris sanguinem incendit, & in coleram nigram traducit. Vel eadem complexio mutata in melancholiam, traducitur, ex frigore.

ditate nimia, vel eius cibus in naturam eum conuertitur. Morphea nigra est cum exteriora membra, vel cutis in nigredinem se mutat, interiora tamen sana sunt, haec si debilis fuerit, morphea tantum erit, si vero fortissima, erit lepra. Morphea alba, est ex flegmatis causa, cum sanguis in epatis complexionem fit, & hu. mutatur in flegma, cum cui assimilatur etiam exteriorum membrorum natura. Linguae nigredo fit cum fumus, idest, humor calidus epatis, aut pectoris, vel stomachi, ad linguam ascendit, & eam incendit. Ex hac autem ratione consideranda sunt omnia accidentia, in exteriori cute apparentia.

De his, quae apparent in excorpiibus a corpore extra naturalis modo. Cap. CLII.

Alii vbi supra. Iam vero nunc de his, quae in excorpiibus a corpore apparent, disputandum videtur. Omnia quidem quae a corpore apparent, aut naturalia sunt, aut extra naturalia. Naturalia sunt, vt egestio, vrina, menstruum, sudor. Horum accidentia sunt aut in quantitate, vt egestio, vel vrina multa. Aut in qualitate, vt vrina, vel egestio nigra, cum huiusmodi nigredo non naturalis sit. Extraneaturalia vero sunt, vt sanguis, qui de naribus, vel aliunde fluit. Sanguis enim egressus ex vas suis per seipsum minime est naturalis. Omnia vero quae egrediuntur a corpore, si naturalem deserant cursum, eorum egressio fit ab aliqua trium causarum. Prima est ex parte virtutis. Secunda ex materia. Tertia ex membro a quo emittitur. Ex virtute quidem si retentia debilis est, nec materiam retinere praeualeat, aut expulsio valida est, & actionem retentiuae prohibet, materiamque remittit. Ex materia vero, aut propter eius quantitatem si multa est, grauarique virtutem, & ad sui cogit expulsionem, vt cibi si multi sint scilicet ad vomitum, & eruptio sanguinis, si in suis multiplicatur vasculis. Aut propter ipsius qualitatem, vt si sit pungitua, quae naturam ad eorum quae pingunt, & nocent expulsionem cogat, & acuta quae venas acumine suo comedat, aut humida quae venas attenuet, & emolliat, easque cito crepare faciat. Ex membro denique si debile sit, & fragile, rarumque scilicet, vt facile rumpatur, & egressio materiam acceleretur, aut etiam si durum sit siue siccum scilicet ad fissuras facit. Omnis autem si siurae crepationisque causa, aut est exterior, vt illi, foetus, & huiusmodi, aut interior, vt materiei multitudo, quae ex sua grauitate extendit ac diffundit, emolliatque membrum ad quod accelerat rupturam.

De his, quae sunt in euacuationibus a naturalibus, & primo in egestione. Cap. CLIII.

Naturalis euacuationes, vt dictum est, sunt egestio, vrina, menstruum, sudor. In egestione tripliciter apparent accidentia scilicet in tempore, in qualitate, & quantitate. In tempore quidem cum eius emissio ante egestionem acceleratur, aut ab hora solita immoratur. Emissionis acceleratio fit aut ex ciborum multitudine, qua virtus grauatur, & ob hoc eam expellit, aut quia cibus acceptus intestina pungit, vnde & ipsa eum a se propellant, aut quia humidus est, & viscosus, aut quia paucus. Egestionis autem mora fit, aut propter expulsivae debilitatem, & retentiuae vires, aut si cibi tam pauci sunt, vt egeat natura, quaecumque in cibo inuenitur, humiditatem attrahere, aut si stringentes sunt, & constipantes, aut quia lacerati, qui sunt super ventrem debiles sunt a reductione super in intestina. In quantitate vero egestionis apparent accidentia aut in multitudine, aut in paucitate eius, aut in asellarionum numero. In multitudine denum, aut ex copia ciborum, aut quia succositas eorum ad epar non mittitur, aut propter humiditates multas, quae desuunt ad intestina. In paucitate vero, quae est aut ex paucitate ciborum, aut ex multitudine succositas, quae ad epar mittitur, aut quia paucae succositates ad intestina mittuntur. Egestionum numeri pluralitas aut retinentis fit debilitate virtutis, aut abundantia expellentis, aut enervatione lacerti, qui circumdat extremum ani. Expellentis abundantia virtutis, aut ex medicamine laxatiuo fit, aut ex cibo, in quo est laxatiua virtus, aut propter cibi corruptionem, aut propter acutatum materietum ad ambo intestina in corporis parte decursum, aut quia generatur superfluitates in ipsis intestinis, aut quando sunt in eis vicera, aut propter multitudinem naturalis sensus intestinorum. Numeri vero paucitas fit ex causis his contrarijs.



De his, que in eadem apparent, secundum qualitatem ab interiori causa. Cap. CLIII.

Exitus porro naturalis egestionis, in qualitate ab exterioribus causis fit, & ab interioribus: Ab exteriori quidem a cibo scilicet aut propter quantitatem, aut propter qualitatem, aut propter corruptionem eiusdem. Ex quantitate cibi si multus sit. Multus autem dicitur, aut quia temperantia modum tranfit, aut quia virtus non sufficit, aut virtutis reique causa simul. Ex qualitate vero si malum aliquem generet humorem, aut ventositatem. Ventositas in stomacho, vel intestinis generatur, aut propter cibum cuius est ipsam generare, vel est faecolus, saba, & similia; aut propter caloris stomachi debilitatem, vel imminutionem. Nam si stomachus frigidus sit, ventositas in eo non generatur, sicut nec venti, nebulae producantur ex frigoris nimietate. Similiter etiam cum stomachus, & intestina fortissimi caloris sunt, non generatur ventositas, quia calor eam dissolvit, & dissipat, sicut in aestatis tempore, quum nimis est aestus, nec venti coagulantur, aut nebulae. Cum vero stomachus debilis est, indeque intestina, tunc ventositas in eo pariter, eo quod ad subliandum cibum foramina non sint, & ad post dissolvendam ventositatem, sicut & in verno tempore venti multiplicantur, & autumnali propter caloris debilitate. Ventositas autem stomachi, & intestinorum, aut egreditur, aut interiorius remanet, & si quidem superioribus id est, ab ore egreditur, ructatio dicitur, si autem ab inferioribus, aut cum sono, aut sine. Quae vero cum sono fit, aut habet sonum clarum, & ex intestinorum & stomachi vacuitate fit & siccitate, aut cum rugina fit ac strepitu, & hoc ex humida egestionem, aut inter haec media existit.

De his, que apparent ab exteriori causa. Cap. CLV.

Ab exteriori vero egressus egestionis a naturali habitudine secundum qualitatem, fit humoris causa, qui ad intestina desinit, & haec aut solius naturae causa est, ut solutio per quam fit crisis, & haec utilitatem confert, aut ex morbo solo, vel distinetia, quae fit ex membrorum liquefactione, aut ex utriusque simul, ut solutio, quae quasi lotura carnis est recentis; sanguis autem, qui per solutionem egreditur, iij. modis exit, primus est sanguinis solius, sicut accidit illi cuius absconditur pes, vel manus. Remanens enim qui deputatus fuerat illi membro sanguis in eius corpore congregatur, quem natura per solutionem expellit, sic & qui consuetum habet exercitari cum illud dimittit, sanguis qui ad exercitium dissolui conseruauerat, in eius corpore congregatur, quem natura per solutionem euacuat. Huius autem sanguinis egressus circularis fit. Secundus modus dissolutionis est, qui loturae carnis recentis est similis, & hoc ex debilitate fit virtutis immutantis, quae est in epate. Tertius est solutio sanguinis cum molestia. Quod fit cum epate sanguinem quantum expedit immutauerit, sed ad membra propter aliquam opilationem in venis factam peruenire nequit, sicque dum in epate remanet diutius, eius color ad nigredinem declinat parum. Cumque ergo nocet epati natura ad intestina eum expellit, ac per solutionem emittit. Quartus est emissio sanguinis, quae paulatim inter tempora propinqua fit, & in hac quandoque purus est sanguis, & bonus, & nunquam coagulatus, aliquotiens autem cum eo sanies egreditur, vel etiam exit squamosus, & cum vicerum corticibus, & si cum ea frigus nimium sit, tenasmos vocatur, distinetia vero aut ab epate fit, aut ab intestinis.

De Accidentibus apparentibus in vrina. Cap. CLVI.

Accidentia vero, quae apparent in vrina, aut ex renibus sunt, aut ex vesica. Et quae ex renibus, aut ex quantitate, aut ex qualitate. In quantitate quidem si eius immoderatus sit egressus, aut congregatus non egrediatur, aut certe cum difficultate, & paulatim egrediatur. In qualitate vero, aut ex mala complexionem, quae in renibus accidit, aut ex mala, frigidaque complexionem, quae in epate accidit, sitque multa sanguinis aquositas, quam renes cum attenuerint ad vesicam mittunt, & vesica extra. Non exire autem vrinam fit, aut ex retinentis debilitate virtutis, cum fortitudine expellens, aut ex opilatione aliqua, quae vrinae meatibus accidit. Haec autem scilicet opilatio fit, aut ex humoribus grossis atque viscosis, aut arena lapidibusque, quae in vesica generantur, aut apostematis causa quod fit in renibus comprimitque meatus. Arena vero & lapides ex humore grosso, si gematiticoque generantur, quem foris calor desiccet, & solidat. Haec cause cum debiles sunt, difficultas fit vrinae. Et in qualitate quidem apparent accidentia vrinae, aut in colore, si nigra est, quod ex caloris est nimietate, vel adulescentia, vel alba, sicut videlicet ex frigore accidit, aut rubea, sicut accidit ex opilatione, aut in odore, si sit foetida, sicut in putridis febribus. Quae vero propter vesicam accidunt in vrina, aut in quantitate considerantur, aut in qualitate. In quantitate quidem si immoderate egreditur, aut concluditur, aut difficile exit. Immoderatus exitus fit, ut cum lacertus, qui vesicam collum circumdat, eneruatus fuerit. Et hoc ex immoderata fit humiditate, aut ex virtutis retinentis debilitate, & expellentis fortitudine, aut aquae copia bibita, aut vicerum causa vesicae, quae cum vrina purgatur, expellitur, & emittitur, & cum ardore. Conclusio autem vrinae moraque eius, & difficultas, aut ex debilitate virtutis expellentis, & vim retinentis, aut ex mala siccaque complexionem, quae dominatur vesicae, aut immoderata, unde & vrina desiccatur, sicut in adustis febribus contingit, aut propter opilationem quae accidit, aut ex humore grosso vrinae meatibus inherente, qui in vesica sunt, aut sanguine coagulato, aut sanie crassa, cum carne superflua, aut verrucis, quae in meatibus oriuntur, aut ex oris vesicae coarctatione, & restrictione, quae & ex apostemate fit, aut nimia quae reprimat congregat, & reduct siccitate. Accidentia vero in vrinae qualitate, aut in odore sunt, ut si putrida sit, aut in colore, ut si est alba, vel nigra, aut in liquore, ut si tenuis sit aut spissa, aut in substantia, si sanie mixta sit, & sanguini vicerum, quae in vesica sunt, vel causa apostematis, cuius est eiupcio facta.

De Accidentibus, que apparent in mensuris, & sudore. Cap. CLVII.

Mensurorum autem egressus extra naturam, aut in quantitate fit, aut in qualitate. In quantitate quidem si maior est, quam oportet, vel etiam minor, aut si conclusa non exeat. Maior emissio fit, aut propter virtutem, ut valida sit pellens, & debilis retinens, aut propter materiam, si tenuior sit subtiliorque quam conuenit, aut si maioris sit quantitatis, ut naturam grauet, & ab ea expellatur, aut propter membrum, ut si venarum ora quae sunt in matrice dilatata fuerint, & aperta, matricemque rarificata. Conclusio vero mensurorum ex causis fit contrariis, & oppositis. Ex materiae paucitate, aut si venarum ora, quae sunt in matrice spissentur, aut ab expellentis debilitate virtutis, & vi retinentis. Sudor alius est naturalis, & hic bonus est in diebus creticiis, & in exercitijs temperatis, & in balneis. Et cuius complexio calida est, & interiora membra fortia, sudor eius maior est, & a profundioribus. Alius est extra carsum naturale positus, quae scilicet ex consumptione fit carnis, hic namque sudor ea tunc euacuat a corpore, quae sunt vitia. Est etiam sudor a causa duobus his vitia, qui ex immoderata fit humiditate. In hac. n. habitudine exit, & qd est vile, & qd inutile. In quantitate quidem si nimius fluat, quod fit ab humiditatis multitudine, vel eius tenuitate, vel ex pororum dilatatione, vel expellentis virtutis fortitudine. Item si paucus sit, quod ex contrariis causis fit scilicet ex humiditatis paucitate, aut eius siccitate, vel ex rossicite, vel pororum contractione. In qualitate vero a natura egreditur, aut in colore, ut rubeus sudor, qui significat sanguinem, & citrinus qui coleram rubeam. Aut in odore, ut sudor putridus, qui putredinis est significatiuus.

De Signis communibus dispositionum corporis. Cap. CLVIII.

Idem in sermone. 7. Assignatis accidentibus morborum cum causis suis, restat dicendum de signis, quorum tria sunt genera, primum quo sanitas significatur. Sedm quo morbus. Tertium quo nec sanitas nec morbus. Et horum vnum quodque, aut significat eam, quae transit habitu dicitur, vocatur quoque; commemoratiua; aut qd in praesenti est, vel quod futurum sit, dicitur quoque; potendens, & prouidentia. Horum signorum quaedam coe sunt, & coes corporis habitudines significant, quaedam vero propria quae quaedam sunt. De coibus aut prius disputabimus, haec quidem ex actionibus sumuntur coibus, per quas coium corporum subsistentia est, est & sanitatis, & morbi causa in actionibus inueniuntur. Sanitatis. n. signum est bonitas actionum, morbi vero malitia eorum actionum, aut bonitas, & malitia, sunt ex bonitate, & malitia membrorum. Porro sanitas, & malitia membrorum sunt ex immoderantia humorum: Actiones vero coes, ex quibus signa dicuntur coe, sunt actiones naturalium, vitaliumque virtutum, cum per eas animalis corporis subsistentia sit, eiusque firmetas. Vitalis namque virtutis sanitas calorem naturalem statuit, per quem

quem vita est, & ex cuius corruptione mors sequitur. Ex eius quoque temperantia sanitas consistit, & egressus eiusdem a temperie morbus mouetur. Porro per naturalem calorem quatuor humorum subsistentia est, ex quibus coium corporis membra constituntur, & per eos augentur. Necessario igitur habitudines sanitatis, & morbi, duabus his virtutibus significantur. Ex actionibus enim virtutis vitalis significatur sanitas, & debilitas virtutis eiusdem, scilicet animae corporis. Ex temperie vero caloris naturalis, & eius egressu a temperie sunt quaeque res naturales, & quae extra naturam in ea proueniunt, & in corde, quod est sedes est, & fornax. Huius autem virtutis actionum cognitio per motum fit venarum pulsantium, qui motui cordis est aequalis. Porro ex naturalis virtutis actionibus temperantia significatur humorum, eorumque ab ea egressus, & habitudinum eius diuersitates in sanitate, & morbo. Ex decoctione, quae fit in stomacho, & intestinis, eiusque priuatione. In his ergo significatio est, sicut ex his quae emittuntur a corpore. Huius ubi supra. Maturationis quidem, & decoctionis, quae fit in venis, eiusque priuationis cognitio, ex vrina colligitur, quae est sanguinis aquositas. Eius autem quae fit in stomacho, & intestinis, noticia ex egestionem sumitur, quae est ciborum superfluitas. Illius vero, quae fit in anhelitus organum sumitur ex spitus, & creatibus, qui sunt cerebri, quo haec membra percipiuntur superfluitas. Ex sudore quoque significatur corporis habitudines circa sanitatem, nisi quod minus communis est ad significandam decoctionem, quae fit in omni corpore. Est enim sudor subtilis superfluitas, quam membra ad corporis exteriora depellunt, & per cutis poros educunt.

De Signis sanitatis. Cap. CLIX.

Sanitatis significationes quaedam sunt, quae complexionis aequalitatem significant, ut aequalitas tactus in caliditate, & tri. & humi. & siccitate, mollicie, & denicie. Aequalitas quoque coloris in albedine, & rubedine, sed & figurae mediocritas inter maciem, & crassiciem, quae tamen magis declinat ad crassitudinem, eiusque venae sunt inter submersas, & praecedentes super carnem. Praeter haec etiam capilli mediocres inter pilositate, & caluiciem, & lenitatem, & crispitudinem, qui in puertia trahant aliquantulum ad rubedinem, & in iuuentute aliquantulum ad nigredinem. Aequalitas quoque dispositionis somni, & vigiliantiam, membrorum in moribus suis conuenientia, fortitudo in imaginatione, & intellectu, & memoria, mediocritas in moribus, ut inter multam aduiciam, & timore, inter iram, & patientiam, inter pietatem, & misericordiam, inter infirmitatem, & perseverantiam, inter humilitatem, & arrogantiam, in operationibus omnibus complementum, augmenti bonitas, ac velocitas, status proceritas, somnia quoque delectantia, facies hilaris, & amabilis atque iocunda, in appetitu comediendi, & bibendi temperantia, similiter & in expellenda superfluitate. Quaedam vero significant coequalitatem compositionis, & ex his quaedam sunt substantiales, ut forma, situs, quantitas, numerus secundum quod oportet. Aliae vero accidentales, ut decoratio, & pulchritudo. Aliae quoque finales, quae scilicet ex operationum complemento sunt, & quae incedendo secundum perfectionem proueniunt. Omne namque membrum cuius operatio completur est sanum: Modus itaque cognoscendi membrorum principalium dispositiones ex operationibus, secundum cerebrum quidem est per dispositiones operationum voluntariarum, & per operationes sensus, & estimationis, secundum cor vero per pulsum, & anhelitum. Porro secundum epate per egestionem, & vrinam. Eius namque debilitatem egestio, & vrina sequuntur loturae recentis carnis similes.

De Signis Aegritudinum. Cap. CLX.

Accidentium aut significantium aegritudines, quaedam ipsam aegritudinem demonstrant, ut diuersitas pulsus in festinatione sui in febre, febrem enim ipsam significat. Quaedam vero locum aegritudinis, ut pulsus ferrinus, cum ex apostemate pectoris dolor fuerit, significat quoniam apostema est in pinniculo, & diaphragmate. Et pulsus vndulosus significat apostema in corpore pulmonis. Quaedam etiam significant aegritudinis causam, ut significationes replicationis per diuersitatem suarum dispositionum, quarum quilibet modus aliquis significat replicationis modum. Item accidentium quaedam prouident, quae cum aegritudine incipiunt, & stantur, ut in febre acuta dolor pungitius, & coangulatio anhelitus ac tussis, & pulsus ferrinus, cum apostemate lateris. Quaedam vero notam horam non habent, & quandoque sequuntur aegritudinem

quandoque non, ut dolor capitis cum febre. Quaedam autem in fine rei eueniunt, ut sunt significationes crisis, & maturitatis, & signa mortis, harum plurimae sunt in aegritudinibus acutis. Praeterea significationum quaedam in eo, quod de membris apparet significant, & haec quidem aut ex his sumptae sunt quae proprie sentiuntur, ut sunt dispositiones colorum, & dispositiones tactus in caliditate, & fri. mollicie, & sic, aut ex eis quae communiter sentiuntur, ut ex forma membrorum, & sitibus, ac motibus, & quietibus eorum, & fortasse significabunt ocula dispositionem ipsorum, ut saltus labii, vomitum ipsorum, praeterea quantitates si fuerint augmentatae, vel diminuta, eorum que numeri fortasse significabunt oculorum membrorum dispositiones, ut digitorum curuitas epatis paruitatem significat. Et rugitus super inflationem, & digerendi malitiam est signum audibile, huiusmodi quoque sunt cognitiones per odores, & sapores oris, & similia. Porro cognitiones prius, & ethice per vnguium gibbositatem visibiles sunt, & sunt de capitulo eorum quae communiter sentiuntur. Quandoque vero, quod manifeste sentitur rem occultam significat, ut rubor pomi maxillae pulmonis apostema portendit, & gibbositas vnguis vlcus pulmonis. Significationes autem, quae habentur ex quiete membrorum sunt, ut apoplexia, epilepsia, sincois, & paralisis. Quae vero sumuntur ex motibus eorum sunt ut horripilatio, tremor, singultus, oscitatio, sternutatio, & alices, tussis, saltus, & spasmus. Harum autem quaedam proueniunt ex operatione naturae principaliter, ut singultus. Et quaedam ex operatione naturae accidentaliter, ut tremor, & spasmus, quaedam etiam voluntariae purae sicut reuolutio de latere in latus. Quaedam autem ex naturali, & voluntaria compositae, sicut tussis, & minctus, & egestio: quaedam a natura siue voluntate, ut horripilatio, & saltus.

De Pulsu, & eius notitia. Cap. CLXI.

Via vero pulsus, & vrina sunt ex significationibus dispositionum corporis vniuersalibus, nunc de illis loquemur. Pulsus est motus receptaculorum spiritus, ex diafole, & sistole compositus, ad regnum spiritum per aerem attractum. Omnis itaque pulsus ex duobus motibus, & duabus quietibus est compositus; quia necesse est, ut quiete interueniat inter omnes duos contrarios motus. Impossibile namque est, ut vnus motus alii continuetur, postquam eorum spacio terminus & extrimitatis in effectum applicatur, sicut in naturali scientia declaratur. Necesse est igitur, ut in vnoquoque pulsu priusquam alius consequatur, quatuor interueniant partes, scilicet motus eleuationis, & quiete inter ipsam, & depressionem, & itaque motus depressionis, & quiete inter ipsam, & eleuationem. Depressiois quidem motus apud plurimos medicorum nulla modo sentitur. Apud alios autem, aut in forti pulsu sentitur, propter suam fortitudinem, aut in magno propter sui eleuationem, aut in duro propter multam sui resistentiam, aut in tardo, propter temporis sui motus longinquitatem. Huius ubi supra. Pulsus est motus localis arteriarum, & cordis dilatando, siue constringendo, ut calor naturalis custodiatur, cuius custodia est aerem frigidum trahere cum dilatatione, & fumum expellere cum contractione. Dilatate cor, & arterias est mouere a centro in extremitates suas. Constringere vero conuersio. Cordis, & arteriarum idem est motus, motus ergo cordis querendus est in arteriis. Pulsus scientia grauis est, & difficultis tribus ex causis. Primo quia non est facile cuiquam in sensu venarum asuescere, quo possit modicam alterationem, quae in pulsu sit agnoscere. Secundo quia necesse est medico dum arte rias constringit, omnia genera pulsus, quae decem sunt cognoscere breui tempore. Tertio, quia venarum pulsus nihil habent simile, vel exemplum ex cuius disci possint collatione. Razi. g. parte. Oportet autem, ut qui pulsus nosse significationes desiderat, saepe dum aliquis sanus est arteriam eius tangat, & cum summo studio inspiciat, ut cum necesse fuerit inter eas comparisonem inuenire sciat.

De Modo tangendi pulsum. Cap. CLXII.

Itaque scientia pulsus ad hoc tantum est necessaria, ut ritualis virtus, quae in corde est intelligatur. Quod intelligi non potest ex omnibus arteriis corporis. Primo, quia quaedam earum in inferiori sunt corpore, sicut quae sunt in dorso longitudine. Aliae in carne sunt fundatae, sicut coxarum arterie. Aliae sunt offibus operae, sicut in pectore, quarum motus non apparet in tactu, dum sanum est, & carnosum. Secundo quia quaedam longae sunt a corde, nec semper apparentes, vade nec inuestigandae

stigmata sunt tactu, vt calcarum, & plantarum pedum arteriarum, Tertio quoque, quia non eorum compositio recta est, ut quatuor digiti plene possint apponi, sicut in articularum articularum...

De Speciebus pulsuum. Cap. CLXIII.

Pulsuum habitudines variantur multipliciter iuxta varieta-tem virtutis mouentis, & caloris naturalis, & arteriarum ac sanguinis, spiritusque, quem continent si naturalia sunt hec, vel inaturalia, vel a natura egressa...

rit, vocatur diuersus. Hanc quoque diuersitas multas habet species, cum enim secundum motum circulum inuenitur, nec ab eo se remouerit. Verbigtaria: cum post tres aequales percussiones vna diuersa inuenitur, aut inter omnes quatuor, aut inter omnes quinque, aut inter quatuor aequales, duae, aut tres...

De Significationibus pulsuum, & compositioibus eorum. Cap. CLXIII.

Pulsus longus caloris augmentum, & carnis diminutionem sequitur. Et latus humiditatis augmentum comitatur. Eleuatus quoque caloris, & fortitudinis augmentum sequitur. Pulsus etiam magnus, & velox, ac spissus caloris augmentum...

De Differentijs pulsuum iuxta sexus, & aetates, & complexiones, & figuras. Cap. CLXV.

Pulsus foeminae minor est, quam masculi, propter paruitatem caloris eius naturalis. Debilior quoque, quoniam & ipsa debilior est, ac minoris exercitii, velocior autem est vt natura sepe iterando expleat in foemina, quod per magnum pulsuum semel operatur in masculis, vt scilicet tantum aeris ad refrigerandum in illis trahat, quantum vnus magnus in maribus traheret...

hat ac it, quantum magnus vno impetu traxit. In macidis aliquando tamen pulsus cistiorum maiores sunt, quod si quantum sunt calidiores.

De Differentijs eorumdem, secundum aetatem, & secundum tempora. Cap. CLXVI.

Somnus quoque pulsuum mutat, quia tunc calor naturalis interiora corporis petit, causa cibum digerendi. Itaque pulsus in initio somni parus est, & tardus, medietate somni rarefcit. Cibus autem cum digestus fuerit, ac per totum corpus se diuiserit, confortatur calor, & virtus, pulsusque fortis efficitur, & magnus, sed tamen rarior ac priore tardior, post cibum vero digestionem se prolongat somnus, vt cibi si per se uero expelli differatur, pulsus debilis fit ac parus, & vt prior tardus: vnde oportet vt postquam cibus digeritur, a somno excitetur, ad expellendas cibi superfluitates, vt egestionem, vrinam spuram, & emunctioes. Porro si subito quis excitetur a somno, propter vocem, aut perussionem, vel huiusmodi, vna quae distenditur, & pulsus magnus, ac fortis efficitur, velox quoque ac spissus inordinatus, & tremebundus. Cum autem quiescit excitatus, in priorem statum redditur pulsus. Ex temporibus autem ver, & autumnus, quia temperata sunt, intercalidum, & frigidum, fortem faciunt pulsuum, omne namque temperamentum virtutem custodit, & augmentum. Estas vero, quia calidissima est pulsuum paruum, & debilem reddit. Mala namque complexioni, virtus semper deficit. Ideoque pulsus dilatari non potest, vt magnus efficiatur. Vnde velox ac spissus, id est frequens est, vt magnitudo aeris attrahatur. Hyems autem, quia frigida est, & humida, pulsuum facit paruum ac defectum, quia deficit virtus mala complexioni. Tardum quoque quia non multum oportet refrigerari, fortiore tamen quam aestas facit, quia calor naturalis in interiora corporis refugit. In aestate vero calor dissoluit virtutem. Vnde pulsuum necesse est esse maiorem, qui ad refrigerandum trahere sufficiat aerem.

De Differentijs eorumdem ex motu, & balneo, & cibo, ac caeteris. Cap. CLXVII.

Rari vbi supra. Item secundum motum diuersificatur pulsus. Motio namque leuis, ex qua non alatur aliquis augmentatur pulsus magnitudinem, & velocitatem, ac spissitudinem, secundum sui velocitatem ac fortitudinem. Ex motione vero magna, scilicet diuina, ac laboris, fit pulsus parus, & debilis, ac spissus, secundum quantitatem ipsius. Balneum quoque magnitudinem pulsus, & eius velocitatis, & lenitatis, ac spissitudinis augmentum praebet, in quo si quis moram fecerit parus ac debilis fiet, eius tamen velocitas remanet. Item secundum cibum. Cibus namque qui nullum affert nouum incrementum, nec aetuationem vehementer auget pulsus fortitudinem, & spissitudinem, ac magnitudinem, non tamen statim, sed post longam moram. Qui vero ad nouum incrementum, & aetuationem perducit pulsuum diuersum facit. Vinum quoque pulsuum augmentat in fortitudine, ac velocitate, & spissitudine, quae scilicet augmentatio citius secundum tempus provenit, quam ea, quae per cibum fit. Ex medicinis praeterea, quae calefaciunt, & in frigidam immutatur pulsus: horum enim ea, quae calida sunt secundum caliditatis suae quantitatem in velocitate, & spissitudine, ac magnitudine pulsuum augmentant, & e contrario. Item secundum animae accidentia. Ira namque pulsuum efficit eleuatum, & fortem, & velocem, ac spissum. Multus autem timor diuersam, & velocem ac tremulam. Tristitia vero debilem, & tardum, ac rarum. Gaudium quoque tardum facit, & rarum cum magnitudine, & lenitate, ac plenitudine. Auicenna vbi supra. Ita quidem, quia virtutem feruere facit, ac spiritum subito dilatat, pulsuum magnum facit, & velocem ac spissum, in quo non oportet diuersitatem cadere, quia passio similis existit, nisi timor admiscetur ei, qui vna vice superet, & haec alia vice, vltimam verecundiam, vel aliquid tale. Ex deliciis autem, quae paulatim ad exteriora mouent, non fit pulsus adeo velox, & spissus, sicut ex ira, sed est tardus, & rarus, similiter & lenitatis pulsus, licet ipse sit magnus. In tristitia vero, quia calor suffocatur atque submergitur, & fortitudo debilitatur, pulsus est parus, & debilis, rarus, & tardus. Timor autem qui subito venit, pulsuum velocem, ac diuersum, & inordinatum facit. At vero constans, et qui ordinate provenit, mutat pulsuum, secundum mutationis sollicitudinis modum. Hippocrates in tractatu de differentiis pulsuum. Ex his autem, qui contra naturam sunt, freneticorum pulsus minor est, & spissus. Litargiorum maior, rarus, & tardus, & ignis est. Pleuriticorum omnium subspissus, & velox est. Pericardiacorum ita velocitate, & spissitudine coangustatur, vt frequenter etiam non appareat. Apoplecticorum minor, spissus, & velox est. Cardiacorum minor, spissus, velox, inanis. Colicorum frequenter similis, cardiacorum pulsus inuenitur. Caducorum magnus, infanorum minor. Stomachicorum, omniumque, qui stomachi causa laborant, breuis, & spissus est, pyricorum spissus.

pleumonicorum ita velocitate, & spissitudine coangustatur, vt frequenter etiam non appareat. Apoplecticorum minor, spissus, & velox est. Cardiacorum minor, spissus, velox, inanis. Colicorum frequenter similis, cardiacorum pulsus inuenitur. Caducorum magnus, infanorum minor. Stomachicorum, omniumque, qui stomachi causa laborant, breuis, & spissus est, pyricorum spissus.

De Vrina, & his, quae in ea considerantur. Cap. CLXVIII.

Constanti vbi supra. Vrina est colamentum sanguinis, qui scilicet sanguis in renibus discernitur post cibum digestionem, & a concaua vena egressus colatur, vnde postea renum officium est, ipsum sanguinem colamentum sibi attrahere, & tam diu tenere quoad usque partem sanguinis in nutrimentum sui distribuat, aquam vero in vesicam trahat, & hoc per duas venas scilicet non en foritatis, eo quod quidem vrinam descensus ibi fiat, vnde fit vt vrinam duarum tantum rerum generaliter significatiua sit, qualitatium, scilicet epatis, & vrenarum proprie corporis etiam ex eorum affinitate, vel passionum in instrumentis ipsius vrinam, sicut in renibus, & vesica, & in eiusdem vrinam via, quae dicitur scala. Hali vbi supra. Vrina est aquositas sanguinis, quam renes separant, & ab eo purgant post digestionem, & in ipsius ad venam concauam egressu, hanc renes ad se trahunt, & in eis aliquantulum immoratur, donec quam in ea sanguinis modicum admixtum fuit sibi sumpturint, dehinc illam ad vesicam per vasa duo, quae clausulae vocantur depellant. Ex lib. vrinarum, a voce Mauri. In vrina quatuor continentur, siue considerantur, scilicet color, & substantia, quantitas, & contentum. Vrinarum colores sunt. 1. g. f. albus, lacteus, glaucus, capnosus, subpallidus, pallidus, subcitrinus, citrinus, subbrunus, rufus, subrubeus, rubeus, subrubescens, rubicundus, miopos, chianus, viridis, liuidus, niger. Substantiae sunt. v. l. tenuitas, spissitudo, mediocritas, mediocritas tenuitas, mediocritas spissitudo. Quantitates sunt duae, scilicet multitudo & paucitas. Contentum quadruplex, scilicet sedimen, resolutio, arena, humor. Quae diuersa ex quatuor habent provenire qualitatibus, scilicet caliditate, frigiditate, siccitate, humiditate: quarum duae immutant vrinam secundum colorem, scilicet caliditas, & frigiditas. Aliae duae eisdem immutant substantiam, id est siccitas, & humiditas. Colorum alii significant caliditatem, alii frigiditatem. Caliditatem significant ab subcitriuo, vsque ad viridem colorem. Itaque subcitrinus includatur, & viridis excludatur. Frigiditatem significant, a pallido superius, ita quod pallidus includatur. Viridis significat caliditatem adurentem. Liuidus frigiditatem mortificantem. Niger quandoque significat caliditatem adurentem, scilicet praecedenti viridi. Frigiditatem mortificantem liuido praecedenti.

De His quibus accipiuntur significationes vrinarum, & primo de Coloribus. Cap. CLXIX.

Auicenna, vbi supra. Prima significatio, quam habet vrinam, est de dispositione epatis, & vrenarum aquositas, & super dispositiones vrenarum, eiusque mediantibus alias demonstrat aetudines. Eius significatio si minor est illa de epate, proprieque de gibbositate eius dispositione. Significationes autem, quae ex vrinis habentur, ex septem generibus accipiuntur, scilicet ex colore, ex substantia, ex claritate, & turbulencia, ex hipotasi, ex quantitate, ex odore, & ex spuma. Razi vbi supra. In vrina quidem attenduntur color, substantia, & odor, & illud quod residet in fundo, vel prope pendet in medio, vel apparet in superficie. Color albus cum substantia subtili, quae assimilatur aquae coloris, saepius apparet post multum cibum, & potum, antequam digeratur, vel in diabethe, quae est aegritudo, multam faciens aquam bibere, eum qui patitur, nec tamen sitis eius sedatur, quoniam illico cum vrina egreditur. Cum autem sine his duobus apparet huiusmodi color in vrina, vltimam attendit cruditatem, & indigestionem, & epatis frigiditatem. Color secundus, qui parum glaucedinis habet, digestionis paucitatem, ac debilitatem significat. Tertius est color citrinus, qui temperiem caloris in epate demonstrat. Quartus est igneus, qui calorem superfluum, & inflammatum designat. Quintus croceus, qui non plus caloris demonstrat, quam igneus, significat tamen sanguinem multum abundare in corpore, & ex eo vrinam aliquam admixtum fore. Sextus rubicundus non valde clarus, qui coleram rubeam, & sanguinem designat, & si in huiusmodi vrina superficie spuma citrina fuerit, histeriam significat. Septimus est color niger, qui si apparuerit in vrina post citrinum, & rubeum, vltimam significat, & inflammationem, & incen-



& incensionem, quae etiam in febribus acutis, omnium vrinarum deterior existit, praecipueque si valde spissa fuerit. Quandoque tamen apparet vrina nigra post menstruum fluxum aut retentionem eorum, aut in fine aegritudinum, quae ex colera nigra generatur, vt est quartana, vel splenis crosificies, aut melancolia, vel horum similia, nec tamen malum portendit, sed etiam quandoque bonum ostendit. Apparet quoque quandoque post vrinam albam, & liuidam, & tunc vltimam significat epatis frigiditatem, & caloris eius extinctionem.

De Causis colorationis vrinarum. Cap. CLXX.

EX lib. vrinarum a tuoce Mauri. Caliditate quidem sic fit vrinæ coloratio, dum per caliditatem inrensam non tamē adurentem in humorum, & vrinæ naturam agentem fortis sic ebullitio ignearum partium, maior incipit esse effectus calidi, & generatur humores calidi spiritus, & quia vrina eorum est superfluitas, ab his colorata egreditur, si verò adurendo agat, dum subtilium, & fluidarum partium fit dissolutio, resolutio, & cōsumptio, quae remanent terrestres sunt, & solidae in principio adustionis, dum ab igneis partibus rubeus habeat prouene color, & a terrestribus niger, ex eorum alterutra conditione, compositus prouenit color, scilicet vitidis adustione perfecta, & ignearum partium consumptione facta, niger a terrestribus prouenit color. Frigiditate autem vrina sic discoloratur, dū per frigiditatem inrensam in humore, in vrinæ materiam agentem naturalis caloris minuitur effectus, terrestrium & aquosarum partium fit multiplicatio, humorum que tepescit ebullitio, aquosi generantur humores, & frigiditatis a quibus vrina discolorata egreditur, si vero tanta fuerit frigiditatis intensio, quod ex parte aquosa condensat in terrestria, cum ab aquosis albus proueniat color, & terrestribus niger, eorum alterutra conditione compositus prouenit color. Liuidus. Frigiditate autem perfecta, & aquosarum partium exiccatione facta, niger a terrestribus prouenit color, ex praecedenti liuido. Razi vbi supra. Praeterea quandoque iuxta colorem cibi, vel potus sumpti tingitur vrina, sicut ex potu castae fistulae, vel aloes, fit valde rubea, ex oleum comestione viridis, & ex nigri vini potu nigra. Tingitur etiam quandoque propter doloris vehementiam, licet eius materia sit humor frigidus, sicut in dentium, vel auris dolore contingit. Paucitas quoque tinetur accidit ei propter aquae multae potationem, vel propter multi cibi, vel potus modicis accepti, nondum facta digestionem. Attendenda sunt prius omnia signa haec, & sic postea iudicandum. Auicenna, vbi supra. Vrina post comestionem albescit, nec sic esse cessat, donec digestio fieri incipiat, tunc enim incipit tingi, propter hoc vlna vigilantium alba sunt, & ad hoc adiuuat caloris innati resolutio, sed limosa non sunt, immo falsitati propter priuationem digestionis attinent.

Item de significationibus colorum in vrina. Cap. CLXXI.

EX coloribus vrinæ sunt gradus citrinitatis, sicut palearum, deinde citrini, post flauus, deinde rufus, postea citrangularis, & post igneus, postea vero croceus, quem vocant rubeum clarum. Et omnes, qui sunt post citrinum caliditatem significant, sed tamen secundum gradus suos diuersificantur, & accidunt quandoque propter vehementes motus, vel propter dolores, aut propter famem, vel aquae abstinentiam. Post praedictos autem sunt rubei gradus, vt rufus, & obscurus, & puluerulentus, omnesque sanguinis dominium significant. In omnibus autem in quibus est color auripigmenti, attinet significatio colerae rubeae dominio. Igneus quidem magis calorem significat, quam rubeus, & puluerulentus, sicut colera in se calidior est, quam sanguis. In aegritudinibus acutis incendentibus vrinæ color trahit ad auripigmenti colorem, & igneum. Quod si fuerit ibi tenuitas, aliquam maturitatis dispositionem significat, si vero citrinitas fortior vique ad terminum igneum sit peruenerit, calorem incessanter cessisse significat. Post hoc vrinæ gradus viriditatis, qui omnes frigiditatem significant, praeter eam quae succo porri, vel aris erugini similitur, haec namque, vehementis incendium designant. Quae vero colorem iteos praetendit, vehementem frigiditatem secundum plurimum ostendit. Dicunt autem quidam quod significat venenum in potu haustum, & si quidem hipostasis in eo fuerit spes erit, sin autē timeatur ei. Gradum vero nigri coloris, alius est qui ad nigredinem tendit, secundum viam crociatatis, sicut est in histericia, & significat colere rubeae spissitudinem, & eius adustionem, & coleram nigram, quae accidit ex colera rubea. Alius est, qui ex succo prouenit ad nigredinem, & significat coleram nigram.

Alius etiam qui ex viriditate, & colera indico simili prouenit, & significat coleram nigram puram. Ad summam autem vrinam nigra significat, aut vehementis incendium, aut forte frigus, aut mortem, aut caloris naturalis superationem, aut erysim, & ex pulsione naturae, quae scilicet ipsa colera nigra superfluitas expellit, sicut accidit in fine quartanarum, & quando splenis aegritudines resoluuntur, & dolores dorsi argue matris. Vrina vero alba dupliciter dicitur. Aut quae tunc est, & trans lucens vt crystallum clarum, vulgus enim id, quod translucens vt crystallum clarum, vulgus enim id, quod translucens est, album vocat. Aut quae pro certo est alba, cuius color digregatius est visus, sicut lac & pergamentum, & ista quidem non translucet, vt visus in ea penetrat, translucencia namque pro certo non est nisi omnium colorum priuatio. Itaque translucens albedo significat frigiditatem omnino, & aufert digestionis fiduciam. Quae si cum erofitidine fuerit, flegma, si signifi cabit. Alba vero pro certo non est nisi cum crositudine, huius quidem alia est cum albedo similis est albae, vel albu mini, & significat flegmatis liquefactionem. Alia similis est albedini, quae est in fungo cum tenuitate, & sanie, & significat exitu ras vlcerosas, in instrumentis vrinæ. Et si quando fuerit absque sanie, hoc erit propter superationem materiae crudae non maturae. Quandoque autem est cum lapide vesicae. Alia vero spermatia assimilatur, & hoc est quando flegmatis eorum apostematum adest crisis, & laxitas interiorum, & aegritudinum, quae accidunt ex flegmate vitreo. Cum autem spermatia similis est, & non est secundum modum erysim, est propter apostematam flegmatis, immo cum in primis euenierit, apoplexiam aut paralytiam prouocant. Cum autem in omnibus horis febri alba fuerit vrina, cito conuertetur in quartanam. Plumbea quidem sine hipostasi valde mala est. Laetea quoque in acutis aegritudinibus est perniciofa.

Ab hoc de eodem. Cap. CLXXII.

POSSIBILE quidem est, vt vrina sit alba, complexio vero calida sit, & colerica: aut vrina rubea, & complexio frigida flegmatica. Colera namque rubea cum ab vrinæ viam declinat, & non admiscetur ei, remanet vrina alba. Vrina igitur alba consideranda est, quia si fuerit humor illius multus atque limosus, & eius sedimen multum ac crossum, eiusque substantia cum hoc ad crositudinem trahit, albedo ex frigiditate flegmatis existit. Cum autem non limosa clara fuerit, nec eius sedimen multum, nec peruis, & albedo ad fuscitatem traxerit, colera rubea est occultata. Porro si in aegritudine acuta, vrina fuerit alba, fueritque in ea significationes salutis, ex quibus non timeatur frenesis, & similia, sciendum est quia colera rubea declinat ad aliud canale, & ad intestina, & accidet ergo constrictio. Causa vero propter quam vrina rubea est in aegritudinibus frigidis, est aut fortitudo doloris, qui coleram rubeam resoluat, sicut in colica frigida accidit, aut dilatio facta ex superatione flegmatis in canali, quod est inter fel, & intestina; quapropter fel ad intestina naturaliter non descendit vt solebat, sed vrinæ societas est ei necessaria cum qua egreditur, sicut accidit in colica frigida. Aut debilitas epatis, & defectus virtutis eius, quae inter aquositate, & sanguinem non potest facere separationem, sicut accidit in hidropi frigida, & in aegritudinibus debilitatis epatis, secundum plurimum, quia propter eas vrina similis est loturae carnis recentis. Aut est constrictio quam opilationes fecerunt, vnde mutatur color flegmatis in venis, propter aliquam putrefactionem, quae ei accidit, & huius signum est, quod aquositas vrinæ, & sedimen ipsius sunt secundum modum, quem diximus, eiusque tinetur debilis est non limosa. Colerae namque rubeae tinetur, limosa est.

De Significatione substantia, & odoris. Cap. CLXXIII.

Azi vbi supra. Vrinæ substantia, aquae subtilis similis, inuit digestiue debilitatem, spissa vero quasi liquoris crosi, qui continetur in felle, significat digestiue superfluitatem, & humoris in corpore diminutionem. Inter eas autem mediocris existens, digestiue significat bonitatem, & epatis humorumque, qui continentur in venis temperatam dispositionem. Perturbata vero significat humorum in venis cruditatem, & indigestionem cum caliditate, quae in eis operatur perturbacionem. Vrina turbida cum cito diuiditur, & crosificies, quae in ea ad fundum descendit, magis propinqua est maturitatis significationi, secundum suae diuisionis velocitatem. Vrina arenosa, vel turbida, lapidem in renibus, aut in vesica signifi cat, epatis quoque debilitatem, quandoque portendit. Cū autem

autem aeger purum sanguinem minxerit, aliquam ex venis, quae sunt in renibus siffam ostendit: Vrina pinguis, et o simili, cum ethica prouenit. Vrina quoque multam habens pinguedinem in superficie, significat quod adeps ream liquati incipit. Vrina tenuis, & alba, in acuta febre, si multis diebus talis permanerit, amentium ergo superuenturam ostendit. Vrina cum post febris remotionem tineta remanserit, in epate calescit, vel apostema erit. Vrina lordea, cuius color est quasi musti, vel aquae cicicis multum cocti, est habitum apostemata antiqua in interioribus, & non acuta. Odor ab vrina procedens, similis ei, qui a re acuta, & scisma dissoluitur, maturitatis indicat superfluitatem, qui quandoque sentitur in acutis febribus, & in epatis apostemate, vel eas portendit futuras. Vrina vero penitus odore carens, in vltimitate cruditatis existit, & tarditate digestiue. Quae vero in medio inuenitur, digestionis aequalitatem designat.

De Signis apparentibus in superficie, vel in medio, vel in fundo. Cap. CLXXIII.

AB eo quoque quod inferius descendit, vel quod superius eleuatur, aut quod in medio pendet, sumuntur digestionis, quae fit in venis, significationes, huius autem rei substantia similis est distillationi, quae fit in aqua rosata. Et in his quidem quae descendunt in ferus, melius iudicatur id, quod est album & leue, & in fundo vasis residet, cuius quoque dispositio talis in diebus aegritudinis continue permanet. Bonum quoque descendens, quale est hoc, quod praediximus, est id quod cum meliori ex coloribus (hic est citrinus) & meliori est substantiis, quae scilicet est inter subtilitatem, & spissitudinem mediocris apparet, & cum odore caeteris meliore, hoc est, qui nec multum fetet, nec omnino priuatur odore. Vrina quoque in qua haec apparet omnibus aliis melior iudicatur: significat enim digestiue perfectionem: & ab aegritudinis malitia securitatem. Hoc autem descendens in bonitate, sequitur id, quod in medio vase pendet, cum secundum hunc modum reperitur, post quod etiam illud quod in superficie natat consistit. Color autem qui attenditur in descendente, melior est albus, cum formae longitudine. Post hoc autem est, rubeus, significat enim salutem cum aegritudinis prolixitate, glaucus vero deterior est. Eoque viridis peior. Et hoc quoque niger deterior.

De Hipostasi. Cap. CLXXV.

REUM autem, quae multoties apparet in vrina, prima est hipostasis, & est eius quod apparet in ampullis aquae rosatae similis. In huius namque colore videntur radiositas, & parietas, & raritas, & claritas, ac pulchritudo, quae in caeteris non inueniuntur, cumque mouetur, tota cum vrina miscetur. Aqua tamen vrinæ non turbatur, ipsa quoque non cito descendit inferius, plerumque quod etiam non descendit, hoc est superfluitas in venis existens. Secunda est superfluitas turbida, cuius color est albus, & est sepe liquefacto similis. Tertia est pus, quod quandoque diuisum est, ex quo cum mouetur vrina turbatur sursum atra, & eleuatur frustula, deinde vero descendit inferius. Quarta est arenosa, cuius duae sunt species. Vna limosa, quae limaturae auri similitur, licet minutior sit, & haec a renibus egreditur. Alia vero colorem habet quasi terrae vel lutii, & haec a vesica egreditur. Quinta vero pus non multum albis assimilatur, quae cum a renibus egreditur nullum aliud malum portendit, nisi humores crudos abundare in corpore, cui medicamina diuretica conferunt. Sexta est in qua frustulorum carnis similitudines apparent, quae ex renibus egrediuntur, si dolor in renibus fuerit. Si vero cum acuta febre appareat, febrem corpori valde nocere demonstrat. Cum ethica vero si fuerit, solidorum indicat liquefactionem, & dolorem peruenerit iam ad membrorum catnem. Septima lentium exorticatarum, assimilatur frustulis, significans in epate superfluitatem caloris. Octava similis furfuri est, quae propter aegritudinem vesicae saepius contingit, sed tunc colorem extraneum non habet. Quandoque vero cum febre acuta prouenit, eiusque color extaneus, & a maturitate valde remotus, mortem portendit. Auicenna vbi supra. Conuenientia medicorum, in vlu nominis hipostasis, & sedimen iam recessit a via cognita. Dicunt enim hipostasis, aut sedimen, non illud tantum quod inferius descendit, sed omnem substantiam, quae spissioris essentiae, quam aquositas existit, & est ab ea diuisa, sicut sit in spissa, sicut sit supra. Cognoscitur autem hipostasis multipliciter, scilicet ex sui substantia, & quantitate, & qualitate, & suarum

partium situ, ex loco quoque sui, & tempore, & permixtionis sui qualitate.

De Diuersitate vrinarum secundum aetatem, & sexum. Cap. CLXXVI.

Vrinæ puerorum significatio parua est, praecipueque infantium, eo quod lacte vrantur, & quod materia tingens in eis est quiescens ac submersa. In eorum quoque natura diuersitas existit ex debilitate, & multa dormitione, quod maturitatis significationem perneat. Infantium igitur vrinæ trahit ad lactis proprietatem, propter nutrimentum eorum, & propter complexionis humiditatem. Ideoque declinant ad albedinem. Puerorum autem vrinæ spissiores sunt, & crosiores, quam iuuenum, ac turbidiores. Vrinæ iuuenum ad ignis formam tendunt, & ad substantiam mediocritatem, vrinæ vero senum ad albedinem, & subtilitatem. Quandoque tamen crosae sunt, sicut dum superfluitates in eis existentes, quorum enacuatio multiplicatur. Porro decrepitorum vrinæ maioris albedinis sunt, & tenuitatis. Quandoque tamen praedicta ex causa crosificies accidunt eis, sed raro. Cumque fuerit vrina vehementer crosia, apti erunt vt eis accidat lapis. Vrinæ vero mulierum semper maioris crosificies sunt, & albedinis, minorisque pulchritudinis quam virorum. Et hoc quidem propter debilitatem digestiue earum, & propter multitudinem superfluitatum, & amplitudinem canalium. Praeterea masculorum vrinæ commota turbatur, & earum aegritudinis declinat ad superiora. Vrinæ vero mulierum fere non turbantur ex motione propter paucam sui separationem, & habent secundum plurimum supra summam suam spumam rotundam. Quod si turbida fuerint, earum turbidatio pauca erit. Vrinæ praegnantium clarae sunt, & super earum superficie est nebula, & ad colorem aquae cicicis quandoque trahunt.

LIBER XIII.

De Signis, & causis particularibus aegritudinum. Cap. I.

ALI (sermone. 8. Dico de signis vniuersalibus aegritudinum, restat dicendum de signis particularibus, vel propriis singularum membrorum. Est autem morbi diffinitio nocuenti actioni sensibile. Nam corpus, quae morbis parata sunt actiones, adhuc in habitudine sua naturali superant, nisi quod alteratione quadam immutatae sunt, aut in quantitate, vt si ciborum appetitus augetur, vel minoratur, vel si digestio modum quantitatis ciborum excedat, aut ab ea minuat, aut in qualitate, vt si ciborum appetitus immutetur scilicet in dulcorem, vel aciditatem, aut in tempore, vt si hora consuetudinis appetitus anticipetur, aut differatur. Haec igitur signa, nec plenam morbum, nec perfectam sanitatem significant. Morborum autem quidam sunt in ea membrorum parte, quae sensui patet, & horum significatio facilius est. Quidam autem in interioribus, & absconditis partibus, & horum significatio difficilior. De his qui sensui patent primo tractabimus, quia discantibus est opportunus incipere a sensibus. Horum autem quidam & exterioribus, & interioribus corporis communes sunt, vt febres, & apostemata. Quidam vero superficiei tantum. Et horum alij ab interioribus causis proueniunt, aut ab exterioribus. Iterum qui ab exterioribus, aut accidunt a corporibus inanimatis, vt a lapidibus, & huiusmodi, aut ab animatis, vt a percussione scorpion, vel morsura, vel punctura. Idem in sermone 6. Continuationis separationis causa, quae fit ab exterioribus, aut est aliquid incidens, vt ensis, aut distrumpens, & desiccans, vt motus fortis, aut incendens, vt ignis, & medicamen adurens, aut aliquid allidens, vt lapis, aut distendens, vt funis. Quae vero ab interioribus sunt exterioribus assimilantur, aut enim est chimus crosus illidens, sicut ab exterioribus lapis, aut ventositas crosia distendens, quem admodum, & funis, aut calidus ac putridus humor incidens, sicut & ignis.

De Febre, & corporibus ad febrem dispositis. Cap. II.

FEBRIS est morbus ex mala complexione calida communis omni corpori. Ideoque diffinitur esse calor extraneus a corde procedens, & per arterias ad omnes corporis partes missus, eiusque nocens actionibus. Idiorum vbi supra.

supra. Febris a febre dicitur. Est enim abundantia caloris. Phisicus. Febris est calor naturalis naturae supergrediens cursum, a corde procedens in arterias, suoque laedens effectu. Auicenna enim canone. 4. Febris est calor extraneus in corde accensus, & procedens ab eo mediantibus spiritu, & sanguine, & per arterias in totum corpus, cuius inflammatio naturalibus operationibus nocet. Corpora vehementius ad febres preparata (sicut quidam dixerunt) sunt corpora calida, & humida, proprieque cum humiditas caliditate fortior est. Et ista quidem sunt febri sudoris, & urinae, & egestionis. Corpora quoque calida, & sicca preparata sunt ad febres calidas, & incipiunt effimera prius, deinde festinant ad putredinem, & aduersionem. Quandoque vero cadere faciunt in eriticam, & sequuntur ea ambo, quae aequantur in siccitate, & humiditate, dominanturque caliditas, & accedit febris vaporis calidi, deinde permittitur ad febrem amoris, postea corpora illa in quibus aequantur calor, & frigus, & multiplicatur humiditas. Istis quidem febres putredinis accidunt secundum plurimum incipientes. Corpora vero frigida, & humida, vel frigida, & sicca, longinquiora sunt a febribus, & proprie ab effimera. Senibus autem parum accedit febris valde accensa, propter frigus complexionis, & paucitatem carnis eorum.

De Horis febrium. Cap. III.

Horae vero febrium, sicut & reliquarum aegritudinum sunt principium, & augmentum, & status vicinus, & declinatio. Principium quidem est ex hora qua calor innatus praecuratur a materia in membro submersa, tam diu donec non appareaturationi, aut diuorsitati eius contrariae maturatio vestigium. Sed quandoque principium occultatur, sicut in synoche, & apoplexia, & epilepsia. Augmentum est hora in qua manifeste mouetur innata caliditas ad resistendum materiae, & apparent signa digestionis, aut signa digestionis contrariae. Porro status est hora pugnae, scilicet in qua vehementis pugna fit inter naturam, & materiam, apparetque victoria vnius earum super aliam. Huius spatium in habentibus paroxysmos acutus est paroxysmus vnus ter, & non cognoscitur nisi per illi, qui sequitur ipsum, aut duo paroxysmi, & cognoscitur in tertio eius. Declinatio vero est hora, in qua calor innatus iam materiae dominatur, ac vincit eam, & separat congregationem eius, scilicet rei post rem, & tunc alleuiatur occulte caliditas, & expellitur ad extremitates, donec resoluitur, & multotiens microscatur. Diuersificatur autem status aegritudinum, nam valde acutarum longinquior status est, usque ad quatuor dies, & febres effimerae sunt de hac summa. Verumtamen non numerantur acutae, quia non sunt de aegritudinibus habentibus timentem. Et sequuntur eas febres acutae, & sunt illae quarum status peruenit ad 14. dies, & quod est supra illud. Et plures quidem febrium complent principium, & augmentum, & statum in paroxysmo vno, alium quoque paroxysmum faciunt declinando, praeterea quarundam febrium prolongatur augmentum, & quarundam declinatio.

De Cognitione horarum vniuersalium, & particularium. Cap. IIII.

Cognitio quidem horarum aegritudinum vniuersalium, aliquando est ex specie aegritudinis. Nam spasmus scieus, & epilepsia, & apoplexia, & squinantia sunt ex acutis valde, tertiana vero pura, & caussa, ex acutis non valde. Porro quartana, & paralisis de macronoxiis, quandoque vero fit ex motu aegritudinis. Nam si paroxysmi breues sunt, significant, quod status propinquus est, sicut est tertiana pura. Tempus enim paroxysmorum eius est ex tribus horis, usque ad quatuordecim. Si vero prolixi sunt significant, quod materia crociosa est, & status longinquus, sicut in tertiana non pura. Et si non fuerint illi paroxysmi, immo materia eius fuerit acuta, sicut synochi, tunc aegritudo erit acuta. Et si fuerint signa eius signa frigidae crociosa, aut declinans ad crociositatem, tunc aegritudo erit non acuta. Et si remanserit eam dispositione sua, tunc aegritudo non erit illius acuitatis. Et quandoque etiam est ex virtute cui velociter aduenit debilitas, quare est aegritudo acuta, quandoque etiam est ex aetate, vel tempore. Nam in tempore calido, & aetate calida, status aegritudinum festinat, in frigidis autem tardat, & similiter est dispositio regionum. Et ex pulsu, nam si est velox frequens, magnus, aegritudo est ad acuitatem declinans, & si non, tunc non est acuta. Et ex rigore, nam si est prolixi spatii, tunc aegritudo est declinans ad prolixitatem. Et si breuis est spatii tunc ad acuitatem tendit. Et quando nihil

modo est rigor, tunc abbreviatur eius extensio. Quandoque autem est ex parte horarum paroxysmorum, nam si procedant secundum antecessorem superfluentem, ita ut vnus antecessor superfluitatem alterius, tendens ad additionem, tunc aegritudo erit in augmento. Si vero iam steterit antecessor superfluitatis, tunc est aegritudo in statu seruant horam vnam. Si autem postponitur, tunc aegritudo est in declinatione. Denique cognoscitur horarum dispositio ex augmento accidentium febrium in statione, ac declinatione eorum, ex additione paroxysmorum eius in longitudine, vel ex abbreviatione ipsorum. Quandoque etiam ex dispositione euacuationum, ut sudoris ac fluxus ventris, nam cum accedit in paroxysmo aliquo sudor aut ventris fluxus, & paroxysmus secundus, qui est post ipsum est in similitudine vehementer primi, & fortitudine eius, aut supra ipsam, tunc euacuatio eius est propter multitudine, non propter fortitudinem, & aegritudo indicatur longa. Et quandoque ex parte digestionis, & contrarii digestionis. Verbi gratia. Quando apparet sputum cum digestionem aliqua, aut vrina in qua est nubes aliqua, tunc est principium augmenti, deinde quando multiplicatur illud, apparet aut contrarium eius, tunc est status. Et iterum quando apparet digestio, aut contrarium eius velociter ex sputo aut nabe, tunc scias, quod status est propinquus. Et si tardatur tunc scias, quod status est longinquus. Cognitio vero particularium horarum haec est, Hora principii paroxysmi est illa in qua coactatur pulsus, & calor exterior tatum sic plumbeus, & infundatur extrema, proprieque extremitas auris, & nasi, usque ad horam in qua sentitur spatio caliditatis. Et quandoque principio associatur alteratio coloris, & pigritia, & angustia, & tarditas motuum, & profunditas somni, & mollificatio palpebrarum, & grauitas sermonis, & horripilatio inter scapulas, & in dorso, & quandoque fortis rigor, quandoque vero saluax curfus, & salus temporum, & tinnitus aurium, & sternutatio, vel commotio membrorum. Et vehementius quidem debilitatur virtus, propter debilitatem, quae est in principio aut statu. Et horae augmenti medietas prima est hora in qua pulsus incipit apparere, & magnificari, & velox fieri, spargiturque calor in toto corpore secundum aequalitatem. Altera vero medietas est hora in qua non cessat haec caliditas sparsa cum equalitate augmenti. Hora vero status est illa in qua remanent caliditas sparsa cum aequalitate, & accedit tunc cum dispositione sua, sique pulsus maior, quam vnquam fuerit, & velocior ac frequentior. Hora porro declinationis est illa, in qua incipit aegritudo diminui, pulsusque temperati, & aequari. Deinde vero illa in qua cadere corpus incipit, & ad eradicationem perducit. Multotiens quidem apud mortem accedit dispositio, quae est sicut declinatio, quasi iam aeger euasit. Sed oportet ut pulsus cognoscatur, ut magnificetur, aut fortis efficiatur. Scias etiam, quod aegritudo prolongatur, aut propter materiam multitudinem, aut propter eius crociositatem, aut propter frigus eiusdem. Ad hoc etiam iuuat quandoque tempus frigidum, & regio frigida, & aetas frigida, & debilitas in natu caloris, & soliditas corporis.

De Speciebus febrium, & causis earum. Cap. V.

Diuiditur autem febris in aegritudinem, & accidentalem. Aegritudinalis est illa inter quam, & causam suam, quae non est aegritudo, non est medium, ut febris putredinis. Non enim putredo in seipsa est aegritudo, sed causa aegritudinis, id est febris absque medio. Accidentalis est, quae ex alia aegritudine dependet, ut febris apostematia, & opilationis. Apostematia namque in seipso est aegritudo, cui febris accedit, ipsamque sequitur, & coexistente existit. Primo igitur de aegritudinibus dicamus, quoniam omnium, quae sunt in hominis corpore tria sunt genera, scilicet membra, humores, ac spiritus continentia, & humiditas ipsa recondita, & spiritus, ac vapores effusi. Membra quidem partibus balnei, humiditas autem aqua, spiritus aeri eiusdem comparantur. Ita que accendatur febris in membris radicalibus, accessione prima, sicut accendit adufo, verbi gratia, ut in partibus balnei, aut per follem ferrarii, vel per ollam cocti, tunc illud genus febrium eriticam nominatur. Si vero accendatur primo in humoribus, & deinde accendatur ex eis in membris, sicut cum aqua calida in balneum effunditur, late res eius causa illius accenditur, tunc illud genus febrium humoris appellatur. Porro si accendatur prius in spiritibus, & vaporibus, & inde accendatur in membris, & humoribus, sicut accendit, ut ignis aereum balnei calefaciat, indeque ad aquam, & ad partem balnei perueniat, tunc illud genus febrium effimera vocatur, haec enim in re subtili accenditur, quae cum velocitate resoluitur, raroque diem cum nocte sua pertransit, nisi ad aliud genus

genus febrium conuertatur. Aetor. Ob hoc itaque febrium tria sunt genera, quia non apparent nisi in materia. Materiae vero corporis sunt tres, scilicet spiritus, humores, & membra spiritalia. Si ergo calor extraneus in fluxu, & impressus harum alicui fuerit, calorem naturalem in igneum mutat, & calefacit cor, atque a corde per arterias, quas & calefacit, ad omnes partes corporis mittitur, ac per eas dispergitur, sique febris astat. Auicenna vbi supra. Haec est diuisio febrium, quasi per differentias, alio quoque modo diuiduntur. Nam aliae sunt acutae, aliae vero non, aliae chronicae, aliae nocturnae, aliae diurnae, & de eis sunt salubres recte, & de eis sunt habentes accidentia horribilia, aliae vicissim dimittentes, aliae inseparabiles. In separabilibus autem aliae quibus sunt quietes, & remissiones, aliae quibus intentiones, aliae alii fortiores, aliae sunt sibi similes, aliae frigidam rigorem aut horripilationem habentes, aliae quoque simplices, aliae compositae.

De Effimera, & causis, & signis eius. Cap. VI.

Alii vbi supra. Effimera febris est illa, quae permanet in corpore viginti quatuor horis, & quandoque peruenit usque ad 48. vel. 72. Haec fit ex causis manifestis quatuor modis. Primum genus est ex his, quae ab exterioribus corpori occurrunt, eo quod aut illud calefaciunt siue actualiter, ut austus solis, ardor ignis, aer balnei: siue potentialiter, ut balneum aquarum aluminis, vel sulphuris: aut poros eius spissant, siue actualiter, ut aqua frigida, quae superfluitates fumosas in corporis interiora recludit: aut potentialiter, ut aquae lauari aluminosae. Secundum est ex his, quae ad interiora mittuntur, ut sunt cibi, & medicamina. Tertium est ex motu immoderato, aut corporis, ut exercitio laborioso, aut animae, sicut ira, tristitia, cura. Quartum est ex passionibus, quae sunt in membris manifestis, ex peracutis causis, ut est apostema calidum, quod fit in inguinibus ex pedum vulneribus, unde calor ad vicina membra profertur, atque ab eis ad alia usque ad cor, & inde per arterias ad omnia corporis membra transmittitur. Auicenna vbi supra. Febris effimera multas habet species, omnium autem specierum effimerae sunt causae primitiuae calefacientes essentialiter, aut per accidens de summa occurrence affumprorum, sicut in cibo, & potu, & passionum corporearum, & animalium, & ex doloribus, & apostematibus apparentibus. Et sunt de eis ex opilationibus, quarum causa non est primitiua, & non pronuntiantur causae earum cum vehementia sua ad hoc, ut pertranseat illud, quod inflammatur spiritum, alioquin in eriticam cadere facerent, vel in aliam speciem febrium humorum. Causae namque primitiuae plerumque mouent antecedentes, quae si mouerint eas ad putredinem erunt putredinis febres, sicut ista secundum plurimum in vno die recedit, raroque tertium diem pertranseat, alioquin estimatur permutari. Et intentio quidem permutacionis est, quod retentio caliditatis pertranseat spiritum, aut ad corpus, aut ad humorem. Razi in lib. diuisionis aegritudinum. Ex signis effimerae sunt, quod ipsa accedit ad alterationem eueniente, sicut vigilis aut laboribus superfluis, aut fame, vel siti vehementi, aut aeris calore vel frigiditate, aut casu, vel percussione aut aliquo huiusmodi, nec alteratur ex ea multum vix color, nec pulsus velox est aut frequens vehementer, nec lingua vehementis asperitatis, & siccitatis. Idem in Almanfore. 8. parte. Effimera semel tantum inuadit, cuius propria significatio est, quod nec cum tremore, nec cum horripilatione accedit, & quod eam aliqua praeter naturam causa praecedat, ut multus calor, aut ira, vel sollicitudo, vini puri vel multi potatio, ciborum crostorum repletio, vel aliquod huiusmodi. Vrina quoque in hac aegritudine nec in colore, nec in substantia, nec in odore multum ab eo, quod consueuerat mutatur. Calor etiam corpus aegri tangitur, nec multus, nec pungitius sentitur, febris haec non multum mala est. Quandoque tamen cum in huius curatione error contingit, in alias febres malas transit. Cum autem minui incipit aegritudo, sudoris prouenit multum, vel saltem humectatio, & resudatio, postea vero perfecte sudatur.

De Febribus humoris, siue putridis. Cap. VII.

Alii vbi supra. Putridae febres ex quatuor humorum putredine fiunt, humores enim si putruerint incalescunt. Indeeque membrum illud calefit, in quo putrefactio fit, ab eo vnoque membrum illi contiguum, sique membra calefiunt haec post illa, donec perueniat ad cor, a quo procedit ad arterias, & in omne corpus per illas. Putrefcunt autem humores. V. de causis, quae sunt humoris multa quantitas, eiusque

croscities, & eius viscositas. Opilatio quoque quae ab eo fit, & anhelitus priuatio, quae ex ipsa opilatione contingit, humor namque si priuatur anhelitu putrescit, sicut fieri videmus in exteriori humiditate quando priuatur aere. Auicenna vbi supra. Putredo quidem accedit, aut propter malum cibum, quando preparatus est ut putrescat illud, quod ab eo generatur propter substantiae suae malitiam, aut quia velociter recipit corruptionem, quamuis sibi bonae substantiae, sicut lac, aut quia res aquosa est, & mali nutrimenti, cuius aquositatem recipit sanguis, ut est illud quod generatur a fructibus tardis humidis valde, aut ex illis, quae non conuertuntur ad sanguinem bonum. Imo remanet humor malus frigidus, quem abhorret calor innatus, eique succedit extraneus, ut est ille qui generatur ex cucumere, ac citrolo, ac piris, & similibus, aut etiam propter malitiam artificii eius, aut horam, aut ordinem ipsius, aut propter opilationem prohibentem respirationem, & euentationem, aut propter complexionem corporis malam, quando non potest digestionem facere bonam. Virtutes siquidem non operantur in cibo, & humores propter priuationem respirationis, & ob hoc dimittunt cum crudum. Et huiusmodi quidem complexio, aut generat humorem malum, aut corrumpit illud, quod generatur propter abbreviationem suam in digestionem, quia mouet eam motu pigro, aut etiam propter dispositiones extrinsecas, ex aeribus malis, ut est aer pestilentis, vel lacunarum, & quandoque congregatur ex eis numerus rerum plurimus. Et plurimum autem causarum putredinis est, aut propter multitudinem humoris, aut propter suam croscitiam, aut propter sui viscositatem.

De Speciebus earum. Cap. VII I.

Vmor itaque recipiens putredinem, aut est sanguis talis ut euaporet ab eo vapor subtilis, aut flegma tale unde procedat vapor spissus, aut colera talis, ut egrediat ab eo vapor fumosus, valde subtilis, aut melancolia talis, ut euaporet ab ea vapor fumosus, spissus, puluerulentus. Putredo quidem colerae facit tertianam. Putredo sanguinis continuam, Putredo melancoliae quartanam, & quae cursum eius sequuntur. Putredo flegmatis, ut multum quotidianam, & quae cursum eius imitatur. Alii vbi supra. Februm putredinis species sunt plures, aliae namque sunt simplices, aliae vero compositae. Simplicium autem, quae & purae sunt, quatuor sunt species, ex humorum numero. Prima est febris continua, quam synochum dicunt, haec ex putredine sanguinis fit, & est molesta, quonia aegrotus in ea non quiescit. Secunda est tertiana ex putredine colerae rubeae. Et haec est salubris, quia diem vnum habet quietis, eius autem accessio breuis est, quoniam ex quo mouetur subtilis materia cito maturationis est, facilisque dissolutionis. Tertia est quartana ex colerae nigrae putrefactione, haec quoque salubris est, quia per biduum quiescit, prolixa vero quoniam humor ex quo fit croscit, & tarde maturatur, difficilisque dissolutionis. Quarta est quotidiana ex putrida flegmate astitans. Haec quidem molesta est, quia singulis diebus accenditur, longa quoque propter humoris croscitiam, & viscositatem, ob quam non cito maturatur, nec dissoluitur.

De Subdiuisionibus earundem quatuor specierum. Cap. I X.

Harum itidem quatuor specierum vnaqueque subdiuiditur. Illa si quidem quae ex sanguine tumultuat tres habet species. Alia namque a principii usque ad finem in habitu dine vna consistit, & equalis dicitur, haec quidem fit, quoniam tantum sanguinis consumitur, quantum & putrescit. Alia vero a principio debilis incipit, nec usque in finem augetur definit, tuncque fortis est ac difficillima, & vocatur augmentata, haec quoque fit cum amplius ex sanguine, quam huiusmodi putrescit, Tertia porro in principio difficilis est, & grauis, deinde semper imminuit, & in fine deficit, haec appellatur immixta, tuncque fit quando quod finitur, sanguinis amplius est, quam quod putrescit. Quae autem ex aliorum trium humorum putredine sunt, singulae bipartitae sunt. Alia namque continua est, quae non diuiditur, alia vero interpolata, quae quibusdam vt dictum est temporibus accenditur. Humores namque, qui sunt intra venas si putrescant, faciunt febres continuas. Qui vero extra putrescant faciunt interpolatas. Ob hoc ergo continua est illa, quae ex sanguine putrido efficitur, quia sanguis semper in venis ac valis, id est arteriis includitur: vnde & si etiam pars eius putrescat, in totum diffunditur, eiusque calore totum equaliter vritur, nec febris desinit, donec totum, quod putrescat finia.



trahat finiatur, aut certe mutaretur, aut reformetur. Quæ autem ex aliis humoribus nascitur, ideo quandoque continuatur, quia cum intra vasa & venas humor putruerit, dissoluitur, & euacuari prohibetur, propter corporis densitatem atque soliditatem. Itaque post accessiones primæ immutationem superant caloris reliquæ, quæ durat vsque ad secundam, sic & secundæ vsque ad tertiam, ita quod accessiones continuatas efficiunt continua febris. Si autem extra vasa, & venas humores putrescant, cum accessibus, periodicæ febres generantur, humor namque qui putrescit non aduatur vno tempore, sed paulatim in locis quibus putrescit, eiusque congregatio inter duas accessiones fit.

*Item de causis interpolationis, & continuitatis earum secundum Auicennam. Cap. X.*

**C**olera, & flegma, & melancholia quandoque putrescunt intra, & quandoque extra. Quando quidem putrescunt extra, & non est alia causa, neque putredo in apostemate intrinseco, quod de cordi putredinem continuam, tunc periodos faciunt, & accidunt quidem, & eradicantur. Flegmatica tamen non eradicatur, quin sint ibi reliquæ occultæ. Quando vero putrescunt intra, tunc faciunt adherentiam febri aliud, & inseparabilis, aliquando tamen est ei vehementia per quam proximis eius cognoscitur. Itaque quandoque putredo est intrinseca dominans super omnes venas, aut super plurimam eius, quod sequitur cor, ex eis non sunt forsitan additiones, & diminutiones apparentes. Quando vero est secundum contrarium illius, apparent manifestæ alterationes. Ob hoc autem febres extrinsecæ putredinis eradicantur & redit, postquam in tempore paroxysmi putredo materiei superuenit, & eius humiditates finit, ex quibus pendebat caliditas, & resoluuntur & egrediuntur e corpore, quia non sunt in venis retentæ, remanentque cineritas, & terrefactas ipsas, quæ non sunt vehiculum febri, & caliditatis. Itaque quando iam non remanet caliditas in humore per putredinem adfecto, destruitur febris vsque quo alia vice aggregetur ad locum putredinis, & cum remaneret in ea reliquæ caliditatis ex putredine prima, quamvis materia non remaneat, aut propter inuentionem causæ primæ putrefactionis in materia prima, inflammatur in materia secunda secundum semitam putrefactionis. Res enim putredinis reuoluitur secundum inuentionem caliditatis non deficietis, putrefactionis, & resoluentis, ac cinerem facientis, & pertranseuntis ad vicinum, donec abscedat terminum, finitque materiam, nec aliud vicinum inueniat, sed remaneat febris expectans aliam materiam, vt attrahat ad locum suum. Cum autem putredo est intra venas, tunc accidit vt resolutio completa fit difficilis, nec reuoluitur putredo propter continuitatem, quæ est in quibusdam venis cum aliis, & putrescit omnibus res, quæ vicina est ei, deinde reuoluitur ad vicinum aliud. Et iterum illud, quod comprehensum est in venis, vehementioris est continuationis ad cor. Deteriores quidem sunt febres inseparabiles, in quibus putredo est intra venas, quæ ille quæ eradicantur, in quibus est putredo in toto corpore, aut in partibus corporis. Hæc vbi supra. Accidit quoque sanguini extra vasa, venasque putrescere, & febrem continuam generare. Quod tunc fit cum ea multa quantitas in aliquo membro congregatur, apostema que facit, & opilationis causa, quæ accidit ex apostemate, putrescit. Putredinis quoque causa caliditas, & apostematicum membrum calefacit, eiusque calor per consuetudinem defertur a membris ad membra, per arterias, quæ ad illud membrum porrigitur, donec ad cor veniat, indeque per arterias in omnia corporis membra mittitur, nec desinit hæc febris, donec apostema maturatum euacuetur. His ergo de causis, aliæ febrium continuæ sunt, aliæ circulares.

*De Febre acuta, & continua. Cap. XI.*

**R**Azi in Almanfore. 10. parte. Synochus est febris, quæ a flegmatica dicitur, hæc quidem sine tremore, & horripilatione accidit, cum calore tamen incipit, & cum ea est in facie, & in oculis, & auribus, naribusque rubedo, & æstus, & incedium, forte & inspiratio magna ac spissa. Hanc febrem priusquam accedat, hæc signa præcedunt in corpore, scilicet grauitas, & extensio, pigritiaque, & quasi lassitudo, & in somno superfluitas ac stupor, & in capite grauitas, præcipueque in fronte, & temporibus. Venæ quoque inflantur, & quidem tumide videntur, & pruritus in naribus, oculisque sentitur: Accidit autem hæc febris inuenibus, corpora bonæ habitudinis habentibus, & hoc qui ex carne, & confectionibus, & ex melle

multum comedere, multamque bibere consueuerunt. Contingit autem sæpius in hieme, & vere, pulsusque magnus ac spissus in ea sentitur, & vrina rubea ac spissa. Actor. Synochus est febris sanguinea, vt dictum est supra, quæ & continua. Itaque febrium continuarum quatuor sunt species, secundum quatuor genera humorum. Alia enim fit ex sanguine, & dicitur synochus, vel synochæ. Alia ex flegmate, & dicitur quotidiana continua. Alia ex colera rubea, & dicitur caufon, vel tertiana continua. Alia ex melancholia, & dicitur quartana continua. Auicenna vbi supra. Illa vero, quæ ex putredine sanguinis est continua, inseparabilis, eiusque calor plurimus cum lenitate non in mordicatione colericæ, quandoque peruenit ad statum in quatuor diebus. Razi vbi supra. Tertiana quoque, quartana & quotidiana plerumque fortasse non cessant, sed continuæ permanent. In hora tamen accessiones fortiores fiunt, & postea reprimuntur, non tamen ita separantur, vt corpus ab eis omnino liberetur. Accidit quidem istarum febrium eadem sunt, quæ & prædictarum, excepto quod non incipiunt cum tremore, nec cum eis sudor in toto corpore nisi cum recedit. Materia tamen earum est etiam materia illarum, sed est in quantitate maior, & in qualitate deterior.

*De Febre quotidiana. Cap. XII.*

**F**ebri quotidiana, quæ & flegmatica dicitur, cum horripilatione, & puro frigore in costis, & extremitatibus incipit. Tempus quoque frigoris in corpore prolixum fit, & vrina calefit. Nec ad ardorem cito sicut tertiana prouenit, immo etiã cum prolixitate, & labore, & plerumque quidem calefit, & iterum infirigidatur, post hoc iterum calefit. Quod postquam multoties factum fuerit, manifestatur calor, & æqualis in toto corpore fit. Qui cum incipit per totum corpus spargi, non est fortis, neque purus, & in ægri corpore non est incendium, neque putredo, sicut in tertiana, & caufonide, nec sitis est cum ea, nec vehemens inspiratio, & si cum ea vomitus affuerit, aut vtrius solutio, humores alii, pureque flegmatici egerantur, aut cum pauca colera rubea facies etiam aliquantulum in hac febre tumere videtur, & corpus macrescit, & virtus appetitiua deprimatur. Pulsus autem multoties velox ac spissus, quam in tertiana inuenitur, & præter hæc est diuersus. Vrina vero alba est, & subtilis, aut rubra, & spissa, ac turbida. Hæc febris quotidie inuadit, in qua tempus molestationis tempore interpolationis prolixius existit. Accidit autem sæpius pueris, mulieribus, & eunuchis, & humida corpora habentibus, eisque qui multum comedunt, & parum euacuantur, & parum exercitantur, in temporibus quoque & regionibus frigidis, & humidis. Idem in li. diuisioni. Febri flegmaticæ periodica est, cum horripilatione longi temporis, & omni die paroxysmum facit, nec vehementer inflammatur quando calefit, & est humiditas in ore vomitusque flegmaticus, & cætera, quæ prædicta sunt. Flegmaticæ quoque continuæ sunt eadem omnia signa, nisi quod horripilatione non est cum ea, sed loco eius in corpore caliditas est addita. Sudor quoque fortasse non est in ea, nisi cum totaliter separatur. Rarum est autem, vt cum sudore separatur, immo plerumque huius febri recessio, flegmaticæ quoque periodica, & vtriusque quartana, omniumque febrium prolixarum, & tardarum est absque crisi, sed cum resolutione alienius rei post aliam. Si autem est aliquando in dispositione, tunc fit cum vomitu ventrisque solutione. Auicenna vbi supra. Flegmatica quidem faciens accessionem omni die leuis caliditatis est, comparatione ad colericam, longa vero propter materiei viscositatem, & frigus eius multitudinem. Est autem magni timoris, quia paruum habet spatium interpolationis, & quietis, & quoniam associatur corruptioni, atque debilitati in ore stomachi.

*De Febre tertiana. Cap. XIII.*

**F**ebri autem, quæ est ex putredine coleræ, motus est tertianus, nisi sit species eius, quæ dicitur adusta, cuius motus est occultus valde, & est sicut inseparabilis conclusa. Tertiana quidem pura est acuta propter materiei subtilitatem, eiusque caliditas est magna mordicatione propter coleræ fortitudinem, sed est salutifera, quia colera leuis est super naturam, & quoniam ipsa facit quietem. Tertiana vero non pura longioris est spatii, quam pura. Et pura quidem non transit 7. periodos, nisi per errorem, continua vero quandoque consumitur. Item Razi in Almanfore. 10. parte. Febri tertianæ principium accidit cum forti tremore, & pauco frigore, sicut per eum obsupescit, sed non diu persistet, sicut in aliis febribus fit, quia

quia corpus cito calefit, & hoc vehementer, plerumque vero ex ea superuenit nausea, & æstus, ac vomitus coleræ ruber. Venter etiam quandoque soluitur, & colera rubea egreditur. In huius febri sine, pulsus inuenitur magnus, & velox, ac spissus, sed tamen æqualis. Vrina quoque in colore est ignea, sed secundum substantiam non est spissa, habet tamen odorem malum ex putrefactione. Hæc autem quoribus euenit sæpius conplexionem calidam, & siccam habentibus, & his qui multum laborem, aut vigiliam, aut ieiunium perpessi sunt, aut ex cibis calidis nutrimentum sumperunt, & vinum forte viciusque bibunt, & si regiones, & tempora in calore distemperata sunt. Hæc præterea febris vltra. 12. horas ægri non infestat, immo frequenter in paucioribus remouetur paroxysmus. Cumque recessus hora aduenit, cum sudore remouetur, & pulsus ab ea mundificatur. Caufon quoque febris est ex genere tertianæ sed ea fortior, & maioris incendii. Vna quidem die validior, & alia minus valida sita corpore tamen non separatur, nec horripilatione cum ea accidit, neque sudor, nisi cum recedit. Alia vero tertianæ accidentia sunt cum illa, vehementiora tamen ac firmiora, lingua præterea, & labia citrina sunt ac nigra, & absque dubio aspera, etiam si febris fuerit velde fortis. Idem in lib. diuisionum. Febri tertianæ signa sunt, quod incipit cum horripilatione similis acus puncturæ, nec est frigus eius dominans, sed ad calefactionem declinans, eiusque festinat inflammationem, & ideo magnificatur pulsus anhelitus, sicutque vehemens inquietudo, & æstus, & sitis, & angustia. Quandoque etiam accidit alienatio, & coleræ vomitus, & egestio. Et hæc quidem febris plurimum in quarto periodo stat, & quandoque in eo separatur. Ad plurimum autem vsque ad septimum extenditur, nam quæ periodos 7. pertranfit, non est tertiana simplex, & pura, sed composita, in qua flegmaticus est commixtio. Tertianæ vero inseparabilis, id est continuæ signa, sunt omnia signa tertianæ, præter horripilationem, & sudorem, non est cum ea nisi quando est crisis. Caliditas autem, & alienatio vehementiores in ea sunt, & malignior est, & deterior. Quando autem alba, melior est ac lenior. Quando vero citrina, media est in malitia. Differentia inter febrem tertianam continuam, & illam, quæ ex sanguine fit, est quod ista fortior fit in tertio, nec sunt cum ea rubedo superflua, & extensio in corpore, & dispositio similis asynati, & anhelitus restrictio, quæ scilicet accidentia sunt in febre sanguinea.

*De Febre quartana. Cap. XIII.*

**I**dem in Almanfore. Febri quartana incipit cum tremore adeo vehementi, vt dentes adinuicem confringi faciat, & conuulsi, nec est talis tremor in aliis febribus. Inuenturæ quoque & ossa dolent, & grauitatem habent. Febri hæc quando calefit, & accenditur, valde calidior est, quam flegmatica, non tamen ad calorem tertianæ peruenit, nec in ea tanta sitis, nec tanta accessio nec tantus dolor capitis, nec tantum alienatio inuenitur, quantum in tertiana. Pulsus in hac febre ex paritate, & debilitate varietate quoque, & tarditate ad mirabilem peruenit dispositionem. Vrina vero alba, & subtilis appareret, aut rubedini attinet, plerumque autem est clara valde, & cruda, aut crolla, & nigra, aut rubea, febris hæc post longas febres quarum interpolationes pauca fuerunt sæpius contingere consuevit, & in autumno, & in fine ætatis, & siccas habentibus complexiones. Idem in libro diuisionum. Quartanæ periodica signum est horripilatio vehemens ac difficilis, ostium profunditatem contingens. In huius principio valde debilitatur pulsus, & hoc est proprium signum ipsius. Licet enim in omnium etiam aliarum febrium inceptio pulsus minoratur, non tamen sicut in hac, quæ plurimum quidem accidit post febres alias, cum earum paroxysmi permiscantur. In inceptio vero raro accidit, aut plurimum melancholicis, & habentibus splenes crosos. Huius caliditas est infra tertianæ caliditatem, sed in siccitate & asperitate non est infra illam. Quartanæ quoque continuæ signa sunt eadem, quæ periodicæ, nisi quia caret horripilatione, & in quarto quidem fortis est, in aliis autem diebus tepescit, sed huius euentus rarus est. Auicenna vbi supra. Quartana porro non acuta est propter frigus materiei, longa vero est propter illud, sed non est in ea timor, quia facit quietem spatium longo, & quia non est talis acuitatis, quam sequantur accidentia vehementia. Quartana quidem, & tertiana assidua, & interpolata consumuntur per vomitum, & solutionem ventris, aut sudorem, aut vrinæ prouocationem. Incensua vero per huiusmodi consumitur, & per fluxum sanguinis variam. Principium quidem prolon

gatur in tertiana, status in conclusa, & declinatio in incensua status, & declinatio in continua, & in quotidiana integræ eradicationis.

*De Causis varietatis periodorum in febribus interpolatis. Cap. XV.*

**C**Ausæ vero varietatis periodorum in febribus circularibus sunt tres. Prima est velocitas congregationis humoris, qui putrescit, & eius mora. Secunda est facilitas putrefactionis eiusdem, & difficultas. Tertia est euacuatio eius acceleratio, & mora. Flegma namque febrem excitat, quæ singulis diebus accenditur, eo quod ad putrefactionis locum cito conueniat suæ quantitatis in corpore multitudine, & putrefactionis acceleratione, humiditatis causa, euacuatioque mora propter suam viscositatem. Colera vero nigra febrem facit, quæ vno die accenditur, & duobus non, eo quod tarde aduenit, propter quantitatis suæ paucitatem. Difficile vero putrescit propter suam frigiditatem, & siccitatem, celeris aut euacuatio est, quia minime viscosa est. Porro colera rubra febrem generat, quæ quiescit die vna, quoniam inter flegma, & colera nigra est media, in habitudinibus quas diximus. Minoris enim quantitatis est, quam flegma, maioris autem, quam nigra. Flegmate quoque siccior, & nigra humidior, vtraque vero in substantia subtilior. His ergo de causis periodicarum febrium circuitus diuersi videntur.

*De Causis abbreviationis, & prolongationis paroxysmorum. Cap. XVI.*

**H**is etiam eisdem de causis prolixitas accessionum variatur. Quotidiana namque ex maiori parte accessionem extendit horis decem & octo propter flegmatis crosicem, & viscositatem, quia non cito dissoluitur. Quartana vero ut in pluribus viginti quatuor propter humoris crosicem, & viscositatem, quia non cito putrescit, & cum putruerit non cito dissoluitur, quia lapidis, & ferri similitudinem gerit, in quibus ignis non potest velociter operari. Cumque fuerit in eis operatus, non velociter extinguuntur, aut refrigerantur. Tertiana denique pura, duodecim horas seruet, secundum ampliore partem, propter humoris aquosi subtilitatem, & viscositatis paucitatem. Vnde & velociter putrescit, & velocius euacuatur per sudorem. Est autem & cuiusque febris tempus accessionis, aliquando quidem longius, aliquando vero minus, tribus de causis. Prima est humoris causa quando erofior est, & viscosior, atque frigidior, erit, & febris longior. Quando vero minor est, & subtilior, & calidior, ac minus viscosior, fit febris breuior. Secunda est virtus infirmi, quæ si robusta fuerit ad humorem depellendum, ac per sudorem educendum, erit accessio breuior, si vero debilis, accessio quoque prolixior. Tertia est habitudo corporis, nam si corpus raturum sit & porosum, accessio breuior efficitur, quoniam humor facile celeriterque dissoluitur, si vero spissum sit, & constipatum porique stricti, fit accessio longior. Cum autem omnes abbreviationis causæ simul adueniantur fit breuissima, cum vero e contrario longissima. Cum igitur accessio breuis est, febricitans ab vna vsque ad aliam quiescit a calore, cum autem prolixior est non mundatur a febre, donec secunda superueniat: nec ei quies inter vtrasque fit, intantum vt huiusmodi febris continue similis sit. Auicenna vbi supra. Periodi febrium prolongantur aliquando propter materiei multitudinem, aut eius viscositatem, aut crositudinem, aut quietem, aut propter sensus debilitatem, aut propter pororum spissitudinem, ob quam non resoluatur humor. Abbreviantur etiam quandoque propter prædictorum contraria. Item paroxysmi quidam tardantur, quia materia pauca est, aut tardi motus ad mineram putredinis propter crositudinem suam, sicut est materia quartanæ. Quidam vero festinant, quia materia multa est, sicut flegma vitreum, ac subtilis sicut colera.

*De inordinatione, vel mutatione periodorum, & febre erraticâ. Cap. XVII.*

**I**llæ quidem febres, quibus paroxysmi sunt eradicationis, & temporis, quandoque dimittunt ordinem suum pro-

per diuersitatem materierum, in multitudine, & paucitate, crositudine quoque & tenuitate, & propter diuersitatem in genere, quia materię quaedam permotantur, & sunt de genere materię alterius, & quandoque fit ex malicia regiminis ægri, vel propter debilitatem eius, aut propter multitudinem sensus eius. Hali vbi supra. Sciendum quoque quod periodicarum febrium circuitus semper in ordinatione sui stabilis sit, nec ab ordine proposito desinit, quamdiu putridus humor superferat, si non ab habitudine sua immutetur, & si non alius humoris species illi miscetur, & circa infirmi regimen non peccatur. Econtra vero, si humor putridus ab habitudine sua in aliam speciem alteretur, vt cum sanguis adustus putrescit, quod in eo subtile est mutatur in coleram rubeam, & quod crossum in nigram. Cum autem alius ei putridus humor miscetur, aut etiam alius humor putrescit, febrem quandoque secundum naturam suam facit. Sed & si æger malo regimine vtatur, hinc in eius corpore mali generantur humores, & iuxta naturam visusuiusque varias faciunt febres. His omnibus circuitus febrium ordinatio corrumpitur, vt aut tempus suum festinet, aut alii fiant circuitus, quam qui fuerunt, & fit in eis diminutio, & augmentum iuxta quantitatem humorum, & actionum ipsorum. Razi in Alman. Sunt autem, & febres quaedam cõmixtę, vel erraticę, quę scilicet de quinto in quintum diem, vel de sexto in sextum accidunt, quędam veto mixtę, quę ceteros paroxysmos non obseruant. Et hæc sunt aut propter apostema, quod in aliquibus membrorũ fit, præcipueque in renibus, aut quia in quartanam transitus fieri. Idem in libro diuisionum. Raro quidem euenit paroxysmus febriū quarum pertransiens, & huiusmodi febres omnino sunt ex humoribus crosis, eamque cura est sicut quartanę.

De Febribus compositis. Cap. XVIII.

A Vicenna vbi supra. Quandoque vero componuntur febres quaedam putredinis tali compositione, qua fiant in forma inseparabiles. Verbi gratia: Quando incipit humor putrescere in loco, eique superuadit putredo, putrescit tota & ab ea consumitur. Deinde vero incipit humor de genere eius, vel non de genere eius putrescere, & obuia secundus paroxysmus temporis eradicationis primi, deinde res ita continuatur. Præterea componuntur febres putredinis, & aliis modis, qui distinguendi sunt in capitulis suis. Razi vbi supra. Plerumque duę febres, aut tres ægro superueniunt, quę & quandoque vnus generis sunt, vt tertiana vel flegmatica cum ethica. Sæpe autem vnę ex eis continua, & alia interpolata. Sæpe vero accessionum principia viciniantur, vt in vna hora sunt, & sepe elongantur. Quapropter ordo periodorum ipsarum confunditur, & accidentia ita commiscuntur, vt cognosci non possint vt ab eo, qui cognoscendi species simplicium adeptus est vsu. Ideoque genus febriū non solum ex interpolatione sua sciri debet, sed ex propriis accidentibus ipsam concomitantibus. Contingit enim duas tertianas habentem, quotidie pati interpolationem. Vnde si hoc non nisi ex interpolatione cognoscatur, flegmatica esse indicabitur, cum si secundum hoc regimen adhibita fuerit, æger necabitur. Vniuersaliter autem curatio febrium compositarum debet esse composita est curis simplicium. Et commixtio duarum curationum debet fieri secundum commixtionem duarum febrium. Plerumque tamen ad vnam illarum curandam intendere oportet, eo quod ipsa magis timenda est. Idem in libro diuisionum. Species febrium cõpositarum plures valde sunt, & modi compositionis earum proximi, paroxysmos quasi febriū simplicis accidere faciunt. Ideo non ex periodis, sed ex accidentibus propriis iudicandę sunt. Nam ex duarum tertianarum comparatione fit paroxysmus omni die, & hic est periodus flegmaticę. Sed tu cum vides omni die paroxysmum cum accidentibus tertianę, scias quod tertianę sunt duę. Plures autem febres accidentes compositę sunt illę, quę fiunt ex colera, & flegmate, & istę prolixę sunt, & malę, quarum signa permixta sunt ex signis tertianę, & quotidianę. Erunt igitur in vno die calida propter vehementiam inflammationis, & in alio pigra, & sepulta, debilitate caliditatis, & prolixę eieuationis, quę nec forsitan nisi cū labore calefacit, & in ea horripilatio post calefactionem semel aut bis iteratur. Cum hac febre facies inflatur, viscera corumpuntur, & debilitantur, stomachus & epas in frigidantur.

De Signis vniuersalibus febrium putridarum. Cap. XIX.

Igitur putridę febriū genera sunt inseparabiles, & continua, de quibus sunt tertiana, quartana, & flegmatica, synocha, caufon, & composita, & febriū apostematum. Hęc sine alteratione corpori ex causis extrinsecis adueniente incipiunt, quę in ephimera dicuntur, & in his omnibus est horripilatio per tremorem, nisi in synocha, & quibusdam febribus apostematum, earumque omnium fortior est caliditas, quam ephimerę pullus etiam, & anhelitus vehementioris alterationis, vnicuique tamen earum propria signa sunt. Auicenn. vbi supra. Pulsus enim diuersificatur, & dispositiones in febribus putredinis secundum diuersitatem earum in generibus suis, & secundum diuersitatem speciei vnus earum in vehementia, & debilitate. In fortitudine quoque accidentium, & debilitate eorum. Quandoque accidit ei durities, aut propter apostema calidum vehementis extensionis. Aut propter apostema calidum in medio duro. Aut propter vehementiam siccitatis. Aut cum dominatur frigus in principiis. Quandoque veto fit lenis propter materiam humidam, lenem, flegmaticam, & sanguineam. Aut propter apostema, quod est in membro leni, sicut est illud quod est in epate, & peripneumonia, & liturgia. Aut propter humiditatem cum expectatur, quando vult vt sudet. In principio quidem paroxysmorum fit pulsus debilis coarctatus, propter aduerum virtutis super materiam, & occupationem eius in mundando, & euentando. Paroxysmi quidem qui eradicanantur, incipiunt secundum plurimam cum horripilatione aut frigore, vel rigore. Et hoc aut propter frigus humoris, aut propter quod lacertos mordicat humor. Aut propter profundationem caliditatis ad interiora, tendentis ad partem materię. Aut propter debilitatem virtutis. Aut propter frigus aeris. Resoluntur autem cum sudore, quia caliditas putrefaciens resoluunt humiditatem remanetque cineritas. Cum ergo fit humiditas illa non obfessa in venis, facilis fit eius expulsio per sudorem in poris. Paroxysmi vero inseparabiles minuuntur, & non eradicanantur per sudorem, nec incipiunt cum frigore, nisi propter debilitatem virtutis. Aut propter profundationem innati caloris, tunc enim extremitates in frigidantur. In quibusdam autem febribus frigus, & horripilatio componuntur, quia materia, quę putrescit, composita est ex frigido, & mordacitate. Hali vbi supra. Signa itaque febriū putridę generalia quaedam ex accessionibus temporibus sumuntur, vt quod debiles incipiunt, deinde roborantur, & difficiles sunt. Cumque quiescit accessio, caloris reliquę corpori super sunt, nec perfecte auferuntur. Quędam autem ex caloris substantia, quod scilicet earum calor pungens est, & inflans, & eius inflatio tanquam ignis flamma. Quędam etiam ex consequentibus febrem, quod scilicet eas rigor, & horror in principiis sequitur, variatque pulsus manifestat, & priuatio maruratis, siue digestionis in vrina, vt scilicet in fundo sit hipostas alba, & æqua.

De Horripilatione, & rigore. Cap. XX.

A Vicenna vbi supra. Horripilatio igitur est dispositio in qua corpus inuenit diuersitatem frigoris, ac punitionis in cute, & lacertis: hanc antecedit pigritia, & fractio, & quasi fractio est materię eius. Rigor autem est, vt membra sua continere non possit ex commotione, & tremore eueniente in eis, & moribus inuoluntariis. Est autem quandoque forte frigus, & non fit rigor fortis, vt in febribus flegmaticis, & quartana. Humor namque frigidus quietus est, quia iam consuevit membrum in quo est, & quiescit eius passio, nec sentit frigus eius. Cum autem mouetur, & spargitur, propter caliditatem separantem, vel propter aliud, patitur ab eo membrum, quod ei non erat occurrens, & sentit frigus eius, propter causam diuersę complexionis. Ex causis autem vehementię rigoris, est vehementia virtutis expulsivę in lacertis. Et quanto rigoris causa viscosior est, tanto rigor vehementior, & sanguis ad interiora submergitur. multoties quidem accidit a flegmate vitreo sparso in corpore rigor, non perducens ad febrem. Materia siquidem quę facit lassitudinem rigoris, per suam paucitatem, facit rigorem per suam multitudinem atequam putrescat. nam si non putrescit, ad febrem non perducit. Et quandoque quidem accidant frigus, & rigor, propter submersionem caloris in corpore, causa cibi, & eorum, quę sunt huiusmodi. Itaque rigor, & frigus antecedit febres, quoniam humor crudus

crudus effunditur, in primis ad lacertos, nocteque frigore suo per comparisonem ad eos, deinde vero cum incipit putrescere, incipit calefieri. Præterea rigor antecedit febres propter mordicationem humoris, & fortitudinem expulsivę virtutis, quę est in lacertis, sicut excutitur homo ex effusione aquę calidę valde super cutem, & proprie cum est falsus. Et fortasse fit noeuementum eius, quod mordicat eam, vt refugiat ad interiora calor innatus, ac dominetur frigus cum mordicatione caloris, quia est apud panniculum tegentem interius. Et quandoque rigor accidit, quia calor ad interiora refugit, sicut in apostematibus intrinsecis fit. Quandoque vero rigor, & horripilatio sanitatem significant in febribus inseparabilibus, significant enim, quod materia expellitur a venis, & egreditur, verum quia non est cum digestionem in hora critica, nec sequitur eam leuitas, significatur, quod illius quantitatis expulsio non est eo, quod virtus sit vincens, sed quia materia multa, propter suam multitudinem expellitur. De rigore iterum est, qui mortem significat, & est ille quem sequitur debilitas virtutis, & casus inuati caloris, & siccitas.

De Febre ethica. Cap. XXI.

Hali vbi supra. Febriū ethica duplex est. Vna est humiditatis in corpore consumpta, ita vt extenuetur ac desiccetur, calorque naturalis extinguitur. Hęc vocatur senectus a simili, quia sicut in senibus calor naturalis extinguitur, & siccitas dominatur. Secunda est ethica, illa scilicet quę est confirmatio caloris extranaturalis in principalibus membris, intantum vt consumatur humiditas corporis. Huius species sunt tres. Prima est in qua desiccatur humiditas parua, quę est in venis paruis, vnicuique membro proprie pertinentibus, calefitque cum his simul humiditas, quę est in terrenis membris ac debilibus, vt est adeps, & caro, & hæc absolute vocatur ethica. Secunda est in qua finitur humiditas, quę est in carne tenera. Incipiente calor in humiditate, quę est in membris consimilibus, quę scilicet humiditas est tanquam ros, & humectatio, ex qua nascuntur membra, & hæc vocatur ethica consumptiua. Tertia est in qua hac humiditate consumpta, calor ad humiditatem transit, per quam adiuuente radicalia membra continuantur, & hæc pñis, id est consumptio, marcorque vocatur, eo quod ad membris principalibus humiditas consumpta sit, & inde membra eneuata, sicut in plantis cum desiccari incipiunt, eneuari, & marcor accidunt. Fit autem hæc febris, aut ex præcedentibus causis, aut ex manifestis. Ex præcedentibus siquidem, vt sunt febres putridę si fuerint adustę, vel si tempus earum prolixius fuerit, & calor in humiditate corporis operatus a membris radicalibus eam consumpserit. Huiusmodi febris in initio sui consumptiua est, sicut ethica nascens ex enutritio, & a postemate calido, quod in pectore nascitur, eiusque calor ex vicina ad cor profertur, & eius humiditatem desiccatur, & omnium arteriarum, & per hoc etiam membrorum radicalium. Aliquando etiam febris huiusmodi nascitur ex defectu, quem infirmus ex acuto morbo patitur, vnde cor desiccatur priuim, & inde fundamemta membrorum originalium. Ex manifestis autem causis fit, vt ex ira, cura, tristitia, labore, vigiliis, abstinentia. Maximeque si conigerit hoc adolefcenti, vel iuueni, cuius, scilicet est complexio calida est, & tempore æstatis, & regimine calido videnti. Quę igitur ex huiusmodi causis fit, primo quidem ethica dicitur, & cum augmentatur marcor, & consumptio, pñis vocatur.

De Cognitione eiusdem. Cap. XXII.

Razi in Alman. Quidam itaque cum labore, aut vigiliis patiuntur, aut eorum comestio tardatur, aut subtilibus, vel sicis nutriuntur, ad febrem deueniunt. Quapropter ab huiusmodi rebus abstinere debent. Cumque febris eos inuaserit, succurrendum est cito cum his, quę corpus humectant, hoc enim si neglectum fuerit ad ethicam deueniunt. Itaque cum febris tribus diebus, aut amplius permanerit immota, nec calor eius vel ardor fortis fuerit, nec acciderit, quę febres acutas comitari solent affuerint, vt est magnitudo pulsus, & caliditas, & anxietas, ac lingua siccitas, & eius nigredo, ipsa tamen (vt dictum est) sic vno modo sine ulla repetitione, vel interpolatione perseverauerit, præter etiã hoc lenta, & quasi tepida inuenitur, ethica adesse creditur. Ipsa

facies autem ventas sic experienda est: Eger in diuersis horis comedat, & si semper post cibum inuentus fuerit a febre magis infestari, ethicam esse proculdubio pronuntiandum est. Quod si cum hoc etiam facies eius rugata iam videatur, & oculi concavi, & caro minuta, cutisque desiccata, ethica iam est in eo confirmata. Hęc autem febris in principio sui curabilis est, cum scilicet nondum ad pñim peruenierit. Eius autem, qui de ethica in pñim transit, tempora fortiter dilatantur, & oculi concuantur, narsque subtiliantur, facies quoque tornatilis fit, & aures minorantur, corpusque subtiliatur, & carne nudatur. Cutis faciei frontisque tenditur, collum arenatur, & epiglotis foras egreditur, vox etiam exilis ac debilis auditur, pulsus quoque subtilis est ac debilis, & virtus omnino destructa videtur. Ossa ralschæ, pectinisque manus plerumque apparent, & vngues curuantur. Cumque corpus ad siccitatis, & debilitatis terminum peruenierit, nunquam meliorari poterit. Cum autem alicui cadunt capilli, venterque soluitur, mors propinqua est ei. Idolorus vbi supra. Pñis est vlceraio, & tumor in pulmonibus, qui iuuenibus facilius cuenire solet. Pñis autem apud Græcos dicta, quod fit totius corporis consumptio. Itac vbi supra. Pñis est consumptio humedationis corporis, & mutatio augmentationis in diminutionem. Nascitur multis modis, vt ex consumptione pulmonis, & hæc est vera pñis. Fiquę tribus modis, vel ex humoribus colericis a capite descendentibus, vel flegmaticis, & salis in substantiam pulmonis descendentibus, & eum vulnerantibus, & putrefaciuntibus. Secundus modus ex quibusdam passionibus in pulmonis substantia nascuntibus. Hoc genus antecedit sanguinis creatus, ex venis aliquorum instrumentorũ spiritus ruptis, vel fissura in pulmone in qua nascuntur vulnera empiis, & pñis postea. Tertius est modus ex humoribus ad pulmonem, aliunde, quam a capite venientibus, quod duobus modis contingit. Vel quod ex mutatione locorum vicinorum, sicut in pleuresi siccata. Vel ex non vicinis, vt in epate, corde, & similibus. Qui humores si sint calidi, & acuti, patitur infirmus roborem in maxillis, stricturem in flatu. Papias. Pñis est vitium, quod fit ex reumatismo gutturis, aut ex vna distillatione assidua, & catarro, infillantes enim multo tempore pulmones vitiant, & est passio pulmonis periculosa, & maligna valde. Pñis autem primo venit febris cum tussicula, & excretionibus variis, & sanguinulentis, vel liuidis, aut purulentis, aut pro qualitate exclusiue materię cum corporis macie, & virium debilitate, hinc si per annum inueterauerit, nec curati fuerint, moriuntur.

De Febre accidentali. Cap. XXIII.

Razi in Alman. Febriū quidem, quę ex percussione vel casu, vel aliquo similitudo, de genere est ephimera, non enim putrida est, nec in se noeuementum aut malitiam habet. Illa vero mala est, quę apostema comitatur, quod alicui membrorum per se innascitur, & est ipsa febris secundum quantitatem apostematis. Itaque illa, quę comitatur apostema, quod est in panniculis cerebri mala est, quia fit ex frenesi. Illa vero, quę accidit propter apostema, quod in gula partibus oritur, squinancia vocatur. Illa autem, quę cum apostemate pulmonis, & peripneumoniam, nascitur, cum ea tussis accidit, & excreatio spumosa. Cum illa vero, quę fit propter apostema ortum in mēri, dolor est cum scapularum grauedine, quę in hora transglutiendi grauior sentitur. Ex illa quoque quę propter apostema stomachi accidit, dolor & incendium provenit in anterioribus ventris sub amplitudine pectoris, sitis etiam, & appetitus ablatio. Cum autem in epate apostema generatur, febris fortissima sequitur, sensusque turbatio, & vrinę constructio. In matrice quoque si fuerit apostema calidum, febris acutissima comitatur, scilicet caufon, & turbatio sensum. Omnes autem febres, quę propter apostema generantur, ex apostematis curatione remouendę sunt, quę quandoque minutione fit, aut emplastri suppositione. Febriū enim apostema sequitur, quando calidum est, & ardens. Ideoque remouetur cum eius calor sedatur, aut sanies aduratur.

De Apostemate. Cap. XXIII.

Idolorus vbi supra. Apostema a collectione nomē accepit. Nā collectiones Græci apostema vocant. Empios dicta est ab apostemate Tomus Secundus. Hh 2 mare



mate intrinsecus vel in latere, vel in stomacho cū dolore, & febribus, & tussi ex abundantibus spumis, & purulentis. Papia. Apoptema est constrictus in duriciam tumor cum rubore, & ingenti fervore, ac dolore, non sine pulsu, vel compunctione, cum que deforis in cute nascitur facilius, & sine periculo sanatur, & sine potione natura medicaminis. Cum autem intrinsecus in ipsis vitalibus nascitur, non facile cognoscitur, & sanatur, quia nec sine periculo est. Empici autem sunt quibus apoptema factum est in pulmone, vel in epate, vel in torace, quod cum crepuerit, & sanauerit per os illud emittant, vel reiiciant, & febricitant, ac tu sicut, & sanies putridas excreant, & macerant. Fiunt empici plurimum ex pleureticis aliquotiens ex ægritudine acuta non bene discutienti, vel ex febribus antiquis vix currentibus, & vsque ad hoc deducuntibus. Hali vbi supra. Apoptema est crostificis, & tumor qui membro fit ex abundantia materię concavitates eius replentis ac distictis. Hęc quidem aut ad ipsum desluit ab alio membro, aut generatur in ipso. Materiariū ad membrum a membro fluxus, vi. cau sarum adunatione fit, quę sunt virus expellens debilitatis facipientis, materię multitudine, & eius corruptio, meaurum largitas siue pororum, virtutis pascents, quę est in membro recipienti, debilitatio, & quia membrum suscipiens in inferiori ab expellente situm est loco. Materię vero in membro generatio, ex pascents est virtutis debilitate, quę est in eo, ita quod cibis, qui ad ipsum mittitur non bene digerit. Vnde remanet in eo superfluitas, & paulatim augetur, donec replatur membrum, & distendatur, si que in eo apostema. Cum igitur in aliquo membrorum sit apostema simul, id est subito fit ex abundantia materię decurrentis ad illud ab alio membro, quod fit in apostematibus calidis. Cum autem paulatim per incrementa fit, aut ex fluxu superfluitatis paulatim decurrens efficitur, aut eius, quod in ipso membro generatur, quod fit in apostematibus frigidis. Sunt autem apostematū quatuor genera. Primum sanguineum, quod flegmon vocatur. Secundum colericum, quod furuncul appellatur. Tertium flegmaticum, quod endiua dicitur. Quartum melancholicum, quod seli vos nominatur. Et horum vnum quodque aut simplex est, & ab vno fit humorē, aut compositum, & a pluribus fit humoribus.

De Flegmonibus, & furunculis, & serophulis, ac verrucis, Cap. XXV.

**S**idorus vbi supra. Flegmon est in quietudo cum rubore, & dolore, & tensione, & duricia, & vastitate. Nam cum ceperint fieri flegmones, in quietudo febris consequitur. Vnde & dicta est flegmon, a po to flegm, id est inflammatio. Furunculus est tumor in acutum surgens, dicitur quo quod feruat quasi serunculus. Hali vbi supra. Furunculi generantur ex materia crosta, & mala, cui admixtum est aliquid sanguinis crosti, & turbidi. Huius materia luto similis est, & arenę, vel paludi, vel carbonidus nigris, & huiusmodi, huius signum est, quod minus reprimitur, quā sanies, & sanguis, ad duriciam declinans. Serophula est apostema durum glandulę simile, quod fit in tenera carne, quę in collo est, aut inguinibus, aut in alis, id est ascellis. Dicitur autem serophula, eo quod in collis porcorum oriatur multa. Vel vt quidam aiunt, a simili, eo quod apostema hoc multarum glandularum fit, sicut serophula multos fecerit, id est porcellos parit. Verruca est pustula rotunda, tactui dura, tanquam clauus, scilicet acuta. Isidorus. Veruca singularim sunt, satyriacis vero vna fortior, & circa ipsam plures inueniuntur, Isaac. Verucę sunt caro crosta, dura, & spissa per totum corpus nata. Sed tamen maxime in manibus, & in pedibus, quam expellit natura in corporis exteriora. Sunt autem de flegmate, & colera nigra: quę ergo mollis est, & sine dolore intelligitur esse de flegmate. Dura & filla penditur esse de colera nigra.

De Passioibus, quę in cute apparent ab interioribus carnis, Cap. XXVI.

**H**ali vbi supra. Passiones autem, quę sunt in exterioribus cutis, alię quidem nascuntur ab interioribus causis. Alię vero ab exterioribus, siue manifestis. Et earum, quę ab interioribus quędam in toto corpore apparent, vt variola, rubeola, elephantia, morphea, lepra. Quędam autem in quibusdam proprie membrs, vt alopecia, & tinea in capite, lentigines in facie. Ex manifestis vero causis sunt separationes continuitatis, siue iuncturę. Quarum alię sunt a corpo-

ribus vt ferri incisio, lapidis collisio, fractura, contritio, & huiusmodi. Alię vero a corporis animatis, vt punctiones, morsus, percoisiones, quę sunt ab animalibus. Et horum quędam venenum habent, vt canis rabidus, yri, serpens, quędam vero carent, vt homo, canis non rabidus. Prius, ergo de passionibus ab interioribus causis dicemus, incipientes ab illis, quę communes sunt membrs omnibus, variola, scilicet & rubeola, elephantia, lepra morphea, alba, & nigra, impetigine, scabie, prurigine, pediculis, pustulis, verrucis, vlceribus, fistulis, & scicigo igne.

De Verrucis, & Vlceribus. Cap. XXVII.

**V**ariola sunt vlcera multa, & parua, quę corpus omne conseruant, aut in eius maiori parte sunt, & hoc maxime in pueris crescendi tempore. Nam fœtus in matrice pascitur menstroo sanguine, qui superfluitas quędam est corporis mulieris, quam natura per venas ad matrem expellit ab epate, fœtus inquam ex meliori pascitur, eo quod membra ipsius nutriuntur, & quod reliquum est, in eius membris, ac venis remanet. Vt autem fœtus ab vtero egreditur lacte nutritur, quod & ipsum ex sanguine procreatur, eiusque meliori parte membra pascuntur. Reliqua vero superfluitas in corpore restat, donec omnia hęc aliqua causa ad corporis exteriora commoueat, & tunc apparent. Fit autem eorum comotio aut ex causa exteriori, sicut aere pestilentiali, aut etiam accessione in habitaculo eius, qui variolas parit, quoniam acri vapores ab vlceribus eorum dissoluit miscantur. Aut ab interiori, sicut a regimine pueri, quod fit cibis calidis, & humidis, ac dulcibus, crostis que substantiis, vnde superfluitas in corpore aggregatur, confortataque super eos natura expellat ad exteriora, & illę quidem quando sunt ex sanguine crosto, & melancholico, ac malę qualitat, faciunt pustulas, & nigras, quę etiam aliquando non aperiuntur, & illę ceteris peiores, ac mortifere iudicantur. Quod si sanguini rubigo miscatur, sunt tumores ignis aditioni similes, & hęc quoque pessimę sunt, quę & cicę, & scier ignis, vocantur. Est etiam in rubore species alia, quę vocatur rubeola, quę fit ex sanguine calido subter, non multum malo, hęc cum ad statum veniunt, sgranis mili similibus fit, eiusque color rubeus est, nec aperitur pustula, sed deficit siue dilatur, & euanescit. Sunt autem in principio variolę signa communia febris, & faciei tumor ac rubor, capitis quoque grauitas, & in gurgulione asperitas. Isaac. Variolę de sanguinis putridi corruptione nascuntur, & sunt de acciditibus synochom comitantibus, quorum signa febris est fortitudo, cephalalgia, rubor oculorum, & faciei plenitudo, eorum grauitas, dolor in gula, & pectore, tussis, prurigo in naribus, stercuratio, in superficie corporis punctura, quia materia quęrens exitum pungit carnem.

De Elephantia, & Morphea. Cap. XXVIII.

**S**idorus. Elephantia morbus est ex similitudine elephantis, cuius naturaliter dura pellis, & aspera, nomen morbo in hominibus dedit, quia corporis superficiem similem facit elephantorum cuti, siue quia ingens passio est, sicut animal ipsum ex quo nomen accepit. Hali vbi supra. Elephantia est morbus corporis membra desiccans, ac siccitate corrumpens, & quasi cancer qui fit in omni tempore. Est autem ex debilitate virtutis immutantis, quę est in carne. Si hęc fit ex mala complexionis frigida, & sicca, & in qua niger humor sanguigi dominatur, eiusque in illum corruptio, quę deinceps ad omnia membra tendit, vt eo pascantur. Ea itaque desiccatur, & corrum pit, siccitate quoque sua corrumpens pariter omnes corporis humores, atque etiam sperma, cum & humores, & sperma sunt ex sanguine, vt inde generata hęc passio transeat, & in filios, quia filii radialis membra, generantur ex spermatis substantia. Hic etiam morbus in cohabitatis transit propter dissolutionem malorum vaporum a corpore patientis, quos cit cunstanti aer respirat. Huius species duę sunt, vna fit ex colera nigra, quę sanguinis fet, & purgamentum est, & hęc non facit casum membrorum, sed & quandoque si ei a principio medicina succuratur perfecte sanat. Altera vero fit ex humore nigro, qui ex adfusione colerę rü. generatur, & in hac est membrorum comestio, nullaque medela quis ab ea curatur. Elephantia signa sunt, in principio liuiditas in albo oculorum apparet, oculisque tanquam in forma rotundis, vnde & leonina vocatur, cumque roborata fuerit membra cadunt,

cadunt, ac palpebrarum, & cilliorum pili, fit etiam in gutture rauco, facies intumescit, deficit, & ad ruborem declinat, digitorum summa fundantur, nares desiccantur, venę quoque lingę crostantur, & nonnunquam concidit natus. Morphea alba est albedo tenuis in exterioribus cutis facta, ab eisdem causis procedens quibus, & lepra, sed debilitior. Differunt etiam, quia morphea est exterior in cute, lepra vero in membri profundo, & albi sunt pili, qui in eius oriuntur loco. Morphea vero nigra est immutatio coloris cutis in nigredinem vergens, fit autem ex commixtione colerę nigrę cum sanguine. Huius ergo signum est, quod i cutis desigratur, & quasi furfura cadunt quando fricatur, loca sique remanet rubens. Maxime vero nascitur hęc in iuuenibus propter aduentionem colerę rü. in eorum corporibus, & declinationem ad nigram.

De Lepra. Cap. XXIX.

**L**epra est albedo, quę fit in exterioribus cutis. Et aliquando quidem in quibusdam tantum membris, nonnunquam in toto corpore, hoc fit ex humoris flegmatis in sanguine dominatione, & virtutis immutantis debilitate, quę in membro est, si fit ex mala frigida, complexionis. Huius signa sunt, quia membrum in quo est, album est, pilique similitur. Et si cutis febothomo vel acu pungatur, sanguis que ab ea non egreditur sed humiditas. Lepra est incurabilis, illa vero a qua sanguis egreditur, aut humiditas rubea non est sanata desperanda. Isidorus. Scabies, & lepra, vtraque passio asperitas est cutis cum pruritu, & squamatione, sed scabies tenuis asperitas, & squamatio est, hinc denique nomen accepit, quę ita veluti purgamenta admittit, nam scabies quasi squamas. Auicenna quatuor canones. Lepra est infirmitas mala, promouens ex sparsione colerę nigrę in toto corpore, vnde corumpitur complexio membrorum, & forma figuraque ipsorum, & quandoque eorum piritur in sine illius continuitas colorum, ita vt membra corrodantur, & cadant casu, qui fit ab vlcatione, & est sicut cancer communis toti corpori. Est & alia, quę remanet cum patiente longo tempore valde. Melancolia quidem aliquando expellitur ad vnum membrum, & facit accidere duriciam aut saphiros, aut cancrium secundum dispositiones suas. Aliquando vero expellitur ad superficiem cutis, & tunc enenit morphea, vel impetigo, & his similia. Quandoque vero spargitur in toto corpore, & tunc fit putrefact, promouit febris melancolica. Si vero conculcetur, & non putrefiat, euenit lepra.

De Causis, & effectibus Lepre. Cap. XXX.

**H**uius causa efficiens, antiquior est malicia complexionis epatis ad caliditatem, & siccitatem valde declinans, vnde in melancoliam aduritur sanguis, aut etiam complexio totius corporis, aut ambe, ita quod faciunt sanguinem acquirere per causas suas frigus. Causa vero eius materialis, sunt cibi melancolicis, & flegmatici, in quibus quando compositur fatieas nauseata, operatur in eis caliditas, quę subtile resoluit, spissumque melancoliam ponit. Repletiones, & comestiones super satietatem, ad eandem sunt intentionem. Porro causas illius adiuuatiuę sunt opellatio pororum, per quam inatus calor praefocatur, & in frigidatur sanguis, & in crostatur, apprieque loquendo, splen opilatus, & debilis non attrahit, nec potest mundificare sanguinem ex humore melancolico, aut etiam in visceribus est virtus expulsiua, debilis ab expulsionem illius in venas ani, vel matricis. Et stricti sunt pori. Præterea quandoque adiuuat hoc totum aeris corruptio in seipso, vel propter vicinitatem leproforum, quoniam ægritudo inuadens est. Quandoque etiam accidit propter humiditatem, & complexionem embryoniam, quę acquiritur est ei in matrice propter dispositionem ipsius matricis, sicut accidit quando conceptio fit in dispositione menstruorum, & quando caliditas acris aggregatur cum malitia cibi, cuius essentia est ex genere piscium, & carne crosta, & carne salita, tunc enim contingit vt enenit lepra, sicut multiplicatur in Alexandria. Colera nigra quoque quando sanguini permiscetur, adiuuat parum eius ad generandum multum ipsius. In crostatur enim ex ea duobus modis, scilicet per substantiam saap crostam, & per frigus suum congelans. Ex crostitudine quidem sanguinis leproforum ad hoc peruenitum est, vt egrediantur ex eorum flebothomiis quiddam velut arena, & hęc ægritudo vocatur leonina, quia leonibus (vt dicitur) plurimum accidit, & faciem patientis terribilem ad instar leonis facit, rapaciter quoque tenet, vt leo, quod cadunt,

pit. Hęc igitur ægritudo quando debilis est, difficilis est curationis, nec est spes de curatione fortis. Et illa quidem quę facta est ex malicia colerę foedior est, & pluris nocuenti, ac difficiliorum accidentium vehementer aduens, & vlcens, sed suscepiibilior curationis. Facta vero a fecce sanguinis saluor est, & quiescit, & non vlcera. Facta autem ex melancolia adusta colericę assimilatur in suis acciditibus, sed tardius curationem suscipit. Et hęc quidem ægritudo non cernpente membrorum complexionem per qualitatem contrariam qualitati vite conuenienti, scilicet caliditati, & humiditati, donec ad membra principalia penetrat, & illic interficit. Quamuis enim eius prima generatio fiat in visceribus, primum tamen eius vestigium est in extremitatibus, quia debiliores sunt, & in membrs lenibus, ibique pili cadunt, & color alteratur, & forsitan ad vlcationem perueniunt, deinde paulatim in totum corpus progreditur, verumtamen quandoque patiens eam moritur, antequam eius malitia apparet super vlcera membraque principalia conuertatur. Et est cum attractio mors illius, propter maliciam complexionis eius. Cum autem canero non sit sanatio, qui est lepra membri vnus, quid de lepra dicemus quę est cancer corporis totus. Verumtamen cum lepra sit per totum corpus spargi, quando curationes in ea fortes administrantur, hęc ægritudo sustentatur, nec agit super membra simplicia.

De Signis eius, & Cap. XXXI.

**R**azi in libro diuisionum. Signa leprę incipientis sunt rauco vocis, & stricture anhelitus, conturbatio oculorum, & ruborositas faciei, paucitasque pilorum, & casus eorum. Cum autem hęc ægritudo inuadat, & rauco fit fortior, & facies ruborior, digiti quoque curuantur, & forma deturpatur, iuncturę spasmantur, & tuberosę fiunt. Cū vero iam ad vltimum peruenit, vlceraque corpus, & riuus stuit ac sceret. Auicenna vbi supra. Incipiente lepra incipit color fieri rubeus ad nigredinem tendens, & apparet in oculis obfuscatio, in anhelitu constrictio, & in voce rauco, causa nocuenti pulmonis, & canis ipsius. In sternutatione quoque multitudo, & grauedo in naso scilicet vt videatur homo loqui per nares, vel in naribus. Capilli etiam incipiunt subtilari, & ad paucitatem redigi, venę apparent in pectore, & parte faciei, & est odor pectoris, & proprie in sudore, & odor anhelitus ad foetorem declinans. Mores apparent melancolici, mali, & dolosi. In somno quoque apparent somnia melancolica, & super corpus sentitur, quasi grauedo maxima. Deinde apparet in capillis sparsio, & casus, proprie que in pilis, qui sunt in facie, & partibus eius. Et quandoquidem locus pilorum dissecat, & vngues fundantur, incipit facies terribilis, & stoda fieri, color denigrari, sanguis in iuncturis congelari ac putrefieri, vox ad siccitatem raucedinis peruenit, & constrictio anhelitus ad vehementem difficultatem, labia in crostantur ac denigrantur, & apparet super corpus additio glandulosa. Tandem vero corpus vlcera, & cartilago nasi corroditur, deinde natus cadit, & extremitates virus que foetens currit, & vox ad occultationem redit, tunc iam pili non remanent, & color denigratur valde. Pulsus leprosi debilis est propter debilitatem virtutis, & paucitatem necessitatis, cum ægritudo frigida fit, & tarda non velox propter debilitatem frigus, & fit necessaria spissitudo, cum non sit velocitas, neque magnitudo.

De Impetigine, & Serpedine. Cap. XXXII.

**S**idorus vbi supra. Impetigo est sicca scabies, prominens a corpore com asperitate, & rotunditate formę. Hanc vulgus zenam vocat. Hęc autem sine dolore corpus occupat, & non absque tedio excrescens membrorum decorem foedat. Serpido est rabor cutis cum palularum extantia, & nomen sumpsit a serpendo, eo quod serpat per membra. Hali vbi supra. Impetigo, siue serpedo est asperitas in superficie cutis accidens, & ad nigredinem declinans. Aliquando etiam ad ruborem, hęc ex sanguine calido, & subtili nascitur, qui cum colera nigra miscetur. Aliquando etiam ex commixtione humiditatis, crostę & flegmatis salis, cum acuto sanguine, hoc autem fit in impetigine chronica, & diuturna, in qua cutis non excoariatur. Et hęc signa sunt, qd in membri profundo est, & ab eo squamulę rotundę, quasi piscium tollantur. Isaac Impetigo duobus modis est. Aliquando aequalis est in superficie corporis, & de colera nigra fit, & de fecce sanguinis. Aliquando cum prurigine superficietenus combusta, cuius color cinericus, vel ruborine superficietenus combusta, cuius color cinericus, vel ruborine Tomus Secundus. Hh 3 conti-

contingunt. Et est sulphurea, spissa, & eruginosa, nascens de materia melancolica nimis incensa. Auicenna in quarto canone. Impetigo alia est humida sanguinea, in qua cum freatur apparet res, & est magis salua. Alia vero sicca, cuius plurimum est a flegmate falso per aduersionem in melancoliam conuerso. Item impetigo quaedam est excorticata, propter vehementiam scitatis, & multitudinem profundationis, & est sicut cortices, quaedam vero non. Item quaedam est ambulatio maligna, quaedam vero haes. Item quaedam est antiqua mala, & est agriuo heritica, quaedam vero recens. Impetigo quidem in radice curationis indiget medicinis aggregantibus resolutionem, & infisionem, & liquefactionem, & subtiliationem cum sedatione, & humectatione. Prima eorum est secundum materiam crostam, secunda vero secundum materiam subtilem, & acutam. Appositio quoque sanguisuganum de melioribus medicinis est. De medicinis quidem singularibus eius, quae recens est, & media, est acetositas citri, gummi arabicum cum aceto, gumma amigdala, & pruni cum aceto, & storax liquida cum aceto, & synapis cum aceto est vltima. Aqua quoque sulphurea, & aqua falsa, & spuma maris, glutinum de coriis, & salua hominis ieiuni, semen melonis, radix affodilli, folia capparis cum aceto, atacia quoque & oleum de nitico, &c. Cum autem expanditur, & multiplicatur impetigo, tunc cura eius est cura lepra.

De Scabie, & Prurigine. Cap. XXXIII.

**I**sidorus vbi supra. Scabies, & lepra, vtraque passio asperitas est cutis cum pruritu, & squamatione. Sed scabies tenuis, asperitas, & squamatio est. Hinc denique nomen accepit, quia ita veluti purgamenta admittit. Nam scabies quae si squames. Prurigo vocata est a perurando, & ardendo. Isaac. Saep natura malos humores expellit ad superficiem corporis, ut mandificet interiora, qui si sunt subtiles, & liquidi, nimium dissoluntur de cute cum sudore, & fumo. Si crosi sint, permanent sub eute. Si mediocres, pruriginem generant, crosi scabiem iaciunt. Scabies sicca, & non saniosa cum prurigine, & punctura, & fissura de colericis chimis accensis esse significatur. Vulnerosa, & crosia in superficie corporis, neque prurigine forti, & cum scalpitur cutis excoriatur sicut alba squama, significat falsum, & incensum flegma. Et plurimum haec innascuntur senibus, propter collectionem falsi flegmatis, & defectionem cutis. Scabies humida, & saniosa, & cum delectatione pruriginosa, sanguinem incensum cum colera rubra demonstrant. Si sanies sic crosia, maiorem habundantiam sanguinis esse significat. Si subtilis a quosia, & citrina, coleram habundantem ostendit. Hali vbi supra. Scabies, & prurigo, & cutis excoriatio sunt ex falsi flegmatis admixtione cum sanguine colerico, dum istum ab interioribus membris ad cutem natura depulerit, ibique sub cute remanserit. Itaque si subtile fuerint humores, fit prurigo, quae sanatur cito. Si vero crosi scabies longa, prurigo, & cutis excoriatio. Accidunt autem huiusmodi accidentia aliquando ex debilitate cutis, quia cum huiusmodi superfuitates ad purgandum membra expulerit ad cutem natura, non confortatur cutis ad eorum expulsiorem foras, atque dissolutionem, & ideo remanent in ea. Maxime vero plurimum comedentibus accidit, & his qui videntur cibis malorum chorum generatiuis, & abstinent a balneis. Prurigo quidem illis maxime fit qui non lauantur, eiusque sordes in corpore multiplicantur, & resident. Fit etiam plurimum in senibus, propter debilitatem cutis, & quoniam in eorum corporibus humor falsus generatur, quae multus. Scabiei vero signa sunt pustulae paruae, quae rubere incipiunt. Dehinc autem aperiantur, & est cum eis prurigo grauis. Magis autem in manibus fit, & inter digitos, & in cubitis, ac super anum, & in confinis, nonnunquam autem in toto corpore. Razi vbi supra. Scabies alia est humida, alia sicca. Sicca quidem fit ex multitudine vsus salis, & reliquorum quae sanguinem adurit, ut sunt allia, caepe, vinum purum, & amarum, & calidum, & mel, & his similia. Ex paucitate quoque balneationis, ac mutationis pannorum, & ablutionis a sudore corporis. Idem in Almanfore. Scabies, & pustulae illis valde accidunt, qui nutrientia sanguinem corruptantia frequenter comedunt, ut allia, vel mel. Eis quoque, qui saepe laborant, & vigilant, & balneo non saepe vtuntur. Quibus confert vti prius minutione, & postea potione. Confert praeterea sicco pruritu in aqua calida balneari, ibique corpus ex aceto, & oleo rosato, & allici succo conficari.

Item de eodem. Cap. XXXIII.

**A** Vicenna vbi supra. Materia a qua generatur scabies, est aut materia sanguinea, cui admiscetur colera, quae forsitan in melancoliam conuersa est, vel pars eius. Aut materia cui admiscetur flegma falsum, baurachium. Prima quidem est scabies sicca, cuius materia decliuis est ad crositudinem Altera vero est humida, & eius humiditas decliuis est ad subleuitatem. Et plurimum quidem generatur ab accceptione falsorum, & acutorum, & amarorum. Causa generantes mareriam scabiei, sunt cause geperantes materiam pruritus, sed fertiores illis, & appropinquant causis generantibus pediculos, & futures, & proximae sunt eis in curatione. Scabies a pruritu differt, quia in pruritu non est bothor, id est eminentia in cute, sicut sunt in scabie. Ipsa enim a materia est subliore, & minus ad falsedinem declinat. Et fixio generis eius in cute postquam natura expellit eam, est opulatio pororum, & paruitas mundificationis. Aut retinetur propter debilitatem expulsiuae, sicut accidit decrepitis in sine agitudine, praecipue quando materia est plurima, vel crosia. Aut propter cibos malos ex quibus generatur chimus malus agustus, ut fune falsi, & acuti, & similes, aut propter maliciam digestionis eum qua pruritus est. A pruritu quidem surfurei cortices resoluuntur, & non accipit aliquid ex profundo. Pruritus tamen senilis parum obedit curationi, nec aliquid ei valet, nisi vt regatur. & blaudiat, scabies excorticata, & impetigo multiplicatur in autumno. Dulcia generant prurium, & bothor: & scabies quidem scada: vulnera attrahit, & permaturat ad impetiginem. Olea nocent eis, & syrupus acetosus confert, si non timentur rursura. Prima scabiei cura, & melior, est euacuatio, eum eo quod educit humorem acutum, adustum, & flegma falsum. Deinde rectificatio cibi, & regimen humectationis, & administratione rerum aquosarum inspissarum, quorum velocitas putrefactionis secura fit, ut melones mdi, lactuca, endiuia, & similia. Dimittendus est autem coitus omnino, quia materias ad exteriora mouet, & excitat vaporem calidum putridi, venientem ad superficiem cutis, ibique putrefit & ob hoc foetet iterum odor corporis. Eaquantia vero materiam scabiei, sunt decoctio epithymi cum mirabolanis, citriais, & fumo terrea, & fenae, & polipodio, & absinthio. Item pillulae de aloes, & scamonea.

De Sudore superfluo, & pediculis. Cap. XXXV.

**I**saac. Sudor alius naturalis est, alius non naturalis. Naturalis in cyphi venit laudabilis, & in moderatis exercitiis in tempore aestatis. In quo tempore nocitua emittuntur, & non valentia. Non naturalis est in consumptione carnis, quae nulla emittit alia nisi iuuantia. Sudor autem hic secundum naturam exit, vel in qualitate vel quantitate. In qualitate secundum naturam emissae materiae, vnde & mutatur in colore, sicut videmus cum fiat rufus, vel citrinus, viridis vel albus iudicatur iuuamentum, vel nocumentum sudor humorum. Item mutatur in odore, sicut sordidissimo, vel contrario. Item sapore falso dulci vel amaro, sive acetoso. In quantitate vero multa seu pauca, multa vt ex humiditate abundantia, vel de eius liquiditate, vel de eorum laxitate, sive expulsiuae virtutis fortitudine. Pediculi saepe nascuntur in capite, vel in toto corpore, ex purgationibus, quas natura efficiens incidere facit, inter carnem, & cutem. Hali vbi supra. Pediculi sunt ex superfuitate, & humiditate crosia, & mala, quam ad exteriora corporis natura depellit, & a poris sine per poros propter suam crositatem non exit, eique sordes admiscuntur, & ex vtriusque pediculi generantur. Vnde & plures sunt in his, qui non lauantur, nec eam a sordibus mundant sicut peregrinantibus accidit. Sudor namque cum egressus a corpore fuerit, & poris corporis adhaerit, qui subtile est dissoluitur, & qui crosus putrefcit, atque ex eo huiusmodi animal generatur. Nonnunquam etiam gignuntur ex multa siccitate ficuum comestione, cum corpus minime mundum est.

De Papulis, & pustulis, ac verrucis. Cap. XXXVI.

**P**apula est paruissima cutis erectio circumscripita cum rubore, & ideo papula quasi pupilla. Vlcus est putredo ipsa. Vlnus, quod ferro fit, quasi vi, & vlcus, quod olet quasi olcus, vnde & vlcera. Hali vbi supra. Pustulae paruae sunt ex hu-

Iterum de Alopecia, & Tyria. Cap. XXXIX.

**A**lopecia, & Tyria passiones sunt, per quas capilli capitis, & barbæ, ciliorumque flunt. Denominantur autem ab animalibus quibus haec sunt. Vulpi namque siue lupis aliquotiens accidit pilorum casus, & cutis vulneratio. Serpenti quoque Tyria accidit excoriatio cute, vnde & Tyria vocatur in homine cutis excoriatio, licet quidam dicant, sed falso Tyriam dici, eo quod in ea fit pilorum emissio, ipso in loco contorta, & incurua, qualis est serpentis refluxus. Fiunt autem ambæ aut ex colera acuta, quae sanguini miscetur, qui ad membra in quibus sunt capilli fertur, vnde capilli defluunt aduersionis causa, quae illis accidit. Et huius signum est, quia loci calor ad nigrum declinat, aut ex humore flegmatico, falsoque, & acuto sanguini mixto. Aut etiam ex flegmate crosso, & viscoso, quia loca opilat, quibus vapores capillos generantes ascendunt. Et huius signum est loci color albescens. Nonnunquam autem accidit totius corporis depilatio his de causis. Dicit autem Hipocras. Quod si ei qui habet Alopecia varices innascuntur, capilli capitis redeunt. Sed cui Alopecia inest, raro nascuntur varices, nonnunquam vero capilli defluunt ex cibi imminutione, & boni vaporis paucitate, vel etiam raritate. Vapor enim capillos creans si rarus fuerit, egressus spargitur, & dissipatur, nec capillorum generationi congregatur, sicut fumus cum largo loco egreditur, fit etiam nonnunquam capillorum casus post acutos statim morbos causa grauis caloris, maliciaeque vaporis. Quandoque vero ex consumptione bonae humiditatis a corpore, sicut pyisicis contingit, & ethicis.

De Tinea, & fursure. Cap. XL.

**T**inea sunt vlcera parua in capite nascencia, quibus inest vesica, sive putredo. Huius species sunt quinque. Prima vocatur sauosa, quae fit ex falso flegmate, & est vlcus quo cutis capitis subtilibus foraminibus perforatur, in quibus est humiditas sauo similis. Secunda dicitur viscosa, & est rotunda, & dura, cuius in inferioribus rubor est, & in interioribus quiddam granis ficuum simile. Tertia vocatur ameda, & sunt vlcera cum quibus sunt foramina multa subtilia, sed praedictis minoria, ab his egreditur humiditas similis aquae, scilicet lauacionis carnis. Est & quarta species rubea, pustulae scilicet rubae paruae quasi mammillarum capita, a quibus humiditas fluit sanguinis aquositate similis. Quinta species eius est sicca alba lupino similis, a qua etiam quasi cortices flunt alba. Furfures sunt corpora parua tenuia surfari similia, quae flunt a capitis cute sine vlcatione. Fiunt autem ex vaporibus falsi flegmatis, aut ex sanguine cui colera nigra miscetur. Auicenna vbi supra. Furfur est canabrum, quod est in capite modus excoriationis, propter corruptionem in complexionem proprie cum impletione in superficie cutis, & resolutione fortis, deinde adhibenda sunt ea, quae humectant, & aequant. Furfur denique malus valde perducens ad vlcationem necesse habet in curatione, vt mundificetur corpus cum flebothomia, & cum solutione ve ntris, si causa fuerit repletio corporis, deinde curetur cum eo, quod radit, & post semper adhibeatur oleum.

De Passionibus, quae apparent in ceteris membris ex interioribus causis. Cap. XLI.

**I**sidorus Parotidæ sunt duriciae, vel collectiones, quae ex fibribus, aut ex alio aliquo nascuntur in autium vicinitate. Vnde & parotidæ sunt appellatae. Ora enim Graece auricula dicitur. Lentigo est vestigia macularum parua, in rotunditate formata, a specie lenticulae dicta. Hali vbi supra. Lentigines amplius in genis sunt, & confinis, & ex sanguinis admixti vaporibus, ac melancolicis humoribus, qui sunt in stomacho, vel in omni corpore, sicut praegnabitibus contingit, cum in eorum corporibus humores mali fuerint adunati. Morum est pustula vlcerosa, quae am-

ex humoribus malis, quos natura pellit ad exteriora cutis. Hi quidem si acuti, & calidi fuerint, & pustulae capita habent. Si vero crosi, & frigidi pustulae quoque latae, & explicatae fiunt. Maxime autem oriuntur pustulae illi cuius cutis densa est, & spissa. Verrucae sunt pustulae paruae, nimiumque dure, rotunde, quarum quaedam clauis dicuntur, quia parum ad interiora corporis tanquam clauis tendunt, & in multis membris sunt ex humiditatis flegmaticae cum colera nigra admixtione. Isidorus. Verrucae singularem sunt. Satirialis vero vna fortior, & circa ipsam plures inueniuntur. Isaac. Verrucae sunt caro crosia, dura, & spissa per totum corpus nata, sed maxime in manibus, & in pedibus ex superfuitate quam expellit natura in corporis exteriora. Sunt autem de flegmate, & colera nigra, quae ergo mollis est, & sine dolore, intelligitur esse de flegmate, dura & sissa perpenditur esse de colera nigra.

De Vlcere, & sanie, & cicatrice. Cap. XXXVII.

**V**lcus est patredo ipsa. Vlnus quod ferro fit, quasi vi. Et vlcus, quod olet, quasi olcus, vnde & vlcera. Sanies dicta est, quia ex sanguine nascitur. Excitato enim calore vulneris, sanguis in sanem vertitur. Nam sanies non fit nisi vbi sanguis aduenit, quia nisi calidum, & humidum fuerit (quod est sanguis) putrefieri non potest. Sanies autem, & tabes sibi differunt. Fluere enim sanie vinorum est, tabe mortuorum. Cicatrix est obductio vulnerum uaturalem calorem sanguinis seruans, dicta quod obducatur vulnera atque obtegatur. Hali vbi supra. Vlcera, quae ex aduersionibus fiunt, oriuntur ex sanguine adusto, & melancolico, quem expellit natura ad corporis exteriora, sicutque primo pustulae grandes, & aperiantur, & dilatantur, & etumpunt, nigraeque vlcis faciunt. Air autem Galen. quod pustulae omnes, & vlcera quae corporibus accidunt nimium alba, morpheaque lentiginosa, sive varia pessima sunt, & curatione difficillima. Nam & alboris nimium corpora parum habent sanguinis. Et humores mali sunt in corporibus lentiginosis. Huius quae duabus causis est vlcetum curatio difficilis, humore, scilicet malo, a quo fit vlcetum comestio. Et sanguinis diminutio, quo bona caro in vlcetibus generata, vt quod comestum fuerat in integrum reparatur.

De Proprijs, & manifestis passionibus capitis ex interioribus causis, & primo de Alopecia. Cap. XXXVIII.

**A**ctor. Haec de morbis, qui sunt in manifesto totius corporis. Nunc restat de illis passionibus, quae propriae sunt quibusdam membris. Quaedam vero sunt propriae capiti, vt alopecia, tyria, tinea, surfures. Quaedam facie, vt lentigines. Isidorus. Alopecia est capillorum fluor circumscriptus fuluis pilis, qualitate aëris habentibus. Isaac. Capillus ex fumo crosso, & calido nascitur, qui est igneus, & incensius est humoribus, quo crescente crescit, & capilli, vt pote ab ipso nutriti, hunc fumum qui perdidit, & capillos perdit, pro qualitate ergo sumi erant capilli, vt in herbis videmus ex terra humore vel siccitate crescentibus, vel pereuntibus, vel augmentantibus. Qui fumus si omnino non fuerit, pereunt in omnibus capilli, & sunt calui, quibus quia nullae medicinae subuehiunt, iam non amplius comae crescere possunt. Si autem fumus non ex toto amittatur, sed solum ex aliquo humore inficitur, infirmitas nascitur, quae alopecia vocatur. Cane ante tempus nascuntur, ex flegmate, quod ex stomacho exit, vel capite. Razi in libro de diuisione, & curatione agitudine. Alopecia est casus capillorum, & tyria, quae quando fit propter falsum flegma adustum, huius signa sunt, vt habens eam fit albi coloris, delicati corporis, vnde & cutis mollis. Fit autem illis qui multum vt sunt cibus crosus, & humidus. Aliquando vero fit ex sanguine in quo multiplicata est colera citrina, & huius signa sunt citrinis coloris, & extenuatio corporis, & quod infirmus affidue vsus est cibis calidis. Aliquando quoque fit ex colera nigra, & huius signa sunt nigredo corporis, & extenuatio ac siccitas, & quod habens eam plurimum vsus est cibis melancolicis, ut lentibus, & caulibus, & carne salita, plurimoque labore. Fit etiam casus papillarum ex defectu nutrimentum, aut ex corruptione humorum, aut ex dilatactione pororum. Et eius signa sunt, quia corpus siccum est, & extenuatum. Cura vero eius est dilatio in cibo, & additio in somno, & balneatio, & vini rubei, crassique potatio.



plius in facie oritur, & hoc ex humore crosso, in que est acumen. Adustiones etiam in facie sunt rubrae, liuidique ruboris, & plurimum vlcerosae. Et sciendum quoniam vlcera, quae vel in his, vel in aliis membris rotunda sunt, & profunda pessima sunt, caeterisque deteriora, quia fiunt ex materia crosse, & acuta, sine calida. Varices sunt repletio venarum, quae sunt in erubus, earumque crosse facies ex humore facta melancolico, qui ad eas decurrit, easque replet. Fir autem maxime morbus hic eis, quibus continuis, & diuturnis est erutum, & pedum labor, diuque stant super pedes erecti. Sic enim descendunt humores ad venas praedictas, vnde nautis, & onera ferentibus, amplus accidit. Huius signum est, quia venae complicantur, & crosse sunt ad vi urem nigredinemque decliues. Fissurae manuum, & eo tum quae sub pede vel calcaneo sunt ex colera nigra, & mala, siccaque complexione, quae his locis dominantur, fiunt.

De Veneribus, & fissuris. Cap. XLII.

Sequitur de his, quae ex causis exterioribus fiunt, id est de continuatione separatione, quae si fiat in carne vulnus dicitur, vel si tempus eius diuturnius fuerit, ut putrefiat, vlcus appellatur. Si autem fiat in osse, fractura nominatur. Veneru alia simplicia sunt, alia cum aliis composita. Vulnus simplex, aut est incisio sola, quam nulla sequitur accidentia, aut scissura tantum, nullis ablatis membri partibus. Incisio autem alia parua est, alia magna. Scissura quoque alia vacua est, alia sicca, alia rubiginosa, & sordida, scilicet putredinem habens. Et hoc fit propter debilitatem digestionis cibi ad eam venientis. Cuique etenim membro duae superfluitates fiunt. Vna scilicet subtilis, quae per poros dissoluitur, altera vero crosse, ex qua sordes super cutem generantur. Ex hac itaque rubigo siue putredo nascitur in vlcere, cum naturalis calor non valeat illam subleuare, sordisque dissolueret. Huiusmodi vulnera manifesta sunt, nec egent significatione. Vulnera vero composita quaedam cum causis componuntur, quaedam cum morbis aut accidentibus. Cum causa, si sit illic materia, quae ad vulnus defluit, cuius signum est multitudo influxus humiditatis in vlcere. Cum morbo vero aliquando organico, aliquando ex mala complexione, & hoc ex calida, cuius signum est membri rubor, & inflammatio, grauisque dolor. Aut ex frigida, cuius signum est coloris liuiditas, & caloris paucitas. Aut ex humida, quae significatur vlcere humiditate, multaue rubigine, carnisque mollicie. Aut ex sicca, cuius signum est vlcere scititas, & extenuatio, & duritia. Organicus vero morbus alius est secundum minorationem, ut cum membri pars aliqua decidit, alius secundum magnitudinem, ut apostema, quod in vlcere fit, alius secundum iuncturam separationem, ut est amputatio neruorum, fractura ossium. Cum accidentibus autem vulneru compositio est, sicut dolor qui cum eis est, siue cum dolore, qui ea sequitur. Ossium quoque fractura alia simplex, & singularis, alia cum vulnere, & apostemate composita. Haec omnia, quia sensui patent, significationibus non egent.

De Fistula, & cancro, & igne sacro. Cap. XLIII.

Numquodque autem vlcerum simplicium, siue compositorum, si quadraginta dierum spatium transierit, fistula deinceps appellatur. Fistula tamen veraciter vlcera sunt profunda, quibus os strictum est, & interiora larga, in quibus est caro data, & alba, nec dolorem patiuntur. Et aliquando quidem tenuia siccaque videntur, aliquando vero plurimae humiditatis. Aliquando etiam ab eis continuè decurrit humiditas, aliquando interciditur, aliquando os eius clauditur, aliquando aperitur. Nonnunquam autem ad os fistula peruenit, ipsamque putrefcere facit. Aliquando vero ad neruos, aut venas, aut aliqua nobilia membra peruenit, eaque cum edit. Praeterea nonnunquam fistulae concavitas in longam recta extenditur, & plerumque per transuersum sinuque fertur. Huic etiã nonnunquam ora sunt plurima. Ex lib. de cyrurgia. Fistula non solum ab interiori nascitur, sicut & percussionis causa. Cum enim percussio male curatur, fistula sequitur, & hoc maxime inter, vtramque spatulam. Isidorus. Cancro a similitudine maritimis animalis vocatur, vulnus (sicut medici dicunt) nullis medicamentis sanabile. Aunt ergo praescindi debere a corpore membrum vbi nascitur, ut aliquando diutius viuam, & tamen inde mortem quamlibet tardius affuturam. Auicenna vbi supra. Cum autem cancro non sit sanatio, qui est lepra membru vnus, quid de lepra dicemus, quae est cancer corporis to-

tius? Verumtamen cum lepra sit per totum corpus spargi, quaedo curationes in ea fortes administrantur, his egriudo sustentatur, nec agit super membra simplicia. Isidorus. Erisipila est, quam Latini factum ignem appellant, id est excreandum per antifraxim. Si quidem in superficie rubore flammee cutes rubescunt, tunc multo rubore ab igne vicina inuaduntur loca, ita vt etiam febris excitetur.

De Moribus, & puncturis venenatorum. Cap. XLIII.

Alii vbi supra. Continuationis autem separatio, quae fit ab animali nihil ab aliis vulneribus differt, si animal ipsum veneno caret. Morfus autem, & puncturas animalis venenati sequuntur accidentia pessima. Animalium quidem venenum habentium aliud quoddam mordet, vt canis rabidos, aliud pungit, vt scorpium, aliud ore atterit, vt serpentes. Isaac in viatico. Canis traxit frigidus, & sicus est, cui nigra dominatur colera, vnde ex sui abundantia immutata, & putrefacta, & toti corpori dominans ita corrupta, necesse est rabidos faciat, & maxime in autumno, & vere. Signa cognoscendi canem rabidum, quia alii canes cum fugiunt, profugus, & solutus, & nutat quasi ebriofus, oris aperti, linguae dependentis. Salua nimia de ore eius currit, oculi sunt inuerti & rubicundi, auriculae inuerti, cauda inter coxas, oculi aperti. Etenim de lapide siue quolibet alio obiecto offenditur, & ciliaber rei visæ repugnans, etiam vmbrae sua latrat, quem cum canes vident fugiunt, timentes cum latrantes super ipsum. Astor. Item de moribus, & puncturis animalium iam superius habitum est, vbi de naturis animalium vniuersaliter, & particulariter dictum est.

De Diuersis speciebus venenorum. Cap. XLIV.

Vicenna libro quarto. Venenorum species duae sunt, Vna scilicet faciens operationem suam cum qualitate, quae est in ipso. Alia vero faciens cum forma sua, & tota substantia sua. Et prima quidem species, aut est corrodens, & putrefaciens, sicut lepus marinus, aut in flammans calefaciens, vt eufobrium, aut Infrigidans stupefaciens, sicut opium, aut opilans vias anhelitus in corpore, sicut plumbum leopardi, & similia, & haec sunt deteriora venena. Item quaedam venenorum veniunt, & agunt super vnum, & idem membrum, vt canarides super vesicam, & lepus marinus super pulmonem. Quaedam vero super totum corpus, vt opium. Et omnis quidem veneni, quod non interficit cum permutatione complexionis, aut cum putrefactione, aut cum aduentu super membrum, possibile est vt effectus sit post tempus, & salus ex eo est cum resolutione ei accidente, & per illud, quod ei succedit per sudorem, & similia, aut per curationem contraria. Dixit autem Galen. quod alfaras interficit hominem, & non tardos, quia nos peruenit in tardis ad cor, nisi post spatium in quo iam passus est a corpore passionem, post quam non remanet nisi passio conuersionis cibi. In homine vero festinat ante illud pp latitudinem meatuum, & vehementiam caliditatis, & virtutem motuum attrahentium arteriarum. Et forte alfaras non est venenum per comparisonem ad complexionem tardorum, vnde si non conuenteretur in cibum, & perueniret ad cor eorum, sicut peruenit ad cor hominis, cum velocitate interficeret. Inquit. Denique fuit quaedam anus, quae primo suscepit de napello rem panam, deinde non cessauit eo vti donec assuesceta est cum eo, nihilque ei nocuit. Dixit etiam Rufus, quod nutrita fuit puella cum veneno, vt interficerentur per eam reges, qui cum ea conuenirent, & quod ipsa in complexione sua consecuta est, vt salua eius interficeret animal, & non appropinquaret ei gallina. Venenorum autem quaedam sunt ex mineris, vt lapis a menis, argentum viuum, litargiriu, cerusa, gipsum, calx, arsenicum, alumen, limatura ferri, vel eius scoria. Quaedam autem ex plantis, vt napellus, cornu spicae, eufobiu, scamonea, almezereon, id est lacticia, cameleon, oleander, anacardi, thasfargia, ruta agrestis, elleborus albus, & niger, ciclamen, & succus cucumeris asinini, species nigellae malae, agarium nigrum, squilla agrestis, cortex rizi, semen viticæ, titimalus, medulla fructuum rancidae. Et haec quidem sunt medicinae venenosae frigidae vt opium, sadix mandragorae, iusquamum, album & nigrum, coriandrum, psillium, fangi & tubera mala. Quaedam etiam venena sunt ex animalibus, de quibus superius in tractatu de naturis animalium plenius dictum est.

De Comuni via cognoscendi passiones membrorum interiorum. Cap. XLVI.

Alii ser. 9. Passionem autem quae nascuntur in membris interioribus non adeo facilis est cognitio, sicut earum quae sunt in exterioribus. Ideoque medium exerceri necessesse est in actionis cuiusque membri cognitione, & complexionis ac substantiae, & vilitatis, atque figurae. Locique quoque in corpore, & quam cum caeteris membris colligantiam atque participationem habeat, quousque vel quos nunc aperiri viam ac regulam, qua tenditur ad interiorum membroru notitiam. Et autem octonaria. Prima est via, quae ex actionis nocumeto sumitur, cum enim alicui nocumetum accidit actioni, membrum in quo fit significat infirmum, vel morbo sibi proprio, vel alterius infirmantis comparatione membri. Verbi gratia. Appetitus imminutus, significat oris stomachi incommodum, quod aut est ei proprium, aut fit ex cerebri, in quo est passio, & participatione. Secunda via sumitur ex his quae de corpore emittuntur. Et hoc aut ex eorum substantia, vt hi postas, quae est in fundo vrinæ, si futuri similis sit, passionem vesicae significat, si vero sustus carnis, passionem in renibus esse manifestat. Aut ex eorum quantitate, vt si cum egestione frustra carnis magna exeat, intestinorum crosorum vlcera significat, si parua subtilium. Aut ex emissorum loco, sicut vlcere squame cum emittitur a corpore, si cum tussi exeant, vlcus esse significant in anhelitus membris. Si cum vomitu in stomacho, si cum egestione in intestinis. Tertio sumitur ex doloribus cuiusque membrorum proprijs, vt si dolor cum pulsatione sit passio est in arterijs, aut in membro multas arterias habente. Si vero cum punctura, passio in operimentis signatur esse, & si cum eo sit grauitas, in membro motum habenti, & sensum ostenditur esse. Si vero dolor extenditur, & in ambobus latera progreditur, passio in neruis esse signatur. Quod si mollior extenditur, passio in operimentis ossium esse significatur. Quarta ex infirmi membri loco accipitur, vt si dolor sit in dextro latere passionem esse significat in epate, si in sinistro in splene. Quinta sumitur ex apostemate, & hoc ex eius figura, quia si sit medius circulus, qualis & prima luna, intelligitur esse in epate. Si autem oblonga sit, aut quadrangularis, est in lacertis membri. Sexta sumitur ex accidentibus cuiusque membrorum proprijs, & hoc aut ex colore, vt genarum rubor peripleum notitiam significat, & citrinus color epatis passiones, nigredo linguae, canison, & febris incendium. Aut ex figura, vt vnguis curuatio pitium. Aut ex his quae egrediuntur a corpore, vt egon labaturae carnis similis, debilitationem epatis. Septima ex participatione membri patientis cum alijs, vt cum digitis ante accidit nocumetum in sensu, siue manus compassione, nobis significatur, quod passio sit in pari neruorum, qui ad manus feruntur. Octaua sumitur ex inuestigatione, vel interrogatione, vt si quaerenti dolorem sub hypochondrijs aegro medicus dicat, & interroget quo sentiat eum loco, & respondet in laere dextro, passio est in epate, si in sinistro in splene, si autem in medio, est in stomacho.

De Diuisione passionum interiorum, & primo de passionibus cerebri. Cap. XLVII.

Haec de comuni cognitione passionum interioru membrorum. Sequitur de proprijs significationibus, & causis singularum. Harum itaque quaedam sunt in membris aialibus, quae sunt cerebrum, & nucha, neruque qui ab eis oriuntur, & organa sensus, & anhelitus. Quaedam in instrumentis spiritus, quae sunt pectus, diaphragma, cor, pulmo, eiusque canalis, & guttur. Quaedam in ciborum organis, quae sunt meri, stomachus, epas, intestina, splen, fel, &c. Quaedam autem in membris genitalibus, siue generatiuis, quae sunt vlcina, matux, meatura, testiculi, mammae. De his itaque per ordinem dicemus, & primo de his quae membris accidunt animalibus, ab his quae cerebro ac panniculis eius accidunt exordium sumentes. Dehinc a superioribus ad inferiora descendentes. Igitur passiones, quae in cerebro, & eius operimentis sunt, haec sunt. Cephalaea, frenesis, mania, mentis alienatio, litargia, obstupescatio, congelatio cogitationis, & memoriae corruptio, scotomia, vertigo, oppressio, apoplexia, epilepsia, melancolia, & amor. Incipiemus autem a Cephalaea.

De Cephalaea, & causis eius, & signis. Cap. XLVIII.

Sidorus Cephalaea ex causis nomen habet, capitis, a passio est, & Graeci caput cephalin vocant. Hali vbi supra. Cephalaea aut est in toto capite, aut in eius medietate, & vocatur emigranea. Harum singulae sunt, aut operimenti causa, quod cutem capitis subinvoluit. Aut operimenti causa quod ipsum cerebrum circumoluit. Et illius quidem que est in toto capite, quaedam est cretica, quaedam vero febrem sequitur, & quaedam singularis ac per se est. Illa quae febrem sequitur, fit ex repletione capitis a vaporosis humoribus, & acutis. Et haec aut ex humore malo fit, qui concluditur in stomacho, eiusque signum est subuersio, & cordis palpitatio. Aut ex humore in toto corpore congregato, aut ex capitis debilitate, aut ex nimio febris calore, sicut in tertiana contingit, & caufon. Illius autem quae singularis est ac per se, quaedam ex ipso fit proprie capite, quaedam ex eius cum stomacho participatione. Quae vero capiti propria fit, alia ex mala complexione, alia ex organico morbo, alia ex necessitate, alia ex percussione. Quae autem ex mala complexione est, aut ex mala simplici, & singulari, aut cum materia. Complexio mala simplex, aut est calida, & fit ab interiori causa, sicut a calefactione operimenti cerebri ex calidiorum ciborum, vel medicaminum porrectione dolorem capiti concitantium, quales sunt veteres nuces, allia, caepe. Aut ab exteriori causa, sicut illi fit, quem aetius solis molestit. Aut est complexio frigida, & haec similiter aut ab interiori causa est, aut ab exteriori supradictae contraria. Complexio vero sicca facit cephalaeam debilem. Humiditas autem si singularis est, cephalaeam non gignit, nisi quando multa est materia, & tunc cephalaea fit per extensionem, quae est ex materiae multitudine. Quae autem fit ex mala complexione cum materia, quaedam est cum materia sanguinea, quaedam cum colerica, quaedam cum stegmatica, quaedam cum melancolica, & vnaquaeque propria habet signa. Quae vero fit ex organico morbo, nascitur ex opilatione. Opilatio vero signatur, aut ex parte humorum viscosorum, & crosorum multitudine, aut ex apostemate. Quae autem ex ventositate nascitur, signum hoc habet, quia fit cum extensione. Quae vero ex percussione, vel collisione, signis non indiget, cum eius manifeste sit causa, sed infirmi tantum interrogatione. Haec est igitur cephalaea diuersitatum, quae proprie capitis est, assignatio. Illa vero quae oritur ex capitis cum stomacho participatione, fit aut ex humore colerico clauso scilicet in stomacho, aut ex stegmate putrido, fit etiam ex ciborum multitudine, vel ex vini potatione, cuius vapores acuti ascendunt ad cerebrum, & fit ebrietas ex debilitate membri scilicet ex defensione cerebri in vaporum susceptione. Omnis autem cephalaea quae fit ex stomachi causa, leuior fit cum stomachus alieuiatur, siue exinanitur, grauior autem cum ille grauetur, aut in eo cibi contrumpantur.

Ab hoc de eodem. Cap. XLIX.

Haec est igitur assignatio diuersitatum cephalae, quae fit in toto capite. Est autem alia quidem acuta, citoque dissoluenda, & haec absolute vocatur cephalaea. Alia vero tarda, & ad dissoluendum dura, & haec appellatur castis, vel galea, siue galeata. Haec ex qualibet facili causa tumultuatur, vel excitatur, vt vocis sono, & ignis intuitu. Odorum quoque cerebri repletium vetriculos respiratione, cum vini potu. Fit autem haec species in pluribus ex humore frigido, stegmatico, & crosso, & ex opilatione, & ex plurimo vento, siue forti ventositate, aliquando etiam ex calido humore. Air enim Galic. Quia quorum facile implentur capita, loca capitis, quae passiones suscipere possunt, aperta sunt, & passio ni oportuna. Quod si mala dicta regantur incidant in passionem quae castis dicitur, neca veritate remotum est horum dolores quosdam in operimentis cerebri sentire, quosdam ex operimento craneum circundante. Differunt autem haec duos, quia cui passio est intra craneum, dolor vsque ad radices porrigitur oculorum. Cui vero vsque ad oculos non perferitur, passio est in operimento, quo cranei os ab exteriori vestitur. Naturae vero, quae repletionis capitis apparatus sunt, in quibus acuta ventositas generatur, corpora vaporosa sunt, & in ore stomachi superfluitates colericae aggregantur. Ait etiam. Vigiliae longe capitis dolorem excitant, quia digestionem corrumpunt, & vapores ad cerebrum attollunt. Similiter & longus somnus, quia digestionis multitudine replet cerebrum acuta, siue calida humiditate. Cephalaea vero, quae dicitur emigranea

nea fit, in capitis tantum medietate, & hæc aut ex malarum...

De Frenesi. Cap. L.

I Sidorus. Frenesis appellata est siue ab impedimento mentis...

De Mania. Cap. LII.

I Sidorus. Mania ab infania, vel furore vocata est, nã Græcorum...

que spiritus, siue anhelitus archatur, pectus, & latera, & hipo-

De Litargia. Cap. LIII.

I Sidorus. Litargia a somno vocata est. Est enim oppressio...

De Stupore mentis, & vigilia. Cap. LIII.

I Saac in viatico. Stupor mentis est, quasi somnus oculis...

De

De Congelatione, & cogitationis ac memoria corruptione. Cap. LIV.

Alii vbi supra. Bothocos, idest coagulatio, siue congelatio...

De Scothomia, & vertigine. Cap. LV.

I Sidorus. Scothomia ex accidenti nomen sumpsit, eo qd...

De Apoplexia. Cap. LVI.

I Sidorus. Apoplexia est subita effusio sanguinis, qua suffocati...

nem, sed & multam distantiam. Hulus autem duæ causæ sunt.

De Epilepsia. Cap. LVII.

I Sidorus. Epilepsia vocabulum sumpsit, eo quod mentem app...



Put ascendens epilepsiam facit. Fit etiam quandoque ex sanguinis multitudine, cuius signa sunt quod implentur alguidigi, & facies rubet, & quandoque sanguis e naribus procedit. Papias. Epilepticorum duo sunt genera, quae cum spuma est, & cum tremore non curatur, quae sine tremore curatur.

De Incubo. Cap. LVIII.

Vicenna. 3. canone. Incubus est aegritudo qua sentit homo, quando somnum ingreditur fantasma graue super se cadens, ipsumque comprimens. & angustiantur spiritus eius, & intrinsecatur vox ac motus ipsius, & fortasse praefocatur propter porrorum opilationis, & cum ab ipso separatur excitat eum subito. Est autem antecessor vnius trium aegritudinum, aut apoplexiae, aut epilepsiae, aut maniae. Et hoc quidem cum fuerit ex materiis comprimantibus, & non ex alijs causis non materiatis. Huius autem causa secundum plurimum est vapor materiam crassam sanguineam, aut flegmaticam, & melancolicam, resolutis vaporem, & cum resolutione omnis humoris ipsum comitantis. Quandoque vero fit ex frigore vehementi, caput inuenienti subito apud somnum. Quae comprimit ipsum, & incrostat, & contrahit, & efficit in ipso fantasmas illas subito, quod fit propter debilitatem cerebri caliditate sua, vel complexionis suae malitia. Papias. Epialtes est passio qua homines incubo vexantur, hos deprehendes ex difficili motu corporis, & somno etiam insolito, & graui, quotiens suppreffi grauantur, vt praefocati se homo dormiens sentiat, aut aliquem sibi irruisse putet, qui corpus eius praemendo examinare tendat. Vnde & incubus dicitur est, a mentis atque sensus incubatione. Alij dixerunt, quod ex indigestione cibi veniat epialtes, qua ascendisse aliquem super dormientem fingatur. Fit autem ex cacochimia, id est ex malo humore, aut ex abundantia sanguinis, per somnum enim fantasma cum graui somno opprimuntur, & cum tormento supini plus suffocantur, ita vt loqui non possint. Aliquotiens et ita loquuntur per somnum, quasi per diem disputerent, aut cum hominibus fabularent. Nimitates quoque diuersarum fantasmarum aliquando vident, & pauent, ita vt & in somno clamet. Fit aut plerumque haec passio aut ex multo cibo, aut ex vino plurimo, vel ex paruo cibo, & potu, hoc est ex plenitudine, vel inanitate, aut ex abundantia sanguinis. Razi vbi supra. Incubus cum assidua sit & multiplicatur, etque non succurritur ad epilepsiam perducit: Fit autem ab assiduatione multi sanguinis in corpore. Et huius signa sunt rubedo oculorum, & somnij delirium, fit etiam ex dominio flegmatis, & huius signa sunt pigritia, & mollificatio corporis, & tarditas sensuum, multitudine quoque spatii, & musculaginis.

De Melancolia nigra, & canina, & amore qui dicitur eros. Cap. LIX.

Sidorus. Melancolia dicta est a nigro felle: Graeci enim nigrum melan. vocant. fel colen. epilepsia quidem in fantasia fit, melancolia in ratione, mania in memoria. Hali vbi supra. Melancolia est alienatio, siue confusio mentis, sine febre. Contingit autem aut ex solo cerebro, aut ex membro sibi colligato. A solo cerebro ex humoribus melancolicis in eo nascentibus. Aut a stomacho venientibus, ibique se conadunantibus, vnde animus conturbatur rationabilitateque mutatur. Ex colligantia vero cerebri ad alia membra quandoque fit ex humoribus fumeis, & melancolicis, a stomacho ad cerebrum ascendentes, ex materia quae est in stomacho, vel sub hipocundria. Quandoque vero fit ex totius corporis humoribus incensis. Aliquando etiam fit ex timore, & tristitia, & intentione mala. Quidam eorum quibus accidit mortem timeant, quidam desiderant, quidam multiplicat risum, nonnulli vero aetum, plerumque seipsos necant. Alij vasa lutea se esse putant, ne frangantur cauent. Alij se esse bruta animalia aestimant, & animalium voce clamant. Alij vero diuinant, seque diuina praedicare putant. Praeter haec autem signa communia, habet etiam vnaquaeque species signa propria. Est & quaedam melancoliae species, quam qui patitur, Galli, Canisq; similitudinem habere sibi videtur, vnde & vt Gallus clamat, vel vt Canis latrat, non est ad monumenta egreditur, ibiq; vsq; ad diem moratur. Huius signa sunt color citrinus, oculi obscuri, siccus, concaui, os quoque siccum, & sitibundum, in pedibus, & in facie vulnera, & pustulae, quia frequenter offendens cadit, talis nunquam sanatur, & haec passio a parentibus hereditatur. Amor est animae confidentia suspiciosa in eo, quod amatur, cogitationisque in illud assiduitas. Huius signa sunt occu-

lorum concauitas, & eorum assidua motio, maximeque palpebrarum. Omnia autem alia membra corporis praeter oculos attenuantur, siue macerantur, sed vltis pulchritudo remanet. Pulsus eius est, vt hominis tristis, & si res amata nominetur, pulsus mutatur, diuersificatur, atque turbatur. Haec sunt ergo significationes morborum in cerebro nascentium. Sciendum autem harum quaedam esse communes duarum aut trium passionum, vt mentis alienatio frenesi, & melancolia, stupor vero litargiae, & passioni, quae cum vocatur. Porro quaedam vniuersaliumque morbi propriae, sicut tristitia, & timor melancoliae, spuma quoque epilepsiae. Ideoque in solis communibus signis non oportet considerare.

De Sternutatione, & Temulentia. Cap. LX.

Vicenna vbi supra. Sternutatio est motus cerebri proprius, ad expellendum humorem, aut aliam materiam, cum auxilio aeris naribus attracti subito, per viam nasi, & oris. Itaque sternutatio est propria cerebro, sicut tussis pulmone. Apoc. in lib. A floristomorum. Sternutatio fit a capite ex calefacto cerebro, aut humectato, quod est in capite vacuo, dum aer intus existens foras effunditur. Sonat autem quia per angustum fit ei exitus. Greg. super Job. In sternutatione quidem inflatio a pectore con surgit, quae cum apertis ad exeundum poros non inuenit, cerebrum tangit, & congesta per nares exiens, totum caput protinus conculcit. Iaac. Sternutatio de diuersis nascitur humoribus, aliquando enim eam natura operatur, cum humores adnatos, siue fumum saragis expellere a cerebro, qui vel iam sunt morbi, vel causa futuri vitij. Humanum enim cerebrum humidius est cerebris aliorum animalium, vt brutorum. Vnde humores adnatum, qui cooperante natura expelluntur, sicut in cor za videtur, & in periplemonia, aliquando quoque fit aliunde, quam ex qualibet infirmitate. Narium autem cannales humanarum curti sunt, vnde cito ad cerebrum nocitua extrinsecus veniunt, vt puluis, frigiditas aeris, splendor solis, & similia, quae cum ad cerebrum perueniunt, expelluntur a cerebro motu suo continuo, & inde fit sternutatio. Hali vbi supra. Temulentia est infirmitas accedens cerebro, ac sensibus, ab ascensu vaporis ex vino, cerebrum implenti humore calido. Hoc accidit maxime cerebrum habentibus calidum, & debile, quod cum acciderit per crapulam vaporosam, debilitatur a sua digestionem, cum dissolutione crapulae. Cuius autem cerebrum forte est, & validum, non grauatur crapula. Solutur enim, vnde nec ei accidit ebrietatis facilitas. Itaque iuxta virtutem, & debilitatem cerebri, accidit etiam difficultas ebrietatis, & facilitas eiusdem. Porro qui multus est in bibendo vinum, nec in ebrietate vult, oportet eum prandium modice, pingua iura carere, & huiusmodi, pingua enim & dulcia frangunt acumen vini, cumque prius ad stomachum venerit consolantur illum, & prohibent ascensum vaporis vini sursum. Causae etiam arcent ebrietatem, causa suae desiccationis in humiditate vini. Ga. quoque dixit, amigdalis amaras, si aliquantum ex eis ante vinum comedatur, ebrietatis per eas arceatur. Est & apud Dioscoridem, quod robur mitti si sumatur ante vinum prohibet ebrietatem. Ad hoc etiam valet semen caulis, cum robor haerescit, id est sapa, habitum ante vini potum.

De Passionibus nervorum. Cap. LXI.

Actor. Dico de passionibus cerebri, restat de passionibus nervorum, qui omnes a cerebro procedunt, quidam quidem immediate scilicet illi qui ad membra propinqua sensificandum diriguntur, quidam vero mediante nuca id est spondilium medulla: scilicet illi qui ad membra a cerebro remota mittuntur, sicut superius diximus. Auct. vbi supra. Cerebrum diuiditur in substantiam velatiuam, & substantiam medullarem, & ventres in ipso spiritu plenos. Nervi vero sunt sicut virgulae ab ipso procedentia. Horum tres sunt species aegritudinum scilicet complexionalis, & instrumentalis, & solutio singularitatis. Et apparet quidem haec in operationibus suis naturalibus, & sensibilibus, & motiuis. Res autem nervis nocentes sunt coitus plurimus, & somnus post repletionem, potus aquae frigidae congelatae, vinumque plurimum, & omne acetosum, & stipticum, & infrigidatiuum, poma, & flebothomia plurima. Agaricum vero confortat nervos, calefaciendo, & purgando. Vinum etiam antiquum, & paucum valde confert omnibus aegritudinibus nervorum, plurimum autem sumptum est nocibilior res nervis. Hali vbi supra. Passionum autem nucae nervorum quae ab illa oriuntur, v. sunt species scilicet enervatio, dormitio, spasmus, tremor, gibbositas.

De

De Enervatione, & Epilepsia nervorum. Cap. LXII.

Nervatio siue mollicies fit, cum opilatio fit in principio nervi, qui ad aliquod membrum peruenit. Virtusque mouens ad membrum pertranfire prohibetur, vnde membrum ipsum enervatur, & sensum ac motum perdit. Et si quidem in omnium nervorum principijs oritur, haec opilatio, fit omnium membrorum sensus, & motus cessatio, cum nocentis actionem gubernantibus, & vocatur huiusmodi passio epilepsia, haec fit ex frigido flegmate ventriculos cerebri replente. Quod si opilatio haec in latere fit vno, lateris illius cum latere facie fit enervatio. Vocaturque paralisis, & contorsio simul id est estusio. Si autem in principijs accidat nuca, fit enervatio membrorum, quae sunt sub facie. Et si alterum nucae lateris opilat membrum illius lateris enervatur. Faciei vero contorsio fit ex enervatione simul, & spasmus, enervatur, n. alterius maxillae lateris opilatione nervi, qui ad eum porrigitur, alteri vero fit spasmus. Porro si opilatio in nervorum principijs, qui ad guttur tendunt, accidit, vocis amputatio fit. Si autem in nervis, qui ad lacertos tendunt pectoris, anhelitus fit arctatus. Et si in illis qui ad lacertos vesicae protenduntur vrinam praeter voluntatem fit emissio, sic & in omnibus membris iudicandum est caeteris. Opilatio autem haec aut humore crosso accidit, aut ex oppreffione. Oppressio vero aut ex ligamento siue ligatione, aut ex apostemate nucae, aut ab offe locum, sicut exente, nervumque comprimeat. Accidit etiam enervatio membri ex infestatione, vel contritione nervi, qui ad ipsam mittitur, si per latum incidatur, & talis etiam enervatio non curatur. Si vero per longum, accidit membro nocentum. Refert Galien. quoniam haec passio maxime grandioribus, siue senioribus accidit, si capita eorum humoribus frigidis plena sint. Cum enim fit illis calor, aut forte frigus, huiusmodi liquefunt humores, & ad locum ortus nervorum feruntur. Maxime vero hoc accidit cui nervi natura sunt debiles, raro vero cui fortes. Fit autem etiam enervatio quandoque ex membrum equalione a sua concatenatione, per digressionem humiditatis viscoae, quae ligamenta infundit, & os lubricum facit, suoque loco educit. Aliquando quoque fit ex materia quae a membris depellitur, & tanquam aliorum cum alijs complexione, siue accidit in acutis morbis; maximeque in frenesi, & mania. Accidit etiam enervatio, & membrorum euulsio, saepius in colericis passionibus, cum morbus critico modo siue secundum crifum finitur, & superfluitas ex profundo corporis ad extremitates, siue ab interioribus ad exteriora a natura propellitur. Enervationis autem membri signa manifesta sunt, ex eius emolliatione sine fluxu, & sensus ac motus eius cessatio. Epilepsia habet haec signa, quod qui eam patitur supinus exponitur, voce carens, & motu, sensuque voluntario. Haec autem praecedit capitis dolor grauis, organorum suorum faucum repletio, vertigo, obseuitas visus, extremorum frigus ac titillatio corporis totius, grauitas visus, & dentium in somno frenitus? Vina declinat ad nigredinem, maxime vero accidit haec passio senibus frigidis, & humidae complexionis hominibus, & regimen crossum ac flegma generans adhaerentibus: Si autem iuueni temporibus calidis, acciderit, quasi impossibile est, vt euadat. Porro deterior eius habitudo est, cuius anhelitus malus est atque varius, & ex magnitudine varietatis amputatus.

De Paralysi. Cap. LXIII.

Sidorus vbi supra. Paralisis dicta est a corporis impensatione facta ex multa infrigidatione, aut in toto corpore, aut in parte. Pap. Paralisis est dissolutio membrorum, stomachiq; contrahio, cuius signa sunt haec, si a peras os inuenias linguam in vna parte quae paralysim patitur, albidior em esse, nam paralisis ab eo quod mediam partem tenet non habet, si enim omnes partes tenent apoplexiam iudicabis. Razi in lib. diuisionum. Paralisis est duarum specierum. Vna fit ex dominio flegmatis super corpus, & eius signa sunt vt apoplexia flegmaticae. Alia vero fit ex occasione percussione, aut casus. Et huius signum est mollificatio corporis. Idem in Almastro. 9. parte. Cum aliquis mouere non valeat, aut vnum aut plura membra, eorumque sensum amisit illius membrum iam paralysim incurrit. Cum autem aliquod membrum stupidum sentit, sicut est pes, quando stupidus fit, in illo membro molliciem esse dicimus, nec eius cura differenda est, alioquin paralysim insequi videbit. Cum vero contorquetur os aliquid, vt nec vnum ex oculis claudere poterit, & si praecipitur ei, vt sufficitur, statim ab vna parte tan-

tum exire videtur, contorsionem pati dicitur. Hali vbi supra. Paralisis faciei signa sunt ipsius contorsio, & carnis maxillae in latere alterum retractio, quia prohibetur virtus mouens ad lacertos faciei oculorumque tranfire, accidit autem, & contorsio haec ex alterius maxillarum spasmus, quia sana in seipsam maxilla retrahitur, cuius haec signa sunt, quod aeger oculum qui est in sano latere non valet claudere, propter palpebrae, vel inferioris lacerti ad inferiora tractionem.

De Dormitione nervorum. Cap. LXIII.

Dormitio nervorum eiusdem causis quibus, & enervatio accidit, scilicet ex opilationibus, nisi quod in enervatione sunt fortes, in dormitione vero debiles, vnde qui hanc patiuntur aliquatenus sentiunt, & mouentur. Accidit etiam ex mala complexionione frigida quae neruum spissat, & eius partes congregat, indeque fit opilatio parua, debilitaturque virtus animalis, quae per eum ad membrum diriguntur, nec recte vel aqua liter mittitur. Aliquando vero fit ex obuiatione grauis frigoris aut niuis, vnde nerui quodammodo condensantur, & simile quid accidit. Fit etiam quandoque ex nervorum compressione, vt quando quis alicui membro innititur, aut ligationis difficultate, & nonnunquam ex ventositate, qua sub spondilibus comprimitur, & nuca opprimit, indeque fit opilatio virtutem prohibens mouentem, ad membra per nervos tranfire. Dormitionis signum est, quod homo sentit in membro tanquam formicarum motum cum difficultate morus, & malitia sensus, sicut videmus accidere saepius illi, qui diutius sederit, aut ipsum aliquid opprlexerit, aut percussio in aliquo eius membro acciderit.

De Spasmo. Cap. LXV.

Spasmus est membri patientis abbreviatio, siue decurtatio, qui quandoque fit in toto corpore, & tetanus vocatur, qui fit ex acutis morbis membrorum, & quali ab vtroque latere distensione, ita scilicet vt sit extensio erecta in neutra se mouens latera. Quandoque fit in anterioribus tantum, cui scilicet in anterioribus lacertis est passio. Quandoque vero in posterioribus tantum. Quandoque autem fit in aliquo membro sine alijs, quando scilicet passio est in illius membri lacertis ac neruis. Et omnium istarum origo diuersitas, aut est ex repletione, aut ex euacuatione, aut ex mala frigida complexionione, aut ex calido nervorum apostemate. Ex repletionem quidem fit, est nerui superfluitatibus malis replentur humidis, & flegmaticis, quibus humectantur, & in latum distenduntur, & a sua longitudine minuuntur. Vnde lacertus ad quem hic neruus mittebatur, ad originis suae partem contrahitur, membrumque curatur. Sicut & vase de cortis facta, cum amplius quam capere possunt implentur, in latum extenduntur, & in longum breuiantur. Maxime autem haec species spasmi accidit pueris paruis, qui crosso lacte nutriuntur, & hoc ex multitudinis ciborum regimine siue casta, debilitati siue nervorum causa, ac molliciei ac distensionis facilitate, ideoque facilius est eorum curatio. Itaque signa quae procedunt spasum in pueris sunt acuta febris, & continua, vigiliae, ventris siccitas, linguae nigredo, salivae desiccatio, cuiusque distensio. In viris autem, quia membra fortia sunt, & plurimae siccitatis, parum ex repletionem fit spasmus, & si contingit non est facile curari. Huius speciei spasmi signum est, quod repente venit, & quod regimine plenitudinem faciens praecessit, vt multitudo ciborum potuumque, crosforum, aut laboris dimissio, & balnei, aut eius post cibum frequentatio, fit etiam, nonnunquam post ebrietatem. Qui autem fit ex inanitione, vel euacuatione, aut ex desiccatione nervorum oriuntur, qui eadem causa reducuntur. retrahuntque secum lacertos quibus continuantur, eademque causa membrum abbreviatur, sicut corrigias, & pilos cum igni appropinquant videmus reduci, & cithararum chordas si ponantur in aere calido, rumpi, vel amputari. Significatur autem haec species euacuationibus praecedentibus, vt immoderata solutione, vel sanguinis fluxu, vel alijs causis desiccantibus, qualis est labor, vigiliae, coitus, acuta febris. Et est deterior haec species, quae fit ex repletionem, nec accidit simul, sed paulatim, & per incrementa. Qui vero fit ex mala complexionione frigida, aut n. ab interioribus oritur, vt ab humore frigido, qui corporis lacertos congelat, eorumque partes condensat, & congregat. Aut ab exterioribus, vt ex magno frigore niuis, vel aenis, quo congelatur lacerti corporis, eorumque partes spissantur. Vnde & reducuntur ac breuiantur, & huiusmodi species congelatio lacertorum vocatur. Qui autem apostematis causa nervorum fit, nervos contrahit eum a neruis ad cerebrum.

erebrum vsque passio perla sit. Ideoq; cerebrum contume- scit, & ad eius ventriculos agritudo peruenit. Iisdem vbi supra- Spasmas Lacin contractio est, subita partium, aut neruorum cum dolore vehementi. Fit autem duobus modis, aut ex reple- tione, aut ex inanitione. Thehaous maior est contractio neruorum a cereuice ad dorsum. Telum laterum dolor est, quod dolore corpus transuerberet, quasi gladius.

De Tremore, & Titillatione. Cap. LXVI.

Razi in lib. diuisionum. Tremor aliquando fit propter casum virtutis, fit etiam ex assiduatione vini, vel ex domi- nio flegmatis, & debilitate neruorum. Hali vbi sup. Tremor fit ex debilitate virtutis mouentis, quae est in membro tremen- te. Haec autem debilitas aut ab interioribus fit causis, aut ab exterioribus. Ab interioribus quidem, vt ex mala complexio- ne frigida, sicut accidit senibus, & frigidissimam aquam biban- tibus, vel in ea balneantibus, & vinum immoderate bibentibus. Immoderatus namque vini potus complexionem refrigerat, virtutemque debilitat, aut ex humorum crosorum ac visco- sorum opilatione, qua prohibetur virtus mouens, quare illud membrum ad superiora trahitur, humor vero sui grauitate deorsum praerit. Inde q; sunt duo motus contrarij, qui vno no- mine tremor vocantur. Accidit etiam tremor, ei qui coitum multiplicat, & qui corpus nimis etuacuat. Omniaq; accidentia, quae virtutem debilitant tremorem excitant. Ab interioribus autem causae sunt, vt ira, tristitia, timor, vel horror. Titillatio vero fit ex ventositate crosia, & vaporosa, cuius significatio est, q; maxime fit in frigidissimis pibus, frigidisq; corporibus, ac flegmaticis, & his qui aqua frigida lauantur, & similibus.

De Gibbositate. Cap. LXVII.

Gibbus, siue gibbositas, aut ab anterioribus est, & tunc fit ex alicuius spinae spondilium motu in anteriora. Aut a posterioribus, & tunc ex alicuius secessione spondilium in po- steriora. Aliquando vero spondilis in alterum latus recedit, & implicatio siue tortuositas dicitur. Fit autem spondilis a loco suo recessus, aut ab interioribus causis, aut ab exterioribus. In- teriores sunt vt crosus, ac viscosus humor, qui nucham exten- dit, & infundens ligamenta spondilij lubrica facit, vnde spon- dilis euellit, & a suo loco pellitur. Aut vt apostema calidum, quod in lacertis fit vicinis spondilibus, vnde spondilis oppri- mitur, & a loco suo euellit. Aut vt ventositas, quae sub spon- dilibus interioribus conglutatur, easque pellit, & a suo loco emi- tit. Exteriores vero causae sunt vt percussio, rufus, & similia. Gibbus adeo manifestus est, q; eius notitia signis non indiget, nisi quae ex apostemate fit, hunc etenim tuus, & anhelus, angulatio sequitur, & asma. Et dicit Hippo q; quibus est asma- te fit, & tunc gibbus, antequam pilos in penes producant per- eant. Spondilium autem patientium locum agnoscere poteris, si manu dorsum spondiles a summo vsque deorsum pertranse- ris. Haec de cerebri passionibus, & eorum quae ab eo oriuntur, & de causis ac signis earum dicta sunt.

De Passionibus oculorum in consolidanti tunica. Cap. LXVIII.

Sequitur de illis quae in membris sententibus sunt, & pri- mo de passionibus oculorum. Haec autem in consolidanti tunica, siue conuictiva tunica sunt, aut in cornea, aut in vana, aut in humore euagados, aut inter vna, & crystallidum, aut in palpebris, aut in oculorum angulis, aut in neruis visus, aut in lacertis oculis mouentibus, aut in venis, quae ab operimentis cerebri ad oculos tendunt. In consolidanti tunica passiones istae sunt, obtusitas, inflatio, durities, prurigo, sibilus, tarpha, yn- gula. Obtusitas est calidum apostema, quod fit aut ex causa exterioribus, vt sole, puluere, fumo, aut ab interioribus, vt ex fluxu materiae calidae a cerebro. Sibilus est vena, quae sanguis ne crosso repletur, & acuitur, ac rubet. Tarpha siue pectus san- guis est, qui ad consolidantem definit, ex venarum in quibus est crosicite. Yngula est augmentum neruorum, quod ex angulo magno oculi oritur ac protenditur, & donec ad nigrum oculi feratur, & crescit vsque dum pupillam operiat, vitiumq; prohibeat. Iridosus vbi supra. Nictalmos est passio, qua per diem visus patientibus oculis denegatur, & nocturnis ir- ruentibus tenebris redditur, aut vicinosa (vt pleriq; volunt) die redditur, nocte negatur.

De Passionibus, quae sunt in cornea, vel vena. Cap. LXIX.

Hali vbi supra. Passiones autem quae in cornea sunt sunt cancer, vlcera, sanies, pustula, acumen, & albedo. Cancer est apostema durum, quod oritur cum graui dolore, & venarum, quae sunt in oculis, distensione. Vlcera species sunt se- ptem, quarum quatuor in superficie cutis sunt, & tria in eius profundo. Postula fit ex humiditate, quae adunatur in squa- mis corneae, siue in eius cortice. Huius diuersitates sunt & in colore, quoniam alia est alba, & alia nigra. Et in dolore, quo- niam aliam comitatur dolor nimis, aliam paucos. Et in con- sequentia, quia quaedam salubris est, quaedam incommoda ma- gna facit, eique facilius est excitas. Sanies post corneam fit ex vlcere, vel ex cephalica, vel obtusitate. Acumen fit cum cornea scinditur, & vena egreditur, quod ex vlcere ac pustularum, comestione fit, aut cum illam exterius aliquid vulnerat. Albe- do autem oculi, quam nos pannum vocamus, & quaedam tenuis est in exterioribus corneae, quaedam vero crosia atque profunda. Razi in Almanfore. 9. parte. Albugo quae contingit in oculo, signum est post curationem apostematis adueniens, quae cum in oculis puerorum fit leuior est ad curandum, nam in senibus fortasse lanari non poterit, nisi subtilissima fuerit. Pas- siones vena sunt foraminis dilatatio, & eius atctatio: Dila- tatio fit duobus modis. Primus est aut naturalis scilicet ex ipsius formatione, aut ex apostemate, quod ipsum distendit, quae cum in oculis puerorum fit leuior est ad curandum, nam in senibus fortasse lanari non poterit, nisi subtilissima fuerit. Pas- siones vena sunt foraminis dilatatio, & eius atctatio: Dila- tatio fit duobus modis. Primus est aut naturalis scilicet ex ipsius formatione, aut ex apostemate, quod ipsum distendit, quae cum in oculis puerorum fit leuior est ad curandum, nam in senibus fortasse lanari non poterit, nisi subtilissima fuerit. Pas- siones vena sunt foraminis dilatatio, & eius atctatio: Dila- tatio fit duobus modis. Primus est aut naturalis scilicet ex ipsius formatione, aut ex apostemate, quod ipsum distendit, quae cum in oculis puerorum fit leuior est ad curandum, nam in senibus fortasse lanari non poterit, nisi subtilissima fuerit.

De Passionibus palpebrarum, & angularum oculi. Cap. LXX.

Orro quae palpebris accidunt passiones, sunt auratus, siue fistula, scabies, graudo, Lapiditas, conglutinatio, graui- tas, separatio, ordo, morum, tinea, formica, caro superflua, pediculi, abundantes, & inerti palpebrarum, siue cisorum casus. Fixura est corpus pingue viscosum admodum, cum ner- uis, & operimentis implicatum, & fit in exterioribus palpebrae superioris accidentum malorum causa, maximeque in pueris propter humiditatem complexionis eorum. Pruriginis, idest scabiti, sunt quatuor species, vt supra patuit. Grando autem est humiditas, quae in interioribus palpebrae coagulatur, siue congelatur, alba similis lapidi grandinis. Lapiditas est super- fluitas quae super palpebras indurecit, quasi lapis. Congluti- natio vero est, siue viscositas, aut spissas palpebrae conglutinatio cum albo oculi, vel etiam nigro, aut durum adianicam palpe- brarum. Ex vtraque provenit aut ex vlcere oculi, aut ex yn- gula creatione, vel sibilis, & huiusmodi. Grauitas autem palpebrae fit ex ventositate crosia, quam qui patitur, eam a somno exci- tatur inuictus in oculo quoddam velut iarene palueteriq; simile. Separatio tres habet species. Prima est palpebrae superioris ele- uatio, siue vna non operiat. Secunda palpebrarum natur- malis abbreviatio. Tertia inferioris palpebrae in exteriora repul- sio, siue inuertio. Ordo autem est apostema oblongum ad instar or- dei, quod in palpebris fit extremitate. Pediculi multi ac parui generantur in palpebris, illi maxime qui malos cibos accipiunt, & balneum praetermittunt. Morum est caro rubea declinans ad nigrum, ab interioribus oculi suspensa, quae provenit ex san- guine corrupto. Formica est fixura, quae in palpebrarum extre- mitatibus accidit, cum plorum palpebrarum casu. Tinea quae quae similis est formicae, nisi q; in haustem peruenit ac ruberem. Pili abundantes in palpebris oriuntur in parte, quae oculi vicinatur ad interiora replicat. Vnde & oculum pungunt, & materiam secum adunant, ideoque & palpebrae enervantur siue emolliunt, & fit propter puncturas lachrymarum, quod ex humiditate contingit putrida, quae in pilis palpebrarum adu- nat. Palpebrarum siue cisorum casus, aut ex humiditate fit acuta. Aut ex alopieia. Caro superflua fit ex humiditate cros- sa, quae oritur in palpebra, sicut & in omnibus corporis mem-bris.

bris. Angulorum oculi morbus est triplex, scilicet cornus, glis, & fluxus. Cornus est emissio carunculae, quae inter angulum, & nasum egreditur, & aperitur, indeq; sanies exit, quae quan- doque in fistulam conuertitur: Glis est magnitudo carnis, quae est in maiori angulo oculi, amplior quam oporteat. Fluxus autem est imminutio carnis eiusdem maior, quam expediat, in- tantum, vt humiditates attere non possit, quae per foramen ad oculum defluunt.

De Passionibus quae sunt in neruis, lacertis, ac venis oculorum. Cap. LXXI.

Opilatio neruorum oculi provenit ex humiditate multa, quae circa neruos generatur, eosque comprimit, vnde visus, aut cessat, aut minuitur. Ruptura vero eorumdem fit ex percussione, vel ex graui collisione. Caligo fit ex debilitate, vel paucitate spiritus visibilis, qui a cerebro ad oculos dirigitur. Est & altera passio sebequere, quae nocte non sinit homi- nem videre, & haec fit ex crosicite spiritus animalis, & hamo- rum turbiditate. Sunt autem haec causae contrariae passioni, in qua homo longe postea videt, proxima non, quemadmodum senibus accidit. Haec sunt passiones, quae in neruo visus con- cauo sunt. Quae aut in neruis oculum palpebraeque mo- uentibus sunt, enervatio & spasmi. In neruo quidem oculo mouente aliquando sunt ex cerebro, cuius rei signum est, q; vtriusque oculi motus corrumpitur. Aliquando vero in al- tero neruorum, qui ad oculos tendunt, & huius signum est, q; oculi motus ad quem ferebatur neruus corrumpitur. Non- nunquam autem in quibusdam neruis partibus, indeque cor- rumptur lacerti motus, quem pars illa mouebat, lacertos qui- dem mouentes oculos diximus superius esse. ix. quorum sex mouent oculum ipsum, tres vero neruum (per quem spiritus videns transcurrit) reducant ac reprimunt, ne loco suo cedat, & oculum sursum erigant. Erillorum quidem sex, qui mouent oculum, illi qui a superioribus sunt, si enerventur siue emoliantur, oculus deorsum praerit. Si spasmentur sursum erigitur. Inferiores autem si emoliantur, oculus ad superio- ra referat, si vero spasmentur ad inferiora tendit. Qui vero in oculis sunt, si enerventur, oculus in contrariam partem angu- li mouetur. Si vero spasmentur in angulum ipsum. His autem qui in altera parte sunt enervatis, oculus ad angulum op- positum fleat, spasmat, in eandem partem in qua sunt. Duo veri lacerti, qui oculum circundant, si enervantur, aut spasmentur, oculi contorsio fit. Denique qui sunt in radice nerui, per quos spiritus decurrit, si spasmentur, oculo non nocet, si enerventur obest. Passiones autem, quae sunt in venis a craneo capitis ad oculos tendentibus, sunt fluxus humidita- ris a capite ad oculos, & huiusmodi fluxus, aut per venas fit, quae super cranium sunt, cuius signum est extensio venarum frontis, & temporum, aut per illas quae sub craneo sunt, cuius scilicet signum est nimia stentatio, & assidus humoris cur- sus per nates, & oculos. Haec sunt passiones oculorum, quaeque & signa eorum.

De Passionibus membrorum auditus. Cap. LXXII.

Passiones autem quae membris auditus sunt. Quaedam omnibus illis communes sunt, aliae vero quibusdam tan- tum. Vniuersales siue communes sunt zgritudines ex ma- la complexionem provenientes, aut ex apostematibus, aut ex con- tinuationum separationibus scilicet vt contractio, & ruptu- ra. Proprie vero membrorum auditus passiones, aut sunt in partibus eius exterioribus, aut in neruo, qui virtutem deserit organo. In auditus foramine sunt vlcus, verruca, caro super- flua, vermes, aut fordes, aut aliquid quod corpus ab exterioribus in- iectum, vt calculi grana, vel aqua, vel aliqua bestiola, velut musca, pulx, & similia, vel etiam ventositas. Omnes haec pas- siones si fuerint fortes meatum auditus opilant, & surditatem faciunt. Si vero paruae debilitas fit auditus, atque grauitas. In instrumento vero auditus ac neruo, sunt tinnitus, susurratio, vociferatio non reales quae contingunt aut ex ventositate, quae in operimentis, siue panniculis cerebri concluditur ea parte qua vicina est auris neruo, vel neruo auditus, aut instrumentum primo auditus, aut ex humoribus per haec loca transeuntibus. Et quando sunt ex humore crosso, patiens grauitatem, cum sonitu, sentit, in his locis, aut in capite. Cum autem ex ven- tositate, pariter erit in his locis extensio. Auci. 3. canone. Opila- tio quadoque fit in aere propter panniculorum creatum super foramen, quadoque propter fordem, quadoque propter car- nem congelatam, quadoque propter carnem additam, & ver-

rucam, quadoque propter lapidem aut nucleum in ea caden- tem, aut propter animalis, quod in eam ingreditur, & mouetur, quadoque vero propter hamorem viscosum opilantem foramen aut meatum, & quadoque propter ventum vehe- mentem. In sonitu aut in tinnitu, ac sibilu, qui continuis est, & assidus, causa est aliquid itans in ipso cerebro, si vero quiescit, & deinde excitatur, propter repletionem, aut vacuitatem aut motum, aut cum calor fit fortis aut frigus, tunc fit pro- pter communitatem. Est etiam quadoque quasi vox rei, vt rugitus.

De Grauitate auditus, & surditate. Cap. LXXIII.

Hali vbi supra. Auditus vero grauitas, & surditas, si ab aliquo fiat incommodo, quod praedictis accidat mem-bris, aut erit ex mala complexionem, aut ex organico morbo, sicut opilationem quae ex apostemate oritur, aut crosicite, aut continuationum separationem, velut contritionem, vel ruptu- ram. Nonnunquam autem auditus grauitas, ac surditas, a cere- bro sunt, si aliqua passio huiusmodi accidat illi, itaque si omnino cessare videris auditum ab vna aurium, vel ab vtra- que simul, & hoc cum nocimento, quod & alijs sensibus acci- dit, signum tibi est incommodum hoc cerebro accidisse. Si vero reliqui sensus sani sunt, & robusti, significat quod nerui, qui ad aures veniunt, & auditus organum patiuntur. Cum autem cessat auditus aut grauaatur, nec in foramine apparet, aut in membris auditus exterioribus aliqua passio, inuenitq; pa- riter zger in profundo capitis auribus vicino grauitatem. In- telligimus huius rei causam esse crosium humorem ad neruis, & organum auditus influentem. Quod si haec comitatur di- stensio, ac pulsatio, causa est apostema calidum in loco ortum. Si vero passio hanc percussio capitis, vel collisio praecel- serit, neruum raptum signat, aliquando quoque fit auditus debilitas, ex debilitate virtutis audibilis, quemadmodum senio- ribus contingit. Nonnunquam etiam surditas fit ex specie for- mationis scilicet in procreatione pueri, dum natura in forma do deficit ab auditus foramine, vel eius organo perficiendo, propter suam debilitatem, aut materiae crosicitem. Praeterea quadoque surditas in morbis acutis fit, cum humor colericus ad cerebrum ascendit, hanc habentes passioem multum iu- uantur per colerae euacuationem, sicut dicit Hippo. in lib. Affo- rismorum. Caicumque selles egestio est, surditate superuenien- te sedatur, & cuiusque surditas est, si egestio colerica fiat sur- ditas recedit, ac cessat. Iridosus vbi supra. Surdus dicitur a foribus humoris aere conceptis, & quamvis multis casibus accidat, nomen tamen zger ex praedicto vitio retinet. Auci. vbi supra. Auditus quadoque destruitur, quadoque minuitur, vt non recte subleuetur, neque audiat quod auditur, vt qui patitur in aere tinnitum, & sibilum. Destitutio quidem audi- tus, alia est naturalis, & haec non est curatio. Alia vero accidentalis, & haec duplex. Alia namque est chronica, cuius spacium elongatum est, & haec quoque desperationi pro- pinqua est, atque difficilis. Alia vero recens, & propinquus temporis, & haec curam recipit. Huius causae quadoq; sunt ex communitate cerebri, & quorundam membrorum ei vici- norum, sicut quando primum nocimento est in auditu, vel in neruo, vel in foramine. Nocimenta quidem auditus aut complexionalia sunt, aut instrumentalia, aut singularitatis re- solutua. Nocimento autem in neruo quadoque accidit, propter zgritudines consimilium partium in ipso, vel instru- mentalium, aut solutionem continuitatis. Aegritudines simi- lium partium in ipso sunt species malitiae complexionis singu- laris, & compositae, plurimumque eius est ex frigore. Fit etiam vnaquaeque earum quadoque absque materia, quadoque cum materia melancholica, vel colerica, vel flegmatica, ex fleg- mate crudo, vel ventosa. Instrumentales, vero sunt vt opila- tio, quam fecerit humor aut sanies, aut apostema calidum, vel durum, vel fordici cooperimentum, aut tremulum, aut inflatio. Porro dissolutio singularitatis in ipso, quadoque fit ex vlcere, vel ex corrosione, plurimum autem eius quae fit pro- pter transiunt, est propter causam, intrinsecam, vel extrinsecam. Intrinseca quidem est, vt verruca, vel apostema, vel caro addi- ta, aut vermis, aut fordes, aut humor crosus, aut viscosus, aut congelatio saniei, ex apostemate rupto. Extrinseca vero est, vt arena, vel lapis, aut nucleus ingrediens eam, aut congelatio sanguinis, cuius pars quaedam fluxit ab aere, pars eius reman- sit, & illud quidem accidit quadoque subito, quadoque paulatim.



Odoratum quoque nocuum ingreditur, aut enim destruitur, ita quod odorem non sentit, aut debilitatur, ita quod aromaticum sentit, & feidum sed debilitat, aut mutatur, & corrumpitur, & hoc dupliciter, aut enim sentit odorem fraudulenter, ita quod inuentus non sit, aut odores, qui boni sunt non bonos sentit, sicut ille qui sentit odorem stercoreis bonum, & abhorret aromaticum. Horum autem causa nocuum est, aut malitia complexionis singularis, aut humor malus existens in anteriori parte capitis, & duobus eius ventriculis, vel in duabus rebus capitibus mammillarum similibus, aut opilatio in osse perforato, aut ab humore, aut a ventositate, aut ab apostemate, aut a cancro, aut a nativitate carnis addita, aut opilatio in velamine, quod supra ipsum est, aut aet superflua qualitas, aut percussio, vel casus, faciens ingredi super os nocuum. Hali vbi supra. Passiones quae membris odoratus accidunt, quaedam in naribus sunt, quaedam ex operimento, quod nares subinvoluit, quaedam in osse colatorio simili, & operimento cerebri, quod illud vestit, quaedam in primo odoratus organo, id est in duobus prae cerebri ventriculis, qui similes sunt capitibus mammillarum. Et quae naribus accidunt, aut ex mala complexionis sunt, aut ex organico morbo, aut ex continuationum separatione. Organici narium morbi sunt vlcus, apostema, caro abundans in naso, orta similibus animalis carni, quod polipus vocatur. Et si quid illud capere vult, nares pedibus opilat, similiter, & haec caro nares obturat. Continuitatis separatio est, ut nasi fractio, vel collisio. Omnes haec passiones quando magna sunt nasi meatum opilant, & odoratus cessat. Si vero meatum non obstruunt, debilis fit odoratus. Quae vero sunt in operimento, quod narium foramina subvoluit, aut ex mala complexionis sunt, aut ex apostemate calido, vel duro. Quae autem in osse simili colatorio, & operitorio cerebri, illud circumvolventi, sunt opilatio, & odoratus factor. In osse quidem opilatio fit humoris crassi causa, qui foraminibus inuiscat. In operimento vero ex humore viscoso. Odoris aut factor, aut ex putredine fit osse colatorio simili, aut ex humore putrido, qui foraminibus inuiscat ossis, aut operimento os vellentis, eiusque profertur odor vique ad organum primum, quod est duorum ventriculorum extremitas. Et odor factor, cum cerebro est putridus humor, quem febris, & cephalica sequitur, factorem aut odoris ex humore putrefacto in foraminibus ossis, imminutio comitatur vocis. Quae vero sunt passiones in organo odoratus sunt corrix, & odoratus imminutio, cuiusque priuatio, quae casema vocatur. Corrix est fluxus humiditatum superfluitatum a ventriculis prae cerebri ad nares, quae fit ex mala complexionis calida, vel frigida cerebro accidenti, sicut cum sol exsilians caput exurit, & humores, qui in cerebro erant liquefacit, aut cum aer frigidus ei occurrat, ac superfluitates quae ante dissoluebantur concludit. Sicque dum multiplicatur, & ad nares influit suae contrahuntur. Odoratus imminutio fit, aut ex mala complexionis immoderata, aut ex organico morbo, ut ex opilatio, ex apostemate, aut ex humore crasso, atque viscoso, aut ex continuationis separatione. Haec omnia si parua sunt imminutionem odoratus faciunt, si magna priuationem.

Aegritudines linguae sunt, aut apostema eius, aut spasmus fissura, aut vlcera, aut granitas, aut ramula, aut abbreviatio ligamenti, aut magnitudo linguae, aut rubedo, vel inflatio. Antenna vbi supra. Linguae quandoque accidunt aegritudines, quae nocuum in eius motu faciunt, ita ut destruantur, aut debilitentur, aut mutantur. Quandoque vero accidunt ei res, quae nocuum sibi faciunt in sensu tactus, & gustus. Et quandoque destruitur vnus duorum sensuum, sine altero, sicut gustus, sine tactu. Quoniam aegritudo potentiam habet iuferendi nocuum debilitati duarum virtutum. Et aegritudo quidem est quando malitia complexionis, & quandoque officialis, sicut magnitudine, vel paruitate, aut corruptione figurae, vel situs, quare non dilatatur prius neque constingitur, aut ex resolutione singularis compositi. Quandoque vero est aegritudo composita, sicut vnus apostematum, & quandoque nocuum est in ipso ramo nervi, qui est ei proprius. Quandoque etiam laeditur cum communitate stomachi, & quando per communitatem pulmonis, & pectoris. Et linguae quidem complexio, quandoque significatur ex par-

te saporis in ea vincens, ex eo sentitur acetositate similis, aut dulcedini, vel insipiditati, vel amaritudini, vel abominacioni generatae a putredine, vel ponicitati, vel siccitati, &c. Linguae quidem mollificatio, ex summa specierum est nocuum mentorum eius. Cuius causa quandoque est ex humiditate sanguinea, vel aquosa, quandoque autem est in cerebro, quandoque vero in lacero eam mouente, ramo ad eam ab ipso veniente. Hali vbi supra. Linguae passiones, aut in corpore ipsius, & in confinitibus sunt, aut in nervis, qui ad illam tendunt, eaque parte cerebri a qua linguae nervi procedunt, & quae ipsi linguae accidunt sunt calapha, & apostema, & gustus corruptela. Calapha dicitur pustula pessima lata, & extensa, haec exterioribus linguae accidit, & omnibus oris partibus, cui color est albus. Aliquando tamen paulum niger, & illa peior est. Accidit autem maximè pueris, & infantibus, ex lactis nutritis malitia. Apostema vero quoddam est, quod linguam nigrificat, ita ut ex ore emittatur, vnde & exitium linguae vocatur. Quoddam vero sub lingua oritur glandula simile, & rana appellatur. Est & apostema calidum ac sanguineum, quod omnibus accidit partibus linguae, & est de genere calaphae.

Vltus autem corruptio fit, quandoque dum in amaritudinem mutatur, ita ut homo, & oris sui saporem, & omnium quaeunque illi porrexitur amarum sentiat. Quod fit cum in corpore linguae, & in omnibus oris partibus humor dominatur colericus, sicut accidit in tertiana, vel histeria. Aliquando vero & in ore, & in omnibus cibis, vel potibus sentit dulcedinem, quod fit cum in lingua, & in corpore dominatur sanguis, aut stigma dulce. Nonnunquam autem sapores sentit acidos, quod ex flegmate fit acerbis. Quandoque vero falsos quod ex flegmate salso. Passiones quae nervis ad linguam venientibus accidunt, aut sunt in nervo per quem sensus est gustus, & sunt ipsius imminutio, & priuatio, quod fit cum in ore nullum sentit homo saporem omnino, aut in nervis per quos verba fiunt, & motus, & haec sunt linguae grauitas, verborumque priuatio. Accidunt autem haec, aut ex complexionis mala dominante neruis, aut ex opilatioe quae fit in eis, aut ex apostemate, aut ex crasso, & viscoso flegmate, quod ad eos defluit, aut ex continuationum separatione, quae nervis accidit in ruptura, quae fit ex humore acuto, vel percussione, vel collisione super cerebrum cadente. Accidit etiam linguae grauitas, ac priuatio verborum, ac passioe partis cerebri, a qua nervi mittuntur ad linguam, vel quae est in ipso cerebro toto. Quod fit aut ex mala complexionis, aut ex organico morbo, ut apostemate, sicut accidit in steno, & morbis acutis, qui ex mala complexionis calida, & apostemate calido sunt, & sicut in paralysi, & oris contorsione accidit, similibusque passionibus, quae ex mala complexionis frigida, & humida contingunt.

Quae autem in ore passiones sunt, aliae labijs, aliae dentibus, aliae carni, quae est in toto ore, aliae vero in vna. Labijs accidunt fissura, emorroides, pustulae. Fissura fit ex mala complexionis, quae scilicet labijs dominatur. Emorroides ex materia sanguinea. Pustula vero nascitur ex sanguine, & colera. Gingiuis, & carni dentium accidit apostema calidum, cum quo patitur ager dolorem ac percussione, siue pulsationem in gingiuis, & dentibus. Accidit & passio quae vocatur auribus immutatio scilicet apostematis calidi in faciem, gingiuarum casus, & odoris oris malitia. Est & passio quae vocatur abulis, vel auribus caro scilicet superabundans, quae in vicinis oritur molaribus, post calidum apostema, vnde arbitrat homo aliquid esse ciborum in molari, quod adhaeret illi. Est & sanguinis a gingiuis emissio, ex debilitate virtutis pascituae, quae est in gingiuis. Omnes autem passiones accidunt carni oris, quae & gingiuis, scilicet apostema calidum, & putredinis fluxus, atque sanguinis. Nascitur etiam in ore factor ex putredine dentium, ac molarum, aut ex putrefactione gingiuarum, aut ex putrido flegmate, quod est in ore stomachi, aut ex humiditatis, siue salinae fluxu, quae fit ex humiditate cerebri per palatum decurrente. Signa vero quod ex stomacho fit, sunt quando nihil praedictorum in ore inuenitur, & odor ipse cum cibi sumuntur aliquantum imminuitur. Vna patitur apostema calidum, & sentitur in oris sine, siue in interiori bucca percussio, siue pulsatio, & dolor transglutendo, acciditque illi enervatio, & casus, vnde quasi suspensum, quid in gurgulione sentitur.

sentitur. Itaque si casus eius diu moretur, incidenda est. Razi vbi supra. Fegor signum fit ex caliditate stomachi. Cuius signum est, quod aliquid ex cibi sumitur. Aliquando vero fit ex flegmate corrupto in stomacho, aliquando a dente putrefacto in ore. Aliquando enim ex putrefactione in cute oris, & meti, & partibus eius, Exicus sanguinis ab ore fit, aliquando cum vomitu, & tunc est a stomacho, & partibus eius, cum sonitu rascationis simili, aut cum tussi, & tunc est a pulmone, vel ex pectore, & finibus eius, aut cum rascatione, & tunc descendit ex capite, aut ex vna, vel palato, & finibus eorum.

Dentium passiones sunt dolor grauis, corrosio, congelatio, dormitio, limositas, casus. Dolor in dentibus fit, aut ex mala complexionis calida, vel frigida neruis accidenti, qui porriguntur ad dentes, aut ex apostemate calido, vel frigido, quod in carne dentium accidit. Sciendum autem dentes ipsos nullum per se habere dolorem, non enim sentiunt. Vnde cum aliquis eorum modica sui parte frangitur, homo non laeditur, Mitigatur aut dolor apostematis cum dens eruitur, quia tunc neruis non distenditur, locus n. illi fuit actus, sed post eruptionem apostematis locus adiectus est, quo dissoluitur. Medicamentum vero patienti ad remedium superponitur. Corrosio dentibus, & molaribus ex putredine fit, quae ex humiditate mala efficitur, & ad ipsos defluit, putrefcitque in eis, & ipsos comedit. Limositas est corpus croceum, dentes vestiens, ex vaporibus, a stomacho ascendentibus. Congelatio vero dentibus accidit, aut ab exterioribus, cum flegmate homo masticat, aut ab interioribus, ut ex acerbis qui in stomacho sunt humoribus. Aut vero dormitio fit ex rebus frigidis, quas quis assumpserit, ut niue, vel aqua frigidissima, vel huiusmodi. Porro casus, vel commotio dentium fit, aut ex gingiuarum humedicatione, neruorumque dentes ligantium, & enervatione eorum, ut dentes tenere nequeant, aut ex putredine gingiuarum, & commotione, aut ex horrei. loci vbi infixi sunt largitas, cuius largitas, aut est ex natura, aut ex siccitate, siue desiccatione. Ex natura quidem sicut in pueris. In his namque natura dentes ex cute propter eorum debilitatem, quia lacte corrupti sunt, & opus est fortioribus causa ciborum siccorum, ac solidorum, ut eos frangere queat, dilatatque horrea quod dentes eorum loco producantur, ita ut prius primis, ac fortiores. Ex siccitate verum esse non credo. Materia namque praeparata reparacioni dentium in senum corporibus non habet. Razi vbi supra. Dolor in dentibus accidit quandoque cum apostemate gingiuarum, & iste fit propter acuitatem sanguinis, & dolorem eius, cui communicantur dentes, huius signa sunt rubedo, & inflatio, & requies ab aqua frigida. Aliquando vero sine apostemate gingiuarum, & tunc ex frigore fit, & humoribus crassis, ac frigidis. Ex viatico Isaac. Dentium passio diuersa est, cuius diuersitatis pars palam est, sicut putredines, fetores, rupturae, perforationes, motiones, limositates, & alia similia. Est & alia visui non apparet, sicut cum mimum dolorem sentiat, & tamen dentes sani appareant. Causa est nimis humores a capite descendentes, seu a stomacho ascendentes, vel humores acuti in gingiuis, vel paruitas cibi. Ex acutis humoribus dolores nimis, & pulvis sentiuntur, propter acredine humorum. Ex paruitate cibi dentes sunt siccit, & gingiuae, quales videmus in decrepita aetate. Significantur dentes causa capitis dolere, quia grauitas est in capite, rubor, & calor in facie. Dentes aliquando perforantur, aliquando impuntur, aliquando ex humoribus in colorem citrinum, viridem, seu nigrum mutantur, quae omnia ex humiditate putredinum nascuntur pessima, quae ex malis intra stomachum humoribus per neruos currit ad ligamenta dentium. Dentes aliquando mouentur, & causa motus humores sunt in dentium radicibus, quod si sint acuti, necesse est dentibus foramina, & putredines effici, quod si non contrarium.

Hali vbi supra. Dico de morbis, qui sunt in membris sensibus & in ore, dicendum de illis qui sunt in membris anhelitus. Speculum Doctrinale.

helitus. Huiusmodi namque passiones aliae nascuntur in Gurgulione, aliae in pulmonis canalibus, aliae quoque in ipso pulmone, aliae in operimentis costas (subuolentibus), aliae in lacertis pectoris, aliae in diaphragmate, aliae vero in corde. Earum autem quae in Gurgulione quaedam in amigdalibus sunt, quae saluam generant, quaedam in lacertis, quaedam operimento, quod Gurgulionem, & guttur, ac pulmonem vestit, quaedam in ipso meatu. Amigdalibus accidit apostema calidum cum quo fit dolor in transglutendo, pariterque rubor in exterioribus gulae. Lacertis accidit iugulatio, & suffocatio. Iugulatio fit ex apostemate calido, quod est aut in lacertis Gurgulionis, aut in lacertis meri. Et si quidem in lacertis interioribus est apostema, vocatur sinanchia, quae passio pessima est, & transglutinem prohibet. Si autem in exterioribus squinantia, quam qui habent difficultatem anhelitus patiuntur, & eius arctatione, & angustatione, febrem quoque, & vocis imminutionem, in Gurgulione dolorem, in collo ruborem, & facie, atque distensionem, transglutendi quoque difficultatem, & oculorum profunditatem. Suffocatio etiam ipsa fit ex apostemate calido, quod in lacertis ortum est gutturis. Et si quidem apostema fit in lacertis exterioribus, absolute suffocatio dicitur. Si vero in exterioribus canina suffocatio nuncupatur. Huius passionis sunt eadem accidentia, quae & iugulationis, nisi quod illa peiora sunt, & fortiora. Hanc autem qui habent semper ore aperta sunt, nec aliquid transglutire valent, sed quasi strangulati iacent, & hoc propter oris meri opilationem ex apostemate, quandoque vero quando cibum transglutire student, redit ad foramina duo, quae a palato ad nasum mittuntur, sicque per nares egreditur. Nonnunquam autem haec passio, scilicet canina suffocatio, accidit ex secessu spondilis colli a suo loco, maximeque pueris propter ligamentorum spondilium in eis debilitatem, aliquando vero ex casu, vel percussione. In hac suffocacionis specie cura nulla speranda est, maior enim quidem haec specie illa, cuius apparet apostema cum os aperitur, & lingua extenditur, vel et quando rubor in exterioribus Gurgulionis, ac pectoris partibus apparet. Porro detestor omnibus est illa, cuius omnino non apparet apostema.

Sidorus vbi supra. Sinantis a continentia spiritus, & praefocacione dicta est. Graeci enim sinantis continere dicunt. Qui enim hoc vitio laborant dolorem faucium praefocacionem. Idem ibidem. Brancos est praefocacio faucium a frigido humore, Graeci enim guttur brancos vocant, circa quem fauces sunt, quas nos corrupte brancias dicimus. Ilae. Squinantia id est suffocancia vocanda erit qualiscunque morbus in gula veniens, & inflammatione sua spiritum tenuerit. Sed hic morbus a se quoque diuersificatur. Squinantia enim ali quando est ex humoribus a capite ad guttur defecentibus. Aliquando ex humoribus mortificans, vel secunda, vel tertia. Quia enim est peracuta, & mortifera hominem subito mortificat & suffocat, inde Squinantia est vocata, angustat enim statum, ut infimus neque cibum recipere possit, neque potum; vel si recipiat paruum, humores ante descendentes sanguinolenti sunt, vel flegmatici, viscosi, & salsi. Ex melancholia enim nunquam hoc apostema fit quia hic morbus cito prauelet, cum sit peracutissimus, sed melancholia post longum tempus operatur. Vnde impossibile est de nigra colera esse. Flatus squinantiorum proprius est longus, causa suae longitudinis structura est gutturis. Quod cum quantum sibi sufficit aerem sibi non valeat vno impetu attrahere, longo spacio necesse est ut expleat. Aphectus ergo breuis laudabile signum est in Squinantia.

Hali vbi supra. Passiones autem, quae pulmonis gutturis & canalis, pulmonisque operimento sunt catarrhi sunt. Est autem catarrhus superfluitatum humidarum descensus a cerebro ad nares, & gurgulionem, guttur, canalemque pulmonis. Et si quidem superfluitas haec ad nares descendat, corrix vocatur. Si ad guttur, canalemque pulmonis, & operimentum ea inuolucens exasperauerit, rascido fit, ac tussis leuis. Si vero ad pectus atque pulmonem, pessima fit abinde tussis. Fir autem catarrhus, aut ex calore, sicut cum rascido catarrhus. Tomus Secundus. Ii piti

pitii accidit a sole, aut ex frigore sicut hyeme, ex aere. Et cum accidit ex calore sentit patiens dolorem in facie, & in capite, materialque pungentes, quæ defluunt ad nares, & gurgulionem, asperitatem quoque quæ gurgulioni accidit, & canali pulmonis. Cum autem ex frigore, sentit in prora capitis & frontis distensionem. In narium quoque meatibus ad os, opilationem, intantum ut odoratus imminutus sit, aut priuatus, ita quod vox etiam eadem ex causa minuatur. Multotiens autem catarrum febris sequitur difficilis, cephalæa quoque grauis, & horror. Isido. Reuma Græce eruptio Latine, siue fluor appellatur. Catarus est fluor reumæ iugis ex nauibus, quæ dum ad fauces venerit, brancus vocatur, dum ad toracem, vel pulmonem, thifis dicitur.

Rauco sine vocis. Cap. LXXXII.

Alii vbi supra. Ex catarro vero fit rauco, dum ex humo rum deorsu sit asperitas, & punctura in gurgulione, & gutture, cannalique pulmonis. In principio quoque fit his in locis titillatio. Accidit etiam rauco, & aliis ex causis quandoque. Ex mala complexionem frigida, sicut fit in lepre trionaliu statu ventorum. Porro rauco, & tussis, quæ sunt his duabus causis humiditates non sputum, sed sicca sunt. Itæ accidit rauco ex mala complexionem humida, quæ guttur & cannalem infundit, & emollit. Cumque pulmonem aer egreditur & per hæc loca transit, propter horum humiditatem vox clara non fit. At hæc habentes passionem non sentiunt, in his locis asperitatem nec ægritudinem. Accidit præterea rauco ab exterioribus causis, vt a puluere, vel fumo, vel clamore nimio, qui faciunt asperitatem. Aut apostemata in canali, ac gutture, aut propter ægritudinem, siue dolorem. Ait autem Hippocras, quod in senibus catarrus, & rauco non maturantur Isidorus. Rauco est amputatio vocis, hæc & arterialis vocatur, eo quod vocem raucam, & clausam reddat ab arteria rum iniuria. Auc. 3. canone. Vox alteratur propter vehementiam caliditatis pulmonis, aut frigiditatis eius, aut propter eorum sum catarrum ad eum, aut propter siccitatem ipsius. Caliditas namque vocem magnificat, & frigiditas acuit eam, atque minorat, siccitas autem exasperat, & facit eam vocibus grauium similem. Humiditas vero facit eam raucam, & ptenitudo æquat eam, facitque planam. Quando vero impletur pulmo humiditate, & canna non est munda, non potest homo emittere vocem altam & claram, quoniam illud est cum quantitate claritatis pulmonis, & epyglotis, & e contrario claritatis amborum. Et quandoque diuersificatur vox in grauitate, & acumine suo, secundum dilatationem canne pulmonis, & epyglotis, & constrictionem eorum. Accidit autem & rauco propter vociferationis multitudinem, & dilatationem instrumenti, unde accidit ei lassitudo, vel apostema, vel tensio. Quandoque vero propter frigus difficile, vel calorem superfluum, cum eo quod ostenditur ex complexionem. Similiter & causa vigilie, vel asperi cibi. Quandoque etiam propter multitudinem clamoris, & attractionem humorositate. Cuius autem raucescit vox, oportet quod alienet a se omne acetosum, & salsum, asperum, & calidum secum, nisi velit propter hanc causam, & abscisionem, tunc enim vtendum est ei permixtis, cum medicis lenificatiuis. Et siquidem rauco propter vociferationem, & lassitudinem acciderit, confert ei balneum, sicut & reliquis speciebus lassitudinis, cibique mollificatiuis, & conglutinatiuis, sicut vitelli ouorum sorbilium, siue sage, & ius de atriplicibus, & similia. Ex his quoque quæ vocem asperam turbidamque clarificant, est multatio cubebæ. Rauco vero quæ decrepitis accidit non sanatur. Alii vbi supra. Hæc sunt passionem gurgulionis gutturis, & canalis pulmonis. Quæ autem ab ipso accidunt meatu, sunt vt iudo, quæ cum aqua bibitur, & ad hæc gurgulioni, pitisci quoque spina, & alia huiusmodi.

De Passionibus pulmonis, & prime de Tussi, Cap. LXXXIII.

Alii vbi supra. Passiones vero pulmonis, sunt tussis grauis, asma, anhelatio, siue orthomia. Anhelitus arctatio, & angustia, peripleumonis. Tussis autem aut ex catarro fit aut ex mala complexionem oritur calida, aut frigida. Accidit etiam ex multis passionibus pectoris, ac pulmonis, vt in pleurisi, pipleumonia, & dolore epatis, & huiusmodi. Accidit quoque temporibus quibusdam, aut ex asperitate, quæ gutturi accidit, aut ciborum causa pungentium aut ponticorum, aut pulueris, aut quamuis ex re quæ canali pulmonis incidit, &

cum tussi egreditur, aut ex humiditate subtili qua asperitur, & antequam ascendat deponitur, nec aliquid cum tussi potest emitti. Isidorus. Tussis Græce ab altitudine vocatur, quod a profundo pectoris veniat, cuius contraria est superior in faucibus vbi vna distillat. Isaac. Tussis est motus animatæ & naturali virtuti iunctus, secundum naturæ cursum circa instrumenta spiritus operatiuis, ad expellenda superflua sibi nocentia. Virtus enim naturalis causa sui nocentium instrumenta spiritus mouere incipit, vt quod per se expellere non possit a virtute animata adiuuari expetit, quia cattilagines cannalium pulmonis contractiui, aerem expellendo a pulmone, coguntur & expellere quod naturali virtuti videbatur obuiare. Nascitur Tussis ex omni passione pectoris, vniuersaliter tamen ex complexionem mala calida, vel frigida, quæ instrumentus spiritus dominatur, vel ex arteria mala, quæ vel intus est, vel extra, interior a sursum descendens, sicut a capite reuma in pectus, vel ab imo ascendens superius, sicut humoris superfluitas a gibbo epatis, ad superiora venit pectoris. Razi in li. diuisionum. Tussis aut propter aliquid quod est in pulmone fit, & quod egreditur necesse est propter rem subtilem a capite descendente, & commouentem cannam pulmonis, aut propter humiditatem, vel caliditatem, aut siccitatem pulmonis ipsius, aut propter vlcus vel apostema eius, aut propter aerem frigidum ad cannam eius venientem. Et illa quidem res in pulmone, quam necesse est exire, aut est sanies, cuius signum est, quod fit post pleuresim, aut humor crosus, cuius signum est, quod fit post corizam. Eius autem quæ fit ex re a capite descendente, signum est tussis sicca, siue sputo, quæ proprie fortis fit in nocte post somnum, & multotiens ad primum perducit. Ex humiditate vero pulmonis ipsius, fit in flegmaticis & senibus. Huius signa sunt multitudo sputi, & abundantia, proprieque post somnum, & viscositas flegmatis in gutture. Eius autem quæ fit ex siccitate pulmonis, signa sunt quod est sine sputo, & alligatur cum sorbitione almeli, & introitu balnei, & potu vini, plurimæ commixtionis fortis, & fit cum adest siccitas vel labor, & cum ea semper est anhelitus contractus, aut parum, quæ plurimum secundum quantitatem siccitatis pulmonis, & ptenuationem corporis, & frequentiam in pulso, cum paruitate, & velocitate. Eius autem quæ fit ex calore pulmonis, signa sunt vehementia siccitas, & magnitudo anhelitus ac pulsus, & tubedo faciei cum anhelitu ascendenti vna vice post aliam. Apostema vero pulmonis, vnde fit Tussis, aut est calidum, cuius signum est febris, & anhelitus contractio superflua, pulsusque frequentia, & maxillarum tubedinis vehementia. Aut est frigidum, & tunc flegmaticum, & molle, cuius signa sunt vehementia contractio anhelitus, absque plurima caliditate, & nec est tubedo in facie, sed multa tussis, & que salua. Aut est durum, & huius signa sunt anhelitus contractio secundum dies, & Tussis sicca sine sputo. Fit etiam quandoque ex vulnere in pulmone, cuius signum est egressio sanguinis, aut sanies, vel cortices egredientes in tussi. Ex frigiditate vero aeris fit sicca Tussis, & eius signa sunt, quod ex citatur cum vehementia frigoris, & fortitudo eius est in hyeme, dura, & sicca.

De Asmate, & anhelitus contractionem. Cap. LXXXIII.

Alii vbi supra. Asma, & anhelatio, & orthomia, & anhelitus arctatio sunt ex contractionem, quæ pulmonis meatibus accidit. Cum enim huiusmodi contractio fit in venis pulsantibus, quæ in eo sunt, asma & anhelitus sunt. Cum autem in partibus cannalis eius orthomiam patitur. Et ipsa quidem contractio, vel arctatio fit ex humore crosso frigido, ac viscoso, qui meatibus his inspiscatur, cum hac passione fit Tussis, & quedam tristitia cordis, & titillatio, & anhelitus magnitudo, & frequentia sine febre, siue homini qui vehementius cucurrit anhelitus spissatur, & si quidem hanc patiens supinus iaceat aggravatur, & si erectus statuatur, alleviatur. Talis etiam pauco vitur somno, suauis est ei aerem emittere, quam recipere. Fit autem tussis, quia natura crossum humorem expellere nititur, a meatibus pulmonis. Anhelitus vero magnitudo, quia virtus in hac passione non est debilis. Frequentia quoque, quoniam aer quantum oportet non egreditur, propter meatuum arctationem. Idcirco natura vt pluribus vicibus attrahat, quod si salua esset, posset semel attrahere, necesse est. Fit etiam orthomia & tensio, quia certi pectoris & eius operimenta, cum supinus iacet super pulmonem cadunt, & meatus aeris comprimunt, ita quod nec

nec anhelare proualet patiens donec rectus statuatur. Ideoque passio hæc anhelitus statio, & orthomia vocatur. Accidit autem ex calore qui fit ex vaporum cordis multitudine replentium pectus, atque pulmonem, cuius rei signum est anhelitus, & pulsus magnitudo, siccitas grauitas, & quod libentius respicit, quam inspirat, sicut in peripleumonia fit. Sciendum autem, quod hæc passionem, qui siue tussis, siue screatur patitur in hidropisim cadit, siue cordis defectum. Anhelitus autem arctatio commune accidit omnibus hæc passione molestatis, maiorique parti passionem, quæ accidit anhelitus organis. Nonnunquam accidit hæc arctatio ex apostemate splenis, quæ in re anhelitus absciditur. Interdum autem ex enervatione siue mollicie lacerorum pectoris, & debilitate caloribus naturalis, quam patientibus pulsus est lauis, & mollis, anhelitus tardus, & non cum sufflatione vehementem. Isidorus vbi supra. Suspirium nomen sumpsit communis difficultas, quam Græci distinam vocant. i. prouocationem.

De Peripleumonia Cap. LXXXV.

Isidorus. Peripleumonia est pulmonis vitium cum dolore vehementi, & suspirio, Græci enim pulmonem pleumon vocant. Est autem pulmonis tumor, cum spumarum sanguinearum effusione. Alii vbi supra. Peripleumonia est apostema calidum, quod in pulmone nascitur, aliquando fit dem ex materia sanguinea, vel colerica, quæ ad pulmonem de currit. Aliquando vero catarrus eius, cuius fluxus est a capite. Quandoque etiam causa iugulationis plenæ, aliarumque pectoris passionem, cum ad pulmonem transfertur materia propter vicinitatem. Huius passionis signa sunt febris continua, & molestia tussis, arctatio spiritus, grauis dolor, & grauitas in anterioribus pectoris, genarum rubor, & oculorum, ac repletio venarum, palpebrarum tumor, sensus ardoris in facie, siccitas nimia, lingua delicatio, & desiderium respirationis in ære frigido, pulsus fluctuosus. Razi vbi supra. Peripleumonia flegmatica est secundum plurimum. Quandoque vero sanguinea vel colerica, sed raro, & accidit ab apostemate in pulmone.

De Sputo sanguinis. Cap. LXXXVI.

Alii vbi supra. Sputum sanguinis, aut ex pulmone prouenit, ex omnibus anhelitus instrumentis, aut ex aliis interioribus membris. Vt autem ait Hippocras. Emissio sanguinis a superioribus quæcunq; fit, signum est malum. Ab inferioribus a tem. sab emorroidibus. i. ab ore venarum, quæ sunt in ano, signum bonum. Sanguinis sputum, aut ex causis exterioribus est, aut ex interioribus. Exteriores causæ sunt, vt percussio, calus, vociferatio grauis, salus fortis, cum quo venæ scinduntur, separantur, aut insectantur, ab huiusmodi sanguis emittitur semel, sed subito, & multus. Interiores autem causæ sunt, vt venarum corrosio, quæ fit a fluxibus a capite descendentibus ad pulmonem, & pectus, ex materia colerica, aut flegmatica salsa, indeque sanguis primo paucus emittitur, deinde vt multus fit exitus augmentatur, aliquando vero est causa oris venarum apertio, quæ fit ex repletionem earum, quæ fit aut ex multis humoribus, aut ex sanguine quo ante purgabatur per euacuationem menstruorum, vel per emorroides, vel conclusus est, in deque venæ repletæ nimium intumescunt. Nonnunquam etiam venarum tumor, & in flatio fit ex calefactionem, & humectanti regimine, sicut est vltus balnei natrius. Plerunque vero fit ex mala complexionem frigida, & sicca, quæ venas nimium spissat, earumque partes aduatur, intantum vt alia aliis arctentur, vnde & apertur, sicut lutum est deficcatum fuerit finditur. Fit autem sputum sanguinis aut ex capite, & ex emunctionem intelligitur. Aut ab ore, quod ex transfugationem, vel suffocationem designatur, aut a gurgulione & gutture, quod raucedine significatur, aut a mēti, quod ex dolore inter duas faucibus potest intelligi, aut ex ore stomachi, quod signat dolor habitus ibi, aut a stomachi profundo, cuius signum est vomitus. dolorque paucus, aut ex canali pulmonis, & hoc ex fereationem, vel tussi pauca, modicoque gingiuarum dolore significatur, aut ex ipso pulmone, cui signum est tussis grauis, & quod eius emissio semel sine dolore fit, cum nullus pulmōni sensus fit. Huius autem emissio multa est, color rubeus, & clarus, & spumam habet, aut certe fit a pectore, quod tussi significatur, & paucum est, quod emittitur, & idrudini simile. Accidit autem a pectore sputum sanguinis, illi maxime qui ad catarrum accelerat, siue cui frequenter accidit, eique pectus est debile, siue strictum, & Speculum Doctrinale

superfluitates descendentes ad pectus a capite tenues sunt, & acutæ, suo vulnerantes acumine, & membra hæc excoriantes. Nam in pectore stricto venarum acceleratur scissura, cum debiles sint, atque subiles.

De Sputo sanie, & Prisi. Cap. LXXXVII.

Sanie vero sputum, aut apostemate calido fit, quod pectori, vel pulmōni accidit, aut laceris pectoris, aut operimento sub inuolenti, costas, aut diafragmati, a quo tendit ad pulmōnem, ipsitudine sua deficcās, & attractionem ipsius, aut ex vulnere, sicut accidit in pleuresi cum apostema conuertitur in vulnus, aut propter sanguinis sputum fit sanies, cum fissura non consolidata ad sanem est conuersa. Hanc passionem habenti febris accidit continua, nisi quod hæc sanie citius purgatur. Nam si sanie sputum differatur, ad primum patiens ducitur. Sanies enim pulmōnem corodit, ac putredinem facit. Maxime vero pitiscis hominibus accidit a 18. anno ætatis vsque ad 35. propter caloribus in hæc ætate dominationem super complexionem, & quandoque eorum membra, pulmōneque mollia sunt, siue tenera. Vnde sanies ea facilius citiusque corodit. Accidit etiam frequenter his quorum corpus est exile, guttur acutum, pectus strictum, scapule sublatæ, idest eleuatæ, & quibus catarrus calidi accelerant. Hi etenim acumine suo pulmōnem incidunt, ac vulnerant. Sciendum est etiam hanc a patribus, & auis in filios transfere. Huius passionis signa sunt febris iuhæreas, tranquilla quidem, & mansuetæ de die, robustior vero de nocte. Similiter, & post cibum, accidit enim ei febris & calci, cui si super fundatur aqua caloribus vaporatio fit. Præterea qui illam patiuntur nimio sudore fatigantur. Oculi eorum profundantur, genæ rubent. Vngues & digitorum summa cornicantur siue concuantur, digitorum etiam extremitates calefiunt, pedibus eorum apostemata mollia sunt, appetitus ciborum minuitur, & omnino ethice signa supradicta in eis apparent. Nonnunquam vero medicus in his, quæ expuit æger ambigit, vtrum sanies an flegma fit. Quare sputum oportet in aquam mitti, ac per horam & amplius dimitti, quod si infundum mergitur, sanies est, si vero supernatat flegma est. Isaac vbi supra. Prisiis est consumptio humectationis corporis, & mutatio augmentationis in diminutionem. Nascitur multis modis, vt ex consummationem pulmōnis, & hæc est vera prisiis, sique tribus modis, vel ex humoribus colericis, ad caput descendentibus, vel flegmaticis, vel salis in substantiam pulmōnis descendentibus, eumque vulnerantibus, & putrefactionibus. Secundus est modus ex quibusdam passionibus in pulmōnis substantia nascentibus. Hoc genus anteceedit sanguinis fereatur, ex venis aliquorum instrumentorum spiritus ruptis, vel pulmone in quo fissura nascuntur, & vulnera emissa, & pitiscis postea. Tertius est modus ex humoribus ad pulmōnem aliunde, quam a capite venientibus. Quod duobus modis contingit, vel ex mutationem locorum vicinorum, sicut in pleuresi sanantia, vel ex non vicinis, vt in epate, corde, & similibus. Humores si sint calidi aut acuti, patitur infirmus roborem in maxillis, striduram in flatu. Papi. Pitiscis est vitium, quod fit ex reumatismo gutturis, aut ex vne distillationem assidua, & catarro, instillantes enim multo tempore pulmōnes viciant, & est passio pulmōnis periculosa, & maligna valde. Priscis autem primo venit febris cum tussicula, vel ex creationem variis sanguinolentis, vel liuidis, aut purulentis, aut pro qualitate exclusæ materię cum corporis macie, & virium debilitationem, hi si per annum in ueterauerint, nec curati fuerint, moriuntur. Razi vbi supra. Pitiscis accidit aut post pleuresim, aut post sputum sanguinis, aut post corizam, & catarrum plurimum ex capite, aut post tussim longam.

De passionibus accidentibus operimento costarum, & laceris pectoris, & diafragmati. Cap. LXXXVIII.

Alii vbi supra. Operimento vero subiuolenti costas pectorisque laceris accidit apostemata, emissiones, & furunculæ. Apostemati si est in operimento costarum hæc accidentia signa que adherent, febris. Indeficiens, vel inseparabilis, & tussis, quæ in principio nihil emittit, anhelitus angustatio, pungensque dolor. Lateris autem dolor est apostema, quod in laceris fit pectoris, & aliquando in interioribus costarum laceris, huius signa dolor, ac percussio in colatere in quo est passio, vel punctura. Passiones vero diafragmati aliq Tomus Secundus. Ii 2 sunt



sunt ei proprie, alia vero sunt ex passionis aliorum membro- rum participatione. Propria vero fit ex mala complexio- ne, & apostematum diuersitate, sicut est illa quam maniam diximus. Est enim apostema in diaphragmate, quod sequitur alienatio mentis, eo quod ad cerebrum per participatio- nem transeat a pectore. Ex participatione vero fit huius- modi passiones, aut ex cerebro accidit, aut ex apostemate. Constantinus in pautigni. Pleuresis abusive vocatur aposto- ma in costarum pelliosis, nam vera pleuresis est in diaphrag- ma, nascens apostema, quod sequuntur accidentia quatuor, pau- loante iam dicta. In pleuresi abusive, scilicet febris indeficiens ac tussis &c. Itemque mentis alienatio, ex colligati membri nocimento, & hęc aut ex cerebro. Auic. in 3. canone. Quan- doque accidit in velaminibus, & tunicis, & lacertis, quę sunt in pectore, & costis, & partibus eorum apostemata læden- tia valde dolorosa, quę nominantur solata, & birsen, & pleu- resis. Et quandoque etiam sunt dolores in istis substantiis nõ ex apostemate, sed ex venositate. Verum non est pleuresis, nisi apostema calidum in partibus pectoris, aut lacertis extrin- secis, & in velamine cooperiente pectus, aut velamine distin- guente, & est illud quod est parum, aut in lacerto apparente ex- trinsecis, aut velamine extrinsecis cum communitate cutis, aut abiq; communitate. Et maius istis & terribilissimum est illud, quod in ipso est velamine distinguente, & est prauius eis. Et materia quidem huius apostematis secundum plurimum est colera, aut sanguis colericus, quoniam in membris tunicosis non pene- trat, nisi subtilis sanguis colericus, deinde sanguis purus. Et propter hoc sunt paroxysmi vehementer febrium eius tertiani secundum plurimum. Et propter hoc ratio accidit ei qui eru- suat secundum plurimum acetosè, quoniam est slegmaticę complexio. Et cum hoc quandoque fit ex sanguine adusto, & quandoque fit ex slegmat e putrido, & quandoque fit, sed raro, ex melancholia putrefacta & inflammata. Et signa pleuresis durę sunt febris inseparabilis, propter vicinitatem cordis. Et secundum est dolor pugnitiuus sub costis, quoniam membrum- est paniculosum, & quandoque non apparet nisi apud anhe- litum. Et quandoque est cum punctura tensio, & tensio quidẽ significat multitudinem, & punctura fortitudinem in penetra- tione, & mordicatione. Et tertium est constructio anhelitus propter coarctationẽ factam ab apostemate, & paruitas & fre- quentia eius. Et quartum est pulsus ferrinus. Et quintum est tussis, quandoq; n. accidit in principio huius egritudinis tussis sic- ca, deinde cum sputo. Et tussis non accidit nisi propterea, quod pulmo læditur ex vicinitate.

De passionibus cordis, & primo de Cordiacę. Cap. LXXXIX.

Vicenna vbi supra. Egritudinum species accidunt cor- di, quandoque in sua proprietate, sicut complexionum malitię, quę quandoque materiales sunt, & quandoque purę. Materiales aliquando sunt in venis eius, & aliquando sunt in eo quod est inter uanniculum, & corpus ipsius. Multo- tiens enim inueniuntur in locis illis humiditates, quę quando multiplicatur, cor a dilatatione coarctant & interficiunt. Quan- doque vero accidit ei apostemata, & opilatio, & quandoque fitus egritudo, sicut accidit ei de coarctatione ab humiditate compressa prohibente ipsum a dilatatione, & ob hoc in- terficiunt. Quę et accidit solutio singularis, aut in ipso aut in eius panniculo. Cũq; confirmatur in corde malitia comple- xionis, curam non recipit. Sed & antequam confirmetur, non est facile curabilis. Apostema quoque calidum statim interfi- cit. Frigidum vero curam recipit. Cor etiam longe est ab hoc, vt toleret solutionem singularis, quandoque vero accidit in venis eius opilatio, nocens operationibus ipsius. Hali vbi supra, Passionum cordis quedam ipsi proprie accidunt, vt dolor, & palpitatione, quedam ex alterius membri participatione sunt, vt sincopis, i. defectio. Dolor cordis aut est ex mala com- plexione, aut ex organico morbo, aut ex continuationis sepa- ratione. Mala complexio calida, significatur pulsus magni- tudine, frigida paruitate, sicca duritie, humida vero eiusdem mol- litie. Quod si mala complexio composita est, & pulsus compo- nitur, peior quidem omnibus est mala complexio sicca & cali- da, ab his enim velocius ethica fit. Post his autem est mala complexio varia, quę defectionem parit. Organicus morbus est ex apostemate sanguineo, vel colerico, quod accidit cor- di, vel casulę ipsum circumdanti. Et cui hoc accidit, non diu viuit. Huius signa sunt inflammatio, grauitas, & dissen- sio. Separatio continuationis est, vt vulnus quod a pectore ad

cor mittitur, siue perforatur. Quod si ad cor & concavitatem maximeque ad suam penetrauerit, homo illico moritur, si non paulo post obit. Sic ex omni dolore cordis non viuit homo, nisi secundum quantitatem virtutis morbi, vel debilitatis. Palpitatio vero siue tremor est humiditate fit aquosa, quę in operimento cordis concluditur. Cuius signum est, quod homo cor suum tanquam in aqua trepidans, vel a loco suo se mouens sentit, non enim dilatari potest, aut reduci propter humiditatem. Aut ex apostemate quod illi accidit, quod si calidum est, homo cito moritur, si durum defectio sequitur, & in defectum moritur. Aut ex humiditate sangui- nea, sicut accidit iuueni, de quo refert Galienus, quod tiffilla fiebat ei singulis diebus, quam ipse per fleuorothomiam medicatus est tribus annis continuis, antequam passio fieret, sicque, & quarto anno non rediit. Accidit autem tiffillatio cordis, aliquando ex melancholicis vaporibus, qui ad cor ascendunt. Isidorus vbi supra. Cardia vocabulum a corde sumpsit, dum ex aliquo timore aut dolore afficitur, cor enim Gręci cardia vocant. Est enim cordis passio quod formida- bili metu. Razi vbi supra. Cordis egritudines quas curate possibile est, sunt alteratio complexionis anrequam confor- tetur, & tremor cordis ac sincopis, & dolor qui confirmatur, & debilitas. Apostema vero aut disruptio vel corruptio complexionis confirmatę, non faciles sunt ad curandum.

De Sincopi. Cap. XC.

Saae vbi supra. Sincopis est absoluta cordis defectio, & coadunatio, & totius sue virtutis in se atque in membris ablatio sumi sui expellendi. Impossibile est sincopim sine passione cordis fieri, fit vero diuersis modis, ex plenitudine nimia, vel multa inactione, vel subita caloris in frigus, vel frigoris in colorem mutatione. Hali vbi supra. Defectus, siue sincopis est, dissolutio semel id est subito virtutis vitalis, quę fit aut ex repletione, quę virtutem grauat, & oppri- mit, sicut fit ex repletione venarũ ab humoribus, vel stomachi a cibis, aut ex repletione cerebri, sicut in apoplexia, aut ex euacuatione certe immoderata, quę virtutem dissoluit, & dissipat, sicut accidit in nimio fluxu ventris, & potu me- dicamentis, & immoderato sudore, sanguinisque per flebo- thomiam, vel per nares emissionem. Sed & mentuorum im- moderatione, partuque purgatione, sanici quoque a vulne- re egressionem, ciborum abstinentia, nimioque labore, & hu- iusmodi, quę immoderate sunt, in tantum vt cum inutili, quod natura non conseruet, euacuetur etiam, quod vtile est, aut ex mala complexione calida, sicut in febribus accidit, aut ex frigida sicca, & in otis stomachi passione, quę bolismus vo- catur. Aut ex ceteris malis complexionibus, cum semel id- est subito immutantur. Fit etiam ex dolore graui dissolutio virtutis, & euacuatio spiritus, vt ex dolore, qui fit in ore sto- machi, vel ex doloribus colericis, & hileis, vel ex disgrega- tionum vlcerebus ac vulneribus, quę sunt in articulis ac ner- uis ac lacertorum capitibus, ceterisque doloribus permole- stis. Accidit etiam defectus ex matricis suffocatione, cũ va- pores frigidi sustolluntur ad cor a matrice. Nonnunquam etiam fit ex apostemate, quod cordi innascitur, & ex eo subitõ mors efficitur. Item accidit in principiis accessionis periodicarum febrium, aut propter dolorem ex calore nascente, aut propter humores putridos decurrentes ad stomachum virtutemque vitalem grauantem. Accidit & febricitanti apostema habenti in aliquo membro nobili, ad quod dum humor decurrit do- lor illius augetur ac roboratur, indeque defectio sequitur. Ac- cidit etiam nonnunquam in ore stomachi debilitas, & hu- mores influentes suscipit. Qui si crossi fuerint, virtus gra- uatur, & opprimitur, indeque defectio sequitur. Pręterea si mala complexionis sint dolor ab eis fit, quem sequitur de- fectus cordis. Accidit etiam ex accidentibus animę, vt timore propter caloris naturalis, & virtutis vitalis ingressum ad profunda corporis. Ex ira quoque, quia calor ingreditur atque dispregitur. Hęc sunt igitur cause defectiois cor- dis. Signa vero sunt extremorum frigus, debilitas, anhelitus, color croceus. Et si acclamet non bene audit infir- mus, sed tanquam longe positus. Hęc sunt itaque passio- num varietates, quę in corde nascuntur, & in omnibus in- strumentis spiritibus.

De

De passionibus accidentibus instrumentis ciborum, & primo meri. Cap. XCI.

Quę vero ciborum organis passiones accidunt, alię qui- lem in meri sunt, alię in intestinis, alię in epate, alię in splene, alię in felle, alię in renibus, alię in vesica. Et quę in meri sunt, alię in eius substantia, alię in meatu per quem cibus ad stomachum mittitur. Substantię quidem eius accidit virtutis attrahentis debilitatio, qua cibum ab ore attrahit, & ad stomachum mittit. Debilitas quoque virtutis per quam vo- mitus fit. Debilitatur autem istę virtutes, aut causa malę cõ- plexionis, vel organici morbi, vel separationis iuncturę, aut quouis incommodo, lacertis eius actiones statuuntur acci- dente. Mala vero complexio aut calida est, & hoc ex situ intel- ligitur, & refrigeratione cum aqua frigida bibitur, aut frigida est, & hęc ex signis contrariis designatur, aut humida, & hęc oris humiditate patet, & serreatum multitudine, aut certe sicca, cuius signum est oris siccitas. Organici vero morbi sunt vt apostema calidum quod ferit, siue hui cum robore signatur & etiam dolore qui inter scapulas feritur. Similiter & aposte- ma frigidum, quod ex grauitate, & ponderositate, siue dolore designatur. Ex continuationis autem separationis sequitur vomitus sanguinis, & dolor inter scapulas. Quę etiam si sit in longum attractionis, siue appetitus facit immunitatem. Si vero in læum vomitus diminutionem. Hęc sunt igitur pas- siones meri in sua substantia. In eius vero meatu fit opilatio, & hoc aut ex apostemate quod accidit in interioribus, & ip- sum opilat, aut ex apostemate quod in lacertis actionem ip- sam adiuuantibus oritur ab exterioribus, comprimitque me- ri, & eius meatus compressus obturatur. Maius autem opila- tionis signum, quę fit in meri, est prohibitio transmissionis cibi ad stomachum.

De Passionibus oris stomachi, & primo de corruptione appetitus. Cap. XCII.

Passionum autem orientium in stomacho, quędam in ore eius sunt, & quędam in profunditate, siue fundamento. In eius quidem ore passiones, doloresque difficiles, ac mo- lestissimę sunt eo, quod in magni sensus membro sunt, & quamuis ex modica causa, grauius tamen nocent, vt non- nunquam ad intantum deducant, ex vicino cordis, & cere- bri participatione. Dolorum quidem oris stomachi quid- dam communes sunt ipsi, & membris omnibus, vt mala com- plexio, & apostemata, & continuationis separatio. In quibus- dam autem aliqua ei membra participanti, vt cerebrum, & cor. Ex cerebri participatione sunt, vt vigilatio, & animi discessio, siue mentis alienatio, in febribus desipientia, somnia epilepsia, spasmus, obtuse factio. Ex eius & cordis participati- one, cordis defectio, fit, & palpitatio siue tremor. Quidam autem dolores, & morbi proprii sunt ipsius oris stomachi, vt appetitus corruptio, & eiusdem cessatio, bolismus, præcordio- rum dolor, sitis, ciborum in ore stomachi natatio. Appetitus corruptio fit ex augmento siue superfluitate, vel ex diminutio- ne, vel omnino cessatione Superfluitas est aut in qualitate ci- borum, vt prægnantibus accidit, qui malus appetitus vocatur, aut in quantitate, & fames dicitur, quę immoderata sit appeti- tus caninus appellatur. Appetitus malus fit ab humore malo in ore stomachi concluso, vnde acidus desiderat cibos, aut sal- sos, aut ponticos, aut pungentes. Et quandoque terram, aut gi- psium, aut carbonem, aut testas siciles, & alia huiusmodi, sicut prægnantibus accidit, cum in earum stomachi ore superfluita- tes menstruales sanguinis adunantur, quo fetus nascitur. Tem- pore namque conceptus confitatur hic sanguis, quem natura generationi parauit, & nõ exit vt prius suis vbius. Itaq; quod in ipso melius est & vtilius ferui, fit cibus, & quod ei superest tantęque bonitatis non est, ad mammillas fertur, & lac effici- tur. Quod autem in eo malum est in corporis mulieris reman- et, cuius pars quedam ad os stomachi mittitur, & inde ma- li appetitus excitatur, donec creuerit fetus, & tunc appetitus illi cessat, eo quod sanguinis amplior pars in cibum ipsius sęus expendatur.

De Diminutione, & augmento appetitus. Cap. XCIII.

Appetitus defectio, siue casus quandoque est ex mala com- plexione calida, quę os stomachi eneruat, ac dissoluit, quę i eo sunt. Et hoc ex summa ructatione significatur, & si-

Speculum Doctrinale

ti, fastidioque ciborum, aquę frigidę desiderio, aut ex humo- ribus colericis, vel salis, quos intelliges ex punctione super os stomachi, & abominatione, & vomitu, multo quoque desi- derio potus aquę, oris amaritudine, vel salugine. Humor nã quę colericus & salis sitim prouocat, nonnunquam vero fit appetitus ciborum, imminutio ex humore viscoso, qui os sto- machi replet, quem nec punctura sequitur, nec tussis. Aliquan- do etiam fit ex humore putrido in stomacho, vnde fit in ore stomachi quasi compressio, atque fricatio. Appetitus vero ces- satio accidit cum incommodum eius neruo accidit, qui ad os stomachi venit, cessat enim sensus eius. Augmētum appetitus i. fames est ex mala complexione frigida, quam os stomachi patitur, quod ex acida ructatione frequenti signatur. Appeti- tus vero caninus ex humore fit acerbo, qui in ore stomachi, & inter corporis eius partes concluditur, & ex acido ructatu si- gnificatur, imminutione quoque desiderii, potu aquę, multa- que & humida egestionem. Quandoque vero fit ex multa eua- cuatione, quę toti corpori accidit, vnde membra desiderant re- stauracionem eorum quę euacuata sunt, sicut post febres acci- dit, quarum finis per euacuationem. Membra namque quando cibo euacuata sunt, ea quę in venis sunt attrahunt. Venis au- tem euacuatis, cibus qui in epate est ad eas trahitur. Quod cũ euacuati fuerit, cibus qui in meseraicis venis est attrahit. Eua- cuata quoque meseraica a subtilibus attrahit in intestinis, & hæc a stomacho, sicque fames efficitur, quę præcedenti eua- cuatione significatur, adeoque grauis est, vt parum tolerari potest, hanc itaque sequitur immoderatio comestionis intan- tum vt grauer, ideoque vomitu cibi expellitur, aut egestionem. Differt autem hæc ab illa, quę fit ex acido humore, quoniam ista non habet solutionem naturę siue ventris.

De Bolismo, & immoderata siti. Cap. XCIII.

Bolismus vocatur fames immoderata, cum appetitus ces- satione, quę fit ex immoderatioe malę complexionis frigidę, super os stomachi, ciborumque imminutione, & virtutis debilitate. Huius signa sunt, quod homo tacta sen- tit locum oris stomachi frigidum, & etiam casus appetitus, & a cibis prohibitio, dolor, & defectus cordis, corporisque consumptio. Fames hæc non fit tantum ori stomachi, sed omnium membrorum virtuti. Differt autem a canina: quoniam in bolismo cessat appetitus, debilitatur virtus, & consu- mitur corpus, in appetitu vero canino virtus appetitiua val- lida est, membraque repleta. Isaac Bolismus dicimus, quando qui iter agere solent, vel hyeme soluuntur, & lassii sunt, & subito cadunt, & infrigidantur, & vix anhelant, quod si non cito iuuati fuerint, celerius pereunt per ciborum grauedinem, quia celerius digerunt, hos apprehendimus ex animę ac membrorum defectu, sunt frigidi corpore, cum neruorum tremore & stomachi ac vocis debilitatione, hi ci- bum multum accipiunt, & non satiantur neque crassantur, sed rapidi sunt, quia cibi non præmasticati præparant deuo- rationi, dehinc consequuntur grauationem, & tensionem, acceptorumque ciborum vomitum. Hali vbi supra. Sitis im- moderata fit aut ex oris stomachi calore, aut ex eius siccitate aut ex vtroque, aut ex humore salso, qui adunatur in eius tu- nicis, vel subtilibus intestinis, vel in meseraica, aut ex epa- tis calore. Aliquando fit etiam ex pectoris, & pulmonis ar- dore, & hoc a prædictis differt, quia mitigatur aeris frigidi respiratione, prædictę vero non, nisi in potu aquę sibi. Ait etiam Gal. quod quibusdam suis adeo grauis accidit, quod nec aquę frigidę potu, nec aeris respiratione sedata est, vn- de sitientes moriuntur. Quidam enim diplades comede- runt, & quidam vinum biberunt, in quo huiusmodi serpen- tes ceciderunt, eorumque stomachus nimio calore exarsit. Quidam in alto mari nauigauerunt, & aquã dulci priuati, ad potum marinę coacti sunt, vnde etiam sitientes obierunt, alii quoque cum aquã marinã bibissent, eorum natura omol- lita est, & humiditates corporis euacuata. Præcordiorum do- lor passio est, quę accidit ori stomachi, sic dicta quoniam hoc membrum cordis loco proximum est per confinitatem. Fit aut ex mala complexione calida, aut ex humore colerico, qui defluit ad os stomachi. Nonnunquam etiam decurrit illuc ste- gma putridum, indeque patienti fit angustatio & abominatio sicut ex humore colerico. Porro ciborum in ore stomachi nata- tio fit ex debilitate virtutis expellentis, cuius signum est, quod comedens os stomachi grauari sentit, & læditur his quę comedit.

Tomus Secundus.

Ii 3 De

De passionibus in fundo stomachi, & primo de mala digestionis & fastidio. Cap. XC V.

**S**tomachi vero profunditati accidit mala digestio, fastidium, perturbatio, dyarria, lienteria, vomitus, singulatio, inflatio, ructatio, sanguinis & lactis coagulatio. Mala digestio & fastidium ab ea proveniunt sicut ex debilitate, sive dejectione stomachi in digestionem. Nam si cibus a stomacho velociter non descendat, digestionis mora vocatur, & si bene non digeritur, & in quosdam malas qualitates mutatur, mala digestio dicitur. Cum autem nihil omnino cibi digeritur, nec a stomacho descendit, sed ibi corrumpitur, fastidiositas appellatur, & patiens stomachicus nominatur. Omnes hæc passionibus ex eisdem sunt causis, nisi quod mora digestionis fit ex causis debilibus, putrida fastidiositas ex validis, mala digestio ex mediocribus. Hæc vero causæ sunt aut interiores, ut mala complexio in ore stomachi, humores in eo conclusi, apostema, continuationem leparatio. Aut exteriores, ut ciborum difconvenientia, quæ fit ex eorum quantitate, vel ex qualitate, vel ex substantia, vel ex inordinata sumpcione, nam si multi sunt non potest eos stomachus digerere, sicut nec paucus ignis ligna multa, si super eum proiciantur, exurere. Similiter etiam si qualitate mala sint ut lac acidum, pisces, radices, patellatus cibus aut fumosus, nam nec accendi potest ignis si ei ligna viridia ingereris. Similiter neque si cibus sit substantia grossus, ut caro vacinna, & panis azimus, sicut nec ignis debilis accendit, si ligna super eum solida proiciantur. Præterea quæque si cibi inordinate sumantur, ut crassi prius ac conspantes, postea subiles & emollientes. Tunc enim secundum antiquam descendat corrumpitur. Aut certe si cibum indegibilem homo prius accipit, & dehinc aliam aut equam digerit subdit.

De Dyarria sive fluxu ventris. Cap. XCVI.

**I**sidorus vbi supra. Dyarria vero est iugis cursus ventris, sine vomitu. Hali vbi supra. Dyarria est humorum, materiarumque subitium ac diuersarum euacuatio. Hæc aut ex malo regimine ciborum fit, aut ex venarum opilatione, aut ex humoribus, qui ad stomachum aliunde prorumpunt. Ex malo regimine ciborum, aut propter eorum quantitatem, quia si multi sunt stomachum grauant, ideoque eos depellit, & alii subequantur humores, aut propter qualitatem, quia cito in stomacho corrumpuntur, & tunc expelluntur, alique materiam simul trahunt sive egrediuntur, aut propter inordinationem, ut quando quod descendere moratur citius descendenti præmittitur. Ex venarum opilatione, quæ concauitates sive mesentericæ dicuntur, quia cum eis accidit opilatio, succositas cibi per eas ad epas non mittitur, ideoque solutione egreditur. Quæ vero fit ex multis humoribus ad stomachum descendibus, aut ex toto corpore est, aut ex vno membro. Hoc aut secundum naturam sicut accidit in crisi, cum membra superfuitatis illis nocentes ad stomachum pellunt, ut pote cerebrum in quo variæ superfuitates aduuantur, quas ad stomachum & intestina expellit. Superfuitas autem hæc aliquando falsa est aut pungens facit; dissolutionem sanguinis & dissinteriam, eo quod stomachi, & intestinorum efficit excoarationem. Differt autem a perurbatione dyarria, quia cum illa vomitus est, & quicquid emittit, colera rubra est. In hac autem non fit vomitus, & quæ emittit varia sunt non speciei vnus. Præterea perturbatio morbus est acutus, citoque auferitur, dyarria vero prolixior est. Dyarria vero species, quæ ex fluxu superfuitatum ad stomachum fluunt multæ sunt, iuxta superfuitates quæ a membris ad stomachum & intestina fluunt. Razi vbi supra. Fluxus ventris sine sanguine, fit aut ex debilitate epatis ab attractione, aut ex debilitate eiusdem a digestionem, aut a multitudine effusionis colerae acutæ, quæ ad intestina currit ab epate, aut propter velocitatem descensionis cibi a stomacho & intestinis, quæ fit aut propter multitudinem flegmatis in eis, aut propter repletionem ipsorum vel mollificationem, aut lubricitatem in eis accidentem, aut propter bothor in superficie illorum. Fit etiam quandoque fluxus ventris, a multitudine effusionis colerae nigrae ad os stomachi, vel a re effusa a capite ad stomachum, aut propter cibi multitudinem, aut quia solutius est ex natura sua, aut propter errorem ordinis eius, aut propter multitudinem potus aquæ super ipsum, aut propter resolutionis paruitatem corporis eius. Fluxus autem ventris cum sanguine & sanie fit, aut propter debilitatem rumptur, aut propter venam ruptam, aut propter debilitatem

epatis a digestionem, aut propter excoarationem accidentem in intestinis superioribus, aut inferioribus, ut in ano. Auicenna vbi supra. Os fluxus ventris aut est ex cibariis & aere continente, aut ex membris. Factus autem ex membris, de quo & plurimum loquimur, aut est ex stomacho, aut ex mesenteria, aut ex epate, aut ex splene, aut ex capite, aut ex intestinis, aut ex toto corpore. Et omnes hi communicant in causis, nam & sequitur illud malitiam complexionis singularis, aut propter malitiam complexionis cum materia confirmata in intestinis, aut propter conturbationem substantiæ eius, aut ægritudinem officialem, aut vlcus, aut rupturam. Ab epate quidem fit propter complexionem eius, & apostema, & opilationes ipsius, & alia. Ex mesenteria vero factus, & a cerebro est, qui fit propter catarrum ex eo descendente ad stomachum & intestina, corrumpitque cibum ac descendere facit, & ipsemet cum illo descendit propter suam lubricitatem, & expulsiue operationem. Factus autem a stomacho non est totus indigestus, & causa est quandoque debilitas vitæ retentivæ, propter quam non sustinet dilatationem ibi, nisi usque ad tempus in quo iam digeritur. Quandoque vero debilitas digestionis propter quam corrumpitur & appetit expelli. Quandoque autem debilitas in stomacho facta propter humiditates, quare non dimittit ipsum sibi ea quantitate qua digeratur. Quandoque vero remanentia virtutis medicinarum solutarum adhærens superficiem intestinorum, & stomachi. Ex intestinis autem fit, aut cum excoaratione, aut sine. Est autem excoaratio dolor abrasionis ex superficie intestinorum intrinseca, & illud quidem abrasionis, aut est materia colerica aut sanguinea acuta, aut virulenta, aut saniosa, aut feculenta, procedens ab ipsis intestinis, aut ab his quæ supra ipsa sunt, & peruenit ad intestina.

Adhuc De eodem. Cap. XCVII.

**F**actus autem a toto corpore: aut est secundum semitam chritis, aut secundum fortitudinem expulsiue virtutis, aut secundum semitam casus retentivæ, aut secundum semitam liquefactionis, aut secundum semitam conuersionis humorum, aut corruptionem propter febres malas, & venenocentia, aut semitam expulsiue vehementis, propter id quod alias habitum est ex dimissione euacuacionis, aut retentione cursus consueti, aut abfissione membri, aut dimissione exercitii, aut paucitate resolutionis ex corpore, ac ceteris huiusmodi, aut propter compositionem nauicaturæ satietatis plurimæ in vicibus pluribus, reditque secundum acutæ semitam ægritudinis, & est de summa colericæ passionis, aut secundum semitam prohibitionis nutritiæ propter opilationes in venis, & aliis huiusmodi. Porro factus ex cibis, aut est propter eorum paruitatem, ob quam in stomacho corrumpuntur igni to, nec eos natura recipit, aut propter eorum grauitatem ob quam etiam descendunt, aut propter eorum mordicationem, ut est capæ aut propter velocitatem conuersionis ad corruptionem, ut lac, aut propter vehementiam subtilitatis eorum ob quam resudant, nec retinentur apud portonarium, aut propter humiditatem eorum, ob quam lubricatur, aut propter multitudinem motus super eos, aut propter multitudinem potus aquæ post ipsos, propter quam solito deponit eos, ac lubricare facit, aut propter multitudinem eius quod de humoribus lubricantibus reperitur, ut in flegmate, & abstergentibus ut colera, aut quia cibus est conturbatus, & est plurimæ quantitatis paucique nutrimenti, sicut olera, aut propter ordinem necessario facientem lubricitatem, ut est præmissio cibi leuis facili digestionis lubricantis, & postremitas cibi stiptici expressi, aut etiam postremitas eius velocis conuersionis, ideoque corrumpit quod est sub ipso, vocaturque naturam ad expellendum. Denique factus propter aerem circumstantem, quoniam aer continens qui calidus est resolat & exiccatur, & etiam frigus exiecat, quare & auferit. Itaque multitudo pluuiarum, & regiones meridionales ventrem soluunt. Aliquando quoque ventositas est causa fluxus ventris, per id quod de digestionem corrumpit, & mouet de cibo.

De Perturbatione, sive colerica passione. Cap. XCVIII.

**P**erturbatio est, euacuatio colerarum per vomitum, & solutionem, quæ fit aut ex multitudine ciborum, cum stomachum grauant, & ad expellendum se, prouocant. Et quæ quidem ori stomachi proxima sunt, emittuntur

De Singulis, & inflatione, & ructu, & coagulatione. Cap. C.

aut per vomitum, quæ vero in profunditate submersa, per solutionem, aut ex mala qualitate ciborum pungenti, stomachum que nocenti, aut ex ipsius cibi corruptione quæ ipsum in coleras alterat, eumque stomachus a se expellit, eo quod illi obstitit, & quod quidem subtile est, stomachusque supernas emittitur per vomitum, quod autem in profundo mesum, per solutionem. Fit etiam ex humoris colerici fluxu, qui quia stomachum pungit, expellitur. Huius rei significatio est, quod per vomitum & fluxum emittitur, & angustatio, subuersio, ac sitis. Auic. 3. canone. Colerica passio est motus materiarum corruptarum non digestarum, ad separationem, ex via intestini redentium ad ipsum a corpore, secundum acuitatem & laborem expulsiue. Cibi nanque quando non digeruntur valide, conuertuntur in humores corpori non conuenientes, moueruntque natura ad expellendum a corpore, eum grauant super ipsum ex partibus cum speciebus vomitus colerici. I. & aquosi & eruginosi, quæque cum speciebus fluxus ventris. Colerica quidem passio cuius causa est corruptio cibi, colantur est ea, cuius natura frequentia est corruptio post corruptionem. Itaque colerica passio mala incipit in primis cum leuitate. Deinde vero accendit dolor & punctura in intestinis & ventre, dilataturque & ascendit ad stomachum, per multitudinem eius, quod ei nocet ex acutis humoribus ad ipsum venientibus. In patientibus hæc sitis multiplicatur, & quoribus bibunt aquam, calefit in eorum stomacho, & eueniunt ea. Tolerare vero sitim conferit eis, hæc passio plus in infantibus est, & affluens eam incurrere minus nocet. Non autem accidit plurimum nisi in ætate, & autumno, propter debilitatem digestionis in utroque.

De Lienteria, ac subuersione, ac vomitu. Cap. XCIX.

**I**sidorus vbi supra. Lienteria dicta est eo quod cibum tanquam per lineam intestini nullis obstantibus faciat prolabi. I. Isaac. Lienteria est ablutio digestionis, cum cibus nullatenus in stomacho mutatur in colorem, nec in liquorem, nec in odore. Hæc passio nascitur ex defectione virtutis contentivæ in stomacho, vel ex vulneribus in superficie stomachi, & intestinorum, defectione contentivæ fit ex mala complexionem stomacho dominantem, vel intestinis. Hali vbi supra. Lienteria est egestio ciborum a stomacho, velocior in ea qua sumpti fuerant habitudine, sine aliqua immutatione. Fit autem vlcem & pustularum causa, quæ oriatur in interiori stomachi tunica, ad quam cum cibus peruenit, & illis vlcibus occurrit, ea pungit ac lædit, illa que pungentem statim repellunt, nec retinent. Huius passionis signa sunt vlcera vel pustulæ, quæ in ore patientis apparent & quod in ore sentit calorem & siccitatem. Dicit autem Hippocritas, quod in lienteria si fiat acidus ructus, signum est laudabile. Acidus enim ructus non fit nisi ex mora ciborum in stomacho, & retentivæ virtutis apprehensione. Subuersio autem sive abominatio, & vomitus, aut ex quantitate ciborum sunt ut si multi sint, ita ut stomachum grauent, ac super os stomachi natus, tunc enim os stomachus ad meri expellit, & emittit. Aut ex qualitate eorum, ut si cibus abominabilis sit, aut odoris incongrui, vel amarus & pungens, qui stomacho nocet, & ob hoc cum stomachus emittat. Hic autem humor si fit in ore sive concauitate stomachi, vomitum facit. Si vero sit inter tunicas, ita quod tunica, & villis eius adhæreat, vel immisceatur, subuersionem vel abominacionem facit, si hic quidem humor aliquando in ipso generatur stomacho. Aliquando vero ab alio influit membro. Eius qui generatur in stomacho generatio est continua, cum parit cum complexionis eius malitia. Qui autem aliunde mittitur quandoque sedatur, donec quod influit adueniat. Plurimumque vomitus secundum crassum fit, cum natura humorum morbum generantem expellit, & a superioribus emittit. Isaac vbi supra. Bonum est corpori si vomitus non sit sibi necessarius, & si necesse habeat secundum crassum fiat. Est autem vomitus cum os stomachi mouetur ab expellendo grau antibus & pungentibus cibis, vel humoribus, aliquando fit vomitus ex defectione stomachi, cum retinere cibos vel humores non valet, quos natura sursum eleuat, cum inferior pars stomachi fortior sit ore, vel inferior deprimat naturam, cum os stomachi fortius sit in inferiori parte. In vomitu sine multorum vel malorum humorum acceptationibus, causas malos humores esse pungentius intelligimus in ore stomachi.

Speculum Doctrinale

**H**ali vbi supra. Singulatio est spasmus interioris tunice stomachi, qui & simili ratione fit, quæ & nervorum spasmus. Fit enim aut ex repletionem, aut ex euacuacionem, aut ex punctiõnem, aut ex mala complexionem frigidam stomachum supernatante. Isaac. Singultus est malus motus virtutis, expellere desiderans nocua, qui multis modis fit de repletionem, & inanitionem, de corruptionem cibi intra stomachum, & mutationem sui in pigritias qualitates, de frigiditate oris stomachi, & de ventositate inflata in stomacho, & repletionem ex multis humoribus humidis, vel ex multitudine cibi, & potus & singultu. Razi vbi supra. Singultus fit aut propter rem os stomachi mordicantem, aut propter crossam viscositatem ipsum excedentem, aut propter apostema in epate, aut propter solutionem & euacuacionem superfluum. Hali vbi supra. Inflationem autem & rugitus, sive gurgulatio sunt ab interiori causa, sicut cum stomachus non tam validi caloris est, ut cibos digerat, ac subleuat, & ab eis ventositates dissipet, nec adeo frigidus est, ut cibos omnino non immuret. Sed calor eius debilis est, nec cibum digerere potest, quin post in ventositatem alterat vaporosam. Quandoque vero ab exteriori causa ut a cibus ventositatem generantibus, quales sunt fabæ, & faveolæ, & huiusmodi, ab his autem generata ventositas parum immoratur paucorum, ructatu dissoluitur. Razi vbi supra. Eructio si multiplicatur, digestionem corrumpit, & quando immoratur, inflat stomachum. Hali vbi supra. Ructatus aliquando fit ea ventositate stomachi inflata, quæ ad os cum vaporibus ascendit, quæ si vapores aut ab humoribus sunt calidis, & fit inde ructatus fumosus, aut frigidus, & tunc fit acidus. Aliquando vero fit ex ciborum multitudine, quos stomachus propter caloris debilitatem non potest digerere. Ructatus aliquando fit ita validus ut egrediatur a stomacho cibus, nec digeratur, cum autem ructatus immoratur, ventositas, & inflationes pessimæ generantur. Sanguis porro coagulatus in stomacho, aut est ex sanguine qui descendit a cerebro, aut ex sanguine meri ad stomachum descendi, vbi & coagulatur aut ex aliqua vena cum stomachi complexionis frigiditate. Lac quoque coagulatum ex lactis dulcis porrectione fit, & complexionis stomachi frigiditate.

De passionibus intestinorum, & primo de dissinteria eorum. Cap. CI.

**P**assiones autem intestinorum sunt dissinteria, tenafismom, Colerica passio, ileos, ventositas, lubricitas, scardes. Ibi vbi supra. Dissinteria est diuisio continuationis, id est ulceratio intestini, dis enim diuisio est, interia intestina. Fit autem intereidente fluore, quem Græci diarria vocant. Isaac. Dissinteria est egestio sanguinis ex dissinteratione intestini, vel vulneratione sui. Causa eius vel interior est, vel exterior. Interior sicut egestio colerica acuta pungitua, quam patitur infirmus, cum per intestina colera transit perforans & excoarans, vel suo acumine vulnerans, vel ex salis flegmatis acumine, & sua flegmine idem in intestino faciente. Exterior sicut de farmatica, quæ acumine suo similiter facit. Cum enim intestinum inuenit nudum, & discoopertum, velociter illud excoarior. Vniuersalis egestio dissinterie est turtura, & angustia, & egestio sanguinolenta, mixta cum colera rubra, vel cum re aliqua congelata alba, & viscosa in interiori quasi vestimento intestini. Particularis egestio dissinterie est, cum hoc, quod apparet in digestionem, si est colerica intelligimus esse de colera rub. si flegmatica, de flegmate: si de exteriori sit causa, ex inquisitione intelligenda est. Corrosionem enim intestinorum vique ad tunicam exteriorum peruenisse signat, si frustra carnis sequuntur. Deinceps vero sanguis euacuatur: cum ora venarum quæ in intestinis sunt aperiantur, plurimumque vero egredietur ab eis quidam rubiginis simile, quæ de mortuorum corporibus fluit, & nonnunquam simile adipi liquefacto, quia calor adipem, qui est in pinguibus membris liquefacit. Quod si duratioris temporis fuerit, feci simile propter adustionem fit. Nonnunquam autem hæc passio ex scilicet venarum fit, cum ex nimia sanguinis habundantia tenuantur ac disrumpuntur. Fit etiam aliquando ex mala colera nigra defluxu ad intestina, cuius signum est colera nigra egestio. Plerumque vero ex emissione citrina, quæ fit in intestinis. Et huius signum est sanguinis melancolici solutio, duæque species hæc pessimæ sunt, & mortifera, maxime si sint frigidæ. Constan. in part. Air. Tomus Secundus. Ii 4 autem



autem Hipocras, quod qui diffinieriam habent, pat. untur co...

De Diffinieria epatica, & tenasmo. Cap. CII.

Alii vbi supra. Epatica vero diffinieria est sanguinis ege...

De Colica passione. Cap. CIII.

Sidorus vbi supra. Colica passio nomen sumpfit ab intesti...

tem ssumam, & sumque inflantem. Hali vbi supra. Colica fit...

De Ilicia. Cap. CIIII.

Sidorus vbi supra. Ileos est dolor intestinorum, vnde & ilea...

De Lumbricis. Cap. CV.

Lumbrici nascuntur ex humoribus flegmaticis putresce...

De Hydropis. Cap. CVIII.

Sidorus vbi supra. Hydropis nomen sumpfit ab aquoso...

De Speciebus hydropis. Cap. CIX.

Species hydropis sunt tympanites, & hydropis, & hyp...

Iterum De eodem. Cap. CX.

Vicenna vbi supra. Hydropis est agritudo materia...

hia prazunt, abhominatorem habent, & vomitum. Ali...

De Passionibus natium. Cap. CVI.

Constanti. vbi supra. Passiones natium vicinæ sunt...

De Passionibus epatis. Cap. CVII.

Sidorus. Epaticus morbus e icorris passione nomen acc...

In viarum vel vinarum partes. Omnis hydropifis habet causam & iudicium commune, nec accidit absque egritudine propria, vel per communitatem. Causæ quoque hydropifis omnino, aut proprie sunt epaticæ, aut sunt cum communitate. Et causarum propriarum dignior & communior, est de bilis digestio epaticæ, & ipsa est quasi causa coniuncta. Causæ autem antecedentes sunt omnes egritudines epatis complexionales, & instrumentales, vt paruitas, & opilationes, & apostemata calida, & frigida, & mollia, & dura, opilata orificium venæ ascendentis, & durities sphach continens. Causæ autem hydropifis cum communitate ad ipsum, aut sunt per communitatem cum corpore toto, ita vt calefiat sanguis eius valde, aut infrigidetur valde propter aliquam causam, aut est propter frigus stomachi, & malitiã complexionis eius, aut propter mesentericas, aut propter communitatem splenis, aut propter apostemata in ipso dura, aut lenia calida, aut multitudine euacuationis melancholicæ. Et quandoque est per communitatem renum, propter frigiditatem renum, aut propter caliditatem eorum proprie, aut propter opilationes in eis, & duritiem, quare non attrahunt a quodammodo. Et quandoque fit propter intestina & egritudines eorum, & proprie orbi. Et propter vesicam, & matricem, aut pulmonem, aut diaphragma. Quibusdam autem videtur, quod hypofaracha est deterior aliis, quia corruptio in ipsa communicat epati, cunctisque venis corporis, & carni, ita vt destruat plurimum tertie digestionis. Sed alijs videtur, quod ipsa sit leuior tympanite. Verum dignius est vt asclites sit omnibus illis malignior. De hypofaracha vero fit alia, quæ est omnibus leuior, & alia q̄ est valde mala, & hoc secundum considerationem causarum suarum facientiam cadere in ipsam. Homo vero de quo ve hementius timetur, cum aduenit ei hydropifis, est ille cuius complexio naturalis est calida & sicca, non enim egruat per contrarium suæ complexionis, nisi propter rem magnã. Hydropifis autem veniens propter duritiem splenis, magis salua est, quam eueniens propter duritiem epatis. Et quandoque quidem materia hydropifis dominatur, adeo donec faciat accidere diuiniam, & constrictionem anhelitus, atque solutionem ventris, & hoc signat propinquitatem mortis in tribus diebus. Fluxus enim ventris in hydropifis natalis est omnes autem species hydropifis sequitur corruptio coloris. Papias. Hydrops est extensio ventris ultra modum maturæ, ex aquoso & corrupto humore effecta, vnde & hydrops dicitur ab humoris profusi materia. Huius due sunt diuisiones. Prima flegmatica & hypofaracha. Secunda asclites & tympanites. Leucoflegmatica est ex totius corporis molli inflatione, & colore subundo, & grauedine, atque impressis digitis tumore cedente. Dicitur ab albo tumore. Leucon enim Græce album. Hypofaracha est carniū existere solutione duritia, cum mali odoris respiratione, sic dicitur, eo q̄ subter carnes se ipse humor diffundit, & carnes, per ventris solutionem soluit. Sarcia enim Græce caro. Ascliten apræhen nimus ex inflammatione ventris, & sonita fluitantis humoris vt si palma pulsatur, vtrius semipleni sonum similem reddit, vnde & nomen habet. Asclis enim Græce vter. Tympanitem quoque ex rotunda ventris inflatione cum tensione plurima quæ palma percussa tympani sonum reddit. Est enim hydropifis solutio carniū, & infusio humoris in toto corpore, aut in tota membrana, quæ ventrem operit & intestina. Nascuntur autem omnes ex longa infirmitate. Nam per tensiones præcordiorum, per multa tempora, & ex epatis & splenis causa dolentibus, & ex podagia laborantibus hydropifis sunt, & in longas febres quotidianas, & quaranas in ipsis accessionibus aquam multam bibentes. Apud mulieres autem ex matrice fit, & ex distentia longa, & emorroidarum fluxu. Hydropicorum autem est quo magis bibunt, eo magis fiunt.

De Passionibus splenis. Cap. CXI.

Isidorus. Lienosis a splene vocabulo sumptis. Græci. n. splen, lien dicunt. Constant. vbi supra. Passiones autem in splene sunt opilatio, apostema, defectio vërositas. Defectio splenis quæ est ex defectu virtutis attrahenti, cui scilicet deficit ab epate, feces sanguinis attrahere, vñ icteritia nigra generatur, quia cum sanguine colera nigra miscetur, & ad omnia membra corporis transit, aut ex defectu contentiæ, quæ est in splene, generans purgationem coleræ nigre cum vomitu, & digestionem, aut ex defectu expulsiuæ, quæ coleram nigram expellit ad hos stomachi, generatque defectiõnem desiderij

cibi. Hanc passionem splen tolerat sicut epas, ex complexione calida vel frigida. Opilatio vero nascitur ex crosis ac vi scosis humoribus in via sua se inuicantibus, & thetanoitate ex grauitate, vërositate, & intelligit. Aliqñ quidẽ opilatio fit in via, per q̄ colera nigra ab epate ad splenẽ vadit, & icteritia nigra fit cū carteris passionibus ad colerã nigra pertinentibus. Aliquando vero in ea via vnde colera nigra a splene ad os stomachi succedit, & apostemata diuersa gignit, pp coleram nigram in his locis conclusam, hanc sequitur defectio de siderij cibi. Apostemata hæc aut calida sunt ex calore in tactu intelligenda, grauitate quoque & dolore & febre ac siti, aut frigida sunt, & tunc aut flegmatica, ex mollicie tumoris sub tactu intelligenda, albedine quoque coloris in corpore, aut ex colera nigra, & intelliguntur ex duritie, grauitate, & crositudine corporis ac mutatione coloris in liuiditatem, aut viriditatem. Omnia vero splenis apostemata, sequitur pro magnitudine sui, siue macilitate, vel macies, vel crositudine corporis. Vnde Hyppocras dixit. Si splen. sit magnus macrefcit corpus, & si splen macrefcat impingatur. Patientibus autẽ apostema in inferiori parte splenis, necesse est vt sanguis fiat subtilis, extremitas calida, auriculæ frigida.

De Passionibus fellis. Cap. CXII.

Assio in felle est icteritia, quæ vel ex opilatione contingit, vel ex defectu virtutis appetitiuæ. Ictericia enim aut est ex actione naturæ coleram rubeam in exteriora corporis secundum cūm expellente, aut ex complexione calida quam patitur epas, cibum in coleram rubeam mutans, ac per omnia membra corporis mittens, aut ex calore nimio venis dominante, vnde cibus in coleram rubeam similiter mutatur, & corpori toti mandatur, aut ex mutatione quorundam humorum corporis qui sunt in membris, & similiter in coleram rubeam mutantur, quod fit ex calidis rebus, & venenosis, aut ex potione calida, & venenosa, aut ex complexione membro calidissima, quæ humores in coleram rubeam mutat, aut ex defectu virtutis appetitiuæ, quæ in felle est, & coleram trahit ab epate sanguinemque mundificat. Remanet autem in epate colera mixta cum sanguine, vaditque per venas ad omnia membra corporis, aut ex opilata via epatis ad fel, quæ coleram contrahit ne ad ipsum tranfire possit, remanetque mixta cum sanguine, vadens per venas ad totum corpus, aut ex viuis fellis opilatis vërisus intestina, vnde colera augmentata reuertitur ad epas, & cum sanguine vadit per totum corpus. Intelligitur autem hæc diuersitas, quia quæ opilatione fellis est superioris vel inferioris, digestionem albam, & citrinam vinarum facit, quod non est propter fel, sed propter epatis passiones, vnde digestio cum colera iungitur. Et si sit cum epate siue fellis apostemate fit digestio colericæ solutionis, & febris grauitas in dextro latere. Si autem epas & venæ sint salubria, fit calor naturalis in vrina. Sciendum quoque quod ictericia propter epas, & venas subito apparet, & venit aliq̄ vero species rationes sunt. Razi vbi supra. Ictericia fiat aut propter caliditatem epatis in natura sua multam, aut propter calefactione eius ex cibis aut medicinis calidis, aut propter coleræ rubre multitudinem, aut quia natura expellit eam ad exteriora, aut ex mersione vermium, & animalium venenatorum calidorum, aut propter caliditatem fellis in attractione coleræ, aut propter opilationem meatus, quæ ad intestina expellitur colera. Fel quidem habet orificia tria, scilicet vñi attrahens epati, aliud ad intestina, tertium ad stomachum. In his tribus meatibus accidit opilatio. Isidorus. Hicteris autem Græci appellant a cuiusdam animalis nomine quod fit calor felis. Hunc morbum latini arcuatum dicunt, a similitudine celestis arcus. Auriginem vero appellari Vatro ait a colore auri. Regium autem morbum inde æstimat dictum quod vino bono, & regalibus cibis facilius curetur. Glosa super Amos. Aurigo dicitur morbus, quia in homine nascitur ex abundantia corrupti fellis, quæ corruptit sanguinem ac vertit in pallorem, & quæque dulcia in amaritudinem conuertit.

De Ictericia citrina, & nigra. Cap. CXIII.

Vicenna vbi supra. Ictericia est alteratio coloris corporis feda, tendens ad citrinitatem, aut negritudinem propter cursum humoris citrii, & nigri ad cutem, & quæ sequuntur ipsam sine putrefactione. Quæ si associatur

aut ei faceret accedere tertianam in citrina, & quartanam in nigra. Causa citrine secundum plurimum est ex parte epatis & ex parte fellis. Causa vero nigre est ex splene, & quando que etiam ex epate. Aliquando autem accidit vt sit causa citrina, & nigra simul ipsa complexio communis corpori. Citrina quidem fit aut propter multitudinem generationis coleræ citrine, aut propter prohibitionem euacuationis eius. Porro multitudine eius quod de ea generatur, aut est propter membrum generans ipsam, aut propter materiam a qua generatur propter causas extraneas. Membrum autem generans eam in natura, est epas. Quod cum valde calefit propter causas calefacientes scilicet aut propter apostemata in ipso, & in meatu coleræ, aut propter opilationem retinentem coleram a felle, aut propter caliditatem complexionis coleræ, & cum calefit complexio epatis valde, facit coleram, sicut alias dictum est. Generis vero non in natura est totum corpus. Quod cū superflue calefit, quod in ipso est, ex sanguine conuertitur ad coleram, porro materia inibi a quibus plurima colera generatur, aut propter caliditatem ipsorum, aut velocitatem conuersionis eorum ad caliditatem in stomacho calido. Causæ vero extraneæ sunt vt caliditas extrinseca dominans super ipsum, & ipsa in ea propter causam, quæ est sicut motus fer pentis, aut percussio vespæ, vel huiusmodi: talibus quidem non conceditur vinum, nisi plurimè commixtum, nec ex carnis lumere nisi quod leue est, & ius carnis auium. Omnis quoque qui habet ictericiam ex causa calida, oportet vt viciet vigilas, & iram, & motum plurimum, & balneum. Fertur autem quod ictericia iuuatur per considerationem in rebus citrinis, hoc enim mouet naturam ad expellendum materiam citrinam ad cutem, & alleuiatur in ea curatio. Ictericia porro nigra epatica quando est propter vehementiam caliditatis epatis, & adurit sanguinem ducendo ipsum ad nigredinem, facitque multiplicari melancoliam in corpore. Quod si ipsam iuuetur ex splene, & meatu aliquid completur res. Quandoque vero est propter vehementiam frigiditatis eius, propter quam conturbatur sanguis & nigrescit, quandoque vero propter apostemata frigida & dura. Nigra vero quæ est ex causa totius corporis, aut est propter vehementiam caliditatis eius, & adurit sanguinem, sicut quæ nigrescit eum, aut propter vehementiam frigiditatis, & ipsum congelat atque denigrat.

De Arena & lapide in renibus. Cap. CXIII.

Constanti. vbi supra. Passiones in renibus sunt arena, lapis, apostema, vulnera, sanguinis mensura, diabita. Arena lapisque sunt ex calore nimio renium, & ex humoribus crosis atque viscosis desiccantibus humiditatem propter calorem, sicque crositudo permanet, & fit petra longo tempore desiccata, maxime si adiuuet strictio vix, vnde vrina de renibus ad vesicam transit. Gali. dixit, quod aliquando lapis est ex vulnere in renibus sanè facientibus, non purgantibus, vnde coagulatur, & lapis efficitur. Ex hac causa atq; mensura fit lapis in renibus, & in vesica, quem scilicet lapidem medici dicunt in epate generari, & in orbo intestino, & in colon & matriculis. Sed Gali. dixit se vidisse quendam hominem diuurnam ruffum habentem serasse lapidem, & sic a tussi sanatus est. Huius causa fuit nimia caliditas, & augmentatio humorum in his membris se inuicantium. Significatio quidem arene lapidisque si a renibus fit, est quod vrina paulatim exit cum ardore, & arenosa, dolorem habet patiens in anchis, & grauitatem in renem loco, aliquando quoque dolorem testiculi, qui est in parte infirmi renis, & dolorem pedis cū dormitione illius lateris, quod fit ex colligantia renum ad pedem per artem. Arenæ color a renibus exantur diuersus est, quædam enim est citrina, quædam cinerea. Oportet autem medicum in hac passione perquirere nimium esse insectum, aliquando nanque est in intestinis, & putatur in renibus esse.

De Carteris passionibus renum. Cap. CXV.

Apostema in renibus solet esse calidum, quod intelligitur ex dolore, & grauitate, & ardore infirmi renis parte, & ex siti, febris, & dolore capitis, vomituque, & digestionem citrina, & vrinæ duritie. Vulnera fiunt in renibus, aut ex causa exteriori, vt percussione, vel casu, aut ex interiori, sicut ex acutis & calidis humoribus. Horum significatio est

dolor in femoribus, sine grauitate, & sine sanie, & sanguinem exire, & squamas in vrina. Aliqñ etiam exeunt frustra velut carniū, quod fit quando putrefiunt carnes renū. In renū vulneribus exit vrina facile, & nõ dura. Porro sanguinis exitus aut ab interiori cã fit, aut ab exteriori. Ab interiori quidem cum virtus digestiua deficit in renibus, & colamentum sanguinis sicut oportet, non mutatur, aut cum virtus contentiua, quæ est in venis deficit, neque sanguinem tenet, sed cū vrina emittit, aut ex largitate vix vrinæ ad renes, cum subito exit vrina, & sanguis cum ipsa, quod sine dolore fit, aut paruo si fit dolor aliquis. Aliquando vero sanguis de renibus exit interpolando, sicut ex emorroidale huiusmodi sentitū dolorem versus femora. Sed cum sanguis exierit, dolor quic scit, aut est de marcentibus venis, vnde in his paulatim exit sanguis, aut ex alio cuius venæ in renibus fissura ex multi sanguinis contentiua, ab exteriori vero causa fit, vt percussione vel casu. Diabita fit propter fortitudinem appetitiuæ virtutis, cum qua trahitur colamentum sanguinis, idest vrina, hæc aut fit ex nimio desiderio renū ad aquosam humiditatem, quæ pp magnitudinẽ sui caloris aquosa desiderantur, vt calor extingatur. Vnde trahunt humiditatem ab epate sibi, & ab oibus membris, quod facit pati nimiam sitim, & desiderium membrum corporis ad aquosam humiditatem. Fit etiã propter defectiõnem virtutis contentiua, quæ non potest humiditatem tenere sibi venientem ab epate. Huius passionis signum est vrina sine ardore alba subtilis vt aqua. Infirmitas cum aquam biberit velocius eam mingit, quia renes eam ab epate trahunt antequam in eo mutetur, & expellunt a se cū non possunt retinere. Sciendum autem quod si senes patientur in renibus, non sanantur.

De Calculo, siue lapide in vesica. Cap. CXVI.

Passiones in vesica sunt lapis, vulnera, stranguria, vrinam quoque præter voluntatem exire. Lapis inde nascitur in vesica, vnde & in renibus, scilicet ex humoribus crosis atque viscosis, & calore in substantia vesicæ, & ex colli eius angustijs, maximeq; fit in pueris, nascitur enim in senibus non bonam dietam tenentibus, sed vnde potius humores crosi atque viscosi generantur. Huius passionis signum est dolor in loco vesicæ, & in virga purigo, & vrinæ eruditas, quæ subtilis est, & alba, estque durities in ea, & cum illa exit arena. Isidorus vbi supra. Calculus est petra, quæ in vesica fit, vnde & nomen accepit, gignitur autem ex materia flegmatica. Razi in lib. de calculo. Calculum generant cibi crosi viscosi, & omnia, quæ ex tritici farina fiunt, azima, lac crosium crudum vel coctum, & maxime caseus siccus, pisces recentes crosi, & magni corporis. Oua cocta dura, & frixa, sicut crosi, pira, persica, & huiusmodi, quæ in corpore multiplicat humorem crudum, multum vti sale vel carnis crosis, & aquis turbidis vel frigidis, diu iacere supinum in mollibus culcitræ, & multum vti coitu, maxime post repletionem, nimis quoque labor dotti ac renem, & balneari post cibum. Ab his ergo abstinere oportet eos, qui ad calculum parati sunt, vel qui ab huiusmodi passione custodiunt se volunt. Cibis autem ac medicinis uti, quæ cannales mundificant, & venas purgant, humoresque crosos subriant. Huic autem regimen tale conuenit, triticum eligendum est leuissimum, & omnino densitate, & crosicie carens, in cuius farina sal, & fermentum apponatur quantum sustineri poterit, sicque non nocebit. Conueniunt autem faseoli, ciceres, qui & medicinales sunt. De carnis autem eligenda sunt gallinacæ, & edulinq, possunt etiam edi arcticæ. De generibus autem vini eligitur album subtile, de oleis apium, endiuia, parum de eruca, ruta, & menta. Raphanus autem, & portulaca, & comestibilis carduus, & asparagus, nõ solum boni, sed etiam medicinales sunt, de fructibus autem ficus, precocis albæ, purgant enim quod est in canalibus ad natum vrinæ. Amigdalæ quoque aliquantulum amaræ, fictici quoque, & vix passæ a nucis purgatæ non illaudabiles sunt. Zuchara etiam & mel congrua sent, magis autem zuchara, eo quod minus dulcis est, nec tantum calefacit vt mel, hæc enim duo dominium habent in regimine calculi, scilicet parum calefacere, & multum inscidere, ac subtiliare.



Vicenna vbi supra. In causa generationis lapidis renes & vesica communicant, quia lapidis generatio non completur, nisi ex materia patiente, & virtute agente. Materia quidem est humiditas viscosa, crosta, flegmatis, aut fa...

Quibus personis maxime solet uterque lapis accidere. Cap. CXVIII.

In renibus aduenit plurimum lapidis renem quam lapis vesicæ. Infantibus autem & his qui sequuntur eos e converso. In infantibus autem & adolescentibus fortis est virtus ex...

quo generetur lapis, est ille qui est sicca natura secundum plurimum, & calidi stomachi, nec exiccatore natura secundum plurimum propter attractionem humiditatum ad epar, deinde de vero membra vrinæ ipsius, & ad summum siccitas naturæ...

De Ceteris passionibus vesicæ. Cap. CXIX.

Vulnera sunt in vesica sicut in renibus causa iam dicta. Sed est in vesica durities, & ardor vrinæ. Aliquando vero vrinæ sicut subtilis apparet scintilla, vel furfura. Idem vbi supra, stranguiria dicta est, eo quod stringat vrinæ...

De Passionibus siphach. Cap. CXX.

Passiones siphach qui est in ventre sunt fistula, crepitura, raritas. Et aliquando zibum, & intestina egrediuntur extra siphach contra lacertos ventris, aliquando contra umbilicum, & sub umbilicum, in quam partem zibum tendit, & intestinum. Apparent autem quandoque tumor & apostema, & videtur esse crepitura. Crepitura dum est in...

hiculorum, appellatur hernia testiculorum. Hæc passio nascitur aut ex nimio motu sicut saltu, vel nimio clamore, aut graui rei pondere, vel percussione super ventrem, & maxime si super prandia hæc euenierit rumpitur, & crepatur siphach. Aut ex crosis humoribus similiter contingit, aut ex ventositate ventrem, & intestina inflante, aut ex humoribus viscosis se lubricantibus in intestinis, in inguina se proieciuntibus. Discretio autem inter apostema, & hunc morbum, hæc est, ut infirmus iaceat supinus, & quod exierit tangatur atque in locum suum reducat. Quod si facile redierit crepitura erit. Si non tumor est vel apostema. Sciendum autem quia si crepitura parum sub umbilico fuerit molestissima fit. Ibi est enim intestinum subtile, quod cum cibi præmitur sufflaturibus dolorem sentit infirmus.

De Passionibus testiculorum. Cap. CXXI.

Passiones in membris generatiuis sunt aut intestinales, aut in virga, aut in matrice, aut in vberibus. In testicularibus quidem, aut in eorum substantia, ut inter substantiam, & in venis (sunt, aut in interiori cute. Si passio fit in eius substantia desiderium auferit libidinis, & generationem, aut paritatem facit spermatis, & apostema, & vulnera. Ablatio libidinis aut concatenatione fit horum membrorum, sicut in epilencia videtur, aut ex paruitate spermatis. Paruitas autem spermatis est, aut ex minoratione cibi, aut ex complexione frigida, & sicca dominante testicularibus, quæ materiam sibi venientem mutare nequit in substantiam spermatis. Ablatio generandi fit ex nimis mala complexione testicularibus dominante. Et hæc est aut nimis calida, quæ spermatis incendit materiam, aut nimis frigida quæ congelat, & adiuuat eam, aut humida quæ dissoluit, aut sicca quæ incrostat. Extrinsecus vero sperma præter voluntatem, nec erigi virgam accidit, ex continuz virtutis in testicularibus defensione, & expulsiue fortitudine, & calore, vel humiditate dominantibus complexioni suæ. Quod fit cum spermatis instrumenta patiuntur spasmi sicut in epilencia videmus. Hi enim quando spasmanter motu non naturali mouentur, deinde quod habent spermatis expellitur. Apostema calidum intelligitur ex magnitudine testiculorum, & rubore, & calore, ac dolore eorum. Frigidum autem, & flegmaticum ex albedine coloris, quia liuidum est ac durum, quod inter eorum substantiam & pelliculam nascitur adunatio est humiditatis aqueosæ, & frigida, sicut videmus in hydropticis. Quod autem inter eorum, & pelliculam tumor est carnosus, qui nascitur ex humoribus crosis, in hæc loca descendentes, quod autem in venis varices sunt, quarum eadem est causa qua, & in erubis sunt, plurimum vero nascuntur in sinistro testiculo, propter caloris sui paritatem, quod autem in cute nascitur exteriori pelliculæ sunt vulnera, pruriginæ, aliaque similia.

De Passionibus virgæ, & matricis. Cap. CXXII.

Passiones in virga sunt, aut in eius substantia, aut in via. In eius substantia fit illa quæ vocatur moriaphismos, id est erectionis multitudo, & titillationis passio, apostema ta, vulnera. In eius autem via fit constipatio. Erectionis frequentatio provenit ex humida, & viscosa ventositate, & calore immoderato, quæ intelliguntur ex erectione nimia siue titillatione, quod ex ventositate crosta contingit illic inclusa. Huiusmodi patiuntur humorem calidum, & erigere nimium, aliquando quoque molliem vaforum spermatis, & aliquando spasmus. Qui vero spasmus incidunt cito moriuntur, cum eorum venter intumescit, & eorum sudor frigescit. Apostema ta porro, quæ patitur virgæ, sunt exteriorum membrorum passiones similia. Opilatio denique, ex constipatio intelligitur ex ardore vrinæ, & exantibus duritie, & ex crosis humoribus sanieque, sanguine, & squamis cum vrinæ exantibus. Passiones in matrice sunt mensurorum ablatio, siue constructio fluxus sanguinis, dissolutio, suffocatio, inflatio, ventositas, apostema, tumor, separatio, conclusio, emorrosis, fistula, vulnera, mollietas conceptionis ablatio, frequens abortio, durities patiendi.

Mensurorum exitum, & ablationem eorum præter naturam oportet intelligi. Itaque mensura mulierum exeunt, cum xij. annum expleuerint, & plurimum in xiiii. Aufertur tamen quibusdam circa xxxvj. annum quibusdam circa. Hermafroditus non habet mensura vel sperma. Mensura quidem naturalis sunt continua per duorum dierum spatia, vel plurimum vj. dierum quæ si transcurrant, non sunt naturalia. Grauiatur autem mulier cum tempus mensurorum veniat, quæ vero mensura sua diu differt, molestam ei ac duram est, quia multæ quantitatis subito purgamentum succedit. Tempus interpolationis, xx. dierum est, & vsque in duos vel plures menses ascendit. Quæ vero post hoc tempus mensura veniunt naturalia non sunt. Evocatur hæc mensurorum constructio, quæ fit ex passione in vulua, vel in corpore toto, vel in vno membro. De vulua quidem propter apostemata, vel propter vuluæ torturam, aut ex abortu nimio vel percussione matricis, aut ex opilatione vel ex frigida complexione venarum ora claudente, vel ex humoribus crosis atque viscosis viam implentibus, aut ex vulneribus in eis coagulatis. De toto corpore vero propter febres, aut propter corruptionem complexionis, sicut hydropticis. Porro de vno membro sicut de passione pectoris stomachi, & epatis. Fit iterum mensurorum constructio propter emorroides, aut sanguinem de naribus, vel pectore ex eunte. Aliquando quoque fit ex nimia crassitudine corporis præmente venas atque stringente. Huius constructio significatio vniuersalis est grauitas inferioris ventris, & dolor totius corporis, constructioque vrinæ, atque digestionis. Aliquando etiam vrinæ est nigra, deficitque virtus appetitiua, & aliquando mala appetunt cibaria. Sanguinis fluxus aut est ex defensione contentiue virtutis, aut ex subtilitate sanguinis & acumine, aut ex eadem multitudine, venarumque plenitudine, aut ex fistula venarum matricis, aut ex humoribus acutis, aliquando quoque ex nimia purgatione in parturitione, vel egressione fluxus ante tempus. Et quando quidem augmentatur sanguinis fluxus atque moratur, mutationem coloris mulier patitur, & tumorem, maxime in pedibus, & corruptionem virtutis digestionis, quod si amplius augmentatur moritur.

De Impedimento conceptionis. Cap. CXXIII.

Ablatio concipiendi fit ex parte femine, vel masculi. Ex parte femine fit, aut ex mala complexione matricis, aut ex officiali morbo aut ex humoribus in concavitate vuluæ se coadunantibus. Ex mala complexione, quia si nimia est & fortis, sterilitas efficitur, si autem, concipiendi vis auferatur. Si est calida, incenditur & corrumpitur sperma, si frigida, obstringitur, & obcluditur vulua; venarum que suarum ora, vnde transit sperma, & infligatur ac congelatur in ea. In testicularibus quoque propter eorum frigiditatem non multum nascitur sperma. Si humida, non potest continere sperma, si vero sicca fit crassum ac durum ibi nascens sperma, non extendens se, neque formatiuam virtutem sequens. Ex officiali morbo fit, aut ex constipatione viarum spermatis, aut ex apostematibus & similibus, aut ex humoribus in concavitate vuluæ coadunatis (sicut flegmaticis, colericis, aut melancholicis. Plurimæ autem femine conceptionem perdunt ex crassitudine nimia, quia zibum os vuluæ comprimit & opilat, ut non ad illud affluant mensura vel sperma, quod & si currant, parum est, & non valet. Ex parte vero masculi fit ablatio concipiendi ex mala complexione spermatis, aut ex morbo officiali. Ex mala complexione, quia si calida sit incenditur, si frigida, congelatur, si liquida, distillat. Ex officiali morbo, sicut est tortura virgæ virilis, vnde sperma cum exit, non recta via in vuluam tendit, quod intelligi potest, si non recte mingit. Itaque cognoscitur si conceptio propter masculinum aut feminam ablata sit, sedeat mulier super scammum, & pennis operata suffumigetur, si quidem ad os, & ad nares suffumigatio perforaret, non ipsa in culpa sed masculus est. Si enim os vuluæ clausum esset & ora venarum, vnde sperma transit ad vuluam, & mensura, suffumigatio corpus muliebre non perforaret. Similiter & si ibidem esset humiditas, extingueretur fumus, sicut calor spermatis extinguitur, si nimius calor, fumus dissolueretur ac dispergeretur. Alij vero antiqui dicunt quod

quod sperma masculi si super aquam posueris, & dilatur & patet super aquam, intelligitur esse frigidum ac subtile, nec valet, nec proficit. Si autem aqua infundatur, & commergitur, valet. Item si vulua in sua positione longa sit, & magna, brevis autem virilis virga, non potest sperma attrahere sibi, & ita culpa sit masculi. Potest iterum hoc intelligi ex significatione quam dixi malae complexionis in masculis siue foeminis, & in testiculis, ut macillitate & crassitie, nigredine, albedine, duritie, mollitie, multitudine quoque spermatis, & eiusdem paritate, crassitie que, & subtilitate.

De modo conceptionis, siue generationis. Cap. CXXV.

Mulier concipit quousque menstrua auferantur, & masculus generat usque ad annos septuaginta. Plerumque vero usque ad octoginta, secundum virtutem caloris naturalis vniuersi, & secundum calorem in testiculis. Quidam autem in iuuentute non generant, sed in senectute, quia complexionem testiculorum frigidam, & humidam habent, post iuuentutem vero perfectam, calor eorum naturalis confortatur, & testicali calidiores efficiuntur. Ideoque generantur, & defecatur, unde sperma comburitur, & etiam defecatur, nec ad generandum proficit. Quidam autem in adolescentia parum generant, quorum complexio est nimis calida, & sicca, & incensua. Cum autem ad aetatem venerint, calor minoratur ac temperatur, scilicet aut ex aetate, aut ex mutatione dietae in temperamento frigida. Idem quidam in adolescentia foeminae in generant, & in aetate perfecta masculos quoniam in adolescentia complexio eorum atque testiculorum frigida est, & humida. In iuuentute autem, & senectute calefit, & defecatur, ideoque masculi generantur. Aliquando etiam ex mutatione dietae provenit. Significatio vero an mulier gratia sit haec est. Sentit masculus in coitu matricem virgam suam defugentem, sicut sanguis fugam sanguinem, nec egredi dicitur sperma matricem. A muliere vero os vuluae clausum, & coniunctum sentitur sine apostemate, & duritie vuluae praecedentibus, quod est ex concupiscentia matricis, ad ardorem recipiendi masculini spermatis. Menstrua quidem non curantur ex consuetudine, neque masculum videtur mulier concipere. In maxillis est venarum color viridis, & maxillae folio duriores, albedo in oculis est laetitia, viriditate contigua, faciesque similiter lentiginosa quoque est, hominationem, & virtutis appetitum deflectionem, malorumque ciborum desiderium habet. Si vis autem de conceptu certificari, da mulieri mellitatem in hora somni, si circa vmbilicem torcular patitur, concepitse cognoscitur, si non e conuerso. Melliteras de crudo melle hoc facit, quia ventositatem & inflationem gignit, vuluamque cum recto comprimit, ut vetustas non transeat, sed potius circumeat ac torcular faciat. Porro si vis certificari fetum masculinum esse, vide quia color mulieris pulchrior est, motus lenior, venter rotundus, color corporis rubicandus. Si vero color sedus, motusque tardus, & venter longus, in facie quoque lentigo fuerit, & aliquando etiam in cruribus pustulae vuluaeque, sexus foemineus erit.

De causis abortiendi, & difficultate pariendi. Cap. CXXVI.

Abortiendi saepe causa est, aut ab interioribus, aut exterioribus. Ab interioribus quidem propter humiditatem viscosam in vulua, quae fetum lubricat, aut ex mala complexionem vuluae, qua virtus concentua deficit, aut ex apostemate vuluae, aut ex nimio cursu menstruorum in conceptione, unde fetui nutrimentum minus venit, & moritur, atque a natura expellitur. Ab exterioribus autem, ut falsa, vel clamore, vel ira, vel letitia, si nimia sint, & subita. Sternutatione quoque continua vel percussione, siue castu, in ventre, vel dorso, aut ex catarrico, aut ex fetu magnitudine, aut ex nimio cursu sanguinis de aliquo membro corporis. Durities autem partuendi contingit, aut ex matre, aut ex fetu, aut ex secundina, aut ex aliqua re exteriori. Ex matre quidem si nimis crassa sit, aut eius vulua parua, aut si est virgo, vel simida, vel debilis, ut fetum expellere non possit, aut si apo-

stema in vulua habuerit, vel aliam passionem in aliquo alio membro, aut si non in tempore partus exierit. Ex fetu vero si nimis magnus aut crassus sit, aut parum leuis, & ad inferiora non descendat, aut si magnus caput, vel duo capita habuerit, aut mortuus fuerit, aut si plures sint, aut si non secundum ut oportet exierit. Caput enim prius exire debet, ita ut sint manus eius iuxta coxas extensa, aut pedes quidem prius, sed non distorti. Ex secundina vero, si non resquidatur ex crassitudine sua, vel si ante tempus se incidat, aut si nimis subtilis sit. Porro ex causa exteriori, sicut ex aere frigido constringente vuluam, & coagulante, aut aere calido corpus rarificante, & virtute deficiente, ut fetum expellere nequeat. In his autem omnibus si mulier sternutationem patitur facilitate aduauat partus, sicut Hippocras ait. Dicunt autem obstetrices quod parturire foeminam longum est, sed dolor ibi debilis est. In partu vero masculi dolor est acutus, sed velox. Item si de muliere ante partum sanguis exierit, partus erit durior, quod si moretur facilius.

De Passionibus mammillarum. Cap. CXXVII.

Passio mammillarum aut est vniuersalis, quia nascitur in eis sicut in aliis exterioribus membris mala complexio, apostemata, & similia, aut est propria, sicut calidum apostema nascens in eis ex coagulatione lactis. Quod intelligitur ex tumore & dolore, duritie quoque & rubore. Sanguis vero si coagularis sit, intelligitur ex duritie, paruoque tumore, sanguinis quoque dum mulgetur ostensione. Dicit etiam Hippocras hoc maniam significare. Galienus autem cum verum dixisse fateatur, non tamen semper sed raro, cum scilicet sumus sanguinis ad cerebrum venerit, aliquando vero si parturitur mammilla, ut vna, vel ambae contrahantur in grauiditate, unde signatur omentum fetum, aut etiam abortus, itaque si vna contrahitur, & gemini fuerint, vnus abortiendus erit. Et si quidem dextra masculus, si sinistra abortiatur foemina. Causa huius contractionis est, quia sanguis ab omnibus membris semper ad vuluam descendit, propter naturam laborem ad expellendum fetum. Igitur vulua aliquando a mammillis patitur in grauidatione duritiam, dolore significante in gemibus, & coxis, & oculis. Causa vero doloris est, quia sanguis augmentatus in mammillis, cum eorum natura expulerit, aut in inferiora corporis, aut in superiora expellit. Et si quidem in inferiora, coxae patiuntur, & genua. Si autem in superiora patiuntur oculi obstruunt, & teraque similia.

De Passionibus quoque coxarum, & pedum, id est scia, & arthetica. Cap. CXXVIII.

Constant. vbi supra. Passiones autem in coxis, & pedibus sunt scia, arthetica, & podagra, quae plurimum nascuntur, quibus cum cibo, & potu humores augmentantur dum quiescunt, coitumque frequententer operantur, & nimium, maximeque post cibum. Scia est passio siue dolor nascens in concatenatione coxarum. Et differt ab arthetica, de qua postea, quia dolor huiusmodi est in ossibus coxarum exterioribus, descendens usque ad concatenationem genarum. Aliquando etiam usque in calcaneum, & extremitatem pedum, ab extranea parte. Nascitur autem ex humoribus crassis, & sanguinolentis, aut crassis & slegmaticis, in concatenatione coxarum inclusis, & aliquando quidem in concatenatione sua separatur coxa, propter viscositatem materiae. Quod, si diu motetur pedes contrahuntur, claudicatio subsequitur, quia pedes non cibis, ut oportet reficiuntur. Unde Hippo. in affo. Qui dolent inquit in coxis, si dolor se prolongauerit, & coxa disconcatur, necesse est ut pes contrahatur, & homo claudus efficiatur, plerumque sit hoc in partibus similibus. Arthetica vero est dolor in concatenatione membrorum nascens. Et aliquando quidem in concatenatione membrorum pedum, ut in calcaneo, maximeque digitorum pollicibus, & podagra vocatur. Aliquando vero in concatenatione genarum, vel manuum, vel cubitorum, & tunc arthetica sola vocatur, nascitur etiam plurimum in concatenatione maxillarum, & articulationum colli, epatis, & splenis, ut causa eius intelligi non possit. Huius causa est concatenatio defecta, ad quam implendam, & extendendam descendit humorum materia, membraque & eorum ligamenta extendit, ac dolorem nimium facit.

facit. Causa magnitudinis doloris duplex est, quia nervi, & ligamenta sensibilia sunt, & materia quae in concatenationem descendit, non cito dissoluitur propter duritiam illorum locorum, quia nec habet vbi moueatur & discurat sicut mollia membra. Defectio concatenationis membrorum, aut naturalis est, aut accidentalis. Naturalis quae scilicet ex parte reela initium sumit. Cum enim fundamenta membrorum ex spermate facta sint, quod in corporibus mixtum est cum humoribus, huius morbi generatur, filius qui hoc spermate generatur, in hunc morbum facilius incidit eidem apparatus, & cum sint in corpore patris membra quaedam debilia, sunt in filio similia. Accidentalibus autem sit ex labore nimio, vbi fatigata est concatenatio, sicut ex multo equitatu, & assiduo, aut ex mutatione nimia eiusdem concatenationis, aut ex percussione locum ipsius incidente, in quam humores descendunt aut quoniam in principalibus membris sunt, quae ad ipsam eos expellunt, aut propter coitum multum, maxime si post cibi saturitatem fiat, quae causa huic morbo generatio pessima est. Ihdorus vbi supra. Arthetica autem morbus, ab articulo sit passione nomen sumptis.

De Podagra. Cap. CXXIX.

Constant. vbi supra. Huius passionis pars in dolore potior, ubi potenter est podagra. Materia namque, podagra descendit in parua membra, id est in pollices, quorum concatenatio parua est. Ideoque materiam, si magna sit, capere non potest, unde nimium extenduntur, & sic dolor augmentatur. In maioribus autem membris, ut in coxis non sic, quia materia ipsa diuiditur, & ideo non sic extenduntur. Hippocras in libro affo. Paeni inquit, & eunuchi non sunt podagratici, quia coitu non vtiuntur, haec enim causa proter dictum est, huius morbi materia est. Causa quoque podagrae est talis dieta, quae impleat humoribus corpora, sicut est nimis cibus, & potus ebrietas, scilicet quies & inuitas, multumque quoque corporis negligentia. Passio podagrae plurimum mouetur in autumno, & vere. Nam propter inordinatam dietam, & crossam in hyeme acceptam humores in corporibus adunati, cum veris tempus venerit liquefunt, & currentes membra pungunt, & quae nocent, & ob hoc eos ad membra debilitata, huic morbo apparatus, expellunt. In autumno quoque adunatus humorum multi in corpore propter multos fructus comestus in aestate, qui tandem augmentati decurrunt in membra debilia sicut dixi. Ihdorus vbi supra. Podagram Graeci a retentione pedum dicunt nominatam, & a ferali dolore, si quidem omne quod immitte fuerit, abulsiue agreste vocamus. Itaque. Podagra est dolor calcanei, & plantae pedis cum diffusionem nervi, & pulsatione sui, nascens ex malis humoribus ad calcaneum descendentibus, qui si sint calidi, & acuti, dolor nimius erit, & pulsatio continua incensens calcaneum, si frigidi, & crassi, grauitas nimia sit, & extensio, & sine pulsatione tumor. Apostemata autem podagrae & artheticae passionis non sunt tumencia, quia tumor in solis carnosissimis locis, & membris nascitur, & habentibus visum sanguinis, horum membrorum humiditas viscosa, & frigida est nutrimentum. Item quia carne sunt nuda, non sunt tumencia plurimum. Haec nascitur suauiter & quiete videntibus, & exercitia negligentibus, & purgationes, ac mundificationes corporis nolentibus, maxime cum multum comedant & bibant. Haec enim res creant in corpore humores superfluos.

De Prognosticis futurarum aegritudinum. Cap. CXXX.

Ihdorus vbi supra. Prognostica praenatio aegritudinum a praenoscendo dicta. Oportet enim medicum & praeterea agnoscere, praesentia scire, & futura prauidere. Razi in Almansore iij. parte Saltus faciei diu permanens multus, & fortis torturam vicinam portendit, tortius vero corporis saltus multus, & diuturnus spasum prognosticat. Oculorum faciesque rubedo, & venarum in eis manifestatio, lachrymarum descensus, & claritatem pati non posse, haec omnia si cum forti dolore capitis allunt, frenesis futurae prognostica sunt. Inacuriositas, & scorthomia si diu perseuerauerit, & fortes extiterint, epilepsiam portendunt. Tristitia absque manifesta, aut perfecta causa diu permanens, & cordis malignitas, ac despectio melancholicam signant. Reumatismus, & coriza si frequenter enentiant, timendum est ne prius, vel asma, vel passiones pulmonis pronentiant. Sudor multus, ac diu perseuerans, cor-

poris repletionem signat, qui si male fuerit oleus febrem iam vicinam designat. Repletio quoque superflua tumorem emoptoicam passionis futurae, & apoplexiam, ac subitanam mortem affert. Praeterea sensuum turbatio, motuumque debilitatio, cum repletionem, timorem inducit apoplexiae. Cordis tremor fortis, ac frequentis, mortem subitanam portendit. Palpebrae, & extremitates inflatae prognosticant hidropisum, fatigatio & dilolutio, cum appetituum destructione, febrem signat. Multus faciei rubor est obfuscatione & angustia aerem attrahendi, vobisque rauedo lepram faciunt timere, quae iam incipit accedere. Grauitas in dextro latere, vbi carinae diminitur inuenitur, & punctura, & tensio, laesionem epatis significat. Pruritus autem venturas emorroidas signat, si non causa paruorum vermium ibidem existentium. Fetor egestionis innuit fastidium & grauedinem, quae in venis sit. Fetor autem vrinam putrefactionem sanguinis febreque futuras. Ex multis glandulis ortur suspicio magna collectionis, & paralisis parua magnam protendit. Qua propter cuiuslibet praedictorum causa subtiliter inuestiganda est, & ad eius sanationem festinandum.

De Signis mortis. Cap. CXXXI.

Idem in viij. parte. Cum facies igitur fuerit extenuata, & oculi concaui videbuntur, & tempora dilatabuntur, aureque frigida fuerint, & in circuitatem mutatae, quarum etiam extremitas, quae pendet inferius, contracta fuerit, & cutis faciei tensa apparebit. Praeter hoc etiam color citrinus aut viridis, aut niger apparuerit, nec aeger etiam multa prius euacuationem passus fuerit, haec omnia signa mortalia sunt. Vrina praeterea nigra, & sputum nigrum, & sterces nigrum, ex signis mortalibus sunt. Et si cum praedictis febris magna fuerit incendi, signa valde mortalia sunt. Item fetor anhelitus, & oris in acutis aegritudinibus, signum est mortale. Item sudor in fronte post laboris multitudinem, & pulsus, ac motus debilitatio, mortale signum est. Similiter oculi stupidi, qui non mouentur, & tremuli qui non quiescunt, sed fere ex multo tremore circumire videntur, de signis mortis sunt. Frequens autem in lecto reuolutio, & verendorum discooperitio, & huiusmodi signa non sunt bona, significant ergo in aegro estuario nem & metis perturbationem. Item diuersitas caloris in aegro corpore, ut vnum ex membris sit calidum, praecipueque ex parte ventris, & alia membra sunt frigida signum est non bonum. Paruitas vnius oculi, vel oris contortio, vel alborum quae videntur in oculis manifestatio praeter solitum, & dormire ora aperta, haec omnia signa valde peritiosa sunt. Stridere quoque dentibus praeter solitum malum est signum, si cum acuta accidat aegritudine. Praeterea rubedo in albis oculorum, & venae rubet, vel nigrae in eis apparentes mala signa sunt. Extremitatum frigiditas in acutis aegritudinibus, signum est non bonum. Quod si frigiditas augmentatur, & cum hoc calor magnus in ventre fuerit, atque sitis, mortale est. Aegritudines acutissimae in senibus, & in complexionibus, & regionibus, & temporibus frigidis deteriores sunt, quam in horum contrariis. Tremor cordis qui perseuerat in acutis aegritudinibus, si gnium est malum, & singultus similiter, & si cui anhelitus contractus fuerit, & febrilis calor augmentatus, signum est perniciosum. Cum in aliquo membro oriatur apostema, vel dolor, & sequitur apostema, vel incendium ac sitis, malum est, & si cum eo tremor cordis accidit mortale est. Mortuorum nomina proferre, signum est malum. Et sitis vehemens cum sudore, frigiditate perniciosum. Flatus autem frigidus, cum debilitate virtutis egrum signat morti propinquum. Sudor frigidus cum acuta febre perniciosissimus est, cum post sudorem tremor sequitur malum est signum. Signorum autem virtutes inter se conferendae sunt, vnum enim bonum signum cum firmum fuerit, multis malis signis praeponderat. Aegritudo timorosa est, in homine semper sano, qui fere aegrotat. Hippo. in lib. affo. In quo morbo somnus laborem praestat mortale est. Item aegritudinibus quibuscumque incipientibus, si fel nigrum aut lursum vel deorsum exierit, mortale est, quibuscumque in febribus est alijs aegritudinibus oculi non secundum voluntatem lachrymantur, incontinentes est. In acutis morbis frigiditas extremitatum malum est. In osse vero aegrotanti caro liuida malum est. Similiter in vomitu singultus, & oculi imbei, in sudore quoque rigor, quibuscumque immoderatus dolor in cerebro sit, in tribus diebus pereunt, si vero os effugit sani sunt. Item quibuscumque cerebrum ab aliqua occasione motum fuerit, necesse est sine voce fieri statim.



Sidorus ubi supra. Afforismus est sermo brevis, integrum sensum proposita rei describens. Acor. Ex afforismis Hippo. iam superius quaedam locis congruis inferimus, & hic etiam in supplementum huius capituli pauca subiungimus. Hippo. ubi supra. Vita brevis, ars vero longa, tempus autem accurum, experimentum vero fallax, iudicium autem difficile. Humida dieta febricitantibus oibus conferunt, maximeque pueris, & oibus sic affluetis refici, dandum vero est aliquod tpi, & regioni, & etati, & consuetudini. Contemplari aut oportet egrotanti si sufficit ei dieta, an ipse post deiciat. Senes facillime ieiunium ferunt, secundo consistentes, pueri vero minus, & oium minime infantes. Horum aut ipsorum quicunq; an nos flores existunt, & qui crescant plurimum habent calorem innatum, & ideo plurimo indigent nutrimento. Senibus vero paruum inest calor, & ideo paucis indigent, eiusque febris non sunt similiter acuta, frigidam. n. habent corpus, ventres hyeme, & vere sunt natura calidissimi, somnique longissimi. In his ergo tpiibus, & oblationes plures danda sunt, innatus. n. calor multus ampliori indiget nutrimento. Aestate & autumno cibos grauius ferunt, hyeme vero facillime. Corporibus humidis carnes habetibus famem adhibe, famem omne corpus siccat. Quicunq; dolentes aliquid corporis plurimum dolere non sentiant, his mens agrotat. Qui in multo tempore extenuantur corpora tarde reuerti consueuerunt, & qui in medico modice. Quibuscumque iuuenibus existentibus veneres humidi sunt, his senescentibus desiccantur, quibus autem iuuenibus sicci, senioribus factis humectantur. Affluetis multos ferre labores, & si fuerint imbecilles ac senes, in suis etiam fortibus iuuenibus facilius ferunt, nam ex multo tempore coe sueta, & si deteriora fuerint infuetis minus molestare consueuerunt, oportet igitur ad consuetudinem conuerti. Mutationes temporum maxime morbos generant. Mulier ambidextra no fit,

LIBER XV.



LPHORABIVS ubi supra. Naturalis scientia contempletur corpora naturalia, & eorum accidentia, quae non habent esse nisi per illa. Sunt enim & corpora quaedam artificialia, quorum scilicet esse per artem, & voluntatem hominis est, ut vitru, & pannus, & lectus. Naturalia vero sunt, vt caelum, & terra. Et quae inter utrunque sunt, vt pluuia, &c. huiusmodi. Naturalium quidem, & artificialium corporum in hoc est confamilis dispositio, quod sicut in artificialibus inueniuntur res, quae non habent esse, nisi per ipsa corpora, & res a quibus, & per quas eorum esse existit, ita & in naturalibus, quae in artificialibus haec magis apparent. Illa namque quae non habent esse nisi per corpora artificialia, sunt vt ligatura in panno, splendor in ense, pemieta in vitru, sculpsura vel stratura in lecto. Res autem ad quas, vel per quas sunt illa corpora, sunt fines eorum, & intentiones, sicut pannus factus est vt cooperat, ensis vt feriat, vitru, vt infusa recipiat, lectus vt nos a terra suspendat, vel sustollat. Res a quibus illa sunt, actores & procuratores eorum sunt, vt politor ensis, & carpentarius lecti. Res vero per quas existunt, in o corpore duo sunt, forma. scilicet in ense acuitas, per hanc. n. operationem suam efficit. Et materia, vt ferrum. Similiter in panno materia sunt fila, forma vero coextio. Lecti quoque materia sunt ligna, forma vero quadratura. Similiter est & in ceteris. Quod ex istorum conjunctione provenit, eorum est actio & perfectio. Nullum. n. corpus aliquid agit, nec aliquid ex eo provenit vitru iuuamen, nisi cu forma aduenit in materia. Sic est igitur & in corporibus naturalibus, licet haec in eis non ita apparent, quia constitutiones eorum non ita sentatae sunt, sicut illorum quae visui subiagent (verbi gratia) vniu est corpus naturale, sed vt virtus qua inebriat, non est sentata nec eius esse cognoscitur, nisi per ipsam operationem. Et illa quidem virtus est forma vini, & eius constitutio. Eiusque comparatio ad vnum est, sicut a curas ad enses, quae si destruat non erit ensis. Similiter est, & in medicinis, quae non operantur in corporibus, nisi per virtutes provenientes per comparationem, quae virtutes non sunt sentatae, sed earum operationes. Et materiae quidem, & formae corporum, & actiones eorum,

& fines per quos existunt, nominantur principia corporum. Et accidentia corporum vocantur principia actionum, quae sunt in corporibus. Scientia vero naturalis facit corpora naturalia vel ostendendo quod ex eis sensibile est, vel probando quod ex eis est intelligibile, docetque cuiusque corporis materiam, & formam, & actiones eorum, & a quibus fiant, & fines per quos fiant. Haec igitur scientia dat principia naturalium corporum, & actionum eorum. Aristoteles in lib. de caelo & mundo. Summa cognitio naturalis, & naturalis scientia in corporibus existit, ac reliquis magnitudinibus, & impressionibus eorum, & in motibus ac principijs oium quae huic naturae similia sunt. Subiectum scientiae naturalis est corpus, non secundum quod est ens vel substantia, vel quantitatem habens, sed secundum quod est compositum ex duobus suis principijs, quae sunt materia & forma, & secundum quod est subiectum motui, & quatuor, ac permutationi, his. n. modis pot fieri consideratio de corpore, tertia Autem quae dicitur, si corpus coeli, & mundi consideratur a Philosopho, sicut quod est principium motus, & quietis essentialiter, a Mathematico vero secundum quod est hanc quantitatem, & a Divino secundum quod est ens substantia. Intentio igitur Philosophiae naturalis est dare principia quatuor, & accidentia, & concomitantia in o specie corporis. Principia, intellige quatuor causas. scilicet materiales, formales &c. Accidentia vero colorationes, perietates, asperitates, proprietates, differentias, &c. his similia. Dicitur autem haec scientia proprie Physica. i. naturalis, quia Philosophi Graece, natura Latina, licet medici ad sui palliationem hoc sibi nomen attribuant, sed improprie.

ALPHORABIVS ubi supra. Naturalis scientia dividitur in octo partes, quarum prima est inquisitio eius, quae communicant oia corpora naturalia, sive simplicia, sive composita. scilicet in principijs, & actionibus, & consequentibus ipsa principia, & hoc docetur in li. de naturali auditu. Secunda est inquisitio de corporibus simplicibus an sint, & quae sint, & quantitas eorum numerus, & hoc docetur in li. de caelo & mundo. Tertia de permutatione, & corruptione corporum naturalium coeter, & de his ex quibus componuntur, & de qualitate generationis, & corruptionis elementorum, hoc docetur in li. de generatione, & corruptione. Quarta de principijs actionum, & passionibus, quae propria sunt elementis tuis & compositis ab eis, hoc continetur in tribus primis libris de impressionibus, superius. Quinta est consideratio de corporibus compositis ab elementis, & de eo in quo coeant oia composita, sive similia partium, vt sunt aurum, & argentum, sive dissimilium. Sexta est de eo in quo coeant oia corpora composita similia partium, quae non sunt partes compositionis diversorum partium, sicut sunt corpora mineralia, speciei quae sunt mineralium, & de eo quod est principium, vnicuique speciei eorum, hoc docetur in libro de mineris. Septima de eo in quo coeant species vegetabilium, & de eo quod est proprium cuiusque eorum, & hoc in li. de vegetabilibus. Octava est de eo in quo coeant species animalium, & de eo quod est vnicuique eorum, proprium, hoc docetur in li. de anima & lib. de animalibus, ceterisque libris, qui sunt vtique ad vnum librorum de naturalibus. Et ite duae vltimae, scilicet septima, & octava sunt duae partes speculationis de compositione diversarum partium dissimilium, itaque scientia naturalis de omni specie corporum praedictorum dat principia, & accidentia eorum, concomitantia illa principia. Acor. Aliter Physica. i. naturalis scientia, tractat de inuisibilibus visibilibus causis, na corpus & ea quae sunt corporis, principaliter considerat. Corpus autem autem consideratur in generali cum partibus suis, & speciali. Si primo modo sic determinat de eo Arist. in li. Physicorum. Si in speciali autem est corruptibile, aut in corruptibile. Si in corruptibile, sic est in li. de caelo & mundo. Dicitur Arist. ibidem, & caelum est corpus non generatum, nec fabricatum, nec recipiens impressiones aliquas. Si sit corruptibile, aut ergo est simplex sic est in li. de generatione & corruptione, & loquor de simplicitate illa, quae opponitur compositioni naturalis, ex quatuor elementis. Si compositum, aut ergo aiatum aut non. Si non, est in li. Meteororum, ubi Arist. determinat de impressionibus, & de generatione grandinis, & niuis, & corporum mineralium, & coe similia. Si vero sit compositum animatum, aut igitur anima vegetabilis est animatum, & de tali determinatur in li. de vegetabilibus, vt de plantis, aut de anima sensitiva, & de tali in li. de animalibus, aut anima intellectiva, & de tali in li. de anima. Ceteri vero libri. scilicet de somno & vigilia, de morte & vita, de sensu, & sensato, de differentia spiritus & animae, supponuntur in li. de anima, & lib. de animalibus.

ARIST. in lib. 2. Physicorum. Eorum quae sunt alia quidem natura sunt, alia per alias causas scilicet propositum, artificium, & huiusmodi. Natura quidem sunt, quae cumque ab aliquo in seipsis principio mota, perueniunt in aliquem finem, vt animalia quaelibet, & partes eorum, ac plantae, & corpora simplicia, vt ignis, aer, terra, aqua, & huiusmodi, quae omnia videntur in seipsis habentia principium motus, & status, haec quidem secundum locum, illa vero secundum augmentum, quaedam autem secundum alterationem. Lectus vero est indumentum, & huiusmodi ab arte sunt. Est igitur natura principium alicuius, & causa mouendi, & quietendi eius in quo est primum per se, & non secundum accidentia. Vtrum autem sit natura, tentare demonstrare ridiculum est, quia rerum huiusmodi multae sunt, quae scilicet habent principium sui motus, manifestum autem per ignotum demonstrari non potest. Sillogizabile enim vtique aliquis caecus natus de coloribus, quare necesse est huiusmodi homines de nominibus habere rationem, nihil autem intelligere. Idem in 8. li. Nihil autem inordinatum est eorum, quae natura sunt & secundum naturam. Natura. n. omnibus causa ordinationis est, ordinatio autem omnis ratio est. Arist. in lib. 3. de anima. Natura nihil facit frustra vel ociose, nec deficit in necessarijs, nisi in coepletis, & in imperfectis, vel secundum aliam translationem. Perfecte operatur in rebus necessarijs, nisi sit in monstruosis rebus quae perfectae no sunt. Denique natura nihil facit ociosum, propter aliquod enim omnia sunt, quae natura consistunt, aut accidentia sunt eorum, quae propter aliquid sunt. Idem in li. de animalibus. Naturae vero cognitio nobilior est, quae per formam est, quam quae per materiam. Debemus itaque considerare formas, & in artifice defectari, qui fecit eas. In omnibus enim naturalibus rebus, & vilius, etiam est aliquid mirabile, natura namque nihil facit ociose, nec facit nisi quod melius est, & secundum ordinem, & resipit in finem. Facit autem omne quod facit, aut quia necessarium est, aut propter melius, eijctique superfluum ab opere suo, sicut & ars, & quanto diminuit in multitudine, tanto augmentat in magnitudine, dat autem vnicuique sibi conueniens, vt in instrumentum secundum operationem, qua indiget. Similiterque dat vtrumque, & instrumentum, quia non potest esse videns sine oculis, nec oculus esse aliquid sine visu. Non autem simul dat multos modos iuuamenti, sicut patet in animalibus. Denique natura cuiuslibet, est illi rei conueniens, ad quam est praeparata, nec potest esse semper quae non est secundum naturam. Quotilianus de ori. insti. lib. 2. Omnia itaque quae consummaturis artibus, ceum est initia a natura duxisse.

EX sum. de anima. In naturalibus idem est forma, quod natura sed forma est respectu materiae quam perficit. Natura vero respectu motuum quos elicit, vt forma ignis. Dicitur autem natura secundum Auicennam quadupliciter. Primo modo principium mouendi uno modo, & non sponte, sicut in elementis & elementis. Secundo modo principium mouendi diuersis modis, & non sponte, sicut est anima vegetabilis in plantis. Tertio modo principium mouendi diuersis modis & sponte, sicut est anima rationalis in animalibus. Quarto modo principium mouendi vno modo & sponte, sicut motus caeli, quod est intelligentia. Primo modo dicitur natura proprie. Diffinitur autem in physicis generaliter sic. Natura est principium motus, & quietis, eius in quo est per se, & non per viam accidentis. Acor. In summa vero nota, quod natura primo dicitur dupliciter. Vno modo natura naturans. i. ipsa summa lex naturae, quae Deus est, de qua dicitur Augustinus. Contra summam illam naturae legem a noticia remotam, sive infirmorum, sive impiorum, tam Deus nullo modo facit, quam nec contra seipsum facit. Aliter vero dicitur natura naturata, & haec multipliciter. Vno modo natura dicitur vis infusa rebus, ex similibus similia procreans, vt ex grano granum eiusdem speciei. Alio modo dicitur natura principium motus, & quietis, ut supra dictum est. Tertio modo cois vel vltima naturae cursus mortalibus uocens, secundum quod dicitur miracula fieri contra naturam: unde & dicit Apost. ad Romanos. Tu ante cum oleaster esses, contra naturam inferus es in oliuam bonam. Item quarto modo dicitur natura possibilitas creaturae, qua indidit ei natura naturans. i. Deus, vt ex ea fiat quod ipse vult. Et sic accipit ibidem in g. lect. d. Id naturae est cuius rei, quid de illa fecerit Deus. Arist. in li. 2. physicorum. Vt autem & a Speculum Doctrinale.

ura substantia eorum esse quae natura sunt, & quod primum inest cuiuslibet in formabile per seipsum, ut lectuli natura ligni. Naturae autem es. Vno igitur modo natura sic dicitur prima vnicuique substantiae materia in seipsis principium motus & mutationis habentium. Alio vero modo forma & species, quae est principium secundum rationem. Sicut. n. ars dicitur, quod est secundum artem, & artificiosum. sic & natura quae secundum naturam dicitur. de forma. Est igitur natura habentium in seipsis motus principium, forma, & species quae non est separata, nisi secundum rationem, magis est natura haec est quam materia, vnumquodque. n. tunc magis dicitur, cu actus alias endelechia sit, quam potentia. Quae igitur natura dupliciter dicitur. scilicet materia & forma. Sciendum quod de his Mathematicus & Physicus negotiantur, sed non Mathematicus accidentia speculatur in quantum talibus accidit, vt de abstrahit. Accidentia a corporibus, abstracta enim sunt a motu intellectu. i. intellectualiter, & nihil differunt, id est non abstrahuntur realiter. Neque. n. si mendacium abstrahentium, quod dicitur esse ibi abstracta, vel abstrahenda secundum rem. Philosophus quoque abstrahit, sed minus quam Mathematicus. Impar enim & par, rectum & curuum, numerus & figura, & linea sine motu. scilicet abstracta sunt, non autem caro, & os, & homo: quae sunt. scilicet de consideratione Physici, sunt huiusmodi. scilicet abstracta sine motu, & materia. Si autem ars imitatur naturam, eiusdemque scientiae est cognoscere speciem & materiam, ut medici sanitatem, & coleram, ac flegma in quibus est sanitas, & Physicus vtique erit cognoscere vtramque naturam. scilicet formam, & materiam. Ex libris fontis vitae. Materia quidem vniuersalis, & forma vniuersalis sunt radix omnium, & ex his generatur esse, quicquid est, haec enim duo praecedunt omnia, & in ea etiam omnia resoluntur. Materia quae vniuersalis est, ipsa est substantia quae sustinet. quae praedicamta, & est illis subiecta. Haec est per quam sensibilia subsistunt, in qua & inueniuntur, & in ea mutatur, & ad eam referuntur, & ab ipsa incipiuntur, & ad eam redeunt. Nouem vero praedicamenta sunt vniuersalis forma subsistens in illa. Porro distinctio nominum materiae scilicet & substantiae, haec est, quia nomen materiae congruit illi soli, quod paratum est recipere formam, quoniam nondum recepit. Nomen vero substantiae congruit illi materiae, quae iam aliam formam recipit, & per ipsam formam facta est prima substantia.

DESCRIPtio materiae primae haec est, quod ipsa est substantia existens per se, sustentatrix diuersitatis vna numero. Et iterum, quod est substantia receptibilis omnium formarum. Perficitur autem ex forma, non enim habet esse in actu absolute, sed tantum in potentia, quoniam esse non est nisi per formam, forma enim est essentia rei, & ipsa perficit essentiam materiae. Esse autem in actu, non est nisi ex conjunctione materiae, & formae, unde nec possibile est, vt forma sit sine materia. Esse igitur est existentia formae in materia. Quod autem esse rei non sit nisi ex essentia formae, signum huius est, quia id quod est aut est sensibile, aut intelligibile. Sensus autem & intellectus non applicantur nisi formae sensibili, aut intelligibili. Esse quidem materiale non habet materia ex forma, sed esse formale. Itaque materia mobilis est ad recipiendum formam forma vero est agens in materia, quia perficit eam, & dat ei esse. Omne quoque agens per seipsum non facit quicquid facit, nisi per suam formam. Materia vero non habet actionem, quoniam in se non est nisi receptibilis tuis. i. subiecta, vel parata ad recipiendum actionem. Itaque forma dignior est materiae, & ipsa est sicut anima, materia vero sicut corpus. Materia similior est priuationi, forma vero similior esse. Aestima ergo priuationem materiae sicut tenebro sitatem aeris, & formam in ea sicut lumen. Natura quidem materiae est multiplicari, & diuidi, & ipsa est causa multiplicationis ac diuisionis. Forma vero diuiditur, & multiplicatur per materiam, diuersitas autem quae est inter substantias, non est ex materia, sed ex forma, quia formae sunt multae, materia vero vna. Formaeque multiplicatio est ex materia, forma igitur existens in materia, quae perficit essentiam rei, per quam etiam factum est vnumquodque, est vnitas veniens a prima, & vera vnitate creaturae, quae non habet principium neque finem, nec mutationem, nec diuersitatem, ideo necesse fuit, vt vnitas ipsa creata haberet haec omnia, & per haec facta est dissimilis ab ipsa vnitate prima, & perfecta, nec est possibile, vt forma separatur actu a materia, quae sustinet eam, forma dico substantialis, nam accidentalitatis forma separari quidem potest, substantialitatis autem minime, nec intellectu, quidem resoluendo, & componendo. Pone ergo corpus exemplum materiae, Tomus Secundus. K k colore

colorem formæ, talis etiam est habitudo formæ ad materiam, qualis anima ad corpus, & intelligentiæ ad animam, formam namq; & materia continet, sicut intelligentiam anima, & animam corpus. Imaginare, q; essentia materiæ est virtus spiritalis in se considerata, non habens formam, essentia vero formæ lumen aduentum, quod attribuit ei, in quo est proprietatem, & intellectum speciei, ac formæ. Philosophi solent materiam appellare possibilitatem, quia possibile fuit ei recipere formam. i. eius lumen vestiri. Quo autem fuerit subtilior materia ac superior propter diffusionem luminis, in ea fiet ipsa substantia perfectior, sicut intelligentia, & anima. Cumq; res magis perua fuerit, speciem suam fortius seruetur. Materia & forma sunt finis rerum, res autem non est finita nisi per suam formam, nec habet res infinita formam, qua fiat vnum, & differat ab alia. Ideo namq; essentia æterna infinita est, quia non habet formam. Omnis quoque differentia non est nisi per formam, intelligentia namque & anima non apprehendunt res nisi per formam, & forte non coniunguntur, nisi cum formis propter similitudinem, & consuetudinem in genere. Igitur intelligentia non apprehendit rem, nisi per conjunctionem formæ suæ cum forma illius. Ipsaq; intelligentia est locus formarum intelligibilium, sicut yle naturalium. Substantia enim intelligentiæ facta est comprehensibilis omnium rerum per vnitatem essentis suæ, quæ duxit eam ad esse, formaque intelligentiæ perfectior, & clarior est forma animæ. Prima vero forma vniuersalis est origo omnis formæ, & ex eius scientia inquiritur omnis formæ scientia. Ipsa denique forma vniuersalis est substantia, sapientia perfecta, lumen purissimum, constituens essentiam omnium formarum.

De Informitate prima materiæ. Cap. VI.

Vgust. in lib. confessionum. 12. Nonne tu domine docuisti me, q; priusquam istam materiam informem formares, atq; distingueres, non erat aliquid, non color, non figura, non corpus, non spiritus, non tamen omnino nihil erat. Sed quedam informitas sine specie aliqua, & dum in hac informitate querit cogitatio, quid sensus attingat, conatur eam vel nosse ignorado, vel ignorare noscendo. Ego cum antea cogitarem eam vellem, fædas & horribiles formas perturbatas ordinibus voluebat animus, sed formas tamen, & id quod cogitabam, non priuatione omnis formæ, sed comparatione formarum erat informe, & suadebat vera ratio, vt omnes formæ qualescunque reliquias omnino detraherem, si vellem profus informe cogitare, & non poteram, citius enim non esse censebam, q; omni forma priuaretur, quæ cogitabam quoddam informe, & nihil formatum, nec nihil informe prope nihil. Et cessauit mens mea interrogare, hinc spiritum meum pleni imaginibus formarum corporum, & eas pro arbitrio mutantem, atque variantem. Et intendi in ipsa corpora, eorumque mutabilitatem alius in se, qua definit esse, quod fuerant, & incipiunt esse, qd non erant. Eundemq; transitu de forma in formam per informe quoddam fieri suspicatus sum, nō pro oīno nihil. Mutabilitas. n. rerū mutabilit̄ ipsa capax est formarum oīum, in quas mutantur res mutabiles. Arist. in Methaphisica. 8. lib. Materiam itaque dico illud quod est, quia hoc non est in actu, sed in potentia, forma vero est principium rei.

Quod omne compositum ex materiæ, & formæ corruptibile, est natura. Cap. VII.

Arist. in lib. Physic. 1. Omne quod fit corrumpitur, corrumpitur autem, aut ex contrarijs, aut in contraria, & horum media. Media vero ex contrarijs sunt, vt medijs colores ex albo, & nigro, quate omnia vtique, quæ natura sunt aut contraria, aut ex contrarijs. Funt quidem simpliciter solæ substantiæ, secundum quid autem alia. Quæ vero simpliciter sunt, alia quidem sunt transfiguratione, vt statua. Alia appositione, vt quæ augmentantur. Alia subtractione, vt ex lapide mercurius, alia ex cōpositione, vt domus, alia vero ex alteratione, vt quæ secundum naturam conuertantur. Omnia autem quæ sic sunt manifestum est quoniam ex subiectis sunt idest ex subiecta materia. Quod igitur fit semper compositum est, scilicet ex materia, & forma. Et est quidem aliquid quod fit, vt forma in materia, & est quidem aliquid quod hæc fit scilicet ens sub forma, & hoc dupliciter, aut enim subiectum, idest materia, aut oppositum idest priuatio. Eorū autem quæ natura sunt, vnum quodque non secundum accidens, sed secundum substantiam fit: ex subiecto, & forma igitur solum materia, & forma sunt principia per se. Componitur enim musicus homo ex homi-

ne, & musico, quodammodo enim resoluas rationes, in rationes illorum. Est autem subiectum numero quidem vnum, specie vero duo, & nos quidem materia, & priuationem alterum esse dicimus, & non esse vnum scilicet principium scilicet duo. Sed materiam per se, priuationem autem, & contrarietatem secundum accidens. Priuatio quidem formæ contraria est, subiectum vero materia, eam forma causa est eorum, quæ sunt & sunt, sicut mater. Dico autem materiam primum subiectum vnicuique, ex quo fit aliquid. Sunt itaq; duo principia rerum intrinseca per se, tertium vero per accidens, scilicet priuatio. Illorum quidem materia est, sicut femina, forma vero diuinum quoddam, & optimum scilicet in genere suo appetibile, quod priuationi contrarium est. Aliud vero scilicet materia, secundum sui naturam apud narum est ipsam appetere, & desiderare, sicut femina masculum, & turpe appetit bonū, quæ tamen per se turpis non est, sed secundum accidens scilicet per priuationem, & manet quidem materia in quantum subiectum est, secundum autem quod priuatio corrumpitur.

De Corporibus simplicibus, idest elementis. Cap. VIII.

Apherabius vbi supra. Corporum naturalium alia sunt simplicia, alia composita. Simplicia sunt, quorum esse non est a corporibus alijs, vt sunt corpora celestia, composita vero quæ sunt ex alijs corporibus, vt plantæ, & animalia. Arist. in lib. 3. de celo, & mundo. Omne corpus aut est elementum, aut ex elemento generatum. Elementum autem est ad quod cætera corpora resoluuntur, & est in eis potentia, vel actu. Sed ipsum non resoluuntur, neque permuatatur, neque cadit sub corruptione. Et hoc est corpus simplex non compositum. Corporibus autem simplicibus est motus naturalis, & quies. Res enim aut quiescit violenter, aut quiescit naturali necessitate. Et vbi quiescit naturaliter, illuc incedit naturaliter. Natura enim est in vnoquoque principium motus sui. Virtus autem est principium motus eius, qui est a realia. Omnis itaque motus, aut est naturalis, aut accidentalis. Naturalis est a virtute cum auxilio nature, vt lapidis deorsum. Accidentalibus autem virtute non cum auxilio nature, vt lapidis sursum: verumtamen his duobus motibus vitur aere, sicut instrumentum, vnicuique autem rerum est motus naturalis vnius, accidentalibus vero plures. Idem in Methaph. lib. 1. Diffinitio elementi est ista, scilicet q; elementum est illud de corporibus, cuius ordo vltimus est. Autem de medicina lib. 1. Elementa sunt corpora prima omnium corporum principia, quæ in corpora diuersarum formarum diuidi minimè possunt. Ex quorum commixtione diuersæ species generantur. Horum duorum sunt grauiæ scilicet terra, & aqua, duo vero leuiæ scilicet ignis, & aer. Et in alijs corpora duo quidem grauiæ plus iuuant ad membrorum generationem, & eorum quietem. Duo vero leuiæ, plus ad generationem spirituum, & motionem eorum, & ad mouendū membra, licet motio non sit nisi ab anima. Seneca de naturalibus questionibus lib. 7. Aegyptij quatuor elementa ceruunt, & ex singulis bina, maria & scemineæ, aerem enim marem iudicant, qui ventus est, sceminam vero qui nubilosus, & inhærens. Mare vocant aquam virilem, muliebrem omnem aliam. Ignem masculum vocant, quo flamma ardet, & sceminam qua læcet innoxius tactu. Terram fortiozem marem vocant, saxa scilicet, & cætes, ei quæ aratur & teritur sceminæ nomen assignant.

De Qualitatibus elementorum, & commixtionibus eorum. Cap. IX.

Purificianus ad Cosidre. Quatuor sunt elementorum copulationes, calido scilicet & sicco faciendis ignem, calido vero, & humido aera. Et si quidem cum frigidum, & humidum esse dicant, in sursum gelatis attendentes. Item frigidum, & humidum constituentibus aquam, arido & frigido terram. Horum actiua sunt duo scilicet calidum, & frigidum, passiuum humidum, & siccum. Cum autem in vnoquoque elementorum duæ sint differentie, vna ex duabus elemento dominatur. Ignis enim magis est calidus, quam siccus, & aer magis humidus, quam calidus, & aqua magis frigida quam humidum, & terra magis sicca quam frigida. Mouentur autem & in seipsa facile, cum per vnum communicant, & per vnum opponuntur, difficulter autem quæ per duas differentias contradicunt, vt ignis, & aqua, aer, & terra. Hæc autem in medio, & circa medium discreta sunt, nam terra quidem stat, aqua vero terræ circumposita, hæc autem continet amictus aeris vtrumque ambiens, & circa spheram aeris, ea quæ dicitur ignis. Ipse est enim in quarto extremum, sicut terra medium, Arist.

Arist. in lib. Meteororum. 1. Aqua quidem existit in aere scilicet per euaporationem, & aer existit ex aqua, quia sic dispositio vtique Deus gloriosus, & sublimis, non autem ex aqua fit aer, sed ex vapore multo, emanante per caliditatem, cui sua humiditate, quando eleuatur ex aqua & terra, vapor aquosus. Similiter non fit terra ex omni aere, sed ex aere multi vaporis, quando aggregatur & in spissatur. Sic igitur aer & aqua continue alterantur adinuicem. Dico autem quia sup illud q; est sup terram vincit aqua, & aer sine igne. Quod si ignis vinceret, cōbureret illud, & exicicaret. Ignis autem purus & nō turbidus est cōtingens orbem lunæ. Seneca vbi sup. Omnia igitur elementa in omnibus sunt, & omnium alterni recursus sunt, quicquid alteri perit, in alterum transit, & natura partes suas velut in pondibus constitutas examinat, nec proportionem æquitate turbata, mundus postponeret. Nunquam sine igne est aer, detrahe illi calorem rigescit, & statib, durabitur, & transtet in humorem. Sed nihilominus quodque non sine humore est, & ideo facilius in inuicem transtet, quia illis in quæ transeundum est iam mixta sunt. Habet igitur terra humorem, & hunc exprimit, habet etiam aera, & hinc haberi frigoris vmbra densat, vt humorem faciat. Hieronymus. In terre quoque visceribus ferrum, & lapides decernuntur, in quibus ignis latitat, aerem in terra esse probatur, dum humectat terra temperiem solis, acceptans vapores largissimos exhalat.

De Ordine, vel pondere quatuor elementorum. Cap. X.

Vgust. super Genesis ad literam. 2. li. Elementa quatuor non tantum locis, sed & qualitibus distinguuntur, vt pro qualitatibus proprijs, etiam loca propria fortiantur, aqua. s. sup terram, quæ etiam si sub terra stat aut labitur, sicut in antris & cauernis, nō tamen ea teræ parte quam supra, sed ea quam infra se habet continetur. Nam si ex parte superiore pars aliqua terræ delapsa fuerit, non manet super aquam, sed ea perrupta demergitur, & ad terram pergit, ibiq; tãquam in loco suo conquefcit. Illud itaque Psalmi. Qui fundauit terram super aquas, si quis ad literam cogit intelligi, non inconueniens, vel sublimia terrarum, sicut continentium, sicut insularum significat, quæ sunt aquis superiora, vel ipsa tegmina speluncarum, quæ super aquas pendula soliditate sunt firmata. Aerem vero superiorem esse aquæ hinc patet, quia nulli vas ab ore impressum aquis potest repleri, videtur, enim vas esse vacuum, sed aere plenum esse probatur, cui ore imo in aquam deprimitur, nam quia superius nō inuenit locum exeundi, nec inferius irrupit aquis subter eas cum ire natura permittit, plenitudine sua repellit eas, nec in vas intrare sinit. Cum autem vas ita collocatur, vt non habeat os deorsum, sed in latum inclinatam, tunc intrat aqua inferius aere exeunte superius, hinc etiam probatur nihil esse vacuum. Itaque si vas erecti pateat os in celum, cum in fundis aquam, aer ex alijs partibus quibus non in fundis sursum euadit, & aquæ deorsum locus fit. Qd si in ore vas deprimitur, vt vel ex latere, vel de super aquæ repente defluant, & vndiq; os vas obtegant, aer sursum nitens eas distumpit, vt eis ad ima locum faciat, & ipsa disruptio singultus vasorum est, dum partibus fugit, quia totus propter oris illius angustias tam cito intrare non potest. Porro si sub aquas aer cogatur ire ex vase, vt illo cedente vas ab ore in ima præfoso replere velles, facilius vndis, vndique cooperitur, quam per os eius ab inferiori parte gurta exigua locum intradi reperiat. Tam vero ignem ad superna emicantem, aliàs nitentem, & ipsius aeris naturam velle transcendere, ex hoc patet, quia si quis faculam accensam capite deorsum teneat, nihilominus flammæ conus ad superiora contendit, sed cōspiratione aeris circumfusis, & superius superatus extinguitur, & in eius qualitatem commutatur, & ad eius vniuersam altitudinem transtilit dam perdurare non potest. Itaq; super aerem purus ignis esse dicitur, vnde etiam sidera, & luminaria facta esse cōstant. Hinc et intelligi volunt, qui de ponderib, elementorum argumentantur, & rōnem sumunt, q; aer (si quis eius particulam in illis spacijs cœli sublimib, dimittere posset) necessario pondere suo caderet, donec ad aera subter spacia permearet.

De Ponderibus corporum. Cap. XI.

Arist. in lib. de vegetabilibus. Vniuersitatis constitutor varijs animalium generibus, & lapidibus omnem sensibilem ornauit locum, quorum causas, & naturas secundum quendam ordinem, & armoniam genitium impossibile est partibili animo, & sensu accipere, vanetatem quoq; concursus, Speculum Doctrinale.

& formæ, & vtilitatum, sive etiam ad se inuicem connaturalis habitudinis connexionem omnium causam, & virtutem, quō factor vniuersitatis bonus ex non existentibus adducit existentia, & naturis varijs exornat, quedam quidem simplia, & intelligibilia, quedam vero composita, & visibilia formans, vnam ipsi inuicem, & vniuersitati constituens vtilitatem, & connaturalitatem, velut ex vna coniunctione concathenationis prætantiam. Optimi vero factura omnino eadem, & si quibusdã partium cōtrarietates introducantur, & pugna ex mixtura est, & qualitatum differentia. Ex hoc enim non sine artificis ratione constitutum est, quod & animalibus, & herbis, & lapidibus corruptiua quedam sunt virtutes, & qualitates, quedam iterū viles, & salutare. Quod autem de lignis in aqua mergitur, vt vltus, vel hebenus accidit, quia partes eius compacte sunt, & meatus angusti, nec aer est in illis. Idem in lib. 4. de celo, & mundo. Omne graue recipit partitionem. Graue est res spissa, leue res rara, omne graue aut est molle, aut durum necessario, molle est, quod impellitur, durum autem quod non. Ignis quanto maior, tanto leuior, & incensus eius sursum velocior. Similiter aurum, & plumbam multum, velocius incedit deorsum, quàm paucum, similiter & reliqua grauia. Dixerunt quidam, q; de aptitudine vacuitatis est, sursum incidere. Sed impossibile est, vt res sursum incedat propter vacuitatem, quæ est in ea, cum vacuitas non incedat sursum, vnicuique autem rei plures sunt motus accidentales, naturalis vero vnius. Duæ sunt figure velociores motus, quàm reliquæ scilicet pyramis & orbicularis. Graue aut leue non nominamus nisi rem, cui virtus est, quæ mouetur motu naturali. Errauit autem qui dixit, q; in mundo non est sursum neq; deorsum, dicimus, n. hor. zontem mundi sursum, & quia in loco suo sursum est, & est primum in natura, leue itaq; absolutum est, quod incedit sursum & ad horizonta. Et graue absolutum est, quod incedit semper deorsum, & ad medium, nisi sit quod prohibeat. Leue vero comparatum ad aliud, & graue comparatum ad aliud est, qd duarum rerum æqualium in magnitudine, ac spissitudine, deinde incedit vna earum inferius, velocius altera. S. E. aut tendit ad suum sise, & pars incedit ad locum ad quem, & totum. Et dico iterū, q; locus qd est horizon. Tres cōtinentes res incedentes sursum, & res incedentes deorsum. s. mediū, & vltimum est procal dubio materia partū medijs, & vltimi forma continentis. Ideoq; corpus incedens ad locum suum, nō incedit nisi ad suum sise. Corpora vero quæ sunt inter duo loca sunt adinuicem similia. Nam aqua similis est aeri, & aer igni, & sicut in descendendo, aqua quoq; terræ similis est. Dico aut extrema ignem, & terræ, & vnum eorum non est alij simile, sed diuersa sunt, sicut ille, & forma. Similiter, & vnum quodq; corporum diuersificatur superius ab inferiore, sicut forma ab ile. Res. n. continens est in parte formæ, contenta vero in forma materiæ. Et iste modus cadit super oīs res generatas. Itaq; corpus, qd est sicut materia leue est, incedens semper sursum. Et corpus, qd est, sicut materia graue est, incedens semper deorsum. Igitur graue absolutum est, qd subfider oibus corporibus, leue aut absolutū natat super oia corpora. Non. n. intelligo per absolutum, nisi genus oīs rei, cui non insumt istæ duæ potentie, sicut ignis cui. i. inest sola leuitas, semper. n. ascendit vltimo quo cōsequatur horizonta. Vnde patet q; nō inest ei grauitas oīno, quia si esset sub alia re resideret, nunc aut super oia natat. Similiter neq; terræ leuitas inest, oīno cum ipsa sub oibus corporibus residerat, vnde oīs res in qua est ex partibus terræ plus est grauis in oibus locis, oīaq; corpora in locis suis grauiata sunt, nisi quæ sunt ex igne solummodo. Nam & aer in loco suo grauis est, & hoc signat vter plenus vento, qui qm plus hêt de aere, q; de terra, & aqua. In aqua quidem leuior est alia re, in aere vero grauior, non. n. super aerem natat, sed super aqua. Et aqua quidem, qd fit aer, permuatatur a grauitate ad leuitatem, & incedit sursum, diciturq; leuis in illo loco, nō quia leuis ipsa sit illic. Vnicuiq; aut corporum habentium grauitatem, & leuitatem, est operatio in loco suo, terræ vero est operatio in corporibus omnibus.

De Impressionibus corporum. Cap. XII.

Idem. 3. de celo, & mundo. Corpora quidem sunt ex superficiebus, superficies ex lineis, lineæ vero ex punctis. Non est autem linea, quæ non recipit partitionem, & diuisionem, nec est possibile, vt res diuidatur in rem, quæ non recipit diuisionem. Impressiones autem diuiduntur, aut per formam, sicut color in albedinem, & nigredinem, aut per accidens sicut res, quæ diuisionem recipit, non propter essentis suæ dispartitionem, sed propter dispartitionem differentis ipsam. Si ergo illud est, secundum Tomus Secundus. K k 2 hoc.



hoc manifestum est, & apparet, qd omne quod recipit diuisionem ex impressionib. non recipit diuisionem, nisi em hunc modum quem diximus. Si ergo illud est em hoc, tunc omne graue recipit partitionem. Item graue est res spissa. Leue res rara. Item omne graue, aut est molle, aut durum necessario. Molle est quod impellitur, durum autem quod non. Itaque corporum cõtinuorum quãdam diuisionem, & separationem velociter recipiunt, aliqua vero tarde. Et quanto res velocioris separationis est, velocior est ad impressionem suam. Aer itaq; velocioris impressionis est, quã aqua, & aqua quã terra. Idem in li. r. Metheoro. Orbis autẽ eius indiuidua. s. sol & luna, ceteraq; corpora cęlestia calefaciunt illud, super qd mouent motu circulari, ipsa vero nõ inflamaunt. s. passibiliter, neq; calefunt, quia non recipiunt impressiones peregrinas, i. alienas, orbis enim egrediens est a natura quatuor elementorum.

De Magnitudine mobili, & continuitate. Cap. XIII.

Idem in li. r. celi, & mundi: Corpus quidem diuisibile est in oēs dimensiones. Magnitudinis autem quãcumq; dimensionem hęc vnã, est linea, & quã duas superficies, quã vero tres corpus. Dicunt et pythagorici, qd totum i. perfectum, & res. s. completã tribus dimensionibus diuiduntur. s. fine, medio, & principio, & hic quidem numerus est omnis rei. s. perfectã, & completã, & signat trinitatem rerum. i. in rebus existentem. Nos vero non extraximus hunc nisi a natura rerũ, & retinimus ipsum similem legi eorum, & per hunc quidem numerum adhibuimus nos ipsos magnificare Deum, vnumq; creatorem proprietatibus eorum, quã creata sunt eminentem. Vnumquodq; corporum hęc tres dimensiones. Omnia vero corpora naturalia, & magnitudines, mouentur motu locali per se, quia natura est principium in eis. Idem in lib. Philo. Vnus autem motus dicitur multipliciter, s. genere, specie, & numero. Genere quidem vnus est secundum figuras prædicamenti. Locum mutatio quidem omni loci mutationi genere vnus est, non autem alteratio. Specie autem vnus, cum genere vnus, & indiuidua specie sit, vt coloris quidem sunt differentia, omnis aut dealbatio omni dealbationi idem secundum speciem erit, & omnis denigratio denigratio, albedini autem non. Sed simpliciter vnus est, qui substantia quidem vnus est, aut numero. Sunt autem tria em numerum, circa quã dicimus motum vni. s. quod mouetur, & in quo, & quando. Oem aut motum simpliciter vnus necesse est continuum esse, si quidem ois diuisibilis est, & si cõtinuus est, erit vnus, quia vnus sunt extrema. Multi autem, & non vnus quorum quies medium est. Dicit aut vnus et perfectus, siue em genus, siue em speciem, siue em substantiam sit. Aliqñ autem, & si imperfectus sit, vnus est, si solum continuus sit. Præter dictos autem modos, dicit vnus motus regularis. i. aequalis, & perfectus. Irregularitatis aut dicitur est aliqñ, quidem ab eo in quo mouetur, impossibile est. n. regulari motum esse in non regulari magnitudine, vt reflexi motus aut obliqui, aut alterius magnitudinis, quorum non conuenit contingens in contingente partem. Aliquid aut velocitate, & tarditate determinatur. Cuius. n. eadem velocitas est, regularis est, cuius aut non, irregularis. Idem in lib. 6. Continua sunt quorum vltima sunt vnus. Contigua vero quorum vltima sunt simul. Consequenter aut, quorum nihil est medium proximi generis. Impossibile est igitur ex indiuisibilibus aliquid esse cõtinuum, aut lineam ex punctis. Non. n. vltima punctorum vnus sunt, cum non sit in eis aliud vltimum, aut aliqua pars indiuisibilis, vnde neq; contigua sunt, quia nec eorum vltima simul. In contiguis quidem oibus, aut totum tangitur totum, aut pars partem, aut totum pars. Continuum. n. hęc aliquam partem extra aliam, s. ex quibus componitur, & diuiditur, & sic dissimilia, & loco discreta. Ergo et si tangant se puncta, non faciunt continuum, eadem est ratio in oibus indiuisibilibus. At vero neque consequenter inerit punctum puncto, siue vnus nunc, alteri nunc, & ides non erit his longitudo aut tps. Consequenter. n. est vnus alteri, quorum nullum est medium proximum, punctorum aut semper medium est linea, & ipsorum nunc tps. Amplius, ex quibus est vnus quodq; in ipsa diuiditur: Nullum autem continuorum est in impartibilia diuisibile, quare non potest ex his constare. Manifestum est. n. qd continuum diuisibile est, & in semper diuisibilia. Eiu sãdem aut ronis sunt magnitudo, tps, & motus. s. cuius ronis est continuum in gñali. Quare manifestum est nullum istorum ex diuisibilibus componi, vel in diuisibilia diuidi. Seneca de naturalibus quãstionibus lib. 6. Continuatio est partium inter se non intermissa coniunctio. Vnitas autem est sine commensura continuatio, & duorum inter se coniunctorum corporum tactus.

De Loco quid sit. Cap. XIII.

Risit. in lib. Philo. 3. Omne corpus est in loco. Et habet aut grauitatem aut leuitatem. Et graue quidem in medio secundum naturam habet fieri, vt terra, leue autem sursum. Idem in 4. lib. Quod autem locus sit aliquid in natura patet, quoniam ea quã sunt, in loco sunt scilicet corpora. Et quia secundum locum fit mutatio. Et quia vno corpore egrediente, & alio ingrediente, manet locus vnus & idem. Item quia habet aliquam potentiam a natura determinatam, vt patet in mutationibus phisicorum corporum, & simplicium scilicet ignis, & terræ, & huiusmodi, nam vnus quodque fertur in locum suum proprium, non prohibitur, hoc quidem sursum, illud autem deorsum. Sunt enim hic loci partes, ac species, sursum, deorsum, & reliquæ. 6. distantiarum, quã quidem non solum quoad nos positione differunt, sed in natura determinata sunt. Sursum enim est vbi fertur leue, deorsum autem vbi graue. Idem ostendunt etiam corpora mathematica, quia cum non sint in loco secundum positionem, tamen quantum ad nos idest, ad intellectum nostrum habent dextrorsum, & sinistrorsum: Item etiam illi qui vacuum aliquid esse affirmant, locum esse ponunt, vacuum enim locus erit prius corpus. Est igitur aliquid locum præter corpora, & omne corpus sensibile est in loco, per hoc aliquis concepiat. Habet autem locus distantias tres, scilicet longitudinis, profunditatis, & latitudinis, quibus determinatur omne corpus. Impossibile vero est corpus esse in loco, eodem enim essent duo corpora. Sicut autem omne corpus est in loco, sic & in omni loco corpus. Sicut autem omne corpus est in loco, sed neque minor, neq; maior locus est vnicuique scilicet locato. Et locus quidem alius communis est, in quo omnia corpora sunt, sicut cœlum. Alius vero proprius, in quo primo scilicet corpus est, si autem locus primus continens vnus quodque corporum, terminus quidem est, quare videtur forma, & species vniuersi quæ locus esse, quo determinatur magnitudo, & eius materia, hæc est. vniuersi quæ terminus. Sic igitur considerantibus scilicet locum in natura determinatum, locus vniuersi quæ species esse videtur. Materia vero secundum quod videtur locus esse distantia magnitudinis, idest dimensio, est enim equalis magnitudinibus, & est altera a magnitudine contenta sub specie, & distincta idest determinata huiusmodi, hæc enim est contenta sub specie, & distincta, sicut sub plano idest superficie, & termino, alio scilicet sub linea, & puncti huiusmodi autem scilicet vt dictum est, materia; cumque enim remotetur terminus, idest quãtitas, & passiones, idest, & qualitates, & species, idest, formæ substantiales, nihil relinquitur præter materiam, vnde & Plato locum, & materiam vnus & idem esse dicit in Thimeo. At vero quod impossibile sit horum quodlibet esse locum facile est videre, species enim & materia non separantur a re, locum autem separari contingit. Amplius quomodo ferrentur in locum suum, si locus esset materia vel species. Impossibile enim est id cuius, idest ad quod, non est motus neq; sursum, neque deorsum locum esse. Præterea si verè forma aut materia locus esset, erit locus in loco, transmutantur enim simul cum re, & mouentur & species scilicet forma, & infinitum scilicet materia. Multis autem modis dicitur aliquid esse in alio. Vno quidem modo sicut digitus in manu, & omnino pars in toto. Alio vero modo sicut totum in partibus. Alio sicut species in genere. Alio sicut genus in specie, vel pars speciei, idest differentia in speciei ratione. Alio sicut sanitas in calidis, & frigidis, & omnino species in materia. Alio sicut sunt in rege dispositiones, scilicet quæ sunt Græcorum, & omnino motum in primo motu. Alio vero sicut in optimo, & omnino in fine hoc est cuius causa sit. Omnino autem & maxime proprius modus est sicut in vase, & omnino in loco scilicet aliquid est. Et quoniam totum in partibus est, & econuerso, dicitur esse totum in seipso: quia scilicet totum, & pars eiusdem naturæ sunt, sed illo modo quo vinum est in vase, impossibile est esse aliquid in seipso. Quod autem opposuit Zeno, quia si locus est, aliquid in alio erit, facile est soluere. Nihil enim prohibet in aliquo quidem esse primo locum, non tamen in illo sicut in loco, sed sicut sanitas in calidis est, vt habitus, calor autem in corpore vt passio, quare non necesse est in infinitum abire. Dignum est igitur locum esse, & primo quidem continere locatum, & nihil rei esse. Amplius nec maiorem, nec minorem esse, nec deficere, vnicuique & separabilem esse, sursum, & deorsum habere, & vnus quodque corpus natura ferri sursum, deorsum, in locis proprijs manere.

Quid

Quid sit locus, quid esse in loco. Cap. XV.

EX his ergo patet quid sit locus. Forte autem quatuor sunt, quorum vnũ aliquid necesse est esse locum. s. aut formam, aut materiam, aut spacium aliqd in medio extremorum, aut extrema. Forma quidem vt esse, pp id qd continet. s. locus, s. s. forma. In eodẽ. n. sunt extrema continentis, & contenti, cum tangant se. Sunt quidem vtriq; termini. s. locus, & forma. Sed non eiu sãdem. n. eodem modo. Nam species quidem rerum. s. contentarum, locus aut continentis corporis. s. contentor diuisi. Materia vero esse vt, quia in alteratione manente materia, sit transmutatio, sic & in loci mutatione manente loco. Præterea in mutatione elementorũ vbi erat aer hic, nunc aqua. Idem autem locus, quia vbi erat aer hic. In eodem loco, nunc aqua. Sed materia (vt prædictum est) nec diuisa est a re, nec continet rem, locus aut vtremq;. Ex eo aut qd manente continente mouetur contentũ diuisũ, & vt ex vale aqua, vt locus esse spacium mediũ. s. receptũ in partes superficiẽ cõtinuentis. Quod aut vnus, & idem locus intra transmutatus recipiat diuersa corpora, sãdem successione, non vt possibile, nisi locus sit vltimũ continentis cũ spacio intercepto, supra qd succedat corpora. Hoc aut non est. s. qd spacium contentũ intra terminos continentis sit locus, vel aliquid loci, s. n. hãc dimensio imaginata esset locus, in finitũ essent loci in vno loco, essetq; alius locus, & multi loci sãt essent, qd est impossibile. Sic igitur nihil horũ trũ locus est, necesse est esse quatuor. s. terminũ corporis continentis. Dico aut contentũ corpus, qd mouetur em locum. Et alia quidem sunt in loco em potentia. Alia vero em actum. Nã partes contriui cũ sit vnũ ex eis em potentia in loco sunt, separate vero em actũ. Item quãdam in loco funt per se, vt eo corpus em locũ mobile, vel em augmentũ. Alia vero per accidens, vt asa, & cęli. non. n. cęli alia tũ est, nec in loco quodam, quia nullũ corpus ipsum continet, sub quo mouetur. Sed partes eius quãdam in loco quodam sunt. Oēs aut in eo qd circa sunt, contriuet. n. alia aliã, vt circulariter solum mouetur, qd sursum est, oẽ namq; i. vniuersum non est alieubi, quia qd alieubi est extra ipsam aliquid est, sed extra oẽ, & totum nihil est. Ideo oia in cœlo sunt, quia cœlum est, qd omne est. s. qd ad continentiam oium corporum. Est aut locus non cœlũ, sed cœli quoddã vltimũ, & tãgens mobile, terminũq; corporis quietis. Terra namq; in aqua est, & hæc in aere, hæc aut in ether, & hic in cęlo. Cœlum aut non amplius est in alio. Non itaq; locus necesse est spacium aliqd esse corporeum, nec punctũ esse locum. Et est locus alieubi, idest in alio non sicut in loco, sed sicut terminus, in finitio. Non enim omne quod est, in loco est, sed corpus mobile secundum locum, fertur enim vnus quodque in suis proprijs locum rationabiliter.

De Tempore. Cap. XVI.

Tempus quidem totius. s. reuolutionis cœli motum esse dicit, alij vero ipsam spheram, quia & in tpe sunt oia, & in totius sphaera. Tps est numerus motus, sed prius, & posterius. Tps igitur nõ est motus, sed id est motus, sed prius, & posterius. Est quidem numerus dupliciter, est. n. qd numeramus, & numerabile dicimus, & quo numeramus. Differunt aut hi sicut motus, & tps, est. n. numerus vnus, & idem qui est centum equorum, & qui centum hominum. Quorum vero numerus est altera sunt, vt equi ab hoibus. Tps aut est, qd numeratur, & nõ quo numeramus. Mensuratq; motum simul, & esse motus, & hoc est ipsi motui esse in tpe, mensurari tpe, & mensurari ipsum esse ipsius. In tpe autem esse, dupliciter accipere est, esse qd tps est, & esse sub tpe, sicut quãdam in loco, vel numero esse dicimus, quia sub loco, & sub numero continentur. Esse. n. in numero est esse quẽtam numerum rei, & mensurari esse ipsius numero in quo est. Manifestum est aut, qd esse in tpe, non est esse qd tps est, sicut nec esse in motu, vel in loco, qd motus, vel locus est. Si. n. sic esset, oēs res essent in quolibet. Necesse est itaq; omnia quæ sunt in tempore, & aliquid pati sub tpe, sicut dicere. conlocamus, quia tabescit tps, & senescit omnia sub tpe, & obliuiscitur pp tps, sed non didicit, neq; nouum factum erit neque bonum. Est. n. corruptionis cã per se, quia numerus motus est, motus autem dilatare facit, qd est. Quare patet qd que semper sunt non sunt in tpe. Non. n. eorum esse mensuratur sub tpe. Cuius signum est, quia nihil patiuntur a tpe. Quã aut tps est mensuratio motus, erit & quietis metrum secundum accidens. i. sãdem posterius: omnis. n. quietis, in tempore est. Non. n. sicut quod est necesse est moueri, sic & in tempore, quia tps est numerus motus, in numero autem motus contingit esse, & quietens, non. n. immobile quietis, sed apum natura mouetur.

Speculum Doctrinale.

ri, priuatum autem motu. Est itaque tempus motus, & quietis mensuratio. Sed ois mensura est motus per se, aliorum autem secundum accidens. Ergo quorum esse mensurat, his omnibus inerit esse in quiete, & motu, quacumque etiam corruptibilia, & generabilia sunt, & ois aliqñ quidem quod, aliqñ non, necesse est esse in tempore esse, est enim tempus quoddam plus quod excellit esse ipsorum, & mensurati substantiam. Quorumcumque autem contrarium nõ semper est, hæc quidem possunt esse, & non esse, & ipsorum est generatio, & corruptio. In tempore quidem omnia sunt, & corruptuntur. Mutatio tamen magis destructiua est per se, & corruptionis causa, generationis autem, & ipsius esse secundum accidens, huius signum est, quia nihil sit, idest generatur, nisi moueatur, quodammodo ipsum, & agat. Corruptur autem etiam cum nihil moueatur, hanc quidem corruptionem non facit tempus: sed accidit in tempore fieri, vel sub tempore. Tempus itaque determinat motum, cum sit ipsius numerus, vt dictum est.

De Partibus temporis. Cap. XVII.

Aristoteles vbi supra. Ipsum autem nunc, est continuatio temporis, continuat enim præteritum, & futurum, & omnino terminus tẽporis est. Est enim huius quidem principium, illius autem finis. Hinc etiam videtur, qd tempus omnino non sit huius enim hoc quidem iam præteritũ, & non est, illud autem futurum, & nondum est. Ex his autem quæ nõ sunt compositum esse impossibile videtur. Item omnis paribilis si quid sit necesse est aut omnes, aut quasdam partes esse temporis, aut alie transierunt, alie future sunt. Ipsum autem nunc, non est pars, mensurat enim pars, & oportet componi totum ex partibus, tempus autem non videtur componi ex ipsis nunc, quia simul non sunt. Sed semper corrupti necesse est prius, sic itaq; impossibile est se habere ad inuicẽ ipsa nunc, sicut punctum cum puncto, at vero nec idem nec semper manere possibile est: nullus enim diuisibilis finitũ vnus terminus est, nec si in vno termino sit continuum, neque si in plura. Ipsum autem nunc, terminus est, & tempus est accipere finitum. Verum tempus (vt dictum est) est mensura, vel numerus motus, secundum prius, & posterius. Nam in motu necesse est esse prius, & posterius proportionale his secundum quæ sunt, prius autem & posterius dicimus secundum ad ipsum nunc distantiam, quare quoniam ipsum nunc in tempore est, est enim terminus præteriti, & initium futuri, & prius, & posterius erunt in tempore, in quo enim est ipsum nunc, & eius distantia. Contrario autem modo dicitur prius, secundum præteritum tẽpus, & futurum, nam in præterito prius dicitur, quod longius est ab iplo nunc, posterius autem quod prope. In futuro autem econuerso. Tempus igitur cognoscimus, cũ diffinuerimus motum prius, & posterius determinantes. Videtur esse tempus in cœlo, & in terra, & in mari, & in omni. Hęc enim mouetur omnia, & in loca omnia sunt, tempus autem & motus simul in loca secundum potentiam & actum. Idem in 8. lib. Tempus autem Plato solus omnium philosophorum dicit esse genitum, simul enim ipsum cum cœlo factũ. Nihil autem est accipere in tempore præter nunc, quod est medietas habens simul principium quidem futuri, finem vero præteriti. Aug. in li. confessionũ. xi. O sapientia Dei, lux mentium, omnia tempora tu fecisti, & nulla tibi coeterna sunt, quia tu permanes, aut illa si semper permanent tempora non essent. Quid est enim tempus, quis hoc facile & breuiter explicauerit. Si nemo ex me querat, scio. Si querenti explicare velim, nescio. Hoc tamen scio si nihil præterit non esset præteritum tempus, si nihil adueniret nõ esset futurum, & si nihil esset non esset præsens tempus. Duo ergo ista tempora præteritum, & futurum, quomodo sunt, quã & præteritum iam non est, & futurum nondum est, præsens autem si semper præsens esset, nec in præteritum transiret, non iam esset tempus, sed æternitas. Sunt ergo præterita, & futura, & scire volo vbi sunt, qd si non valeo, scio tamen vbi cunq; sunt, non ea ibi futura esse, aut præterita, sed præsentia, nam si ibi futura sunt nondum sunt: sed si ibi præterita sunt, iam non sunt. Vbi cunq; ergo sunt quacumque sunt, non sunt nisi præsentia, quanquam præterita, cum verba narrantur, ex memoria profertur, non res ipsæ quæ præterunt, sed verba concepta ex imaginibus earum, quæ in anima, velut vestigia per sensus prætercundo fixerunt. Pueritia quippe mea, quæ iam non est, in præterito est tẽpore, quod iam non est, imaginem vero eius, cum eam recolo, & narro in præsentem tempore intueor, quia adhuc est in memoria mea. Quæ aut nunc loquor, nec præterita, nec futura sunt, nec proprie dicitur tria esse tpa preritum prens, & futurum. Sed fortasse proprie diceretur, tpa sunt tria. præsens de præteritis, præsens de præsentibus, præsens de futuris.

Tomus Secundus. K k 3 Qua-

Ante ergo animæ motus, tempora metior affectione, quæ res prætereantes in te faciunt, & cum illæ prætereant, manent. Ipsam metior præsentem cum tempore metior. Ergo aut ipsa sunt tempora, aut non metior tempora, itaque si voluerit aliquis edere longiusculam vocem, & constituerit præmeditando, quæ longa futura sit, egit utique, ille in silentio spiritus ipsi, memoriaque commendans capere edere illam vocem, quæ sonat, donec ad propositum terminum perducatur atque peragatur, imò sonuit, & sonabit: nam quod eius iam præteritum est, utique sonuit, quod autem restat sonabit, atque ita peragitur, dum præsentis intentio futurum in præteritum trajicit diminutione futuri, crescit præterito, donec consumptione futuri fit totum præteritum. Sed quomodo minuitur futurum, quod nondum est, & crescit præteritum, quod iam non est, nisi quia in animo, quod hoc agit tria sunt. Nam & expectat, & attendit, & meminuit, ut id quod expectat per id quod attendit, transeat in id quod meminuit. Quis negat futura nondum esse, sed tamen iam est in animo expectatio futurorum. Et quis negat præteritum carere spatio, quia in puncto præterit, sed tamen perdurat attentio per quam pergit ab esse ad id quod aderit: non igitur longum tempus futurum, quod non est, sed longum præteritum, longa præteritum est memoria. Dicitur sum canticum, quod novum, antequam incipiam in totum expectatio mea tenditur, cum autem capere quum ex ipsis in præteritum decerpsero, tenditur in memoria mea, atque distenditur vita huius actionis meæ in memoriam, per quam dixi, & in expectatione, per quam dicitur sum, præteritum tamen adesse attentio mea, per quam trajicitur, quod erat futurum, ut fiat præteritum. Quod quanto magis agitur, iusta brevitate expectatione prolongatur memoria, donec tota expectatione consumatur, cum tota illa transierit in memoriam, finitur actio. Et quod in toto canticum hoc in eius singulis partibus fit, & in singulis syllabis, hoc in actione longiore, cuius quædam particula est illud canticum, hoc in tota vita hominis cuius partes sunt omnes actiones hominis, hoc in toto seculo filiorum hominum, cuius partes sunt omnes actiones vite hominum. Aristoteles in libro 4. Physicorum dubitavit autem aliquis utrum non sit anima erit tempus non sit anima, quia tempus est numerus motus. Et omne quidem tempus vni similiter & simul est, specie autem hæc non simul, quæ tunc mensuratur. Nam & 7. canum, & 7. equorum idem est numerus, sed tamen hi canes sunt, illi autem equi: sic & motuum simul terminatorum idem est tempus. Sed hic quidem fortassis veloxille autem non. Et alius quidem loci mutatio est, hic autem alteratio. Motus itaque dicitur, & seorsum sunt, tempus autem ubique idem: quia numerus vnus ubique idem est, videtur autem tempus esse spheræ motus, quia hoc mensurantur alij motus.

Idem in 3. lib. Quomodo autem natura principium est motus, & status, & mutationis, non oportet ignorari naturam. Vt autem motus esse continuorum. Sed infinitum apparet in continuo, est. n. diuisibile in infinitum. Sine enim loco, & vacuo, & tunc impossibile est esse motum, non est autem motus præter res, mutatur. n. semper id quod mutatur aut secundum substantiam, aut secundum qualitatem: aut secundum quantitatem, aut secundum locum. Vnum quodque aut dupliciter inest omnibus, ut hoc aliquid, hoc quidem forma ipsius, aliud vero privatio. Et secundum qualitatem, hoc quidem album, illud vero nigrum, & ita de cæteris. Quare motus, & mutationis tot sunt species quot, & entis. Et motus quidem vni esse actus imperfectus, neque. n. posuit eum aliquis in aliquo alio genere. Quod in genere actus. Mouetur autem omne mouens physice. i. naturaliter, cum sit potentia mobile, & cuius immobilitas quiete est. Aes quidem potentia est status, sed tamen non æris eadelechia in quantum æs motus est. Non. n. idem est etiam esse, & potentia mobili, quoniam si idem esset simpliciter & secundum rationem, esset utique æris in quantum æs eadelechia motus, sed non est idem quemadmodum dictum est. Manifestum intendit quemadmodum ponunt ipsam alteritatem, & inæqualitatem, & quod non est dicentes esse motum, quorum nulli necessarium est moueri, neque; si altera sunt, neque; si inæqualia, neque; si non sunt, sed neque; mutatio, neque; in hoc, neque; in his, magis autem quod ex oppositis. Inconueniens autem est idem moueri secundum duos motus. Impossibile autem est duorum diuersorum specie vnus, & eundem esse actum, motus quidem est actus mobilis, &

motui, oportet. n. eum actum inesse utrique, sed mobili inest in ipso posse mouenti aut in ipso agere. Idem in li. 8. Dicitur autem motum esse eadelechia. i. actum mobilis, secundum mobile est. Itæ motus est actus mobilis imperfectus. Idem in lib. 6. Necesse est autem tempus esse continuum, & omnem motum diuidi secundum tempus, & eadem esse diuisiones temporis, & motus, & ipsius moueri, & quod mouetur, & in quo mouetur. At non omni sunt in quibus est motus. Sed quanti quidem secundum se, qualis autem secundum accidens. In sola. n. mutatione, quod est secundum qualitatem contingit indiuisibile per se esse. Est autem in tunc aliquid indiuisibile, quod dicitur esse ipsum nunc. Si. n. diuisibile est, erit aliquid quod factum est in futuro, & aliquid quod factum est. Secundum. n. quod diuidetur, determinat præteritum, & futurum, & in ipso quidem nunc, est motum, & mutatur, moueri autem impossibile. Manifestum. n. quoniam in ipso quidem nunc nihil mouetur, alioquin in ipso contingeret. & velocius, & tardius moueri, sicut nec in eo contingit quietere. Quiescere namque dicitur, quod similiter se habet, & ipsum & partes nunc, ut prius. In ipso vero nunc, non est prius, quare neque quietere. Necesse est igitur moueri, quod mouetur in tempore, & quietere quietescere. Impartibile autem non contingit moueri, nisi secundum accidens, & partem totius motu. Motus autem diuisibilis est dupliciter. Vno quidem modo tempore, alio vero secundum motum partium illius, quod mouetur. Impossibile est autem in infinito tempore finitum moueri, & in finitum esse. Idem in 5. li. Non solum motus motui videtur esse contrarius, sed & quietes, privatio enim est. Simul etiam quietes adiuuicem contrariæ sunt, magis autem motus motui contrariæ est, quam quietes. Quibus scilicet autem non in finitum contraria, horum mutatio, quidem est opposita. Scilicet ex ipso, eiq; est in ipsum, motus autem non est. Non solum autem in mutatione secundum locum, & secundum naturam, & ex tra naturam, sunt & motus & quietes. Sed & generationes quedam violentæ sunt, & non ordinate, corruptiones quoque quibus contrariæ sunt, quæ secundum naturam sunt. Augmenta quoque violentia sunt, ut quæ velociter propter alimentum pubescentium sunt, similiter, & decrements. In alteratione similiter erunt, alia quidem violentæ, alia vero naturales.

Differat autem mutatio a motu. Ex quibusdam enim subiecto in quoddam subiectum est mutatio. Motus est, qui est ex contrario in contrarium. Et ei contrariæ est motus, qui est ex contrario in contrarium. Ut qui est ex sanitate in aegritudinem, contrariatur ei, qui est ex aegritudine in sanitatem. Qui autem est in contrarium solum, non est motus sed mutatio, ut fieri album non ex quodam est. In quibus autem non est contrarium, quæ est ex ipso, eiq; est in ipsum contraria mutatio est, ut generatio corruptioni contraria est, & remotio. s. forme a materia contraria est acceptio, hęc vero mutationes, & non motus sunt. Transmutatur autem omne transmutans, aliud secundum accidens, ut cum dicimus masticum ambulare, quia cui accidit esse masticum ambulat scilicet homo. Aliud vero secundum partem, ut corpus sanatur, quia oculus, vel torax. Aliud autem primo, & secundum seipsum mobile est, ut alterabile. Est autem & in mouente similiter diuisio. Aliud. n. mouet secundum accidens, aliud secundum partem, aliud autem per se, ut medicus sanat, minus autem vulnerat. In omni quoque mutatione est aliquid mouens primum, & aliud quod mouetur, & in quo. s. tempore, & præter hæc ex quo, & in quod, magis autem ex eo in quod mouetur, quod ex quo mouetur, mutatio denominatur. Vnde corruptio est mutatio in non esse, & hoc ex esse. Generatio vero in esse, & hoc ex non esse. Species autem, & passiones, & locus in quo mouentur, quæ mouentur immobilia sunt, ut scientia, & calor. Et motus quidem non est in specie, sed in eo quod mouetur, & in mobili secundum actum sit. Itaque secundum accidens mutatio relinquatur, in omnibus enim, & semper, & omnium est. Quæ vero non secundum accidens est sed per se, non est in omnibus, sed in contrariis, in medijs, & in contradictione. Vnus autem motus dicitur multipliciter scilicet genere, specie, & numero. Sed simpliciter vnus est, quia substantia quidem vnus est, aut numero. Sunt autem tria secundum numerum, circa quæ dicitur motum vnum scilicet, quod mouetur, & in quo, & quando. Omnem autem motum simpliciter vnus, necesse est continuus esse, si diuisibile est. Si autem continuus est, erit vnus, quia vnus sunt extrema, multi autem, & non vnus, quorum quiete medium est. De autem vnus est imperfectus, siue est genus, siue est species, siue sit iam sit. Aliquid autem & si imperfectus sit, vnus est, si solum continuus sit. Præter dictos autem

autem modos dicitur vnus motus regularis. i. æqualis, & per se. Irregularis autem differentia est, aliquando quidem ab eo in quo mouetur. Impossibile est autem regularem esse motum in non regulari magnitudine, ut reflexi motus, aut obliqui. Aliquando enim velocitate, & tarditate determinatur. Cuius enim eadem velocitas est, regularis est, cuius autem non, irregularis.

Quoniam autem omnis mutatio est ex quodam in quiddam, mutabitur mutans quadrupharè. Aut enim ex subiecto in subiectum. Aut ex non subiecto in non subiectum. Aut ex subiecto in non subiectum. Aut ex non subiecto in subiectum. Dico autem subiectam affirmationem monstrat. Quare necesse est ex his, quæ dicta sunt tres esse mutationes. Nam illa quæ est ex non subiecto in non subiectum, non est mutatio, quia non est secundum contrarietatem: neque. n. contrarietas neque; contradictio est. Ex non subiecto, quidem in subiectum, mutatio secundum contradictionem, generatio est. Et alia quidem simpliciter generatio est, ut quæ est ex non esse simpliciter in substantiam, sicut quæ est ex non esse simpliciter in substantiam, sicut quæ est ex non esse simpliciter fieri, & non fieri dicitur. Alia vero quedam cuiusdam, ut ex non albo in albu. Quæ vero ex non subiecto in non subiectum, corruptio est. Simpliciter quidem illa, quæ ex subiecto in non esse est. Quædam est autem, quæ est in oppositam negationem, sicut dictum est, & in generationem. Quoniam autem impossibile est, quod non est moueri generatio motus non est, sicut. n. quod non est, sed neque; corruptio motus est. Contrarium autem motui, aut motus, aut quiete est, corruptio autem generationi contrarium est. Cum autem omnis motus mutatio quedam sit, & trium prædictarum mutationum generatio, & corruptio motus non sunt, quæ sunt in contradictionem, necesse est ex subiecto in subiectum mutationem motum esse solum. Subiecta autem dico aut contraria, aut media, privatio aut potest contrarium. Cum igitur diuisa sint prædicamenta substantia, & qualitate, & sicut substantiam non est motus, quia substantia nullum inest contrarium. Similiter neque; in ad aliquid contingit. n. altero mutante verum esse alterum nihil mutans, quare est accidens motus horum est. Similiter neque; agentis, neque; patientis, nec omnis quod mouetur aut mouet, quia motus non motus, nec generationis generatio, nec omnino mutationis mutatio. Cum. n. omne quod mouetur tripliciter moueatur. In eo, quod est in accidens, aut quo pars aliqua, aut quo per se. Secundum accidens solummodo contingit mutare mutationem, ut qui sanus sit curat, adducat. Secundum accidens autem mutationem superius diuisimus. Quoniam igitur non substantia, nec ad aliquid, nec alicuius cæterorum, relinquatur sicut quale, & quantum, & vbi, motum esse solummodo. In vnoquoque. n. horum est contrarietas. Motus igitur secundum quale est alteratio, motus autem secundum vbi motus est, sed aut augmentum est, aut decrementum. Qui autem secundum vbi, proprio, & ceteris non caret, sed loci mutatio est. Est autem motus aut ex contrario, aut in contrarium, aut simpliciter, aut sic. Immobile autem est, quod omnino impossibile est moueri, ut sonus inuisibilis. Et quod in multo tempore vix mouetur, aut quod tarde incipit, quod dicitur grauius moueri, & quod aptum quidem natum est moueri, & possibile non mouetur, aut tunc cum aptum natum est moueri, & vbi & sic. Idem in lib. 8. Omnis autem expositio terminis contrarij sunt motus, & mutationes, ut generationis quidem, & corruptionis, termini sunt esse, & non esse. Alterationi autem passiones contrariæ, augmento vero & decremento magnitudo, & paruitas. Contrarium autem secundum locum est, qui est sursum, ei qui est deorsum, &c.

Aristoteles in li. j. de Gene. & corru. Vnam quidem semper esse contrarijs supponendum materiam in transmutationibus manifestum est, siue transmutetur secundum locum, siue secundum diminutionem, & augmentationem, siue secundum alterationem. i. tria sunt principia transmutationis, materia. s. & duo contrarij, vnaque; est materia omnium, quæ ad inuicem transmutantur, & subiectum vnum est, quod si alteratio est. Generatio autem & corruptio, quæ transmutatio fit ex hoc toto in hoc toto. i. quæ tota forma substantialis rei transmutatur. Cum igitur in subiecto est transmutatio, generatio, & corruptio est, quæ vero in passionibus, & secundum accidens alteratio, verum generatio simplex est in simpliciter ens, & corruptio simplex in simpliciter non ens, quia. s. sit secundum formas subiectales. Quæcunque; vero non substantia signant, sed accidens, et non dicitur simpliciter, sed secundum quid generari, ut

cui ex non albo fit albu, aut ex non bono bonu. Et illud quidem ex quo generatur. i. quod generationi subicitur præte est ens, actu vero non ens. Vnius autem rei corruptio, est alterius generatio, & eodem modo, quia & ex quo. s. generatur quid, in hoc & dissoluitur. Et ad quod terminatur corruptio, ab eodem incipit generatio. Quo circa inquietam. i. incessabilem, ac perpetuam necesse est esse transmutationem. i. generationem, & corruptionem. Transmutatio quidem est secundum contraria. Sed quoniam secundum quantum transmutatio fit contrarietatis, augmentum est, & diminutio. Quoniam enim locum, est ambulatione. Quoniam autem secundum passionem, & quale, alteratio. Quoniam vero totum transmutatur non manente subiecto. s. in actu, quia in potentia bene manet idem, est generatio, & corruptio. Est autem hyle. i. materia, maximè quidem proprium subiectum generationis, & corruptionis susceptibile, modo vero aut aliquo, & alijs transmutationibus. Idem in li. 2. Prima vero generabilia, & corruptibilia sunt, quatuor elementa, per contrarietates. s. tangibiles, ut sunt graue, & leue, calidum, & frigidum, humidum, & siccum, lubricum, & aridum, durum & molle, asperum, & leue, crassum, & subtile. Impossibile est autem id ex quo generatur est aliquid euacuaria. i. predicari de generato. Non. n. bene dicitur ignis est aer, nec econuerso. Sed vere dicitur anulus est aurum, & varius. i. essentialius, quam aureum, quia non est homo permutatio generatio, sed alteratio, siue transfiguratio. Aristoteles in Methaph. li. 1. Inter esse, & non esse est generatio, itaque; illud quod generatur semper est inter illud quod est ens, & illud quod non ens, addit. s. n. est generatum sciens, & hoc intendimus cum dicimus, quod ex addicente fit sciens. Quædam autem non reuertuntur ad inuicem. s. quorum vnum est post alterum, ut ex puero fit vir, non econuerso. Alia vero reuertuntur, quia corruptio vnus est generatio alterius, ut ex aere fit aqua per corruptionem ipsius aeris. Omnia autem corrupta vadunt ad ea, ex quibus sunt.

Idem in lib. de generatione, & corruptione. Mixtio est miscibilem alteratorum vnio. Miscibile vero est, quicquid bene determinabile ens passuum est, & actuum, ut humidum. Non. n. omne omni miscibile est, sed oportet alterum mixtorum esse separabile. Vnde impossibile est passiones, & habitus misceri rebus, ut album corpori, quia passionum nulla separabilis est. s. secundum se, sed neque; non tangencia adiuuicem contingit misceri. Contingit autem mixta qualiter. i. quodammodo esse, & alio modo non esse. Acta quidem ente alio generato ex ipsis, potentia vero alterutro eorum quæ fuerant antequam miscerentur, ut. s. caro aliud est a quatuor elementis actu, potentia tamen est illa. Ea vero quæ misceruntur prius ex separatis conueniunt, i. prius quæ separata erant, & conuenia separari rursus possunt. Oportet autem mixta similia esse partium. Vnde si miscetur ordeum frumento, non est mixtio, sed compositio. Illa vero quorum eadem est materia, & actiua sunt, & passiva adiuuicem, sed ea quorum non est eadem materia, faciunt entia impassibilia, & horum non est mixtio. Ideoque; nec medicina sanitatem faciens, neque sanitas corporibus mixta est. Actuum etiam & passiuorum quæcunque; sunt facile diuisibilia, id est determinabilia, multa quidem paucis, & magna paruis composita non faciunt mixturem, sed dominantis augmentationem, alterum enim in dominans transmutatur. Ideoque gutta vini mille amphoris aquæ non miscetur, quia species vini soluitur, & in omnem aquam transmutatur. Quando vero potentis adquantur, tunc quidem alterutrum indominans ex sui natura transmutatur, non autem generatur alterum sed medium commune. Denique parua paruis misceruntur, magis facilius enim ac citius in inuicem transeunt. Ideo & bene determinabilia diuisibilia ac passiuorum sunt miscibilia, quia facile diuiduntur in parua, talia vero sunt humida, vnde & humidum maximè miscibile est omnium corporum, si non sit lubricum, viscosum.

Aristoteles lib. 7. phi. Omne quod mouetur, ab aliquo moueri necesse est. Si igitur in seipso non habeat principium motus, ab altero mouetur. Quod quidem a seipso mouetur, nullo modo pausabit. Si autem quod mouetur ab altero mouetur, ipsum autem mouens etiam mouetur, & mouens igitur ab alio mouetur, & iterum hoc ab altero, neque; in infinitum abit, sed stabit alicubi, & erit aliquid primum quod erit causa motus. Idem & in 8. lib. Eorum autem quæ mouentur, alia quidem mouentur a seipsis, alia ab alio, & eadem quidem natura, alia vero violenta, & extra naturam. Quæcunque; a seipsis mouentur



tur,natura mouetur,vt quodlibet animalium.que autem ab alio, alia quedam natura mouetur, alia extra naturam. Ex natura, vt ignis sursum, terra deorsum, quia apta nata sunt ibi esse. Extra vero, vt ignis deorsum, terra sursum. Leuia enim & grauija, in opposita loca mouentur violenta. In propria vero natura leue quidem sursum, graue autem deorsum, no tamen a seipsis. Animalium enim hoc est, & animatorum proprium. Impossibile est enim in infinitu abire mouens, & motum. Qd n. mouetur, no necesse est mouere, sed quod mouet, necesse est moueri, excepto primo mouente, quod manifestum esse esse im mobile. Nam omne quod mouetur, necesse est esse continuum, & diuisibile in semper diuisibilia. Si quidem necesse est, & motum semper esse, & continuum esse. Quare necesse est esse ali- quod vnum, & perpetuum primum mouens, & nullam habes magnitudinem. Si enim habet, aut finita est, aut infinita, sed infinitam non contingit esse magnitudinem. Quod aut finitum est, impossibile est infinitam habere potentiam. Impossibile quoque, a finito moueri aliquid scdm infinitum tps. Si ergo primum mouens, perpetuum, mouet motum, & infinito tempo- re, pater q indiuisibile est, & impartibile, nullamq; habens ma gnitudinem. Ipsumq; motum quem primum mouens mouet, esse vnum, & eundem, & continuum, & primum. Mouetur aut & quiescit quodammodo sphaera, eundem enim obtinet locu.

Quod in omni specie motus inter mouentem, & motum nihil sit medium. Cap. XXV.

Idem in li. 7. In omni autem mouente, & quod mouetur, dico quia nihil ipsorum medium est. Triplici ergo existen te motu, scilicet secundum locum, secundum qualitatem, secun dum quantitatem. Primo de loci mutatione dicendum, hic n. est primum motuum. Omne igitur quod fertur, aut a seipso mo uetur, aut ab altero. Si autem a seipso, manifestum est, quia si- mul mouens, & quod mouetur erit, & nullum ipsius medium. Motus autem ab altero quatuor sunt. scilicet, pulsio, tractio, vectio, vertigo. Omnes namq; alios in hos necesse est contingere. Pul sio est a seipso, vel ab alio ad aliud motus. Tractus autem est motus ab alio ad ipsum, aut ad aliud. Pulsiois quidem alia est impulsio, alia expulsio. Impulsio est cum mouens, ei quod mouetur, non deficit. Expulsio vero cum expellens deficit. Vectio aut in tribus modis erit. Quod enim vehitur, non scdm se mouetur, sed scdm accidens, in eo scilicet quod est in eo, vel super id qd mouetur. Vehens aut mouetur aut pulsus, aut tractus, aut ver tiginem ductum. Tractio est cum aut ad ipsum, aut ad alteru ve- locior sit motus trahentis, non separatus ab eo qd trahitur, na & ad ipsum est tractio, & ad alterum. Reliqui aut tractus idem specie in hos reducuntur, vt inspiratio, & respiratio, & quicun que corporum amissiuu sunt aut receptiuu, vt speculatio, & ra- diatio, & congregatio, & disgregatio. Vertigo autem componit ur ex tractu, & pulsione, hoc quidem pellit mouens, illud aut trahit. Portectio autem est quando velocior motus sit eo, quod secundum naturam facta impulsione, & vique fertur fortiori ad hoc quod accidit ferri, quousq; fortior sit motus eius, quod fertur. Manifestum igitur quod mouetur & mouens simul, & nullum ipsius medium est. Sed neque alterantur vllum esse me- dium. In omnibus enim accidit simul esse alterans, vltimum, & primum, quod alteratur. Quale namque alteratur in eo qui- dem quod sensibile est. Sensibilia vero, id est, sensibiles qualita- tes sunt quibus ad inuicem corpora differunt, vt grauitas, le- uitas, durities, mollities, sonus, non sonus, albedo, nigredo, dul- cedo, amaritudo, humiditas, siccitas, densitas, raritas, & horum media, similiter & alia quae sub sensu sunt, vt calor, & frigus, lenitas, & asperitas. Haec enim sunt passiones substantiae qua- litatis. Similiter autem & animata corporum, & inanimata, & inanimatorum, quaecunq; partim inanimata sunt, vt plantae. Et ipsi quidem sensus alterantur scilicet in animalibus, patiun- tur enim actus enim ipsorum motus est per corpus patiente aliquid sensu. Et secundum quaecunq; quidem alterantur ina nimata, secundum haec omnia & animata, non autem econuer- so. Non enim alterantur inanimata secundum sensus. Nihilq; prohibet in animatis alterationem latere, cum alterantur. In anima, quia non scdm sensum accidit hmoi alteratio. Ex his aut patet, qd patiens, & passio sunt simul, & horu nullu est me- diu. Oculu. n. contiguus est aer, & aeri continuatur corpus. Co- loratu, superficies vero. In qua est color, terminatur ad lumen, lumen aut. i. aer lucidus ad visum, similiter aut & in ceteris sensibus, & et in animatis: similiter & in sensib. similiter & qd augetur, & auges sit sunt, & decremanti sit se het. Decremtu n. ca oblatio, qda est. Manifestu est igitur qd mouens vltimu, & primi, qd mouet. i. inter ipsum mouens, & motu nullu est mediu.

De loci mutatione. Cap. XXVI.

Idem in 8. lib. Omnium autem motuum loci mutatio pri- ma est, omnium etenim passionum principium est densi- tas, raritas, graue namque & leue, duru & molle, calidum & frigidu, densitates quaedam, & raritates esse videntur. Den- sitas autem & raritas, congregatio, & disgregatio, secundum quas generatio, & corruptio dicitur substantiarum. Quae vero congregantur, & disgregantur necesse est secundum locu mu- tari. Disgregatio namq; & congregatio motus sunt secundum locum, sic enim mouent concordia, & discordia. Hoc quidem disgregat, illud vero congregat. Praeterea quousq; mensura mo- tuum est loci mutatio, necesse est ipsum esse primum, proprie quoq; moueri dicitur solum, quod secundum locum mouetur. Augmentum vero impossibile est esse alteratione non praexi- stente. Idem in 4. lib. Non autem quaeeretur locus, nisi motus aliquis esset secundum locum, propter hoc enim & caeli, ma- xime in loco esse opinamur, quia semper in motu est. Est aut quod mouetur aliquid quidem per seipsum, aliud scdm accidens. Eius autem quod scdm accidens, alia cogitancia sunt moueri per se, vt partes corporis, & in nauu elatus, alia vero nunquam sed semper scdm accidens, vt albedo, & scientia. Haec enim sunt transmutantur locum, quia illud in quo sunt transmutant. Cum quidem igitur non diuisum sit continens sed continuum, non sicut in loco dicitur in illo, sed sicut pars in toto, intellige vel econuerso. Cum vero diuisum sit & contactum. In primo quod- dam vltimo est continens, qd neq; pars est ipsius, qd est in ip- so, neq; maius distantia sed aequala. In eodem. n. vltima contin- gentia, & cu continuum sit, non in illo mouetur. Et si non mou- etur continens, siue sit (i. qd mouetur) nihil minus (supple- dit contentum moueri.) Amplius cum non sit (i. diuisum con- tinens a contento) sicut pars in toto dicitur moueri, vt sicut in oculo visus, & in corpore manus. Cum aut diuisum est, vt aqua in cado, & in capho vinum (intellige contentu per accidens: tunc mouetur ad motum continentis) manus quidem cu cor- pore mouetur, aqua aut cum cado. Non videtur aut esse mo- tus nisi sit vacuu, plenum. n. impossibile est recipere, quia duo corpora non pnt simul esse. Testimonium aut de cinere faciunt, qui tui aquae recipit, quantum vas vacuum. Sed vt dici vas va- cuum, vno quidem modo non plenum sensibili corpore scdm tactum, hmoi vero est, qd het grauitatem, & leuitatem. Est aut densum quidem graue, rarum aut leue. Vacuum itaq; simpliciter nihil est, no. n. het dnam sursum. f. & deorsum, scdm qd vacuu, praeterea si vacuum est, aequu cito fertur graue, & leue. Idem in li. 1. reg. & mundi. Oia vero corpora naturalia, & magnitudines mouentur locali motu per se, quia natura est principiu in eis. Diuersitas aut motuu est scdm modu diuersitatis locoru, q est sursum, & deorsum, & c. Ois aut motus qui fit in loco, aut est aequalis, aut circularis, aut ex vtriusq; cōpositus. Hi. n. duo motus tui simplices sunt. Na & corpora quide simplicia sunt ista duo, scilicet, i. & circulare. Motus circularis est ille, qui est sup mediu. Aequalis vero cuius terminus est sursum, & deorsum. Omnis ergo motus simpliciter, aut est a medio, aut ad medium, aut su- per medium. Corpus simplex necesse mouetur natura sua motu circulari, possibile est etiam vt moueantur quaedam cor- pora motu accidentalibus, qui est contrarius naturali. Motus sur- sum ascendens igni quidem naturalis est, terra vero accidentia- lis. Motus aut descendens deorsum terrae naturalis est, & igni accidentalis. Ponamus ergo graue descendens ad medium, & leue ascendens a medio. Omne quidem corpus incedens sur- sum aut deorsum, habet proculdubio grauitate aut leuitatem. Non est ergo corpori rotundo grauitas aut leuitas, quia no est possibile, vt moueatur a medio, vel ad medium motu natura- li, vel accidentalibus. Corpus igitur primum mobile, quod moue- tur circulariter, non habet grauitatem aut leuitatem. Dico au- tem q corpora quae aequalia sunt in magnitudine, mouentur & mutantur aequaliter in vno tempore, & corpus minus moue- tur motu maiore in illo tempore. Vbi autem est motus glebae vnius, illic est motus totius terrae, & vbi motus scintillae, ibi totius ignis. Omnia denique elementa ad locum a quo reced- unt violenter incedunt naturaliter, & ad locum in quo stat corpus sine violentia, vadi iterum sine violentia, & econuerso. Omne autem quod mouetur, alteratur de alio in aliud.

De Alseratione secundum quid, an habeat fieri large vel proprie. Cap. XXVII.

Idem in lib. 3. Res oēs alterabiles alterantur ad rem sibi con- ueniens non ad altera, sicut augmentabile no ad sanitatē alteratur,

alteratur, sed ad magnitudinē. Aliae namque sunt res quae alte- rantur per qualitatem, aliae quae per quantitatem, & aliae quae per locum. f. large sumpto vocabulo alterationis. Axioma in 7. li. phisic. Quae autem alterantur omnia a sensibilibus alterantur proprie. f. Et in formis quidem ac figuris, & habitibus, & eor- um remotionibus, & acceptionibus, videtur alteratio fieri, no autem sic est, sed sunt haec cum quaedam alterantur. Denata enim & rarefacta materia, aut cum sit calida vel frigida, non est alteratio, Nam illud ex quo est forma statuz non dicimus formam, nec illud ex quo est figura pyramidis aut lecti, sed de nominamus hoc quidem aeneum, illud autem ceruum, aliud vero ligneum. Quod autem alteratur es dicimus humidum esse vel calidum, aut forte dicentes aequiuoce, id est non con- uertibiliter, materiam, id est subiectum, scilicet inesse passioni, id est qualitati. Praeterea inconueniens, & ridiculum est dicere perfectionem domus esse alterationem, & domum cooperatam esse alteram. Alteratio igitur non est in formis, & figuris, sed neque ex habitibus sit. Habitibus enim sunt virtutes, & malitia, vi ritus autem omnis, & malitia sunt ad aliquid scilicet tam co rporis, quam animae. Corporis quidem, vt sanitas calidoru, & frigidorum mentis tractio quaedam est, & similiter & pulchri tudo, & macies ad aliquid sunt, sunt enim dispositiones quae- dam perfectae ad optimum factum. Dico autem perfectae esse, quod sanas, id est sanatum est, & dispositum secundum natu- ram. Quoniam igitur huiusmodi virtutes, & malitiae sunt ad aliquid, quae autem ad aliquid sunt, neque generationes sunt, nec ipsorum est generatio, nec alteratio, omnino patet quod non est alteratio circa huiusmodi habitus, scilicet corporis. Vir- tus enim corporis hic vocatur bona eius dispositio, malitia ve- ro contrarium.

Ad hoc De eodem. Cap. XXVIII.

Ed neque circa virtutes, & malitias animae est alteratio. Virtus enim perfecta quaedam est. Intellectus practici. Nam & vnumquodque tunc maxime perfectum est, cum attingit propriam virtuti, & tunc esset maxime secundum natu- ram, sicut circulus cum maxime sit circulus, id est perfectus. Malitia vero est corruptio virtutis, & remotio, quare secundu virtutem non sit alteratio, quia nihil cum perficitur alteratur, vt supra ostensum est. Eadem ratione neque secundum malitia- m, quia omnis alteratio fit inter opposita, quare cum vir- tus & malitia sunt opposita, si virtus non habetur per altera- tionem, nec malitia. Nec igitur virtus neque malitia est alte- ratio, sed huius acceptio & illius remotio fit, cum quiddam alte- ratur. f. praecedens circa, quod habent esse, sed aut alteretur a- liquid horum. f. praecedentium ad virtutem manifestum est. Virtus enim aut impassibilitas quaedam est, aut passibilis: sic & malitia aut passibilis est, aut passio virtuti contraria. Nam vir- tus moralis, & malitia, consistunt circa delectationes, & tristitia- s, Virtus scdm homo patitur, & non deducitur, malitia ve- ro cum patitur & deducitur, sed secundum actum, siue p me- moriam aut spem, id est siue delectationes, & tristitia sunt pra- sentes, & sensibiles, siue praeterea recolantur per memoriam, siue futura concipiuntur per spem. Igitur, & si secundum habi- tus dictos non sit alteratio, consequantur tamen ex alteratio- nibus prioribus, sed neque in intellectuina parte animae. i. in in- tellectu speculatio est alteratio. f. gratia suoru habituum. Scie- tia enim maxime ad aliquid dicitur, & nullum ad aliquid alte- ratur, vt supra dictum est. Idem etiam patet in scientia com- plexa, quia non inducitur per motum existentem in fieri. In- ducitur enim vniuersalis facta in ductione, & completa p ex- perientiam in particularibus, & ita non est inducitur per motu. f. post motum, nisi sicut visio iterata, vel tactus iteratus per alte- rationes praecedentes. Secundum autem nullum tale fit altera- tio, praeterea scientiae acceptio non est alteratio, quia per que- tem & priuationem motus inducitur. Nam in quiescendo, & sedendo sit anima sciens, & prudens. Dum enim dormiens ali- quis surgit, aut ebrius pauisat, aut infirmus ordinatur, sit sciens qui prius quidem non poterat vri scientia, neque secundum scientiam agere, sed mutata perturbatione, & in statum venie- te intellectu inest potentia ad scientiae congruitatem. Turba- tionis enim quies quaedam est scientiae restitutio, praeterea in- fantes propter multum motum in iuuentute non possunt scire, & intelligere, vel iudicare sicut presbiteri, id est seniores, vt philosophi in quibus pauisatio fit & quies mouana, no ita- que per motum introducitur scientia, q per motu prohibetur. Non ergo secundum eam alterantur. Igitur quoniam alteratio quae est motus secundum qualitatem (vt dictum est) non fit secundum formam, & figuram, quae scilicet sunt quarta spe-

cies qualitatis, neque secundum habitum, & dispositione, quae sunt prima species, in quibus fieri videretur (vt supra dictu est) si in aliis debent fieri. Manifestum est, quod solum fiat in sensibilibus, vt scilicet in passione, & in passibili qualitate, quae est tertia species, & in sensibili parte animae. In alio autem nul- lo, nisi secundum accidens.

De Augmento, & diminutione. Cap. XXIX.

Aliter in li. de genera. & corrup. Alteratio igitur no est se- cundum locum transmutatio. Alteratio est quando manente subiecto sensato ente. i. completo in esse specifice transmutatur in eius passionibus, aut contrariis mediis. Aug- mentatio est existens magnitudinis additamentum. Diminu- tio est minoramentum. Ideoque oportet magnitudinem habe- re, quod augetur. Quod quidem alteratur, non ex necessitate lo- cum transmutat, neque generatur. Quod autem augmentatur, & diminuitur, transmutat locum, sed alio modo, quam illud, quod fertur, quod enim fertur vniuersum alterat locum, id est secundum se totum & partes. Quod autem augmentatur, scdm partes solum, hoc enim. i. toto manente, partes transmuta- tur secundum locum. Ceterum autem cum generatur aliquid simpliciter aut corrumpitur, non manet subiectum. Cum autē alteratur vel augetur, manet idem, sed in alteratione passio, vel in augmentatione magnitudo non manet eadem. Idem in c. & m. n. 2. Dico autem, q sursum est principium longitudi- nis, dextera latitudinis, ante vero profunditatis. Non enim no- minatur principium, nisi vade incipit motus in primis corpo- ribus. Principium namque augmenti est sursum, principium motus localis dextrum, principium vero motus sensibilis an- te. Non enim significamus per ante, nisi vbi sunt sensus. Et sursum quidem ac deorsum sunt in omnibus spirantibus ex animalibus & plantis. Dextra vero & sinistra non est in al- qua plantarum. Item dico, quod sursum est vbi est principiu morus. Dextra autem est locus exitus motus in alio. Ante ve- ro locus est finis motus.

De Infinito. Cap. XXX.

Idem in ti. 2. phisic. Quoniam autem naturalis scientia cir- ca magnitudinem, & tempus, & motum est, quousq; vnum- quodque vel finitum, aut in finitum esse necesse est, de hoc quoque agendum est. Rationaliter philosophantes posue- runt infinitum tanquam principium. Omnia enim ante prin- cipium sunt, aut ex principio. Infinitum autem non est principiu alioquin ipsius esset terminus, & finis. Quod enim sit, necesse est finem accipere, est itaque non factum, neque etiam corrup- tibile, omnis enim corruptionis finis est aliquis, huius ergo non est principium, sed hoc principium aliorum esse, vt, & con- tinere omnia, & gubernare. i. salutare. tanquam principium sua principata, vt dicunt, qui non faciunt extra infinitu alias causas, & hoc esse diuinum, immortale enim, & incorruptibi- le sicut Anaximander, & plures philosophorum. Esse quidem aliquid infinitum fides est maxime considerantibus extempo- re, hoc enim infinitum est. f. duratione. Est etiam infinitum in magnitudinis diuisione, per infinitum quoque non est genera- tionem, & corruptionem deficere, neque intellectu. Numerus quoque videtur in finitus esse, & mathematicae magnitudines, & quod est extra caelum. f. vacuum, secundum ponentes illud. Cum autem infinitum sit extra caelum, & videtur per intelle- ctum fantasticum, & corpus infinitum esse videtur, & mundi infiniti, quia. f. non est locus sine corpore, quare si locus infini- tus est, & corpus necesse est esse. Contingere enim ab esse, nihil differt in perpetuis. Primum ergo dicendum quous modis dicit- ur infinitum. Vno quidem modo, q impossibile est transire. f. vt eternitas. Aliter autem, quod non aptum transiri, vt vox in- uisibilis. Aliter autem transire habens im perfectum. Infiniti- tum actu. Item quod aptum natum est habere exitum vel finē, sed non habet. f. propter defectum nostrum. Amplius infinitum omne, aut secundum appositionem erit. f. vt in discretis, aut se- cundum diuisionem, vt. f. in magnitudinibus, aut vtroque mo- do vt in tempore, & haec est diuisio possibilis, & non aequalis. Impossibile est enim aliquid infinitum esse actu. Numeri qui- dem & magnitudinis propria passio est infinitum, numeri. f. p appositionem, magnitudinis per diuisionem. Est igitur infinitu appositione, & diuisione, quare etiam in finitum aliud pote- ria, aliud actu. Impossibile est autem non comparare locum, & corpus, neque enim locus maior, quam quantumcunque con- tingit corpus, id est quam corpus contentum ab eo. Corpus au- tem non est infinitum, quare neque locus. Aut enim vacuum erit

erit aliquid, aut corpus nunquam aptum est esse, verum omne sensibile aptum natum est esse alicubi. Et est aliquid locus vniuersi cuiusque corporis. Idemque partis & omnisvni totius terræ, & glebæ, ignis & scintille, simpliciter ergo si impossibile est infinitum esse locum, in loco autem omne corpus est, impossibile erit infinitum esse aliquod corpus. Non enim infinitum est cui nihil est extra, sed cuius semper est aliquid extra. Cuius. n. nihil est extra, hoc est perfectum & totum. Nam totum est cui nihil abest. Quod sit de eius perfectione. Infinitum igitur hoc est cuius quantitate accipientibus semper est aliquid extra accipere. Itaque magnitudo non est infinita actu, sed potentia, infinita vnaque sunt eius descensiones, potentia quidem, non actu. Idem in li. 7. Continui quidem continuus est motus, in continuo autem infinita sunt media non actu, sed potentia. Quare ad interrogantem si contingit infinita transire. Dicendum est, qd actu infinita non contingit, potentia vero contingit. Necessè est enim in finem venire, quod actus est, & non potentia. Qd autem continue mouetur secundum accidens infinita transire, simpliciter autem non, accidit enim lineæ infinita media esse. Omnia autem accidunt centro, principium enim, & medium magnitudinis, & finis est, omnia vero quanto plus distant a quiescente, feruntur velocius.

De Orbe, & eius partibus. Cap. XXXI.

EX libro de natura rerum. Cæli sphaera ( vt dicunt philosophi ) in rotundum firmata est. Ideoque nec principium, nec finem eam habere dicunt. Huius centrum terra est ex omnibus partibus ab ea equali intervallo circumclusa. Motus sphaeræ duobus axibus voluitur, septentrionali videlicet, qui nunquam occidit, & boreis dicitur. Australi quoque qui nunquam vult, & austronotus appellatur. Inter diem ergo & noctem sphaera, & de oriente vertitur in occidentem, & de oriente reuertitur in orientem. 24. horis cursum suum circumcludens, tantaque celeritate currit, nisi aduersus præcipitem eius cursum astra cuterent, quæ illam retardarent, mundi ruinam faceret. Tria vero corpora distinguuntur in mundo. s. infinitum, quod est terra in centro posita, ideoque manens immobilis, medium autem aer, vel aqua vel ignis, supremum vero celestis. Et sicut corpora sic etiam qualitates differunt. In infimo namque est opacitas, in medio dyaphaneitas, in supremo vero peripicuitas. De his quidam ex nostris, satis apte proprietates eorum breuiter distinguens, sic ait. Terra iacet stabilis, aqua sicut labilis. Aer nutat mobilis, ignis volat volubilis, voluitur rotabilis machina sphaeralis.

De Terra. Cap. XXXII.

TERRA, vt dicit philosophus, est corpus simplicium in loco medio situm, in quo & naturaliter quiesca manet, & ad ipsi eum mota fuerit naturaliter mouetur. Omnia quoque ponere rosa naturaliter ad eam, tanquam ad centrum feruntur. Hæc naturaliter frigida est, & sicca. Et vt dicit Beda, quando frigore circumfringitur humore, accipit, cum autem calore soluitur, humorem receptum nebulam emittit. Hæc Oceano circumcingitur, & internis aquæ meatibus velut corpus venis sanguinis irrigatur, quod si non fieret, propter ariditatem suam in puluerem redigeretur, ac destrueretur. Vnde vbicunq; in terra foditur, aqua reperitur. Hæc in initio dispositionis suæ rotunda fuit & plana, nec montes & valles erant in ea. Nunc autem est montuosa, sed tamen sphaerica, cuius circuitus 180. stadiorum mensuratur, quæ in duodecies mille miliaria & 72. computantur. Grauisissima est, & ideo nouissimum locum obtinet. In medio mundi, quasi punctum in medio circuli æqualiter collocatur, nullisque fultris diuina potentia sustentatur. Quinque zonis distinguitur, secunda est & omnium nutritiua. In se quoque continet metalla præciosa. Super omnia elementa passibilis est, & mutabilis. Terra si petrosa fuerit, frigida & sicca erit, si pinguis, & crassa, calida & humida, lutea vero frigida, & humida. Actor. De natura, & motu terræ, & eius zonis ac regionibus, & variis, de lapidibus quoque communibus, & gemmis ac mineris, & glebis, quæ in superficie terræ iacent, vel intra eius viscera continentur, multa quidem in historia naturali scriptis a nobis descripta sunt, pauca tamen adhuc & de his, & de ceteris rerum naturis etiam hoc in loco adijcere placuit, quæ ex libello quodam edito nuper a magistro Iacobo de Vitriaco, & ex quibusdam alijs auctoribus a quodam e nostris collecta, postmodum ad manus nostras decernerunt.

De Lapidibus præciosis. Cap. XXXIII.

EX lib. de natura rerum. Gemmarum virtus magna est, & vnde hoc habeant ( nisi a Deo ) homini incomperit est. Nam cum omnis virtus a Deo sit, in herbis quidem, aut fructibus est mediante operatione naturæ, vt pote quæ naturaliter calida sunt aut frigida. Ideoque competunt medicinis, quæ, s. per contraria fit. Horum autem nullum in lapidibus est, vt, s. excessus caliditatis, aut frigiditatis in aliquo lapide denotetur. Constat ergo, quia sine vilo medio lapidibus indidit virtutem omnipotens, eisque voluntatis suæ gratiam tribuit pro ratione naturæ. De his enim dicit Aug. qd per eas etiam demones alliciuntur. Vnde & Salomon inclusisse demones sub gemmis in anulis legitur. Sed sicut in peccato primi hominis omnis creatura corrupta est, sic etiam in ipsis virtutibus, quæ post peccatum in eis remanserunt, per tactum & vsum immundorum, & impiorum hominum, præcipue lapides præciosi corrumpuntur. Sed sanctificatione consecrationis ad virtutum efficaciam reparantur. Hoc de generalitate lapidum breuiter diximus, nunc secundum ordinem alphabeti virtutes eorum, & noia vi demus.

De Illis quorum nomina incipiunt per. A. Cap. XXXIII.

AGATHES in Achate orientali fluuio reperit. Venena fugat, sitim sedat, visum fouet, portantem roborat, & faciliat, gratumque reddit. Adamantis duo genera sunt. Vnum in India partibus inuenitur, inter rupes cristallinas cristallini coloris, sed quasi ferrum limatum micans. Cuius. naturæ describit. Idem. Huius vis maior esse perhibetur, si sedes eius cum anulo ponitur, ferrea sit. Anulo tamen pro dignitate lapidis ex auro centante. Hic a quibusdam Diamas dicitur. Aliud in Arabia reperitur, & in mari prope Ciprum, & in Ferraria, quæ Philippis est, dignitate quidem, & virtute multo inferius, sed maioris quantitate, & coloris distillans, obsecrum, sac ferrugineum, sine cruore hirci fragitur, ferrum attrahit, & auferit magneti, stellamque maris, indidem itineris inter obscuras nebulas per diem vel noctem nauis prodit. Cum enim vias suas ac portum dirigere nesciunt, cacumen acus ad adam intem lapidem fricatum per transfuersum in festuca parua insigunt, & vasi pleno aqua adamantem vasi circumducunt, & mox secundum motum eius sequitur in circuitu cacumen acus. Rotatum ergo perinde citius per circuitum lapidem subito retrahunt, moxq; cacumen acus auallo ductore contra stellam aciem dirigit, statimque subsistit, nec per punctum mouetur, & nauæ secundum demonstrationem factam ad portum vias dirigit. Hic lapis in Ieno lacerto portari vult, & sortem facit portantem contra hostem. Somnia vana repellit, venenum fugat, & prodit. Fertur etiam sudore madere, si venenum adhibeas. Lunaticis quoque prodest, & his qui Demone repleti sunt. Infans quoque prodest si dicitur ex contactu. Allectorius in ventre Galli nascitur, qui post tres annos castratur, & postea p septem annos viuens hunc portat. Hic lapis sitim extinguit, victoriosus est, pacem reconciliat, honores reformat, discretum facit, & gratum, maxime uxorem marito. Vt autem hæc omnia habeat, clausus in ore portatur. Ametifus violatui coloris est optimus. Hæc autem quidam velut gutta vini rubei corrupta aqua. Hic facilius est ad sculpendum, & ebrietati contrarius. Carior quidem est hic lapis, sed maxima eius copia est. Androdamanta lapis est quadrus, argentei coloris, durissimus quasi Adamas. In rubro mari reperitur, tantæque virtutis est, vt sedare possit animam furore calentem, luxuriam quoque sedat.

De his, quorum nomina incipiunt per. B. Cap. XXXV.

BERILLUM India mittit, optimi sunt oleo lucido similes, & maxime, qui, interius non habent maculam. Sunt enim quam lucidissimi minutas & longas habentes interius maculas velut paruos capillos. Berillus si formam sexangularem habuerit, arcus celestis colores in radio solis efficit. Idem etiam si rotundum vt pomum fuerit, humectatus aqua in claritate solis carbones mortuos, vel panum laneum nigrum, vel bullituram arboris siccam accendit. Vnde quidam egregio metro lusit in persona Berilli dicens.

*Me dedit insignem, virtus que format in ignem.  
Solis splendorem non ignis passa calorem.  
Sic lux aeterna, descendit ab arce superna.  
Est incarnata, matre tamen inuoluta.*

Dicitur etiam, qd morbo squinantie medetur, & glandes, quæ ex malis humoribus colliguntur per fricationem tollit, maxime cum

cum adhuc in augmento sunt. Borax est gemma, quæ vulgo Crapondine vocatur, sic dicta, quia borax quoddam. I. Bufoni genus eam in capite portat. Huius genera duo sunt. Vnum. s. album, & hoc melius est, atque rarius. Aliud vero fuscum, & ni grum in medio sui habens oculum, qui parumper imitatur colorem ceruleum. Sed quando bufoni viuo, & palpitanti hic lapis extrahitur, tunc oculum habere dicitur. Quando vero extrahitur aliquandiu mortuo, tunc malicia veneni illius oculi us extinguitur, & lapis vocatur. Hic lapis contrarius est venenis, & in cibum sumptus interna hominis mala sanare dicitur. In festina nauem circumit, & facta cura per inferiorem regionem egreditur.

De His quorum nomina incipiunt per. C. Cap. XXXVI.

ALCEDONIUS semper pallore detentus, calorem habet medium inter Hiacinctum, & Berillu, qui si pertusus sit, & collo vel digito feratur, causas vincere perhibetur. Huius species tres esse dicuntur. Calcophanus est niger, sonorus, & dulcis instar æris, si ferro percutiatur, aut ære. Hic enim si portetur ab homine casto, vocem sonoram, & dulcem reddit, & fauces a rauitate defendit. Carbunculus est lapis omnium præciosissimus atque clarissimus, & omnium lapidum perhibetur virtutibus præditus, huius color igneus est, & nocte magis, quàm die lucet. Die namque obscuratur, nocte vero intantum resurgit, vt circa se noctem in diem mutat. Huius species in arte lapidaria periti tres distinguunt. Prima carbunculus proprie nominatur. Secunda Rubith. Tertia Balauus, & hic vilior cæteris. Rubith vero ignei coloris est, sed incomparabiliter minoris, quàm carbunculus, vnde nec tenebris noctis fugat, virtutibus etiam impar est, sed tamen inter cæteros lapides præciosior, & elegatior colore sydereo. Balauus vero multo vilior est colore, virtute, & precio, tamen Saphyro, & Iaspide dignior estimatur. Celidonio est lapis informis, & paruus, quem hyrundinum pulli in pectore suo portantes. Ex hoc conuocantur si ore ad os in signum pacis conuersi adiuuicem sedent. Russus quidem lunaticos, & insanos mitigat. Niger autem iram sedat, & aqua dilutus lumina clarificat. Ceraunus ex Greco dicitur, quia cum fulmine de celo cadere perhibetur, & in loco vbi iste lapis fuerit fulmen cadere negatur. Est autem cerulei coloris, ex vna parte sæpius acutus. Corallus est lapis tuberosus valde, figuram habens vt cornu cerui, vel vt herbae radix, cum multis caudicibus, nec mirum quoniam herba fuit in maris primum, hic fulminibus, & tempestatibus resistit. Vnde antiqui lapidem huiusmodi confractum cum seminibus in agro iactabant, aut in arboribus suspendebant, vt grandinis pericula non sentirent. Demonibus quoque terribilis est, & hoc forte, quia frequenter ramorum eius extenso modum crucis habet. Corneolus, vel secundum quosdam cornelius, est lapis rubens perlicidus, sed obsecum coloris, inficiæ carni si milis, iras mitigat, sanguinem fluentem de naso, vel alio membro sistit, præcipueque de femina dum fluxum patitur. Horum lapidum multitudinē filii Israel in deserto sculpsisse dicuntur, quorum sculpturæ tam subtilis acuminis comprobantur, vt nullus posteriorum huius operis imitationem audeat attentare. Nec dubium qd secundum efficaciam, & virtutes gemmarum sculpebantur imagines figurarum. Crysolitus auro micat, & vt ignis scintillat, qui si perforatus fuerit, & foramen setis asini repletum fuerit, demones exteret, & exagitat. Dicit autem Theophilus philosophus Iudæorum in lib. de sculpturis lapidum. Quod quando inuenitur in crysolito femina habens in vna manu auem, & in alia pisicem, valet ad negociandum. Crysolitus inuenitur in India, sed hic quoque rarissime vt dicitur, vnde & inuentus carior habetur. Est autem ex duobus coloribus aureolus scilicet guttis micans & porri succo colore permixtus. Crysolitus est lapis ex glacie induratus. Solinus tñ in aliquibus mundi partibus hunc inueniri dicit, vbi nunquam gelu, nec glacies fuit, hic lapis tritus, & cum melle mixtus atque potatus, vbera lacte replet.

De His quorum nomina incipiunt per. D. E. F. & G. Cap. XXXVII.

YONISA lapis est orientis, fusci coloris, niueis resperis guttis, & aqua tritus vinum frangat, & tñ ebrietatem contra naturam odore suo fugat, vt dicit Philosophus. Dyadogos, aliàs dyacodos lapis est. Berillo similis, qui aquis iniectus varias effigies demonum efficit, ita vt det responsa petentibus. Hic si corpori defuncti admoneatur, amittit vires, & quasi sensibilibiter mortem abhorret. Elydros, vel enydros est lapis cristallo similis, qui miro modo perpetuis lacrymis distillat, & tamè du

rus, & integer in omnibus perseverat. Elytropia lapis est instar smaragdi viridis, & aspersus venis sanguineis. Hic in vase aqua pleno solis radiis subiectus, sanguineum solem reddit, ac si pateretur eclypsim, nec hora vas ipsum in quo iacet, ebullire videtur, & aquam velut himbres spargere. Hoc factò videntes arrepti si præfentes sunt, inter se rapiuntur, & futura prædicunt. Hic lapis gestantem in longa vitæ tempora perducit, sanguine stringit, venena fugat, & contra dolos cautum facit. Ematithes est coloris ferruginei, mixtus venis sanguineis. Hic coarctatus & in aqua resolutus, sanat eos, qui salinis sanguineas emittunt, sanat & ventris fluxum. Puluis eius carnes mortuas crescentes in vulnere corrodit, & tollit. Vno quoque permixtus vlcera sanant, bibitusque lapidem vesicæ frangit. Ethites est lapis punice coloris, habens lapillum interius ex quo fit sonorus. Hic ab Aquila de extremis orbis partibus in nidum portatur. Naturam enim hunc esse pullis suis tutam experitur. Alii dicunt esse causam, qd oua Aquilæ immoderato calore concalescant, nisi lapis naturaliter frigidus præfens sit. Hic pueros incolumes seruat, efficacissime prægnantes iuuat, ne abortum faciant, vel in partu laborent. In Ieno lacerto portari vult, scaberitatem confert, & gratiam, facitque victorem. Filiteris eadem est gemma eiusdemque virtutis cuius, & Crisolitus, de quo iam dictum est. Flongites gemma est ex Persida, & hæc est vna ex gemmis ardentibus, vel cristallinis, ostendens intra se quasi flammam estuantes, qui non æstant exteriori. Gagathes est lapis niger, & lucidus, qui paleas attrahit calefactus attritus, accensus autè caducis prodest, & demones fugat, aut si per os hominis obfessi loquantur, fumus eos tacere cogit. Idem prodest hydropicis, stomachum euersum iuuat, aqua in qua triduo iacuerit, cito partum liberat. Ipsa quoque aqua, si a puella potetur, an virgo sit depreheuditur, quia si virgo est, imota manet, si vero corrupta, in continentia mingit. Galactidos est lapis cineri similis. In Nilo reperitur. Cum lacte tritus ac potatus lac multiplicat, prægnantes liberat, & scabiem fugat.

Quorum Nomina incipiunt per. I. & L. Cap. XXXVIII.

IACINCTUS est lapis ceruleus, in obscuro nubilosus, in sereno clarus, ita qd aera sentire dicitur. Peroptimus est ille, qui nec nimis clarus est, nec nimis obscurus. Est autem frigidissimus, & hic magis si mitatur in os, solidissime quoque duritiæ est, ita quod scindi, vel sculpi recusat. Sculpiatur tamen aliquando fragmentis adamantis, hic confortat gestantem, & fugat tristitiam ac suspitiones vanas, tutam est etiam contra pestilentiam, & contra serpentes, & venena. Dicit autem Theophilus, quod cum inuenitur in Iacincto lapis albus, & in ipsa albedine equus, hic valet ad obtinendam gratiam, & gloriam. Lapis est lapis uiridis, guttas tamen sanguineas habens. Ille peroptimus est, qui magis translucet castum hominem se portantem, tutum facit, & gratum, si consecratus sit, noxiæque fantasmata pellit. Huius genera plura sunt. Est autem quoddam genus valde rubens instar ignis, & translucidum, & hoc præciosum est. Quoddam vero rubens non perlucidum, & hoc uilius est. Dicit autem Theophilus, quod quando inuenitur in lapide homo habens scutum in collo uel in manu, & cuspidem in altera manu, sub pedibus quoque serpentem, hic habet contra omnes inimicos uirtutem. Cum autem inuenitur in eo homo habens fasciculum herbæ in collo, ponatur in argento, & habet virtutem inter infirmitates discernendi, & in omni loco sanguinem restringendi, confert etiam gratiam & honorem. Itaque Gal. in digito portasse fertur hunc lapidem. Si quis autem inuenierit iaspidem viridem, & in eo crucein, habet virtutem vt non mergatur. Lygurius est lapis, quem stillare dicunt ab inguine lincis bestie, scilicet orientis. Huius enim vrina secundum plurimum solidatur in lapidem, quod naturaliter bestia sciens, inuidet bono nostro, egestumque præciosum urinæ liquorem arena obruit, & hæc eo citius in lapidem duret. Huius color iuxta philosophum igneus ac rubicundus est, & carbunculo similis, nisi quod nequaquam nocte lucet. Iuxta lapidarium uero, uiridis est, uirtus eius habetur ad multa remedia, præcipueque ablutus in aqua constipatos iuuat, & uentrem soluit, colorem quoque perditum facie recuperat. Lyparia lapis est in Libya valde mirabilis, ad quem omne ferarum genus, docente natura, sponte quasi ad patrum currat, cum canes, aut uenatores eum insequuntur, sed nec aliquis aduersarius eis nocere potest.

De His quorum nomina incipiunt per. M. O. & P. Cap. XXXIX.

MAGNES est lapis coloris ferruginei, qui & ferrum uicinum attrahit, non tamen præfente adamante, hic etiam uxores ma-



res matris conciliare dicitur, & si quis vxoris sue castitatem probare cupiens, supponat eum capiti mulieris sterentis, mox illa (si casta est) pete maritum cum amplexu, cum tamen nō euigilet. Si vero adultera, de lecto tanquam manu repulsa subito fœtore coacta cadit. Sicque lapis crimen celatum prodit. Si quis furandi gratia domum per noctem intrauerit, & per loca quatuor prunas ardentis posuerit, ac magnetis fragmenta super asperserit, mox fumi vapor inhabitantium mentes evertit, eosque a domo fugat, vt fur domum impune diripiat. Idem etiam contritus combusturas sanat, & lacti commixtus hydro-pisum resoluit. Margarita (vt dicit Solinus) sic efficitur. Concha in quibus inueniuntur nocturno tempore litus aduent, & rore cœli concipiunt, si purum fuerit, quod accipiunt, gemmæ candidæ fiunt. Si vero turbidum aut pallore languent, aut ruffo obnubilantur, quantoque magis hauserint rorem, tanto magis percussit lapidum magnitudo, si vero conchis apertis repente corrosio micuerit, in tempore lucido mecum primuntur, subitaque formidine clausæ abortiunt aut perpetue eiciuntur. Talis autem conchis ipsis est sensus, vt patris suos timeat maculari, cum sol vrentes, ac feruentes orbis emisserit. Itaque ne nimio calore succentur lapides, conchæ subsidunt in profundum, duo namque in vna concha reperiuntur, vnde & vniuersæ pleiurque dicuntur. Grandinibus descendentes conchis lapides stantescunt. Margaritæ quoque in aquis molles fiunt, sed exceptæ in lapides durefiunt, vltra feminiam nunquam reprimuntur. Dicuntur autem cum luna crescere, & decrefcere dum viuent in concha sunt. Huiusmodi gemmas digitis vel auribus suspendere binas, vel trinas feminarum gloria est. In aceto vero postea citius resoluuntur. Hic lapis contritus, & confectus secundum modum debitum contra debilitatem stomachi valet, & sanitatem corporis confert, & etiam mentis, quæ castum reddit portantem. Onix est lapis ex parte albus, & ex parte niger, qui si collo, vel digito feratur in somnis trinitiam ac noxia depellit, & fantastias vires euacuat. Sed hoc habet aduersi, quod si huiusmodi commouet, & multiplicat. De lapide Onichino duo sunt opiniones, dicit enim glossa super Leuiticum, quod ostrea sit parua suauiter redolens a magnitudine, & colore vnguis humani dicitur, habet enim colorem medium inter rubeum, & album, hæc aquis exempta durefiunt in lapidem sicut margarita. Bada tamen videtur velle, quod Onichinus, siue Onix vt ipse dicit, niger ex parte sit interuentibus albis, & rubeis zonis. Platearius autem dicit, quod Onicha siue Onix est genus gummi fluens ex arbore, quod postea durefiunt in lapide sicut de Sincino legitur. Sed forsitan aliud dicit Onicham, quæ Onichinum. Onicha tamen pro Onichino ponitur, secundum glossam in loco Exodi, vbi de vnguento compositionis agitur. Valet autem Onichinum contra scabiem, & dealbificat faciem. In ignem vero missus odorem suauissimum reddit. Hoc etiam de Onicha valde mirabile fertur, quod cum nihil adeo exiguum sit, quod non ledat oculum si intrauerit, hic infirmo appositus oculo, sponte sua quasi lenfata res intrat sine lesione, circūque oculum, & omnes partes interius penetrat, quousque contrarios eius humores profus excussit. Panthera lapis est omnium fere colorum, dicitur ab huius nominis bestia, hic rabiem sedat, & tot habere virtutes dicitur, quot colores.

De his quorum nomina incipiunt per s. vel peris. Cap. XL.

Saphirus cœulei coloris est, morbum illum horribilem fugat, qui vulgariter dicitur, Noli me tægere, sed colore post fugationem dicitur vitari. Dicitur etiam optimus esse contra fraudes, & contra inuidiam, & terrores. Ad pacem quoque gratiosus est, sed oportet quod ille qui eum portat summo studio seruet castitatem. Orientales Saphiri sunt optimi, maxime hi qui vehementer splendunt, colore cœuleo, & quasi nubeculas habentes. In superficie coloris densioris. Sunt quidam orientales Saphiri, qui lapidem Rubith admixtum habent, hi quoque inter cæteros cariores sunt, & virtute potentes. Sardius rubei coloris est, sed atque vt rubea terra, hic sanguinem fluxum restringit, & est idem quod lapis cornelius, de quo. scidum est superius, vt dicit glossa. Sardionix ex duobus lapidibus naturaliter est in parte rubeus ex lapide sardio, in parte vero albus, & in parte niger, qui duo colores sunt ex parte. Onyx, habet autem speciem pulcherrimam vbi colores permixti fuerint. Sed nullam virtutem habere dicitur, nisi quam & Sardius, si quod ipso præfente lapis Onix nocere non potest, nescit autem conuelleret ceram, & eum qui hunc portat oportet esse prudentem & humilem. Smaragdus præ omnibus virentibus viret, forma eius optima est plana, quia dum sitata est adumbratur si reuertenter portetur, morbum caducum fugat, & morbum qui Emi-

tritheus dicitur, visum etiam refocillat, & oculos purgat, qui vino ablatus vel oleo petunctus hominem gratum in verbis reddit, temperatas auerit, motus quoque lasciuos compescit. Sucus crocei coloris est, & vt virtum aliquando transluet, arboris pineæ succus est, & ideo Sucus appellatur, vulgariter autem lambræ vocatur, hic caliditatem conferre portantibus dicitur, sumus eius iuuat parurientes, & fugat serpentes. Prima quidem gutta, quæ de pino arbore fluit pura, & lucida est, & hæc illa, quæ in ætate calida, profilit, reliquo vero tempore fluens obscura est, & immunda. Silenites est lapis colore pulchro, maximeque albo rubeo, vario, purpureo, quem, portat Indigæ restudo. Horum quoddam genus est, quod viret vt herba, hunc qui portat in ore fertur diuina futura, igne nunquam frangitur. Inter diffidentes amorem reconciliat, pificos etiam curat. Topafius in Topafon insula tantum primo inueniuntur est & inde nunc patens, cuius color auro similis. Hic magis præciosus est, aliud autem genus est multo lucidius, & colorem magis tenuet, sed deterius, hic lapis inter cætera, quæ facit, dicitur etiam stram, luxuriamque restinguere.

De Aquis. Cap. XLII.

Qua est secundum elementum cuius immensa profunditas abyssus dicitur, quasi absens fundus, habet tamen fundum quasi nimis profundum. Hæc frigida, & humida est. Quæ de lapide manat, lentior est, & limpidior. Aqua communis est omnibus, ad ima fluit, sordes abluunt, terra permixta lantum facit, si nimis sedat, ignem extinguit &c. Oceanus fluuiois concursu non augetur, quia fluencia dulcia partim salis vadis consumuntur, aut vento vel ardore solis abluuntur, partim vero per occultos meatus in amnes suos reuertuntur. Exhaustio quidem a sole dulci liquore, quem facile vis ignea trahit, amnis asperior crassiorque relinquuntur, vnde summa maris vnda dulcior est, profunda amarior, & longè quidem alimentum est in dulcibus aquis, solis autem in amaris. Aëstus Oceanus, id est accessus, & recessus Lunam sequitur, cuius respiratione retro trahitur, & eundem impulsu refunditur. Quotidie vero bis effluere ac remanere videtur, cum Luna crescere cœrit, & cum decrefcere decrefcit. Itaque cum Luna est in equinoctio, fluctus surgit ob Lunæ vicinitatem. Cum autem in solstitio, minor est ob eius longinquitatem. Porro per 19 annos ad principia motus, & ad incrementa parua reuertitur, vt Luna. Mare rubrum ex adiacente terra videtur aquas habere rubeas, sed huiusmodi sunt aque eius in se coloris, cuius & aqua alterius maris. Fontes autem saporem, virtutem, colorem ex oculis terre visceribus (de quibus originem trahunt) fluentes ducunt. Itaque cum paradisi fons vniuersæ terræ superficiem in quatuor fluminibus irrigare dicitur, ex variis terræ qualitatibus fontes quidam frigidas habent aquas, alii vero calidas, & ex terra sulphurea feruidas. In partibus Orientis (vt dicit Iacobus) est fons quidam, ex cuius aq. s. efficitur ignis Græcus, alius quibusdam mixtus, qui postquam vehementer accensus fuerit, vix aut nunquam extingui poterit, nisi aceto, & hominis vrina, vel sabulo. Huius fontis aquas Sarcœni comparant magno præcio. In Aphrica fons est (vt August. dicit) qui voces canoras reddit. Præterea est fons quidam (vt dicit Solinus) quietus & tranquillus, qui si iuxta ipsum in tonent tibia, quasi exultabundus ad sonitum eleuatur, & extra ripas intumescit. In minori quoque Britania fons esse refertur, cuius aquæ super propinquum lapidem proiectæ pluias, & conitrua prouocare dicuntur. Fontes autem tam in mari, quam in terra dulcis aquæ limpidissimæ reperiuntur. Itaque in mari superioris partis Tyrensis vrbs est fons, qui dulcissimis aquis tanta vehementia profilit a fundo maris, vt duobus aut tribus cubitis supra mare saltet; & hoc cum mare tranquillum est. Cum autem inundationes vento feruntur, fons quidem ab eis obruitur, sed cum tranferunt, statim vt prius eleuatur. Sic autem eminet super aquas maris, vt hauriri possit in vasis. Sunt & stagna quædam in quibus nulla res natate potest, sed omnia merguntur. Alia vero in quibus omnia fluitant, nec mergi possunt. Lacus etiam sunt in quibus aquæ ter in die sunt amaræ, & ter in die dulces fiunt. Fluuii quidam sunt in partibus Orientis, qui arenas aureas habere dicuntur, vt dicit Iacobus. Alii vero, qui lapides præciosos. In Perside fluuius quidam est, qui semper de nocte congelatur, ita quod homines, & peccora super eum transire valent, de die vero semper in aquas resoluuntur.

De Aere, & regionibus elementis. Cap. XLII.

Er tertium elementum est, & est omne, quod inani simile a Terra vsque ad Lunam conspicitur: de quo & vitalis spiritus hauritur, & in quo Dæmones commorantur. Est enim quodammodo crassus, terra, & aqua, & igne permixtus. Aliiter enim Dæmonum corpora ex eo assumpta somnum non recipiunt, vnde verba formarentur ad eos quibus apparent. Quod ergo durum & molle, asperum & lenes sentitur in eis, sit contrariis elementis simul permixtus. Ex hoc etiam & in hoc sunt venti, nives, grandines, himbres, flauia, & huiusmodi. Ex contrarietate namque vehementiam elementorum partium r, vnde ex eius corruptione infirmitates ac pestilentia generantur. Aer rarus est, leuis, mobilis, aurbus peruius, & nubibus obscuratur, & pluuia signat, sole illustratur, hieme condensatur, ætate serenatur, vento agitur, circa palludosa, & humida loca condensatur, facillimeque corrumpitur. Circa montes autem subtilis est nimium ac penetrabilis. Mediocribus autem locis optimus, id est nec nimis altis, nec dimissis. Sunt autem septem aeris regiones (vt philosophi dicunt) in quibus aquosus humores terræ per attractionem caloris ex sole, aliquando visibiliter per nebulas, aliquando etiam invisibiliter per humidiorem aerem ascendentes. Primo quidem in rores, secundo in nixes, tertio in grandines, quarto in himbres, quinto in mella, sexto in laudant, septimo in mannam, gradatim de regione in regionem per temporum interualla transformantur. Quæ licet per totum aerem vniuersaliter sub celo mundus iste extineat, in orientalibus tamen partibus, vbi purior est aer, tres eorum vltimæ partes inueniuntur vberius, scilicet mella, laudant, & manna, cæteræ vero quatuor plus habundat in Occidentalibus, & quia sumus, quanto altius ascenderit, tanto magis subtiliatur, manna subtilissimum est, ac viuificatissimum, vel viuacissimum præ omnibus humoribus. Hi ergo septem humores aeri diuersas substantias, diuersasque substantiarum efficacia, temperantia secundum diuersasmodas aeris regiones sumunt quibus omne animal spirans habilitatur ad vitam. Sed terra, & quicquid in ea germinat virtutis est fœcundatur aer, æstis, vnde & molle quidem, durum, vel asperum, dulce, acidum, vel amarum, ex his compositionem recipiunt, & pro diuersitate compositionis & naturæ, in his omnibus concordia partium inuenitur.

De Igne, & eius superna regione. Cap. XLIII.

Ignis est elementum quartum, calidus est, & siccus, & sursum tendit, splendet, rutilat, calefacit, fumum generat, ligna consumit, attractiue naturæ est, cibos decoquit. Huius effectus ex parte tanguntur in his quatuor versibus. *Destruit, emollit, restringit, consiliatque. Clarificat, terret, accendit, laticificatque. Mobilis, & siccus mundusque sauuilla tenetur. Crescit, & ascendit, sed aqua modica morietur.* Sed hæc omnia de igne isto inferiori elementato, sensibilibus dicuntur. Superest autem ignis purissimus totum aere excedens cuius regio vsque ad firmamentum extenditur. In tanto est aer subtilior, quanto aqua tenuior, & aqua terra rarior. Idem & æther vocatur, quia perpetuo splendore lætatur. De hoc Angeli corpora assumunt, cum ad homines missi veniunt. In hac ignis regione. 7. stellæ. i. vij. planetæ singulis circulis contra mundum feruntur, & ob vagum cursum erraticæ nominantur. Ignis itaque tripliciter consideratur, nam in materia terrea carbo est, in materia aeris flamma, in natura vero lucis est pura lux, & ideo non indiget nutrimento, quia non ex contrariis agentibus. Planetæ quoque & stellæ quoniam ex eodem igne constant, alimento non indigent, & ideo secundum naturæ cursum in aëre lucere possent, nisi creatoris sui voluntas eos aliter ordinaret. Ipse namque ignis lux illic in propria regione est, nec habet respectum ad aliud vnde materiam trahat.

De Septem planetis. Cap. XLIIII.

Incuntur autem planetæ, id est errantes, quia per aerem vario motu discuntur, vnde & retrograde dicuntur. Cumque triplex sit motus eorum, scilicet voluntarius, & naturalis, & violentus. Voluntarius quidem motus in planetis nō est, quia sensus, & motus determinant animal, sensus autem in eis non est. Mouentur itaque violento motu cum firmamento, motu vero naturali contra firmamentum. Ratione namque formæ, quæ spherica est firmamentum in instanti moueretur, nisi esset prohibens. Ideo positi sunt planetæ magni, qui ad

motum eius retardandum mouerentur contra illud, motu suo naturali. Nam si mouerentur in instanti, rerum esset confusio, nec generatio fieret, & corruptio, sed quia motus firmamenti præualet illis, rapiuntur cum eo motu violento. Nisi vero virtute quadam occultiori semina rerum a suis principiis diuiderentur, semper apparent in statu suæ creationis immobiliter permanere. Nunc autem indidit Deus globiferis stellarum circulis, sed maxime planetarum, virtutem talem, vt a motu sui principii res vegetabiles tranfire faciant, sed ad multiplicationem consimilium transferant. Proinde successione ac posteritatis quasi sobole concupita, in se solis manere nolentes, femina de se fundunt, & in feminum materiam in aliis prouentura. Ceduntque semper succedentibus aliis, & ad rerum principium terram iterum reuertuntur. Exceptis igitur his, quæ vel ad liberum arbitrium hominis, vel ad specialia diuinæ voluntatis opera spectare videntur. Deus omnipotens causas istarum rerum in seruium sub stellarum motibus esse constituit. Quod ex motibus planetarum Solis, & Lunæ constare potest, dem sub augmento vel defectu Lunæ humores in hominibus ac cæteris animalibus crescere, & decrefcere videntur. In ascensu quoque solis flores, & fructus erumpunt, in descensu vero cuncta virtutia arefiunt. Sol quidem & Luna luminaria magna dicuntur, non quia maiora sint corpore vel lumine apud se, sed aliorum syderum comparatiue, quæ propter remotiorem minor videntur apud nos cum tamen maxima sint apud se. Nam si Luna æqualis quantitate videtur cum Sole, qui tamē sexies aut septies maior est, & hoc ideo quia ille remotior, illa vero nobis propinquior est, quid de cæteris tribus, qui longe superiores Sole sunt æstimari potest. Mars enim planeta quintus intantum, & paulo plus superior est, quàm Sol. Iuppiter vero sextus in quintuplum Marte altior est. Saturnus autem septimus, & vltimus in duplum vere Ioue superior. Vnde ergo quanto Saturnus Sole superior sit, & quantum eius syderis maius illorum comparatione haberi potest. Omnes autem planetæ post quingentos, 32. annos circulos suos peragunt, & eodem vt prius reperunt Signifer, id est circulus. 12. signorum in duodecim partes perlatum diuiditur, sub quibus septem planetæ feruntur. Denique a terra vsque ad cælum esse. 9. millia. & 300. & 85. miliaria. philosophi, & multi catholici veridicis assertionibus, & argumentis firmissimis probauerunt.

De Luna, & Mercurio, & Venere. Cap. XLV.

Vna est primus planetarum, id est infimus. Hæc humorem mater est, vnde quidam orientales fluuii crescant & decrefcant, secundum illius incrementum, & decrementum. Ipsa etiam humana corpora maximeque lunaticorum Lunæ cursus sentiunt. Sed & animalia, bestiarumque plurimæ sagina crescant, & decrefcant secundum eius statum. Possunt autem decem Lunæ proprietates his sex versibus perstringi, quæ specia liter conueniunt Beautissimæ Virgini. *Humorum mater, solique refrigerat æstum. Eclipsim patitur phæbo faciente recessum. Hinc sol dat lumen tenebris de nocte relidit. Illustrat mundum sol pristina quando reuifit. Inter planetas magis hac terra propianit. Crescit decrefcit candat tempus mediisquit.* Mercurius est planeta secundus, qui signiferum suum percurrit 339. diebus. Hic aliquando ante ortum solis, aliquando post eius occasum splendens exurgit. Apud gentiles quidem Mercurius ille dicebatur Deus, in quem mercimoniorum fortunæ ponebant, quasi merces curans. Nec forsitan sine ratione plane tam hanc Dei suo nomine vocauerunt, eo quod in huius ascensu ne spiritus humanorum sensuum puriores ac perspicaciores sunt, & expeditiores ad lucra facienda, rerumque causas inuestigandas, purgato namque cerebro a fumis, & superfluitatibus, purgator spiritus exurgit ad actus. Venus est planeta tertius, qui & Lucifer dicitur, stella videlicet contra firmamentum, vt Mercurius nitens, quæ omnium maior clariorque videtur. Facit enim vmbra sicut Sol & Luna. Signiferum autem percurrit 348. diebus. Iste solem orientem aliquando præcedit, & tunc helios aut vesper dicitur, hieme lucet, ætate conditur, & in antarctico polo (qui est vertex inferior) sepelitur. Vi huius naturæ (vt dicit Plinius) cuncta generantur in terris. Vnde Venus dicitur, quasi veneris nomen, quæ apud gentiles dicebatur Dea amoris. Hic itaque planeta in exortu suo matutino vel vespertino terram rore conspergit, & non solum terræ conceptus implet, verum etiam animantia omnia ad luxuriam stimulat. De huius proprietatibus extant hi quinque versus.

Lucis splendorem, fert secum rorem fert quoque, Ingens dat letum, vigilansque docens, praeit ipsum. Solem defectum Luna comitans, hiemisque. Tempore lucefcit, cadens aestate quiescit. Dicitur autem dare, idest facere letum hominem, scilicet viatorem, vigilans, quia nocte luere, decens quia pulcher.

De Sole. Cap. XLVI.

SOL est quartus planera, sic dictus quia solus lucet. s. per die, vel quia super omnia lucet. Zodiacum peragrat diebus. 365. In ortu suo si maculosus est, vel sub nube laet, diem indicat pluuialem, si rubet, sincerum, si pallet tempestuosum, si concauus apparet, ita q. in medio fulgens radios ad austrum, & aquilonem emittit, tempestatem humidam ac ventosam significat, si autem pallidus in nigras nubes occidat, aquilonare ven tum determinat. Sol est fons caloris, nubes de terra per vapo res attrahit, fructus maturat, fluida fccat. Veris quidem tem pore sole superius ascendente frondes ac flores erumpunt, fru ctuque de floribus prodeunt, & dum sol remotius ascenderit, vapore suo sicco, & igneo fructus ac semina maturefcere facit, eo quod humiditatem superfluum calore defccat, vt in eis ficcitas, & humiditas temperata remaneat. Idem quoque fol postea descendens, & in dexera per orbis climata cadens, priore aultui temporis ordinem euertit, vt quaeque virenta solis auer sionibus cadant, rigidaque ceruice tepescant, & (vt breuiter dicam) omnia specie sua dolent, ac recessus fomenti solaris, lugubri facie vapores deplorat. De huius proprietatibus extant hi septem versus.

Fulgidus effundit radios fons ipse caloris. Attrahit hic nubes specimen vel forma coloris. Illuivat Lunam, noctemque diemque ministrat. Fructus maturat, ac humida cuncta refccat. Intrat fraxeras glacies, & dura relidit. Larificat sanos oculos, lippos quoque claudit. Occidit, ac oritur, descendens hinc quoque scandit.

Posiunt haec omnia referri spiritaliter ad beatam virginem, quae dicitur electa vt sol. Et sicut sol octies maior est terra, sic & ipsa praerogatiuis. 8. maior est omni creatura. Quas videre possumus in his. 4. versibus.

Virgo prius vovit, virgo sine semine pragnans. Virgo Deum genuit, virgo mater simul extans. Haec sine labe manens, omni virtute beatur. Imperat hic Christo super ipsa creatura leuatur.

De Marte, & Ioue, & Saturno. Cap. XLVII.

MARS est planeta quintus, qui signiferum percurrit annis duobus. Non ab 1e forsitan ex nomine Martis Dei bel lorum a gentilibus nuncupatus, cum in huius syderis ascensio ne colera saepius in hominibus accendatur, stantque calefactio nes cordis, & epatis, ac rebullitio cerebri, & humores corrumpun tur. Sic enim causis contrariis impugnantibus sanitatem, bellu in corporibus geritur, quod non nisi morte finitur. Iuppiter est planeta sextus, calidus, & siccus: qui Zodiacum peragit annis. 12. sic dictus a gentilibus ex nomine Dei sui, qui dicebatur Iuppiter, quasi iuuans pater. Nec hoc forte sine ratione, cum in huius ascensione syderis omnia terra nascencia vi eripant. Est autem (vt dicit Marrianus in astrologia) stella Iouis ad omnia salutaris, & secundum naturam sanitatem mortalibus imparitur, vnde & dicit ibi commentator, quod si non esset al ius planeta, quam iuppiter in firmamento caeli, omnes homi nes essent immortales. Quod intelligendum forsitan secundu naturae cursum, & non secundum voluntatem, & potentia crea toris. Saturnus est planeta septimus, & vltimus, summumque omnium sydus, ideoque nimium videri dicit Plinius. Hic an nis. 30. signiferum peragit. A parte sinistra gyrant omnes plane ta, praeter Saturnum, qui semper praecps graditur in dextram partem. Hunc in occasum celerrime tolli contingeret, nisi con uersione assidua obuiis aliis syderibus impediretur. Nunc au tem mundi vertigine impeditus ignauo globo torpet, & fit ge lidae rigentisque naturae, vnde fit vt tardius caeteris cursum suum peragat. Augustinus tamen aliam causam frigiditatis eius ponit, scilicet aquarum supercaelestium vicinitatem. Dici tur autem Saturnus a gentilibus ex nomine Dei sui, quasi sa runitatis numen, & hoc forsitan ideo, quia in huius syderis ascen sione iacta femina mortificatur in terra, vt fructum faciant ad saturitatem carnis. Iuxta illud. Nisi granum frumenti in terra cadens, mortuum fuerit, &c.

De Quinto elemento, quod est vapor. Cap. XLVIII.

EX summa de anima. Vaporem autem dicimus quintum elementum, quod est medium aquae & aeris, quantum ad substantiam subtilitatem, quia subtilior est aqua, crosior aere. Et quauis sit ex elementis, puta q. resoluitur ex aqua & terra a calore solis, siue maneat clausus in visceribus terrae, siue super terram eleuetur plus, & minus, iuxta triplex interstitium aeris, ipse est principium aliarum rerum sequentium, nam ille qui ele uatur super terram principium est cometarum, ac stellarum ca dentium, & asuph, & anaxhet, circulatorum circa solem, & lunae apparentium, & Iridis, necnon ventorum & turbinis ac tonitruu corrufcationis, & fulminis, & nubes, ac nebulae, grandinis quoq; ac niuis, ac pruinae, sed & nimbi, ac pluuiar, atque roris. Et ista sunt elementata primae compositionis. Ille vero, qui manet in visceribus terrae, ipse est qui calefacit fontes in hieme, ipse est principium terremotus, & ex eo corpora mineralia generantur vt sulphur, ex cuius combustione calefcunt terra, & lapis sumi liter, & argentum viuum, quod est principium omnium metal lorum, quae sunt. 7. s. plumbum, stagnum, aes, auricalem, cupru, argentum, & aurum, & haec sunt elementa secundae composi tionis, vel complexionis. Sunt autem elementata quadam me dia, quae nec sub terra sunt nec super terram, & horum quada sunt infixa terrae nascencia, puta plantae arborum, & herbarum, quaedam vero non, sicut animalia: Quaedam tamen inter plan tas, & animalia media sunt, vt spongiae marinae, quae & radici bus aluntur vt plantae, & tactu sentiunt vt animalia. Sed horum principia sunt vapores, vnde per se prius generantur, plantae ve ro primo ex feminibus pluuiam mediante. Nutritur itaque ter rae nascencia ex mixtura terrae, & aquae, & ita sunt in tertia co positione, in qua confecta est aliquo modo contrarietas, quae elementata primae, & elementata secundae compositionis ani mam habere prohibebat, vnde plantae animam habent vegeta bilem, & quia vapores sunt principia terrae, nascencium, ex terrae vero nascencibus generantur humores animalium, ex quibus scilicet humoribus, & ipsa nutriuntur, & semina, vel oua formantur, de quibus alia quoque generantur animalia. Manifestum igitur est, q. vapores principia sunt animalium, & hominum, qui sunt quarta & quinta compositionis, sed in ani malibus magis confecta est contrarietas, quam in terrae nascé tibus: vnde & nobiliorem animam recipiunt. s. sensibilem. In hominibus quoque magis, quam in animalibus, & ideo reci piunt animam nobilissimam propter fumum humani corporis temperantiam, & quia non potuit esse nobilior perfectior, patet q. homo est finis omnium creaturarum. Sicut ergo pri ma creaturatum rationalis est, scilicet Angelus, sic & vltima est homo, vt finis conueniat principio, sicutque creaturarum ordo circularis, vt ex perfectione circularis creationis intelligatur, perfectio summi opificis. Recte igitur quinque ponimus clemé talicet quatuor sunt primo prima.

De Impressionibus aris, ex vaporibus ascendentibus. Cap. XLIX.

ARISTO. in lib. Meteororum. Causa, etiam prima mouens terrae, & aque vapores, vt ex eis eleuatis fiant impressio nes aeris, est motus orbium stellarum. s. solis & aliarum. Sol enim dum appropinquat his rebus, & elongatur ab eis, cau sa est generationis, & corruptionis accidentium in illis. Irerit huiusmodi, quae in eis generantur. Dum enim calor eius ignit terram, eleuatur ex ea vapor humidus, & vapor siccus, atque in diuersas species separatur. Quaedam enim species dum acce dit ad summum aeris resoluitur ac subtiliatur, & appropinquat igni quo inflammatur, & fit ex ea impressio inflammata, vt su pra dictum est. Haec autem vaporis species vocatur aestus. Alia vero est nebula propinquoior quae fit aer, nisi accidat ei, accides, idest nisi obuiet ei frigus accidentale ipsam constringens. Ve rum aer iste factus, s. ex vapore subtili fit aqua, quia vapor rori dus est. i. materia roris, vel pluuiar. Nam si accidat ei frigus, quod ipsum praemat, incrossatur & inspissatur, & redit aqua ad terram pluens. i. distillans in rorem uel in pluuiam. s. ex nu bibus subtilioribus vel densioribus. Et quandoque videtur ex eo nebula. s. ex reliquiis nubium resolutarum. Cum igitur sol appropinquat, vapor eleuatur ascendit, cum autem elongatur ab eo, descendit. Cum autem id, quod ex eo descendit parua res est, idest subtilis, & ideo tardatur in descensione sua, & ros vocatur. Cum vero multam habet mensuram, idest spissitudi nem, & ideo velociter descendit, pluuiam nominatur. Et quando parua res est, nec peruenit in altum propter paruitatem suae ca liditatis, & resoluitur, fit aer. Quando autem vapor ascendenti accidit

ti accidit vehementia frigoris, aggregatus fit pruina. Quan do enim super ipsum est, est paruum frigus, idest temperatum ex primitiorem. Pruina autem est vapor congelatus. Dico ergo q. aqua non congelatur, nisi in loco vbi sunt nubes, & q. descendunt ex loco nubium tria corpora, quorum generatio & essentia est per frigus. s. aqua, mix grandio. Corpora vero de scendunt ex aere duo duobus sunt similia, quia causa gene rationis, vtrorumque est vna, nec diuersificatur nisi multitu dine, & paucitate. Sunt autem haec nix & pruina, similiter plu uia, & ros. Est enim ros pluuiar pauca, idest subtilis. Pluuiar ros multus, idest crosus, vel densus: pluuiar namque non fit nisi ex vapore multo iam infrigidato, & causa illius sunt tempus, & locus, & frigiditas.

De Passionibus aeris, & primo de ventis. Cap. L.

EX libro de natura rerum. Videamus itaque primo de passionibus aeris, quem admodum aut qua ratione con cipiatur in multis, vt sunt venti, fulmina, chorufoatio nes, & tonitrua, quae non solum aereem superius, verum etiam terram inferius, cum suis animalibus turbare noscuntur. Ven tus est aeris fluctus. Quis autem primum motum in aere fa ciat vnde ventus creetur, merito quaeritur. Quidam ex anti quis philosophis hanc rationem assignant. In terra est abyssus profundissima, cuius fontes olim in diluuiio rupti fuisse legun tur. Iuxta hunc loca cauernosa sunt, & speluncae late patentis. In his ergo veni de spiramine aquarum concipiuntur, qui & spiritus procellarum dicuntur. Et hi quidem spiramine suo p patentes caernas aquas maris in abyssum trahunt, eaque inu datione iterum impetu magno impellunt, de his itaque ven tus fit & terremotus. Sunt autem quatuor venti cardinales, & octo colaterales. Primus cardinalis est Septentrio, qui & Apar chis dicitur. Hic facit in aere nubes & frigora creat. habet auté a dextris circumpolaris, & cunctas dicitur, faciens niues, & grand nes. A sinistris Aquilonem, qui & Boreas dicitur, constringen tem nubes. Secundus est Subsolanus, in calore, & frigore tem peratus, habens a dextris vltimum, qui & calchis cuncta de ficentem, a sinistris eorum nubes generantem. Tertius est Au ster, qui & Notus humore calorem, & fulmina generans. Hic habet a dextris Euroaullum qui est ventus calidus, a sinistris Euronothum, qui temperatus est. Est notandum, quod Australes venti, quia flant ex humili maiorem tempestatem faciunt in mari. Quartus est Zephirus, qui & Favonius, hic hiemem resoluit, floresque producit. Habet autem a dextris Aphricum, qui tempestatem, tonitrua, fulmina generat. A sinistris ve ro cherum, qui in duos diuiditur, scilicet Auram, & Altanum. Aura in terra, Altanus in pelago. Horum duodecim ventorum concordia, omne creatum in suo cursu ordinate consistit.

De Igniculis per aera exagitatis, & de nubibus. Cap. LI.

STELLAE quandoque cadere videntur in aere, sed minime ca dunt. Cum enim igneae sint naturaliter, proprijsque locus earum in aethere, nunquam ad terram descendunt. Caeterum si vna ex eis caderet, totam terram vel partem illius maximam occuparet. Nam licet ex remotione videantur paruae, in se ta men sunt maximae. Quae vero cadere videntur, igniculi sunt a flatu ventorum in aere ab aethere tracti, & mox in aere ma dido extincti. Saepé etenim est in aere superiori, licet non in inferiori ventus, & commotio, ex qua comotus aer ignitur, & per aera splendens discurrit. Qui cum iuxta stellam aliquam transierit, splendore suo visam illius stellae, nobis auferit, ita q. ipsa obtecta cecidisse videtur. Si autem quaeritur cur cadé stel lae postea non appareat. Respondemus, quod fumus procedens de extinctione ignis eadentis in aere humidum, eam nobis obtegit. Vel dicimus eandem a nobis postea videri, sed eam esse nesciri. Cum enim (vt praediximus) aer ignitus discurrit, aer spissior & inde tardior subsequitur, qui inter nos & illam interpositus nobis visum eius subtrahit. Prius autem quam transeat, & illa stella appareat, firmamentum quod ad occa sum tendit, iam eam ad vltiora detulit. Cum igitur appa ret, alia esse putatur, quia in alio loco, quam ante videtur. Nu bes dicuntur quasi nimborum naues, solis namque calore de terra tractae per vapores in aere conglobantur, & condenfan tur, grauidaeque factae nimietate humiditatis, & amplius se ferre non valentes, vento de saeili dissoluuntur, & per pluuias niues aut grandines ad terram iterum relabuntur, vt iterum ascendentes concrefcant in nubes. Secundum autem volatum nubium, quae ventis in aere deferuntur, aura pluuiar, aut sic ca, frigida, vel remissa fore conicitur. Itaque si vespere solem

in occasu nubes tegant, futuras in crastino pluuias suspica mur. Si etiam mane solem Orientem terra nubes obtegat, resi duo clarescente, pluuiarque speratur, aut a mane vsque ad me ridiem, aut a meridie vsque ad noctem. Porro si ventis con trariis flantibus nubes inter se dispariles discordauerint, tem pus dubium expectabis. Quia cum quis ventorum suis nu bibus alium superauerit, auram illi cedere repente cognosces.

De Tonitruis, & Fulminibus. Cap. LII.

EX libro de naturis rerum. Tonitruum fit quando venti nubibus inclisi nituntur erumpere, magnoque murmure concrepant, & collisis nubibus ignem terribilem efficiunt. Cre pitus vero nubium ventorum est tonitruus, ignis autem inde excussus est fulgur, qui scilicet ignis ideo penetrat, quae tagit, quia nostro subtilior est, & magna vi ventorum impellit: ab Aquilone fulgur, ab Euro tonitruus tempestatem signat. Itaque fumo calido, & humido ad superiora tendente, cum ad sum mum aeris peruenit, ex praeponderatione humoris mouetur sti mitas aeris, cuius particulae in modum vndarum concurrenti sibi fragorem, & tonitruum faciunt. Ex motu vero calefactus aer transit in substantiam igneam, sicutque corufcacio: Cum igitur impetus ille, qui ex occurfu aeris humido fumo spissati ge neratur, sursum ascenderit, fragor absque fulmine fit. Simili ter etiam deorsum si tendat, non tamen vsque ad obstaculum perueniat, cum autem vsque ad obstaculum peruenit obsta tia, findit vel vrit, nam si in hac inferiori aeris parte multus fit humor, aer in illo impetu existens ignis non potest, sicutque fulmen findens non vrens. Sed quia proprius motus aeris est sursum tendere, nulla materia exinde reditum verante reuertit tur, sparsisque aer colligit ignes, si vero vbi non fit humor, ex motu, & siccitate ignescit, sicutque fulmen vrens. Est igitur ful men pars aeris, aliqua collisione, vsque ad obstaculum cum im petu perueniens. Tonitruum autem est partium aeris cum im petu concurrentium sonus. Corufcacio vero est pars aeris ex impetu ignita, & splendens. Non est autem fulmen substantia lapidea, vt quidam dicunt, si enim hoc esset, non huc illucque duceretur, nec sursum rediret, & cum aliquem ferret carnem & ossa comminueret. Ideo autem dicunt quidam sic esse, quia cum ad superiora fumus igneus ascendit, aliquid retinet sub stantiae cum eo eleuatur, quod ex calore solis in substantiam lapideam transit, & in concauitate nubium continetur, donec nubes imperu aliquo diuidatur. Cum autem in quolibet anni tempore fumus ille humidus ascendat, non tamen in quolibet tonitrua vel fulmina generantur. In hieme namque iuxta ter ram inspissatur, quia non est tantus calor, qui possit eum ad summum aeris eleuare, remanens ergo in inferiori parte aeris, ventos, & pluuias gignit. In aestate vero cuius maximus est fer uor, vsque ad summum eleuatur humor, sicutque partium aeris concausio diuersa, & inde tonitrua. In Autumno porro, quia frigidus & siccus est, nec est humor qui eleuetur, neque calor, qui cleuet. Sed in vere, dum fumus superiores partes aeris obtinet, per spissitudinem suam huc, & illuc ex eius labilitate im pellitur, stantque tonitrua, & fulmina. Praeterea in oriente non sunt aetate tonitrua sicut apud nos, quia tunc aestus ibi calidissimus est atque siccissimus, nec potest aliquis humor etiam si ascenderit in nubes cogi, sed aeris calore dissipatur. In hieme vero sunt ibi, quoniam & humor sufficiens de terra ascendit, & est aer calidus quo eleuetur, sicutque calore, & humo re temperatus est aer, vt facillime sumi in nubes excrefcant, sicutque concausio ventorum ac nubium quo tonitrua, ac fulmi na proueniant. Itaque nostra aetas in Europa potest orientis hiemi comparari, fulmen saepius alta sternit, quia cum ab alto descendit, citius alta reperit. Nullus autem fulmine, tangitur, quam prius lo men videtur, aut tonitruum audierit, in silentio nunquam fulmen iacitur. Fulmen quidem tactum hominem non semper exstringit, caetera vero animantia semper hunc ho porem homini natura tribuente.

De Arcu caelestis, & nebula. Cap. LIII.

IRIS est limbus nubis coeuae, quae est quasi speculi solis. Si cut enim terra spherica est, ita & vapor eius sphericus, si ergo nubes concaua generetur opposita soli, limbus eius diuersi coloris erit propter aduersionem multi nigri. Fit enim arcus caelestis ex nubibus, & radiis solis, calore namque solis humo res aqueos attrahente de terra, & mari concrefcunt in nubes, eisque de terra superius ascendentibus intercurrunt radii so lis, quibus medijs illastrantibus nubes fit arcus caelestis ex co loribus diuersis. Coeruleo, scilicet qui ex aqua contrahitur, & rubeo,



rubeo, qui ex radiis solis igneis generatur. Ceteri vero colores sicut virides, & purpurei, secundum quod magis & minus ad illos duos principales accedunt, similitudinem trahunt. Quoniam autem Deus olim mundo diluuium induxit, non tantum ex aquis quae sub firmamento erant, quia nec cataclismum facere sufficiens, sed etiam maxime ex his, quae super firmamentum, vnde scriptum est. Et charactere caeli aperta sunt, hinc factum est ut arcum postmodum in nubibus poneret, ne ultra diluuium super terram induceret, ac si diceret. Aquae supercaelestes induxerant mundo diluuium, sed nunc arcum meum ponam in nubibus, qui sit ex aquis terrae humoribus, ut & si quando pluuiarum aquae in aere pendeant, hoc signo apparente homines non timeant, quoniam aquae quas vident in nubibus de terra sunt, nec tantum cumulum facere poterunt, ut mundo diluuium inducant, haec est ratio naturalis cur Deus posuit arcum in nubibus ob signum fidei. Nebula fit dum exalatione humidam vaporatiter trahuntur, & radiis solis ad terram repelluntur, haec ascendens pluuiam nunciat, descendens vero serenum, roremque salutariter terrae fructibus affertur. Super aquas & infima quaeque terrarum perferantur manes, propter vicinitatem. Humiditas, eo quod ex humido contactu sui similis contrahatur. In locis autem in alto sitis propter aerem subtiliorem citius dissolvitur, vnde & huiusmodi loca salubriter antiqui libentius inhabitabant. Sed contra moderni propter commodum aquae locis huiusmodi dimissis circa aquas aedificant, quod multis est causa languoris, & immaturae mortis. Nebula quaeque depressa est multum ac fecunda, quoniam humores corrupti de terra sublimantur ad aera, & haec peccus laedit, reuamque pessimum in capite creat, quod si ad pectus descenderit, apostema saepius efficit. Nebula denique circa Maïum, & aëriale solstitium, ac post Septembrem pessima est.

De Humoribus aeris, & humber, grandine, & niue. Cap. LIIII.

Septem sunt humores aerei, sicut dictum est supra, per septem regiones aeris diuisi. Humber, grandis, nix, & ros, mel quoque, ladanum, & manna. Humber de nubibus descendit, dum enim guttulae in maiores guttas coeunt aeris amplius natura non ferente ad terras dilabuntur. In Orientis partibus raro pluit, sed ibidem supra modum inundat pluuiam cum venerit. Tantum enim ibi calor est per aëthum solis, ut paucitas humorum ascendendum de terra peruenire possit ad regionem humberis sole medio, qui paulatim ascendentes eos desiccatur. Rorem vero crassum, & frugibus efficacem ibidem esse constat. Cum autem humores in visceribus terrae coarctati diutius ex habundantia, sui tandem eruperint, calore solis, & aeris siccitate trahentibus tunc supra modum inundant pluuiam, & quanto rariis, tanto copiosius. In Europa vero tanta frequenter pluuiam cadunt, ut ex eis torrentes instat fluminum currant, & maxime circa montium iuga. In Aegyptiacis Thebis, si in aestate largiores pluuias fundantur, tota regio mox in infinitis nubibus repletur. Pluuiam steruata cisternas, & stabilitate purgata, aquarum omnium clarissima est, & sine corruptione diutius durat, frigida quoque nimis est, & potu salubris, viscera laxata stringit, tempore plumoso maior pars piscium impingatur, vnde & super mare alludere cadent pluuiam videntur. Grando fit ex pluuiam stilis, ventis ac frigore superioris aeris congelatis, & corpus perspicuum habet propter circumactionem volubilitatis, cuius materiam, i. stillas pluuiam si condensatam fuerit aer, multae guttae conglomerantur in vnum lapidem, & tunc excedit grandis solitam quantitatem, sitque tempestas. Vnde legitur in chronicis grandines aliquotiens tanta magnitudinis accidisse, ut etiam bestias, & homines extra tecta positos conquassarent. Grando turbida magis est, quam in terra glacies congelata, quia minimae guttae primitus coagulatae paulatim adiciuntur distendendo, sicque de multis partibus fit, quod non glacies, quae ex aquae continua materia per gelu concreuit. Grando multum infrigidat aerem, vnde quodcumque in vere, & autumnio ceciderit, pericalum imminet pestis. In frugibus diu gelidamque pruinae, nisi post grandinem immediate sol calidior aerem terramque illustrauerit. Porro si circa solstitium aëriale ceciderit, signum est in superioris aeris regione frigus esse permaximum, & nisi pars aeris inferioris solis radiis calefacta grandinem descendente liquefaceret, ad immensam quantitatem molas faceret monstruosas. Nix est aquarum vapore necdum densata in guttas, sed gelu praepediente formata, nec tamen transluet ut glacies, quoniam ex paruis simis, & innumeris minutis fit, quae non cohaerent, praeferturque candorem. Niuem probantur habere montes illi qui orbis climata faciunt, ut Caucasus

in India, Atlas in Andia, & ceteri. Olimpus autem non habet, sicut nec pluuia nec ventos, quia excedit omnium humorum regiones. Nives per totum annum seruari possunt sub terra paleis coopertae. In Oriente quidem seruantur ad miscendum vinum estate calida, vel ad aerem infrigidandum circa infirmos. Infrigidat enim valde. Et notandum, quod membra siccata niue, & si ad horum quasi frigus intolerabile patiantur, postea tamen per se calore moderatissimo refouentur, quia calor naturalis in homine accidentaliter frigori relinquitur.

De Rore, & Melle. Cap. LV.

Ex libro de imagine mundi. Ros in aere venit quando granatus aer frigore noctis, & Luna splendore distillat. Quod si vehementius ingruerit frigus noctis, ros in pruina vertitur. Ex libro de naturis rerum. Roris natura proprium est subtiliter & quasi in sensibilibus super terram descendere, qui supra quam credi potest terram infundit, & ipso humber efficior est in frugibus secundandis, mundificat autem omnia, quae in fundit, vnde visibilibus gramina virent post rorem. Ros gelidus est, & multum infrigidat, vnde estate calida nisi superuenit ros frugibus, ardore solis irent in deterius. Sicut autem ros secundat ea, quae tangit, in fundens itaque ros in pruina vestis borros maxime maturos, & fructus arescere facit, humorum virtutes exhauriens, & hoc maxime in autumno, in vere autem cum in sicibus temperies obrepat quandoque ros pruinosus in aere, & per noctis quiete silentia depascit, adurendo fruges ac germina, sitque tam dura pestis praecipue vinearum, ut igne consumpta videantur, & haec ipsa quercus durissima in foliorum aduisione fit immunitas. Nonnulla tamen arborum, aut herbarum haec pestem non sentiunt, eo quod humor illis in se rigidior, & possit filtrare vastatorem. Mel est substantia humoris in aere, quae de floribus ac fructuum sumis collecta suauitate, multa spacia transiens aeris, super ipsam nubium regionem solis virtute descendit, & inde occultissimo ac subtilissimo modo rori permixtus iterum in herbis, & frugibus ac floribus residet, temperatque saporem in rebus. Est enim duplex mel, naturale scilicet istud, quod in aere virtute naturae concreuit. Et artificiale, quod apum labore, vel arte magistra equidem tamen, & natura componitur. Apud nos quidem scilicet in Europa circa solstitium aëriale mella quandoque de superioribus descendunt, sed hoc raro, & in modica quantitate, & tunc imminet pestis maxima caprarum omnium que, quae cum herbas irroratas melle comederint moriuntur, vnde pasto res periti tempore obseruant cum mella decidunt, & greges ad passus exire non sinunt, quoad usque radiis solis humor mellis ex herbis in aere transferatur. Apud nos igitur vnde dictum est mella descendunt, sed raro, & modice. In oriente vero fere omni mense per noctes continetur. Humor namque melleus, qui de floribus ac fructibus, & frugibus in sumis per solem ad superiora transiunt. Apud nos & viscosas, & lubricas ac nebulosas aeris regiones transire non potest, nec ad illam tranquillam venire, quae supra nubes est, ut ibi paulatim densata ad nos iterum pondere suo deferatur, sed ascendere nitens ipsi lubricis aeris regionibus miscetur. In oriente vero congrue hoc fieri potest, quoniam aer totus ibi purissimus est. Itaque descendit ibi mel super terram etiam in arboribus, & herbis, non tamen in tanta copia sicut ros. Mel apum in plenilunio capientem est sereno die. Abrumpi statim ac resiliere guttas vilitatis est iudicium. Bonitatis vero probatio est, ut sit odoriferum, & ex re dulci glutinosum, ac peracidum. Cum autem eximitur mel, apes abigi fumo vtilissimum est, ne irascantur, & mel audivit vorant. Mel calidum ac siccum, conseruat & mandificat, in medicinis ponitur, ut amaritudo specierum eius dulcedine temperetur. In cunctis quoque cum pulueribus miscetur, ut diutius, & maiori efficacia conseruetur.

De Ladanum, Et manna. Cap. LVI.

Ladanum dicunt quidam gummi arboris esse sed falso. Est autem humor aeris in oriente, & in partibus Graeciae cum rore, vel roris vice, descendens super herbas terrae. Qui cum descenderit quibusdam corrigis herba percutitur & sic illa praeciosa humiditas corrigis conuiscatur. Quibus expressis & extersis, humor soli exponitur ac desiccatur. Exiccatum vero ladanum dicitur. Quod per se quidem, purum aromaticum est, & praeciosum valde, sed quandoque cum digestionem

sum generat, multum tamen nutrit, sed tarde digeritur, nisi est vino, & alio sumatur. Taurus si manserit multus annis in coitu multum impingatur, & cum venerit excessus subito moritur. Si quis corium tauri fideat, & postea in ipsum insufflauerit, ac postea e cibum dederit, citius impingabitur. Tauri Indici grande caput, & fetas condensas & horridas habent, confertur cornua sua flexibilitate quo volunt, vel ad libitum, vel ad pugnam, & ea vel deponunt, vel produunt. Habet & aliud iuuentum. I. eiectionem stercoreis in longinquum, cuius calore, & fetore canes, & venatores ratarantur. Sunt & in oriente boues, qui vnum tantum cornu habent. Alii vero habent vngulas filias, sed equorum more solidas. Vaccis accidit podagra nec de facili curari possunt ab ea. Accidit & alia infirmitas eis ex corruptione pulmonis, cuius signum est aurium declinatio nec de facili possunt curari. Trogodita sola inter bestias deiecit cornibus obliqua ceruice depascitur, ut magis videatur herbam sic ore attractam secare, quam aliarum more carere, habet enim cornua longa per declinatum capitis, & maxillarum ad terram vique dependencia, quae prohibent eam in terra iuxta morem pascere.

De Varo, & Vro, & Vrsu. Cap. CV.

Varius est bestiola de genere pyroli, paulo amplior quam mustela, in arboribus habitat, & fetus facit, a re nomen habet. In ventre nanque candidus est, in dorso colorem habet cinerum, elegantem atque spectabilem, harum pellibus in ornatu vestium gloriantur homines vtriusque sexus, ipsa tamen bestiola minime gloriatur in pelle propria, nedum in aliena. Vri sunt boues agrestes adeo fortes, & armatos milites cornibus elicit. Vrius est animal segetum nimis deformem membris. Indifferenter comedit carnes, & fructus terrae, vel arborum propter humiditatem corporis, formicas etiam, & caecos instictu naturali, propter medicinam infirmitatis naturalis. Arborea ascendit, vel propter metum, vel propter cibum. Aluearia frangit, & eorum fructus comedit, aquam vorat potius, quam bibit. Hyeme patu ambulat, vere autem procedit, & tamen tunc praecipue sunt, maxime mares, sed hiberno tempore parum, valde dormiunt, vrius nunquam hominem impetit, nisi ab ipso prius istum accepit, graui autem eade affectus, & vulneratus, herbam somnum vulneribus applicando, mederi se nouit, praeter vulnera vero, & letales istus, oes leiones atque liuores lambendo pedes fertur educere. Praeliatur autem non solum cum ceruis, & porcis agrestibus, sed etiam cum tauris, super dorsum quidem tauri saltat, & cum taurus est cornibus ferit vult, cornua ipsius & scapulas tenet manibus, cumq; deorsum in terram prostermit, taurum vero sine cornibus non facile vincit. Ambulat autem erectus quando vult, & cum brachiis lactatur. Huius anhelitus ita pestilens est, ut eius anhelitu contactum nulla attingat fera, oculi quoque purulenti, & flata. Sanguis eius paucissimus est, praeterquam circa cor. Coctae carnes eius inerefcere videntur, ut dicit Plinius, quod est contra omnium carnum morem. Vrius inter omnia fere animalia semper quamdiu vixerit crescit, unde inueniuntur vrii maximi atque fortissimi. Vrius habet orbis communiter nigros, sed nonnullae partes habent albos, & hos ita magnos, ut in 15. cubitorum longitudinem coalescant. Vrius fortior est, quam vrsus, & audacior & astutior, citiusq; domesticatur. Habet quatuor mammillas. Specum si non habuerit, ramorum, fruticumque coegre edificat in locis impenerabilibus, nihilque rariius quam vriam videre parientem. Immaturam prolem muribus paulo maiorem ex se educit, sed lambendo, fouendo, atq; formandando factum in membra producit. Vrius hoc modo capitur. Venatores arborum coecauam norantes, in qua melleos fauos congefserint apes, malleum ingentis molis ibi quodam fune suspendunt, itaque formam per quod aditus est ad fauos obstruunt, indeque sub arbore palos exacutos in terram figunt. Cum igitur vrius mellis cupidissimus in aditu malleum appensum inuenit irascitur, & pendente emicere nititur, sed malleus ad locum rediens eum reuerberat, dumque saepius hoc fit vrius tandem ictibus mallei fatigatus & victus, utpote mellis (ut dictum est) avidus, in palos acutos sub arbore defixos cadit, sicque venatores obseruantes deiectum capiunt, vel occidunt. Cum autem capitur, si non ad nutum hominis mansuefecit, oculi eius aze cadenti excecantur, dum enim aze candens respicit, quasi insensibiliter vitium amittit.

De Speciebus serpentum. Cap. CVIII.

Aspis serpens cerulei coloris, cuius dentes supra modum longi sunt, ita quod extra os sicut Apro apparent. Mortu venenum immitit, & spargit, unde & nomen accepit. Virtute quorundam verborum incantatur, ne veneno intereat, vel (ut quidam dicunt) ut quiete capi possit, & gemma de fronte eius auferri, quae naturaliter in eo nascitur. Aspidi non nisi cum pari vita est, unde fit, & vna interempta altera interemptorem incredibiliter causa vitionis insequatur, eumque

in quatuorlibet agmine populi infestet, cunctas d. facultates perumpens & spacia permeans, & nisi amibus arceatur aut preceleri fuga, eum viuere non sinat. Apis non nocet Aphris, & Syris, unde pueros ex se natos eis obicit, quos si leserint tanquam adulteros proicit, sinatque eos tanquam suos nutriunt. Amphibena est serpens cuius oculi more ignium lucent, habens duo capita. Antitocedi loquens de serpentibus orientis, quae bina habent capita, dicit causam monstruositatis huius esse in spermate, ut si duo spermata continentur in vna matrice, nullusque partes inter ea distinguat, ambo vero serpentis capita eibum capiunt, & in vnum corpus transmittunt, ambo etiam in aduersarios serpunt. Basiliscus est rex serpentum, cuius sibilum alii quoque serpentes perhorrescunt, eum quoque fugiunt quoquo modo possunt, propterantes, quia solo statu eos necat. Hominem si primo vidit, solo visu eum interficit, quia radii oculorum eius spiritum hominis visibilem corrumpunt, quo corrupto caeteri quoque spiritus corrumpunt, quia a cerebro & vita cordis descendunt, & sic homo moritur. Serpentem vero si prius vidit (serpens extinguitur, ut dicit Tacobus Aconensis. Vis autem hanc de fundo deest, nam vbi cum que cinis eius fuerit delinitus, nec aranea possunt intexere, nec venenifera quilibet attrahere. Dicitur autem argentum eius cinere delinitum imitari colorem aureum. Ber is inter omnes serpentes nequior est, & alutior est, Murenam sibi mariu ad litus euocat, etque blanditur, & eam ad copulam concitat, quae mollis animo coitum patitur, sed hoc ad exitum sui quae loque, nam ad aduersarios insidius intercepta, priusquam ad aquas reuertatur occidit. Boa est anguis in Calabria, quae su gendo lac vaccarum ad immodicam molem conualefcit, intantum vt ceruus, bouesque solidas transgrediat. Huius generis fuisse creditur ille, quae Regulus Romanorum dicitur, apud Aphricam, 120. pedum longitudinis interfecit, pellis, ut detracta Roma ad spectaculu est delata. De hac scribit Plinius, quod quado capiebatur oportuit adhiberi balistas, & tormenta varia sicut in expugnatione castrorum. Cerastes est serpens 8. cornua in capite habens, ex quibus fieri solent manubria cultellorum ad mensas imperatorum, quia sudore produunt venenum appositum.

De Dracone, & Dracontopode. Cap. CIX.

Dracone venenum non habet, ore quidem dehiscit, sed dentibus non nocet, morsus tamen eius pessimus est, & si partus quia venenifera comedit, cauda quoque si quem ligauerit, occidit. Huius mansio frequentius est in speluncis, propter istum nimium essentialium sui corporis, & propter occidentale solis, qui maximus est in partibus orientis. Raro enim inuenitur hoc animal nisi in calidioribus partibus orbis. Itaque libenter in rupe lapidea speluncam sortitur, circa mrim Babel, & in desertis illius antiqui Babylonis, ac ruinis eius maximi dracones habitare dicuntur, quorum vox ac rugitus homines terret. Visus quoque draco in tolerabilis est hominibus, ita vt quandoque sola eius visio terreatur ad mortem. Ad 25. cubitos, & amplius crescens saepius coalescit. Verone tempore nauscat, sed hoc malum siluestris lactuce succo restringit. Ad senium autem & debitam magnitudinem veniens, sine cibo tempore multo viuunt, at vbi comederit non de facili satiat. In abyssis terrae (sicut dicit Aug.) aliquando Dracon moratur, & cum in aere senserit humiditatem egreditur, ac su per aera fertur, magis alarum remigijs aerem concitans, & impellens, alis quidem pellicea volubitate extantibus, & secundum corporis sui magnitudinem late diffusis, vbi cum que moratur aerem inficit. Quoddam genus eorum pectore super terram repit, aliud vero pedes habet, sed hoc rarius inuenitur. Ex cerebro Draconis inopinata percussus, & adhuc in pleno vigore palpantibus, extrahitur draco lapis, Lingua eius, & fel in vino decocta remedia sunt his, qui vexantur ab incubis, eorum corporibus ex hoc inuenit, Dracontopodes serpentes magni sunt, & potentes facies virgineas habentes humanis similes, & draconum corpus desinentes. Credibile est huius generis illum fuisse per quem diabolus Euam decepit, quia sicut dicit Beda virginum vulvum habuit, hunc eam diabolus sibi coniungens, vel applicans, vt consimili forma mulierem alliceret, faciem ei tantum ostendit, & reliquam partem corporis, arborum frondibus occultauit.

De Salamandra, & Scorpione, & Situla, & Stellione. Cap. CXI.

Salamandra, quam nonnulli camelcontem, i. leonem terrae vocant, est animal quadrupes faciem habens lacertae, vel (ut dicit Aristot.) faciem habet inter faciem porci, & simiae. In igne viuunt, & incendium exinguit, profert & quandam lannam pallidam, de qua contexta zona comburi non possunt. Est autem sine splene. Et contra omnia animalia secur habet in sinistra parte. In exis quoque viscerum magna est in eo varietas, a caeteris animalibus. Macra est valde, quia parum habet de sanguine, ideoque timorosa est valde, quia dimittitur in ea calor, qui est incendium audeat. Timor etiam eius causa est, quod color eius fit varius, ac per momenta mutabilis. Oua gallinarum more gignit, & ex eis fetus producit. In hoc autem genere non est masculus neque femina, sed omnes gignunt. Alexander papa (ut fertur) ex huius animalis lana vestimentum habuit, quod cum ad mundiciam aliquando lauare deberet, non aquis abluebat, sed per ignem candescebat. Scorpio blandum est, quasi virginicum dicitur habere vultum, sed habet in cauda nodosa venenatum aculeum, quo pungit, & in ficit proximaem, ferit autem obliquo iactu & inflexo, nulloque momento meditari cessat occasiones inuenire ferendi. Homini ab eo percusso putatur esse remedio cinis eius potatus cum vino solus insectorum. Scorpio caudam habet, & brachia & spiculum in cauda. Duos habet aculeos: ut dicit Aristot. terra viuunt, in vere ouat, & autumno similiter, pariant vermiculos quorum specie, quos est pater deuotare voluerit, illi immunes sunt qui se imponunt clunibus matris. Porcus niger si a scorpione percussus, proculdubio moritur, aliter vero coloris porcus euadit quandoque, & si non semper. Situla est serpens parus, & malignus, qui hominem sibi interficit. Hanc tanta varietate resurgit, vt homines intuentes pulchritudine sua terreat, & quem natura dedit reptando pigriorem, miraculo stupet detinet, quos assequi non valet. Est autem tanti feruoris, vt hyeme pellem deponat. Huius morsu qui tangitur, igneo cor reptus ardore succenditur. Stellio tergo depictus est lucentibus oculis in modum stellarum, cuius venenum mortiferum est, sed remedium contra illud fit ex tritis carnibus scorpionis. Fel eius in aqua tritum mustelas oculo quodam instictu congregare dicitur. Hic scorpionum maxime contrariatur, seque inuicem odio naturali insequuntur, sed quia stellio maior est atque validior, hunc miro modo scorpio timet, ita vt eo viso sudore frigido perfundatur.



Tortura de genere serpentum esse quidam volunt. Venenocum quidem in vita caret, sed nequaquam post mortem. Nam venes eius (vt dicit Ambrosius) si quis post mortem nudo pede calcauerit, veneno statim inficitur. Est animal duorum pedum, caput habens vt bufo, caudam vt scorpium, duobus scutis darissimis quasi testis tegitur, quibus adeo se in diuit, vt difficulter etiam validissimis ictibus periri possit. Quat vt gallina, sed oua eius ad comedendum sunt nocua. Tortura scemina (vt dicit Aristo.) non habet nisi vnam viam exitus superfluitatis, quam habet vesicam contra omnium animalium naturam habentium plumas, aut squamas aut corticem, nam ista omnia non habent vesicam. Tyrus est serpens in partibus Hierico circa solitudines Iordanis infestus aubus & animalibus, maximeque otus auium, quæ cum ipsis aubus comedit. Huius carnes confectæ cum quibusdam admixtis, omne toxicum venenum expellunt, quam confectioem Tyriacam dicunt. Ferunt autem nonnulli hanc ante passionem Christi nullum habuisse remedium, maximeque fuisse hominibus infestum. Ipsa vero die passionis, vnum ex eis infestissimum circa partes Hierusalem casu fuisse comprehensum, & ad Christi latens in cruce suspensum, atque ex illa die totum illud serpentis genus accepisse virtutem. Tamen contra venenum ipsius Tyri, quod Tyricum dicitur, Tyriaca nihil valet. Hoc veneni genus. i. Tyricum, quod est irremediabile malum, accipit Draco de ipso Tyro. Tyrus senectute confectus, hoc modo pellem suam deponit. Ex coriat prius corium, quod inter oculos est, ita vt si nescias, bestiam cacam putes, deinde corium capitis auferit, quo facto reliqua pars facilius spoliatur, & cum spoliatus fuerit, habet modum & formam embionis, Tyrus ouat intus, & antequam egrediat sit animal, & generat sibi simile.

De Vipera, & Idro. Cap. CXIII.

Vipera quasi vi patiens dicitur. Dicit Physiologus, quod habet faciem humanam, vsque ad umbilicum, ab umbilico vero vsque ad caudam Crocodili figuram. Meatus digestibilis quasi foramen acutus est, & ideo motu cæterarum concipere non potest, sed tantum per os, Cauernas habet loco aurium, & tres dentes tantum, morsus eius tumorem & inflammationem inducit, & irremediabilis esse perhibetur. Hic serpens hyeme in terra conditur, Cuique inter omnia fere serpentium genera crudelior sit, ad feminam tamen suam blandus est. (vt dicit Ambrosius & Basilus) absentem namque feminam mas requirit, & blando sibilo proclamat, & vbi comparem aduentu re ipsent, venenum euomit ob reuerentiam eius, honorans gratiam nuptialem. Item doctores referunt, quod si quis vipere mortuæ renes incaute calcauerit, grauius, quam venenum perhibetur nocere, & irremediabiliter vulnus serpere. Exta eius valent contra omnium serpentium ictus, vt dicit Plinius. Tunica eius quam proicit, cum innouatur in vino cocta, dentibus & oculis medetur, adeps eius caliginem oculorum tollit. Idros est serpens in Nilo flumine, qui cum viderit Crocodili aperto ore dormientem in litore, luto limo se voluit, quo faucibus eius facilius illabi possit, Desoporatus ergo Crocodilius illapsum transfugit, qui mox dilaniatis eius vitibus viuus exit. Est autem Idros (vt Plinius scribit) pulcherrimus anguim in orbe terrarum, hoc serpente percussus homines oburgescunt, quem L. morbum Boam vocant, eo quod bouis simo remediatur. Huius quoque serpentis iecur ad percussorum remedium seruatur. Hæc de serpentibus dicta sunt.

De Vermibus. Cap. CXIII.

Sequitur de vermibus, Insecta dicitur omnis vermium pr opagatio. Nullus autem in se totum vermium, vt dicit Plinius, habet sanguinem, nisi modica quantitate. Quidam vermes sine pedibus sunt, ossa tamen interius habent vt serpentes, & hi per terram reptant. Alii, nec ossa, nec pedes habent, & hi potius quasi rugis quibusdam subtilissimis in cute extensis se trahunt, alii duos habent pedes, vel quatuor, & hi currunt, & alii quantum sanguinis habent, alii vero plusquam quatuor pedes habent. Hi etiam currunt, sed omnino sanguine carent, quia sanguis transit in nutrimentum multorum pedum, vel quia motus ipsorum pedum admittit sanguinem. Omnes

genus vermium habet humorē, veluti saniem pro sanguine. Est & aliud vermium genus, quod habet pedes & graditur, & nihilominus pinnas habens, vel potius membrana, volando ad cetera suscollitur, & hii foliis arborum maxime viuunt, esque dentibus rodunt. Nonnulli quoque vermium ex genere volantium minime rodunt, sed potius ex humidis viuunt. Item vermium multa genera cum æstate incipiunt, & cum æstate desinunt, & potius ex corruptione nascuntur, quam ex semine. Aliud autem est genus, quod cum æstate quidem incipit, & cum posuerit semen in arboribus, aut domiciliis cum æstate vitam finit, manentque parentibus mortuis semina per hyemem, & verno tempore producente aeris serenitate, solisque calore animantur ad vitam. Aliud quoque genus est, quod hyeme conditur, latetque velut mortuum, & cum venerit ad æstatem renouatur ad vitam, vermes autem generaliter, secundum nutrimentum elementorum, colores, vel potentias sortiuntur, vt qui multum habent de elemento ignis acra sursum petunt, qui multum de aere velociter currunt, qui vero multum de aqua vel terra naturaliter tardiores sunt. Secundum hæc enim creaturatum visibilium ordo disponitur in Cælidonia regione, sicut dicit Augustinus, in quibusdam aquis naturaliter feruentibus sunt vermes, sicut in aqua frigida pisces, & extra feruentem aquam cum venerint, in frigido moriuntur. Licet autem vermis nomen conueniat vermibus viuere, specialiter tamen vermis appellatur illic, qui de pura, & munda terra, nulla seminis commixtione generatur, quo enim vel deceptione vel captura piscium hamus infestat. Et hinc se do minus de virgine natus per prophetam comparat dicens. Ego autem sum vermis & non homo, &c.

De Aranea, & Buffone. Cap. CXV.

Aranea visceribus suis subtilissima retia textit, cuiuscumqueque le pro captura mularum adeo frequenter, vt prorsus vacua morte deficiat. Cum autem fatiata fuerit, his qui retia in ciderunt, quod superfluum est diligenter irretit, vt non euadat, vt cum iterum esurient, cibum iam captum & paratum inueniat, succo vivit, & ideo nulla fame interit. In caput serpentis sub arboribus vmbra porrecti, aranea filo se liberat, tanquam vis est morsus eius, vt ipsius cerebrum, vsque ad finem mortis apprehendat. Humiditatem croscam, & siccam, causa substantiæ fugit aranea, delectatur autem medio temperato. Coeunt (vt dicit Aristoteles) maxime in fine veris, id est in principio æstatis, scemina per fila telæ matrem attrahit, & mas similiter sceminam, nec cessant donec coniungantur, & coeant. Clunibus autem conueniunt, & vermiculos ouis eorum similes parunt, huiusmodi signa sunt, quando telas suas altius tollunt. Bufo est reptile venenosum, habens visum pestilentem atratum, sordidum, terra vescitur, & hoc in pondere & mensura, quantum enim in anteriori pede concludere potest, hæc illi pro cibo quotidiano est: timet enim ne sibi terra pro cibo deficiat. In Gallie partibus est Bufonis genus, quod cornutum dicitur, quia cornizare videtur, vnde a sono vocis sic appellatur. Colores habet duos terrum & croceum. Hi vere prodent, & tunc voces tubarum edunt, duoque & duo inuicem reddunt. In sola Gallia vociferi viuunt, elati vero vocem perdunt, & muti sunt. Borax quoque de genere Bufonis est, hic propter veneni quantitatem quando tangitur inflatur, cum aranea pugnat & ab ea vincitur, nam illa frequenter eam papuerit, ille se vindicare non valens instantum inflando se extruberatur, quod medium crepat & moritur. Huius morsus pessimus est, & insanabilis efficitur, gemmam in fronte nutrit pro qua occiditur, & quæ ab ipso animali Borax appellatur. Quando exinatum habet oculum, herba speciali vetur in qua visum recuperat. R. uia vero intesti citur, Humida loca & marida libenter inhabitat, Odit claritatem solis, nec eum de facili videre patitur, nocte ambulat, & magis vias hominum tritas vestigijs, per diem vero latet in abditijs. Odorem florensis vineæ fugit, & prope cubitalem magnitudinem aliquando crescit. In Hispania partibus, illud præcipue Boracis genus habitat, quod lapidem in fronte portat

De Vermibus quorum nomina incipiunt per C. Cap. CXVI.

Cantarides sunt vermes, qui in summitate ramorum staxi, vel alni ex humore in folijs generantur, colorem viridem habent, auro sub solis radio micant, sicut cruce conualescunt, sed & alias perfecte concipiunt, per diem volat, nocte vero pariter in vnum globum congregantur, circa mensum Augustum de nocte ad remediū colliguntur, & in aceto mense necantur.

cantur, mortuæ vino superflua, & super membrum quodcumque sub vasculo ceræ inflat ephi formato, postea adustionem suscitant in vesicam sui applicatione, quæ vesica eum acu aut rea vel acuminata festuca in locis plurimis perforata malum humorem euicit, tantumque valer eius euictio per annos 15. quantum aliquod cauterium infra annum. Cicadæ vermes sunt quorum genera duo sunt. Quædam paruis locustis similes sunt, & hæc domos in habitant, eaque loca, quæ magis calida sunt, vbi signum feror est, aliud vero genus atrum colore Papilionibus simile, ferunt etiam quod eorum genus est, quod nos Certuos volantes dicimus, & hos experimentator supra carbones vocat. Sub alis (vt dicit) crostioribus alas habent subtiles ac renues, sicut bricis, circa vesperam potissime volant, & in volando strepitum faciunt. Habent cornua medicinalia, grandia, prælonga, bifida, dentata, & lucida, quasi forcipibus in cacumine, cum libuerit ad morsum coeuntibus, crura vero longa atque reflexa, Lucent ignem nocte, noctu partes laterum, & clunium colore pinnarum resplendent, aliquando eom pressa obstruantur. Amputatum caput eorum viuunt diutius sine corpore, sed & ipsum corpus viuunt sine capite, sed non tam diu sicut caput. Cicadæ habent in pectore quoddam aculeatum linguis simile, quo rorem lambunt. Ipsum vero pectus fistulosum habet & hoc perdulciter canunt, mares quidem canunt, scemina silent, supinæ coeunt, oua habent candida, sed corrupta. In terra forat locum excavant, ibique prolem faciunt. Cicadela est vermis in Italia nocte volans, & inter noctis tenebras fulgidus radians, ita vt si eum in tenebris videas exalationes scintillarum putes. Cinomia est musca canina, catulorum auribus importuna, quam licet catulus frequenter excuciat, semper tamen importune reuolat, vbi autem eum pigium ad excutiendum inuenierit, vsque ad sanguinem, & vulnera procedit. Culex acida petit & dulcia fugit, lucem diligit, ita quod ad lumen aliquando se vit, nomen habet ab aculeo quo sanguinem fugit.

De His, quæ incipiunt per. E. vel. F. Cap. CXVII.

Engula est vermis a re nomen habens, habet enim semper in sanguine caput, continensque fugens ita intumescit, vt medius creper, non enim exitum superfluitatis habet, hic a quibusdam pediculus siluestris vocatur. In iumentis nunquam sed in lulis, & canibus frequenter gignitur. Eruca est vermis longus multis distans pedibus, colore varius, olera & folia arborum depascitur, circa tempus Septembris cælesti rore, vel imbre persus mutare subito colorem, & formam dicitur, qui pedibus reprobatur innumeris, volare possit conceptis alis. Ipsa tardio lapsu, pigritateque moribus vniuersa consumit, & ipsa demum eruca consumitur, postquam in summitatibus arborum instar bobacis contexta reliquit, quæ sequenti æstate vermibus coalescunt. Quædam vero tecta domorum intrantes, mutata forma penitus & colore, sub aura in parietibus pendunt, bique in nihilum rediguntur. Eruca per carnem hominis transiens eâ inficit, ac post se pustulas relinquit, & hoc est veneni signum, & si non efficias ad magnum malum. Formica est vermis miræ pudentiæ sibi, hæc sola inter animalia senio fortificatur, & crescit, Formicæ labores communicant vt apes, sed apes cibos faciunt, hæc vero condant. Effertur etiam mortuos suos atque sepeliunt, & hoc solæ inter omnia animalia præter hominem faciunt. Formicarum Leo qui mirmicoleon dicitur, vermis est de genere sormicarum, sed in multo maior, qui dum adhuc paruus est, & inualidus robore pacem ac modestiam simulat, sed cum vires acceperit pristina consortia despicit, & iam maiorum turbam comitatur. Itaque inualefcens audacia formicis ad versus communes laborantibus insidians delitescit, & qui sibi nihil in ætate parauerat, in hieme labores eorum diripit ac destruit. In India sunt formicæ circa montes aureos vulpibus maiores, fortes ac seuæ nimis, pedes quatuor habentes, & in pedibus hamatos vngues, tantæ vero fortitudinis sunt, vt visos homines discerpant, bestias autem de facili non lædunt, satis con seise, quod auram illud, quod ipse custodiunt inuitis non auferant, ad plestendam ergo temeritatem auaritiæ, illic a Deo collocatae sunt bestie.

De His, quorum nomina incipiunt per. L. Cap. CXVIII.

Lanilex vermis est longus maculosus, ex multis distans pedibus, sparsim colore albus. Hic lanam sericam ex propriis visceribus operatur, & arboris folijs vescitur, qui, f. cibus, mediantibus ipsis visceribus, in lanam sericam vertitur. Itaque lanæ suæ fusos in ramulculis faciunt, & in circum-

itu sui operantur, ita vt perfectis fuis, vndique opere suo includantur. Post hoc exitum sibi faciunt in summitate forum, egredientesque natura mirabili mutati apparent a forma prioris, adeo vt uermes qui prius tepebant innumeris pedibus, habentes alas, iam apti sunt ad volandum. Demum Vincem inuermes coeunt tribus diebus, quo peractio moritur matculus, scemina vero ordine literato ouum parit innumera, subtrato sibi panniculo, vel albo vel tibeo, deinde moritur. Tunc panniculus cum ouis suscipitur, & vbi non possit hyemis attingere frigus reponitur, postea calore veris inualefcens, oua ad solem exponuntur, & calore fouentur, donec animata in uermes formantur. Duos tantum colores lana naturaliter in verme suscipit, scilicet album & croceum, ceteri vero artificio fiunt. Dicitur tamen, quod oua de panno in conceptione supposito, vel album vel croceum colorem trahunt. Limax est studo in limo nascens, terram comedit quatuor habet cornua, sed duo longiora. In rependo cornua extendit, sed quam cito tangitur cornua retrahit, & seipsum in se reflectit, hyeme latet, vere prodit. Sanguis eius poros claudit, & ne pili crescant efficitur, impedit, contracta & contrita in quibusdam vulneribus, sanant apostemata. Locusta dicitur quasi loco stans colore viridis est, caput habens formatum vt equus, os ad modum quadranguli aculeum pro cauda, crura longiora, & ad seipsum reflexa, vnicuique intestinum sanie, & immundicia repleta. In commissuris scapularum quasi dentes habere dicuntur, eosque inter se terendo stridore edere. Mares scemini minores sunt, & scemina marem portante coeunt, circa solstium est coitus eorum. Oua condensata in autumno parunt, quæ tota hieme durant, & exitu veris erumpunt. Ectus forma pusilli, sine erutibus pennig reptantes. Mori eas cum pepererint certum est, vermiculo statim circa fauces earum innascente, qui eas strangulat. Locustas certum est maria longinqua transire conuinata plurimorum dierum fame, maximeque miramur, quod propter externa pabula nouerunt tam remota petere loca, tantoque pennarum stridore volant, vt aures esse credantur. Populi autem vbi longe venientes spectant, solliciti sunt ne suas terras operiant, nam vbiunque dira nube terras contingunt, omnia contacta adurunt, & corrodunt, aliquando autem veno sublata in maria, vel flumina decidunt. In Cyrenæa vel Cinerea regione, lex est has ter in anno debellare, primo quidem oua, deinde scemina, & tandem adultas, defertorisque penis adiudicatur, qui ab hac lege cessauerit. In Syria quoque militari imperio cogitur accollæ eas debellare. Parthi vero eas in cibum sumunt, Locustæ a vento australi generantur, Septentrionali moriuntur, & Aquilonari. Floribus arborum amigdalarum citius impinguntur. Infirmitatis lux remedium habent, nam folia lauri obrosa eas ab ægritudine liberant. Muruo seise comedunt, maioreque minores deuorant.

De His, quorum nomina incipiunt per. M. Cap. CXIX.

Multeipsa a re nomen habet, & sanguine caret. Hoc animal dicit Augustinus aliquando coram ipso allatum coque spectante in multas partes consilium fuit, & tamen vnaquaque pars vixit ab alijs partibus separata. Musca proterua volat, & circumvolando strepitum facit, ex aere circumagitato, inter alas rostrum habet, quasi canam concavam, pedibus posterioribus alas acuit, anterioribus autem rostrum & caput, lucē diligit, nec in tenebris ambulare nouit, ad calorem se libentius confert, humidis insidet, cruorem appetit, salia & aspera sicut, albaque & mundiora libenter coinguit. Carnes recenter cælas, vbiunque tetigerit, statim vermes insequuntur, qui corumpunt insectas, & hoc maxime in diebus canicularibus. Insecta est omni animali, & maxime homini. Ex corruptione simi generantur muscæ, in aqua mersæ reuiuiscunt soli expositæ, hieme latent extrinsecus simillimæ, in augusto prouolant importunæ, vermiculos autem nigros ac duros edunt, e quibus muscæ proueniunt. In Cypria partibus est muscarum genus quadrupes, quæ pinnatæ sunt, & multo maiores, quam nostræ, & pyralæ dicuntur, quoniam in fornacibus è medio ignium volant impunè, & hoc quidem mirabile est, quoniam quamdiu in igne sunt viuunt, cum autem extra uolauerint, paulo longius moriuntur. Opymachus est uermis corpore admodum exiguo, sed audacia animi, & ingenio robustus nimis. Dicitur autem cum serpentibus habere certamen, & ingenio præliandi vitam defendere. Cumque corpore sit exiguis, ac uiribus impar, exercitio tamen pugnat serpentem uincit fortiore se, uicuitque securus audacia potius, quam naturali fortitudine.

Apiliones sunt vermes volantes, qui maxime floribus inhi- tuntur, & ex eis cibos capiunt, post Augustum cocunt, & mafculo moriente post coitum foetina edit oua, quibus editis moritur. Oua vero per hiemem durant, & in aestate vermes faciunt, qui calore solis ac nocturno rore inualescentes alas con- ciunt, qui calore solis ac nocturno rore inualescentes alas con- ciunt, qui calore solis ac nocturno rore inualescentes alas con- ciunt...

De Rana. Cap. CXXI.

Rana vermis est quandoque colore viridis, sed illa, quae rubet deterior est, loquax est, & vocibus importuna, voce propriam habet coax, nec aliud quicquam dicere potest, nisi cum praemittit aut laeditur, tunc n. mutat vocem, & inflat muris emittit exilem, Huius vocis ratio s. m. Aristo. ex hoc perpendi potest, q. ore clauso, & inflatis lateribus, sonat in gnt ture, ad sillabam vero ax. os aperit, & inflat follis latera reprimi- t, vt fortiori spiritu vox clara promatur. Multipli etiam vocem qn pofuerit equaliter in aqua mandibulam inferiorem, & ex- tenderit superiorem, cu autē ambas extenderit eius oculi sicut candelae lucent, timet oē, quod spirat, ab omnibus odiose haberi suspicatur. In Augusto mense nunquam poterit os suum pro quolibet ministerio cibi, vel potus, vel vocis aperire. Quod si etiam manu vel baculo tentaueris, difficulter aperire poteris. Ranarum coitus magis est de nocte, quam de die, & in earum coitu magna est mora, multumque seminis effundit; Ranas habet mare, quae alas habent, & omnis piscis foetus nutrit praeter ranam. Rana quae rubeta dicitur in terra, & in humore vivit, pluribus referta medicaminibus, quae de ponit ac refumit qn vult, & hoc assidue in pastu facere dī. Venena vero nunquam deponit, sed tanquam arma sua penes se reseruat, habent gemina cornua veneficiorum plena. Mira de his certatim narrant autores, dicunt si dexteri laevis officulus in aquam ferentem mittatur refrigerari vas, nec postea feruere nisi exempta rubeta. Carnibus earum in hamum positus praecipue purpuras allici certum est, contra venena marini lepore, & rubetis cinis earum remedio est in aqua potatus. Est etiam rana viridis ac parua, corines cognominata, quae arbores ascendit, ibique inter folia requiescit. Haec naturali praesagio pluuas, in nubibus sentiens fortiter clamat, futurae scilicet inundationis nuncia, reliquo ve ro tempore vix nunquam cantat. In ora canum proiecta vocem eis demere putatur.

De His, qua incipiunt per. S. Cap. CXXII.

Sanguifuga vermis est aquatilis ossibus carens, & pedibus, ac pennis, homines impetit, ac bestias, vt sanguinem eoru sugat, cuius satietate nimia mortem sibi seipsum accersit. Os habet ad modum trianguli, vnde & triangulare vulnus re-

linquit. Cumque carni adhaerit quanto magis trahitur tanto fortius insidet, donec rompatur. Itaque sanguinem putridum extrahit, & alium sanando se ipsam occidit. Quidam autem his vermibus minus sapienter ad superflium corporis sangui nem hauriendum se praebent, quod fieri non debet, nisi corru- ptionem nimiam in eo sentiant. Nam in homine sano nobilitatem ac bene digestum sanguinem extrahunt. Meliores autem, ac minus nocivae dicuntur illae, quae rugatae ac lineatae in dorso sunt. Deteriores vero, quae nigrae. Sanguifuga cum viticis ac tribulis pungitur, vt venenum cuomat, si quod in bestis, aut busonibus, aut serpentibus aquaticis hauerint. Scabrones (vt dicit Plinius) in cavernis, aut sub terra degunt, horum cellae sexangulares sunt, ceras vero cortice arenosae. Ipse quoque foetus inaequalis est, & barbarus, alius enolat, & alius in aqua est, alius in vermiculo perseverat, Carne vescuntur, in plenilunio crescunt, hieme reconduntur. Auctores dicunt interfici puerum bimum, ter novenis puncturis scabronum, Scabrones, & vespa nequaquam reges sicut apes habent, & ideo periculis plurimis subiacent, Horridos sonos ac murrura depromunt, & hoc magis in cauis locis, Horum mella sunt humana visibus inutilia, quae qui rapere voluerit stulto periculo se subdit, nam eorum aculeis iaculatur. Scintiphes sunt vermes minimi, volantes, quae pecudum anhelitum sequuntur, & homines maxime, Pungunt autem aculeis dormientes, acritatis dolore pro posse, vnde in locis ubi abundant earum proteruitas homines delicati circa lectos suos reuera tam subtiliter laqueant, vt pes haec scintiphes ad nocendum transire non valeant. Seta est vermis, vel (vt quidam volunt) serpens, a re nomen habens, est enim tenuissimus instar setae, fere cubitalis longitudo, durus & albus, nihil differens vtraque extremitate quippe cui caput non est, sed serpit vtrobiusque, hic in aquis corruptis nec tamen foetibus nascitur, adeo durus est, quod vix pede conteri potest, si feruidis aquis imponatur vt bulliat, coqui tamen non potest. Huius veneni tanta vis est, vt ab homine in potu hauritus elanguere eum, & tabescere faciat, donec eum dno cruciatu vita exuat, aliter vero mortem non infert. Stella figura vermis est (vt dicit Plinius) qui nocte vt stella luget, nunquam nisi magnis imbribus provenit, & serenitate adesse signat, huic tantus rigor est, vt ignem tangens non alio modo, quam glacies extinguat, huius sanie si caro hominis contacta fuerit, toti capilli desluunt, id- que quod contactum est colorem in virorem mutat, Hi vermes nihil gignant, nec est in eis mas vel foetina.

De His, qua incipiunt per. V. Cap. CXXIII.

Hamur dicitur vermis Salomonis, nam Salomon cum marmor parium ad aedificationem templi de remotis partibus conuehi praecipisset, conscius prohibitionis legis, quae vetuit altaris aedificandi lapides ferro incidi, quae- siuit experimentum in vermibus, quod ars humana nesciuit. Nam pullum stultionem in vitreo vase reclusit, quem cum videret stultio, & habere nequiret naturaliter, agnitam artem attentans, ad desertum ecurrat, rediensque uermiculum tulit, cuius sanguine vitrum liniuit, & confectum est, sicque foetum eripuit, quod videns Salomon hoc experimento eodem genere vermis in scissione durissimi marmoris usus est, & effectum consecutus est. Tappula vermis est quod dicitur, in terra, vel aqua aequaliter uiuens. In terra quidem uermiculisime currit, sed magis super aquas, ita vt longas aquarum tractus in impetu transcurrat. Interdum tamen substat, & vires lassus reparat, hoc autem in eo mirabile est, quod errans super aquas sicco corpore, pedibusque manet. Quod si etiam diu sub vndis uiolenter teneatur, non tamen humectatur aut moritur. Tereudo est uermis ligni caput habens rubeum, & corpus album, successione lignum perforat, & in puluerem illud redi- gendo domum sibi aedificat, lignum consumendo se purifi- cat, & puluerem eiecit. In orientalibus partibus pauca li- gna vermes generant. In partibus autem Italiae, Germaniae, Galliae, & Hispaniae fere omnes arbores, excepta quercu, & rilia, & panicis alius. Et hoc mirum est, quod buxus, & alba spina, quae fere arborum durissimae sunt, vermes generant. Ty- lia vero cum sic arborum tenerima, vbiunque sub sicco li- gna eius seruantur, nequaquam ex eis uermes crescunt, sed pe- petua sine uermibus manent. Testudo uermis est de corruptio- ne gramini per excedens humidum, & calidum tempus, ani- mal tardum est, & multo sanguine crassum, harum aliquae u- beae sunt, aliae albae, aliae nigrae, aliae crocae, secundum mu- tationes aeris, & corruptiones. Hoc miro modo ex spu- ro, quod lubricum est, & crassum format sibi habitaculum. Olla vel potius marmorea substantiae mirabiliter testu- dinatum

dinatum, quia calore solis paulatim putrescit in lapidem. Cumque voluabris palustribus mersa sit, curare tamen anti- doto proprio se nouit, herbarumque vires se scire ostendit, na (vt refert Ambrosius) visceribus pasta serpentis, cum serpe- re sibi venenum aduerterit, origano sibi medetur, si vero sal super eam proiecerit, fere tota liquefit in nihilum, vix de illa reperies aliud, quam languinem quod est vile ad medelam. Vespa ex equinis aliquando carnis proceantur. In pleni- lunio magis crescere dicuntur, muscas grandiores venantur, & amputato his capite reliquum corpus comedunt, harum vita circa sterces est, ceras quidem faciunt, sed non ex collectione florum, & ob hoc inutiles sunt. Tinea est vermis ex aere cor- rupto in vestibus, ex humore marcido, qui in lana earum est procreatus, adeoque insidet, vt eas erodat. Hae de vermi- bus.

De Piscibus in generali. Cap. CXXIII.

Equitur de piscibus. Pisces omnes ordinem naturae seruati, & in sexu, & in genere, nunquam enim videbuntur piscis cum alterius generis pisce coire. Nullas pisces habet collum, aut virgam, aut testiculos, aut mammillas, vt dicit Aristotele. De his tamen excipimus Delphinum, & Cetum, ac caetera monstra maris, & hoc est quia sibi simile generant, vnde mammillas habent quibus foetus lactant, non tamen supra, sed iuxta iun- cturas. Itaque non eminent, sed habent duo cannalia quibus egreditur lac, & filii matres sequuntur. Masculi piscium habent vias semine plenas, ita quod videtur saepius extra decurrere. Quidam itaque pisces per coitum generantur, quidam vero p se sine coitu, & quidam de terra simpliciter, quidam de limo aliorum piscium, quidam vero de putrefactione, & corruptione, quae super aquam videtur sicut oleum enatare. Feminae maiores sunt maribus ac longiores, & carnes habent duriores. An- tere tempus partus, vel coitus, maris & foeminae vagantur, in- taneque per greges simul, tempore vero coitus, & partus ambu- lat par, cum pari, non autem inueniuntur oua nisi in illis, qui coeunt. Quidam pisces impregnantur vento Australi, quidam Aquilonari. Pisces paludum impregnantur ex maiori parte post quinque menses. Omnes autem pisces generaliter post vnum annum foetificant, maior pars in ripis fluminum foeti- ficat, si affuit eis, quoniam in eo loco non est ventus, & est in se calidus. Pisces parui foetificant vbi pauca est aqua, & hoc praeci- pue circa radices salicum vel aliarum arborum. Plurima vero pars ouorum occasione multumoda perit, quia si omnia prove- niant, multiplicarentur nimis. Itaque praecipue quando foemina ouat vagando, maior pars ouorum perit. Omnium au- tem ouorum piscium maris crementum festinum est, & velox.

De Eodem. Cap. CXXV.

In profundo maris multa piscium genera sunt, quae vix aut nunquam ad visus hominum exeunt. Piscium alii bran- chias habent multiples, alii simplices, alii duplices. Hi aquam ore receptam emittunt. Senectus indicium est squa- marum durities, quae non sunt omnibus similes. Pulmone pi- scis marini si fricetur lignum, ardere videbitur sicut & oleum, vnde & ex quorundam pulmonibus oleum fieri consuetum est. Carnes piscium in dorso, & arterius, duriores sunt reliquis corporis partibus. Omnes pisces lapidosi pingues sunt, & om- nes quidem pisces, qui per amplitudinem natant, vt Bothae, & pechines vento meridionali flante impinguntur, qui vero in longum extenduntur, vt Lucij, flante vento septentrionali certum est impinguari. Carnes piscium habitantium circa ri- pas fortiores, & saniores sunt. Carnes autem habitantium in profundo humidiores sunt, & minus sanae. Omnes piscium greges habent rectorem. Nullus autem piscis praeda viuens socialiter natat, vt Lucius & sui similes. Omnes pisces maris inuicem se comedunt, excepto quodam animali, quod Aristo- teles. Fataleon vocat, & hoc ideo, quia carnem non comedit omnino. Quidam pisces (vt dicit Plinius) tanta leuitate sunt, vt nisi capita maxima portione corporum haberent, in a- quis mergi non possent. Omnes pisces, & animalia mollis testis modicum dormiunt, quod tamen per clausonem palpe- brarum non perpenditur, quia palpebras non habent, sed quia manu capiuntur, & in somno ferro tridente percipiuntur. Non autem mouentur quando dormiunt, nisi in cauda, & hoc parti. Noctibus eque sicut in die cernunt, olei gustu moriuntur, me- lius capiuntur ante solis ortum, quia tunc maxime saltit: vi- sus eorum. Quidam etiam quando foetificant in firmantur, & ob hoc eo tempore facilius plerumque capiuntur. Quidam Speculum Doctrinale.

De His, quorum nomina incipiunt per. A. vel. B. Cap. CXXVI.

Brenon piscis est, vt dicit Aristotelis multis foetundus ouis, nec aliorum ea more contactu maris parit, sed natu- rali quodam instinctu ventrem suum ad arenam siccata, quae contactu aspera est, & gustu salta, sique oua concepta pari- rit, & post tempus debitum foetus educit. Accipender est (vt dicit Plinius) piscis apud antiquos nobilissimus, qui solus contra morem omnium piscium habet squamas toto corpore ad os versas. Albres est piscis marinus, habens cutem adeo spissam, & duram, ac firmam, vt ea milites vtantur pro galeis. Al- phoras est piscis qui non gignitur, sed in loco lutofo vbi non est aqua ex ipsius luti putredine in modum vermicali creatur, po- stea vero cum ascenderit aquam crescit in piscem, durat autē modico tempore, citoque dissoluitur. Allex est piscis marinus admodum parvus in occiduo mari, quod Mediterraneum est, inter maiorem Britanniam, & Germaniam. Cumque vnum- quodque fere genus piscium marinarum habeat tempus suum in quo solo sit bonum, huius piscis inter omnia fere capturae te- pora hoc est optimum. sub Augusto vsque ad Decembrem. Qui cum recens captus fuerit, deliciae cibum praebet, salus au- tem in vltus hominum vltra, quod alii pisces sanus durare po- test. Omnium quoque fere piscium solas aqua viuunt tantum, nec nisi in aqua viuere possunt. Nam statim vt aeris serena con- tigerit expirat, nec vlla mora est inter contactum aeris, & expi- rationem. Oculi eius instar luminis de nocte lucent in mari, sed horum virtus cum ipso pisce moritur, vbiunque super a- quas in mari lumen vident, gregatim aduentant, & hoc astu dum ad retia dictis temporibus alliciuntur, quasi parati ad ca- pendum diuino munere in vltus hominum deducuntur. Hiber- nis autem temporibus secreto maris vsque ad tempus debitum absconduntur, & hoc circa Germaniam. Amio est piscis saxati- lis vt ait Isidorus, id est lapidem gerit, interius. Hic admo- dum speciosus est, habens in vtroque latere quasi vitgulas per- petuo colore puniceas, reliquo vero corpore diuersis quidem, & gratus coloribus, totus in modum panni serici variatur. An- guilla ex aliorum piscium limo nasci dicitur, difficulter excoria- tur, durissimi nam habet mortem, quae etiam excoriata uiuit, ad vocem tonitru commouetur, aquis claris fluuiatibus gaudet, & in absconsione plyadam maxime capitur, quia tunc ex vno- tis oppositis, aqua turbatur, ad pisciculos inferioris potestatis rapax est, maxime tamen cum in femine reperiuntur. Exani- mis sola piscium non fluitat, nisi cum aquis putrefacta dissol- uitur, plus alio cibo decoquitur, aliter nocuus est cibus eius, ad ignem asata plus competit, quia malitia eius illic euapora- tur, pingue eius auribus medetur. Borbothae pisces sunt flu- uiales aliquatenus angullis similes, lubricae namque sunt, & ex- coriantur sicut anguilla, corium habent nigrum, esum dulcem, & epar praee omnibus piscibus melius, & delicatius, caput ma- gnum respectu corporis, os amplum, & latum valde, cum au- tem aetate duodecim annos excesserit, in corpus magnum cre- scit, & tunc nomen eius mutatur, & solaris vocatur, de quo inferius dicitur. Bothae sunt pisces fluuiales, qui non natant, nisi per amplitudinem corporis tenuissimi, namque sunt & lati ualde, pinnae habent in circumitu lati corporis, impregnan- tur vento meridionali, flante. Cumque venatur hic piscis a piscatoribus fundum aquae petens, aquam supra se turbat vt vi- deri nequeat, maxime quia corpore strato cum terrae adhæ- ret supra dorsum terrae simillimus est, maculas autem in dorso ruheas habet.

De His, qua incipiunt per. C. Cap. CXXVII.

Ancer pedes habet, & brachia, forcipesque pro mani- bus, retroradus est, nec vnquam ante faciem suam ambulare nouit. Mares duas habent spinas inter ventrem, & caudam, quibus foeminae cauent, hae oua in ventre Tomus Secundus. M m 2 habent



habent, iſtibus ſerpentum medentur. Coitus tempore mas aſcendit in dorſo ſuper ſecundam, at illa motum eius ſentens a tergo coire volens, inclinata ſuper laus ad ipſum ſe conuertit, ſicque coitus completur. Latent hieme menſibus quin, veris tempore ſenectutem exiunt, velut anguis. Cancr laſte potatus, ſine aqua viuunt multis diebus, cum autem ſenuerit, duo lapides albi coloris intermixto robore inueniuntur in eius capite, quos tanta virtutis eſſe dicunt, vt in potum dati corporis pſitione ſanent, cancri corniculis ſuis pugnat inter ſe ſole caſtri ſignum tranſeunte. In occidenti mari (vt dicit Solinus) cancri ſunt qui homines apprehenſos ſubmergunt, habent autem terga dura velut Crocodilli. Cacer mutat colorem cum coctus fuerit, quia qui viridis aut niger erat, rubeus fit. Caucius qui & glanis auerſus mordet hamos inſectatos, nec eos deuorat, ſed ſpoliat. Caput eſt piſcis admodum paruum, habens caput prope ad reliquam corporis magnitudinem, os quoque rotundum & amplum, hic in fluuiis habitans libenter ſub lapidibus, & inter faxa deliſceſcit. Carpara piſcis quaſi ſquamis aureis in lacis vel fluuiis ſe ducta, quaſi quaſi carpens parit. Cum enim oua ſua in ventrem ad partendum apta diſtante natura praſentent, marem ſuum adit, & ore inuit pulſo ſeni, vt adiuuet parturam, tunc ille loco feminis lac emittit, quod illa ſuſcipiens ore ſtatim oua parit in ſobolem profutura, nam oua parere nequit niſi prius ore ſemen receperit. Semen autem tunc receptum non ſolum ad partum inuare videtur, ſed etiam ad oua concipienda, & formanda, vnde ſoboles in anno ſuſcitatur. Semini carparae, nonnunquam in anno primo natiuitatis niger vermiculus iuxta aure innaſcitur, & hoc ſepius poſt Anguilla, eoque tabe moritur. Remediiſt eiuſ aqua dulcis, & fluuiialis, huius ſoboles paucis aquis pronenit, ſi in ſingulis ſolis. ro. cubi totum recenter factis ponantur ſingule carparae, cum paribus ſuis ante partum proximae, opinio vulgi eſt earum ſoboles proſit, ſi poſtquam pepererint eximuntur. Soboles quoque triſi vel quatuor menſium tempore roborata, ſolis riecſta reponitur, vbi habet ciefcere cum perfeſtis, habet hic piſcis aſtutias multas, vt reti capiendus euadat. Cum enim rete intrauerit, circumiens foramen quaerit, quod ſi non inuenit, ſaltare nititur in auras liberaſ ſuper rete, vt extra cadat, aliquando ſub reti reſugium quaerit, aliquando herbam ore tenet in fundo aque, & vt rete ſuperueniens eludatur, aliquando etiam a ſuperis veniens cum impetu caput in limo fortius figit, vt. fere per eandem tranſiens captione fruſtratur, Huius cerebrum ſecundum augmentum lanæ creſcere ac decreſcere dicitur, & licet hoc in omni piſce ſit, tamen in hoc magis ſicut inter quadrupedia in lupo, & in cane.

Adhuc de eodem. Cap. CXXXVII.

Cætus eſt omnium piſcium maximus, habens os in fronte magnum, & patulum, ſed oris meatus ſuſtulos, vnde non niſi paruos piſculos deglutit, quos odorifero anhelitu ſuo attrahens ad ſe, ac deuorans, in ventrem ſuum mittit. Habet in gutture quadam pellem membranæ ſimile, quæ multis meatibus perforata, non ſinit quicquam magnum ingredi ventrem. In iuuentute habet dentes nigros, in ſenectute albos. Hi piſces aliquando fluctus hauſos ita eructant, vt aluue nimboſa plerumque claſſes nauigantium deprimant, ſed & cum in mari tempeſtas oritur, ſe ſuper fluctus attollunt, & commotionibus ac turbinibus naues mergunt, arenas aliquando dorſis ſuſtollunt, in quibus vrgente tempeſtate nauæ terrâ ſe inueniſſe gaudentes, anchoris laſtis ſalſa ſiſmitate quietiſcunt, at ignes accenſos belua ſentens, ſubito commota ſe mergit, & homines cum nauibus in profundum trahit. In Athlantico mari, ſicut dicit Ambro. hæc monſtra ſunt inſinitæ magnitudinis ita vt ſi ea videris montes putes, altiffimis ad caelum verticibus eminere. Cætus poſtquam ætatem annorum trium excedit, cum Balena coit, & in ipſo mox coitu virtute virgæ genitalis emulſatur, ita qd vltra coire nequit, ſed intrans alit maris pelagus intantum excreſcit, vt nulla hominum arte capi poſſit. Infra tres igitur annos ætatis ſuæ capi poſſit. Balenæ fetus ſuos geſtant cum inſtrumentis, & inuulſi ſunt: & ſi parui ſunt eos in ore recipiunt, hoc idem imminente tempeſtate faciunt, & poſt tempeſtatem illos euomunt. Quando propter defectu aquæ fetus impediuntur, ne matrem ſequantur, mater aquam in ore receptam inſtar fluuii ad eos citat, ſed ſi inhærentes teræ liberet, aduſtos etiam diu comitatur. Adoleſcent autem celeriter. & 10. annis creſcant, branchias nõ habentes ſiſtula ſpirant, & hoc e marinis pauci faciunt. Capiuntur autem ſic. Piſcatores locum vbi cætus eſt notantes, illic aggregantur cum nauibus multis, factoque circa eam ſiſtularum ac tibiarum cõ-

centu, alliciunt inſequentem, quia gaudet huiusmodi ſonis, eſt iuxta nauis hærentem ſono modulationis attonitum cernunt, inſtrumentum quoddam ad inſtar raſtri, dentibus ferreis acuminatum, in eius dorſum clam proiciunt, citoque deſcendunt, nec mora ſi certum vulneris locum dederit, fundum maris cætus petit, ſequæ ad terram dorſo fricans, vulnibus ferream violenter impellit, quouſque per ſoſa pinguedine, viam carnem interius penetraverit, ſicque ſublecta ſalſa maris aqua vulnus intrat, ac vulneratum perimit, mortuum ergo ſuper mare fluitantem piſcatores cum funibus aduunt, & ad litus cum magno tripudio trahunt. Conger eſt piſcis marinus, vt in urena longus, ſed corpore multo maior, hic uento flante vehementi impinguitur, & eius carnes dulciſſimæ ſunt ad edendum, cum Murena cæteris que piſcibus inimicitias habet, & intantum robuſtus eſt, vt Polippum fortitudine dentium la-ceret.

De His, quorum nomina incipiunt per. D. E. G. Cap. CXXXIX.

Entrix vel Pagrus, a re nomen habet, quia dentes habet magnos, & multos, ac duros, quibus graſſatur in offreas, & piſces in nocuos. Dies eſt piſcis marinus, vt dicit Ariftole. ſic dictus, quia poſt perfectionem ſuam non viuunt niſi per vnum diem, habet tamen alas duas, & duos pedes, & ſanguine caret. Echinus eſt piſciculus ſpinas habens, pro pedibus ſicut cancr, alas autem ſub ventre, quæ pedibus aſſimilantur, in ore vero dentium loco graues aculeos, hoc autem ſuper modum mirabile eſt, quod cum ſit ſempipedalis, non vlla violentia, ſed adheſione tantum nauem. 200. pedum cum ſuis ientis ponderibus retinet, ita quod nec ad punctum moueri valet, nec eſt alia ratio in tam ſupendo prodigio, niſi quod Deus in creaturis ſuis prædicetur mirabilis. Piſcis ille comedi non poteſt, quia homines a ſtatu diſpoſitionis ſuæ diſſoluendo mortem inferre. Eri-cius eſt piſcis marinus, habens caput & os inferius (vt dicit Ariftoleſ) & exitum ſuperfluitatum ſuperius, quod eſt contra morem animalium cæterorum: Vitur autem ſpinis loco pedu, eius anteriora ſeparata ſunt, & inferiora, continua, horroſi ſit cæteris piſcibus, quia ſpinis hiſpidus, vnde non deſacili ſit villi piſcium præda. Carnes eius vehementer rubez ſunt, coloris minio ſimiles, vt dicit Plinius. Eſox eſt piſcis Daubii maximus, ita vt vix in biga trahi poteſt ab equis tribus, aut quatuor, vñſi habet inteſtinum, oſſa pauca, & parua in corpore, cartilaginofa potius, quam ſolida, carnes vero dulciſſimas guſta, vel ſpecie caribus porci ſimilimas, per omne corpus lenis eſt, nec ali quid aſperitatis in corpore vel in moribus habet, ſed eſt mitiſſimus ac timorofus, qui peſſe, nec a minimo piſciculo ſe defendere poteſt, ſed ſtatim agitur ad fugam. Huic Sturio libentiffime gratia iocandi ſe afficit, quem Eſox ſtatim vt ſentit ad latibula fugit, quæ ſibi ſolet ad tutamen in litoribus eſſe fodere. Sed quandoque Sturio importunus eicit latitantem, ſequiturque fugientem, & quia magni ſunt ambo, nec etiam in validiſſimis aquis latere poſſunt diſcurrendo, & ante ſe aquas agitando ſæpe ſimul a piſcantibus capiuntur. Piſcis iſte capus vino fortiſſimo, vel laſte potatur, quia vino inebriatus viuere poteſt plurimis diebus, & hoc vt ad remotas terras cibi gratia deferatur, bibit autem vini ſextaria quatuor antequam inebrietur. Gobio piſciculus eſt forma fere rotunda, ſquamis paruis argenteo ſimilibus, hic aquas arenaſas lapillis in nutrimentum habet, accommodatorem vtique cibum præbet. Grauis eſt piſcis marinus, qui contra naturam omnium animalium vnum oculum in ſupremo capitis habet, quo ſuperintendens ſemper inſidias cauet.

De His, quæ incipiunt per. I. K. L. Cap. CXXX.

I Rundo maris ſimillima eſt aui huius nominis hæc ad modum luliſſimis in aqua manet ut piſcis, & alas habens ad amena elenatut ætheris. kalaon eſt piſcis maris ſpecie multiformis, pluuiæ cæli qua cæteris ad vitæ remedium, & impingnationis inuamem eſſe ſolet, pro exitio ei datur. Nam ſi multa pluuiæ fuerit oculis exeat, ac per conſequens cum cibum quaerere non poſſit fame moritur. kilok eſt piſcis marinus in teſta multum aſperalens, cuius oriſcium eſt in medio corporis, ſentit autem quicquid ei appropinquat, & applicat lapidibus cum pedibus ſuis poſterioribus, anterioribus autem quibus pro manibus vitur, quicquid per eum tranſit ex piſcibus deprædatur, ſi quid vero tranſit quod nequaquam viuere poſſe ſe credit, tumefcit, ſequæ contrahit,

contrahit, & adheret fortius lapidi cui applicatur. Loeſſia marina iuxta Plinium, quatuor habet cubitos in longitudine, hie-ne lœditur, autumno & vere pingueſcit, & plenitudo magis. Lolligo capitur aliquando. ſ. cubitorum, caput habet inter pedes, & vterum, vltra duos annos rara eſt earum vita, aliquid earum genus aſperitum eſt, quæ pugnatæ turmis ſe muniẽtes ſtabilunt. Lucius eſt piſcis (vt dicit liber rerum) qui & Lupus aquaticus appellatur, hic ſi fluuiiales aquas, cibique pro vita ſufficientem habuerit, per ſucceſſus temporem in longitudinem maximam euaneſcit, eibus eius ſunt piſces, & quicquid ganarum more repit, piſcem ad magnitudinem prope ſui come dit, nam vbi vitium ſubegerit, caput primum ore deuorat, quo digeſto paulatim adit ſequentia, donec totum conſumat, pari quoque generis ſui parere recuſat, vel ob naturalem crudelitatem, vel quia inuidus eſt cibi, rapinæque impatiens: nam & propria femina perſequitur, vbi piſcis formam ſaſceperint: Eſt autem piſcis quidam habens acres ſquamas, pinnullas acutas, quæ ſi lupus aquaticus per caput apprehenſit, cito tranſglutit, ſi vero a parte caudæ non poteſt: quoniam in contrarium aſpera rigefcunt. Lucius in cerebro lapidem cryſtallo gerit ſimilem, ſed hoc cum eum in longum duxerit. Impregnatur hic piſcis vt dicit Ariftoleſ, flante vento ſeptentrionali, ſimiliter & piſces qui in longitudinem eualeſcunt, ſcemia prægnans aquas aſcendit, quantum poteſt remotis a loco ſuo in quo habitare conſuevit, ibique oua parit, vt filii ſui non ſint ei impedimentum prædæ, & hoc propter naturalem crudelitatem, vel propter cibi rapinæque inuidiam, alii dicunt, quod aſcendit propter dulciorem aquam, quoniam aqua tanto ſemper eſt dulcior, quanto fonti proximior.

De His, quæ incipiunt per. M. Cap. CXXXI.

M Argaritæ conchæ nocturno tempore litus aduunt, & rorem cæli concipiunt: His autem talis ſenſus eſt, vt paruos ſuos maculari timeant. Itaque cum ſol ſeruentes emiſſe ſe orbis, ne calore nimio ſuſcepti lapides, conchæ ſubſidunt in profundum, piſcantium quoque timent inſidias, & ob hoc inter ſcopulos ſequentibus deliſceſcit, gregatim natant, & quæ magis experta eſt gregem ducit, quæ ſi capta fuerit cæteræ diſſugiunt. Megaris eſt piſcis marinus duarum palmarum longitudinis, vilis habetur in partibus in quibus capitur, ſed cum ad remotiora ſalſus reducitur, raritas eius præcium facit, recentem tamen capus, & ſine ſale delicatorem cibum edentibus ſacit. Mugilis eſt piſcis velociſſimus in aquis fluuijalibus, ſed naturaliter incautus, nam deridetur eius ſtultitia, cum in metu capite abſconſo totum corpus abſconſum, & ſecurū credit. Hic cum Lucio inimicitias habet hyeme tætam, & huius cauſa creditur, quia tunc rarus eſt cibus pro quo dimicant, æſtate vero abundat, & ideo tunc ad concordiam rediguntur. Multipes eſt piſcis marinus a re nomen habens, huius pedes a latere procedunt. In hyeme coit, & inter cæteros piſces ſibi nidum ex ſurcalis ſtruit, per duos meſes ouat, & hoc vnum ouum tantum ad inſtar nucis paruum, tunc ſcemia per 40. noctes fedet, & ouum a ſe editū fouet, ex quo ſiit piſces innumerabiles. Quod ſi non eſſet multum eorum genus decreſceret, quia ſeipſos inuicem conſumunt, & multæ comelſionis ſunt, multipes aſtutia magis, quam fortitudine vincit carabo monſtrum marinū, quæ validum eſt ac robuſtum. Eſt etiam quoddam genus multipedis naturaliter aſtutum, quod in aquæ ſuperficie nata, & dorſi teſtam ad ſolem ponit vt deſceſcat, ac durior fiat, ſicque ſalſas maris aquas, & aduerſa ſcopulorum pati valet. Mulus eſt piſcis marinus, gratia nobilitatis in eſum tantum datus nobilibus, rariffimus enim eſt, quem ſeptentrionalis tantum gignit oceanus. Horum genera plura ſunt, quidam alga, & offreis, ac limo, cæterorumque piſcium carne veſcuntur, nobiliores autem in inferiori labro gemina barba inſigniantur, viciuſque eorum eſt, quod iuxta ripas aeris ſerenitate con creuerit. Multum nobilem expirantem numeroſa colorum varietate ſpectari proceſſes gula narrant. Murena tantum ſceminis ſexu dicitur eſſe, & a ſerpente concipere, & ob id in ſiccum ad coitum exire. Dicit autem Ambroſius quod ſerpens ad eam venturus ad coitū, prius euomit omne venenum. In Gallia ſeptentrionali murenis omnibus in dextera maxilla ſeptem muculæ ſunt, quæ ad formam ſeptentrionis reſiſcent duntaxat vigore quodam, ſed cum anima pariter exſtinguantur. Murena, ſicut dicit Plinius, libenter ſe tenent inter aruadines, & ligna, vt ſi forte reti concludantur flexu multiplici euadant. Hæ morſum venenofum habent, ſed capitis eandem, cinere ſanatur. Periculofum eſt eas in cibum ſumere, niſi prius in vino optime ac diutiſſime decoquantur, & ſpeciebz aromaticis, maximeque pipere condian- Speculum Doctrinale.

tur, venenofum namque abundant humore, vnde nec de ſacili coe dent coſtion i. Murices conchæ marinae ſunt, quæ latent circa canis orum, & ſtato tempore exerunt, præcioſum liquorem tingendis veſtibz habent vtilem, ſed hic color in ſola vena cãdida reperitur, reliquum vero corpus ſterile eſt, viuis quoque tantum hic color exprimitur, quia cum vita ſuccum euomit, non habent ſphericum os neque rotundum, nec in angulos prodeunte rotro, ſed ad conchæ modum vtroque latere clauditur. Mus marinus ad terram exit, ibique ſoffam faciens oua parit, ac terra ruſus obruit. Poſt triceſimum vero diem rediẽs iterum ſoffam aperit, & ſectum in aquam ducit, horum ſcetus inter initia viſu caret, ſicut ſcetus omnium fere generaliter aquatiliū.

De His, quæ incipiunt per. P. Cap. CXXXII.

P Auus maris dictus eſt a pauone volucere, quoniam ei ſimilis eſt in coloribus, dorſo enim & collo piſtus eſt colore diuerſo. Pæſines maris amantur vnguibus, lucent in tenebris ignium more. In magnis ſtigoribus, & magnis aſtibus reconduuntur, quia temperatum aciem oportet eos habere vt viuant, cum exceſſum paſſionum in elementis, vngues eorum pari nou valeant. Pinna de genere concharum eſt, corpusque rotundum habet mas, & ſcemia ſocialiter ambulat, aperit quina conchas ſuas ad lunam, ſequæ paruis piſciculis offert quaſi mortuū, qui protinus exultantes, vbi licentia aduicia creuerit, implet eius conchas, mox vero pinna ſe plenam ſentiens, apprehenſum quicquid ineluſeſt exanimat, parremque ſocio tradit. Porcus maris eſt piſcis eſibilis, porci terreſtris ex magna parte ſimilis, & caput habet ſimillimum, & membra in corpore, coſtaſque ſimili modo diſpoſitas, Tota fere caro eius in pinguedine tranſit, lingua eius abſoluta eſt vt porci, ſed voce diſſertat. Circa guttur oriſcium habet, & eſcam in fundo maris ſodiens quaerit. In eius dorſo quadam ſpinæ ſunt, vnum enim efficaciffimum habentes, & punctioibus ſuis valde cruciantes, ſed ſel eorum punctis remedio eſt. Pungitius eſt omnium fere piſcium minimus, quibusdam ſpinis ſecundum nomen ſuum pungens, mas in eis circa fauces rubeus eſt, ſcemia vero illa tubedine caret, ambo vero maculis nudati ſunt. Hos vulgus opinatur ſine ſemine in aquis creſcere, & quod mirabiliſ eſt, alios etiam horum ſemine propagari, vnde & hanc piſcem matrem piſciu vocant: Dicitur enim ſi ſtagnum nouum fiat, nullasque piſcis immittatur, hos paſculos anno primo in eo inueniri, & anno ſecundo diuerſi generis piſces ex eiſdem propagari. Purpuræ ſunt conchæ marinae, quæ verno tempore congregantur, & atritum liquorem ore ſaliunt, quem in mediis faucibus habet, Horum piſcium conchæ in ſtra an num magnitudinem implet, quod ſi ante in creſcendo tranſcurrant, vim libidinis auerſit, nec vltra coire poſſunt, vt in tempore præcioſum liquorem pariant, vnde ſumma diligentia primo anno detrahantur eis conchæ, vel confringantur ne creſcant: Horum liquore veſtis purpurea tingi ſolet, qui color ingrantis roſæ fere ſubleuet. Purpure ſcendis odoribus capiuntur, & cum ſeminez fuerint, mari redditæ reuiuſcunt.

De His, quæ incipiunt per. R. Cap. CXXXIII.

R Anna marina, quæ piſcatrix vocatur a Plinio perſequitur piſces hoc modo. Eminetia cornua ſub oculis habet, quibus turbato limo aſſultantes, nec raptorem in eo latitantem videntes concutunt, donec tam prope accedentes ab illo ſubito diſcerpuntur. Raithe, vel Rais inter piſces nobiles reputatur, ad modum vilis, & hoc vbi eſt piſcium copia, prope modum rotundus eſt, & in longitudine, & latitudine fere æqualis, oculos habet horribiles, os quoque deformitate luridum, & hoc non eo loco quo piſces cæteri, ſed loco ventris, vbi vero caput, & oculi ſunt, os non habet: Caudam habet prælongâ vt coluber, & in ea ſpinulas quaſdam acutas valde habet, & quandoque in capite lapidem, nec credimus quia natura creauerit eum inutilem, huius carnes indigeſtibilis ſunt, vt canes bouinæ. Impingnantur autem, vt dicit Ariftole. vento meridionali flante. Rumbus eſt piſcis magnus, & fortis, & aſtutus, ſed tardus, quique piſces, vt rana marina, ſimili modo deprædatur. Nam in limo turbato abſconditur, pinnas exertas mouet, & vbi piſces approximare vident, mox eos corripit & deuorat. Argumentum eſt eius ſolertia, quia cum ſit tardiſſimus omnium piſcium, muglum tamen piſcem velociſſimum in ventre ſe-piffime reperitur habere.

Sermo piscis est in latitudinem, & longitudinem magnam excrefcens. Robore fortis est, sed ponderosus, & grauis, omnisque quam habet agilitas, a potentia virtutis est potius, quam a leuitate corporis. Hic quoque (vt dicit Plinius) olim praeferrebat omnibus piscibus fluuiatilibus, & maxime in Aquitania. Carnes eius rubrae sunt, quae licet dulces & gratae sint, valde tamen satietatem cito manducantibus ingerunt. Piscis iste foetus facit, nec diu viuere potest in aquis dulcibus stagnosis, nisi liberum habeat transitum ad dulces vndas fluuioſi, quando etiam ubi in transitu sepem, vel aliquod huiusmodi obstaculum inuenierit, Caput caudae coniungit, flexoque corpore perulat ad opera, hoc ipsum etiam facit cum irretitum se sentierit. Salpa piscis est obfuscus, & vilis, hoc miraculum sui praebet vt nunquam decoqui possit, nisi prius fortiter fuisse, vel colla verberetur. Saepia concipit ore sicut, & vipera, oua eius dura sunt, haec non natant in mari nisi par & par, masculus, & foemina, omni tempore orant, in 40. noctibus oua sua complect, foemina cum ouat mas eam sequitur, & super oua semen inſtat, vt viuificentur. Solaris dictus est, eo quod in sole libenter in ripis fluminum iacet. Caput habet magnum, & orificium latum, eumem nigram ac lubricam qualis est anguillorum, epar habet dulcissimum, & esibilitate praecipuum. In vastitatem ac longitudinem maximam creſcit. Sed hic cum in eum longum vitam duxerit, tardius enim caeteris piscibus creſcit. Squatina piscis est in mari, cubitus habens longitudinis, & eandem pedalem. Hic absconditus in limo pisces corripit subito, eumem tamen asperam habet, vt ex ea lignum & eboram poliantur, pilus ipsius cutis breuis, & niger est, hunc adeo durum natura creauit, vt ferri vel calidis acumine vix incidere possit. Stella piscis est in mari occidentali, cuius figura ad modum stellae, hic cum aliquod animal comederit, mox inuenitur in eius ventre durum quasi bis coctus panis. Sturio piscis est magnus habitans in aquis fluuiatilibus, quae magna sunt, & diffusa, viuere diutius non potest in stagnis, nisi ad dulces fluuioſorum aquas transitum habuerit. Cibi parum aut nihil admittit in corpore quippe cui cibis in nutrimentum sufficiens est, ipsa sola aeris serena tranquillitas, quapropter & modicum habet ventrem, ac prope modum solidus est in loco ventris, sicut in reliqua parte corporis, habet intestina licet paruissima respectu suae magnitudinis. Epar vero satis magnum, & adeo dulce, quod vix comedi, sine stomachi abominatione potest, vnde eius felles, quod contingunt, est epar fricari solet, vt excessus dulcoris in epare temperetur, excessus amaritudinis in felle. Ore caret, & illa pars integra est, quae in caeteris animalibus os occupare solet, nec nisi modicum sub gutture foramen habet clausum, cui voluerit, apertum autem aeris ferentati. Austres citius impinguescunt, a quilonem vero flante subſidet in profundis, idem in lae sic postus diu fuerit in aqua viuunt.

De His quorum nomina incipiunt per T. & P. Cap. CXXV.

Trebrius est piscis niger, pedalis tantum in longitudine, habens tamen quinque digitos in crassitudine, hanc ei vim inesse Plinius recitat, vt pars eius in sale seruata, autum quod in altissimos puteos deciderit, admota extrahat, ac fluuare faciat. Hic colorem candidam in hieme mutat, & aestate nigrior fit, solus inter omnes pisces ex alga nidificat, & ona in nido parit, Trebrius est in oceano, qui naues diro perforat rostro. Trucha piscis est habitans in fluuiis dulcibus, qui magno impetu currunt de montibus, Squamas habet vt salmo, carnesque simillimas, sed multo esibiliore, & hoc in aestate tantum a mense Iulio vsque ad Nonembrem, hieme vero carnes habet albas vt caeteri pisces, minorisque saporis, maculas habet in dorso croceas atque sanguineas. Vipera marina piscis est paruus, paulo plus quam cubiti vnus: In capite super oculos vnum cornu fert paruum, acutum, & mortiferu, eo namque quacumque vulnerat inficit, quod caentes piscatores capto pisce caput ei amputant, reliquu vero corpus in vſus hominu cedit. Venth piscis est vulgariter sic dictus, Latine vero Aristofolus, quia Aristis in numeris armatur caro eius, ita vt incōmode edi possit, & nō sine fastidio, vnde pauperum cibis est, tanquam otium piscium esibiliu vilissimum. In aquis dulcibus frequenter habitat, in histamen, quae fluxu ac refluxu maris amaricantur, capitur autem sic. Retia tenduntur in locu aquae vel in tranſuerſum, & ante retia super aquas instrumētū inſtat arcus, ita vt fluitet super vndas. In superiori autem eius parte

nola suspenditur, cuius sonu piscis audiens gregatim adueniat, tinnitum nolē stultus sequens, & hęc indicio patet, quia sensum habent auditus. Incidentes igitur in retia capiuntur in multitudine magna, Haec de piscibus dicta sunt qui pure naturam, ac speciem piscis habent.

De Monstris marinis, & primo de Abone, & Barthora. Cap. CXXVI.

Sequitur de monstris marium. Omne marinum & omne genus piscium quod ambulat, per consequens anhelat. Abone monstrum est maris, gulofus cunctis n. arinis beluis, praeda uinit, & in crassitudine corporis sui vertitur ei quicquid comedit, vnde quia stomacho caret, veter eius quando comedit multum inflatur, & extenditur supra modum, cum amplius extendi nequit pisces per os eijcit, & hoc de facili, quia cum collo caret, sicut & caeteri pisces, os eius contiguum est ventri. Est autem adeo crassum animal, q̄ quando periculis timet, pellē & carnes suas contrahens, & extremitates sui corporis intra se ficit ericius abscondit, ita ut non appareat, quod tamen aliquando sine sui detrimento non facit. Mortem. n. adeo timet, quod cum periculum senserit, non laxatur, nec abscedere bestiam credit, quae in insidijs lateret, nequam. n. caput foras retrahit, quod intra corpus suum abscondit, sed cum affligitur fame, carnes suas deuorat, magis eligens in parte absumi, quam praeda facta beluis in tota consumi. Barthora est animal marinum habens orificium praeter omnibus animalibus fortissimum, nam & lapides si in ore suo accepit eum frangit, hoc quoadque ad ripam exit, & herbas depascit, & quando oportet in aqua reuertitur, ibique submergit, ne cutis dorsi eius a sole desiccetur, & ad nutu debitorum fletere se non possit, pisciculos quoque comedit, & per illos comprehendit, piscatores namque pisciculos paruos viuos filo conlutos in mari praeticiunt, quod eum effugere nō valet sed insimul fluitat, animalis praedicti moribus patet, at ipsum animal dum unum post alium tranſiſſur laborat, interim occupatum deprehenditur.

De His qua incipiunt per C. C. CXXVII.

Chaab est animal marinum, habens pedes paruos respectu sui corporis, quod vtiue magnum est, sunt autem pedibus vaccae similes, horum vnus longus est cartilaginofus, offe carēs quo utitur loco manus in omnibus, per ipsum enim eradicat & vult, & cibaria per eum accipit, ea quoque reddidit, & cum natat in aqua spirat in ea, sed spirando anhelitu suo aquam in corpus suum attrahit, qua cum repletus fuerit ad aerem recurrit eam eijcit, & sic respicit. Canis est marina belua terribilis & hostilis omni animanti, quod eius verberibus cedit, Robustissimos habet brancos clauorum modo formatos, hi venantur per mare greges piscium instar canum in terra ferax venantium, excepto q̄ latrare nequeat, sed pro latratu afflatum horribilem habet. Insequentes ergo piscium greges ad loca eos angusta coarctant & sic in coarctatos crudeli morte crassantur, piscatores vero loca notantes, in quibus absconditi pisces a fuga latitant, retibus capiunt circaculos. Hęc vero beluē diffculter multas tridentibus confici possunt. Celetus est asial marini, qd̄ per morē aliorum oua in matrice sua generat, ex quibus illic debito tpe foris exiit vermes, quos cū pepererint, incredibili celeritate sunt animalia perfecta, parentibus similia. Cor hęc magnum & tamē est valde timorofum, grauitate autem dormit, ita vt manu capi possit. Ce ruleum est monstrum nomine & colore, qd̄ ganges fluuius educat, de quo superius dictum est. Chylon inter omnia asialiu genera non paſſitur, sed tamen humiditate viscosa quae exit ab eo cibatur & nutritur, vnde fit ut hoc asial semper sit icianum, & tamen corpore validum, nam & in foeminis videmus vna posse differri icianum per multos dies quam in viris, propter superfluitates humiditas & viscosas, quae magis abundant in eis, idest in foeminis. Crocodillus lingua caret, os patulum & apertum habet, & hiatus usque ad aures, per diem in terra quiescit adeo immobiliter, ut nisi consuetudinem eius praecognoscas, mortuum illum credas. Oculis clausis se dormire simulat, & aues hiatu suo pabuli gratia inuitat, quae ad escam descendentes perimit, & tranſiſſur. Quidam hoc animal sicut vrsum semper creſcere crediderunt, circa Nili ripas habitat, in insula ges hominum parua quidē, sed animosa his beluis inimica, Solum enim innatare flumen audent, in quo crocodilli habitant, saluuntque super dorsa eorum, & illos inaequant, hiantibus ergo beluis, resupinato capite, sessores dextera leuaque clauam

nam in ora hiantium quasi pro freno tenent, & in terram capitiuos agunt, solaque voce etiam terrore euomere recenter absumpta corpora cogunt, hoc animal auulso corde postea viuunt aliquid, quod est vtiue contra naturam omnium animalium, quae vitam habent a corde, huius carnes manducant Sarraceni. Cithros habet eum testam, leuem, nigram, & in aliqua parte rubeam, sifuras duas in pede, quae tres digitos faciunt, pedem dextrum habet paruum, sinistrum vero magnum & ideo cum ambulat totum corpus fert super sinistram, aere claro absolutum incedit, commotis autem ventis applicatur lapidibus, & immotus quiescit. Cuique vero rei haberet, fortis applicationi adhereret, & hoc mirum est, quod claro quidem tempore sui potestatem habet, tempestuoso autem debilitatur, & infirmatur.

De His, qua incipiunt per D. Cap. CXXXVII.

Delphinus est belua speciei multiformis, qua nihil velocius habet pelagus, & nisi infra rostrum os illi esset in medio bene ventre, nullus piscium eius celeritatem eua deret, sed moram afferre ei providentia natura, quia nisi resupinus atque conuersus non valet aliquid capere vel retinere, Aculeatas habent pinnas dorsuales, quae in horrescunt erectae, quando irascuntur. Cum vero pacati fuerint quibusdam receptaculis operiuntur, pro voce gemitus est illis humano similis, & hoc quia pulmonem habent, & venam asperam, & eorum lingua non est absoluta, nec eorum labia prominent ad distinguendam vocem: Aures non habent, sed aurium loco foramen, horum autem & olfactus, nec vestigia quidem habent, cum tamen sagacissime olfaciant, dormiunt super aquas, vt possint audiri stertere, viuunt vsque ad annos 150. mulcentur musica, vnde Arrionem cytharistam in mari nauis interficere parantibus, obtinuit ab illis, vt prius cythara caneret, ad cuius tantu delphinorum gregibus congregatis, cum in mare se proiecisset ab vno excepit, & ad litus profectus. Sotus Delphinus (vt dicit Aristoteles) inter pisces felle caret, hi solo aetatis tē pose pariant, hiberno nunquam. Mares foeminis parientibus catulos deuorant, sed matres cum foetibus se occultant, diligunt enim eos tenerrime longoque tempore ducunt post se, & illi sub aqua matres sequuntur, at ubi ad robur aetatis, peruenerunt, nisi validi sint eos etiam matres persequuntur, foemas eorum vt dicit Aristoteles, cito creſcunt, & semper creſcunt vsque ad annos decem, sed decem mensibus completis coeunt, & impregnant. Delphini parui semper simul sunt tanquam greges, & habent duos magnos Delphinos custodes. Quod si quis eorum mortuus fuerit, alii super scapulas cum efferunt, ipsamque custodiunt, ne ab aliis piscibus comedatur, donec tē pestate maris ad litus eiciatur. Innicem enim se miro modo diligunt, vnde Plinio restant narratur, quod Delphino capto a Rege Chariae, conuenit ingens multitudo reliquorum ad portum, ubi Delphino ligatus tenebatur. Quibus plangentibus, & quasi miseracionem poscentibus, Rex eum dimitti praecipit. Delphinus sequitur aliorum piscium multitudo, quod scientes piscatores venantur pisces, ubi illi transferant. Siquis carnes delphini comederit, & in mari lapsus fuerit, si a Delphinis inueniatur, statim ab eis deuoratur, si vero non comederit supra rostrum eum eleuantes ad terram trahunt, & ab aliis piscibus defendunt. Draco marinus est monstrum crudelitatis horridum instar draconis terrestris in longitudinem extenditur, sed alis caret, Caudam habet tortuosam, caput secundum magnitudinem corporis paruum, sed hiatus oris horridum squamas & carum duram, pinnas autem habet pro aliis, quibus vitatur. In natando vno impetu magna maris spacia tranſiſſur, & hoc potius robore virium, quam remigiis pinnarum, pestifer est hominibus, & etiam piscibus mortuus eius, mortem enim infert, cinis autem ossium eius dolores dentium sanat.

De His, qua incipiunt per E. vel F. vel G. Cap. CXXXIX.

Equus marinus est monstrum magnum, & contra omnia fere marina monstra fortissimum, nihil extra aquam potest vt dicit Aristoteles, sed statim vt aquarum caruerit natura, carebit & vita, aliorum piscium caribus viuunt. In pugna crudele est, sed hominem timet, & contra eum partiri bella formidat. Equonius, vt dicit Michael monstrum est ingens, ac ferocissimum in Nilo habitans, crura, dedesque, & vngues habet vt Crocodillus, sed multo maiora, humanarum mortuum cupidissimum est, nam cum ei nauis in portu occurrerit, vnum pedem in terra figens, altero nauem in anteriori arripens facillime scindit, vel inclinatam aliquando mergit. Vnde in locis in Speculum Doctrinale.

quibus habitat immanis hominum multitudo per eum perditur, sed hoc malum rarissime inuenitur. Nullus capi potest instrumentis, nisi reti ferreo ex cathenis apud Damascenos in hoc opus fabricato, caprum quoque malleis tantum ferreis occiditur: Pellis eius vnus cubiti spissitudinem habere dicitur, tantaeque esse darditiae vt nullo iaculo, vel armatura penetrari possit. Equus fluminis, vt dicit Aristoteles, est monstrum in oriente forma mirabili sublimis faciei, crines habet vt equus, pedes sifos, & foulares vt uacca, caudam vt porcus, corium eius valde crossum est, interiora eius, vt equi, magnitudo autē vt asini, hinni vt equus, in terra & in aquis aequaliter manere dicitur. Felchus, qui & vitulus marinus appellatur, eumtem habet pilosam, albis nigrisque maculis distinctam. In terra pecudum more parit, & nunquam geminis plures educat foetus, & lactat mammis, nec ante 12. diem in mare deducit, his in sono mugitus est, nullam animal grauiori somno praemittit, vnde dextris pinnis, quibus vtuntur in mari, vim somniferam inesse dicunt, si cuiusquam capiti subdantur, diffculter autem nisi capite eliso interficiuntur, de hoc etiam animali illud mirabile fertur, quod eo mortuo, & excoriato, pilus in pelle vbi eamque fuerit, naturali quodam instinctu, putrare se habet, ita se gerit. Nam si mare turbatum in fluctibus surrexerit, & pilus similiter erectus exurgit, si vero mare pacificatum fuerit, pilus in plantis sternitur, sicque maris status in re insensata, & morticina deprehenditur. Foca bos marinus est animal in suo genere fortissimum animofum, & itacundum, non tantum ad alia animantia, sed etiam ad sua domestica, semper enim cum foemina sua pugnat, donec eam interficiat. Interfectam autem a loco eicit, & sic aliam superducit, nec sic cessat foeminas superducere donec eum contingat propria morte defangi, vel foemina sua sepatatum interim, nec mutat locum suum defacili, sed illic semper manet, ubi eum natura considerit, huius pernicitiae emuli filii rapina viuunt. Galatha extra morem omnium animalium, cum foetus in aluo suo viuere senserit, illos extrahit, & siquidem eos ad vitam maturos inuenierit foris relinquit. Sin autem eos in matricem, vt foueantur reponit.

De His, qua incipiunt per K. vel L. Cap. CXL.

Karabo stercore viuunt, & luto sedatur, quae cibo propter hoc animal ponderosum est. Caudam habet latam, & ideo quando pugnat leuiter se vertit, huius enim generis monstra fortissime pugnant inter se velut atietes, munitque se multitudine sociorum aduersae partes, vnde frequenter vifi sunt ambulare, sicut greges, & adiuuicem bella partiri, sicut autem in animalibus bella quatuor de causis, scilicet propter naturalem superbiam, propter cibum, propter coitum, propter foetum, sicut gallina propter foetum cum coruo pugnat, & anser cum cornice. Kyllon est animal marinum, quod contra naturae communis ordinem habet epar in sinistro, splen in dextro latere. Nam in omnibus animalibus terrae magnis, & paruis est econuerso. Koky est in terra sicut in mari manens, cartilaginofum, habet corpus vt sepia, ossaque minus debito robusta, vnde fit vt infirmatis cruribus aliquando vix ambulare possit, seque pedibus sustentare, Ambulatio igitur eius est potius ex vigore spiritus, & leuitate corporis, quam ex virtute. Dentes haec acutos valde, caudam paruam ut ceruus, renes vt vacca. Venter eius sanguine caret, quia duae venae, quae ramificatur sub renes vsque ad ventrem in eis non peruenerunt, caetera vero corporis membra sanguinem habent, qui nunquam ingelatur. Hoc animal habet quatuor pedes, & habent inflexiones digiti quinque in vtroque pede, figuraque pedis est vt cauda piscis. In aquis spirare nō valet. Dormit autē prope mare sup terra, ibique foetus suos parit duos aut tres. Tranſacto vero die 12. post partum sequitur foetus matrem suā ad mare, & hoc multotiens in die, ut aquis marinis assuescat. Hoc animal mammillas habet vnde foetus lactet, vox eius est sicut tauri, maximeque cum interficitur, diffculter autem interim potest nisi cum malleis. Ludolachra est animal natura, & forma mirabile, duas habens alas in facie, duas in dorso, quibus mira velocitate nititur, quocumque eam voluntas impulerit. Loligo est monstrum, in quo natura luisse videtur, nam cute squamofum cum gregibus piscium maris profunda seratur. Cum autem aquas fastidierit, eleuat se cum alis per nigeris, quas in hoc illi natura dedit, & cum volucris ethera scandit, sed quia status ventorum sustinere non potest, post modicum ubi ventis conuocatur ad aquas cogitur redire, & in profundum relabatur.



**M**onachi maris dicitur, quia caput habent in modum monachi recenter tasi, coronam desuper rasam, & candidam, & circulum in modum crinium super loca aurium, faciem tamen non habent in toto similem homini, quia nasum habent pisci similem, & os naso continuatum. Ceterum in inferioribus habet formam piscis, hoc monstrum homines super ripas maris ambulantes libenter allicit, & coram eis super aquas ludit. Quod si hominem admittentem propinquare videat, appropinquat & ipse, & si datur facultas hominem rapit, & traiecit in profundum, sicque carnis eius satiatur. Monoceeros est monstrum marinum, habens in fronte cornu maximū, quo naues obuias penetrare possit ac destruere, & hominum multitudinem perdere, sed in hoc pietas creatoris humano generi prouidit, quia cum tardum animal creatum sit, naues eo viso possunt effugere. Nereides sunt beluæ marinæ de toto corpore hirsutis hispidae, habentque speciem aliquam formatam cum homine, horum aliqua cum mortalis conditionis imitatrix emori debet, auditur procul gemitus eius ac plâctus. Orcha monstrum marinum est ( vt dicit Plinius ) cuius imago nulla potest exprimi repræsentatione, nisi quæ sit moles carnis immensa, hoc balenas odio graui persequitur, dentibusque truci lentis secreta secretis intravit, ac morsu lacerat. Illæ vero ad flexū immobiles, & ad repugnandū inertes, pondere suo oneratae ac pinnis inualidæ, iost nouerunt auxilliū in altū mare refugere, seque toto oceano defendere. E contra vero orchæ in malitia pertinaces laborant, fugitibus occurrere, & incautas angustis cruciare, in vada yrgeri, saxis illidere. Perna est monstrum magnum, quod ostrearum more nascitur inter conchas, colore eguleum habentes, & inter illas vestitur nobilissimo vellere fuluo nimis, ac rutilo, vnde vestes præciosæ conficiuntur in decorem, & ornatum vinorum, ac mulierum, pepla quoque capitibus mulierum. Pater est in illa parte oceanum, quæ Galliam respicit, belua tantæ altitudinis, vt attollens se super fluctus ingentis columnæ similitudinem præferat, altiorque nauis, vel diluuium quoddam eructans, paucifacit fluctuantes. Platani-fa belua in Gange fluuii India nascitur, rostrum habet Delphini caudam. 16. cubitorum longitudinem habentem, quibus sociæ sunt beluæ quas Stacios vocant, & branchii binis. His tantas vires inesse dicunt, vt elephantis, ad potum venientes morsibus infestent, & eorum promiscuos abstrahant. Polippus est piscis tantam habens virtutem in brachijs, vt nauis aliquæ de naue incaute flante vi rapiat, & in mare trahat, eiusque carnis facietur, carnibus, n. libenter vescitur, lupinis ad hunc scopulis, & auellī nequit. Cui si foetida res admota fuerit, ab eius odore proxima resillit, hi in mari iuxta Venetiam frequētissimi sunt, hęc coeunt, vere pariuur, in terram verso capite coeunt, oua que multa fecunditate faciunt, ita quod hominis occisi testa capi non possunt, super qua sedentes, & incubantes quasi cancellatis brachijs cameram faciunt.

De His, quæ incipiunt per. S. Cap. CXLII.

**S**cilla monstrum est habitans in eo mari, quod Italiam, & Sycciliam intercludit. Nauis quidem & omnibus hominibus inimicum est, & eorum sanguine carnibusque delectatur. Caput & pedes habet ad modum virginis formata sicut Syrenes, & rictus & oris hiatus ac dentes horridos, vntis bestialis & delphini caudam, miræ fortitudinis est, nec in aqua facile vincitur. In terra vero prope imbellis est, habet & vocem aliquantulum musicam, ipsaque belua carmine mirifice delectatur. Serra cristam habet serratam, quasi nauibus occulte subternatans, eas in fundo secāt, vt intrante aqua homines astucia dolosa mergat, eorumque carnis facietur: alia quoque eiusdem nominis marina belua ingens, pinnaque latissimas habens, quibus contra naues velificare contendit. Scincus est belua circa Nilum frequētissima Crocodilo similis, sed forma multo minori, & angusta, tēpstatas prouidet, obruratisque, quæ spirantur est ventus, cauernis, ex alia parte fores aperit, huic quoque villosior cauda pio tegumento est, & eius carnis infesta pocula, vim veneni extinguunt. Syrenæ sunt animalia mortifera, quæ a capite vsque ad vmbilicum habent figuram mulieris, & proteræ magnitudinis, horrenda facie, crinibus capitis longissimis, & que squalentibus. Appareat autem cum scetibus quos in brachijs portant, mammis etenim scetus lactat, quas in pectore magnas habent. Has quādo vident nauæ multum timent, eisque lagenam vacuum proiciunt, & ipsa cum lagenam ludit, donec nauis pertranseat, reliquam vero partem

corporis habent vt Aquila, & in pedibus vngues ad laniandu habiles, porro in sine corporis squamosas piscium caudas, quibus vt temigis in gurgibus natant. Quoddam etiam muscum ac dulcissimum melos habent in voce, quod delectati nauigantes, & attrahi resoluuntur in somnum, sopitisque syrenarum vnguibz dilacerantur. Sed nonnulli nauigantium sapientri vsu consilio, fortiter aures suas obturant, & sic immunes trāseunt, ne mortis, ro syrenarum cantu illicantur ad somnum, Hæ quidem beluæ in quibusdam profundis gurgitibus insulis, & aliquando in fluctibus commorantur, & quod de lagena dictū est, illi testati sunt, qui eas se vidisse dixerunt. Syrenas ū has non in veritate beluas, sed meretrices quādam Ildorus delcipit, quæ transeunt ad egestatem deducebant, sed & philosophi, & sanctorum expostitorum nonnulli contrarium sentiunt, vere monstra marina esse dicentes; Sunt & syrenæ serpentes in Arabiæ partibus habitantes, equis cursu validiores, quatuor etiā quidam alas habentes volare possunt. Harum enim virtus est, & sic efficiatissimum ad nocendum, vt morsum, ante mors, quā dolor sequatur.

De His, quæ incipiunt per. T. vel. V. Cap. CXLIII.

**T**esteum est monstrum marinum, sic dictum, quia testeam habet cutem. In Arabico mari nascitur, & aliquando infirmatur, ex eo quod calor interius in corpore, propter cutis spissitudinem, atque duriciem respiraculum habere nō potest. Cum autem infirmatur aquas dulces petit, & ex eis per aliquod tempus bibit, earumque mutatione cutis efficitur subtilis, & resudat a poris angustis, & consulescit, sanatum ergo reuertitur ad aquas salinas, & ad primam dispositionem suam redit. Quod autem aqua dulcis in mari sit, sic probari potest, Accipitur vas cereum, & ex omni parte clauditur, vacuumque picciatur in mare per spaciū diei, & noctis, postea plenum aqua dulci reperitur, Hoc animal maximum est in mari rubro. Testudines marinæ ferunt ad partem egressas noctu, auide saturatas lassari, & vt remauerint matutino summa in aqua dormire, tunc homines terni leniter ea capiunt. Nam & a duobus in tergum testudo vertitur, a tercio vero supinæ laqueus innititur, & sic in terram a plurius trahitur. Fœminæ ad coitum misceri non libet, nec leuiter coitum patitur, donec ea aduer sit aut eius mas festuam imponat, peccatum more coeunt, & in terram egressæ oua vsque ad centum ovis infirmum similia pariuur, quæ etiam quidam ad illis tantum oculis spectando foeneri dicunt. Tigrus est monstrum marinum, caudam habens duorum latitudinis cubitorum, in mari sacrificat tantum, sed in terram exit ad partem dextram, ipsam in ca. leua exit, & hoc ideo fieri creditur, quia dextro oculo plus cernit. Naves ob curiositatem videndi vela vento agitari persequitur, & eo stupore tantum afficitur, vt etiam tridentem in eum iacto, terrore nō moueatur; Hiberno tempore later gurgitibus pinguis in tantum, vt vita longissima per triennium sit. Cortuca maris est monstrum ingens, formatum ad instar tor. uæ terrestris, sed eius magnitudinem in immensum excedens, nam octo cubitorum est eius, longitudo, quatuor latitudo, Clipeum habet quo contra iacula regitur, ad instar y fualis scuti triangularis, sed multo maiorem, vt pote, scubitorum. Crura etiam habet magna, vngues magnos, & digitos in pedibus maiores, quā sunt in leonibus, fortitudine quoque & audacia mirabiliter viget, quippe quæ tres homines inuadere non timer, fortitudine vero fractatur, si dorsum ad terram vertatur, diffuciter enim surgit. In dorsum conuersa, propter latitudinem clipei, quo a dorso tanta belua includitur. Vacca marina monstrum est, magnum ac validum, & ad iniurias iracundam, non habet oua, sed facit scetum, vnum quidem sæpius, vel duos ad plus, scetum tenere diligit, & se cum ducit ybiicumque vadit, Viuit hoc animal. 130. annis, quod probatum est amputatis eorum caudis.

De His quorum nomina incipiunt per. T. & per. Z. Cap. CXLIII.

**Y**potamus est belua in terra nascēs, æqualiter potēs elephātibus, plerumque maior, rostrum habet resupinū, dentes aduncos. Noctibus segetes depascit, ad quas quasi retrogradus pergit, libentius autem præ cæteris partibus corporis in pedibus vulnera recipit. In Nilo habitat, & in partibus Indiæ præcipue reperitur, ex eius cute tornantur hastræ. Zedrosi beluæ marinæ sunt Arabiam incolentes, quarum ossa adeo magna sunt, vt fores in domibus, & palatijs, ipsaque, & aliæ struaturæ necessaria, de illis commode fecentur,

tur. 40. namque cubitorum longitudinis reperitur. Zedrosi est monstrum forma mirabile, quod præterdit multatam in sua figuratone, sed in nocuum reperitur. Caput habet, vt equi, sed forma minori, corpus autem draconi ex omni parte simillimum est, totumque diu. simole coloratum. Caudam habet longam, secundum quantitatem corporis sui gracilem, & tortuosam, vt anguis, pinnaque sicut piscis. Ziphus est marina belua valde formidabilis, & omnium animalium generi valde dissimilis, formaque singularis. Huius namque caput si videris monstruosum est omnino, si oris abyssum, fugies velut imaginem mortis, si oculos horrebis, si reliquum corpus nihil in rebus simile te vidisse fateberis. Zitiron monstrum est, quod vulgus militem maris vocat, & est ingens atque fortissimum. In anteriori parte, quasi formam armati militis præferit, & caput quasi caside galeatum esse cute rugosa, & dura ac firma nimis. Ab eius collo dependet scutum longum, & latum ac magnum, & interius canum, vt in eo possit contra scus pugnantium more defendi. Est enim forma triangulare, firmata, duritiaque tam validum, vt vix vnquam possit iaculo penetrari. De collo eius, & de spondilibz venæ quædam, ac veruī fortissimi protenduntur in humerum, quibus prædictum scutum pendet in scapula, &c. Brachia quoque nimis fortissima habet, & quasi manum bifurcam, cum qua validissime percutit, vnde fit vt difficulter nimis ab homo capi possit, & si captus fuerit, dislocetur etiam necari, nisi cum malleis poterit.

De Anibus in generali. Cap. CXLV.

**S**equitur de anibus. Aues indigent multo visu, propter regimem vitæ suæ, & quæ claudunt oculos, non claudunt eos, nisi per inferiorem palpebram, propter duriciam corij continentis caput. Siluestres minus humidæ sunt domesticæ, & terriorem habent carnem, digestiōneque faciliorem. In locis spinosis nidificant, nidosaque rotundos, & exteri asperos, interius molles faciunt. Amisissis pullis dolent, & tamen eisdem locis reasificat, percussus in altum se eleuant, & quando de terra surgunt, versus ventum se erigunt, & caudis suis se regunt, ac remque pennis volando prorumpunt. In anibus est multiplex differentia, nam quædam earum gregales sunt, quædam solitaria, quædam semetipsas regunt, quædam sine moderamine degunt, vt Græ. Magna quoque est illis differentia vocum, & etiam morum, Lacinius est Gallus, diligens pauo, libidinosa columba, dolosa perdid, atque zelotipa, Gallina domestica. Omnis avis in volado velox debilius pedum est, vt hirundo, & similia. Multæque ad volatum debiles, horentes hyemem ad conuales in locis calidis fugiunt, sed ante recessum suum se præmuniunt, vt malum comedant, & impingentur, ac per hoc melius hyemem pati famis inopiam possunt. Iacēt enim pleræque per totam hyemem in speluncis, & cauernis vallium calidis, quasi seminecens inuicem conglobate, viuuntque sine cibo multo tempore, successiue, secundū debilitatem suam. Omnes aues collum habentes longum, bibunt, & eleuant caput, quousque in ventrem aqua descendat, omnes autem aues tractum faciunt in bibendo præter Gallum, & hiruindinem, & aues quæ in aqua manent. Aues vncos habentes vngues, non bibunt aquam, quia carnes comedunt, quæ sunt humidæ magis, quæ aliarum auium cibi. Huiusmodi etiam aues habent subtile corpus, & alas magnas, propter volatum, coxalque ac pectus fortius cæteris volatilibz, viuunt autem carne. Cæteræ vero cibantur fructibus, & vermibus atque reptilibz. Omnes aues prædatrices venantur, quædam alterius generis quæm de sua specie, & in hoc a piscibus differunt, solus nifus expers est pietatis huius. Omnia volatilia digitos habent quædam continuos, vt anser, quædam distinctos, vt bubo, vel pica. Omnes aues in aquis natantes, pellem in digitis pedum habentes, gregatim ambulant, aues vncorum vnguium boni volatus sunt, habens autem vngulam in crure, sicut gallus, parui debilitate volatus. Omnis avis habens crura longa, longum etiam habet collum, quæ autem habet crura breuia, breue collum habet, exceptis his, quæ corium habent inter digitos, vt auca. Aues aquas claras, viuas, & currentes diligunt super cadaver fatidum non cadunt, nisi saporem habeat bonum, tunc enim fatorem non euitant. Vniuersaliter auium masculi plus fœminis viuunt, quia fœminæ sæpius per securam auium debilitantur ad mortem. Omnis avis quæ vno anni tempore coit, & oua gignit, parvissimos habet testiculos nisi tempore coitus, tunc enim vitra modum crescant. Oci simē perit autem quæ plarimos gignunt pullos, quanto vero maius est animal, tanto diutius in vtero formatur. Omnes aues calore matrem corporis

animantur, & omnes in pedes nascuntur, e contra vero animalia cætera in caput. Omnes auium pulli dum parui sunt, ventres, & vmbilicos habent longos, secundum quod in ouo dispositæ iacebant, nec in testa conclusi cibos egere poterant. Cum autem creuerint abbreviantur. Idem dum adhuc parui sunt, caput elenatum sursum tenent, quia temporibus indifferētis ad cibum inspersi matrem adesse suspiciantur, adulti vero caput ad ima disponunt, quasi iam in terra cibum per se quaesituri.

De Accipitre, & Achante, & Aeroiphilon. Cap. CXLVI.

**A**ccipiter est avis nobilis Herodio minor, sed multo tardior, ad custodiam tamen sui cautiore, nam in volatu moderatior est, & mirè disposita, Auem cum exierit, statim in latere rostro forat, vt corde tantummodo satiatur, vnde & dominus eius, solo auis corde vixiorem remunerat, cæteraque in vsus suos reseruat. Hæc auis pullos suos, de nido eijcit, & ad hanc compellit, nec mirum si rapere assueta nutrire fastidit. Accipiter domesticus leporem capit, nam sinistro pede infixio terræ, ne lepus qui fortior est viribus euadat, dextro currentem apprehendit, & eius primo caput inuadit, & que visum vnguibz demit: Accipitris pennæ violentè eunilæ non de facili recrescunt, propter seccitatem, atque pororum raritatem, vnde accidit ei frequenter constipatio, nec cibum digerere potest. Ideo dantur ei plumæ in cibi purgationem, vt lentior sit ad volatum, Pennæ vero quæ naturaliter ei cadunt, de facili recrescunt, quia locus maturus est, & humore magis abundans: Accipiter in oleo rosaceo decoctus, membrorum vitis efficacissime medetur, vt dicit Plinius. Achantus est avis parua, sed fecunda, nam duodenas simul pullos facit, herbarum pabulo reficitur, & ob hoc od osos habet equos, quos vbi pascenti sibi superuenire viderit, & herbas diripere, fugit, & vindicat se vitione, qua potest, eorum hianit propriois vocibus imitans, ac deridens. Aeroiphilon quasi amatricis aëris dicta, vulgariter Antaeon appellatur. Est avis nobilissima paulo maior Aquila, volatu potens, & alis velocissima. Pennas habet subruffas, caudamque longam, vngues, ac rostrum, & crura maxima, aëris serenata inhabitat, in tantum vt vix vnquam aut parum in terra resideat aut quiescat, super nubes quoque frequentius cleuatur, ita quod videri non potest ab homine, cibumque capit in aere, & hoc prædantiam auium more, cui si se auis obuiam in aere tulerit, mox ab eo corripitur, & de supremo aere in terram deicitur, nec ab homine videri potest, quis eam occisim ab aere deiecerit. Hęc avis dum adhuc in pullo est, & nec dum se cognoscit, ab hominibus capitur, domesticatur, & ad capturam instruitur, sicque natura eius ab alienatione stulticia mutatur, vt aliam suam conditionem non putet, nisi cum hominibus, & in domibus habitare, vbi nutrita est, vnde fit vt contra consuetudinem aliarum auium nobilium, absque ligamentis in periculis, & in domibus maneat: Hęc auis capreolos, & hirculos capit, vnguium laniatione oculis in bestia primum excassit, sicque terebrato cerebro, usque ad vitæ extinctionem crassatur, socialiter autem duo, & duo volant, captamque prædam diuidunt.

De Agochile, & Alauda, & Alcione, & Anate, & Anser. Cap. CXLVII.

**A**gochile Arabicè dicitur, Latine Caprimulga, est enim avis orientis magna, quæ duo vel tria facit oua. Capras lacte irriguas petit, earumque mammillis se supponens, rostro lato, quod ad hæc creatum habet, lac ex eis velut capreolus sugit, sed extunc in eis lac ad nihilatur, earumque mammillæ desiccantur. Dicit etiam Plinius, quod ex eadem suctione capræ visum perdunt. Alauda est avis a laude dicta, quia mira iocunditate pennis exertis in aere vocis modulamine letioris temporis aure congregat, nam obuubilato, vel pluuiofo cælo, vix aut nunquam canit, diem in aurora venientem vocis iubilo prodit, sedens in terra vix vnquam cantat, sed in ascendendo canit, paulatim quidem ascendit, sed instar lapidis subito descendit. In descendendo autem alas corpori coniungit, & leui motu cauda se regit. Accipitrem adeo timet, vt cum ab illo inquitur, in terram depressa sinas hominum inuolet, vel eius manu capiendam se præbet, conscia satis misereri sibi potius hominem, quā accipitrem. Alcio est avis minutissima in mari habitans, & sætus faciens, Aues quidem domesticæ, vt gallina, & columba, in discretis temporibus sætus faciunt, quoniam ab hiemis intempore tutæ sunt, hæc autem sola inter aues siluestres hiemali tempore sætificat, huius nidus ferro nequit inficidi,

fidi, sed istu valido frangi: nec vnde confingatur potest inueniri. Anas est avis aliquantum Gallo maior, mas caput, & dolum viridis coloris habet, rostrum vero latum, & alas albo, viridi, nigroque distinctas. Torquem habet album circa collum, pedes rufos, & latos, quibus in aquis subremigat, nam aquis fluminum gaudet, difficile sine his viuere valet, maxime com eam cibi sicci cibus ingurgitant. Mares aliquando cum plures simul fuerint, tanta libidinis infania feruntur, vt feminam solam cocundo vicissim, ac certatim occidat. Horum pulli mox, vt ovum exeant, tanta agilitate vigent, vt etiam si matrem mori, vel alienari consergerit, sine nutrice vivant. Anser, vel Auca est avis Aquiline magnitudinis, huius generis illa, que indomitae sunt, & proprie libertatis, glauci coloris sunt, & aeris alta petunt, volant vt Grues ordine literato, & secundum statum ventorum volans suos dirigunt, Aquilone flante petunt Austrum, satis conficitur frigida tempora imminere, vix a volatu cessant, nisi com manducantes interim depascant, adeo nanq; delectabilis est eis volatus, vt raro dormiant, ac contra domestici eis Aucis volatus. Est grauis pascere officiosissimum, quiescere ac dormire precipuum, horas noctis. & fures clangore produnt. Vere coeunt, aut si bruma post solstitium. Si quis subripit eis oua, patiunt donec rumpantur, aliena vero non excludunt. In cubando vtilissimum est. 9. aut 11. subijcere, aliquando etiam sine coitu ouant, sed oua sine pullis sunt, pro pullis descendendis sibilant, contra pluuiam frequenter se balneant, carnes ad digerendum duras habent. Quando impinguntur, causa reclusa sunt, si vna sola frustrata societate relinquatur, prae tristitia solitudinis vix vicerias impinguatur. Est in alpium montibus auferum genus, inter aues maximum, praeter strutionem, sed adeo ponderosum, vt manu capitur immobile super terram, Anates, & Anserae caeteraeque aues aquaticae, herba se purgant syderite.

De Aquila. Cap. CXLVIII.

Aquila est avis magna, & nobilissima, vt pote auium regina, que cum senecta grauat, super omnes nubes in sublime volat, & ex calore solis oculorum eius caligo consumitur, & mox impetu cum ipso caloris aestu descendens, aquis frigidissimis tertio immergitur. Indeque resurgens statim nidum petit, & inter pullos iam robustos ad praedam inaequalitate frigoris, & caloris, quasi quadam febre correpta, sudore plumas exiit, foeteturque a pullis suis, & pascitur, donec plumas, pennasque recuperans in nouetur. Alas habet rectas, & extensas, sed in summitate recuruas, dextrum pedem, sinistro maiorem, libenter ad solem conuersa sedet, sedensque suos vt gnus semper respicit, ne recurui facti sint. Super lapidem quoque non diu sedet, ne acies eorum retrudantur. His pugna eius Cervis est, pennisque verberant eos, donec retrogrados in rupes praecipitant. Contra Cervi multum puluerem congestum earum oculis incutiunt. Actor etiam illis cum Dracone pugna est, at vbi Draco inualuerit, alas Aquilae quandoque multiplici nexu ligat. Haec auium sola sublimatur, omnes aues nobiles ea visa pertimescunt, illaque die audaciam perdunt, nec ad praedam de facili volare possunt. De solo Giralco dicitur, q; Aquilam capit, & in hoc eius audacia culpatur, tanquam maiestatis rea, q; regiam auium laedit. Aquila rapinam captam non protinus fert, sed primo deponit, experitque pondus secundum vires suas abit, praedam quidem caeteris aibus partitur, eas itidemque secum comedere patitur, sed si cibus in medio positus ei non sufficit, vnam ex conuescentibus aibus rapit, & comedit. Corvix Aquilam insequitur quandoque, sed cum Aquila diu dissimulauerit, eam tandem yngibus apprehendit. In altissimis arboribus aut rupibus nidificat, vbi mala bestia non accedat, pullosque caute custodiens non relinquit, donec semetipsos protegere sciant ac valeant. Itaque contra Draconem, vel hominem, vel aliud animal si eos turbare, vel rapere voluerit, mira animositate pugnat, seque mortis periculo pro eis exponit. Quos etiam in humeris sustollit, vt eos prouocet ad volatum. Fertur etiam quiddam habere praecium, vt quantumcumque longe sit a pullis, aduenire sentiat aduersarios eorum, docet etiam eos lambere sanguinem, Lapidem echitem habet in nido, qui velut praegnans faetum habet intus lapidem minutum sonantem. Et hunc contra calorem nimium quem habet Aquila naturaliter habet in nido, ne scilicet deperant oua decocta calore nimio. Huic enim lapidi calor ignis nocere nequit. Dicunt etiam alij philosophi, q; daos lapides preciosos nomine Indes in suo nido collocat, sine quibus parere non pot Aquila. Multis diebus ieiunat, adultos pullos persequitur, longe fugans auiculos scilicet rapinae, captoque lepore, vel vulpe,

minutatim ei corium detrahit, & oua sua in illo villo inuoluit, ac sub calore solis ponit, ibique reliquens ea non cubat, sed quouisque naturali maturitate frangantur expectat. In egressu vero pullo rum redit, & tunc eos vsque ad robur perfectum nutrit.

De Ardea, & Arpia, & Asalon, & aibus paradisi. Cap. CLX.

Ardea dicitur, quasi ardua, propter arduos volatus, haec licet in aquis cibum suum quaerat, in siluis tamen, & alitis arboribus nidum suum collocat. Fertur autem q; pullos suos miro rigore nutrit defendere. Accipiter eis in festus est, sed Ardea huic animum opponit, & sterces eijscit, ad cuius tamen accipitris pennae computrescunt. Vnicum habent sicut Ciconia intestinum, plurimae earum colorem habent cinereum, quaedam vero album. Est quoddam earum genus quatum marres anguntur in coitu, cum magna vociferatione, funduntque sanguinem ex oculis prae dolore, nec minus aegre pariant grauidae. Est etiam quoddam ardae genus distans a caeteris tantum rostri magnitudine, quod quidem semissem cubitum habet in anteriori parte, & plus quam tres digitos in latitudine, & ad hoc solum creatum videtur, vt ex eo sibi vitam commodius quaerat. Haec avis piscibus viuunt, quos omni frustrato conamine, rostro corripit ac deglutit. Est & earum genus, vt dicit Plinius, quod non nisi vnum oculum habet, vnde videre possit, et inde fit vt ab aucupe citius capi possit. Arpia est avis in solitudine iuxta mare Ionicum, fame rabida, fere semper in satiatione, yngues habet aduncos, & ad rapidam, ac discerpendum semper paratos, faciem tamen habet hominis, haec avis in spinis manere virtutis, nam supra modum humanum ferocitate craftatur. Primam hominem quem in deserto viderit, occidere fecit, & inde cum sortitu aquas inuenit, faciemque suam in eis contemplata fuerit, mox sui similem hominem occidisse se percipiens immodice tristatur, & hoc aliquando vsque ad mortem, plangitque oculum omni tempore vitae suae. Haec avis licet careat ratione aliquando tamen domestica, & docta loquitur humana voce. Asalon est avis parua, que corti frangit oua. Huius pulli, a vulpibus infestantur, ipsa vero vulpis carulos vellit, ipsamque vulpem. Quod vbi coruus viderit auxiliatur vulpi, quasi contra communem hostem, haec avis in spinis vinit, & ob hoc asinus odit, flores ac folia spinarum deuorates. Aues Paradisi vulgariter appellantur se, non quia de Paradiso sint, sed ob insignem pulchritudinem. Tanti namque sunt decoris, & gloriae, vt nullus eis color credatur deesse. Magnitudo earum est, vt anserum. Vox ita dulcis, & pia, vt excitare possit in homine deuotionem, & gaudium. Si vero quando capta fuerit, & illaqueata gemit, nec cessat plangere donec reddita fuerit libertati. Super Auium Nili libenter habitat, & raro alias reperitur. Sunt & aliae aues in eisdem partibus, eodem modo appellatae, fusci coloris, & subtili, minores quam monedulae. Aues autem Paradisi vocantur, quia nescitur vnde veniant, aut quo vadant, non enim coitus earum videtur, sed certis temporibus aggregatae, terras quas inhabitant transire relinquunt, & sic recedunt.

De Barlithae, & Bifardae. Cap. CL.

Barlithae sunt aues de ligno crescentes, quas vulgus Berueitas appellat. Fertur, enim, q; lignum de abiete marinis a aquis incidens, quando successu temporis putrefecere ceperit, humores ex se crassum emittit, ex quo densato formantur paruae species ad magnitudinem Alaudarum. Primum quidem nuda sunt, deinde maturantes plumescunt, ac rostris ad lignum pendentes per mare fluitant, vsque ad maturitatem, donec se commouentes obrumpant, sicque crescant, & roborantur, vsque ad debitam formam. Harum multae & ipsi vidimus, virosque fide dignos, qui eas adhuc in ligno pendentes se vidisse testati sunt. Anseribus minores sunt, colorem habent cinereum ac nigrum, pedes vt anates, sed nigros. De his autem Iacobus Aconensis loquens dicit, q; arbores sunt super ripas maris, de quibus haec procreantur, rostris in spinis arboribus dependentes, tempore vero maturitatis ex arboribus decidunt, ac per incrementa proficentes, sicut aues caeterae volare incipiunt, verum tamen nisi decedentes cito aquas inuenierint viore non possunt, quoniam in aquis est nutrimentum earum, & vita. Notandum autem quia non in ramorum summitatibus, sed in arborum corticibus, ac sicut pinguis pendunt, crescant aut arboris humore, & roris infusione, donec habentes plumas ac robur, inde corticibus obrumpantur, de his itaque certum est, quod

quod in orbe nostro circa Germaniam, nec per coitum generantur. Sed nec earum coitum apud nos villos hominum vidit, vnde carnes earum in quadregesima novelli etiam Christiani in nostra aetate, in locis vbi auium copia est vni solent, sed Innocentius Papa in Lateranen. Concilio, hoc vira fieri vetuit. Haec volucres herbis, & graminibus, vt anseres viuunt, potum vero differre sicca comedentes nullatenus possunt. Bifarda est avis aquilinae magnitudinis, quae volatu tarda, bis aut ter saltum in terra facit, antequam ad aethera subleuetur, vnde & nomen habere dicitur. Vngues habet vt Aquila. Rostrum aduncum, carnis vescitur, non tamen in volando praedam diripit, sed sicut ouem, aut aliquod animal inensum inuenit, plures earum aggregatae inuicem desciunt, & occidunt, sicque carnes eius satiantur. Cadaveribus etiam libentissime vescitur, sola vero pene inter aues, quae carne vescuntur, herbam depascit, in alis, & cauda albedine habet, reliquo corpore Aquilam imitatur. Oua sua non in arboribus ponit, quoniam aliae volare non potest, sed in terra deponit, & illic ea facit, dum seges in fructu est.

De Bousa, & Bubae, & Buteo, & Butorio. Cap. CLII.

Bousa est avis in Germaniae partibus, habens carnem exterius nigram, & interius albam, delicata prope ad perdicis saporem, habet autem falsani magnitudinem. Cumq; tempus venerem in caeteris, masculus hianu ore currit donec ore spumet, tunc foemina veniens ore spumam recipit, indeq; concipit, & oua parit. Bubo nomen habet a vocis sono, lucem fugit, in ecclesijs habitat, & oleum de lampadibus bibit, mures venatur, haec quoque volucres caeterae capiuntur. Quando vero ab illis aibus, quae in luce habitant impugnantur, respiciantur pedu vngibus, se defendit. Dicit autem Plinius, q; a cauda deono cxit, quia ponderis capitis posteriorem partem corporis fouendam matri applicat. Buteus est de genere accipitrum, sed paulo nigrior, & tarda nimium, pigra quoque ad volandum, praeda tamen viuunt, quam tamen dolo, vel languore aliquo, aut pigritia detentam allequi possit. Haec avis sapore dulcissima est. Butorius est avis, sic dicta a sono vocis, habet crura longa, collum extensum, rostrum quoque longum, & acutum, sicut Ardea, colore tantum distans ab illa, est enim terrae similis, habitat circa stagna piscium, cibo cupida, ranas etiam comedit, & venenata. Haec sola veris tempore pro cantu vocem horrificam edit, nec haec posse dicitur, nisi caput suum aquis immergat, vt intra se densitas elementum conceptam vocem in facit cuiusdam tonitruationis, sonoras reddat. In litore sub ardae solis, in loco vbi pisces frequentare nouit, adeo quieta stat, vt quasi mortua appareat, vnde fit vt incautus piscibus minus suspecta sit. Sed collum cum longum habeat, breue recuruitate facit, vt cum pisces incautus ei, quasi nil praemeditanti proxima uerit, illos ad se colli extensione trahat, eamque laqueo se nouerit irretitum, quietem simulat, quam cum adueniens auceps manu se capere putat, illa inopinata correptam rostri iaculo, quo potenter valet lanceando vulnerat. Est quoque dormiendo, & vigilando rostrum longum, & acutissimum ad defendendum se semper erigit, & cum accipiter eum apprehendere vult, in eius rostrum ad mortem ruit. Carnes eius cum ad ignem torrentur, mirum odorem reddunt, & ob hoc in cibis diuitum saepius incedunt. Huius quoque sagina medicaminibus vtilis esse dicitur.

De Caladrio, & Calendae, & Carduele, & Cariste. Cap. CLIII.

Caladrius est avis alba, quae cum ad insitum sanandum adducitur, omnes infirmitates eius intra se colligit, & in aere volans, ibi eas comburit atque dispergit. Huius quoque pars interior femoris caliginem auferit ab oculis, Has aues Alexander inuenisse fertur in Perside. Caladrius est avis parua, prope consimilis alaudae, colore fusca, plumis despecta, sed mira modulatione vocis audientes laetificat, omniumque voces auium expressissime imitatur. Itaque quando capta ergastulo includitur, ibi quoque captiuitatis, & calamitatis suae oblita, vix vnam horam diei, sine cantu praeterit, adeoque spaciari diuerneris auium cantibus gaudet, vt nec cibi sollicita sit. Carduelis est avis parua nigro, croceoque in corpore, rubro vero in capite colore venustata. Mirum autem videtur, quod haec auicula carduorum acutis aculeis pascitur. In hac quoque natura miraculum apparet, quae talem arctum ei dedit, quam nec Brouencum Amino magnis animalibus impertiri vult, vt videlicet ergastulo clausa, suppositam aquam ab imo per filum, vasculo

suspensa, ad se cum rostro trahat, pedeque filo interdum suspensio, cum attigerit vasculum sitim potu sedat. Cariste (vt dicit Solinus) aues sunt, quae impune flammis inuoluant, ita vt nec plumae, nec carnes earum flammis ignium aliquatenus cedant.

De Ciconia. Cap. CLIII.

Ciconia dicitur avis pia, cui serpentium exitio tantus est honor in Tessalia, vt capitale fuerit occidisse Ciconiam, sicut & hominem. Multipharie namque serpentes insidiatur, eosque comedit, & alia venenata, nec tamen moritur. Bufonem autem non nisi in magna fame comedit, in quo naturale bufonis malum notatur, videtur autem ciconia caput habere valde reumaticum, quia rostro eius aqua ferè continuè distillat, & hoc byme magis. Ventriculus eius contra venenata remedium est. Haec nidos suos annuo reuertit, & vnum e factibus suis domino loci, sub quo fertur, plumatum quasi tributum (vt fertur) desciunt. Sed forte causa magis est redi nutriti. Abitur autem (vt dicit Solinus) in certo loco congregantur, ita vt nulla sui generis nisi captiua relinquatur. In Asia campus est, vbi congregatae commurmurant, & eam quae nouissima venit dilacerant, sicque recedunt. Nec dubium eas castitatis se caeteras esse, sed quae coniugij aduicem feruere. Vnde fertur q; in eminentiori loco domus cuiusdam, vnum ciconiarum par habitabat, cuius mare ad partem recedente, frequenter alius mas adueniens, feminam adulterino coitu polluebat. At illa statim eminus in fonte se mergebat, sicque scelus adulterij per aquae lauamentum delens, marem proprium deludebat. Huius factum dominus habitacionis frequenter aduertit, & quadam die post adulterium eam a fonte ne lauaretur prohibuit. Nec mora masculus a pastu rediens in feminam suam carnem adulterij deprehendit, & ad horam dissimulans abijt. Reuersusque secunda die, maximam Ciconiarum multitudinem secum adduxit, quae singulae adulteram aggressae, miseram crudeli lanauerunt morte. Cignus plumas habet albas, sed carnes nigras, tortitudine suam habet in alis, coelicae complexionis est, & ob hoc iracundus. Dentes habet in rostro minutissimos, vnde cibos incidit, oneris impatiens est, nec libenter volat, sed in stagnis requiescere delectatur. Cum vno pede natat, & cum alio se regit vli modo, cum piscibus nutritus, eis est innoxius. Super aquas nidificat, in pullis educandis sollicitus, tempore coitus blandiuntur sibi inuicem mas, & foemina, & alternatim capita suis collis insectant, velut amplexandi gratia, nec mora vbi coierint mas concisus laesonis in foemina fugit ab ea, at illa impatiens fugientem insequitur, sed nequam tanto ille perseuerat in longum, immo laesione cessante pacificatur, & animo, At a masculi persecutione cessans, post coitum frequenter eadem motu, & rostri, se a quis immergens purificat. Olores siue Cigni, quando ad alia loca pabuli gratia migraturi sunt, congregati comeant tali ordine natandi, vt in petu rostrato ferantur, quo facilius aera stiant, quam si in fronte collecti impellerent. A tergo quidem sensim se dilatant, & caueo porrigitur agmen, colla praecedentibus imponunt, seque foque duce tergo illum recipiunt. Cignus in capite percussus facile moritur, qui tamen alias multas sustinere potest laesiones. Instante morte pennam in cerebro figit, & sic dulciter canit, naturaliter enim mortem suam in cantu laetitia, & iubilacionis praet.

De Columba. Cap. CLIII.

Columba, vt dicit Beda felle caret. Dicit autem Aristo, q; fel habet non eo loco quo caetera animalia, sed in intestino, morticino non viuunt, sed puro grano visum recuperat. 9. vicius. In alta nidificat vbi mala bestia attingere non valeat. Super aquas libenter requiescit, vt & sitim sedet, & vmbra accipitris veniens in aquis prospiciat, aliquando vero sola sedens colorem suum circa collum varios admittans, Alarum plausu, rostroque plumas sulcat, & in regimen volatus copriorisque cultus pennas plumasque disponit, tunc nifus speculator occultus gaudentem in huiusmodi gloria rapit, Columbae calidissime sunt, vnde & lapillos propter stomachi temperantiam comedunt, simum etiam ardentem nimis habent, quem & ipse nido eijscit, & pullos eijscere docent. Pennis eleuatis pignant, & columbam errantem cum viderint sibi aggregant. Dicit Iacobus, quod transmare versas Orientem columbae sunt quae nunciatorum fungentes officio, literas dominorum suorum sub alis breui spacio per longè deportant. Ideoque valde necessariae sunt, maxime quando per terras inimicorum alij nunciij transire



transire non audent. Certum est autem, quod aliquæ sunt columbæ, quæ mares non nonerunt, aliæ vero quæ post habitos, atque perditos viduæ remanserunt. Columba est species columbæ, quæ amissa corporali conforie solitaria incedit, nec coniugalem copulam ultra requirit, sed nec viride quicquam ad vestendum petit. Et illæ quidem quæ ægides, aut viduæ manent, cæterarum consortium, vel domum vitant ne vexentur a masculis eorum in quietationibus, fugiuntque & in parietinis habitant. Imperiosos fœminæ mares, & iniquos ferunt. Quippe quando suspicio est adulterij, tunc plenum quærela guttur, fœni que rostro icus. Mox in satisfactione osculatio, & circa venerem præces, erobrisque pedum orbibus adulatio. Amor sobolis vtrique frequenter æqualis, & incumbant ambo vicissim pullos binos educant, semperque prius marem, & post triduum fœminam pariunt. Incubat fœmina post meridiem vsq; in matutinum, cætero autem tempore mas, & 13. die pullos excludunt. Inter pullos plerumque inveniuntur & ova, dumquæ alij euolant, alij erumpunt, ipsi demum pulli trimestres fœtificant. Si mas desit, fœmina salit, ovaque pariunt, sed ex his nihil gignitur. Columba valde grauat in ouorum partu, quod si parere tardauerit, a mare percutitur. Mas adultos pullos e nido deicit, sed prius cum eis coit. Columbæ proprium est inter aues non cleuare caput quando potat, donec ei sufficiat, huius carnes recenes, & hirundinum simul conceptæ iuxta Plinium contra serpentes, valent. Sanguis eius de sub ala dextra acceptus oculo medetur impostus, est enim acutus, & habet potentiam dissoluenti: Pulli columbarum in autumno, & vere saniores sunt, quoniam his temporibus granæ maxime viuunt.

De Ceteris quorum nomina incipiunt per C. Cap. CLV.

**C**ornix in solstitio morbo corrumpitur. Hæc uicib. libenter vescitur, hæc nobiles aues quasi hostes suos impugnat, sed illa frequenter cum impugnantibus multum detulerunt, tandem impatientia vitæ lacerant importunas. Coredules dicitur quasi cor edens, carne namque præda viuens corde maxime inhiat sauari. Coruus est auis clamosa nihil aliud sonare nouit, nisi cras cras, diuersas tamen voces format. Scilicet. 64. ut dicit Fulgentius. Volando coit aliquando. Plures semper quam duos pullificat grauidus fieri dicitur, si cum ouum cortinum edere contigerit. Ore concipere dicuntur, & parere, fœminæ quorum dam coruorum ova sole cubant, & mares eis escæ dant, pulli eorum septem diebus, absque vlla cibi alimonia manere feruntur. Septima vero die higræscunt, quorum nonnulli eieciunt tædio nutriendi, fortior est coruus de die. Babo de no. & vicissim ova sua comedunt: Est coruinus genus in Oriente, quod cum aino, & tauro pugnat, eiusque fugientibus super eos volat, ac sic cum impetu eorum oculis se impingit, & cum potuerit eos excecans rostro, dominis suis inuitiles reddit. Itaque per consequens occisi decoriantur, & eorum cadauera volatilibus effertur, si que ab aue improba animalia fortia superant. Coturnix est auis, quam vulgariter quistulam dicimus, hæc dæcem habent ortigometram, quas in maris transitu iam terræ. i. portui maris appropinquantes. Accipitres speculati rapiunt, & iccirco cura est vniuersis, vt externi generis dæcem sollicitent scilicet coruicem, per quam prima discrimina caueant. Rarissimas habent fœminas in genere auium, sicut & pectines in genere piscium. In hominum vero genere pauciores nascitur masculi quam fœminæ. Crochilos in Italia Rex Auium appellatur omnium quidem minima, sed quanto minor tanto velocior, adeoque animosa, vt contra Aquilam audeat conatus atetate, homines quoque deludit, quia cum se propinquam quasi manu capiendam obtulerit, callo hominis conatu, & labore impigra profugit. Araneis vescitur, pullis fœcunda est, nam plurimos vno fœtu producit. Vno spæca, vel antro in hieme multi conduntur, vt ad calorem turba conferente calor, qui paruus est, in tam minimis corporibus, congregatione multarum augmentetur. Cuculus est auis improba, quæ vocem in cantando non mutat, sed semper eam, replicat, auis pigerima est loco instans, turritus vero colorem habet, hieme plumis spoliari dicitur. Intratque terræ latibulum vel concauitates arborum. Illic estate congerit, quo hieme viuunt. Oua sua in nido minoris auiculæ ponit, & de ouis illius totidem demit, nedum illa numero superflua inuenerit, quas aliena repudiet, itaque copulas ab aliena matre cum pullis eius foras, & educatus, dum adhuc in nido inualidus sedet, quadam tamen audirata naturali cæteris pullis cibos præcipit, & hac facietate præ cæteris pinguescit, atque nidior fit. In cuius elegantiam nutrix con-

uerfa gaudet de eius forma, miraturque seipsam, quod talem peperit adeo desipiens, ut magnitudine seipsum a pullis minori bus non discernat, sed omnes pullos suos in eius comparatione damnat, at ubi cum eduxerit, & ad robur euolandi nutritur, ipse verfauce in nutricem insurgit, & insequendo perimit.

De Falcone, & specibus eius. Cap. CLVI.

**F**alco est auis nobilissima volatu impetuossima, & in custodia sui minus cauta. Ideoque cum ad prædam dirigendus est, a domino suo retardatur, nec auis ei capiendâ ostenditur, nisi prius aliquantulum elongetur, ut prædam cum impetu moderato subsequatur. In ardore captura duo falcones pariter relaxantur, quorum vnus summum petiit alius iuxta terram in imo volat, vt videlicet ille volantem ardeam impulsu præcipitet, iste vero præcipitatem accipiat. Falconum genera duo sunt. Vnum nobile, quod aueni nisi parto naturaliter capit, aliud ignobile & vile, quod non nisi multo labore, & mæceratione aluescendum, hoc facit hoc vltimum genus cum ardeam ad terram impulserit, iamque in promptu est ut eam capiat, Ardea anguillam, vel alium piscem que recentius vorauerat enomit, & tunc Falco liberam eam euolare permittens, ac munus fœtidum sibi oblatum præferens, & gaudens oculus apprehendit, non sic aut Falco nobilis, sed eieciunt munus vilipendens, auem dolosam fœnerius punit. Habet autem falco os acutum ac durum in pectore, quod ei natura protidens indit ad impulsorem prædæ. Scripserunt Aquila, Symachus & Theodocion epistolâ Ptolomeo regi Egypti in qua tractauerunt de aibus nobilibus, & earum medicinis, de qua tantum hic pauca breuiter ad presens commemorare sufficit. Falconum genera sunt octo. Primum est quod lanarium dicitur, & in duo genera subdividitur, quorum vnus habet caput & rostrum, & cetera pedes ut Aquila, quod cum graui labore habitatur ad aucupandum, habitatum tamen secundo & tertio anno egregium est in uolatu. Alterum vero stature minoris est, & uile reputatur. Secundum peregrinum. Tertium montanum de cuius consuetudine est, quod frequenter respicit pedes. Quartum pedibus & cruribus ceruleum, hoc primo & secundo anno nobile, quinto anno vilissimum. Quintum genus gracile, & longum est in dispositione exercitissimum in uolatu. Sextum superanicum dicitur, quod fere habet similitudinem Aquilæ, excepto eo quod in pedibus, & alis, & oculis guttee assimilatur Falconi. Septimum genus Britannicum est, quod omnium auium aucupantium obtinet principatum, ut nec vlla auium coram eo aucupari, vel etiam uolitare audeat, ipsa desuper volitante. Hoc genus habet crura nodosa, pedes crosseos, ungues crudiles, aspectum flammæ, oculi terribiles, caput & pedes crosseos, iuga alarum magna, facillime habitatur ad uolatum, multumque ac diu uolare potest, delicatissime pacisci uult, & tantum fere quantum Aquila comedit, hoc genus esse credimus, quod superius Aeriophilon diximus. Octauum genus est quod Herodius aut vulgariter Girsalcus appellatur, de quo inferius dicitur. Hoc genus præcedente communius est, & carius habetur propter moderantiam cibi ac uitæ.

De Speciebus Accipitris. Cap. CLVII.

**A**ccipitrum quoque quatuor sunt genera. Primum est cor pore magnum, domabile multo oculis varijs perlucidis, hylari vultu, crosso pede, longis unguibus, deliciose comedens. Omnes aues inuadit, nullamque timet, huius natura superius descripta est titulo, de Accipitre. Secundum genus est priore minus, quod alienum dicere possumus, alas habens crosseas, secundum quantitatem sui corporis, pedes breues, & ungues crosseos, oculos magnos, & obscuros, non cito mansuescit, & ideo pluribus odio sum est, anno primo dominationis parum ualeat, secundo plus, tertia mutatione aucupat satis bene. Tertium genus est nifus, paruus quidem aliorum respectu, sed tamen uelox, cito mansuescit, & delicatè nutriti uult, & leuiter aucupat. Quartum genus est frogellus, quem muscetum dicimus, multo quidem minor, sed colore consimilis, sicut nifus accipitris, consimilis est, in dispositione habitus, & colore. Hæc auis cito mansuescit, & delicate nutriti uult, ac leuiter aucupat, uelox ad uolatum. Mutatione secunda uel tertia optimus fit, accipiter siluester multum ieiunare permittitur, & sic mansuescit. Qui uult accipitrem habere pinguem, det ei de carne bouis, uel porci, & hoc masculi: qui macilentem, det ei gallinas iuuenes aqua mactatas, qui temperatum gallinas veteres, qui expeditum in aucupando faciat ei bonam uesciam gutturis, & includat eum in tenebris cum lumine tamen modico, & aucupet diebus alternis.

**n**is. De sanguine quoque uolucrum tenerarum multas vires, et audaciam sumit, aues etiam aucupandi affectum. Super lignum salicis aut abietis sedeat, eique balneum aquæ frigidæ detur, nec multum alas eius contingas, nisi pendeant e diuerso. Si vis vt accipiter leporem, vel cuniculum capiat, hoc cum in uenture doce, & liga gyros in cruribus eius prope pedes, interiecto spacio vnus palmas, sicque caput sine læsione. Hæc de accipitribus. Porro Tertiolus aucupantium uolucrum minima, sed pro sexu in natura sua ad aucupandum promptissima, falconum generibus adiungitur. Hæc in epistola prædicta, de nobilibus aibus, & alia multa de medicinis earum leguntur.

De Fafiano, & Fatatore, & Fenice, & Fulica. Cap. CLVIII.

**F**afianus est gallus siluaticus, auis pulchra valde, pennis choracis instat ignis, ceruleis interdum ac viridis, rubellisque pennis intertribitur nitor, aures geminas habere videtur in capite, plumis extantibus, quas farrigit quando ualeat atque submittit. Cristis autem in capite caret, & spiculis in cruribus, his tamen armis frustratus, animosus, & audax est. Quod sciens aucupat utum ex panno lineo albo facit, in cuius medio panniculum rubeum ponit, quem sulicet robore in albo gallus attentius contemplatur, in solitum que miratur, tunc accipit hærentem visu ceruus in dorsum retrocedere cogit, scuti conamine, donec in reia eminus parata captiuum deiciat. Hæc auis in aura pluuiosa tristatur, & tunc rubis ac siluis læcet. Circa uesperam, vel auroram egreditur de silua, & tunc de facili uenatur. Rostrum in terra figens abscondit, & sic absconditum se tutum credit, pennas pro pinguedine mutat, iterumque sese renouat. Carnes habet subtiliores ac leuiores cæteris aibus siluaticis, exceptis perdicum pallis: Fatator est auis in Oriente, que factum procreandum naturaliter capida, tempus ueris anticipat, quo scilicet aues cætera solent initiare conceptus. Vnde fit, vt oua quæ tunc facit, frigore corrumpantur, nec factum habeant effectum, sed iterum fœcundi tempore calido ponunt, & tunc pullos faciunt, quod est contra omnes fere agrestes aues, quæ semel in anno ouant atque pullificant. Fenix est auis in orbe sine parte per annos 340. sola degens, caput habens oneratum, vt patto, caudam que cerulei coloris, in qua rosetæ pennæ intertribuntur uarietate mirifica. Cumque ætatis protida grauescere cæperit, in altissimis Orientis partibus, in arbore pulcherrima, super amensissimum montem posita, altare quasi nuda instruit, ex ture, & mirra, & cinnamomo, ac cæteris aromatibus, tunc feruidos solis orbes alarum agitatione in se concitans, super struè ruit, ipsaque pariter accensa, uermis ex eius cinere procreatur, qui in autem pristinum reformatur. Hanc aueni dicit Isidorus, Heliopolim urbem Egypti mense Aprilis ingressam fuisse, oneratis alis diuersis aromatibus, & struem samentorum ascendisse, qui coniectus fuerat in sacrificium a sacerdote, ibique seipsam inter illa aromata combussisse prima die, sequenti ueniens sacerdos, ligna que posuerat super aram, combusta repperit, & seruitans cinerem, uermiculum odore suauissimo fragrantem inuenit, qui secunda die in aueni formatus apparuit, quæ tertio die in statu suo perfectissima sacerdoti ualefata cinere euolauit. Fulica (vt dicit Ambrosius) pullos Aquilæ nido deiectos, reuerenda clementia, cum pallis suis pacit ac nutrit, hominibus rationalibus exemplum præbens, quanta debeant erga peregrinos, & pauperes, ac tribulatos pietate moueri. Hæc auis in vno semper loco quæta manet, & escam suam circa se colligit.

De Gallo. Cap. CLIX.

**G**allus est auis faucibus, & capite cristata, spiculis aduersis in cruribus armata, habent & quinque spicula Gallinæ, sed hoc errore potius, quam opere naturæ. Gallus nocte profunda cantat ualidus, & matutino leuis. Cantus eius cum vento ferur, & antequam æstimari possit longius auditur, itaque cantu suo equos mitiga, camelos instigat, fantastica quoque propellere dicitur. Caudam sustollit, & ad modum semicirculi reflectit, cum pennas circa collum erigit, excutens, se audacitorem reddit. Dormiturus in altum scandit, ac super vnum pedem requiescit. Album gallum Leo timet, ac forma eius ecclesiarum turribus infidet, & rostrum contra ventum conuertit. Plures herbæ quæ Gallum reficiunt, animalia cætera occidunt. Si in vno procinctu atrij plures Galli fuerint, vnus de cæteris dominatur, & superbus graditur, sinisque duello sæpe commorientibus est. Gallus ic-

circo Leonibus est terrori, quia basilisco assimilatur (vt quidam dicunt) vel potius, vt credimus, naturaliter incutus est eis timor Galli. Gallinis mortuis Gallus merore confectus abstinet a cantu præ dolore. Idem in ætate decrepita facit ouum, ex se, vnde basiliscus procreatur, sed in generatione hac oportet, vt multa concurrant. In simo namque calido, & multo ponit ouum, ibique fouetur vice patris, & post multum temporis exit pullus, & inualefcit, sicut solent anatum pulli. Habet autem caudam, vt coluber, residuum vero corporis, vt Gallus. Dicunt autem hi, qui creationem eius se uidisse testantur, quod nulla est oui testa, sed validissima pellicis, in tantum, vt resistere possit ictibus validissimis. Opinio quoque quorundam est, quod ouum illud Galli coluber, aut bufo fouet, sed hoc incertum est. Hoc tantum in antiquorum scriptis habemus, quod basilisci, quoddam genus ex ouo galli decrepiti generatur. Gallinacius Gallus testiculis viduatus dicitur, qui capto vulgariter appellatur. Fertur autem citius impinguari, quia a libidine ardetur. Cum gallinis quidem impinguatur, sed nequaquam eas impregnando fœcundat, cum eis pacitur, sed non eas defendit, nec cantat, nec horas dici, vel noctis discernit. Igitur ad nihil uilis est, nisi ad coquinam. Vnde factis eleganter quidam, nuper ad clerum in synodo loquens ait. *Transferetur, inquit, sobna scriba scius gallus gallinacius, sed nusquam utique nisi ad coquinam diaboli.* Et quare, quia non generat, neque cantat. Aliquando gallus post triennium castratur, & postea quinque, vel sex annis, uiuere solet, & sic in eius icore lapis electorius reperitur, quem vt ibi conceperit nunquam postea bibit, vnde & si quis hunc lapidem in ore suo habuerit, scum extinguit, huic aui quandoque plumæ in pectore suo extrahuntur, & vtrius ad nudam vritur, vt pullos orphanos vice matris foueat, ob calorem quem ex eis nudato corpori præstant. Itaque postquam frigoris præsidium, & visionis medelam, in pullosum suppositione se adeptum esse cognouerit, maternum affectum concipiens, eos fouet, & pacit, formatque secundum morem gallinarum uoces, vt constricta uoce aduocet elongantes. Carnes galli crosseiores sunt ad digerendum, & minoris humiditatis, quam gallinæ, vel gallinacij. Decrepiti tamen galli carnes teneriores sunt, quam iunioris. Gallinacius autem habet carnes validiores omnibus volatilibus: bonum enim sanguinem generant, & optimum nutrimentum, habet quidem eius caro, quiddam viscositatis, sed in coquendo dissoluitur.

De Gallina. Cap. CLX.

**G**allina circa pullos suos est solertissima, frangit eis panis aut fatris minutias, eosque contra facta uoce aduocat. Qui quandoque superbi blandas eius alas refugunt, & sic alitibus præda fiunt. Quotidie rapiuntur oua gallinis, nec propter hoc oua proferre desistunt, quæ tamen postquam in abscondito posuerint, ea clamando rapitoribus produunt. Modum autem excedentes in ouando moriuntur cito. Oua de quibus exituri sunt masculi, gallina gerit in parte ventris dextra, ex quibus autem fœminæ, in sinistra. Fœminam proferunt illa, quæ in acuminis loco rotundiora sunt, oblonga uero & in fine acuta mares pariunt, & hæc ipsa gratioris saporis sunt. Gallus gallinam aduocans pacit, & tunc eam ad labores impregnationis, & partus cogit. In ouando namque multum laborat, & tamen post partum cantat. Querendo cibum puluerem cum pedibus vertit, & sic victuam acquirit. Multæ gallinæ, & pauones, & anseres oua uenti faciunt, id est oua sine coitu, quæ parua sunt, & insipida, ac cæteris humidiora. Et si quis aliquod eorum posuerit, ad fouendum, non mutabitur modus eius, sed manebit album atque citrinum, a parte latiori primo exit ouum, & post ab acuta. Plinius auctor est, quod eo die quo gallina ouum ediderit, aspidis ictu non moritur, immo percussus est medicina. Quædam gallinæ gemina oua pariunt, & geminos interdum excludunt. Oua incubari intra decem dies edita uilissimum est, nam uetera aut recentiora infœcunda sunt, subijci autem debent impari numero. Quarto uero die postquam cæperint incubari, si eorum cacumini bus contra lumen in manibus apprehensis purus, & uulsi modo color perluceat, æstimantur sterilia, & pro illis supponenda sunt alia. In aqua quoque experimentum est, nam ouum inane fluctuat iniectum aqua, subsidens uero plenum est. Subijciendo concurri experimento uetant, quia non gignunt consuls vitalibus uenis. Incubationi datur initium post nouam lunam, quia prius inchoata sæpe fallunt. Optima forma ante uerum æquinoctium, post solstitium uero non implet iustam magnitudinem, tahtoque minus quanto perueniunt.

nerint ferius. Omnibus ovis inest in medio villi parua, velut sanguinea, gutta, quam esse auium cor existimant, prius id gigni semper opinantes. Hæc gutta in ovis salit, ipsumque palpitat animal, & ex omni alio liquore cui non incorporatur aliquid pullo, cibus autem eius est in vitello, vel luteo, omnibus intus caput toro corpore maius est, oculi compressi capite maiores. In crescente vero pullo candor in medium vertitur, lateam circumfunditur vigesimo die mouetur: iamque viuens intra putamen vox auditur, ab eo itaque plumescit, ita postquam ut caput super dextram pedem habeat, & alam dextram super caput, Vitellus interim paulatim deficit, cui pars acuta caput continet, pars autem rotundior posteriores pulli partes. In Aegypto homines ova stercore inuoluunt, & sabulo cooperiunt, sicque debito tempore sine fouera gallinæ complentur, & eis extractis testæ finduntur, & pulli prodeunt. Gallina quando cubat in calida estate, finduntur ouorum testæ per se, & exeunt pulli citius, quam in frigido tempore. Quædam semper gemellos faciunt: sed vnus eorum paruus est, & alter magnus, quandoque vero paruus a maiore compressus efficitur monstruosus. In Gallia visus est pullus gallinæ cum duobus capitibus, & vno corpore, ambo cibum capiebant, & in vnum corpus traiecebant, quatuor pedes habebant, sed duo pendebant inutiliter, cæteris currebat. Pulli cælestis calidis diebus excluduntur, & contra omnia animalia cætera sicut aues omnes in pede nascuntur. Si subito tonat, sæpe fallunt, & accipitris audita voce vitiantur. Remedium est contra tonitrus clausus ferreus per ouorum transecta postus, aut terra, ex aratro. Inimicissima gallinis est pituita, quæ maximè est inter messis, & vindemiæ tempus. Medicina vero est penna per transectas nares inserta, & per omnes dies commota, vel cibus allium. Plinius auctor est, quod si aurum liquefeceris, & membra gallinarum admisceas, consumunt aurum, ita vt dici possit, aurum venenim, esse gallinas.

*De his quorum nomina incipiunt per G.*  
Cap. CLXI.

**G**ofardi sunt aues admodum parue, coloris terre, cristam paruum ex plumis habentes in capite, nec aliarum auium more volantes, sed vndosos fluctus innantes, qui vento cogente, nunc alta, nunc ima petunt. De his vulgo fertur, quod earum ova in terra posita a Bufone fouentur, e quibus cum exierint pulli, tunc primum eos parentes curant, eisque cibos ferunt, quoad usque volatus tentare possunt. Glutis est auis Græcè nominata, quia longam exerit linguam. Hæc instanti hieme, recedentibus irundinibus, atque Ciconijs, blandiente sibi societate, auidè cum eis iter aggreditur, sed postmodum in volatu, labore comperto, penitentia ducitur, at quoniam incomitatum reuertit piget, sequitur aues aliquas, tanto tamen tædio, tam paruisque dietis, vt eam incompleto itinere, hiems anticipet. E contra vero Citranus auis a fax festinantior perseuerat, & alias aues socias præter, reddidit; sollicitas, & excipiat etiam de nocte somnolentas. Graculus est auis nigra per totum corpus. Est enim de genere cornicis, licet corpore minor, libenter in altis in nidis parua gratulorum nidus constituant. Optimè nanque aues istæ sibi inuicem compatiuntur. Est autem auis clamorosa nimium, maximè a coitus tempore, quem scilicet coitum tempus excitat verum, amoris gratia masculus feminam cibatur. Carnes pulorum eius esibiles sunt, & maxime si excoriantur. Hanc avem nonnulli falso opinantur eandem esse, quam garrulum, sed multa est inter eas differentia, nam graculus (vt dictum est) vnus est coloris, graculus autem colore distinctus ex diuersis plumis, dictus est a garrulo, de vna nanque arbore in aliam garrulorum transit, nec eam quiscumque pertransire potest, quod non garrat. Cæterarum etiam auium voces, vel modulos non ad delectamenta scribit, sed tantum ad garrulorum dicitur imitari. Tanta plumarum varietate distinguitur, vt nullus ei cæterarum auium color desesse dicatur. Captus in iuventute clauditur, vt articulata verba loqui doceatur. Quæ etiam vbi euaserit magis garrule gestit, & quandoque garrulitati intendens, sibi non prospicit, sed Nisus eam inopinatam rapit. Frequenter insaniat dicitur, ita quod plerumque inter fructuosos arborum ramos, se suspendit. Gryphes est auis quadrupes, capite & alis aquilæ similis, sed multo maior, in nido suo lapidem agatem ponit, nec dubium quin ad aliquod remedium. Hi equis, & hominibus maximè inest, & homines armatos præliando superant, & occidunt. Grues aliquando vsque ad extrema terræ volant, vt terram complexionibus suis

aptam inueniant, semperque volando se vento opponunt. Dicit Aristoteli quod ad plagam septentrionalem vltra Aegyptum in hieme veniunt, quibus Pigmei homines scilicet cubitales occurrunt, & cum eis pugnant. Pugna gruum adeo fortis, & pertinax est, vt manu capi possit. Quando nubes pluuiosus prospiciunt clamant, & vociferant. Duces suum cælestes capere volatus sollicitant, cum autem super terram descenderint, vt comedant, dux earum caput in altum erigit in custodiam omnium, cæteræ vero securæ depaescunt. Cum vero dormiunt alternis pedibus insistant. Fertur autem, quod post hiemen volantes a montibus Orientis arenas aureas, & auriscalcum lapidem transglutiant, & post in partibus transmarinis reuolunt, vnde dixerunt, qui experti sunt, quod lapis quem grues euolunt, igne mediante transit in aurum. Grues habent carnes reliquis auibus grauiores, vnde occisa grus vno die in zitate, duobus in hieme feruari debet, antequam comedatur, vt carodigestibilior fiat atque tenerior.

*De his qua per. H. I. K. L.* Cap. CLXII.

**H**erodius, qui & gyrifale, siue gyrifalchus appellatur, est auis inter omnes nobilissima colore ceruleo, in maxima tamen parte corporis ad albedinem declinans, præterquam in pectore, & alis, vbi cælestem colorem euidenter imitatur, adeo fortis est, vt aquilam capiat, adeo quoque animosus, vt cum post grues, vel alias quascumque aues in acre volantes fuerit dimissus, ab earum persecutione non desistat, donec omnes ad terram successerint deiciat. Est autem canis ad hoc edoctus, qui herodius de super volante ipsas aues delectas capiat, & occidat. Herodius cum videt prædam, excutens se animat, & discernit an ad capiendum apta sit. In altum quidem ascendit, & cum impetu descendendo prædam deicit, ad prædam autem volando pedes pectori coniungit, & sic prædam ferit, quam si primo impetu non capit in altum ascendit, & præ indignatione vix ad reclamantem redit. Carnes crudas, & seruatas non comedit, sed recentes. Est enim genus gyrifalcorum, quod cognominatur sacrum, & hoc validius est, & habet colorem fuscum. Ibis est auis super Nilum requiescens, aquam tamen nunquam ingrediens, sed eicista cadauera comedens, quæ cum cibis nimis confispara fuerit, rostro de naturæ secretis indigestibiles cibos detrahit. Mentuntur plane, qui dicant ibites esse ciconias, nisi forte dicant esse ciconiarum in orbe nostro ignotum, nam ibites, dicit Plinius, habere rostrum adanum, quod vtrique de ciconijs nostris falsum est, quæ rostrum habent longum, directum, in summitate acutum. Hæc auis ore parit, & eius ova, si quis comederit moritur. Chiches est auis quæ vocibus diuersis vociferat, & quolibet fere die vocem suam mutat, super arborea nidificat, & ex glandibus, quando maturæ sunt, cibum congregat sufficientem sibi, educati vero pulli eius, & ad volatum roborati, cibant parentes suos in senectute, facuntque eos manere in nidis absque villo labore. Lucidij dicitur fuisse quasi lucem dantes, harum enim auium pennæ per obscurum in nocte lucent. Vnde qui eas habent, quando volunt prædictis luciferis pennis, harum gratia vias dirigunt. In Hircinio Germaniæ saltu hæc auis habitat. Lynchos est auis acuti visus valde, quæ & pullos suos antequam habeat alas completas percutit, ac solem aspiciere cogit, & si cuius oculus lachrymetur, ipsum interficit, alios vero nutrit. Hæc marinis auibus cibatur, eaque quandoque desuper in acre senata natantes contemplantur, quam illæ videntes se submergunt, at illa prope aquas descendit, & eas vsque ad suffocationem in submersione manere cogit, & tunc plumis ad superficiem aque deductas rapit.

*De his qua primam literam habent. M.* Cap. CLXIII.

**M**anta est auis marina maior anate, cinerei coloris, habens collum, & crura breuia, glaucos oculos, rostrum ex parte croceum, & ex parte rubeum, a sono vocis dicta est, semper enim clamat, cadauerum cupidissima est, & hoc humanorum. Itaque imminente tempestate maxime clamat, quasi iam exultans præ cadauerum imminente, oculum autem primo petit in cadauere. Mergus flumina stagnaque in nata, & pisces persequitur, sic dictus, eo quod in aquis se immergat, dicitur tamen sub aquis morari non valet, quoniam in acre spiritum recuperat, quando percussus debet in aqua mergitur. Has aues beatus Martinus diuina virtute cogit aquas contra naturam suam deserere, & arida loca desertere petere. Harum pulli statim, vt oua exeunt, tanto vigore polleant, vt si matrem eos perdere contigerit, virtute propria viuat.

Merillia

Merillia auis est non multo maior merula, colore quoque prope similis, sed rostro, pedibus, vnguibusque dissimilis, prædæ cupidus est, sed quia paruus, & parui roboris, paruum auium infecutor est. Hi sicut Accipitres, & Herodij socialiter volant, imbuique quatuor ex illis possunt, vt eignum hoc modo capiant. Primus ex eis eigni caput inuadit, secundus & tertius, ex vtroque latere binas alas, quartus vero collum, & pectus, & sic auis grauida cignus angustius circumsepta, mouere se non valens, ab aucupe præsentia capitur, & occiditur. Merops est auis habens in dorso colorem cyaneum, in pectore subrutulum, in ventre palidum. Hæc naturali calore abundans, antra sex pedum altitudinis in terra fodit, ibique nidificat, ac soctus facit, & eos vsque ad robur debitum illic absconditos pascit, & nutrit. Merula dicebatur olim medala, quia mirabiles vocis modulor reddit, maximè eam vernum tempus imminere profpererentiam hieme tacet, aut tantum balbutit. Olim merula fuit spectandum in clero miraculum, quæ arte humana edocta notulis in ordine secundum musicam cantabat ita perfecte, vt nullus musicorum cum aliquatenus imitari posset paritate concordantiæ. Hæc auis croceum quantumcumque colorem habet in pectore, reliquum vero corporis occupat nigredo. Merula domesticata contra naturam suam carnes comedit, & hæc dulcius canit, libenter se balneat, & plumas rostro purgat, quæ modo nigra sit, & turpis, in delectatione mouet seipsum, propter amenitatem vocis. Merula plumas non exurit, sicut auis cæteræ, sed rostrum suum singularis annis mutat in cadorem, & in hieme vix potest volare propter pinguedinem. Est quoddam merularum genus cæteris multo maius, quæ agochile, id est caprimulgi vocantur, sic dictum est superius. Miluus vngues, pedes, & rostrum aduncum habet instar accipitris, sed alas curuas, & non rectas, in quo est ei dissimilis. Audax est in paruis, timidus in magnis, fugatur a nifo, quamuis in triplo maior sit illo, circa macellos excubat, & circa cadauera, iecur eius medicinale, Plinius laudat. Monedula quasi monetam tollens, aut diligens dicitur, auis est niger, sed formosa, & grata, hominum voces in pullo edocto imitatur, in maturo cum ortu solis sollicitus, discretus, & tenacius retinere dicitur, huius carnes præterquam capitis excitant, vnde & ipsa appetit in capite fricari. Mucicapa est auis maior columba, plumas habens, vt lanatus, pedes, & rostrum, vt hirundo, quæ licet oris rictum habeat amplissimum propter muscas, & chiniphes, quibus solummodo vescitur, rostrum tamen inzer aues compatatione sui corporis habet parvissimum, & pedes asimiliter.

*De his qua primam literam habent N. vel O.*  
Cap. CLXIII.

**N**icticorax dicitur noctis coruus, ipsa est noctua, quæ noctis tenebras amat, & solem videre non patitur. Lucifuga enim est, & nocte cibos suos querit, nam si de die volaret, a cæteris auibus impeteretur. Noctæ (vt vulgus opinatur) mortes hominum prænuunciare videtur, vocibus importunis, caput habet ingens, nec vt aues cæteræ formatum, rostrum habet aduncum, vt nifus, vngues habet amatos, & asperos. In domicilijs, vel parietibus libenter habitat, & pullos suos fouet, humanis sterconibus delectatur, mures, & omne genus earum persequitur. Huius contra cæteras aues solers est dimitatio. Cum enim ab homine, vel auibus impetitur, resupinata tacens rostro pedibusque repugnat, & se defendit. Auxiliari autem ei accipiter quoddam naturæ collegio, bellumque partitur. In insula Creta si quando noctua inuehiunt statim emoritur, huius carnes paraliticos iuuant. Nifus est auis nobilis forma, & robore, minor quam Herodius, sed vnus est color plumarum amobus, & tamen socialiter volare recusant, nam inuidia fertur & fastus, & cum impetitur aem, solus ambit honore victoriæ potiri, hoc quidem estimari potest, & forte merito, sed reuera magis credibile est, eum prædæ solum inhiare, nedum quem in volatu socium habuerit, in pastu quoque sodalem accipiat. Non tamen dubia fides est. Nisum parem sui generis dedignari, & velut alieni generis aem persequi, & hoc contra omnium auium genus. Nam (vt dicit Aristoteli) omnis auis prædam in volatu capiens, parit sui generis auibus. Solus ergo Nifus expers est generositatis huius, & hoc cum ipso homine, qui inter animalia terrestria animali sui generis infidiari non cessat. Onocrotalus est auis in partibus Orientis, quæ cum vocem edere voluerit, caput in aquis ponit, & illic instat rugitus clamorem emittit. In faucibus quosdam habet folliculos, in quibus primo cibum suscipit, & post horam in secundo ventrem mittit, ibique eum digerit. Huius duo genera sunt, vnum

scilicet aquaticum, & aliud solidum. Sola hæc auium (vt dicit Aristoteli) splene caret, & vt dicit Isidorus multas simul escas in ventre recondit. Oriolus est auis, sic dicta vulgariter a sono vocis, coloris autem per totum, excepto quod in alis habet pennas, quadam cerulea varietate distinctas, nidum in ramis arborum minutissimis mira subtilitate suspendit, ita vt in aere solo pendere videatur, de terra cernentibus. Ipsum quoque nidum ab imbre camerat, ac densa fronde protegit. Olina est auis magna, vt cignus, fluuios ac piscinas inhabitans, rostrum habet magnum, & a gutture vsque ad pectus instar facelli, receptaculum longum, & amplum, in quo magnam simul copiam piscium, vt scilicet in tanta mole diffusa naturæ non egeat, paulatim digestis in ventre cibis inueniat paratum, quod habeat. Nunquam aues huiusmodi in aqua diffusiore, & piscibus abundantia habitant, quia citissimè paruum aquam, & si piscium copiosa, ingluuiæ sua vacuant. Oclius est auis, quæ vulgariter Huans dicitur, a vocis sono, nocte nanque Huhu horribite clamat, improprie vocem humanam similans, ita vt hominem contractum frigore clamare credas. Sed terras speciales habet in quibus huiusmodi voces profert, in cæteris autem muta est hæc auis. Bubone minor est, noctua maior aduncum habet rostrum ac pedes, & eminentibus plumis habere videtur aures, Præda vniu, carnis vescitur, mures persequitur, & ab auibus cæteris diu habetur.

*De Passere, & Panoone.* Cap. CLXV.

**P**asser in tectis habitat, gregatim ad pastum volat, omnibus auibus calidior est, vnde caro eius stipica est, & sanguinis incientia, citoque digerit quicquid glutit, vnde corpus eius nequaquam cibis sumptis impinguit, sed tantum sustentat. Stereus etiam eius calidissimum est, quando emittitur, sed citissime in frigidat, supra modum quoque luxuriosus est, & in futorem citius concitatur, sed nulla mora discordiae. Dicit Aristoteli quod mas vno tantum anno viuat, femina vero diutius, quod de passeribus Orientis credimus. Nam & illa nigredo, de quæstione, quod est in collo masculi, non est autem in eis, qui sunt apud nos in Europa, sed alba quedam in genis macula nigredine notata, & hi in vita perseuerant hieme, & estate, sicut eorum femina. Aetas passeris apparet in rostro: quia iuuenis habet illud tenerum, & circa fauces croceum. Senex vero durum, & nigrum. In quibusdam orbis partibus morbum caducum hæc auis patitur, & hoc vt Aristoteles credit, quia semen iusquam comedit. Huius palli cum euolare debent, vicini passeris cum eorum parentibus, conatus ipsorum euolantium comitantur, vt imbecilles (si necesse sit) plurimum constitutione confortentur. Pavo est auis pulcherrima, & pulchritudinis amica, collum habet longum, & extensum, colore saphirinum, & pectus similiter, in capite vero plumas desuper instar coronæ, vel cristæ, caudam quoque longam, & oculatam, quam cum laudatur extendit, si pedum deformitatem viderit, mox deponit, sed si a tacito spectetur, pennas omnes quas spectari gaudet contractis oculis abscondit. A trimatu fundere colores gemmantis incipit, & tunc parit. Idem nocte cum estiglaucit, seque in tenebris constitutum intueri non poterit, clamans pauidè suam pulchritudinem amisisse se credit. Idem clamore suo serpentes deterrit, & omnia animalia venenata depellit, nec de facili propè habitare audent, vbi vox illius frequenter auditur. Pavo quando ascendit altè pluuia signum est, huius ova si gallinis subijcian tur pulli exeunt. Nonnulli pavones album colorem per totum habent, & tamen gemmantis oculi, qui in cæteris auro, vel saphiro diuersis coloribus nitent, in his etiam albo splendore discernuntur ac resplendent. Pavones habent etiam deserta silesitres, sed nequaquam in nitore, colore vel cauda domesticis similes, nec mirum, quia si caudarum eis pondus natura creasset, porius videretur onerasse volantes, quam inexpertos honorasse gloria volucres.

*De Pegaso, & Pellicano, & Perdice.* Cap. CLXVI.

**P**egasus est animal magnum, & horrendum, in Aethiopia formam equi habens, & alas, vt Aquila, sed multo maiores, caput cornibus armatum adeoque monstruosum, vt ipse cuncta animantia terreat. Cumque sit grauis corpore, alatus adiutus remedio, fuga mirabili potius currit, quam peruolat, & acre collizo, virtute pennarum ad instar turbinis ventos impellit, escas multas deuorat, & in quiete mouetur, infestus est animalibus, & homini maxime. Pellicanus dicitur quasi pellem canam habens id est, plumas albas. In Aegypto circa



circa Nilum habitat, & lacte Crocodili vivit, quod utique be-

De Phylomena, & Pica, & Pico. Cap. CLXVII.

Phylomena dicitur a philos, quod est amor, & mene, quod

Parva loquax volucris dominum te voce saluto.

De Plathea, & Plumalis, & Porphyrio, & Pstaco. Cap. CLXVIII.

Plathea est avis, quae ad aures in mari pro praeda se mergen-

De Strutione, & Struxo, & Tragophalo, & Turdo, & Turture. Cap. CLXIX.

Strutio est avis peneb estia lis generis, habet enim pennas,

quado vnum par ouerum corruptum fuerit, aut casu perierit,

De Vanello, & Vpupa, & Vulture. Cap. CLXX.

Vanelli sunt aves, quas Plinius Simphalides vocat, satis

De Hirundine, & Hirda, & Zelenide. Cap. CLXXI.

Hirundo est avis leuissima, rostro paruo, cauda furcata, for-

uat, ibi que nidus congeritur, & fetus facit. De hac opinatur vul-

De Homine, & asatibu - hominis. Cap. CLXXII.

Homine Graece dicitur nicrocosmus, nam & corporis eius

De Anima, & eius organo. Cap. CLXXIII.

Animam de aia. Aia est status primus corporis philosophiae

rius, ut illa quae sunt in eadem parte corporis, sicut gustus, & tactus in lingua, & cetera vna est materialis ad alteram. Quaedam vero per naturam diuersarum partium, ut illa quae sunt in diuersis partibus, sicut visus in oculo, gustus in lingua. Quandoque etiam vna potentia in diuersis partibus inuenitur, ut si plura diuidatur, utraque pars viuunt, sic etiam est de quibusdam animalibus, sed quorundam quidam partes viuunt ad horam tantum, quoniam illa pars statim deficit, cui defunt organa principalia, sicut, epas, & cor, & similia. Non autem omnis potentia habet organum, vel determinatam partem in corpore, ut intellectiua.

De Potentijs animae. Cap. CLXXIII.

Potentia animae, secundum Aristot. sunt, vegetatiua, sensitiua, appetitiua, motiua secundum locum, & intellectiua. Secundum autem Aristotem tres sunt, vegetabilis, sensibiliis rationalis. Sub sensibili namque comprehendit tres medias, quae praedictarum. In plantis est sola vegetabilis, & ibi non debet dici potentia, sed anima. In brutis autem sunt duae, nec vegetabilis potentia debet in eis dici anima sed potentia, quae materialis est ad sensibilem. In homine vero sunt tres, quarum duae non debent in eo dici animae, sed potentia animae, quia materiales sunt ad animam rationalem. Vegetabilis differt a ceteris, quia non est cognitiua, ceterae vero duae differunt inter se, quia sensibiliis non potest per affectum in rem spirituale, rationalis vero potest. Item rationalis differt a ceteris, quia potest esse separata, ceterae vero sunt inseparabiles. Rationalis ab intellectiua differt, quia mouetur de forma in formam rationandi. Intellectiua vero non. Potentiae vegetabilis animae tres sunt. Nutritiua, augmentatiua, generatiua. Potentia sensibiliis diuiditur in apprehensiuam, & motiuam. Apprehensiuam quoque subdividit in apprehensiuam exteriorem, & interiorem. Exterior diuiditur in sensum visum, auditum, odoratum, gustum, tactum. Interior similiter in sensum communem, imaginatiuam, cogitatiuam, estimatiuam, & memoratiuam. Potentia motiua duplex est, vna quae imperat motui, alia, quae efficit motum. Imperans quoque motui duplex est. Concupiscibilis ad propinquandum, & irascibilis ad repellendum. Potentia vero rationalis diuiditur in virtutem sciendi, & agendi, quarum vnaquaeque vocatur intellectus, scilicet, theoreticus, & practicus.

De Somno, & Vigilia. Cap. CLXXV.

Actus Somni (ut supra dictum est) est primi organi sciendi interceptio, ut agere non possit. Causa vero somni extrahit a li. Arist. de somno & vigilia sunt haec. Alimentum euaporatio, labor, & gritudo, prima etas, infirmitas. Pueritiam ad Coldro. At in ipsa soporatiois hora, per quaedam partes actualis videtur, & per quaedam mortuo similis, & in actiua. Actualitatis, n. partes sunt in spiratio, respiratio, visiones & facta mata videre, digerere, & corpus quietu facere. In actiua, laticis autem est non sentire, nec scire, nec pedum & manuum actiones recipere: vnde apparet quasi dimidia animam viuere. vigilare & agere, dimidiam in somno, & in actiua, & quasi in morte esse separata. Deliberandum est autem somnus calidus sit, an frigidus, si n. calidus cor, sicut restringit, & humiditatem auget. Si vero frigidus cor, cibum in digestum ducit, & corpus calefacit, & sudores recipit. Non autem dicimus somnum priuationem esse vigiliae, sicut sanitatis infirmitatem, & visus caecitatem. Quae secundum priuationem inducta sunt contra naturam, & nocitiua sunt. Somnus autem a natura inuentus est in salutem aialis, nec minus, quae vigilia naturalis, est itaq; somnus insensibilis quaedam naturalis, & ceteris passio animae, & corporis, quoniam & totum sensus proprie motus est ceteris. Sensibus autem per somnum sentibus, circa nutritionem atq; partem somnus operatur, non in digens ad hoc arteriarum motibus. Causa vero somni est extrinsecus intrans esca, & intrinsecus humorum, & calidiorum superabundantia. Cibo. n. in receptiuis existente locis, vaporatio in venas efficitur, & inde in caput emittitur. Ibi que cumulatim grauant materiam, accidit iterum reuertit deorsum, & refrigerare calidum, quod est circa cor, quae refrigeratione facta somnus inducitur. Humidi. n. vapores vlt; ad superiora ascendentes, & implentes, quod est circa cerebrum, in quod cum mulantur, quod est frigidissimum omnium, quae in corpore sunt, aggrauant caput, & palpebras, ac dormire faciunt, digestionem autem facta somnus conuenit. Quamdiu enim in differtens est sanguis, post esca accceptionem, somnus fit, differt vero sanguine, & puriore ad superiora collato, turbulencia

re autem partibus inferioribus insidente, resurgit animal ex esca grauitate absolutum. Sicut autem esca introducta somnum facit, ex humiditatis abundantia, sic conceptio interior facta est, sicut a lassitudinibus, sive etiam infirmitatibus, quae ex abundantia calidi & humidissimi sunt. Esca quidem indigesta inflante ex calore, & repulsa deorsum cumulatim, & colorem refrigerante, somnus efficitur. Idem enim humorum ascensio, & iterum reflexio.

Ab hoc De eodem. Cap. CLXXVI.

Dormitio igitur refrigeratio est, causa vero dormiendi calida, quia synodus quaedam est somnus intus calidi, & compressio naturalis, ac per hoc accidit dormientibus corporalia quidem talia. tunc equidem grauiora, & humidiora & algidiora esse corpora, sanguinem pinguiorem, plus quoque quam in vigilantibus inspirationem, & respirationem, & cetera plura. Spiritualia vero somnare, recordari sine omni sensu & intelligentia fantasmatum, & dormientes quasi vigilantes esse contemplatiuos, & inuentiuos verorum, grauiora quidem sunt corpora dormientium propter quietem. Veluti. n. defectus spiritus in membris sit, cum cumulo calido, ad id quod intus est. Solutionem autem humiditatis & grauitatis sequitur alleuatio, quia spiritus & calor extensus, & inflammans in toto corpore facit illud leuius. Ex eadem quoque causa algidiores sunt dormientes, calore. n. reliquitur exteriora, & concumula to ad id quod intra est, refrigerantur ea, quae extra sunt, sique rigidiores sunt, & ob hoc sanguis in crassatur. His consequens est, & esca facilius digerit, & corpus incassatur. Compressum etenim calidum actorem interius cumulatim, facile & cito digerit, ita ut & nutritiua, & pinguiora sint corpora. Nam in vigilantibus spiritus operans per suam naturalem imperium facit esca motione, vnde & turbulenti somni ad digestionem non sufficiunt, per collectionem quoque caloris in ea, quae intus sunt, palidiores sunt dormientes. Formositas. n. incrementum in sanguine caliditas facit, per hoc et & sudant amplius, quia calidum in vnum locum intus conglobatum cito soluit carne & plus facit euaporationem, sique sudor emittitur non ex toto corpore, sed circa pectus, & collum, & caput. Pedes vero calidi sunt dormientium, quia caliditas intus impetu facit, & in id quod est deorsum. Haec autem accidit somni differenter, quo ad etates, & naturas, & tpa, & horas, adhuc et & a locorum causa, ex alijs modis. Somnus itaque digerendo, & nutriendo magis est calidus, sed quia refrigerari facit, quod extra est, magis frigidus intelligendus est, & quia dormientes dum resurgunt sapientes efficiunt, procedente vero hora minus. Intelligentia namque per refrigerationem, remissio vero ex caliditate fit.

De Somno. Cap. CLXXVII.

In somno vero fantasia somni dicimus, vnde claret, quia sensitiuae partis est somnium, sicut & somnus. Sensibilia namque per vnum quodque sensum insciant, & ab eis facta passio, non solum operantibus sensibus inest arterijs, sed et transeuntibus iam & cessantibus, veluti si quid motum fuerit ab altero, cessante motore manet ipsum motum, ita ut mouebatur ab illo. Sic itaque non solum vigilantiam motus a sensibus facti, remanent etiam sensibus transeuntibus, sed etiam cum dormimus, magis enim tunc apparet, eo quod interdum quidem expellantur, & euanescent intelligentia, & sensibus operantibus, sicut minor ignis a maiore, & paruae passionis a magnis, notum vero propter silentium sensuum & infirmitatem operandi supercreant, & continuae sunt saepe quidem similes, saepe vero in alias figuras dissoluit, per subiecta materiae resolutionem, ac per hoc nec esca continuo cibis vsque instantibus apparent somnia, quoniam in humido perturbato nulla apparet vmbra, vel etiam videtur perturbata. Silente vero humido, pura apparent in dormiendo fantasmata, & reliqui motus, qui a sensibilibus accidunt. Itaque melancholicis, & febricitantibus, & inebriatis, visiones apparent turbatae. Inflatione vero sedente, & sanguine discreto, sensuum motus ex vnoquoque sensibiliu consequentia, & ordinata facit somnia. Videtur autem mirabile, quod eorum quidem quae in somnis sunt fantasmata resurgens recordamur, eorum vero quae vigilantes agimus, in somnis memoria non habemus. Huius causa est, quia memoriae sunt eorum quae sentiuntur, aut quorum fantasia videtur, neutrum autem in somnis accidit, dormientes. n. non sentimus, & eorum, quae secundum veritatem aguntur, nulli est fantastici, consequenter neque somni. Fuit autem somnia non solum ex fantasia, sed ex passione alia, sicut furiosus

aut sitiens videtur manducare aut bibere, alijs quoque similitur passioibus impetu facere. Apud vero & secundum tempus aut corporis positionem, diuersificantur somnia. Circa verum, & autumnum turbida sunt, & fallia, veluti ab ipsa continuo esca sumpta, matutina vero cessante iam perturbatione pura, & iterum qui supini dormiunt, somniant, prout vero minus, quia bene collocati. Non solum autem a sensibiliu susceptioibus, sed etiam ab anima causae sunt somnium, eo quod futura conuenit prauidere, & quae agenda a se sunt, aut aliter accidit praesignificae.

De Morbo, & Vita. Cap. CLXXVIII.

EX libro de natura rerum. Mors est priuatio vitae, sicut tenetur priuatio lucis. Vita calida est, & humida, mox vero frigida & secca, vnde calor igneus in humido viscoso nutritur, & tunc quidem per suffocationem exstinguitur, nunc autem per exalationem, alij vero propter defectum humiditatis vinctio sit, & calor vitiosus in astante mortali. Mors est terminus omnium animantium, sicut sensibiliu sive rationaliu, sed animal vegetabilis, trahit cum corpore, rationalis autem ad penam, vel gloriam referatur, pro meritis vtriusque. n. mori dicenda est, quae secundum Aristot. sola diuina est, & a Deo creata. Inspiraunt autem Deum in faciem hominis spiraculum vitae, non illum vtrique quem animalibus dedit. Vita calida est, & humida, singula vtrique, qui non habet terminum mortis, vnde subiungitur & factus est homo in animam viuente. Ex hinc anima & spiritus. Anima viuificatione quidem, & sensu actione descendit ad corpus, praesentia namque sua viuificat illud, & in vnum colligit, in vno tenet, differtate atque contabescere non sinit, ut congruentiam eius, ac modum sumat, non tamen vultu digne, sed et in excelsis deo gignendo, de hinc in immutabiles differentias sapientum, solum, & horum, formaruq; diuidit, & in his oibus, quae secundum naturam sui corporis sunt appetit, fugit, contra ita: itaque praesentia sua corpus viuificat, & sic colligata est ei ut nec cum velle se inde segregare possit, neque retineat, cum uisionem sui creatoris, audire. Corpus consistit ex officialibus membris, officialia ex consimilibus, consimilia ex humoribus, humores est abis, sibi ex elementis, & nihil horum est anima, sed in istis tanquam in organo agit. Quae cum temperata & ordinata fuerint, non grauat in viuificatione, & nunquam recedit anima, si vero disparata, & confusa fuerint, inuicem recedit anima, sicut trahens oia in se, & imaginariu, & in intellectu, intelligentiuam, concupiscibilitatem, & sensibilibus. Ex his secundum mentem affertur ad delectationem, sive ad dolorem. Corpus autem quod prius integrum tanquam arguam contempera sum, & dispositum, ut melos musicumq; in se contineret, & motum rescedat, nunc confusum, & inanis erectione id cetera anima vero resurgit in motu, quoniam & si organum peris, non tamen melos, & nec quod organum mouebat. Actio. De hac quoque materia copiose habetur superius, in tractatu de anima humana.

LIBER XVIII.

De Mathematica. Cap. I.



ORON. Dico, de phisica. i. natura li scientia, dicensum est de mathematica, quae (ut supponitur) dicitur esse tractata de insensibilibus, visibilibus formis, sicut phisica de insensibilibus, visibilibus causis. Quae tamen n. abstractam considerat. Nam inter accidentia oia, quantitas est, quae proxime inheret materiae, & in pluribus coicit cum substantia, vnde magis considerari potest ut per se sit, & habet propria principia per quae cognitio sci habet in abstractione. s. vnitatem, & punctum. Ictico de quantitate sunt considerationes mathematicae potius, quam de alio accidente. Quae quadrifariam sunt. Nam autem est quantitas discreti permanentis, & de hac etiam est arithmetica. De numero, autem successiuas, & de hac est musica. s. de numero sonorum, aut est quantitas continua mobilis, & de hac est astronomia, aut immobilis, & de hac geometria. Michael Scotus. Igitur mathematica

thematica subiectum est quantitas continua, & discreta. i. magnitudo. s. & multitudo. Multitudo. n. per se (ut Boetius ait) speculatur autem metrice, relata vero musica. Similiter magnitudinem immobilem declarat geometria, mobilem astrologia. Intentio igitur mathematicae est dare, certitudinem de oia magnitudine proposita, quae pertinet ad sua quaeestionem. Dicitur autem mathematica. i. abstracta. Martheus. n. Graecae, est abstractio Latine. s. fit autem abstractio sive apprehensio quatuor modis. Abstracti. n. vel apprehendit sensus formam praesente materiae, & est accidentibus, sicut visus abstrahit speciem visibilibus, & imaginatio, & praesente materia, sed tamen ab oibus accidentibus eam non fecerit. Similiter abstrahit estimatio formam non materialem, quamuis ei accidit esse in materia, sicut amicitiam, & inimicitiam, quae est in cane & lupo. Abstracti et in intellectu. i. apprehendit, formas abstractione perfecta, & nuda ab omni materia, quamuis & accidit eis esse in materia, sicut triangularem, & circulatorem. Nec curat in quo subiecto sit ista, vel cuius coloris, aut situs & huiusmodi. Sed sic ea simpliciter considerat, ut oes numeri, & oes trianguli pariter in vna diffinitione conueniant, & ita de ceteris. Hae autem scientia dicitur doctrinalis, vel disciplinalis, quia disciplinat & restringit huiusmodi temper ad vnam partem suppositi, sive vnum tunc tenet, quod demonstratiue probatur. Ob hoc et apud Arabes nominatur scientia domatrix, quia. h. haec domantur arrogant, & superbi. Sicut Logici qui solent habere viam ad vtramque partem propositi, dum id quod dicitur per figuram subiecta oculis contempantur, haec scientia post naturalem legendam est, quia naturalis considerat formam, prout est in materia. Haec autem prout est abstracta, s. intellectus, apprehensio enim sensus prior est, quam apprehensio intellectus.

De Excellentia, & utilitate Mathematicae. Cap. II.

ORON. in Arithmetica lib. r. Manifestum est autem haud quatenus in phisicae disciplinis ad cumulum perfectionis euadere, nisi cui talis prudentiae nobilitas quoddam quasi quadratio inuestigatur. Est. n. sapientia rerum, quae sunt, siueque immutabilem substantia continentur, comprehensio veritatis. Est autem illa dicimus, quae nec inuentione crescit, nec retractione minuitur, nec variationibus permuratur, sed in propria se ipse, sicut quae naturae subditis, se fixa custodit. Haec si qualitates, quantitates, formas, magnitudines, paritates aequalitates, habitudines actus, dispositiones, loca, & tetera, & quaequid adinuat quodammodo in corporibus inuenitur. Quae ipsa quidem natura incorporea sunt, & immutabilis substantia, ratione vigentia, participatione vero corporis permuratur, & recte variabilis rei inuicibilem, in constantiam transeunt. Huiusmodi igitur quae sunt proprie quae suo nomine essentiae nominantur, scientia sapientiaque profertur illa, quae est quantitas geminae (sive) vna, continua, haec est magnitudo. Alia discreti, haec est multitudo. Utraque subditus, sicut in fra dicitur. Quibus quatuor partibus si carcat inquisitor, verum inuenerit non poterit illud quoque addendum arbitror, quod cuncta vis multitudinis ab vno progressu termino, ad infinita progressio nis augmenta concreuit. Magnitudo vero a finita inchoans quantitate, modum in diuisione non recipit, infinitissima, n. sui corporis, recipit sectiones. Hanc igitur naturae infinitatem indeterminatemque potentiam philosophia sponte repudiat. Nihil, n. quod infinitum est, vel scientia posse colligi, vel mente comprehendit. Sed hinc simpliciter sibi ipsa rationibus quibus possit indagari, cem veritatem exercere soleat. Dolegit, n. de infinita multitudinis pluralitate, sicut enim minimum quantitates, Et inter mutabilis magnitudinis sectione recta, de finita sibi ad cognitionem spacia deposcit. Haec igitur illud quadratum est, quo his viuandum sit, quibus excellentior animus a nobis cum procreatis sensibus ad intelligentiae certiore perdat, sunt enim quidam gradus, ceteraque progressionum dimensiones, quibus a se edd progressionem possit, ut illum animi oculum qui (ut ait, Plato) multis oculis corporalibus saluati consistit, que sit dignior, quod eo solo lumine vestigari, & inspicere veritas queat. Hunc inquam oculum diuersum, orbemque corporis sensibus, haec disciplinae rursus illuminent.

De Speciebus mathematicis. Cap. III.

ICARDUS vbi supra. Mathematica (ut dictum est) quae est abstracta considerat. Porro abstracta, quantitas nihil aliud est, quam forma visibilis secundum lineamentare dimensionem animae impressa. Quantitas autem alia est discreta, quae multitudo dicitur, ut grex, populus, Alia continua, quae



magnitudo appellatur, vt arbor, lapis. Rursus multitudo alia discreta per se, vt duo tria, quatuor. Alia discreta ad aliud, vt sexquialterum, sexquitercium. Magnitudo vero alia immobilis vt sphaera terrae. Alia mobilis, vt sphaera firmamenti. Multitudo discreta per se inest arithmetica. Multitudo discreta ad aliud materia est musica. Magnitudo immobilis materia est geometria, mobilis autem astronomia. Sunt igitur hae quatuor species mathematicae. Arithmetica tractat de numeris. Musica de proportionibus. Geometria de spacio. Astronomia de motu. Elementum arithmeticae est unitas, musicae unisonum, geometriae punctum, astronomiae inhaerens. Itaque arithmetica est numerorum scientia, musica est plurimorum dissimilium in vnum redactorum concordia, geometria est disciplina magnitudinis immobilis, formaturque descriptio contemplatiua, per quam vniuscuiusque rei termini declarari solet. Astronomia est disciplina magnitudinis mobilis inuestigans spacia motus, & rediens celestium corporum certis temporibus. Arithmetica scriptores secularem litterarum inter mathematicae disciplinas, ideo primam esse voluerunt, quia vt ipsa sit, nulla alia indiget disciplina. Musica autem geometria, & astronomia, quae sequitur, vt sint atque subsistant, illius auxilio indigent. Alphorabius in lib. de diuisione scientiarum. Scientia doctrinalis. i. mathematica in octo partes diuiditur, quae sunt Arithmetica, geometria, scientia de aspectibus, scientia de stellis, musica, scientia de ponderibus, scientia de ingenijs.

De Primatu Arithmeticae. Cap. III.

Boetius vbi supra. Quae ex hisce prima discenda est, nisi ea quae patri principium, & matrici, quodammodo ad ceteras obtinet proportionem. Hae est autem arithmetica, hae. n. eundem prior est, non modo quia hanc ille huius mundanae molis conditor Deus primam suae habuit ratiocinationis exemplar, & ad hanc cuncta construit, quaeque; fabricante ratione, per numeros assignati ordinis inuenire concordiam. Sed & quaeque; natura priora sunt, his sublati simul posteriora tolluntur. Quod si posteriora perierint, nihil de statu prioris substantiae permittitur, vt aial prius est homine. Na si tollas aial, statim quoque; hoi natura deleta est. Si hominem sustuleris, aial non peribit. Et e contrario ea posteriora sunt, quae secum aliud quod libet inferunt. Et ea priora sunt, quae cum dicta sunt, nihil secum de posterioribus trahunt. Hoc idem in geometria & arithmetica vbi accurrere. Si. n. numeros tollas, vnde triangulum, vel quadratum, & quicquid in geometria versatur, inuenies, quae oia numerorum denominatiua sunt. At vero si quadratum, triangulumque; sustuleris, oisq; geometriae coluinae sit 3. & 3. aliorumque; numerorum vocabula non peribunt. Musica vero quam prior sit numerorum vis hinc maximeque; probari potest, quod non modo illa natura prior sunt quae per se constant, quam illa quae ad aliquid referuntur, sed et ea ipsa musica modulatio numerorum nimbus annotatur, dyatesseron. n. & dyapente, & dyapason ab accidentis numeri nimbus nuncupantur. Iporum quoque sonorum aduersum se proportio, solis, neque alijs nisi numeris inuenitur. Ipsaq; numerorum natura ois astrorum cursus, oisq; astronomica ratio constituta est, sic. n. ortus occasusq; celligimus, sic tarditates, & velocitatesque errantium siderum custodimus, sic defectus, & multiplices lunae varietates agnoscimus. Richrdus vbi supra. Prima ergo mathematicarum est arithmetica, quia in proportione in spacio in motu numerus inuenitur, sed non conuenit. In numero semper proportio, vel spacium aut motus inesse cernitur. Vnde etiam arithmetica est vna de quatuor, & aliarum trium instrumentum esse probatur.

De Arithmetica. Cap. V.

Idem in li. 3. etymo. Arithmetica est disciplina numerorum. Graeci hanc numerum rythmō dicunt. Hanc apud Graecos primum conferuisse Pythagoram autumant, & postmodum a Nicomacho diffusus esse disposita, quae apud Latinos primus Apuleius deinde Boetius transferunt. Alphorabius vbi supra. Arithmetica est scientia de numero. Numerus autem duobus modis consideratur, in se & in materia, ideoque arithmetica alia est practica, alia theoria. Practica inquit de numeris secundum, quae aliquid eius numeratus, sicut videntur eis in commercijs & negotiationibus. Theoria vero de numero, secundum quod mens percipit illum absolute abstractam ab ois motu & materia. Et considerat ea, quae accidunt essentiae illius in se, vt quod alius est par, alius impar. Quod alius est superfluum, & alius diminutiuus, & hmoi. Vtraque; et illarum habet partes suas. Practicae namque partes sunt, scientia coniungendi numeros, & sciē

ria disiungendi. Et illa quidem quae docet coniungere numeros alia est scientia congregandi, alia duplicandi, alia vero multiplicandi, illa vero quae disiungere docet, alia est scientia minuendi, alia mediandi, alia diuidendi. Scientia vero radices inueniendi sub vtraque continetur, & radix diuidendo & multiplicando inuenitur. Huius est practicae species multae sunt, alia namque scientia vendendi, & emendi, alia mutandi, & commo dandi, alia conducendi, & locandi, alia expendendi, & seruandi & aliae multae de quibus plenissime habetur in lib. qui apud Arabes Mahalehe, dicitur.

De Numero. Cap. V I.

Idem vbi supra. Numerus autem multitudo ex unitatibus constituta. Nam vnum, semen numeri esse, non numerum vult. Numero nomen dedit, & a sua frequentatione vocabulum indidit. Ratio numerorum contemenda, non est. In multis. n. sanctorum scripturarum locis, quum mysterium habeat cluere. No. n. frustra in laudibus Dei dicitur est. Omnia in mensura, & numero, & pondere fecisti. Senarius namque qui partibus suis perfectus est, perfectionem mundi, quada numerum sui significatione declarat. Similiter & 40. dies quibus Moyses, Helyas, & ipse dñs ieiunauerunt, hoc numerorum cognitione non intelliguntur. Sicut & alii in scripturis sacris numeri existit, quorum figurarum non nisi noti huius artis scientia soluere possunt. Datum est et nobis ex aliqua parte sub numerorum consistere disciplina, quae horas per eam discimus, quando mensium curricula supputamus, quando spacium anni redeuntis agnoscimus. Per numerum siquidem ne confundamur instrumur. Tolle numerum in rebus oibus, & omnia pereant, adime seculo copum, & cuncta ignorantia caeca complectitur, nec differre potest a ceteris aialibus, qui calculi nescit rationem. Boetius vbi supra. Oia quaeque; a prima re naturali constituta sunt numerorum videntur ratione esse formata, hoc. n. fuit principale in aio conditoris, ex eplara, hinc. n. quatuor elementorum multitudo mutata est, hinc temporum vices, hinc motus astrorum, celiq; conuersio. Numerus est unitatum collectio, vel quantitatis aduentus. Unitatibus profusus. Huius igitur prima diuisio est in pares, & impares. Par quidem est, qui potest in aequalia duo diuidi, medio non intercedente. Impar vero quae nullus in aequalia diuidit, eo quod in medio positus vnus intercedat. Quod si haec per alterutras species sunt discernenda, dicitur impar numerum esse, qui unitate differt a pari, vel cremato, vel diminutione. Itē par numerus est qui unitate differt ab impari, vel cremato, vel diminutione. Ido. vbi supra. Numerus autem infinitus esse certissimum est, quia in quocunq; numero sine faciendum putaueris, idem ipse non dico vno addito augeri, sed quamlibet sit magnus, & quamlibet ingentem multitudinem continens, in ipsa ratione atque scientia numerorum, non solum duplicari, verum et multiplicari potest. Ita vero suis quicq; numerus proprietatibus terminatur, vel in vna eorum par esse videtur, quae alteri possit. Ergo & dispares inter se atque diuersi sunt, & singuli quique finiti sunt, & omnes infiniti sunt.

De Principalitate unitatis. Cap. V II.

Boetius vbi supra. Omnis quoque numerus circū se positus, & naturaliter sibi met dispositione inductorum, medietas est. Et qui super duos illos sunt, qui medio iunguntur, si componunt, et ipsorum supradictus numerus media portio est. Et rursus illorum qui sunt super secundo loco iunctos, cum ipsi quoque sint compositi, prior his numerus medietatis loco est, & hoc erit vsque dum occurrerit unitas terminum ponat, vt si ponatur quinquagesimus numerus, aliter fecus circa ipsum subter quatuor inferioris, sex superioris, hi igitur si iuncti sunt facti, 10. quorum quinquage medietas est. Qui autem circa ipsos & sex & quatuor sunt. 7. & 3. idem si iuncti, si sunt totum. 5. medietas erit. Rursus illorum qui aliter fecus positi sunt, si iungantur, et hi quinquagesimus numerus duplices erant. Nam subter tres sunt duo, super. 7. sunt 8. hi igitur si iuncti sunt faciunt. 10. quorum quinquagesimus medietas est. Hoc idem in omnibus numeris euenit, vsque dum ad unitatis terminum perueniri queat, sola. n. unitas circū se duos terminos non habet, atque ideo eius quae pro se est, solius medietas est. Na iuxta vnū solū binarius naturaliter constitutus est, cuius unitas medietas est. Quare constat prima esse unitatem conditorum qui sunt naturali dispoone numerorum, & ea site totius quae proxime genitricis pluralitatis agnosci.

De Speciebus numeris. Cap. V III.

Idem vbi supra. Numerus diuiditur paribus, & imparibus. Par numerus diuiditur, in his, pariter

riter par, impar, impariter par, & est etiam impariter impar. Impar numerus diuiditur in his, primū & simpli, secundū, & compositum, tertium mediocrem, qui quodammodo primus, & in compositum, alio vero modo secundus, & compositus est. Par numerus est, qui in duabus aequis partibus diuidi potest, vt duo, quatuor, & octo. Impar vero numerus est, qui diuidi aequis partibus nequit, vno in medio, vel deficiente, vel superante, vt tria quinq; 7. & 9. & reliqui. Pariter par numerus est, qui secundum partem numerum pariter diuiditur, quousque; ad indiuisibilem perueniat unitatem, vt puta sexaginta quatuor habet medietatem trigintaduo, hic autem sedecim, sedecim vero octo, & octonarius quatuor, quaternarius duos, binarius vnū, qui singularis indiuisibilis est. Pariter impar est, qui in partes aequas recipit sectionem, sed partes eius mox indifficabiles permanent, vt sex, decem, octo, viginti, quinquaginta. Mox. n. vt hunc numerum diuiseris, in eum in numerum quem fecare in aequalia non possis. Impariter par numerus est, cuius partes est diuidi potest, vt que ad unitatem non perueniunt, vt viginti quatuor, hi. n. in medietatem diuisi 12. faciūt, rursus in aliam medietatem sex, deinde in aliam tres, & vltra diuisionem non recipit sectionem illa, sed ante unitatem inuenitur terminus quem fecare non possis. Impariter impar est, qui ab impari numero impariter mensuratur, vt 25. 49. qui dum sunt impares numeri, ab imparibus et partibus diuiduntur, vt septies septem, quadies quatuor, quinquies quini, vigies quinquies. Imparium numerorum alii simplices sunt, alii compositi, alii mediocres. Simples sunt, qui nullam aliam partem habent, nisi solam unitatem, vt ternarius solam tertiam, & quaternarius solam quartam, & septenarius solam septimam. His. n. pars vna sola est. Compositi sunt, qui non sola unitate metuntur, sed etiam alio numero procreantur, vt nouem, quindecim, & vigintiannum, vigintiquinque, Dicimus n. ter terni, & septies terni, & ter quini, & quinquies quini. Mediocres numeri sunt, qui quodammodo simplices, & in compositi esse videntur, alio vero modo & compositi, vt verbi gratia. 9. ad 25. dum comparatus fuerit, primus est, & incompositus, quia non habet communem numerum, nisi solam monadicum. Ad quidem vero si comparatus fuerit, secundus est, & compositus, quoniam inest illi communis numerus praeter monadicum. i. ternarius numerus. quia 9. mensurat ter trini, & 15. ter quini. Itē parium numerorum alii sunt superflui, alii diminutiuu, alii perfecti. Superflui sunt, quorum partes simul ductae plenitudine sua excedit, vt puta duodenarius, habet. n. partes quinquas, duodecim, quod est vnū, sextam quod duo, quartam quod tria, tertiam quod quatuor, dimidia quod sex. Vnū. n. & duo, & tria, & quatuor, & sex simul ducta sedecim faciunt, & longa a duodenario excedunt, sic & alii similes plurimi. Diminutiuu sunt, qui partibus suis computati minorē summā efficiunt, vt pote denarius, cuius partes sunt tres, decima quod est vnū, quinta quod duo, quinta quod quinq;. Vnū. n. & duo, & quinq; simul ducta octonarius faciunt, longe a denario minorē. Similis est huic octonarius, vel alii plurimi, qui in partes redacti in sua consistunt. Perfectus numerus est, qui suis partibus adimpletur, vt sexarius, habet. n. tres partes, sextā, tertiam, & dimidiam, Sexta eius vnus est, tertia duo, dimidia tres, hae partes in summam ductae. i. vnus, & duo, & tria simul eundem consumunt perfectiaturque senarius. Sunt autem perfecti numeri infra denarium sex, infra centenarium viginti octo, infra millenarium, quadringentano naga, & sex.

De Computo, & Algorismo. Cap. IX.

Acto. Computus dicitur a computando. i. numerando, vnde quilibet computatio potest dici computus large sumpto vocabulo, proprie vero computus est scientia epum distictiua secundum motu solis, & lunae, et cognitiōe eorum, quae in Calendario sunt, festorumque; mobilium. De quibus sufficiat quantum ad praesens opus ea, quae dicta sunt superius in li. de luminariibus, quae facta sunt in signa, & tempora, & dies, & noctes. De ergo computus, non quia computare tū doceat, sed quia difficultate quadam in eo computanda referuntur. Quae autem ad intelligētia computi otiumque; maiorum numerorum necessaria est scientia algorismi. Proprie minutias temporis, vel cuiuslibet alterius rei numerabilis, ad summam facilius redigendas, hic pauca de algorismi figuris breuiter annotanda sunt. Numerorum igitur alius digitus, alius articulus, alius numerus compositus. Digitus est quilibet numerus, qui potest representari per vnū cam figuram. Articulus est numerus decuplus ad aliumque. Compositus numerus est ex digito, & articulo. Ad numeros istos representandos inueniuntur sunt nouem figurae tales. i. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. quae ad differentiam Latinarum scribendae sunt a dextra in sinistram. Harum talis est lex. Quilibet in primo loco posita significat unitatem, vel unitates. In secundo denarium, vel

Speculum Doctrinale

Mensurarum pars minima coclear, quod est dimidia pars dragma, appendens siliquas nouem qui triplicatus cocculū facit. Concula dragma vna, & dimidia adimpletur. Ciatī pondus decē dragmis appenditur. Actubus quarta pars emina; est duodecim dragmas appendens. Concula emina est habens ciatos sex. Emina autem appendit librā vnam, quę geminata sextaria facit. Sextarius duarum librarum est, qui bis assumptus nominatur bilibris, assumptus quater fit Græco nomine cenix. Quinquies complicatus quinquarū sive gomor facit, adijce sextū congiū reddet, a cogiendo. i. per augmentū crescēdo vocatur, vñ postea pecunia beneficij, gratia dari cepta, congiariū appellata est. Congiariū autē species liter mensura est liquidorū. Metreta est mensura sigdorū, metruū ad oēm mēsurā dī. Sed idē hoc nomē sp̄siter sibi assumptū, quod sit mensura perfecti numeri. idenarij. Modius dicitur ab eo quod sit suo modo perfectus. Est autē mensura librarum quadragintaquatuor. i. sextariorū vigintidiorū. Cuius numeri causa inde tracta est, q̄ in principio Deus vigintiduo opera fecerit. Nam prima die vii. opera fecit. i. materiam informem, angelos, lucem, cęlos superiores, terrā, aquā, atque aerē. Secunda die firmamentū solum. Tertia die quatuor maria, scilicet mina, sationes, atq; plantaria. Quarta die tria Solē, Lunā, & Stellā. Quinta die, tria pisces, & reptilia aquarum, & volatilia. Sexta die quatuor bestias, pecudes, reptilia terrę, & hominē. Et facta sunt omnia viginti duo genera in diebus sex. & vigintiduo literarum sunt elementa quibus constat diuina le gū doctrina. His igitur exemplis modius vigintiduum sex variorū a Moyse secundum sacre legis mensurā efficitur est. Statum genus est mensurę iuxta morē prouincie Palestine, vñ vñ & dimidium modium capiens, cuius nomē ex Hebręo sermone tractum est. Satum. n. apud eos nominatur sumptio sive eluatio, eo q̄ qui metitur, exinde mensurā sumat ac ele uet. Hęc & aliud latū mensurā sextariorū vigintiduoū capax quasi modius. Batus vocatur. Hebraica lingua, olearia mola, quę habetur apud eos, vel bata nominatur, capiens quinquaginta sextaria. Quę mensura vna mole vice protecit. Amphora Græcę a figura sua dī, q̄ eius ansę geminatę videantur aures imitari. Respicit aut vni, vel aquę, pedem qua dratum. Frumenti vero modios Italicos tres. Cadus Græcę amphora est, continens vinas tres. Vna autē mensura est, quę quidam quatuor modios, proprie autem vna vas, quę pro rōndendis defundtorum cineribus adhiberi solet, de quo poe ta. Ozio tegitur, qui non habet vnam. Medimna est mensurę quinquę modiorum. i. dimidia eo, q̄ quinquę modijs metiatur, qui est dimidijs numerus a perfecto denario. Artabo apud Aegyptios sextarijs. lxxij. continet. propter. lxxij. linguas, quę orbem impleverunt. Gomor. xv. modiorum onus appendit. Chorus. xxx. modijs adimpletur, hic Hebraico sermone descendit, qui vocatur choris a similitudine collis. Choria. n. Hebraicę colles appellantur. Coaceruati enim modij triginta instar collis videntur, & onus cameli efficiunt.

De Scientia perspectiua. Cap. XLIII.

Alphorabius. Scientia de aspectibus inquirat, de eisdem de quibus est Geometria. s. de figuris magnitudinibus, sitibus, ordine, æqualitate, inæqualitate, & huiusmodi, sed ita vt sunt in lineis, superficiebus, & corporibus absolute. vnde speculatio Geometrię communior est quàm istius, sed quauis, idem de quo hæc tractat in eodem de quo illa, tamē ista non est superflua sed necessaria. Nam ea quę necessario probauit Euclides esse quadrata, cum ad ea respicitur ex ali qua longitudine videntur esse concurrentia, & æqualia videtur inæqualia, & e conuerso. Ex his enim quę sita sunt in vna superficie, quedam apparent inferiora, & quedam altiora. Et ex his quę sunt prima, quedam videntur posteriora & e conuerso. Qua propter necessaria fuit hæc scientia, qua descernitur inter id quod apparet in visu, aliter quā sit, & illud quod apparet ita vt est, assignat enim quibus de causis ista fiant, & hoc demonstrationibus necessarijs. Docet etiam quibus modis visus errare potest, ad hoc vt non erret, sed deprehendat vt est omne ad quod aspicit, docet enim appropinquare altitudines arborum, & parietum altitudines, & profunditates fluminum, altitudines quoque montium, quatenus cadit visus super fines eorum, deinde vero elongatione corporum cęlestium, & quantitates eorum, & omne illud ad quod pertineri potest, ex reflexione visus aspicientis, & quod quicquid videtur

detur non videtur, nisi radio penetrante in aera, vsquequo cadat supra rem, ad quam aspiciatur.

De Radijs visualibus, & de speculis. Cap. XLIIII.

Adij quidem corpora perua, penetrantes vsque ad illud quod aspicitur, aut recti sunt, aut reflexi, aut refracti, aut fracti. Recti sunt, qui cum egrediantur secundū rectitudinem sui vitus progrediuntur vsque penetrant, & finiuntur. Reflexi sunt, qui cum a vitu prodire incipiunt, ante quam penetrant obuiat eis speculum, a quo reflectuntur oblique ad partes laterū speculi, deinde extenduntur in latū ac reflectuntur eundo ad id, quod est inter manus aspicientis. Conuersi vero sunt qui eadem via qua prius inesserunt, a speculo redeunt, quouque cadant supra corpus eius a cuius visu exierunt, vnde videt seipsum homo cum illo eodem radio. Fracti vero sunt illi, qui a speculo redeunt, ad partes aspicientis, a cuius visu exierunt, extenduntur flexuose ab eo ad vñ laterum eius, & cadunt super id quod est in aliquo laterum eius. Et medium quidem inter visum, & illud quod aspicitur, sive speculum, omnino sunt corpora perua, vt aer, vel corpus caeleste, vel aqua, vel vitrum. Scia vero de aspectibus, inquit de omni quod videtur, & de omni quod hys radijs in vnoquoque speculorum aspicitur, vnde ipsa in duas partes diuiditur, quatuor prima est inquisitio de eo, ad quod aspiciunt, cū radijs rectis, secunda de eo ad quod aspiciunt cum radijs ob rectis, & hæc dicitur proprie scientia de speculis. Actor. Item de speculis habet superius. iiii. lib. vbi dicitur est, de Iuda. i. arcu cęlesti.

De Astronomia. Cap. XLV.

Richardus vbi supra. Astronomia est disciplina magnitudinis mobilis, inuestigans spacia motus, & redius cęlestium corporum certis temporibus. Hęc omnia mathematici postrema est ordine, sed loco superior, & excellenti dignitate, quia cum ceteris tres quodammodo inferior ver sentur. Hęc sola cęlestium dispositionem inuestigandam atque tractandam suscepit. Astronomia diuiditur in duas species. s. in sphericam, & gnomonicam. Spherica cęlestium corporum spacia, situsque considerat. Gnomonica motum attendit. Iſido. vbi supra. Astronomia est astrorum lex, quę cursus syderū, & figurarū, & habitudines stellarū circa se, & circa terrā indagabili ratione perscrutat. Astronomia primi Aegyptij inuenerunt, Astrologiam vero & naturitatis obseruatiā Chaldei primi docuerunt, Abraam autem instruxit Aegyptios astrologiam. Iosephus autor asseruerat Astronomiæ ratio modis pluribus constat, diffinit enim quid sit mundus, quid cęlum, quid sp̄s iterę situs, & cursus, quid aera cęli & poli, quor sit climata cęli; qui cursus Solis, & Lunę, atque astrozum. Actor. De his iam supra diximus in operibus Dei secunde, & quartę dici.

De Differentiis inter Astronomiam, & Astrologiam. Cap. XLVI.

Richardus vbi supra. Inter Astronomiam, & Astrologiam hoc interesse videtur, quod Astronomia de lege astrorum, & conuersione cęli discit, regiones, circuitos, ortus, & occasus syderum, & cur vnumquodque ita vocetur inuestigans. Astrologia vero astrā considerat secundū naturitatis & mortis, aut aliorum quorūlibet euentuum, obseruantiam. Que partim naturalis est, partim superſticiosa. Naturalis est in complexionibus, vt est ægritudo, sanitas, stilitas, tempestas, serenitas, quę secundum superiorum contemperantiam variantur. Superſticiosa vero in contingentibus, hoc est in eonstellationibus constat. Et hæc partem tractat maghematice, qui interpretantur vani. Alphorabius vbi supra. Igitur scia de stellis duplex est, vna est de stellarum significatione. s. de eo q̄ significant quod futurum est, & de quibusdam præsentibus, & de præteritis. Et hæc dī Astronomia, Alia est scientia doctrinalis, quę inquirat de cęlestibus corporibus, & de terra secundum tres summas. Prima est de numeris, & figuris, & ordinibus eorum, & de quantitatibus ipsorum corporum, & de sitibus ac proportionibus eorum adinuicem, & de quantitatibus elongationum earundem adinuicē, Et quod in totalitate terrę non est motus localis. Secunda est de moribus cęlestium, quor sit, & quod omne speciesi sit, & quis sit communis omnibus stellis. Deinde de moribus proprijs stellarum, & quor sit species motus, vnicuique

earum, & partes ad quas mouentur, & secundum quam partem Docet etiam viam ad comprehendendum cuiusque stel le, locum ex parte signorum in vnaquaque hora. Inquit iterum de omnibus quę accidunt cęlestibus corporibus, & de eclipsi Solis, & Lunę & ortu, & occasu & huiusmodi. Tertia inquirat de terra, & eius habitabili parte, & ostendit quę sit illud q̄ inhabitatur ex ea, & quor sunt eius partes magne, & quę, & quor sint climata, & vbi sit locus habitationis, vel situationis cuiusque, & quā diuersa resoluto diei, & noctis; propter terrę situm, & quod in diuersis locis sunt ortus, & occasus diuersi, & longitudo dierum & breuitas noctis & his similia. Hęc est igitur summa, quam hæc scientia compræhendit, & vocatur Astrologia.

De Qualitatibus, quę planetis effectibus non proprio attribuantur. Cap. XLVII.

Actor. De his quę pertinent ad considerationē astrologi multa iam superius diximus, hic autem de astronomia sicut, & de ceteris scientijs pertractantes, tanquam occasione inuenta, pauca tantum de proprietatibus planetarum eo quod secundum eorum situs ac dispositiones inferiora quęque corpora disponuntur, breuiter inferamus. Ex di-ctis cuiusdam astrologi. Quasiuisit quid sit proprius effectus vniuscuiusque planetę. Ad quod respondeo quam bre uite potero, narratione compræhendens vniuscuiusque planetę quosdam effectus proprios, secundum quod philosophi inuenerunt eos certis experimentis, & rationibus necessarijs inuestigando. Dico igitur quod Sol est calidus, siccus, igneus colericus, masculinus, aureus, regnandi cupidus, auri ambiciosus, amans mundiciam, grauis in eloquio, magnificus, carnosus, pulcher facie. Has proprietates attribuit philosophi Soli, & similiter ceteris planetis, vnicuique suas, non quia tales proprietates insunt, vel inesse possint cęlestibus substantijs, cum non participant contrarietate nec sexuū diuersitate, nec affectionum animi mutabilitate, sed quia cęlestia corpora sunt efficiencia, & significant tales proprietates, & earum renouationes, & defectiones in rebus mutabilibus mundi inferioris alterabilis, & secundū omnes partes sui corruptibilis. Oīa, quę renouantur in mūdo inferiori, præter ea q̄ causantur a superiori facie, omnis nostrę habent suas eis efficiencias in mūdo superiori, inalterabili, & incorruptibili. Cuius demū rō est, qm̄ omne, quod est, prius est in potentia, & deinde exit in actum. Itē quod exit in actū, vel inesse actualē exit de potētia ad effectum. Quapropter omnia renouata in mundo inferiori, cum fuerint potentia priusquam actu, per actuale aliquid quod est semper vno modo in se, sed comparatione ad effectum aliter se habens, accessit eis prodire in effectum, omnia autem corpora cęlestia sunt semper vno modo in seipsis se habentia, renouantia, solum, cōm parationes singulas ad ea, quę sunt in mundo inferiori. Nec reperitur in vniuersitate mundi sensibilis aliud a corporibus cęlestibus sic se habens. Manifestum est igitur, quod omnia renouata in mundo corruptibili, per virtutes cęlestium corporum renouantur.

De Proprijs effectibus Solis. Cap. XLVIII.

Sol igitur virtute sua calefacit, & desiccet mundum inferiorem, & generationis causa est in nascētibz vegetabilibus, & animalibus, & augmentat in natis calorem, & spiritū vitale. Cuius significatio est, quod cum incipit ascendere a tropico hiemali, per punctum vernalem, in tropicum æstiuum renouatur generatio in terrę nascētibz, & animalibus plerisque, & vigoratur vis augmentatiua, vnde ipse est significator vitę animalis, quę viger per calorem temperatū. Cum vero recedit a nobis corrumpuntur pleraque terrę nascētia, & animalia, & debilitatur vis augmentatiua, & nutritiua propter defectum caloris vitalis, & superabundantiam frigiditatis destruentis. Experimentis igitur sensibilibus scitur, quoniam sol est effectiue calidus & siccus. Ex hoc sequitur quoniam ipse sit igneus, & etiam quod colericus. Id enim est colera in homine, quod ignis in mundo, & idem effector & significator vtriusque. Cum caliditas etiam sit qualitas aſtiua, & maritas sit per actiuitatem, feminitas vero per passibilitatem, patet quoniam sol est effectiue masculinus, Sol quoque virtute sua mouet sumum sulphureum, mundum, & commiscet cum argento vno mundo, & decoquit ea calore temperato, & sic efficit aurum. Nihil enim est aurum, nisi fumus sulphureus mundus commixtus argento vno, decoctus calore temperato. Quod autem hæc operatio sit a virtute Solis, sci

per hoc quod in locis quibus presertim sol, & in annis in quibus dominatur sol magis abundat mineræ aureæ. Quod effectus animarum tribuuntur planetis, intelligendum est de affectibus quos habet homo per naturam, & non ex conuictu aut consuetudine, aut philosophia. Nā affectus naturales causantur ex planetis, quia planetæ sunt affectores, & motores spirituum mouentium. Secundū quoque affectus animi mouentur spiritibus, & secundum motus spirituum mouentur affectus Verbi gratia. Cum irascitur homo accenditur sanguis, & spiritus qui sunt in corde, & feruntur spiritus sese impellentes & supra seipsum impetuose inundantes, & cū talis fuerit motus in spiritibus causa aliqua extrinseca erit in affectu, nisi refrenetur per bonos mores. Similiter in omni affectu animi est motus spirituum appropriatus illi affectui, quem motum est in natura, & significat planeta aliquis. Nam scitum de vnoquoque planeta, quorum affectum, & cuius figura corporalis sit significatur, per hoc quod considerauerunt philosophi dominium planetarum in horis natalitatis, & inueniunt semper in nato sub dominio Solis affectus iuuuiales, & figurā corporalem vniuersalem, secundum rationes quas supra diximus, & similiter in natis sub reliquis planetis inueniunt affectus, & figuras, quos reliquis planetis assignauerunt.

De Proprijs effectibus caterinæ, & haereticorum. Cap. LXII.

Reliquorum planetarum proprietates (vt vitem prolixitate) absque expositione narabo. Quia perito in natura, & astronomijs sufficiunt, quæ dixi in exponendis proprietatibus Solis, ad exponendam proprietates reliquorum. Est igitur Saturnus essentialiter frigidus, siccus, accidentaliter tamen humidus & terreus, melancolicus, plumbeus, obscurus, amans vestes nigras, tenax, religiosus, agriculor. Iupiter est calidus, humidus, temperatus, acutus, dulcis, sanguineus, flagneus, sapiens, gaudens, liberalis, eloquens, amans vestes pulchras, rubens & pulcher facidi terā prospiciens. Mars est calidus, amans militiam, & castra, pugnas, & cædes turpes, malignus, in composus. Venus est frigida, humida, temperata habet de metallis latonem, sordidiora, amans vestimenta ornata, & redimicula aurea, & argentea, & cunctas gaudia, & id eos, & ipsa est lasciuia, dulcis loquax, palchra, ocellis, & super ciliis, iudens compositione formæ, corpus habens lepore, plentia carne, mediocriter fatura. Mercurius est calidus, siccus, sed quia siccitas eius est multum pascua, ipse est frigidus cum frigidis humidus cum humidis, & cum omni planeta conuersibilis in suas qualitates, habens in metallis argenti, & aurum, & eloquens, ingenuus, iudens, amans scientiam, & cunctas artes, & diuina rationes, corpus habens gaudia, labia subridens, & in plerumque statum. Luna est frigida, humida, slogmatica, sordidiora, argentea, mediocriter superciliois, & infertioris, amans geometriam, & quicquid est astinet, & cunctas facies, mediocriter fatura.

De Comparatione omnium planetarum ad vnum generum. Cap. LXIII.

Subdistinguitur est vtrum omnes planetæ sint scilicet vni efficiens ad generationem vniuersalemque, vel possit vnus alterum per se huiusmodi efficiere. Ad quod respondeo, quod omne quod efficitur in mūdo inferiori, ab omnibus planetis efficiunt, & omnes participant in efficiendis vniuersalemque effectibus, & est participatio eis in efficiendis singularibus alicuius speciei imago aliqua celestis, planetæ namque sunt effectores & etiam significantes. Vniuersales vero causæ non efficiunt participatè alicuiusmodi, nisi cum eis participat in efficiendo alicuiusmodi, & etiam significantes speciem, specialissimarum autem diuersitatis. Demonstratio autem, quod omnes planetæ sunt scilicet vni efficiens, & non possit alicuius illorum per se agere in hoc inferiori, hæc est, quod virtus inferioris nõ agit, nisi per virtutem superiorum, & duo quæ distat, alicuiusmodi medijs naturaliter interpositis, non agunt, vel participat ad inuicem absque medio. Propter hoc nullus planeta inferior potest agere in hoc terrena, nisi mediante suo inferiori. Vnumquodque igitur in mundo inferiori effectum ab omnibus planetis efficiunt, dicuntur tamen proprie effici ab illo planeta, qui est efficiendo maioris virtutis.

De Ordinatione motuum eorum. Cap. LXIV.

Terio quæsitum est, vtrum in motibus planetarum sit ordinatio. Quam quætionem quoniam est ambigua diuido. Potest enim hæc quæstio querere, an in motibus ipsorum ceciderit prius & posterius in tempore, quod vnus planeta prius tempore motus fuerit quam reliquis, vel potest querere an motus vnus sit natura prior motu alterius, vel potest querere an motus ipsorum sint ordinati ad inuicem, secundum proportionem motus commensuratas. Si queritur primum, dico quod omnes simul inceperunt moueri, omnes in sphaera simul tempore creatæ erant, & in creatione moueri ceperunt. Si queritur secundum, dico quod omnis planetæ scilicet est superior in sua, sic est prior natura, & motus superioris, natura prior, motu inferioris, non enim mouetur inferior, nisi participans virtute superioris. Si vero queratur tertium, dico quod in illorum motibus est ordinatio proportionum. Alter enim non est mundus aptissime, & pulcherrime compositus.

Vtrum motus vnus possit impediri per motum alterius. Cap. LXV.

Varo quæsitum est vtrum motus vnus planetæ possit impediri per motum alterius. Ad quod respondeo, quod in corporibus, celestibus non est contrarietas, in obedientia, vel violentia, nec obuiant sibi inuicem celestibus corpora, quare nulla modo possunt se ad inuicem perpedire in mouendo. Si autem intendat hæc quæstio querere, an effectus vnus planetæ impediat per alterum, manifestum, quod iam hæc est verum, quia cum alium planetæ opponitur planeta sibi contrarius, aut ei coniungitur, aut respicitur a trino, & quarto, vel sextis aspectibus, impedit opus alterius. Verbi gratia. Cum Saturnus opponitur Marti in relatione anni, aut coniungitur ei secundum aspectum aspectus & presertim Mars anno, dirimitur calor, qui ex virtute Martis se deberet pronuntiare in eodem anno. Vtrum motus planetarum sit circularis. Hanc quætionem determinat Aristoteles in libro de celo & mundo, & hæc quæstio non est quæstio, sed est supposito in Astronomia. Huius autem demonstratio apud Aristoteles hæc est. Simplicis corporis simplex est motus, omnis autem motus simplex, aut est circularis, aut rectus. Igitur si motus est motus corpora simplicia aut circulariter, aut recte mouentur sed non mouentur in rectis, quæ est quæstio, participat contrarietate, & est corruptibile. Planetæ vero non participat contrarietate igitur circulariter mouentur. Vltimo quæsitum est quæ planeta sint natura dissolubiles, & quæ respondeo, Augustino, quod non solum planeta sed etiam omnia elementa ex se ipsa sunt dissolubilia, & corruptibilia. Cuius ratio est, quæ est quod est de natura sua facit per se in suam originem, omnis autem creatura est ex nihilo, quare per se ipse eius est in nihilum. Verumtamen diuino hunc terminum dissolubile, siue corruptibile, dicitur enim corruptibile quod ex se ipso habet possibilitatem ad corruptionem, & sic est omnis creatura corruptibilis. Nulla enim creatura ex se ipsa est incorrupta, cum solum ipsum eius primum est, & per se sit. Quapropter omnis creatura ex se ipsa est corruptibilis, & ad corruptionem est possibilis. Dicitur enim corruptibile, quod ex se ipso habet necessitatem ad corruptionem, & sic dicitur omne, & solum corruptibile, quod participat contrarietate naturali, bonitas autem conditoris, & sapientia eius, & potentia sunt immensa sunt, quod vnumquodque, sicut in opinione, quod ei est possibile, nisi ipsum voluntate a conditoris bonitate se subtrahat. Est autem melius est, quam non esse, & esse perpetuum, quæ esse temporale, propterea vnumquodque quod non habet in se necessitatem ad corruptionem, nec voluntate a conditoris bonitate se subtrahat, a conditoris bonitate seruatur in esse se perpetuo.

De Scientia de ponderibus. Cap. LXVI.

Alphorabius vbi supra. Sequitur scientia de ponderibus, & ponderosa duobus modis consideratur. secundum quod mensurantur, & secundum quod cum eis mensurantur. Ita doctrina de ponderibus consideratur ea secundum quod mouentur, & inquitur de principijs, & instrumentis, quibus eleuantur graui, vel per quæ de loco ad locum permittuntur. Istud lib. xvj. etym. Ponderum ac mensurarum iuuat cognoscere modum. Nam oia corporalia (sicut scriptum est) a summis vique ad ima, in mensura, & numero, & potere disposita sunt atque

atque formata. Cunctis enim corporeis rebus pondus natura dedit, sicut quæ regit oia pondus, & ponderibus suis terra librata dependet. Primum Moyses (qui omnes antecedit gentiliū philosophos ipse) nobis & numeros, & mensuras, & pondera diuersis scripturæ suæ locis enarrauit, primus Sydon Aregius ponderum rationem in Græcia constituit. Et licet alij antiquiores exiterint, sed iste hac in arte experientior fuit, aliorum quidem & narrationem memorari necesse est: sembre res vnicuique certi ponderis modum, nominibus proprijs, & characteribus designatum. Pondus dictum eo, quod in statera librata vna pendat, hinc & pensum. Abusue aut pondus, libra vna est, vnde et dipondius dictus est, quasi duo pondera. Trutina est gemina ponderum lance æquali examina pendens, facta pro talenta, & centenaria appendenda, sicut momentana, pro parua, modicaque pecunia. Hæc est statera nomen ex numero habens, quod duobus lancibus, & vno in medio stilo librata æqualiter stet. Examen est stili medium, quo trutina statera regitur, & lance æquantur, vnde & in lancis ammentum dicitur, vnicuique æquum ponderi certus est modus, nominibus proprijs designatus. Calculus minima pars ponderis quarta pars oboli est, constans lentis geminis granis, appellatur aut calculus, quod sit parvulus sicut & lapis calculus, qui ad eum minimus est, vt sine molestia sui calcetur. Siliqua vicefima quarta pars solidi est, ab arbore cuius semen est vocabulum tenentur. Kerates oboli pars media est, habens siliquam vnus semis. Obolus siliquis tribus appenditur, habens Kerates duos, calcos quatuor. Fiebat enim olim ex ære ad instar sagittæ, vnde & nomen a Græcis accepit hoc est sagitta. Scripulus sex siliquarum pondere constat.

Abus de ponderibus. Cap. LXVII.

Ragma octava pars vniciæ, & denarij pondus argentei, tribus constans scripulis, id est decem & octo siliquis. Denarium autem dictum, quia pro decem nummis imputatur. Solidum nuncupatum, quia nihil illi desse videtur, solidum veteres integrum dicebant, & totum. Proprie quoque nomen istius vocatur, pro eo quod nominibus principum effigijque figentur, ab initio vero vnum numisma, vnus argenteus erat. Solidus apud Latinos alio nomine sexula dicitur, quod sexuita complectatur, hunc vulgus aureum solidum vocat. Cuius tertiam partem ideo dixerunt tremissem, eo quod solidum faciat tremissem. Sexula bis assumpta duellam facit, vt posita staterem integram reddat, stater autem medietas vniciæ est, appendens aureos tres, vnde & vocatus stater, quod tribus solidis stet, hic & semiantia, quia semis habet de vniciæ, hic & semis quia ponderis semis est, quasi semis assis. Quadrans quidem, quia vniciæ quartam partem appendat. Sicel qui Latino sermone, sicut corrupte appellatur, Hebræum nomen est, habens apud eos vniciæ pondus, apud Latinos autem, & Græcos quarta pars vniciæ est. Vniciæ dicta, quod vniciæ sit minorum ponderum vniciæ vinciat, complectatur. Constat autem dragmis octo, scripulis xxiij. Quod proinde legitimum pondus habetur, quia numerus scripularum eius, horas diei, noctisque metitur, vel quia libram efficit duodecies computatus. Libra xii. vniciis perficitur, & inde habetur perfecti ponderis genus, quia tot constat vnicijs, quot mensibus annus. Dicta autem libra, quod sit libera, & cuncta inter se pondera prædicta concludat. Minoria ponderibus centum dragmis appenditur, & est nomen Græcum. Talentum summi esse pondus perhibetur in Græcis, nõ nihil est calco minus, nihil talento maius, cuius varium apud diuersas gentes pondus habetur. Est autem triplex, minor quinquaginta, medius septuaginta duarum librarum, summus centum viginti constat.

De Scientia ingeniorum. Cap. LXVIII.

Alphorabius vbi supra. Scientia de ingenijs est scia cogitandi, qualiter quis conuenire faciat illa oia, quorum modum declarantur, ac demonstrantur in doctrinis conuenire inquam in corporibus naturalibus, in acceptione & sita coru in actu. Oia enim scia non considerantur lineas, superficies, corpora & reliqua, nisi secundum quod intelliguntur in a corporibus naturalibus separata, sed quia nos vsu istoru indigemus, volunt ea aduare & præsentare in actu in corporibus naturalibus, & sensatis artificijs in ingenio aliquo modo propriatur coru acceptio. Scia vero ingenioru docet modos excogitandi & adinueniendi qualiter secundum vnus numerum corpora naturalia coaptentur per artificij, ad hoc vt vnus quæ quærimus, ex eis proueniant. Ex his est ingenium geometricum ad mensurandum

randum corpora. Ingenium quoque instrumentorum, de arte eleuandi, & instrumentorū miscorum, ac plurium artium mechanicarū, vt arcuum, vel armostru. Sic & ingenium spectua le secundū artem, quæ dirigit vsum ad cõprehendendum veritatem reru remotarum. Et ingenium de arte speculorum, em qu reddunt radios ita, vt reflectant eos, aut conuertant, aut frangant. Ingenios quoque de arte ponderum rationabilium instrumentorum, secundum artes plurimas. Hinc ergo sunt causæ, & scientiæ ingeniorum, quæ principia sunt artium ciuiliū practicarum.

De Metaphisica, & eius excellentia. Cap. LXIX.

Risk in Methaphisica veteri li. j. Methaphisica scia est ad necessaria. ad aliaru sciarum necessitatem, sicut dyalectica & sophistica ad introductionem, ipsa est prima philosophia, maximeque subtilis est, quia maxime subtilia sunt principia & causæ pp hoc n. & ex eis alia cognoscuntur, non econuerso. Tunc aut scie dicimur vnumquodque: cum primam opinamur cognoscere. Hæc itaque sola sciaru liberalis est, quia sola sui ipsius gratia est, vnde iuste non humana existimatur, illius possessio, sed diuina. Multipliciter enim humana natura ancilla est, Deus autem & causatur omnium principiu quoddam est, & hanc sciam aut solus, aut maxime habet: hæc igitur potior nulla est. Idem in iij. lib. Hanc ergo vocare sciaru sapientiam congruit, secundum quod princeps est & potentissima, cui alias scientias vt famulas non contradicere iustum est, huius namque gratia sunt alia. Idem in nona lib. j. Vnusquisque igitur hominum, aut nihil de veritate cõprehendit, aut modicum, difficilis enim est eius consideratio, nõ quidem pp res, sed pp nos. Dispositio namque intellectus in anima, apud illud quod est in natura manifestum, similis est dispositioni oculorum vespertilionis, apud lucē solis. Rectum est autem philosophia vocare sciam veritatis speculatiua, quia speculatiua finis est veritas, practica vero opus. Operantes enim licet considerent in eo quod agunt, non tamen perferunt de ea pp se ipsam, sed respectu eius quod agunt. Nos aut veritatem nõ scimus absque eo, quod sciamus eam illius. Manifestum est autem, quod res habet sui principiu & quod causæ reru oia non sunt infinite, neque secundum rectitudinem, neque secundum speciem. Vt species caru sit plura numerari possit. Impossibile enim est secundum naturam, vt aliquid ex alio sit in infinitum. Necesse est enim vt prius sit cã eius quod est post. Quæpp necesse est, si res aliqua non fuerit potentia, vt vilioret nõ sit oino cã. Itaque si causas infinitas faciunt, naturam boni destruant. Dignu est aut in prima philosophia pericratur de oibus, cõtinet enim oia principia, & ea quæ sunt potentia. Auicenna Methaphisica sua. Scia diuina est scientia de rebus separatis a materia, termino, & diffinitione, sic dicta a parte digniore, quæ est finis eius, hæc est cognitio Dei. Multæ namque res appellantur ab eo quod est dignius. In hæc scia queritur de primis causis esse naturalis, & esse doctrinalis, & eius quod pendet ex his, & de causa caru, quæ est Deus excelsus. Hæc est prophetia prima, quæ facit acquirere certificationem principiorum aliaru sciarum, & ipsa est certissime scia. Cõtat aut cum dyalectica simul, & sophistica, quia de eo quod in hac acquiritur nulla singulariu sciarum tractat, nisi dox prædicte. Differt et ab vtraque quæ illæ loquuntur de compositionibus singularium scientiarum, hæc autem non, quoniam ipsa est prima philosophia. Differt etiam in topica, quia ipsa non facit certitudinem, sed acquirit opinionem. A sophistica quoque per se differt, quia hæc querit ipsam veritatem, illa vero apparentiam. Michael Scotus. Dicitur etiam hæc scientia diuina, quia de rebus diuinis, & spiritualibus tractat. Dicitur & prima philosophia, quia ceteris philosophiæ partibus altior est. Dicitur etiam Methaphisica, quia supra physicam est. i. scientiam naturalem. Legendæ est aut post naturalem, & doctrinalem, quia multa de his in ista conceduntur, quæ in illis approbata sunt.

De Partibus Methaphisicæ. Cap. LXX.

Alphorabius in lib. de diuisione scientiarum. Scientia diuina diuiditur in tres partes, prima inquit de essentialibus, & de rebus, quæ accidunt eis em quod sunt essentialia. Secunda de principijs demonstrationu in scientijs speculatiuis particularibus, scilicet de principijs dialecticis, & naturalis sciaru sciarumque doctrinalium. Inquit etiam verificationem earum, & substantias, atque proprietates, & destruit errores antiquorum. Tertia de essentialibus, quæ nõ sunt corpora, nec in corporibus, & probat quod sunt essentialia, deinde quod plures sunt, & quod sint, deinde quod sint inæquales, & quod secundum multitudinem surgunt de minore ad perfectionem, vel ad perfectiorem, quousque perueniant ad extremum perfectum, quo perfectius



Etius nihil esse potest, nec ei potest aliquid esse simile, nec equaliter, nec contrarium, nec praecedens. Ipsum est esse, quod impossibile est acquiri ab aliqua re, & omnia reliqua posteriora sunt ab illo in esse. Ipsum est esse primum, quod confert esse ei, quod est prae ipsum. Ipsum est primum unum, quod unitate confert ei quod est prae ipsum. Ipsa est primum verum, quod veritate omni habenti, ipsam confert. Immo ipsum est quod supra omnia dignum est nomine, & significatione vniuersi, & entis, & veri, & primi. Deinde ostendit, quod illud quod terminus est istarum proprietatum, debet credi quod sit Deus, cuius gloria sublimis. Postea docet qualiter essentiae proueniunt ab eo, & qualiter adeptae sunt esse ab illo. Deinceps inquit de ordinibus essentiarum, & qualiter adueniunt eis illi ordines, & qualiter vnaqueque materiae esse in ordine in quo est, & qualis est illa connexio earum adiuuata, & quibus rebus fiat. Deinde progreditur ad reliquas operationes Dei, comprehendendas in essentia, quousque coplear omnes illas, ostendens etiam in nulla earum esse defectus, neque discordiam, neque multum, neque diminutionem, neque superfluitatem. Postea vero destruit errores quorundam de Deo, & operationibus eius, & essentia quas creauit. Michael Scotus. Diuina scia diuidit in quatuor partes, quarum prima est de diuisionibus entis, secunda de principiis scientiarum, tertia de intelligentiis, quarta & vltima de Deo. Haec quatuor partes continentur in Metaphysica Aristoteli, & Auiemae, & in Algazel, & in Auicenne.

De Villitate eius, & ordinatione. Cap. LVIII. Vicenna ubi supra. Vtile quidem in se est occasio, quae per se ducit ad bonum. Villitas autem est intentio quae de malo perducit ad bonum, & oes quidem sciae concitant in vna villitate, quae est acquisitio perfectionis aeternae humanae, in effectu praeparantis eam ad futuram felicitatem. Cuius autem in principijs sciant inquirunt de villitate earum non est intentio illa nisi ad hoc perueniendi, sed inuicem se adiunad, ad hoc ut certius efficiatur alia scia. Et secundum hanc intentionem villitas dupliciter dicitur, vno modo absolute, scilicet ut sit adducens ad certitudinem alterius sciae, quousque; modo alio modo minus coeter. scilicet ut sit adducens ad excellentiorem, quae est sicut finis. Si igitur accipiamus villitatem absolute, profecto scia hae villitatem habet, si vero minus coeter adeo certe alia est, hae scia, quae non dignatur vtilis esse caeteris, sed caetera potius ad eam viles sunt. Post naturalem quidem, eo quod multa, quae conceduntur in ista, iam probata sunt in naturali, sicut generatio, & corruptio, & alteritas & locus, & tps, & quod omne quod mouetur ab alio mouetur, & quae sunt ea quae mouentur ad primum motorem &c. Post disciplinales vero, quoniam intentio vltima in hac scia est cognitio gubernationis Dei altissimi, & cognitio angelorum, & ordinum eorum. Cognitio quoque ordinationis in compositione circulosi, ad quam sciam impossibile est perueniri, nisi per astrologiam, ad scientiam autem astrologiae perueniri non potest, nisi per cognitionem arithmeticae & geometricae. Musica vero, & particularis disciplinalium, & morales, ac similes consequentes sunt, & non necessariae ad hanc scientiam.

De Subiecto Metaphysica. Cap. LIX. Michael Scotus. Huius sciae subiectum est ens, non Deus vel quatuor cause, sicut quidam crediderunt. Teste. n. Aristotele, nulla scientia subiectum suam inquit. In hac autem quaeritur de Deo, quid sit, & similiter de causis, & id non possunt esse subiectum eius. Materiam siquidem non oportet quaerere an sit, vel quid sit, inconueniens enim est, ut aliqua scia materiam suam stabiliat. Intentio tamen huius scientiae est dare certitudinem de rebus, quae continentur in praedicis quatuor partibus. Algazel. Diuinae scientiae subiectum est id, quod est coius oibus. Lens simpliciter, vel absolute. Quae autem in ea quaeruntur esse sequentia sunt ipsum esse in quantum ens tamen. Haec sunt substantia, accidens, vniuersale, singulare vnum, multum, causa, causarum, potentia, effectus, conueniens, inconueniens, quid dicitur, vel quid necesse est esse, & quid possibile, hae enim omnia consequuntur ipsum esse, ex hoc quod est ens. Non sic tamen triangulatio, vel quadrangulatio, quae quidem consequuntur ens, sed postquam sit mensura, nec sic albedo & nigredo, quae non consequuntur ens, nisi postquam fuerit naturale corpus. Et oino quocumque dicitur, quod non consequitur ens, nisi postquam fuerit subiectum alicuius duarum scientiarum, scilicet mathematicae, & physicae, illud profecto non pertinet ad considerationem huius scientiae. Incidit autem in hac scientia consideratio de causa vniuersi esse, quoniam ens diuiditur in causam, & causatum. Incidit etiam consideratio de vnitae essentiae, & de proprietatibus eius, & quod relatiua pendet ex ea, & qualiter fluxerint ex ea. Sed huius scientiae consideratio proprie de vnitae vocatur diuina scientia. Quae vero remotior est a dubietate, & erro-

re est mathematica. Naturalis autem magis impedita est, eo quod naturalia semper in permutatione sunt, & ob hoc aliena sunt a certitudine, quae est in metaphysicis.

De Ente. Cap. LX. Aristotele in Metaphysica noua. iij. lib. Est itaque scientia scientiarum prius consideratio de ente, & de rebus quae sunt entis per se, vnde non est aliqua scientiarum particularium, quia non est alicuius particularis scientiae deterrminata de ente vniuersali, sed de accidenti quod accidit alicui partium entis. Ens itaque dicitur multipliciter, & non aequiuoce, sed attrahuntur omnes illi modi vni rei, & vni naturae, sicut omne sanans attribuitur sanitati. Quoddam n. dicitur sanum, quia sanitate conseruat. Quoddam quia significat, quoddam quia recipit. Quaedam ergo dicitur entia, quia substantia sunt, quaedam quia accidentia, quaedam quia passiones, quaedam quia via sunt ad substantiam, aut ad relationem &c. Vnum autem non significat aliud ab ente. Idem in v. lib. Ens dicitur quoddam modo accidentaliter. Verbi gratia, quod musicus edificat. Accidit enim edificatori quod sit musicus. Dicuntur etiam entia per se, & horum quaedam significant quid, quae da quale quaedam quatuor & ceteris. Item ens significat essentiam in veritate rei, ut cum dicitur simpliciter alicuius est, vel non est se. Item quaedam sunt entia potentia, quaedam actu. Actor. Primum quidem diuidit ens in substantiam, & accidens, deinde in ens potentia, & ens actu. Tertio in vnum, & multum. Et de his per ordinem agetur.

De Vno. Cap. LXI. Aristotele in j. lib. Philosophorum. Vnum multipliciter dicitur, quemadmodum & ens. Dicitur enim, continuum, aut indiuisibile, aut quorum ratio vna & eadem. Continuum autem diuisibile est in infinitum. Est autem vnum & potentia & effectus. Idem in metaph. lib. v. Vnum dicitur aut per se, aut per accidens. Per accidens, sicut navigator & musicus, vel homo, & homo musicus, sunt vni. Per se autem dicitur vnum per continuationem, ut lignum conglutinatum. Sed magis est vnum illud, quod est continuum per naturam, quod per artificium, ut est crus, vel quodlibet membrum. Item dicitur vnum quorum subiectum non diuiditur secundum formam, ut vnum, & aqua, & omnia bilia. Item quorum genus est vnum, ut omnia animalia. Item quorum definitio non diuisibilis, ut augmentabile, & diminutibile. Item quaedam dicuntur vnum simpliciter, ut illa quae non diuiduntur secundum tps, nec secundum locum. Quaedam modo vniuersali, ut illud quod non diuiditur secundum speciem suam. Verbi gratia, dicere vnum animal, & vnum ens. Quaedam etiam dicuntur vnum secundum materiam, quamuis agat aliud, & partiantur ab alio, vel differant per alia. Item quaedam sunt vnum numero, quorum scilicet materia vna est, quaedam forma, quorum scilicet totalitas vna est. Quaedam ergo quorum natura vna est quaedam secundum aequalitatem, quorum proportio vna. Idem in x. lib. Vnum per se dicitur quatuor modis. Vno modo continuo naturaliter non violente aliquo, ut per glutinum, & clauos, vel ligamenta. Item secundum formam & complementum, ut rotum. Item per conuenientiam, ut definitio est vnum secundum intellectum, & rationem. Item indiuisibile, ut singulare. Et licet vnum dicitur multipliciter, non tamen vniuocae, sed per prius & posterius de illis dicitur. Essentia vniuersi est ut non diuidatur. Vnum est principium numeri, non numerus, & omnes numeri cognoscuntur per vnum. Numerus enim est multitudo unitatum, & mensura & mensuratum semper vnigenia sunt. vniuersi generis. Vnum, & ens praedicamenta sunt, & de omnibus dicuntur. Non ergo genera sunt, neque substantiae naturaliter abstractae.

De Multo, & diuerso, & opposito. Cap. LXII. Vnum autem, & multum sibi opponuntur, sicut vnum & plura, & sicut diuisio & non diuisio. Multum enim diuiditur, vnum non. Vnum autem habet idem, & simile, & aequale. i. dicitur multipliciter, scilicet secundum substantiam, & sic est idem, secundum qualitatem, & sic est simile, secundum quantitatem, & sic est aequale. Multum autem similiter diuiditur in diuersum, & dissimile, & inaequale. Sicut autem vnum, & multum habent oppositionem secundum situm, & idem & aliud. Itaque omne ens, aut est idem, aut diuersum. Omne autem diuersum, aut per genus differt, aut per formam. Per genus illa quae non habent naturam eodem, nec generantur inuicem, ut omnia quorum alia figura praedicamenti est. Per formam vero illa quorum genus est idem, & substantia diuersa, & haec ex contrarijs generantur. Quoniam autem contrarietas est differentia completa, impossibile est, ut vnum habeat multa contraria quia

quia diuisio completa est maxima diuersitas, & haec est extremior, quia maximae se differunt. Est itaque contrarietas diuersitas perfecta, quae est in forma, & quia contraria sunt in eodem genere, hoc quod est illud, genus est, & de vtroque, vnde oia contraria conueniunt in praedicamento eodem, quae differunt in forma, & non in genere. Quae autem sunt alia in genere magis differunt, quae in forma. Opposita autem in situ quatuor modis. Quorum prima diuersitas est priuatio, & habitus. Priuatio est contradictio quocumque modo, oia quoque contraria priuationem habent alterius contrarietatem. In quibusdam autem oportet, ut sit medium inter contraria. Oia enim media sunt in eodem genere. Et dico media oia: illa, ad quae primo transmutabile transmutatur necessario, ut si fuerit motus de albo in nigrum, primo venit ad rubrum, & glaucum. Contraria vero nullum habent medium oino. Ratio quoque oia, quae non sunt contraria, non habent in se, quia non sunt in eodem genere. Non enim est medium inter scientiam & scitum, sed inter magis, & paruum.

De Causa. Cap. LXIII.

Idem in li. q. Ca vno modo dicitur illud ex quo fit aliud, & est in eo, ut cuprum in idolo. Alio modo forma & exemplar, & hoc est, quod signat alicuius esse, & eius genera, ut partes definitionis, alio modo non secundum, quod est principium transmutationis, & quietis prima, vnde, quod ambulatio est causa sanitatis. Efficiens, & pater filij, & oino agens acti, transmutans transmutatum. Item alio modo tanquam complementum, quod quod fit aliud, ut sanitas est causa ambulatiois. Des igitur causa cedunt super hos quatuor modos famulos vnde. Idem in lib. 2. phi. Contingit autem multipliciter dicitur causa, & multas eiusdem causas esse, sed non eodem modo, eodem genere. Sunt etiam quaedam adiuuatae causa, ut dolere, quidem est causa mali habitus, ut hic dolendi. Non tamen eodem modo, sed hoc quidem sicut finis, illud vero secundum principium motus, amplius autem eadem est contrarietatem est. Quae enim praesens causa alicuius est, hoc est absens alicuius causa contrarij ponimus, ut absentia nauis causa est perditionis nauis, cuius erat praesentia causa salutis. Et causarum aliae quaedam sunt potentes dicitur, secundum potentiam, aliae vero operantes actuales. Oportet autem causam secundum vniuersitatem, sanamque quaerere. Scire namque non opinamur vnum quodque prius accipiamus per quid, hoc est primam causam, quam autem videmus aliud quidem semper fieri fieri, quasi ex prima necessitate. Aliud autem sicut frequenter manifestum est, quoniam neutri eorum causa est fortuita. Est enim in his quae sunt praeter haec. Et quae in finitum sunt causa a quibus fit quod est a fortuna, & fortuna infinita est, & casus fit. Differt autem casus a fortuna, quia circa plus est quae illa, quae a fortuna est, & a casu, sed non econuerso. Est autem fortuna in solis agentibus secundum propositum. Quae autem a natura sunt, aut semper sic sunt, aut frequenter. Oia autem ars aliqua quidem perficit, quae natura non potest operari, alia vero imitatur. Sed natura dupliciter dicitur materia, & forma. Finis autem est per quem alia fiunt, vel sunt. Quorum etenim continui motus existunt, est alicuius finis motus, hoc vltimum est, & cuius causa fit. Veniunt autem tres causa in vno multotiens, ut scilicet efficiens, & forma, & forma. Boetius in lib. de arte. fidei. Quicquid est causa, est causa causati, vnde & oia causa subiecti est causa accidentis, quia accidens habet esse per subiectum. Compositio quidem formae ad materiam, est causa substantiae. Nihil autem seipsum componit aut in esse producit. Itaque nihil est causa sui, cuiuslibet aut inferioris est causa suprema. Cuiuslibet autem superioris est causa inferioris, nec ipsam aliquam componunt. Ex li. de cau. Omnis causa primaria plus est influens super causatum suum, quam causa secunda vniuersalis. Causa prima superior est narratione, & namque deficient lingua a narratione eius, nisi propter narrationem causa ipsius, quoniam ipsa est super omnem causam, & non narratur nisi per causas secundas, quae illuminantur a lumine primae causa, haec existit in omnibus rebus secundum dispositionem vnam, sed non sic omnes res in illa, quia scilicet res vnaqueque recipit eam, secundum modum potentiae suae.

De Principio, & elemento, & natura. Cap. LXIII.

Aristotele in metaph. lib. 5. Initium dicitur illud ex quo prius mouetur aliquid, localiter, verbi gratia: Principium longitudo, & latitudo. Et dicitur principium melius, ex quo est melius aliud fieri. Verbi gratia Doctrina, quae non inchoatur forte de primo rei, sed de illo de quo facilius est disciplina. Dicitur etiam principium naturale, sicut illud ex quo fit res, & est in re. Materialiter. Verbi gratia: Fundus nauis, vel domus, & sicut dicitur quidam cor esse principium in aiali. quidam cerebrum, & quidam

aliud, & vniuersum quod situm aeternitatem sua. Item dicitur principium illud, ex quo fit res prius, & non est in eo. sicut re, & ex quo fit initium motus, & transmutationis, verbi gratia. Filius a parentibus. Itaque a causa extra generante, quae est causa mouens, & hinc ab odio, dicitur autem principium in voluntate illud per cuius voluntatem mouetur, & mutatur, quod transmutatur. Verbi gratia. Datum in ciuitatibus, & regimen in artificialibus, dicitur principium in ordinatione. sicut illud ex quo scitur res primo: Verbi gratia propositione in demonstratione. Sicut, & oes causae principia dicitur, & oia principia habent aliquid esse, quod est esse prius. Et quaedam principia sunt in rebus. sicut forma, & quaedam extra res. Similiter et natura principium est, elementum quoque, & cognitio, & voluntas, & substantia, & illud per quid & bonum, & motus est, haec omnia pars dicitur principia. Elementum dicitur illud ex quo componitur res, primo & est in eo, nec diuiditur secundum formam in aliam formam. Verbi gratia. Elementa soni sunt ex quibus componitur sonus, & ad quae vltimo perueniunt, & si diuiderentur partes essent illis similes secundum formam, sicut aqua cuius pars est aqua, non sicut pars syllabae. Item dicitur elementum per minoritatem, illud quod est vnum minimum, & si diuiditur secundum rem, dicitur elementum esse oibus rebus, quod est principium ex insubibet, & in qualibet primo. sicut materia prima. Natura dicitur vno modo de oibus pullulantibus. i. ex se generantibus, dicitur illud ex quo pullula pullulans primo, & est in eo. sicut pars in toto. Item illud ex quo est primus motus in vnaqueque rerum naturalium, & est in eis. i. in re. Pullulare autem dicitur esse quod habet elementum in alio secundum contactum, aut secundum solidationem sicut ebriones. Item natura dicitur illud ex quo fit essentia rei naturalis, & sua generatio, ut cuprum natura est idoli. Et per hunc modum quidam dixerunt, quod elementa sunt natura rerum naturalium. Item alio modo dicitur substantia rerum naturalium, sicut dicitur quod natura est potentia compositio, vel sicut dicit Empedocle natura entium nihil aliud est, nisi mixtum vel mixtio, quia mixta est natura rerum generabilium. Item dicitur natura prima materia, & hoc duobus modis, dicitur enim primum in veritate, & primum in respectu alicuius. Idem dicitur materia prima, natura cois omnibus, & est natura propria vniuersi. Dicitur etiam natura forma, & substantia, & ista est finis generationis.

De Substantia. Cap. LXV.

Substantia dicitur corpora simplicia, ut terra, & ignis, & similia. Item quae ex ea continentur. Dicitur autem substantia, quia non dicitur de subiecto, sed alia dicitur ex eis. Aliter autem dicitur substantia illud quod est causa essentiae rerum, quae non dicitur de subiecto, ut anima animalium. Item omnia membra animalium, sicut sunt partes quantitatium. Item illud quod significat quid in omnibus rebus, & definitionem eorum, & hoc est in substantia cuiuslibet rei. Idem in li. 7. Substantia est ens principaliter, & est prima omnium definitio, & cognitio, & tpe. Nullum enim praedicamentum est separabile nisi hoc solum. Et prius quidem est alij definitione, quia necesse est, ut definitio substantiae accipiat in cuiuslibet rei definitione, cognitione quoque quia magis scimus quodlibet, quam scimus quid sit. Dicitur autem substantia quatuor modis. Aequalitatem, scilicet substantia, quod est essentia rei. scilicet definitio, & vniuersale. & genus cuiuslibet. Et quatuor istorum, quod est vnum subiectum, hoc enim magis videtur esse substantia quam aliud, & est illud de quo dicitur aliud scilicet de nouominatiue, non autem ipsum de alio. Dicitur autem tale quoquo modo materia, & alio modo forma, tertio modo id quod est ex his. Et dico materiam, ut cuprum, formam autem, ut figuram statuae, & quod ex his, statuum. Materia quidem est substantia, quia cum omnia alia fuerint abstracta scilicet per intellectum, ut longitudo, latitudo, profunditas, nihil praeter materiam videtur permanere. Dico autem materiam, illud quod non per se, sed per accidens. scilicet quod quale, nec quantum, nec aliud eorum per quod terminatur ens. Accidunt autem quidam, quod forma, & illud quod est ex vtroque, sunt magis substantia quam materia. Et quoniam aeternitatem vna substantiarum, illud quod significat essentiam rei idem, definitio. Sciendum, quod compositum ex subiecto, & antecedente, non diffinitur vna definitione. Dicitur enim definitio multis modis, sicut quidditas idem, essentia scilicet in diuersis generibus. Vno enim modo quidditas dicitur substantia. Alio modo vnumquodque praedicamentorum. Nam sicut interrogatur de substantia quid sit, ita & de alijs. Et quantitas igitur, & qualitas sunt eorum, quae dicuntur per quid, sed non ut modo simplici, idem non modo absoluto, sed semper habent respectum ad substantiam. Itaque non solum substantiae definitionem habent, sed & aliae

Tomus Secundus. O o species

species entis modo abstracto. Et etiam accidentia per se. Iam quidem quæ natura sunt, vel artificio materiam habet, quodlibet enim eorum habet potentiam ad esse, & non esse. Quædam si quidem & natura, quædam artificio, quædam ex illo, quod est per se. Et omne quod generatur est aliud, & ab alio, & per aliud. Quodque ex alio est debet esse ex aliquo quod transmutatur, non quod remanet in eadem dispositione. Materia quidem per se non cognoscitur. Et est quædam materia sensibilis, ut cuprum, vel lignum, & omnia quæ moventur. Quædam intelligibilis, & hæc est in sensibilibus, non secundum quod sensibilia sunt, ut mathematica. Substantia igitur quædam est materia, quædam forma, & quædam illud quod est ex his, ut anima quidem est potentia substantia, id est forma. Corpus autem materia, homo vero coniunctum.

De Triplici substantia creata. Cap. LXVI.

Idem in lib. 9. Substantiæ sunt tres, quædam enim est sensibilis, siue mobilis, & alia immobilis. Mobilis autem alia perpetua scilicet, ut cælum, & corpora cælestia, alia vero corruptibilis, ut planta, & animalia. Et de istis quidem duobus est sermo naturalis, quia cum motu sunt. Ista vero alterius, id est substantia intelligibilis, & immobilis est alterius sermonis, & scientiæ, cum non habeat principium commune cum substantiis mobilibus. Substantia sensibilis est transmutabilis, transmutatio autem est ex oppositis in situ, aut ex medio, scilicet in extremum. Et contrarium quidem non transmutatur nec permanet, sed materia, vel substantiam transmutatur ad contrarietatem, & ipsa est quæ permanet, & est tertia a contrariis scilicet quæ duo sunt. Transmutationes autem quarum sunt, in quibus in quale, in quantum, in ibi. Generatio, quidem simpliciter est in hoc. Augmentum, in quantum, alteratio in passiones, translatio vero in locum. Omne autem transmutabile transmutatur ex eo, quod est in potentia, ad id quod est in actu. Omnia quæ sunt ex ente in potentia sunt, & non ente in actu. Necessè est autem ut materia transmutetur, quia potest utrumque id est potentia habet ad utrumque contrarium, igitur omnia quæ transmutantur habent materiam scilicet tanquam principium commune cum eo, in quod transmutantur. Fit itaque generatio ex non ente quodam modo id est, ex materia quæ est habens alterum contrarium actu, ens autem non actu sed potentia ad reliquum. Causæ igitur sunt tres, & principia tria, quorum duo sunt contraria, privatio scilicet formæ contrariæ, quæ actu inest materiæ, & formæ quæ debet imprimi in materia. Nam omne quod transmutatur transit ab alio, & in aliud. Illud autem a quo movetur est, ad quod autem forma, transmutabile vero materia est. Tres itaque sunt substantiæ scilicet perfectiores substantiam sensibilem, una est materia, & est hoc aliquid secundum quod videtur, & secundum contractum non secundum ordinem, qui non est a materia. Non enim secundum materiam est distinctio, neque ordinatio in rebus, sed secundum formam, sine qua non est complementum. Tertium autem horum est substantia composita. Omne quoque quod est per artificio, est per similem causam in natura. Nisi enim esset ars non esset generatio, & corruptio in istis artificialibus scilicet sicut nisi esset forma non esset generatio, neque complementum in naturalibus. Est autem in corporibus calidum quidem: forma, frigidum ut privatio. Materia vero, quod est in potentia hæc duo.

De Substantia aeterna immobili. Cap. LXVII.

Idem in lib. 12. Necessè est autem aliquam esse substantiam æternam, & immobilem. Substantiæ namque præcedunt omnia entia scilicet causalitate, si igitur omnes substantiæ fuerint corruptæ, omnia entia erunt corrupta, quia scilicet destructa causa destruit causatum. Deus igitur semper est, & est intelligens per se, habetque vitam nobilem, & semper æternam. Ipse est Deus vnus, æternus, in sine nobilitatis, & est vita continuum æternum, hoc est substantia æterna non mobilis abstracta a sensibilibus, non habens aliquam magnitudinem nec partem, nec dimensionem. Monet autem infinito tempore, nec paritur, nec transmutatur, principium, nentium non movetur essentialiter, nec accidentaliter, & movet, & facit primum motum & perpetuum. Necessè est primum motum moveri per aliquod quod non movetur per se. Et ut motus perpetuus sit per motorem æternum, & vnus per vnum, & videmus præter motum totum simplicem id est vniformem, qui movetur a substantia non mobili alios motus esse perpetuos, qui sunt erraticorum, id est per stellas erraticas.

cas. Corpus. n. circulate. i. cælum, vel vniversum perpetuum est, sine quiete. Necessè est igitur, ut vnusquisque istorum motuum. Corbum in quibus moventur planta, fiat per aliud quod perpetuum sit, natura. n. stellarum & perpetua est. Quorum motuum scientia propria mathematicorum philosophia est. i. astrologorum, primus autem motor, qui non movetur vnus est numero, & ratione.

De Potentia. Cap. LXVIII.

Idem in li. 5. Potentia dicitur principium motus, aut transmutationis in alio, & in eo quod est aliud, sicut ars ædificandi, quæ est potentia. s. effectiva, & non est in eo, quod ædificatur, sed ars medi cinæ est potentia, & est in eo, quod sanatur. Itæ potentia dicitur illud per quod patitur aliquid, in quod ab eo facta est aliqua actio, & hæc potentia patiens, quæ est boni est, & convenientiæ ad recipiendum. Itæ illud per quod aliquid fit melius, & actio fit. Et, quod oportet sicut dicitur hofes potentes, qui pnt in bonitate sermone. i. qui bonum hnt modum docendi, quod sciunt. Itæ potentia dicitur esse in oib. entibus, in quibus res non patiuntur oïno neque transmutantur aut quibus motus non erunt ad peiora. Nam oï, quod frangitur, & destruitur, aut corrumpitur aliqua corruptione, accidit ei hoc, quia non hnt potentiam, vel quia diminuitur ab eo aliqua potentia. Actor. Primus igitur modus est principium faciendi aliquid esse. Secundus principium recipiendi esse ab alio. Tertium principium faciendi bene esse. Quartus principium resistendi passioni. Item Arist. ibid. Tor igitur modis potentia dicitur, & potens eisdem modis. Et quid dicitur corruptio estimatur esse potens ad corruptionem, quia nisi hoc posset non corrumpetur, sed hnt aliqua dispositionem, & cam, vt talem recipiat passionem, & em hanc æstimatur corrompi, vel quia hnt eam, vel quia privationem hnt illius. Idem in li. 9. Potentia passiva est in ipso passivo, principium transmutationis ab illo, & in eo quod est aliud, habitus autem. i. forma est potentia quæ non patitur ad aliud quod est prius, aut corruptionem ex illo, & in eo quod est aliud a primo transmutante. In passivo quid est potentia, patitur. n. per aliquod principium, quod hnt, potentia autem actiua quædam sunt in carentibus. aia. vt in mineralibus. quædam autem in rebus aïatis, & in habitibus aïatis. Quartum quædam sunt, quæ hnt distinctionem. i. discretionem, quædam non. i. potentiam aïatarum. Alia est hæc discretio, vt in hofe. i. potentia intellectiva. Alia vero sine discretione, vt vegetativa, & sensitiva. Et illæ quidem sunt cû discretione contrariorum sunt. i. ad contraria, & non ad vnũ, quia non agunt nisi voluntarie, & em appetitum: vnũ quia appetunt contraria, agunt aliquæ contraria. Potentiæ vero irrationales non sic, quæ agunt per approximationem non voluntarie, vnũ & tales quæ appropinquant scdm, quod est eis possibile, & actiua, & passiva necesse est, vt quædam agant, & quædam patiuntur. i. potentia agens, sine ratione est appropinquat patientia necesse hnt agere, & patientia passiva in his quæ sine ratione sunt, cû appropinquat agenti necesse hnt pati, alias vero non est necesse. i. potentias cû ratione, licet appropinquat ad se in inuicem agens, & patientis, non tñ necesse est agere, vel pati, illa. n. agunt contraria. s. potentia rationales, vt dictum est. Nihil. n. agunt contraria. s. potentia rationales, vt dictum est. Nihil. n. agunt nisi quod appetunt. Ideo autem oia artificia, & scientiæ sunt potentia, quia sunt principia transmutationis in aliud, scdm quod aliud est. Et nihil quid est erit illud ad quod non pot. i. nihil suscipiet actum, nisi habuerit potentiam ad eũ. Cum autem est aliquid possibile ad aliquod actum, possibile est in alio tempore. s. non semper, neque quocumque modo, sed quodam modo. i. cum appropinquat agens, & patientis.

De Actu. Cap. LXIX.

Actus quoque non dicitur vnus, sicut nec potentia, sed secundum convenientiam. s. ad potentias. Rndent. n. actus potentis, & potentia quidem non est respectu prioris actus, sed posterioris, vt homo non est in potentia id ex quo est, sed res ex qua fit hoc, vt sperma, est in potentia hõ. In vnibusdam tñ forma præcedit. i. actus, & in quibusdam non. Non. n. possibile est, vt sit ædificator. i. hns potentiam ædificandi, qui non ædificat oïno. s. actualiter, neque; vt sit cytharista, qui non cytharizat. Sicut et in naturalibus præcedit actus potentiam, & em gnationem, & ipsæ, & substantiam. s. compositam. Verbi gratia: Vir ante est puer, & homo ante utrumque, quasi diceret. Nullus hnt potentiam viri. s. in generando, antequam sit vir. s. natura & actu, vnde prius est vir substantia, & generatione, & tempore, quam habeat potentiam generandi, quare actus prior est potentia. Hoc quidem verum est de omnibus potentis generatis, & acquisitis in aliquo scilicet potentis proprijs. In his enim necesse est actum præcedere, vnde aliquis addidit

addidit, & operatur, ut possit docere. Sed in potentis innatis potentia præcedit actum. Non enim aliquis sentit, ut habeat potentiam sciendi, sed potius econuerso. Arist. vbi supra. Materia quidem cum est in potentia, possibile est, vt veniat ad formam, & cum fuerit in actu, tunc erit in forma. Omnia vero quæ habent aliam operationem præter actum est in eis, supple vt perfectio, sicut consideratio in considerante, & viuere est a. s. animæ, ac perfectio siue forma. Quoniam autem actus est melior, & nobilior potentia nobili scilicet in bonis rebus mani festum est. Contraria namque secundum quod in potentia sunt, simul sunt, vt sanitas, infirmitas, motus, & quies. Contrarias autem actiones impossibile est simul esse, sed necesse est in rebus malis, vt actus complementum sine peius quam potentia, quia potentia est ad utrumque contrarium, vnde malum naturaliter est potentiam scilicet inordinatam. Ex inordinatione enim potentia relinquatur in aliis rebus.

De dispositione, & passione, & priuatione. Cap. LXX.

Idem in lib. 5. Dispositio vno modo dicitur, quasi actio aliqua eius cuius est, sicut ars aliqua vel motus. Cum enim aliquid agit, & aliud patitur, dispositio est inter ea, similiter & inter vestitus, & vestitus est dispositio scilicet calor, non quia vestis calefaciat, sed quia prohibet frigus. Impossibile est autem quod ista dispositio sit alterius tantum. Alio modo dicitur dispositio secundum dispositionem scilicet formæ ad materiam, & etiam secundum, quod dispositio, vel compositio rei est bona, vel mala, aut per se, aut respectu alieius, vt sanitas scilicet quæ est dispositio ad optimum. Dicitur etiam dispositio ordinatio partium in toto. Et omnino bonitas partium est alia dispositio. Passio dicitur vno modo qualitas quæ potest transmutari subiectum, vt album, & nigrum, dulce, & amarum, &c. Alio modo transmutationes, & actiones istorum, magis etiam specierum transmutationes nocentes, quæ læsionem inferunt, vt febris. Occasiones enim, vel actiones maxime delectabilia, vel contristabilia conferentes dicuntur passiones. Priuatio dicitur vno modo, cum aliquid non habet illud in cuius natura est esse in alio, licet ipsum non habeat hanc materiam, vt plantæ carent sensu secundum naturam suam. Repugnant enim remotæ dispositiones, & materiales, perfectio tamen vltima non repugnat. Nam vegetabile componitur non solum sensibili, vt in pecore, sed etiam rationali. sicut in homine. Hæc est igitur priuatio remota. Alio modo dicitur priuatio, quæ non habet illud quod habere debet per naturam suam, vt homo cæcus, & hæc priuatio per se id est, secundum speciem, sed alius est modus carendi vlti in talibus, hæc enim est priuatio secundum genus. Item cum hoc fuerit in sui natura, & in tempore, quo debet habere, vel non habere. Cæcitas enim non est in omni tempore, sicut in catulo scilicet ante nonum diem, sed in tempore in quo debet habere visum, & non habet. Item priuatio dicitur abstractio, quæ fit in vnaquaque rerum scilicet ex suo loco naturali, vt extractio oculi. Secundum igitur numerum modorum qui sunt per negationem, erit & numerus modorum etiam priuationis.

De Perfectione, & fine. Cap. LXXI.

Perfectionem vno modo scilicet secundum quantitatem dicitur illud, quod impossibile est aliam partem habere omnino extra illud scilicet cuius est pars, sicut tempus, quia extra illud impossibile est, esse aliquid tempus, vel partem temporis. Alio modo dicitur perfectum scilicet secundum qualitatem, vt quod habet studiositatem id est, perfectionem scientiæ, sicut dicitur medicus, vel musicus, perfectus qui non habet diminutionem, id est imperfectionem in modo studiositatis id est scientiæ per studium acquisitæ. Similiter, & quod dicitur bonitatis modo. Et secundum hunc modum sumitur etiam in seipsis, id est in turpibus per transmutationem, vt cum dicitur bonus latro, bonus mendax, perfectus latro, perfectus fur. Tertio modo perfectum in natura scilicet, vt omnes substantiæ. Quarto modo secundum voluntatem scilicet quod habet finem perfectum, vt qui non diminuitur in modo studiositatis suæ, id est qui finem habet studij sui. Quinto modo quod habet perfectionem nobilem, id est formam perfectiorem nobiliorem, vt dialecticus dicitur perfectus in respectu grammatici. Sexto modo perfectio dicitur finis alieius, & transumptiuè dicitur etiam de rebus malis. Dicitur enim quod aliquid corrumpitur perfecta corruptione, quando scilicet nihil deest corruptioni per transumptionem igitur corruptio dicitur perfectio, quia vtrumque est finis. s. perfectio, & corruptio. Perfecta autem dicitur, quædam per se, quia non diminuitur ab eis aliquid de bonitate, nec in eis est

et magis, & nihil inuenitur extra illa. Quædam autem modo vniversali, ita quod non est in eis nobilitas in aliquo genere, sed sapientia. s. vniversale, & prima causa, & nihil est extra illam. s. nobilitatem. i. alie nobilitates habent ab illa perfectionem. Finis dicitur illud quod est vltimum vniversaliūque rerum, & extra quod nihil inuenitur. Item illud quod est primum. s. in genere continentis, vt cælum, & omnes partes eius sunt intra. Item dicitur finis scilicet in mathematicis, id quod est forma magnitudinis, & habens magnitudinem. Item in naturalibus, s. perfectio cuiuslibet rei, & illud ad quod est motus, & pp quod. Item substantia vniversaliūque rerum compositarum. s. materia ex qua. Item id quod significat essentiam cuiuslibet. s. diffinitio. Hæc. n. est finis cognitionis. Secundum igitur numerum modorum principij dicitur & finis, & etiam magis in pluribus modis.

De Necessario per se, & ex aliquo. Cap. LXXII.

Necessarium dicitur aliquid, quia nisi cum ipso, i. per ipsum res non potest esse, & est tanquam causa, sicut anhelitus, & nutrimentum in animalibus. Item dicitur necessarium, quia impossibile est nisi per illud, vt sit aliquod bonum, vt medicinam accipere bonum est, ne accidat infirmitas, & nauigare Athenas bonum est, vt recipiatur debitum. Item necessarium dicitur violentum sicut dicit Sophocles, Violentia de necessitate me cogit, vt hoc faciam. Et sicut dixit Euenus, quod omne necessarium est contristans. Item dicitur necessarium illud quod impossibile est aliter esse. Per se dicitur esse vno modo forma, & substantia cuiuslibet rei, vel quod significat quidditatem rei, sicut dicitur per se bonum, id quod est bonum, id est, quod habet bonitatem, hoc est per se secundum formam. Alio modo secundum materiam scilicet illud in quo est aliquid primo naturaliter, vt in superficie color, & vita in anima. Hoc modo dicitur per se subiectum cuiuslibet, vnde superficies est alba per se. Item per se dicitur vniversaliter in essendo, sic causa respectu causati, & etiam in cognoscendo, sicut illud vnde concluditur vera conclusio. Item illud quod non habet causam aliam. s. vt prima causa. Item illud quod est per se situm. Situs autem dicitur in habente partes secundum ordinem partium, id est dispositio partium in toto, aut secundum locum, scilicet vt mammillæ sitæ sunt in pectore, aut secundum potentiam, id est sicut actus ad suam potentiam ordinatur, vt irasci est in virtute irascibili, aut secundum formam, vt secundum quatuor qualitates elementorum. Ex aliquo dicitur vno modo, sicut aliquid dicitur ex materia, & hoc dupliciter, vel ergo secundum primum, id est ex materia prima, vel secundum vltimam formam, id est speciem scilicet materiæ, id est ex materia vltima, siue proxima, verbi gratia. Omnia liquabilia sunt ex aqua scilicet tanquam ex materia prima, & idolum ex cupro tanquam scilicet ex materia proxima, hæc enim est initium contrarietatis, scilicet materia proxima, & non prima. Hinc enim nihil est contrarium. Alio modo dicitur ex alio illud quod est compositum ex materia, & forma, alio modo, vt partes ex toto, scilicet per resolutionem, sicut lapides ex domo, sunt tanquam scilicet partes materiales ex dissolutione totius, forma enim complementum est. Item alio modo sicut forma id est species ex parte, vt homo ex bipede, id est ex corpore, quod est bipes, dicitur & est homo, quæ est species logica. Item alio modo sicut forma quæ est elementum formæ. Item alio modo, scilicet sicut totum materiale ex partibus materialibus, vt filius ex patre, & matre, sunt enim semina filiorum, ex quibusdam partibus parentum. Alio quoque modo quæ sunt post in tempore, supple fieri dicuntur ex prioribus, vt nox ex die, & pluuia ex sereno, sunt enim post illa, horum autem quædam sunt quæ potentiam habent transmutari ad inuicem scilicet circulariter, vt nox, & dies. Quædam autem quæ sequuntur se inuicem in tempore tantum, sed non circulariter, vt ex meridie fit occasus solis, non autem econuerso.

De Parte, & toto, & diminuto. Cap. LXXIII.

Partes vno modo dicitur id in quod totum diuiditur, uel quod ex eo diminui potest, vt duo sunt partes trium. Alio modo illud quod numerat tantum ista, scilicet præfisse, & non plus neque minus, tertio modo dicitur pars scilicet in via cognoscendi illud, in quod possibile est formam diuidi absque quantitate, s. diuisione formali. Vnde dixerunt logici, quæ formæ sunt tres generationis, vel generis. Item partes dicuntur illa in quæ diuiditur aliquid, quantitate. s. non specie aut ex quibus componitur totum, aut etiam ex quo forma, sicut cuprum est pars spheræ. Est enim materia in qua est forma prima, Tomus Secundus. O o 2 id est



ideft rotunditas, & angulus est pars figuræ. Item illa quæ sunt in diffinitione alicuius. Totum dicitur a quo non dimini-

De Genere, & Falfo, & Accidente. Cap. LXXIII.

Genus dicitur eiuſdem formæ generatio continua, vt homo, ſed per ſucceſſionem. Item primum motum cum gene-

De Antea, & poſt. Cap. LXXV.

Item in lib. 5. Dicitur ante primum ens, & principium in quoquoque genere. Item quod est proximum alicui principio

diffinitionem, & ſecundum ſenſum. Secundum diffinitionem quod idem eſt, ſecundum intellectum, id quod eſt ante modo

LIBER XIX.

De Theologica ſcientia. Cap. I.



Autor. Poſt Metaphiſicam ac cæteras inferiores ſcientias, tam præcætas, quàm the-

quam reginæ multipliciter ſamulantur. Quoniam eadẽ ſcientia videatur apud philoſophos appellari metaphiſica, quæ apud

Cur ad huius ſcientia veram notitiã philoſophi non perueniunt. Cap. II.

Fit enim quædam ſapientia, quæ ſapientia videbatur, his qui veram ſapientiam non nouerant hanc inuenit mun-

ibi videretur aliqui, & erant contra denſa tenebræ, & caligo profunda ignorantis. vbi conſuſionis laqueus ponebatur

De Triplici falſa theologia. Cap. III.

Autor. Et quoniam antiquis temporibus videlicet prius quam euangelica veritas propalaretur, ac verus vnus

Quid Theologia fabuloſa non ſit a ciuili ſeparanda. Cap. IIII.

Requæritur igitur ad theologiã ciuilem theologia fabuloſa, theãtrica, ſenica, indignitatis, & turpitudinis plena.

cus vocat. Sed hæc honeſtiora ſunt in comparatione rurgiorum. Quid de ipſo Ioue ſenferent, qui eius nutrium in cap-

De ordine falſorum Deorum. Cap. V.

Petrus Comteſtor in hiſtoria ſcholãstica. A Nino rege Aſſyriorum orta ſunt idola, in hunc modum. Mortuo Belo

De Nominibus Deorum. Cap. VI.

Item vbi ſupra. Quos ergo Paganis Deos aſſerunt, homines olim fuiſſe produunt, & pro vnũ cuiusque vita, vel me-

Deorum suorum eum Græci trāsūleunt & in nomine eius facrauerunt hortum, unde & dicitur præesse hortis, propter eorum fecunditatem.

De Pheicis interpretationib. falorum numinum. Cap. VII.

Q uædam aut nota Deorum suorum gentiles per varias fabulas ad rōnes phisicas conantur traducere, eaq; in causis elementorum cōposita esse interpretantur, sed hoc a poetis totum fictum est, ut Deos suos ornaret aliquibus figuris, quos perditos, ac infamia dedecoris plenos fuisse historiarum confitentur.

Adhuc de eodem. Cap. VIII.

P luto Græcè, Latine dis piter, vel dis pater, quem alii orcum vocant, quasi receptorem mortuorum, vñ & orca nuncupatur vas quoddam qd recipit aquas. Ipse & Græce Caron. Liberum a liberamento appellatum voluit, qd quasi et matres in coeundo per eius beneficium emittis feminibus liberentur.

diuinatorem, & medicum vellent, ipsum tñ et solem dixerunt, quasi solem. Ipsum phebium, quasi ephēbium, hoc est adulescentem, vñ & sol puer pingitur, eo qd quotidie oriatur, & noua luce nascatur.

De Nominibus Deorum, & interpretationib. eorum. Cap. IX.

D ianā quoq; Germanam eius similitur Lunā, & vīarū præsidem aiunt, unde & virginem voluit, qd via nihil pariat, & ideo ambas hère sīgittas fingunt, qd ipsa duo sidera de celo radios ad terras emittūt. Dianam aut vocatam quasi druanam, eo qd Luna, & nocte, & die apparet.

Itorum de quibusdam numinibus apud gentiles nominatis. Cap. X.

C vpidinē vocatum ferunt pp amorem. Est. n. demon fornicationis, qui ideo alatus pingitur, quia nihil amantibus leuius, nihil mutabilius inuenitur. Puer pingitur, quia stultus est, & irrationabilis amor.

vt soliditate terræ ostendat. Quem voluit serum, & totius naturæ Deū, unde & Pan, quasi omnia dicunt. Ipsi lingua Aegyptiorum terra appellatur, quam Vsin voluit esse.

Adhuc de eodem. Cap. XI.

F auti a fando, eo qd voce, non signis ostendere videntur futura. In lucis enim consulebantur a paganis, & responsa illis, non signis, sed vocibus dabant. Fatum dicunt esse quicquid Dij fatant.

De Proprio errore Chaldaeorum, circa Dei notitiam. Cap. XII.

A cor contra regem auenit. Ipsi autem qui multos colunt Deos in tria diuiduntur genera. Chaldeos, & Græcos, & Aegyptios. Nam isti fuerūt principes, & magistri ceteris gentibus, in multorum Deorum cultu, & adoratione.

Dei, sed opus Dei ad vtilitatem hoīum. Qui aut putant aquā esse Deam errauerunt. Nam & ipsa ad vsum hoīum facta est, & dñationi subiacet eorum, polluitur, corrumpitur, & immutatur, calciscit, & tingitur coloribus, & frigore congelatur, & eroribus inquinatur, & ad cunctarum sordium abluitionē assumitur.

De Errore Græcorum. Cap. XIII.

V eniamus itaq; ad Græcos, vt videamus, qd forte de Dro sentiant Græci namq; dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt deterius Chalceis, introducentes plurimos Deos factos esse, alios quidē masculos, alios vero feminas, oīam vitorum, cunctarumq; auctores iniquitatū, vt aduocatos istos, & patronos habentes, suā nequitia adulterentur, rapiant, occidant, & oīa mala faciāt.

De Errore Aegyptiorum. Cap. XIII.

A gipij vero mcleratores, & stolidiores his existentes, deterius oībus gentibus errauerunt. Non. n. contenti fuerunt Chalceorū, & Græcorū cultibus, sed insuper & bruta animalia induxerūt Deos esse, terrēna videlicet, & aquatilia, & arbores, & germinantia.



quiam, alij vero crocodillum, quidam vero cattum, & canem, & lupum, & simiam, & draconem, & aspidem, & alij caepe, & allium, & spinas, & ceteras creaturas. Clemens lib. 5. Veteres quoque Aegyptiorum, qui de ecclestiis cursum, & altorum naturam rationem sibi vultu repperisse, demone sensus eorum obfident, nihilominus contumelios nomen incommuniabile subicebant. Nam alij eorum ouem, alij hircum, alij serpem, piscem quoque, & capras, & cloacas, aut strepitum ventris, pro numinibus habendos esse docuerunt, & aia innumera, quae pudet noscere. Tullius in lib. de natu. Deo. li. x. Aegyptij autem nullam beluam, nisi ob aliquam vtilitatem, quam ex ea caperent consecrauerunt. Hieron. super Esa. lib. 13. Facta sunt, inquit, simulachra coram bestiis, & in Religio nationum simulachra sunt brutorum, quae maxime in Aegypto culti consecrata sunt, nam & plerumque oppida eorum ex bestiis, & iumentis habent nomina, vt Cyno a cane, leonto a leone, Thanis lingua Aegyptiaca ab hit eo. Lico a lupo, vt taceam, de formidoloso, & horribili caepe, & strepitu ventris inflati, quae pelu sica religio est.

De Erroris Romanorum, in diuisione numinum. Cap. XV.

August. de Cui. Dei lib. 4. Quae ramus est si placet, ex tanta Deorum turba quam Romani colebant, quem potissimum, vel quos Deos credant illud imperium dilatasse, atque seruasse, neq. in hoc tam praclaro opere, & ita plenissima dignitatis audent aliquas partes Deae Cloacinae tribuere, aut Voluptatis, quae a voluptate appellata est, aut Lubentiae, cui nomen est a libidine, aut Vaguitate, qui infantum vagitibus praesidet, aut Cunianae, quae cunas eorum administrat. Quomodo autem possunt vno loco libri huius, commemorari oia nota Deorum, aut Deorum, quae illi grandibus voluminibus vix comprehendere poterunt, singulis rebus propria dispartientes officia numinum, nec agrorum nomina vni alicui Deo committenda arbitrati sunt, sed rura Deae Rustinae. Iuga montium Iugatinae, collibus Deam collatinam, vallibus Vallesiam praefecerunt, nec saltem potuerunt vnam Segetiam talem inuenire, cui semel segetes commendantur sed facta frumenta quamdiu sub terra essent, praepositam voluerunt hanc Deam Seiam. Cum vero iam essent super terram, & segetem facerent Deam Segetiam, frumentis vero collectis, atque reconditis, vt toto seruarentur, Deam Tutelinam praeposuerunt, cui non sufficere videretur illa Segetia, quadiu seges ab iniuriis herbis, vique, ad aristas aridas perueniret. Non in satis huiusmodi Deorum multitudinem amantibus, & aia misera demoniis rursus proficere, vni Deo veri castum dedignata complexum. Praefecerunt ergo, Proserpinam frumentis germinantibus. Geniculis nodisq. culmorum Deum Nodotum. Inuolumentis folliculorum Deam voluicam cu folliculis patefecit, vt spica exeat Deam Pateleuam. Cum segetes nouis aristas aquantur, quia veteres aquare obire dixerunt, Deam Ostiliam: Frumentis florentibus Deam Floram, & laescentibus Deam Laetam. Maturefcentibus Deam Maturam. Cum runcantur. i. a terra auferuntur Deam Runcinam, nec omnia commemoro, quia me piget, quod illos non pudet. Quando ergo Segetia intraret imperium, cui curam gerere simul, & segetibus, & arboribus non licebat, quod de arvis Cunina cogitaret, equis praepositura paruulorum cupas non permittebat excedere, quando Nodorus adiunaret in bello, qui nec ad folliculum spicae, sed tantum ad nodum geniculae pertinebat. Vnusquisque domui suae ponit ostiarium, & quia homo est omnino sufficit. Tres Deos isti posuerunt Forculum foribus, Cardeam cardini, Limentinum limini. Ita non praeter forculum simul, & cardinem, limenque seruare.

Adhuc de eodem. Cap. XVI.

Idem in lib. 6. Liberum a liberamento appellatum voluerunt, quod mares in coeundo per eius beneficium emissis feminibus liberentur. Hoc idem in feminis agere liberam, quam & Veneream putant. Quod & ipsam perhibeant semina emittente, & ob hoc Libero eandem virtutem corporis partem in templo poni, feminam liberam. Ad haec addunt mulieres attributas Libero, & vinum, pp libidinem concitandam. Mulieri foetae post partum tres Deos custodes commemorat adhiberi. Ne Siluanus Deas per noctem ingrediatur, & vexet, eorumque custodum significandorum ea tres hostes nocte circumire limina domus, & primo limen securi ferire, postea pilo, tertio devertere scopis, vt his datis culturae signis, Deus Siluanus prohibeatur intrare. Quod neq. arbores caeduntur, ac putantur sine ferro, neq. sar conficitur sine pilo, neq. fruges coqueantur

sine scopis. Ab his autem tribus rebus tres nuncupatos Deos. Intercedonam a securi intercessione, Pulumum a pilo, diuertam a scopis, quibus Dijs custodiibus contra vim Dei Siluani sceta conseruaretur. Ita contra nocentis fecimam, custodia bonorum non valeret, nisi plures essent aduersus vnum eius; aspero horrendo in cultu, vt pote siluestri signis culturae tanquam contrariis repugnarent. Ita ne est innocencia Deorum, ista concordia haecine sunt nomina salubria vrbium, magis deridenda q ludibria theatrorum. Cum mas, & femina coniungantur, adhibetur Deus iugatinus, sit hoc ferendum, sed domum est ducenda quae nubit, adhibetur & Dens Domiductus, vt in domo sit. Adhibetur Deus domitius, vt maneat cum viro, additur Dea materna. Quid vltra quaeritur, parcatur humanae verecundiae, peragat, & cetera concupiscentia carnis, & sanguinis, procurato secreto pudoris. Quid impletur cubiculum turba numinum quae & paranympsi inde descendit, & ad hoc impletur, non vt eorum pietia cognita maior sit cura pudicitiae, sed vt feminiae sexu infirma, nouitate pauidae, illis cooperantibus, sine vlla difficultate virginitas auferatur. Et certe si adest virginis Dea, vt virgini zona solnatur. Si adest Deus subigus, vt viro subigatur, sed adest Dea Prema, vt subacta ne se commoueat comprimat. Dea pertunda quid ibi facit? Erubescat, eat foras, agat aliquid & maritus.

De Maiorum numinum officijs. Cap. XVII.

August. vbi sup. lib. 4. Obmissa agitur turba minorum Deorum, vel aliquantulum intermissa, officium maiorum Deorum debemus inquirere, quo Roma tam magna facta est, vt tandem tot gentibus imperaret. Nimirum ergo Iouis hoc opus est. Ipsum, a Deorum oium Deorumq. regem esse volunt, hoc eius indicat sceptrum, hoc in alto collo capitolum. De isto Deo, quamuis a poeta dictum conuenientissime praedicat. Iouis omnia plena. Cur illi et vxor Iuno adiungitur, quae dicatur foror, & coniux. Quia Iouem inquit in aethere, accipimus in aere Iunonem, & haec duo elementa coniuncta sunt, alterum superius, alterum inferius. Non est ergo ille, de quo dictum est, Iouis omnia plena, si aliquam partem implet, & Iuno. An vterq. vtrumq. implet, & ambo isti coniuges, & in duobus istis, & singulis simul sunt. Cur ergo aether datur Ioui, aere Iunoni, postremo ipsi duo satis essent. Quid est, quod mare Neptuno tribuitur, terra Plutoni, & ne ipse quoque sine coniugibus remaneret, additur Neptuno Salacia, Plutoni Proserpina. Quae quae fabulas, nec inueniuntur. Si in haec ita essent, tria potius elementa mundi esse, non quatuor eorum vt teres prodirent, vt singula Deorum coniugia diuiderentur singulis elementis. Minor autem plurimum, quoniam Deos singulos singulis rebus, & pene singulis motibus attribuerent, vocauerunt Deam Agenoriam, quae ad agendum excitaret Deam Stimulam, quae ad agendum vltra modum stimulat. Deam Murceam, quae praeter modum non moueret, & faceret hominem (vt ait Pomponius) murcidum id est, nimis desidioum, & maustuom. Deam Streniam, quae faceret strenuum. His omnibus Dijs, & Deabus publica sacra facere susceperunt.

Quod Omnia potius vni Ioui viderentur esse attribuenta. Cap. XVIII.

Itaque modo sit Iupiter corporei huius mundi animus, qui vniuersam istam molem ex quatuor vel (vt eis placet) tribus elementis constructam, atque compactam implet, & mouet, modo inde suas partes forori, & fratribus cedat, modo sit aether, vt aere Iunonem subterfusam desuper amplectatur, modo totum simul cum aere sit ipse caelum, terram vero tanquam coniugem eandemque matrem, quia hoc in diuinis turpe non est, fecundis imbribus, & seminibus facit. Modo autem ne sit necesse peruenire discurrere Deus vnus, de quo multi a poeta nobilissimo dictum putant. Deum namque ire per omnes terras, tractusque maris, caelumque profundum. Ipse in aethere sit Iuppiter, ipse in aere sit Iuno, ipse in mari Neptunus, in inferioribus etiam maris ipse Salacia, in terra Pluto, in terra inferiore Proserpina, in focis domesticis vesta, in fabricum fornace Vulcanus, in syderibus Sol, & Luna, & Stellae, in diuinantibus Apollo, in merce Mercurius, in Iano initiator, Saturnus in tempore, Mars, & Bellona in bellis. Liber in vineis, Ceres in frumentis, Diana in siluis, Minerva in ingenijs. Ipse sit postremo etiam in illa turba quasi plebeiorum Deorum, ipse praestitit nomine liberi virorum seminibus, & nomine liberis feminarum, ipse sit disperser, vel dispiter, qui partum perducat ad diem, ipsa Dea

sa Dea Mena, quam praefecerunt mensuris feminarum, ipse lucina, quae a parturientibus inuocetur. Ipse opem ferat nascentibus excipiens eos sicut, & voce opis, ipse in vagitu os aperiat, & vocetur Deus Variganus. Ipse leuet de terra, & vocetur Dea Leuana. Ipse cunas teatur, & vocetur Dea Cunina. Non sit alius scilicet in illis deabus, quae fata nascentibus canunt, & vocentur carmentes, praestitit fortunae, & vocetur rumina, mammam parulo immalgeat, quia rumam dixerunt veteres mammam. In Diana potina, potionem ministrat. In diaa edalica, escam praebet. De pauore infantum pauencia nuncupetur. De spe quae venit venilia. De voluptate volupta. De actu agenonia. De stimulis quibus ad nimum adum hominum impellitur, Dea Stimula nominetur. Strenia Dea, sit strenuum faciendo, numerata quae numerare docet, camena quae canere, ipse sit & Deus consilii praebendo consilia, & Dea Sentia sententias inspirando, ipse Dea Inuenta, quae post praetextam excipiat iuuenilis aetatis exordia. Ipse sit fortuna barbara, quae adultis barbas induat, quos honorare voluerunt, vt hoc qualescunque nomen saltem masculinum Deum, vel a barba barbaturum, sicut a nobis nodotum, vel certe no fortunam, sed quia barbas habet fortunium nominarent, ipse in iugatinio Deo coniuges coniungat, & cum virgini vxori zona solnatur, ipse inuocetur, & Dea virginis vocetur, ipse sit Mutunus, vel Tutunus, qui est apud Graecos Priapus si no pnder, haec omnia quae dixi, & quaecunq. non dixi. Non enim omnia dicenda arbitratus sum, hi omnes Dij, & Deaeque sit vnus Iuppiter, siue sint (vt quidam volunt,) omnia ista partes eius, siue virtutes eius, sicut eis videtur, quibus eum placet mudi esse animum. Quare, quid perderent, si vnum Deum colerent prudentiore conpendio, quid enim eius contemneretur, ea m ipse coleretur. Si autem dicitur omnes simul idest totum ipsum Iouem potuisse offendere, si partes eius non etiam singillatim minutatimque colerentur, stultit dicitur, nulla quippe earum praetermitteretur, cum ipse vnus qui habet omnia coleretur.

De Dijs, Selectis, a Varro commendatis. Cap. XIX.

Idem in lib. 7. Hos certe Deos Selectos, Varro vnus libri contextione commendat. Ianum, Iouem, Saturnum, Genium, Mercurium, Appollinem, Martem, Vulcanum, Neptunum, Solem, Oreum, Liberum patrem, Tellurem, Cererem, Iunonem, Lunam, Dianam, Mineruam, Veneream, Vestam. In quibus omnibus ferme viginti duodecim mares, octo sunt feminae. Haec nomina vtrum praeter maiores in mundo administrationes selecta dicuntur, an q populis magis innotuerit, maiorque est eis cultus exhibitus. Si propterea, quia opera maiora ab his administrantur in mundo non eos inuenire debui mus inter istam, quasi plebeiam numinum multitudinem, minoris opulentijs deputatam. Nam ipse primum Ianus cum puer perium concipitur, vnde illa cuncta opera exordium minuatim minutis distributa numinibus aditum aperit recipiendo femina. Ibi est, & Saturnus propter ipsum semen. Ibi Liber, qui marem effuso femine liberat. Ibi Libera quam Veneream volunt, quae hoc idem beneficium coherat foemina, vt ipsa etiam emissio femine liberetur. Omnes hi ex illis sunt qui selecti appellantur. Sed ibi est, & Dea Mena, quae mensuris suaribus praestit, quamuis Iouis filia tamen ignobilis. Et hanc prouidentiam suorum menstruorum in libris selectorum Deorum ipsi Iunoni, idem auctor assignat, quae in Dijs selectis et regina est. Et hic tanquam Iuno Lucina, cum eadem Mena priuigna sua eidem erutori praesidet. Ibi sunt, & duo nescio qui obscurossimi Vitannus, & Sentinus, quorum alter vitam, alter sensus puerperio largiuntur, & nimirum multo plus praestant, cum sint ignobilissimi, quam illi tot proceres, & selecti. Nam profecto siue vita, & sensu quid est illud totum, quod mulieri vero geritur, nisi nescio quid abiectissimii limo, ac pulueri comparandum. Quae igitur causa tot selectos Deos ad haec opera minima compulit, vbi a Vitumno, & Sentino, quos fama obscura recondit, in huius munificentiae partitione superetur.

De Falsitate naturalis theologiae. Cap. XX.

Idem autem idem Varro de naturali theologia praeloquens Deum se arbitrari esse animum mundi, quem Graeci vocant Colmon, & hunc ipsum mundum esse Deum, sed sicut hominem sapientem, cum sit ex corpore, & animo tantum, ab animo dici sapientem. Ita mundum Deum dici ab animo, cum sit ex corpore, & animo. Hoc videtur quoquo modo vnum confiteri Deum. Sed vt plures etiam introducat, adiungit mundum diuidi in duas partes, caelum, & terram, & caelum Speculum Doctrinale.

bifariam in aethera, & aera, terram vero in aquam, & humum. E quibus summum esse aethera, secundum aera, aquam in infima terram, quas omnes partes quatuor animarum esse plenas in aere, & aethere immortalium, in aqua & terra mortalium, a summo autem circumitu caeli, vsque ad circulum lunae aethereas animas esse, astra & stellas eos caelestes Deos non modo intelligi esse, sed etiam videri. Inter lunae vero gyrum, & nimborum atque ventorum cacumina aereas esse animas, sed eas animo no oculis videri, & vocari Heroas, & Lares, & Genios. Iouem autem, qui etiam Iuppiter dicitur, quem velint intelligi exponant. Deus est inquit habens potestatem caesuram, quibus aliquid sit in mundo, sed cur ei praepositor Ianus, hoc nobis vir ille acutissimus respondeat. Quoniam penes Ianum, inquit, sunt prima, penes Iouem summa. Hunc sane Deum penes quem sunt omnes causae fractarum naturarum, naturaliumq. rerum, si Iouem populi appellat, & tantis contumelijs, tamq. selectis criminatib. colunt deteriore sacrilegio sese obstruunt, q si profus nullum putaret Deum, vnde satis esset eis alium aliquem Iouis nomine nuncupare, dignum turpibus, & flagitiosis honoribus, supposito vano figmento, quod potius blasphemaret, sicut Saturno dicitur suppositus lapis quem pro filio deoraret, quam illum Deum dicere, & tonarem, & adulterantem, & totum mundum regentem, & per tot supra diffluentem, & naturarum omnium naturaliumq. rerum causas summas habentem, & suas causas bonas non habentem. Deinde quare quem iam locum inter Deos huic Ioui tribuant. Si Ianus est mundus, Deos veros animam mundi, ac partes eius isti desinuit. Si ergo Ianus est mundus, & Deus est Ianus. Nun quid Iouem vt Deus esse possit, aliquam partem Iani esse dicitur. Magis enim Ioui vniuersum solent tribuere, vnde est illud. Iouis omnia plena. Omnes igitur istos selectos Deos hunc esse mundum volunt. In quibusdam vniuersum, in quibusdam partes eius, vniuersum sicut Iouem partes eius, vt Genium, vt matrem magnam, vt solem, vt lunam, vt potius Apollinem, & Dianam. Et aliquando vnum Deum res plures, aliquando vnam rem Dij plures faciunt.

De Turpitudine sacrerum Liberi, & Cybeles. Cap. XXI.

Idem vero liberi sacra, quem liquidis feminibus, ac per hoc non solum liquoribus fructuum, quorum quodammodo primatum vinum tenet, verum etiam feminibus animalibus praefecerunt, ad quantam turpitudinem pertenerunt, piget quidem dicere propter sermonis logitudinem, sed propter istorum superbiam hebetudinem non piget. Inter cetera quae praetermittere quoniam multa sunt cogor. In Italiae compitis, quaedam dicit sacra Liberi celebrata cum tanta licentia turpitudinis, vt in eius honorem paudenda virilia colebantur. Non saltem aliquantum verecundiae secreto, sed in propatulo exultante nequitia. Nam hoc turpe membrum per liberi, dies festos cum honore magno postellis impositum, prius rure in compitis, & vsque in vrbem postea vtebatur. Cui membro inhonesto matrem familias honestissimam palam coronam necesse erat imponere. Et Attus ille non est commemoratus, nec eius ab isto interpretatio requisita est. In cuius dilectionis memoriam Gallus absconditur. Merito huic auferatus est Varro nofter, nec hoc dicere voluit, non enim hominem doctissimum latuit. Idemque de mollibus eidem matri magna contra omnem virorem, mulierumque verecundiam consecrata, qui vsque in hesternum diem madidis capillis, facie dealbata, fluentibus membris, incesu scemiteo per plateas, vicofq. Carthaginis etiam populis, vnde turpiter viuerent, exigebant, nihil Varro dicere voluit, nec vspiam me legisse commemini, deficit interpretatio, erubuit ratio, conticuit oratio. Quid est ergo, quod dicitur caput Deorum Ianus, caput Deorum Tellus, nec ibi facit vnum error caput, nec hic sanum furor, cur haec frustra referre nituntur ad mundum, quod & si posent, pro Deo vero mundum nemo pius colit. Referant haec potius ad homines mortuos, & ad demones pessimos, & nulla quaestio remanebit.

De Impotentia, & flagitijs Deorum. Cap. XXII.

Crisantus ad Darram. Quo vero pnt nobis esse custodes, qui no custodiri fuerunt a canibus, nec a furib. rapiuntur. Deus. n. non potest aestimari nec credi, nisi qui sanctitatem oemq. supergreditur maiestatem. Quot ergo bona Saturnus falsiter habuit, qui proprios filios, quotiens nascebantur occidit, vt non dicam comedit, sicut cultores eius scribunt? Quot bona in Ioue fuisse existimas, qui quot dies vixit, tot in Tomus Secundus. Oo 5 andita

audita incesta, tot homicidia perpetravit, qui omni castitati vsque ad mortem inimicus extitit, vt eniam Ganimedem, libidine polluerit, & terram suis foribus inquinauit. Aug. in lib. confel. i. Nonne ego intelligo, & tonantem Iouem, & adulterantem, & vtique non possit hęc duo, sed actum est, vt haberet auaritatem ad imitandum verum adulterum lenocinante falso tonitru. Fingebat quidem hoc Homerus hominibus, flagitiosis diuina tribuendo, ne flagitia putarentur, & vt quisquis ea fecisset, non homines perditos, sed cœlestes Deos videretur imitatus. Actor. Propter hæc, & similia merito huiusmodi falsa nomina etiam a cœtoribus suis cōtempna. & illusa plerumque liguntur. Nam de Dionysio Sicilia tyranno refert Valerius, qd sacrilegia sua iaco condidit. Nam detracto Ioui aureo amiculo, & iniecto ei lanceo pallio dixit: Aestate grauem esse aureum amictum, hiemalrigidum, lanceū autem ad vtrumq; tempus aptum. Idem autem coronas, & pateras Deorum tollens a simulacris, in quibus scriptum erat Bona Deorum, non tollere ea sed accipere dicebat, sultum esse dicens, a quibus bona præcantur, ab his porrigentibus non le suuere.

Quod Administratio totius mundi non diuersis numinibus sed vni vero tribuenda sit. Cap. XXIII.

Aug. de Ciu. Dei lib. 7. Itaque omnia quæ ab eis ex istorum Deorum theologia velut phisicis rationibus referuntur ad mundum, Deo potius vero, qui fecit mundum, omnis animæ, & omnis corporis conditori tribuantur. Qui naturis a se creatis, & subsistendi, & mouendi initia, finisque constituit. Qui rerum causas habet, nouit, atque disponit. Qui vim seminum condidit, qui rationalem animam, quæ dicitur animus, quibus voluit viventibus indidit. Qui sermone facultatem vsuque donauit. Qui munus futura dicendi, quibus placuit spiritibus impartiuit. Et per quos placet, malas validudines pellit, qui bellorum quoque ipsorum, cum sit emendandum, & castigandum est genus humanum, exordijs, progressibus, finibusque moderatur, qui mundi huius ignem vehementissimum pro immensa nature temperamento, & creaturæ, & regit, qui vniuersarum aquarum creator, & gubernator est, qui solem fecit corporaliū clarissimum luminum, eique vim congruam, & motum dedit, qui ipsi etiam inferis dominationem suam, potestatemque non suberabit, qui semina, & alimenta mortalium, siue arida, siue liquida, naturis competentibus attributa substituit, qui terram fundat atque fecundat. Qui factus eius animalibus hominibusque largitur. Qui causas non solum principales, sed etiam sequentes nouit, atque ordinat. Qui luna nature modum suum, qui vias cœlestes, atque terrestres locorum mutationibus præbet. Qui humanis ingeujs, quæ creauit etiam scientias artium variarum, ad adiutam vitam naturamque concessit. Qui coniunctione maris ac cœcinnæ ad adiutorium propagande proli instituit. Qui hominum cœtibus, quem sociis, & luminibus adhiberet, ad la cillimum vñs munus terreni ignis indulgit. Itæ sunt certè, quæ dijs selectis, peruersio quas phisicas ininterpretationes, vit acutissimus atque doctissimus Marco distribuere laborauit. Hæc autem facit atque agit vnus verus Deus, sed sicut Deus idem vbiq; et totus, nullis inclusus locis, nullis vinculis alligatus, in nullas partes scissilis, ex nulla parte mutabilis, implens cœlum, & terram, præsentem potentia, non indigente natura, sic itaque administrat omnia quæ creauit, vt etiam ipsa propnos exercere, & ageie motus suat.

De varijs erroribus mundana philosophia, quæ & theologia dicitur. Cap. XXIII.

Idorus vbi supra. Philosophi Græci amatores sapientie dicuntur. Est enim philosophus, qui diuinarum humanarumque rerum scientiam habet, & omnem bene viuenditramitem tenet. Theologi autem idem sunt, qui & philosophi, dicitur & theologi, quia in scriptis suis de Deo dixerunt, quorum varia constat opinio, quid Deus esset dum quærerent. Quidam enim corporo sensu hanc mandum visibilem, ex quatuor elementis Deum esse dixerunt, vt Dionysius stoicus. Alij spiritualiter intellexerunt, mentem esse Deum, vt Thales milesius. Quidam animum in omnibus commanentem, & lucidum, vt Pythagoras. Quidam Deum sine tempore incommutabilem, vt Plato. Quidam mentem solutam, vt Cicero. Quidam, & spiritum, & mentem, vt Varro. Inuentum enim solummodo Deum, non vt inuenerunt exposuerunt, quia euauerunt in cogitationibus suis, dicentes enim se esse sapientes, sultū facti sunt. Platonici, quidem Deum creatorem, & arbi-

trum, & iudicem asserunt, Epicurei ocosum, & in exercitatum. De mundo autem platonici affirmant incorporalem. Stoici corporalem, Epicurus ai homis, Pythagoras ex numeris, Heraclius ex igne. Vnde & Varro ignem mundi animum dicit, perinde qd in mundo ignis omnia gubernet, sicut animus in nobis, quàm vanissime, qui cum est inquit in nobis ipsi sumus cum exit, emoritur. Ergo & ignis cum de mundo per fulgura proficiscitur, mundus emoritur. Hi philosophorum errores et apud ecclesiam induxerunt hæreses. Aug. de Ciu. Dei lib. 8. In Græca lingua duo philosophorum genera traduntur. Italicum & Ionicum. Italicum ergo auctorem habuit Pythagoram Samium, a quo etiam fuit ipsum philosophiæ nomen exortum. Ionici vero generis principes fuit Thales Milesius, qui rerum naturam scrutatus, in hoc admirabilis extitit, qd numeris comprehēsis defectus solis, & lunæ etiam prædicere potuit. Aquam tamen putauit rerum esse principium, & huc omnia elementa ipsamque mandum, & quæ in eo gignuntur existere. Nihil autem huic operi, quod mundo considerato tam mirabile aspicimus, ex diuina mente præposuit. Hinc successit Anaximander eius auditor, mutauitque rerum natura opinionem, non enim ex vna re vt Thales, sed & suis pprijs principijs, quas res nasci putauit, qui rerum principia singularum credidit esse infinita, & innumerabiles mundos gignere, & quæcunq; in eis oriuntur, eosque mundos modo dissolui, modo iterum gigni existimauit, quanta quisque ætate sua manere potuit, nec ipse aliquid diuine menti in his operibus tribuens. Huius discipulus Anaximenes rerum causas in infinito aeri dedit, & Deos ex ipso aere ortos credidit. Anaxagoras vero eius auditor, harum rerum omnium, quas videmus effectorem diuini animi sensu, & dixit ex infinita materia, quæ constaret similibus inter se particulis rerum omnium, quibus suis & proprijs singula fierent, sed animo faciente diuino. Dyogenes autem Anaximenes alter auditor, aere quidem dixit rerum esse materiam, de qua omnia fierent, sed eum esse competentem diuine rationis, sine qua nihil ex eo fieri posset. Anaxagore successit eius auditor Archelaus, etiam ipse de particulis similibus inter se, quibus singula quæque fierent, ita putauit constare omnia, vt inesse etiam mentem diceret, quæ corpora æterna idest, illas particulas coniungendo, & dissipando ageret omnia. Huius discipulus fuit Socrates, magister Platonis, qui primus vniuersam philosophiam ad corrigendos mores componendosque flexibile memoratur. Cum ante illum omnes magis phisicis, in naturalibus rebus perferendis operam maximam impenderint. Sic autem diuersas inter se Socratici de isto sine sententias habuerunt, vt quidam summum bonum dicerent esse voluptatem, sicut Aristippus. Quidam virtutem, sicut Anaxagoras, sic alij, atque alij aliud, atque aliud opinati sunt.

Quod ex philosophis Platonici proprijs accesserunt veritatibus. Cap. XXV.

Vm studium sapientie in actione, & contemplatione versetur. Vnde vna pars eius actiua, altera contemplatiua dici potest, quatum altera ad agendam vitam pertinet. factiua. Contemplatiua autem ad conspiciendas naturæ causas, & sincerissimam virtutem. Socrates in actiua excelluisse memoratur. Pythagoras vero magis contemplatiuæ quibus potuit intelligentiæ viribus instruit. Proinde Plato vtraque iungendo philosophiam perfecisse laudatur, quam in tres, partes distribuit, vnam naturalem, quæ contemplationi deputata est, aliam morealem, quæ maxime in actione versatur, tertiam rationalem, qua verum determinatur a falso. Quæ licet vtraque, i. actioni, & contemplationi sit, necessaria, maxime in contemplatio perfectionem sibi vendicat veritatis. Fortassis autem qui Platonem acutius, & veracius intellexisse, ac sicuti esse laudantur, aliquid tale de Deo senserunt, vt in illo inueniatur, & causa subsistendi, & ratio intelligendi, & ordo viuendi. Quorum triū vni ad ad naturalem, alterū ad rōalem, tertium ad moralē pertinere intelligitur. Si. n. homo ita creatus est, vt per id qd in eo peccat, attingat ad illud qd cuncta peccat, vñi vñi optimum Nesti, sine quo nulla natura subsistit, nulla doctrina instruit, nullus vnus expedit, ipse quatur vbi nobis secura sunt oia, ipse cernatur vbi nobis certa sunt oia, ipse diligatur vbi nobis recta sunt omnia. Si ergo Plato Dei huius imitorem, cognitorem, amatorem dixit esse sapientem, cuius participatione sit beatus, quid opus est excutere cæteros? Nulli nobis quàm isti propius accesserunt. Cedat eis igitur, non solum theologia illa fabulosa Deorum carminibus oblectans animos impiorum, nec solum etiam illa ciuilibus vbi impuri demones terrestribus gaudijs de ditos populos, eorum nomine seducentes, humanos errores tanquam

tanquam suos diuinos bonos habere voluerunt, ad spectandos suorum criminum ludos, cultores suos tanquam ad cultū suum studiis immundissimis excitantes, & sibi delectabiliores ludos de ipsis spectatoribus exhibentes. Sed alij quoque philosophi qui corporalia naturæ principia corpori deditis mentibus opinati sunt, cedant his tantis, & tanti Dei cognitoribus viris. Quantum enim ad illam philosophiæ partem, quam phisicam idest naturalem nuncupant, illi id solum cogitare potuerunt, quod cum eis corda eorum obstricta carnis sensibus fabulata sunt.

Qualiter Abraham, & prædicti philosophi peruenierunt ad cognitionem vnus Dei. Cap. XXVI.

Lemens lib. 1. Itaque quondam post diluuium cæteris omnibus errantibus, Abraham cum arte esset astrologus, ex ratione & ordine stellarum potuit cognoscere conditorem eius, cuius prouidentia intellexit cuncta moderari, vnde & Angelus ei per visum appatens, plenus eum de his, quæ sentire cepit, docuit. Aug. de ciu. Dei vbi supra. Isti quoque summi philosophi, quos merito fama, & gloria cæteris pilatos videmus, considerauerunt nullum corpus esse Deum. Et ideo cuncta corpora transcendunt, quærentes Deum, viderunt quicquid mutabile est, non esse summum Deum, & ideo animam omnemque mutabiles spūs transcendunt quærentes summum. Deinde viderunt oēm speciem in re quacumque mutabilem, quæ est quicquid illud est, quo quomodo & qualiscunque natura est, non esse posse, nisi ab illo, qui vere est, quia immutabiliter est, ac per hoc sine vniuersi mundi corpus, figurata, qualitates, ordinatumque motum, & elementa disposita, a cælo vsque ad terram, & quæcunq; corpora in eis sunt, esse omnem vitam, vel quæ nutrit, & continet, qualis est in arboribus, vel quæ & hoc habet & sentit, qualis est in pecoribus, vel quæ & hoc habet & intelligit, qualis est in hominibus; vel quæ nutritorio subsidio non indiget, sed tū continet, sentit, intelligit, qualis est in Angelis; nisi ab illo esse non posse, qui simpliciter est: quia non aliud est illi esse, aliud viuere, quasi possit esse nō viuens, Nec aliud est illi viuere, aliud intelligere, quasi possit viuere non intelligens, Nec aliud est illi intelligere, aliud beatū esse, quasi possit intelligere non beatus, sed quod est illi viuere intelligere, beatum esse, hoc est illi & esse. Propter hanc incommutabilitatem, & simplicitatem intellexerunt eum, & omnia illa fecisse, & ipsum a nullo fieri potuisse. Considerauerunt, n. quicquid est, vel corpus esse, vel vitam, meliusque aliud esse vitam, quàm corpus, speciemque corporis esse sensibilem intelligibilem vitæ, prouide intelligibilem speciem sensibili præter Jerunt. Insubstantia dicimus, quæ vñ tactuque corporis sentiri queunt. Intelligibilia, quæ conspectu mentis intelligi. Nulla est enim pulchritudo corporis, siue in statu corporis, sicut est figura, siue in motu, sicut est in cantilena, de qua non animus iudicat, quod profecto non possit, nisi melior in illo esset hęc spēs, sine tumore molis, sine strepitu vocis, sine spacio, vel loci vel temporis. Sed ibi quoque nisi mutabilis esset, non alius alio melius, de specie sensibili iudicaret, melius ingeniosior, quàm tardior, melius peritior, quàm imperitior, melius exercitator, quàm inuitis exercitatus, & idem ipse vnus cum proficit, melius vitæ postea quam prius. Quod autem recipit magis vel minus, sine dubitatione mutabile est. Vnde ingeniosi homines, & docti, & in his exercitijs facile collegerunt, non esse in his rebus primam speciem, vbi mutabilis esse conuincitur. Cum igitur in eorum conspectu, & corpus, & animus magis minusque speciosa essent, viderunt esse aliquid vbi prima & incommutabilis species esset, & ideo nec comparabilis, atque ibi esse rerū principium rectissime crediderunt, quod factum non esset, & ex quo cuncta facta essent, ita quod notum est Dei, manifestauit eis ipse, cum ab eis inuisibilis eius, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciantur. Actor. Quæ autem philosophi de Deo vera dixerunt, require supra lib. 1.

De Vera Theologia, quæ & Diuina. Cap. XXVII.

H Vgo super hierarchiam. Nunc dicendum est, quid sit Theologia. Altius quidem insipienti propter euidenciam dicendorum, philosophia tres continet partes, Primam, logicam, quæ vim & modum rationationum, verique & falsi firmum iudicium assumpit. Secundam, i. ethicam, quæ modum viuendi rectum, & disciplinæ formam, & virtutū infinita disponit. Tertiam, i. theoreticam, quæ sola verum in omni quod est, & quod non est feruntur elegit. Huius, i. theoreticæ tres sunt partes. Prima mathematica, Secunda phisica. Tertia theo-

logica. In quibus contemplatio veritatis, quasi quibusdā contemplationum gradibus ad summum conscendit, Mathematica speculatur visibiles rerum inuisibilium formas. Phisica scrutatur inuisibiles rerum visibilibus causas. Soia vero theologia cōtemplatur inuisibiles substantias, & eorum inuisibiles naturas. Seneca in li. epistolaram. 6. Quæcunq; videmus, aut vgiimus Plato in illis non numerat, quæ esse proprie putat, Anunt. n. & in assidua diminutione, atque adiectione sunt, hoc est qd ait Eracitus. In idem flumen bis descendimus, & non descendimus. Manet. n. idem fluminis nomen aqua trāsmissa est. Actor. Ex his potest intelligi, quomodo accipiebat Plato Deum appellari ton. i. ens, vel quod est. s. per excellentiam. Vnde dicit Aug. qd illa verba dñi ad Moysen. Ego sum qui sum, Plato vehementer tenuit, & diligentissime commendauit. Eratit autē valde, cum Deum posuit in existentium diuisione, cum aliter dicitur esse creator, & aliter creatura. Non enim vniuce prædicatur ens, de Deo, & de cæteris. Quare Deus in eorum, quæ sunt diuisione, poni non potest.

De Materia diuina Theologia. Cap. XXVIII.

Richardus in li. exceptionum. 1. Theologia vt dictum est, tractat de inuisibilium essentia. i. de Deo, & spiritibus creaturis, verum inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Opus autem duplex est, s. opus conditionis quo factum est, vt essent quæ non erant, & opus re staurations quo factum est, vt melius essent, quæ perierant. Opus conditionis est creatio mundi, cum omnibus elementis suis. Opus re staurations est incarnatio verbi, cum omnibus sacramentis suis, primum in sex diebus factum est, secundū non nisi sex ætatibus perfici potest. Sex tamen contra sex sunt, vt cognoscatur idem esse redemptor, qui creator. Per opus conditionis tria inuisibilia Dei demonstrantur. s. sapientia, potentia, benignitas, potentia creat, sapientia gubernat, benignitas conseruat. Potentiam manifestat creaturarum immensitas, sapientia decor, bonitatem vtilitas. Immensitas creaturarum in multitudine, & magnitudine, multitudine in similibus, in diuersis, in permixtis, Magnitudo est in mole, & spacio, moles est in massa, & pondere, spaciū est in longo, & lato, profundo, & alto, Decor creaturarum est in situ, & motu in specie, & qualitate, sicutus est in compositione, & ordine, Ordo est in loco, & tempore, & proprietate. Motus est quadripertitus, s. localis, naturalis, animalis, rationalis. Localis est ante, & retro, dextrorsum & sinistrorsum, sursum & deorsum, & circum. Naturalis est cum incremento, & decremento. Animalis est in sensibus, & appetitibus. Rationalis est in factis, & consilijs. Species est forma visibilis, quæ oculo discernitur sicut colore, & figuræ corporis. Qualitas est proprietates interior, quæ cœtis sensibus percipiuntur, ut melos in sono auditu aurium, dulcor in sapore gustu faucium, fragrantia in odore olfactu narium, lenitas in corpore tactu manuum. Vtilitas creaturarum constat in grato, & apto commodo & necessario: Gratum est quod placet, aptum quod conuenit, commodum quod prodest, necessarium sine quo quid, esse non potest. Opus conditionis factum est, vt statim homini subesset Opus re staurations, vt lapsus erigeret.

De Distincta eius a Theologia mundana. Cap. XXIX.

H Vgo vbi supra. Itaque duo simulacra proposita erant homini. in quibus inuisibilia videre potuisset, vnum nature, & alterum gratiæ. Simulacrum nature erat species huius mundi, simulacrum gratiæ humanitas verbi. Et in vtroq; Deus monstrabatur, sed in vtroque non intelligebatur, quia natura quidem specie sua artificem monstrauit, sed contemplantis oculos illuminare non potuit: Humanitas autem verbi & medicina fuit, vt cæci lumen reciperent, & doctrinam pariter, vt videntes agnosceret veritatem, Lutum fecit ex spato, & limuit oculos cæci, & lauit & vidit, & deinde videnti & cognoscenti ait. Ego sum, & qui loquitur tecum ipse est filius Dei: Prius ergo illuminauit, postea monstrauit: Natura enim monstrare potuit, sed illuminare non potuit. Per simulacra igitur nature creator tantū significabatur. In simulacris vero gratiæ Deus præfens ostendebatur, quia in his ita operatus est, vt intelligeretur esse. In istis vero vt agnosceretur præfens esse, Hæc est distinctio theologiæ huius mundi, a diuina theologia. Impossibile. n. est inuisibilia nisi per visibilia demonstrari, & omnis theologia necesse habet visibilibus demonstrationibus vti, in inuisibilium declarationem: Sed mundana vt diximus theologia opera conditionis assumpit, & opera huius mundi speciem concreat, vt demonstrationem suam faceret in illis, theologia vero diuina



ro diuina opera restorationis elegit, fm humanitatem Iesu, & facientiorum eius, quæ ab initio sunt, Naturam quoque pro modulo subiunctis, vt in illis eruditionem conformaret, Maior autem vt diximus declaratio in sacramentis gratiæ, & carne verbi, & mystica operatione ipsius ostenditur, qm in naturali rerum specie prædicatur, & idem mundana theologia parum euidenti demonstratione vtens, non valuit in comprehensibilem veritatem sine contagione erroris educere, quam diuina noscitur theologia simplici, & pura assertionem prædicare.

De Causa, & modo quibus edita scriptura diuina. Cap. XXX.

August. de Ciui. Dei, li. 11. Magnam quidem est, & admodum rarum, paucisque conc. ssum vniue. sam creaturam corpoream, & incorpoream, confideratam compertamq; mutabilem intentionem mentis exc. dere, atque ad incommutabilem Dei substantiam peruenire. & illic discere ex ipso, qm cum tam creaturam, quæ non est, quod ipse non fecit nisi ipse. Sic enim Deus cum homine non per aliam creaturam loquitur corporalem, nec per corporis imaginem, sed ipsa veritate, si qd sit idoneus ad audiendum mente non corpore, ad illud enim hominis ita loquitur, quod in homine ceteris quibus constat; hoc est melius, & quo ipse Deus solus est melior. Dum n. homo rectissime intelligatur, vel si hoc non potest, saltem credatur factus ad imaginem Dei. profecto ea sui parte propinquior est superiori Deo, qua superat inferiores suas, quas etiam cum peccatoribus cões habet, sed quia ipsa mens cui ratio, & intelligentia naturaliter inest, vitis quibusdam veteribus, & tenebris inuoluta est, non solum ad inhærendum fruendo, & verumetiam ad perferendum incommutabile lumen, donec de die in diem renouata, atque serenata fiat, tantæ felicitatis capax: fide enim primum fuerat imbuenda, atque purganda. In qua vt fidentius ambularet ad veritatem, ipsa veritas Deus Dei filius homine assumpto, non Deo consumpto eandem constituit, fundanda nit fidem, vt ad Deum iter, esset homini per hominem Dei. Hic prius per prophetas, deinde per seipsum, postea per apostolos quantum satis esse iudicauit locutus, & scripturam condidit, quæ canonica nominatur, eminentissimæ auctoritatis, cui fidem habens de his rebus quas ignorare non expedit, nec per nos ipso: nosse idonei sumus. Sicut, n. de visibilibus, que non vidimus, eis credimus qui viderunt, ita de inuisibilibus, quæ animo, & mente sentiuntur, sed a nostro sensu interiore remota sunt, his nos oportet credere, qui hoc in illo lumine incorporeo disposita didicerunt, vel manentia contuuntur. Visibilem omnium maximus mundus est, Inuisibilem omnium maximus Deus est, sed mundum esse conspicimus, Deum esse credimus. Quod autem Deus fecit mundum, nulli potius credimus, quæ ipsi Deo, vbi eum audimus nusquam interim melius, quam in scripturis sanctis, vt dixit propheta eius. In principio Deus creauit cælum, & terram. Nuncquid illi fuit iste propheta qm fecit cælum, & terram non, sed ibi fuit sapientia Dei, per quam facta sunt omnia, quæ in animas etiã sanctas se transfert. Amicos Dei, & prophetas constituit, eiusque opera sua sine strepitu enarrat intus. Loquuntur eis quoque Angeli sancti, qui semper vident faciem patris, voluntatemque eius quibus oportet annunciant. Ex his vnus erat ille propheta, qui dixit, & scripsit. In principio Deus fecit cælum, & terram, qui tam idoneus testis est, per quem Deo credendum sit, vt eodem spiritu, quo hæc sibi reuelata cognouit, etiam ipsam fidem nostram futurã tanto ante prædixit.

De excellentia diuina scriptura respectu secularis scientia. Cap. XXXI.

Richardus vbi supra. Philosophorum scripturæ quasi iute paries dealbatus nitore eloqui foris pollent. Quæ si qm veritatis prædunt speciem, falsa dimiscendo, quasi quodam colore superdueto, lutum erroris operiunt. E contra diuina eloquia apertissime suo comparantur, quæ & pp sim plicitatem sermonis arida apparent, & intus dulcedine plena sunt. Richardus vbi supra. In hoc autem valde excellentior est diuina scriptura scientia seculari, qm in ea non solum voces, sed & res significatiuæ sunt. Sicut igitur in eo sensu, qui est inter voces & res, necessaria est cognitio vocum, sic in eo sensu qui inter res, & facta, vel faciendã mystica versatur, necessaria est cognitio rerum. Cognitio vocum in duobus consistit. In pronuntiatione, ad quam solum pertinet grammatica, & significatione ad quam solum dyalectica, ad pronuntiationem simul, & significationem pertinet rhetorica. Cognitio rerum consistit in

forma & natura. Forma est in exteriori dispositione, natura in interiori qualitate. Omnis autem dispositio, vel in numero est, ad quam pertinet arithmetica, vel in proportione ad quam musica, vel in situ ad quam geometria, vel in motu, ad quã astronomia. Ad interiore vero qualitate spectat phisica. Omnes igitur artes subserviunt diuinæ sapientiæ, & inferiori scientiæ recte ordinata ad superiorem conducit. Sub eo igitur sensu, qui inter voces, & res versatur continetur historia, & ei subserviunt res scientiæ, grammatica, dyalectica, rhetorica. Et sub eo sensu, qui inter res, & facta mystica versatur, continetur allegoria. Et sub illo qui est inter res, & faciendã mystica, continetur tropologia Et his duabus subserviunt arithmetica, musica, geometria, astronomia, & phisica.

De Sacrorum eminentia librorum. Cap. XXXII.

August. in 11. disputatione contra Faustum. Sunt quidam libri, qui non præcipiendi auctoritate, sed proficientis exercitatione conferuntur a nobis. Inter hos sunt de quibus dicit Apostolus. Et siquid aliud sapitis, in quoque vobis reuelauit Deus, quod genus literarum non cum erudendi necessitate, sed cum iudicandi libertate legendum est. Cui tñ ne intrudat locus, & admiraretur posteris, ad quæstiones difficillimas tractandas, atque verandas, linguæ, & stilii saluberrimus labor, dicitur est a posteriorum libris excellentia canonica auctoritatis veteris testamenti, & noui Apostolorum firmata temporibus, per successiones episcoporum, & propagationem ecclesiæ, tanquam in se de quadam sublimiter constituta est, cui seruiat omnis fidelis, & plus intelligens. Ibi siquid velut absurdum mouerit, dicere non licet. Autor huius libri veritate non tenuit, sed ad codicem mendosus est, aut interpres errauit, aut tu non intelligis. In opusculis autem posteriorum, licet eadem inueniatur veritas, longe tamen est impar auctoritas, vnde nisi vel certe ratione, vel ex illa canonica auctoritate demonstratur, quod ibi disputatum est vel narratum, si quis credere noluerit, non reprehenditur. In illa vero canonica eminentia sacrarum literarum, etiam si vnus propheta, vel Apostolus, vel Euangelista aliquid in literis suis posuisset, ipsa canonis confirmatione declaratur, non licet dubitare quin verum sit, alioquin, nulla erit pagina, qua humanæ imperitiæ regatur infirmitas, si libro rum saluberrima auctoritas, aut concepta penitus aboletur, aut interminata confunditur.

De Numero, & nominibus eorum. Cap. XXXIII.

Sidorus in li. ethi. 6. Hebraei veteris testamentum Esdra auctore iuxta numerum literarum factum, in viginti duobus libris accipiunt, diuidentes eos in tres ordines legis. I. Prophetarum, & Agyographorum. Primus ordo legis in quinque libris accipitur, quoru primus est Genesis, quod est Genesis, secundus Illethmoth, quod est Exodus, tertius Vegethra. i. Leuiticus, quartus Vagedaber, quod est Numeri: quintus Helledabrim, quod est Deuteronomium. Hos libros Hebraei Thorath, Latini legem appellant. Secundus ordo est prophetarum in quo continentur octo libri. Quorum primus Iosue bennum, qui & Latine Iesus naue dicitur. Secundus Sopherim, quod est Iudicum. Tertius Samuel, qui est Regum primus, Quartus Malachim, qui est regum secundus. Quintus Esaias. Sextus Hieremias. Septimus Ezechiel. Octauus Carista. i. xij. prophetarum. Qui libri, qui sibi probeuitate adioncti sunt pro vno accipiuntur. Tertius ordo est Agyographorum. i. sancta scribentium, in quo sunt nouem libri. Primus Tob. Secundus Psalterium: qui in quinque inscriptionibus diuiditur. Tertius est Mastoth, quod est proverbia Salomonis. Quartus Coelch, quod est Ecclesiastes. Quintus Syrahitim. i. Cantica canticorum. Sextus Daniel. Septimus Habiciamin. i. Verba dierum, hoc est Paralipomenon, qui & Cronicon, Octauus Esdras, qui in duos libros diuiditur, apud Græcos, & Latinos. Nonus Hester, qui simul, omnes quinque. 8. & 9. sunt viginti duo, sicut superius sunt comprehens. Quidam autem Ruth, & Cinoch. i. Lamentationem Hieremias agyographis adiungunt, & viginti quatuor volumina testamenti veteris faciunt: iuxta viginti quatuor seniores, qui ante conspectum dñi assistunt. Quartus ordo est apud nos veteris testamenti eorum librorum, qui in canone Hebraico non sunt. Quoru primus Sapientia liber est. Secundus Ecclesiasticus. Tertius Thobias. Quartus Iudith. Quintus, & sextus Machabeorum. Quos licet Iudæi inter apocrypha separent, ecclesiastica tñ Christi inter diuinos libros, & honorat, & prædicat. In nouo autem testamento duo sunt ordines. Primus Evangelicus, in quo sunt Matheus, Marcus: Lucas: Iohannes. Secundus Apostolicus, in quo sunt Paulus

Paulus in quatuordecim epistolis. Petrus in duabus. Iohannes in tribus. Iacobus & Iudas in singulis, actus Apostolorum, & Apoc. Iohannis, qui omnes libros & tempore concludit & ordinae. Summa autem vtriusque testamētū tripartite distinguitur, id est in historia, in moribus, in allegoria. Rursus ista tria multipartite diuiduntur, id est quid est a Deo, quid ab Angelis, vel ab hominibus gestum dictumque sit, quid a prophetis pronuntiatum de Christo, & corpore eius, quid & diabolo & mēbris eius, quid de veteri, & nouo populo, quid de præsentī seculo, & futuro regno atque iudicio.

De Añoribus librorum Heptaticis, & Regum. Cap. XXXIII.

Primus itaque Moyse diuina historiae cosmographiam in quinque voluminibus edidit, quod Pentateuchum a quinque voluminibus dicitur. Penta enim Græce quinque, theucus voluē. Genesius liber dicitur ex. i. mundi generatio in eo continetur. Exodus vero eo quod exitum populi de Aegypto dicitur. Leuiticus vero, quod leuiturum ministeria, & diuinitatem vicinarum exequitur. Numeri vero, eo quod in eo tribus egressæ de Aegypto numerantur. & 42. per heremum mansiones. Deuteronomio Græce, Latine secunda lex. i. repetitio, & Euangelicæ legis præfiguratio, quæ sic ea habet quæ priora sunt, vt tamen noua sint omnia, quæ in eo replicantur. Iosue liber ab eo non est acceptus, cuius historiam continet. Scriptorem vero eius eundem Iosue Hebraei asserunt, in cuius textu post Iordanis transitum regna hostium subuertuntur, terra populi diuiditur, & per singulas vrbes, viculos, montes, atque confinia ecclesiæ, & celestisque Hierusalem spiritualia regna præfigurantur. Iudicum vero nominatur a principibus populi, qui præfuerunt in Israel. Post Moysen, & Iosue, antequam Dauid & ceteri reges exiirent, hunc librum, & Ruth edidit credidit Samuel, & per Samuel eisdem Samuelis natiuitatem, & sacerdotium, & gesta describit, iociceo & ab eo nomen accepit, & quamuis hic liber Saul & Dauid historiam continet, vtrique tamen ad Samuel referuntur, quia ipse vnus Saul in regnum, ipse Dauid in regem futurum. Cuius libri primam partem conscripsit ipse Samuel, sequentia vero eius vsque ad calcem scripsit ipse Dauid. Malachim liber proinde appellatur, eo quod Reges Iudæ, & Israheliticæ gentis gesta que eorum per ordinem digerat temporum. Malachim enim Hebraice, Latine Regum interpretatur. Hunc librum Hieremias primus in vno volumine coegit, nam antea sparsim erat per singulorum regum historias. Paralipomenon Græce dicitur, quod nos prætermissorum, vel reliquorum, dicitur possumus. quæ ea quæ in lege, vel tegi libris omiſsa, vel non plene ætata, sunt, in isto summam ac breuiter explicatur.

De Libro Iob, & Psalterio, & operibus Salomonis. Cap. XXXV.

Librum Iob, quidam Moysen scripsisse arbitrantur, alii vñ ex prophetis. Nonnulli vero eundem Iob post plagam passionis scriptorem fuisse existimant, vt qui certamina spiritualis pugnae sustinuit, ipse narret quæ victorias expedit. Principia autem & fines libri Iob apud Hebræos profæica oratione contexta sunt, media autem ipsius ab eo loco quo ait. Pererat dies in qua natus sum, vsque ad illum locum. Iociceo me reprehendo, & ago pñiam, omnia heroico merito discursit. Psalmorum liber Græce Psalterium, Hebraice Naba, Latine organum dicitur: vocatus autem psalterium liber, quod vno propheta canente ad psalterium, chorus consonando responderet. Titulus autem in psalmis Hebraicus ita est. Hiphirith. alleluiah, quod interpretatur, volumen Hymnorum. Auctores autem psalmorum sunt, qui ponuntur in titulis, Moyses, scilicet & Dauid, & Salomon, A. saph, Ethan, Hitham, & filij Chore, Eman Israheliticæ, & reliquorum quos Esdras vno volumine comprehendit. Omnes autem psalmi, apud Hebræos metrico constant carmine esse compositi. Nam in more Romani stacii, & Græci Pnydari, nunc alii iambo currunt, nunc elegiaco personam, nunc Saphi conitent trimetro, vel tetrametro pede incedentes. Salomon iuxta numerum vocabulorum suorum tria volumina edidit quorum primus est Mastoth, quem Græci Parabolas, Latini vero Prouerbia vocant, eo quod in ipso sub comparatiua similitudine figurarum verborum, & imagines veritatis ostenderet. Ipsam autem veritatem ad intelligendum legentibus referuauit. Secundum librum Cohelech vocatur, qui Græce ecclesiasticus dicitur, Latine concionator, eo quod sermo eius non specialiter ad vnum sicut in proverbis, sed ad omnes generaliter dirigatur, docens omnia, quæ in mundo cernimus, caduca esse, & breuia, & ob hoc minime appetenda. Tertium librum Sirasij

rim prænotauit, quæ in Latinam linguam vertitur caetia canonicorum, vbi per epytalamium carmen coniunctionem Christi, & ecclesiæ mystice canit. Dicitur est autem canticum canticorum, eo quod omnibus canticis præferatur, quæ in scripturis sanctis habentur, sicut quædam in lege dicuntur sancta, quibus maiora sunt sancta sanctorum. Horum autem trium librorum carmina hexametris & pentametris versibus, apud suos composita perhibentur, vt Iosephus Hieronimusque scribunt.

De Libris prophetarum, ac ceteris veteris testamenti. Cap. XXXVI.

Isaias Euangelista potius, quam propheta librum suum edidit, cuius per omnem textum eloquentiæ profa incedit. Canticum vero hexametro, & pentametro versu discaruit. Hieremias similiter edidit librum suum, cum trenis eius, quos nos lamenta vocamus, eo quod in tristioribus, seneribusque adhibeantur, in quibus quadruplex diuerso modo composuit alphabetum. Quorum duo prima Saphico metro sunt scripta, quia tres vericulos qui sibi nexi sunt, & ab vna tñ litera incipiunt, heroicum coma concludit. Tertium alphabetum trimetro scriptum est, & a ternis literis versus terni incipit. Quartum simile primo, & secundo habetur. Ezechiel, & Daniel a vitis quibusdam sapientibus scripi esse perhibentur. Quoru Ezechiel principia, & fines mules habet obscuritatibus inuoluta. Daniel vero claro sermone regna orbis pronuntiat, & tēpus aduentus Christi manifestissima prædicatione annunciat. Hi sunt quatuor propheta, qui maiores vocantur, quia proluxa volumina collegerunt. Liber duodecim prophetarum, auctorum suoru nominibus prænotatur. Qui propterea dicitur minores, quia sermones eorum breues sunt, vnde & connexi libimetipsum in vno volumine adinuicem continentur. Quorum nomina sunt Osee, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, A. bauc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, & Malachias. Esdra liber auctoris titulo prænotatur, in cuius textu eiusdem Esdræ, Neemiaeque sermones pariter continentur: Hester librum Esdras creditur conscripsisse. In quo eadem regina sub figura ecclesiæ Dei populum a seruitute, & morte eripuisse scribitur, atque interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, diei celebritas in posteros mittitur. Liber sapientiæ apud Hebræos nusquam est, quæ Iudæi Philoio esse affirmant, qui proinde sapientiæ nominatur, quia in eo Christi aduentus, qui est sapientia patris, & passio eius euidenter exprimitur. Librum autem ecclesiasticum certissime Iesus filius Syrach Hierosolimita, nepos Iesu sacerdotis magni composuit, cuius meminit & Zacharias, qui liber apud Latinos propter eloqui similitudinem Salomonis titulo prænotatur. Dicitur est autem ecclesiasticus eo, quod de totius ecclesiæ disciplina religiose conuersationis magna cura, & ratione sit editus, hic apud Hebræos reperitur, sed inter apocryphos habetur. Iudith vero, & Thobias, sive Machabeorum libri, quibus auctoris scripti sunt minime constat, habent autem vocabula ex eorum nominibus, quorum gesta scribantur.

De Añoribus quatuor euangeliarum, & Apocalypsis. Cap. XXXVII.

Ironymus in lib. de vitis illustribus. Matheus, qui & Leui, & Publicano Apostolus primus in Iudæa propter eos, qui ex circuncisione crederant, euangelium Christi Hebræis literis, verbisque composuit. In quo aduertendum, quod vbicunque sive ex persona sua, sive ex domini Saluatoris, veteris scripturæ testimonijs vtrius, non sequitur septuaginta translatorum auctoritatem, sed hebraicam, & quibus illa duo sunt. Ex Aegypto vocaui filium meum, & quoniam Nazareus vocabitur. Marcus discipulus, & interpret Petri, iuxta quod Petrum reserentem audierat, rogatus Romæ a fratribus breue scripsit euangelium. Quod cum Petrus audisset, probauit, & ecclesijs legendum sua auctoritate edidit. Meminit huius Marci, & Petrus in prima epistola, Saluat inquit vos Marcus filius meus. Assumpto itaque euangelio, quod ipse cõfecerat perrexit ad Aegyptum, & primus Alexandriæ Christi annūcijs constituit ecclesiã, rãcæ doctrinæ, & vitæ cõtinētia, vt oēs sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Lucas medicus Anthiocensis, vt eius scripta indicat Græci sermonis non ignarus fuit, sectator Pauli Apostoli, & omnis eius peregrinationis comes, scripsit euangelium, de quo idem Apostolus. Misimus inquit, cum illo fratrem cuius laus est in Euāgelio per omnes Ecclesias. Aliud quoque edidit volumen egegiarum, quod titulo Apostolicarum actionum prænotatur. Iohannes Apostolus nouissimus omnium scripsit euangelium, rogatus

ab Aitz episcopis aduersus. Cherinthum, alios quoque Hereticos, & maxime tunc Hebionitarum dogma confurgens, qui asserit Christum ante Mariam non fuisse, vnde etiam compulsi sunt...

De Epistolis Pauli. Cap. XXXVIII.

Hieronimus vbi supra. Paulus Apostolus, qui antea Saulus extra numerum 12. Apostolorum de tribu Benjamin & opido Iudee Galicis fuit, quo a Romanis capto cum parentibus suis Tharfum Cilicie commigravit, a quibus ob studia legis missus Hierosolimam a Gamaliele viro doctissimo eius Lucas meminit eruditus est...

De Septem epistolis canonicis. Cap. XXXIX.

Iacobus qui appellatur frater domini, cognomento iustus, vnde nonnulli existimant filius erat fratris Ioseph, vnde autem mihi videtur Marie sororis matris domini, cuius Iohannes in libro suo meminit filius, post passionem domini statim ab Apostolis Hierosolimarum episcopus ordinatur...

latum est, quo & Origenes sepe vtitur, post resurrectionem saluatoris refert. Dominus autem cum dedisset synodum seruo sacerdoti, iuit ad Iacobum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus non se committitur panem ab illa hora qua biberat calem domini, donec videret eum resurgentem...

De Reparatione facta bibliotheca, & translatoribus eiusdem. Cap. XL.

Sidorus vbi supra li. 6. Bibliotheca a Græco nomen accepit, eo quod ibi reconduntur libri. Nam biblio librorum, theca repository interpretatur. Bibliotheca veteris testamenti Hebraice scriba post incensam Ieremam a Chalæis, dum Iudei regressi fuissent in Hierusalem diuino afflatus spiritu reparauit, cunctaque legis, & prophetarum volumina, quæ fuerant a gentibus corrupta correxit...

De Sacra scriptura doctores, & expostoribus. Cap. XLI.

A pud nos quoque Pamphilus martyr, cuius vitam Eusebius Cesariensis conscripsit, Pifistrati sacre bibliothecæ studio primus adquire contendit. Hic enim in bibliotheca sua prope 30. voluminum millia habuit. Hieronymus quoque atque Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe, quærentes ordine profecti sunt, eorumque studia in vno voluminis indiculo comprehenderunt...

codicem, vel non esse assecutum interpretem, quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam. Alias autem ita lego, vt quantalibet sanctitate, quantave doctrina polleant, non ideo verum patrem quod ipsi ita fenserunt, sed quia mihi per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod à vero non abhorret persuadere potuerunt...

De Clemente Papa, & Ignatio, & Dionysio. Cap. XLII.

Clemens post Petrum, & Linum, & Cleum sedit quartus Romæ episcopus. Anno domini 94. Hic scripsit epistolas decretales. Est etiam itinerarium Petri in libris, quod ei ascribitur, sed apocryfum est. Hic ex præcepto Petri pontificatum suscepit, sed ideo Linus, & Cleus ante eum scribuntur, quia ab ipso principe apostolorum ad ministerium sacrodotale exhibendum ordinati sunt...

De Origene & scriptis eius. Cap. XLIII.

Damianus Origenes presbyter in Alexandria claruit sub Imperatore Alexandro. Anno domini 102. Hic decimo Severi pertinacis anno, ac Leonide patre suo Christi martyrio coronatus cum sex fratribus & matre uida pauperem reliquit, annos natus circiter 17. Rem enim familiarem pro confessione Christi sibi occupauerat, dispersa autem ecclesia Alexandria ipse postmodum a Demetrio eiusdem urbis episcopo, in locum Clementis presbyteri confirmatus, per multos annos floruit, ecclesiasticam scholam ibi tenuit, auaritiam calcavit, voluptates in tantum fugit, vt zelo Dei non secundum scientiam, sed ferro truncaret genitalia...

pium Iob lib. 3. super Psalium 36. homeliæ 5. super Psalium 37. homeliæ 2. super Psalium 38. homeliæ 2. super principium Cantorum lib. 3. super idem principium homeliæ 2. super Esaiam prophetam, homeliæ 9. super Hieremiam homeliæ 14. super Ezechielem homeliæ 14. super Mattheum li. 26. super Lucam homeliæ 38. super principium Iohannis tractatus 1. super epistolam ad Romanos lib. 10. de singularitate clericorum lib. 1. Planctus ipsius Origenis lib. 2. Scripsit præterea libros Periarcon, in quibus maxime eius hæreses inueniuntur. Sed in commentario eius super Mathæum cauendum est, quod dicit Panem illum quem dedit dominus discipulis non fuisse verum corpus eius, exponens illud mystice de pane verbi Dei...

De Cipriano, & Athanasio, & Eusebio. Cap. XLIII.

Ciprianus Cathaginensis episcopus floruit anno domini 247. imperante Valeriano. Hic primum quidem gloriose rethoricam docuit. Exinde suadente presbytero Cecilio, a quo & cognomentum sortitus est: Christianus factus omnem substantiam suam pauperibus erogauit, ac non post multum electus in presbyterum, tandem episcopus factus est. Scripsit autem ad Donatum de gratia Dei librum 1. de lapsis librum vnum, de vnitate catholice ecclesie librum vnum, de oratione dominica librum vnum, de mortalitate librum vnum, de opere, & eleemosynis lib. 1. de honore patientie librum vnum, De zelo & liuore librum vnum, ad Demetrianum librum vnum, ad fortunatum li. 1. ad Quirinum li. quatuor, de laude Martini li. 1. ad Antonianum librum vnum, ad Iubaianum librum vnum, ad Cecilium de sacro calice li. 1. ad cornelium librum vnum, de deo bus montibus librum vnum, de daodecim abusus seculi librum vnum: Epistolas paruas ad diuersas personas librum vnum. Cuique esset amicus sancti Cornelii, qui tunc Romæ pontificatum tenebat, & misisset epistolas sibi inuicem, pro Christo passus est eo die, quo Romæ Cornelius, sed non eodem anno. Athanasius Alexandria ordinatur episcopus anno dñi 332. qui multa Arrianorum persequens insidiis sub Constantio principe, ad Constantem Galliarum principem fugit, vnde cum literis reuerfus & rursus post mortem illius fugatus, vique ad Iouiniani imperium latuit, a quo recepta ecclesia sub Valente moritur. Scripsit autem de trinitate contra hæreticos libros octo, de spiritu sancto librum vnum, dyalogum contra Arrianum libros duos. Exortatorium ad monachos li. 1. Scripsit præter hæc librum contra Valentem, & Vrsacium, aliosque libros, de virginitate, de psalmodum titulis, & vitam sancti Antonii monachi, & alia multa quæ numerare longum est. Eusebius Emisenus episcopus elegantis, & rethorici ingenii, floruit temporibus Constantini imperatoris, & innumerabiles confecit libros. E quibus precipui sunt aduersus Iudeos, & gentes, & nouacianos, & ad Galathas libros decem. Et euangelii homeliæ breues, sed plurimæ. Inueni sermones eius de pascha. Claruit anno domini 349.

De Hilario, & Didimo & Eusebio. Cap. XLV.

Hilarius Pictaenus episcopus anno domini 358. factione Arrianorum in Phrigiam pulsus, libros de nostra religione composuit. Ex quibus hic deslorauit. Libros de trinitate contra Arrianos. 12. super Beati immaculati tractatus. 22. super psalium centesimum quadagesimum, tractatu vnum, ad Apram filiam suam epistolam vnam. Scripsit autem & alios psalmodum commentarios, & librum de synodis, quem ad Galliarum episcopos misit, libellum ad Constantium quem ei uiuenti Constantinopolim porrexit, & alium in Constantium, quem post mortem eius scripsit, alium aduersus Valentem, & Vrsacium, & ad præfatum Salustium, & librum hymnorum, librum mysteriorum commentarios in Mathæum, tractatus in Iob, & elegantem libellum contra Auxantium, epistolas quoque ad diuersos. Obiit anno domini 349. Didimus Alexandrinus floruit anno domini 374. qui à quinto, vel quarto ætatis sue anno oculorum luminibus orbatus, & ob id elementorum quoque ignarus, tantum sui miraculum omnibus præbuit, vt dialecticam quoque & geometriam, quæ maxime visu indigent, vique ad perfectum didicerit. Plurimæque ac nobilia de nostro dogmate per notarios conscripsit, scilicet commentarios in omnes psalmodum. In euangelium Mathæi, & Iohannis, & de dogmatibus, & contra Arrianos libros duos. In Esaiam thomos. 18. In Osee commentarios libros tres, ad Hieronymum scribens, sed & in Zachariam rogatu Hieronymi lib. 5. & commentarios in Iob. Quorum



Quorum omnium nihil in armario cuiusquam inveni apud nos, quia nec forre de Græco in nostram linguam translata sunt, sed tantum de Spiritu sancto li. 3. quos B. Hieronymus transtulit in Latinum. Vixit autem annis 84. Eusebium Edissen e ecclesia diaconus, multa Syro sermone composuit, & ad tantam venit claritudinem, ut post lectionem se ipse parum publice in ecclesiis quibusdam eius scripta soleant recitari. Scripsit autem de penitentia librum vnum, de luctu in inibus fecit librum vnum, de compunctione cordis librum vnum, de beatitudine animæ librum vnum, de resurrectione librum vnum, de die iudicii librum vnum. Decessit autem sub Valente principe, qui imperavit anno Domini 367.

De Basilio, & Gregorio Nazianzeno. Cap. XLVI.

Basilii Cæsareæ Capadociae eps egregius, floruit anno Domini 378. gemina philosophia, & sanctitate clarus. Scripsitque in Exameron libros novem, de institutione monachorum librum vnum. Exhortatorum ad monachos librum vnum. Scripsit & contra Eunomium libros, & de Spiritu sancto volumina vnum, & beatus variosque tractatus. Obiit anno Dñi 384. Gregorius Nazianzenus eps, vir eloquentissimus, floruit anno Domini 331. hic cum philosophia studii adhuc iunior apud Athenas floretet, vidit per soporem sedenti sibi, & legenti, duas satis decoras dextra laevaque feminas confedisit. Quas ille castitatis in ista oculo toruore respiciens, quæ nam essent, & quid sibi vellent percontabatur, eum familiariter complectentes aiunt, Ne moleste accipias iuuenis, nota tibi satis, & familiares sumus, altera enim ex nobis sapientia, altera castitas dicitur, & missæ sumus tecum habitare, quia in eandem satis, & mundum in corde tuo habitaculum præparasti. Cum autem a patre episcopo in sacerdotium subrogatus, hoc egredere discit ad tempus. Postmodum vero reg. eius scripsit apologeticum in libros 2. causas discissionis suæ, vel etiam reditus allegans. Post hoc etiam defuncto patre successit in episcopatum apud Nazanzum breue oppidum, & inde Constantinopolim ad instituendam, vel docendam ecclesiam transire exhortatus est. Ibi ergo episcopus constitutus docuit. ubi vero, & Hieronymus sanctarum scripturarum studii ab eodem eruditum se dicit, præter hanc apologeticum autem iuueni sermones eius tantum sex. Scripsit autem præterea de morte fratris Cefarij, laudes Machabeorū, laudes Cipriani, laudes Athanasij, laudes Maximi Philosophi, librum exametro versa virginis, & nuptiarum contra leuiterium. Contra Eunomium libros duos. De Spiritu sancto librum vnum. Contra Iulianū Imperatorem librum vnum. Obiit autem anno Domini 391.

De Ambrosio, & scriptis eius. Cap. XLVII.

Ambrosius eps, de palatio ad pontificatum raptus, doctor eximus, claruit anno Domini 381. Hic titum capendi aniphonas primus in ecclesia apud Latinos, & Græcis castu lit, apud quos hic ritus iam inoleuerat ex inuicem Ignatij Anzioensis pi. Hymnos etiam composuit, qui nunquam antea in ecclesiis Latinis modulati cænebantur. Scripsit autem de paradiso librum vnum, de vnica penitentia libros duos, de fuga scilicet librum vnum, de Trinitate ad Gratianum libros quatuor. De Spiritu sancto libros tres, de Incarnatione Christi librum vnum, de officiis ministrorum libros tres, de excessu Satiri fratris sui libros duos, de consolatione Valentiniani librum vnum, de eligendo pontifice ad Vercellensem librum vnum, in hexameron libros sex, de arca Noe librum vnum, de bono mortis librum vnum, de Iacob, & vita beata libros duos, de sancto Ioseph librum vnum. De beneficiis quibus patriarcharum librum vnum. De sancto David apologiam librum vnum, de electromina, & ieunio librum vnum, de sancto Thobias librum vnum, de sancta virginitate libros tres, de Naboth librum vnum, super vndecim psalmos 11. super Beati imaginati librum vnum, super Lucam lib. 10. super quatuordecim epistolas Pauli lib. 14. de traditione basilicæ tractatus duos, de obitu Theodosij tractatū vnum, de simbolo ad Neophitos librum vnum, de viduis librum vnum, de interpellationibus, & infirmitate hostilibus, tres, epistolas breues ad duos 77. sermones 75. Obiit anno Domini 394.

De Hieronymo, & libris eius. Cap. XLVIII.

Hieronymus presbyter totus diuinae scripturæ incambens, coterporaneus fuit S. Ambrosio, hic trium linguarum peritus nouum testam Græcæ fidei reddidit, & vetus, iuxta veritatem, Hebraicam transtulit. Solus ex antiquis doctoribus omnes

sedecim prophetas exposuit. Quorundam etiam Græcorum doctorum opuscula in linguam nostram transtulit. Scripsitque, & ipse reperit omnia, quæ sub scripta sunt. Expositiones fidei suæ ad Damasum Papam tractatum vnum, de simbolo Nicæno tractatum vnum. Ex regulis definitionum contra hereticos tractatum vnum, contra Pelagianos libros tres, contra Iovinianum libros duos, contra Luciferianum librum vnum, contra Belindiam de perpetua virginitate S. Mariæ librum vnum, contra Vigilantium librum vnum, contra Origenem de resurrectione carnis librum vnum, ad Animum presbyterum de erroribus Origenis librum vnum, ad Pammachium & Oceanum librum vnum, contra Rufinum presbyterum Aquilæ librum vnum, Apologeticum ad Augustinum librum vnum, Exhortatorium ad Iulianum librum vnum, de penitentia ad Rufinum librum vnum, de fugi & luxurioso ad Papam Damasum librum vnum, de duodecim quaestionibus ad Ebidiam librum vnum, de quaestionibus Simonis ad Algisiam de correctione 70. in psalterio ad Summiam, & Ferrelam librum vnum, de homine perfecto librum vnum, ad Oceanum de hoc, quod scripsit cili. Vnius vxoris virum librum vnum, de historia Iacobi, & Annæ librum vnum, de viris illustribus librum vnum, de distantia Iocorum librum vnum, de septem gradibus ecclesiæ ad Damasum Papam librum vnum, de vita clericorum ad Neogeianum librum vnum, Epitaphium Nepotiani ad Heliodorū episcopi librum vnum, de institutione clerici, vel monachi ad Paulinum librum vnum, de vita monachi ad Rufinum librum vnum, de vita clerici ad Oceanum librum vnum, de virginitate seruanda ad Eustachium librum vnum, ad Deneriadem virginem librum vnum, ad Alceham de institutione Paulæ filiae suæ librum vnum, ad matrem, & filiam in Gallia cōmorantes librum vnum, Obiurgationes Sufannæ virginis consecratae, de lapsu suo librum vnum. Ad Fabianum diaconum lapsum librum vnum, ad Ageruchia, de monogamia librum vnum, ad Furiam de virginitate seruanda librum vnum, ad Eulianam de viduitate seruanda, & de morte Nebndij librum vnum, ad Paulam consolatorium super dormitione Bressillæ librum vnum, ad Pammachium de dormitione Paulinæ librum vnum, ad Oceanum de morte fabeolæ. Epitaphiū S. Paulæ librum vnum, ad Tyrsinum consolatorium super dormitione filiae suæ librum vnum, ad Mineruam, & Alexandram, de resurrectione carnis librum vnum, Apologeticum ad Pammachium librum vnum, ad Elixidorem monachum de contemptu seculi librum vnum, ad Theofontem librum vnum, ad Domnionem librum vnum, de tribus virtutibus tractatum vnum, de morte Osee, & Serephim, & calculo librum vnum, Expositiones psalm. 14. ad Principiam virginem librum vnum, de vita, & obitu sanctæ Marcellæ ad Principiam virginem librum vnum, Epistolas breues ad duos 70. sermones 10.

De Expositionibus, & commentarijs eiusdem. Cap. XLIX.

Scripsit etiam in expositionibus diuinarum scripturarum, de interpretationibus Hebraicorum nominum librum vnum, de optimo genere interpretandi, ad Pammachium librum vnum, de studio scripturarum ad Paulinum librum vnum, de quaestionibus Hebraicis in Genesi librum vnum, de verbis quaestionibus ad Damasum Papam librum vnum, de vris sacerdotali ad Fabiolam librum vnum, de 12. mansionibus sionis in ael librum vnum, de quaestionibus Hebraicis libri Regū libros 2. de quaestionibus Paralipomenon li. 2. Breuiarij super psalteriū lib. 1. Commentariorum super Ecclesiā lib. 4. super Ezechiam li. 18. super Hieremiam lib. 20. super Ezech. lib. 14. super Dan. lib. 1. super Osee lib. 3. super Iohel lib. 1. super Amos lib. 3. super Abdiam lib. 1. super Ionam lib. 1. super Mich. lib. 2. super Naū li. 1. super Abacac li. 2. super Sophoniam lib. 1. super Aggeū lib. 1. super Zachariam lib. 3. super Malachiam lib. 1. super Matheum li. 4. super Marcum lib. 1. super epistolam ad Galathas lib. 3. super epistolam ad Ephesios lib. 3. super epistolam ad Titum lib. 1. super epistolam ad Philemonem lib. 2. Tandem per quadraginta annos libris suis confectis, ita corpore præ laboribus defecto, vt de lecto surgere nequirit, nisi appreheso manibus suæ, qui ad hoc de crabe dependebat. Obiit apud Bethleem anno etatis suæ 83. anno Domini 421.

De Rufino, & Iohanne Chrysostomo. Cap. L.

Rufinus presbyter Aquileiæ translator librorū Origenis, coterporaneus fuit S. Hieronymo. Qui etiam ambo orta inter se similitate de quaestionibus scripturarum, libros inuicem fati quidē luculentos, sed nimis mordaci sermone in alte-

in alterum conscripserunt. Scripsit autem Rufinus, & Apologeticum pro se libellum, id est, purgans se ab erroribus Origenis, & plura alia. Iohannes Chrysostomus Constantinopolitanus eps fuit, & ipse Hieronymo coterporaneus, sanctitate quidē, & scientia clarus, sed in facundia sua feruor, & liberior iusto. Scripsit autem de hoc, quod non læditur, nisi a seipso lib. 1. de reparatione lapsi lib. 1. de compunctione cordis lib. 2. super Matheum in modum commentariorum lib. 2. super Matheum peribom. 20. super Iohannem hom. 88. super epistolam Pauli ad Hebr. homel. 34. de laudibus Pauli homel. 7. Sermones duos 30. Hic Eudoxiam vxorē Archelij Imperatoris, multosque sacerdotum in festo habes epatu pulsus, & exiliatus est, sed paulo pro eo tumultuante, secundo etiam exiliatus est, sed terretu motu regiam vrbe grauius conuicente a ciuibus reuocatus est. Tertio quoque inimicis vigenibus epatu abdicatus, ab Archadio exilio reuocatur. Ibi que non multo post moritur a no Dñi 409. sub Papa Innocentio primo. Qui etiam ipse, & occidentales epi, pro Iohannis prædicatione a communionem orientales suspenderunt. Iram quoque Dei pro morte eius nimia grandis tēpētē Constantinopoli incumbens, & mors Eudoxiæ Augustæ subsecuta intentauit. Postmodum verò corpus Iohannis ab eulio Constantinopolim relatum est, iussu Theodosij Imperatoris cum lachrymis orantis, vt veniam daret patri suo, & illis, qui eum exiliauerat, & per hoc facta est dissensio, quæ adhuc erat in ecclesia pro eius damnatione. f. anno Domini 444.

De Augustino, & libris eius, quos edidit, antequam esset episcopus. Cap. LI.

Augustinus eps volans per montium cacamina quasi Aquila, vir aceri ingenio, suavis eloquio, secularis literaturæ peritus, in ecclesiasticis laboribus opertus, in quotidianis disputationibus clarus, in omni sua actione conspectus, in expositione fidei nostræ catholicas, in quaestionibus abstrahendis acutus, in reuincendis hereticis circumspēctus, & in explanandis scripturis canonicis cautus, sapientia lumen præfulgidum, propugnaculum veritatis, & fidei tutamentum, omnes ecclesiæ Doctores, tam ingenio, quam scientia vicit incomparabiliter, florens tam exemplis virtutum, quam affluētia doctrinæ. Etenim tanta scripsit, vt nō solum ab aliquo toto vitæ tpe scribi, sed nec quidē possint lectione percurrī. Huius enim librorum, tractatum, & epistolarum numerus plusquam ad mille. 30. extenditur, vt merito illud ei dictum cōueniat. Mentitur qui te totum legisse fatetur. Ante conuersionem quidem suam ad fidem catholicam scripsit (vt ipse refert) de pulchro, & apto li. 2. postea vero scripsit adhuc catholicæ fidei, sex volumina decē libros continens, videlicet de academicis lib. 3. de beata vita lib. 1. de ordine lib. 2. soliloquiorum lib. 2. de immortalitate animæ lib. 1. de disciplina liberalibus li. 1. sed hanc dicit se de armario suo perdidisse. Iam verò sacri baptismatis vnda renatus, scripsit ante pontificatum 21. volumina. 31. libros continens: videlicet de moribus ecclesiæ, & moribus Manich. lib. 2. de quantitate animæ lib. 1. de libero arb. lib. 3. de Genesi contra Manicheos lib. 2. de musica lib. 6. De magistro lib. 1. de vera religione lib. 1. de utilitate credēdi lib. 1. de duabus animabus li. 1. acta contra Fortunatum Manicheum lib. 1. de fide, vel simbolo lib. 1. de Genesi ad litteram imperfectum lib. 1. de sermone Domini in monte lib. 2. psalmum contra partem Donati lib. 1. contra epistolam Donati heretici lib. 1. contra Adimantum Manicheum lib. 1. expositiones epistolæ ad Galathas lib. 1. expositionis quarundam propositionum, ex epistola ad Romanos lib. 1. epistolæ ad Rom. inchoatam expositionem lib. 1. de quaestionibus 83. librum vnum. de mendacio librum vnum.

De his, qua ante retractionem scripsit. Cap. LII.

Postquam vero in epatu assumptus est, scripsit etiam ante retractionem 68. volumina. 217. libros comprehēdētia, videlicet ad Simplicianum Mediolanensem episcopi lib. 2. contra epistolam fundamenti Manichei li. 1. de agone Christiano li. 1. de doctrina Christiana lib. 4. contra partem Donati lib. 2. confessionem lib. 13. contra Faustum Manicheum. 33. lib. contra Felicem Manicheum lib. 2. de natura boni contra Manicheos lib. 1. contra Secundinum Manicheum lib. 1. contra Hilarium Tribunitium lib. 1. quaestiones euangelij lib. 2. annotationes in Iob lib. 1. de cathed. zandis rudibus lib. 1. de Trinitate lib. 15. de consensu Euangelitarum lib. 4. contra epistolam Peremii li. 3. de baptismo contra Donatistas lib. 7. contra id, quod attulit Ceterius a Donatistis lib. 1. ad inquisitiones Ianuarij lib. 2. de opere monachorum lib. 1. de bono coniugali lib. 1. de sancta virgi-

nitate lib. 1. de Genesi ad litteram lib. 2. contra litteras Pesticiani lib. 3. ad Crestonium Grammaticum patris Donati li. 4. probationes testimoniorū contra Donatistas lib. 1. contra n. scio quē Donatistam lib. 1. de monitorio Donatistarum de Maximianistis lib. 1. de diuinatione de eorum lib. 1. quaestiones septem expositione contra paganos lib. 1. expositionis epistolæ Iacobi ad lib. 2. Tribus li. 1. de peccatorum meritis, & remissione, & de laps. f. mo paruulorum ad Marcellinum li. 3. de vnico baptismo contra Petil. ad Constantinum lib. 1. de Maximianistis contra Donatistas lib. 2. de gratia noui testamenti ad Honoratum li. 1. de spiritu, & littera ad Marcellinum lib. 1. de fide, & operibus li. 1. Breuiolum collationis cum Donatistis lib. 3. post collationem contra Donatistas lib. 1. de videndo Deo ad Paulinum lib. 1. de natura, & gratia contra Peagium lib. 1. de Cūitate Dei lib. 2. ad Honorium presbyterum contra Priscillianistas lib. 1. ad Hieronymum presbyterum de origine animæ, & de sententia Iacobi lib. 2. ad Emeritum episcopi Donatistarum post collectionem lib. 1. de vitijs Pelagij lib. 1. de correctione Donatistarum lib. 1. contra Pelagium & Cælestinum, & ceteros lib. 2. gesta cum Emerito Donatista lib. 1. contra sermonem Arrianorum lib. 1. de nuptiis, & concupiscentiis ad Valerium lib. 2. locutionum li. 7. quaestionum lib. 7. de anima, & eius origine lib. 4. ad Pullentium de adulteris coniugis lib. 2. contra aduersarium legis, & prophetarum lib. 2. contra Gaudenium episcopi Donatistarum lib. 2. contra mendacium lib. 1. contra duas epistolas Pelagianorum lib. 4. contra Iulianum hereticū Pelagianum lib. 6. ad Laurentium enchiridion lib. 1. de cura pro mortuis gerenda ad Paulinum lib. 1. de 7. quaestionibus Dulceti lib. 1. ad Valentinum, & cum illo monachos, de gratia, & lib. arb. lib. 1. ad eosdem de correctione, & gratia lib. 1. Hos igitur cum ceteris in duabus libris retractauit, quibus cetera editionum libris simul cum precedentibus adnumeratis sunt 219. lib. 79. voluminibus comprehēsi, quos ceteros post episcopatum edidit, ante vero scriptum, vt dictū est, ediderat post conuersionem suam lib. 41. videlicet cathecumini decem, & baptizatus 31. Qui simul ceteros cum ceteris aggregati sunt 160. lib. 96. voluminibus comprehēsi. Hos omnes, vt dictum est, cum quadam iudiciali feruente retractauit, & quod in eis ipsum offendebat, velut exorsio stilo denotauit.

De his, qua post retractionem scripsit. Cap. LIII.

Postea tū nihilominus cum multa scripsisse constat, quia præter dicta eius opuscula, quæ in retractionem libris annotantur, ac recensentur, plura quidē, & ex his maxima quædam volumina ab ipso edita, etiam apud nos in armariis ecclesiæ vbi que reperitur, ex quibus sunt, super psalteriū tractatus 150. iuxta numerum psalmorum. Super Euangelium Iohannis tractatus, siue sermones 124. de verbis quoque Dñi tract. 65. de verbis Apostoli tract. 20. super canonicam primam Iohann. hom. 10. Extra tū etiam eiusdem lib. de vita Christiana. 1. De disciplina Christiana lib. 1. de prædestinatione diuina 1. de octo quōbus veteris testamenti lib. 1. contra Felicianum, de Trinitatis vnitate lib. 1. ad Prosperum, & Hilarium de prædestinatione, & perseverantia lib. 2. contra Maximinum lib. 2. contra quinque hæreses, siue quinque hostium genera lib. 1. de pastoribus, & omnibus lib. 2. de concupiscentia carnis aduersus spiritum orationes quatuor. De quaestionibus Orosij librum vnum, de fide ad Petrum librum vnum, de icinio sabbati librum vnum, de decē cho. dis psalteriorum librum vnum, de penitentia librum vnum, de patientia librum vnum, de bono viduitatis librum vnum, de conuentione librum vnum, de Incarnatione Domini lib. 2. de secundo aduentu Domini librum vnum, ad Volusianum de quaestionibus ab eo missis librum vnum, respōsionis ad Marcellinum librum vnum, ad Vincentium librum 1. ad Macedonium librum vnum, ad Dioscorum librum vnum, ad Paulinum librum vnum, ad Proban librum vnum, ad Enochium librum vnum, ad Opatum episcopi librum vnum, ad Pascenium comitem Arrianum librum vnum, ad Fortunatianum librum vnum, ad Paulum, & Eutropium de perfectione iustitiæ librum vnum, expositionis simboli contra Iudæos, & Paganos, & hereticos lib. 1. ad Sixtum presbyterum contra Pelagianos lib. 1. de tpe Barbarico lib. 1. Scripsit & alia plura, maximè contra sui tps hereticos, videlicet Arrianos, Donatistas, Pelagianos, Priscillianistas, & Manicheos, Porro libellus de anima, & spiritu, qui eisdē ascribitur, & nunc apud scholasticos præcipue in vsu habetur. Anno autem Domini 430. in epatu Hippocri Heracium sibi fecit substitui. Tandē cum Vuandali inuasiam Africam deualarent, sub hoc turbine tribulationis migravit ad Dominum 30. mensē obdormiens vrbis suæ. Anno Domini 440. etatis suæ 73. clericatus, vel episcopatus. 40.

Paulinus eps Nolanus S. Aug. fuit cōtemporaneus. Vnde & sibiuicem scripserunt nonnulla. Hic cum esset innum...

De Leone Papa, & Gelasio, & Fulgentio. Cap. LV.

Leo Papa primus fedit anno Dñi 436. hic in homeliis declamandis multum valuit. Quotiens autem rogabatur ab aliquibus...

De Boetio, & Cassiodoro. Cap. LVI.

Boetius consularis vir clarissimus, & omnium liberalium artium eruditione conspicuus, quas penè omnes a Græco in Latinum transulit, & exposuit. Anno Dñi 602. cum Simmacho patricio, cuius gener erat, Romæ rempublicam illustrabat...

Papæ incarceratus est. In carcere autem positus, quasi de gratia gloriæ, ac rerum mutatione doleret, vt consolationis medicinam tanto dolori non tã sibi, quàm aliis quæret, librum edidit de consolatione philosophiæ, ostendens gloriã, & dignitatem, ceteraque terrena, non vera bona, sed nihil esse, & ideo nulli appetenda esse, nec de eorum amissione dolendũ, vel ademptione gandendum. Tandem vero longo exilio fatigatus, ab ipso Theodorico p̄ceptus est anno Domini 621. Cassiodorus Senator, post monachus. Anno Domini 628. Scripsit autem de anima librum vnum. Super psalterium tractatus 150. Scripsit etiam de orthographia, & alia plura.

De Gregorio Magno. Cap. LVII.

Gregorius primus, doctor egregius, hic Gordiani Senatoris filius Romæ adoleuit. Qui sex monasteriis in Sicilia fundatis, & septimo Romæ in domo sua ex prætoris vrbano factus monachus, sapiëntia, & doctrina, & sanctitate claruit. Tandem ad pontificatum electus Romanæ ecclesiæ prælidere cœpit anno Domini 590. Inter cetera opera pietatis animam Traiani quondam Imperatoris, quam nis pagani, a pœnis in se in liberari, miserando, & plorando a Deo obtinuit. Inter multa quoque, quæ ecclesiæ vtilia fecit, & instituit, Antiphonarum regulariter centonizauit, & vtiliter compilauit, & quædam in ea nouæ missæ superaddidit. Scripsit autem ea, quæ hic subiiciuntur. De cura pastoralis lib. 2. De conflictu victorum, & virtutum lib. 1. dialogorum ad Patrum lib. 4. Moralium super Iob lib. 3. Super Cantica Canticorum lib. 1. super principium Ezechielis homel. 12. super vltimam partem eiusdem lib. 10. super Euangelia missalia homel. 40. Registrum epistolatum eius de decretalium lib. 10. qui continent epistolas 690. Inueniuntur etiã canonum excerptorum lib. 3. quæ dicuntur decreta Gregorij, sed forte alterius Gregorij sunt: Obiit autem Gregorius magnus anno pontificatus sui 13. post cuius obitum fame Romam aggrauante, Romani ei derogantes, q̄ thesaurus ecclesiæ sua nimia liberalitate dissipasset, cum iã non adesset persona, in qua exat descerent, memoriam nominis illius in libris eius delere volebant, sed eos exurere volentibus, obstitit Petrus diaconus, prodens se Spiritum sanctum in columbæ specie super caput Gregorij tractantis sapiens vidisse. Idque confirmans iurifurandi sacramento, mox moriens ex conditio fide fecit suo testimonio.

De Isidoro, & Beda. Cap. LVIII.

Isidorus eps Hispalensis, sanctitate, & doctrina claruit anno Domini 617. Scripsit autem hæc, quæ subiecta sunt. Soliloquiorum, vel sermonum lib. 2. Sententiarum lib. 3. Etymologiarum lib. 2. de origine uocabulorum lib. 2. ad Notentiam forem suam contra Iudeos lib. 2. ad Orofium ep̄m de signifi canonibus veteris, & noui testamenti lib. 2. Allegoria: in Genesi lib. 1. in Exodo lib. 1. in Leuitico lib. 1. in lib. Num. lib. 1. in Deuteronomio lib. 1. in Iohel lib. 1. in lib. Iudicum lib. 1. in lib. Regum lib. 1. de corpore, & sanguine Domini tractatum vnum, & plura alia. Dominus Beda venerabilis presbyter, & monachus claruit in Anglia 30. gratis agens annum. Anno Domini 696. & reliquum tempus vitæ legendo, tractando, exponendo sacram scripturam vtiliter exegit. Scripsit ea, quæ subiecta sunt, super Genesim lib. 1. de tabernaculo Moyfi lib. 3. super Samuelem lib. 4. de templo Salomonis lib. 1. super Esdras, & Neemiam lib. 3. super Tobiam lib. 1. super psalmos, super parabolas Salomonis, super Cantica Canticorum lib. 5. super Marcum lib. 4. super Lucam, super epistolas canonicas lib. 7. super actus Apostolorum librum vnum. super Apocalypsim. de quæstionibus libri Regum ad Nothelinum librum vnum. de locis sanctis librum vnum. Scripsit etiam de temporibus, & de Luna, & multa alia. Obiitque in Anglia anno Domini 721.

De Alcuino, & Gennadio, & Rabano, & Strabo. Cap. LIX.

Alcuinus de Britannia oriundus, delitiosus, magister Caroli Regis, qui primus ex Regibus Francorum imperant Romanis, scientia literarum claruit in Gallia. Anno Domini 790. Cuius præcipuè magisterio rerum omnes artes liberales didicit, & iussu ipsius Regis dinam historiam correxit. Scripsit autem multa, inter quæ eminent libri ad eundem Regem scripti de sancta Trinitate. Scripsit et ad discipulos suos dialogorum lib. 1. Scripsit quoque Sententiarum lib. 1. super epistolam ad Hebræos lib. 1. super Ecclesiasten lib. 1. super Iohannem libr. 7. ad Eulaliã virginem. de ratione animæ libr. 1. ad Frede-

Fredegisum dialogum de Trinitate lib. 1. Veruntamē hi quatuor vltimi ascribuntur Albino, sed videtur mihi esse nomina synonima. Nam in commentario super Ecclesiasten inuenies, & nomen Albini in principio. Sin salutatione, & nomē Alenini in fine. In quibusdam vtrifibus, quæ ibi ponuntur hoc modo.

Alcuinus ingrediens pratum secreta priorum. Carperet ut furus per paxura sacros, &c.

In commentariis quoque super Iohannem inueni vtrunque nomen in diuersis titulis. Gennadius episcopus doctor catholicus, licet hic a me post Alcuinum ordinatus, floruit tamen, vt estimo longo tempore prius, t̄temporibus Fulgentij. Nam & ipse librum suum de illustribus viris perduxit, vsque ad tempora Fulgentij, & ibi terminauit. Inueni quoque Gennadij de diffinitionibus ecclesiasticorum dogmatum, pulcherrimum, & compendiosissimum libellum. Rabanus sophista, & sui temporis poetarum nulli secundus. Anno Domini 824. factus est Abbas Fuldensis. Qui librum de laude crucis, figurarum varietate distinctam difficili, & mirando poemate composuit, & Sergio Papa sancto Petro offerendum misit. Anno autem Domini 848. ex Abbate Fuldensi Moguntia Archiepiscopus ordinatus est, vbi celebrata synodo iussu Ludouici Regis multa ecclesiæ vtilia decreuit. Scripsit ergo de laude crucis libros duos, de institutione clericorum librum vnum. super Genesim lib. 4. super Exodum lib. 4. super Numeri librum vnum. super Regum libros quatuor. super Paralipomenon libros quatuor. super Iudith librum vnum. super Hester librum vnum. super librum Sapientie libros tres. super Ecclesiasticum libros 10. super Hieroniam librum vnum. super librum Machabeorum libros tres. super Machæum lib. 8. super actus Apostolorum librum vnum. Scripsit præter hæc, & de naturis rerum, & plura alia. Obiit autem anno Domini 856. Strabus Rabbarum discipulus, ipso Rabano discante. Scripsit breuiando tractatus in Exodum librum vnum. in Leuiticum librum vnum. Videtur etiam scripsisse super Genesim, vt patet in glossis.

De Lanfranco, & Anselmo. Cap. LX.

Lanfrancus anno Domini circiter 1060. claruit, prior Becensis monasterij sub Herluino Abbate. Qui & postmodum ex Abbate Calcedonensi ordinatus est Cantuarien. Archiepiscopus. Ad hunc misit Berengarius Turon. literas, qui aserebat Eucharistiã, quàm in altari sumimus, non esse reuera corpus, & sanguinem Christi. Harum portator eum non inuenisset eum, in Normania quibusdam clericis ea tradidit, vnde de ipse Lanfranco orta est suspitio, quasi foueret, ac faueret, quæ a Berengario dicebatur. Igitur cum ea a quodam Remensi clerico Romã perlatas recitator Iegeret, Leone Papa synodo præsidente, intellecto q̄ Ioannem Scotum Berengarius extolleret, Paschasium verò damnaret, & qui de eucharistiã fidei aduersa sentiret, promulgata est in eum damnationis sententia, prius eum communionem ecclesiæ, & ipse Lanfrancus ex præcepto Papæ coram omnibus fidem suam exposuit, prauitque rumoris a se maculam absterxit. Deinde contra eundem Berengarium scripsit in modum dialogi, de corpore, & sanguine Domini librum vnum, ostendens ibi esse, non tantum figuram, sed etiam veritatem corporis, & sanguinis. Ad huius Lanfranci eximiam doctrinam, de Burgundia conuolauit Anselmus vir postmodum multa virtute, & sapiëntia adornatus, & ei in prioratu successit, multaque ecclesiæ vtilia composuit. Postmodum autem ex priorate Becensis, in Abbatem Cadomensem assumptus. Tandem etiam ex prædicto Lanfranco in Archiepiscopatu Cantuarien. successit. Scripsit autem Anselmus prolegion, idest alloquium de Deo, quod opus quidem insipiens reuelleret geftens, quoddam scriptum contra illud composuit, quod cum sibi a quodam amico suo transmissum Anselmus considerasset, suam ad hoc responsonem edidit in libello vno. Scripsit & monologion, id est soliloquium. de sancta Trinitate librum vnum. de veritate librum vnum. de processione Spiritus sancti librum vnum. de libero arbitrio librum vnum. de cõcordia liberi arbitrij, & præscientiæ diuinæ, atque prædestinationis, necnon & gratiæ librum vnum. de casu diaboli librum vnum. de peccato originali librum vnum. de Incarnatione Verbi librum vnum. de sacramento altaris librum vnum. de azimo librum vnum. cur Deus homo librum vnum. meditationum, siue orationum librum vnum. de grammatica librum vnum. Extat etiam parabolarum, siue proverborum Anselmi liber vnum. super Cantica. Canticorum liber vnum. de gradibus humilitatis liber vnum. Epistolarum quoque eius ad diuersas personas liber vnum. Suscepit Archiepiscopatum anno Domini 1097. Et licet a Rege Guillelmo, & principibus Angliæ honorificè susce-

ptus fuisset, multas tamen molestias, & tribulationes sub eodẽ Rege passus est prolatu ecclesiæ corrigendo. Nam Reges Angliæ hanc iniustam legem diu tenuerunt, vt electores ecclesiæ præfides Christi per virgam pastorem ecclesiis inuenirent.

De Iuone, & Bernardo. Cap. LXI.

Ivo venerabilis memoriæ prædictorum virorum Lanfranci, & Anselmi claruit temporibus. Sub quo in ecclesia beati Quintini Beltacentis restorere cœpit ordo canonicus, prius ab Apostolis, postmodum a beato Augustino regulariter institutus. Fuit enim præfatus Iuo illius ecclesiæ præpositus, & postea Carnotensium ep̄s. Hic de canonum ecclesiasticorum regulis, quorum per successiones pontificum tot, & tanta in immensum creuerant volumina, vt vel comparari vix possent propter sumptum, vel legi propter fastidium, exquisita diligentia quadam capitula ordinauit, & laudabili compendio ad numerum redegit librorum decem. Scripsit etiam epistolas. Bernardus iuuenis egregius scientia, & moribus, & genere clarus, cum germanis fratribus, & aliis comitibus anno Domini 1093. Cistercij habitus religionis indauit, & miro religiositatis seruore conuersatur, postea Claravalle fundata ibidem abbas constituit. Scripsit autem hæc, quæ subiecta sunt, de contemptu mundi ad clericos lib. 1. meditationum lib. 1. exortationum de passione, & resurrectione Domini lib. 1. de diligendo Deo lib. 1. de gradibus humilitatis, & superbie lib. 1. de gratia, & libero arbitrio lib. 1. de præcepto, & dispensatione lib. 1. ad Cartusien. fratres lib. 1. ad Archiepiscopum Senonensem lib. 1. ad Hugonem de sancto Victore lib. 1. ad Innocentium Papam contra hereses Petri, & Abelardi lib. 1. super psalmum Qui habitat. homel. 18. super Cantica Canticorum, homel. 83. super Missus est Gabriel, homeliam super Magnificat, tractatum vnum. Epistolas breues ad diuersos 240. Sermones penè innumerabiles. Tandem post claros actus, & multa animarum lucra, multa post fundata mnafteria, & plurima miraculorum signa exhibitã, beato sine quieuit, anno Domini 1153.

De Hugone, & Richardo. Cap. LXII.

Hugo Parisiensis S. Victoris canonicus religione, & literari scientia clarus, & in septem liberalium artium pericia, nulli sui temporis secundus fuit, qui inter multa, quæ vtiliter scripsit, & librum de sacramentis valde necessarium duobus voluminibus comprehensum edit. Scripsit etiam, & alia plurima opuscula. S. didascalon lib. 5. super Ecclesiasten omnes lib. 16. super lamentatione Hieremiæ librum vnum. de virtute orandi librum vnum. de institutione nouitiorum librum vnum. de Arca Noe libros quinque. de anima Christi librum vnum. de perpetua virginitate sanctæ Mariæ librum vnum. Expositiones sit per Magnificat, librum vnum. super Tota pulchra es, lib. vnum. de sacramentis lib. 12. Item uoulas super quosdam versos psalmorum, & alia plura opuscula. Supradictio quoque venerabili viro Hugoni magister Richardus eiusdem ecclesiæ canonicus extitisse contemporaneus fertur, quorum etiam vnus in ipso monasterio prior, alter suprior verò fuisse perhibetur. Hic quoque Richardus in libris, & tractatibus variis multa ecclesiæ sanctæ vtilia descripsit, inter quos eminent de sancta Trinitate lib. 7. Scripsit nihilominus de contemplatione pulcherrimum librum. de Patriarcha intitulatum, alium quoque de mystico sermone Nabachodonosor. de arbore quoque, quam idem Nabachodonosor vidit virum, & alium. de quatuor ventris in mari pugnantibus, alium de exterminatione mali, & promotione boni, alium iterum de officio ecclesiæ, alium de sacrificio Abrahamæ, & tractatum grandem de illo verbo Elaiæ. Omne caput languidum, & alium de illo. In die illa nutrit homo, vaccam boum, Tertium verò contra Andream, & alios in expositione sacræ scripturæ Iudaizantes super illo verbo. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. alium autem ad nouitios de illo verbo psalmi. Afferte Domino filij Dei. Scripsit etiam librum, qui dicitur excerptionum, in quo breuiter continetur diuisio, & materia omnium scientiarum, ac feries Historiæ præcedentium temporum, & quædam morales expositiones sacrarũ scripturarum.

De Ceteris doctioribus catholicis. Cap. LXIII.

Præter hos etiam extiterunt in ecclesia plurimi doctores catholici, quorum nonnulli, licet eorum apud nos habeantur opuscula, tamen reperire non potui, ex quibus Celsarius Arciatensis episcopus decem homelias ad monachos eleganti sermone composuit. Hicichius Hierosolymorum presbyter in Leuiticum



# Speculum Doctrinale Vincentij.

Leuiticum commentarios edidit. Radulphus quoque Flauiacensis eundem librum diligenter exposuit. Paschasius libros de sacramentis, & de Spiritu sancto, & super Hieremie lamentationes expositionem confecit. Haymo vero super Esaiam, & super Hieremiam, & super epistolas Pauli, & super Apocalypsim commentarios fecit. in super & libros ecclesiasticarum historiarum Eusebij abbreuians in libellam, qui dicitur Christianarum rerum memoria compendiosè redegit. Fuerunt & alij multi, quorum vocabula, & laudes, & tempora, & opusculorum nomina, non solum in ecclesiasticis historiis, verumetiam in libris de illustribus viris Hieronymi. Genadij leguntur, sed apud nos ipsa eorum scripta, siue libri nullatenus reperiuntur, verbi gratia Papius Hierapolitanus episcopus. Quadratus Apostolorum discipulus. Aristides philosophus. Euyppus. Iustinus philosophus. Teophilus Antiochenus. Appollinaris Hierapitanus. Dionysius Corinthiorum episcopus. Philippus Cicerensis. Hircæus Lugdunensis. Panchenus Stoicus. Clemens Alexandrinus. Serapion. Appolonius. Heraclius. Tertullianus. Berillus. Hippolitus. Alexander. Capadox. Africanus. Eminus. Theodorus qui & Gregorius. Cornelius Pötius. Dionysius Alexandrinus. Archelaus. Antoninus. Bassilius. Anchitanus. Tytus. Damasus. Optatus. Cyrillus. Epiphanius. Diodorus. Euagrius. Ambrosius Alexandrinus. Gregorius Emisenus. Amphilodius. Sofronius. Paulinus. Orosius. & plures alij, quos enumerare longum est. Ex his autem ille, quem primo nominavi Papias, & Tertullianus, & Victorinus, & Lactantius, & alij quidam a rectitudine fidei dicuntur errasse.

*De Profunditate diuina scriptura. Cap. LXVIII.*

**H**ec de sacrae scriptura auctoribus, & translatoribus, atque doctoribus, & expositoribus breuiter conuinximus, nunc

F I N I S.



VENETIIS, M D X C I.

Apud Dominicum Nicolinum.

ad eius generalem doctrinam transeatimus. Et primo quidem qualiter mysteriorum eius profunditas inuestigari possit, deinde vero qualiter docenda, vel exponenda sit ex dictis sanctorum patrum colligamus. Augustinus de doctrina Christiana lib. 2. hic qui scripturas diuinas legunt quaedam obscure dicta, plerumque densissimam caliginem obducunt. Quod diuinitus pronissum esse non dubito, ad edomandam labore superbiam, & intellectum a fastidio remouendum, cui facile inuestigata plerumque vilescant. Idem in lib. 4. Sapientiam verò discit homo quanto magis, vel minus in scripturis proficit. Non dico in eis multum legendis, memoriarumque mandandis, sed bene intelligendis, & diligenter eorum sensibus indagandis. Sunt enim qui eas legunt & negligunt, legunt ut teneant, negligunt ut intelligant. Quibus longè sine dubio præferendi sunt, qui verba earum minus tenent, & cor earum sui cordis oculis vident, sed utriusque ille melior, & qui cum vult eas discit, & sicut oportet intelligit. Idem in libro Confessionum 12. Mira profunditas eloquiorum tuorum, quorum ecce ante nos superficies blandiens paruulis, sed horror est in eam intendere, honor honoris, & tremor amoris. Gregorius in prologo moralium. Sacri enim tractator eloquij morem fluminis debet imitari, fluuius quippe dum per alueum fluit, si valles concauas ex latere contingit, in eas protinus sui cursus impetus diuertit, cumque illas sufficienter impleuerit, repente se in alueum refundit. Idem. Diuinus etenim sermo sicut mysteris prudentes exercet: sic plerumque superficie simplices refouet, habet in publico vnde paruulos nutriat, seruat in secreto vnde mentes sublimium in admiratione suspendat. Quasi quidam quippe est fluuius (ut ita dixerim) planus, & altus, in quo & agnus ambulet, & elephas natet.